R O M AE,
Ex Typographia Vitalis Maſcardi.
M D C L I I.

SVPERIORVM PERMISSV.

1013318

CORRIGENDA VEL MVTANDA.

A.1335 n.35. verſ.9.dele, ano, qun. n.49.verſ.5.dele,&c.
n.57.§.2.verſ 2.maudanda, mandanda. verſ 7. Michalonseaſem, Michalonenſem.
n.60.verſ.6.ante finem, Oſſoricaſis, Oſſoricenſis.
n.62.§ Nec.verſ.6.dele, Cardinalis.
n.66.nota vltima marginali, perisi, periti.
A.1336.n.27 verſ.9. reconciliatione tractatum, lege, in reconciliando colloquium.
n.34.nota marginali, effecturos, affectaturos.
n.41. § Cum, verſ 30. agurebat, agebat.
n.47.verſ.29. extar idem, extant ex.
n.49.verſ.5. Vrgelitanum, Vrgelitanam.
n.51.nota prima marginali, mifi, miſſi.
A.1337.n 5.verſ.7.dele alteram vocem, quamuis.
n.26.§.2.verſ 10.Feltria, Feltriam.
n.27.verſ.6. percuſſit, perculit verſ.20.§.Nos, verſ.14. de Eſculo, lege, Aſculanus.
n.33.verſ.vlt.dele, pietatis.
A.1338.n.55.verſ.11.tribebunali, tribunali.
n.57.col.2.verſ.7.proponent, proponerent.
n.69. nota prima marginali, clienſe, clientes.
eod.n.verſ.21. Illarum, illorum.
n.70.nota prima marginali, illam, illum.
A.1339.n.32.verſ 25.miſiſſent, miſerint. verſ.penult. ante finem columnae, repertraque, repertaque
verſ. vlt. columnae 1. luminatori, lectori & poſt vocem, tadium, adde non
n.61.nota ſecunda margin. creati, creari.
n.67. verſ.12. alios, alias.
n.68.nota vltima margin. Coginenſes, Cogienſes
n.69.verſ.8.Raimbaldum, Rambaldum. verſ.12. Armlnenſium, Ariminenſium.
verſ.21.conciliatam, conciliata.
n.71.verſ.10.tranſeuntibus, traijcientibus.
n.81.nota ſecunda marginali, legoa, regna verſ.3.ante finem columnae. Zemonitum, Zemontium.
A.1340.n.19.nota ſecunda marginali, ſuas, ſuos.
n.39.verſ.7 aſſenſiſſent, aſſenſiſſent.
n.51.verſ.12.errorem, errant.
n.52.verſ 2.euaſere, euaſit. Eod n. nota prima marginali, cribunt, ſcribunt
n.54.verſ.vlt.kal.vi.lege, vi.kal.
n.63.verſ.8.ante finem. Randarij, Randaſij.
n 67.verſ.1.poſtea. adde, ad cantum.
n.71 nota ſecunda marginal. Ve pauerint, parnerint.
n.72.§. Conſti.verſ.26.dele, olim eod. §.verſ.6. reperitus ea, reperituſque.
A.1341.n.LXXXV prima nota marginal. Nicegarrium a Nicano garrient.
n. LXXXVIII nota vltima marginal. ſacramenſa, ſacramenta.
n.119.col 2. prima eius marginali prapone. Demetrius Cydo, inter opuſcula aurea Graec. Romae typis auſa.
eod.n § vlt verſ.18.diteiam, ditheiam.
A.1342.n 4.§ Non. verſ.12.commentarius complectens. lege, commentarium complectentem. verſ.13.praeterea. adde, ſextae,
n.4.verſ.25.dele, non:
n.7.verſ.15.Coſtantiam, Conſtantiam.
n.22.verſ 11.laros, viros.
A.1343.n.37.§ Collegere.verſ.1.probatam, lege.probata eod.verſ. virtutem, virtute.
n.40.verſ 16.deoarium, denarius.eod. n. nota marginali, denarium exactum, denarius exactus.
n 58.verſ.11.ante finem. Impluſus, impulſus.
n 59.verſ.11.a iuſſit, iuſſit a.
n.69.§. In.verſ.4.fretno, freto.eod.n.verſ. 10. ſtodioſorum, ſtudioſorum.
n. 82.verſ 6.ebliaudiendam, eblandiendam.
A.1344 n.1. ver..3 trecentecimo, trecenteſimo.
n.8.verſ.12. Ipſos, ſeipſos.
n.54.verſ antepenult. praeſumpſerunt, praeſumpſerunt.
n.55.nota vltima marginali, illud, illum
n.69.lege.34. & transfer integrum numerum eundem ad finem anni 1365. eod. n. verſ. 6.ante fin. dele, proximo anno.
eod.n.69.nota ſecunda marginali, ſtipe, ſtipem.
A.1345.n.1.nota prima marginali. Ioni, Ioniae.
n.1.§.2.Marbaſſanus, Marbaſſanus. verſ. penult. dele, pridie. verſ.vlt.principibus. adde, pridie.
n.2 nota ſecunda marginal. ponrificia, pontificiae.
n 17.nota ſecunda marginali. affinita, affinitas.
n.26.verſ.7.de quo, de eo. verſ.antepenult. antequam, ante quam.
n.29.verſ.1.paulo, multo.
A.1346.n.9.nota prima marginali, ereandum, creare.
n.30.verſ 7.ante finem.excrecendam, exercendum.
n.39.verſ.3.& 5.dele ( )
n.44.verſ.32. perpurere, peperere.
A.1347.n.1.verſ.antepenult.reque, reique.
n.5.nota quarta marginal. conceptuiſi, concepturum.
n.6. nota marginali vltima. ab eo a Pontifice, lege, geſta a Pontifice, ab eo.
n.12.col.2.nota ſecunda marginali. reſponſum. adde, datum.
n.13.verſ.11, ſuſcelperet, ſuſciperet.
n.14.verſ. 12.obruaret, obrueret.
n.30 verſ.penult. ſpecimine, ſpecie.
A.1348 n.24.verſ.14. auferrent, celebrent.
n.30.verſ.3.depaſlat, depaſta.
A.1350 n.2. in fine epiſtolae, anno 11. lege, anno 1x.
n.23.nota marginali vltima. teſter, teſtes.
n.26.verſ.20.dele, tit
n 34.verſ.23.coeptas, coepta.
n.41.verſ.5. manebat, tenebat. verſ.16. nullibi, nuſquam. n.43.verſ 7.fuit, fuere.
A.1351.n.33.nota vltima marginal. ſublata, elata.
eod.n.§.premiſſis, verſ.32. tento, tanto.
n.34.verſ.penult. ab, ob.
n.36.§ Exortum.verſ 1. Vveſtrania, Vveſtrania.
n.37.§.Nec minus verſ.12 aſſerendum, afferendam.
eod.n §.Nos igitur verſ.5 ante fi. exuuiae, praedae.
A.1352.n.3.nota prima marginali, dele, re.
n.5.§.2.verſ.4.de, ſe.
n.6.verſ.31.ſuſtentarunt, leuarunt.
n.10.verſ 14 petrimonio, patrimonio.
n.12.verſ.2.dele, mutuo.
n.14.verſ.5.pugna, tarditatis.
eod.n 14.§ At.verſ.2.Pagauinus, Paganinus.
n.18.nota vltima marginali, intentatam, intentatum:
n.20.verſ.8 Pigna, Peola.
A.1353.n.3.verſ.3.ante finem columnae Caminum, Caninum.
n.10.nota ſecunda marginali, Pontificijs, Pontificia.
n.20.Phiiadelphiorum, Philadelphiorum.
A.1354.n.1.nota marginali antepenult. erepta, erepta.
Eod.n 1.verſ. 3. ante fin. quoque Eugubium, lege, Eugognbium quoque.
n 6.verſ.3.iuſtum, iuſta.
n.11.verſ.20.probunt, proſunt.
n.20.nota tertia marginali, dele, ad.
A.1355.n.6.citatione prima, Goldoſſ, Goldaſt.
n.20.§.Inſtructus. verſ.9. Accaiolum. Acciaiolum. Et ita ſemper lege.
n.27.§.Flagrabant.verſ.8.dele, ad.
n.33.verſ.4.ante fin. otio, per otium.
A.1356.n.32.nota marginali. Gradin, Graden.
eod n.§ 2.verſ 9.auxilia, auxilijs.
n.35.verſ.2. Ctelufio, Cateluſio.
A.1357.n.2.verſ.3. niſi, nonniſi.
A.1359.n.3.verſ 3.vetuſtaſſe, vetuſtate.
n.7.verſ.12 MCCCLVIII.corrige, MCCCLVIIII.
A.1360.n.10.verſ.2 ambiguae, ambiguae.
A.1361.n 8.verſ.21.conſilium: adde, ad cautum.
A.1362.n 6.verſ.13. Iraliam, Italiam.
n.16.nota tertia marginali, ſequites ubſidiarij: lege, equites ſubſidiarij.
A.1363.n.6.§.Interpoſitam, verſ.9. Burgella, Bugella.
n.14.§.Conuenerunt, ver.4.qua Mahometani Chriſtianorum nomen, lege, quam Mahometani Chriſtiano nomini.
n.2.,verſ.15. receſſione, receſſiſſe. verſ. 26. quaeritur, queritur.
n.25.verſ.3. etiem, etiam.
A.1364.n.8.verſ 3.exorinodum, exorbitarum.
n.25.verſ.23. pontificia benignitate, pontificiae benignitati.
eod.n.25.col. 2.verſ.5. ſcriptae; adde, literae.
A.1365.n.19.verſ.4.vrbe, vrbi.
n.23.verſ.13. appallatus, appellatus.
A.1366.n.14.verſ.8.ſuffraganeos epiſcopos: lege, ſuffraganeis epiſcopis.
A.1367.n 4.verſ.10.ante finem.Conſenti, Conſentit. verſ. penult.Senis, Senas.clarmiſſetque, lege, clarniſſeq;
n.16.verſ.9.certiorem, citeriorem.
A.1369.n.11.verſ.21. eandemque, eandemque.
n.12.nota prima marginali, inecta, infecta.
A.1370.n.6.nota vltima marginali. Moldan Moldanus.
n.20.verſ vlt.anno vi 11. anno vi 121.
n.23.col.2.verſ.13.ante finem, Illuma ſcriberet. lege, Illum aſcriberet.
A.1372.n.2.§.Hoc, verſ.8.Cardira.diſtingue, Card. Ita.
n.27.verſ.5.Inſcripta, Inſcriptae. verſ.6. prima, vna. verſ.vlt.permiſſum, permiſſam.
n.29.§. Excitati verſ 4. Leucalae, Leucatae.
n.31 §.Dum. nota vltima marginali; attoaeonatum; diſtingue, attoa coatum.
n.32.verſ.24.rediijt, redierat
n.33.§.Inter.verſ.penult.excurrente, excurrente.
n.35.§ Nuper. verſ. penult. Chriſtianiſſimi, Chriſtianiſſimorum.
A.1373 n.1.verſ.32 a ſe; adde, opera. n.7.verſ.25. dele, ea. verſ.29.molibatur, moliebatur.
n.15.verſ.4.Apoſtolorum. adde, ac S. Pauli.
n.16.verſ.13.Oligrdum, Oligerdum.
A.1374.n.4 verſ.16.iuccumbiturom, ſuccubiturum.
n.7.verſ.2.Catalufiin, Cataluſiae.
n.8.onta ſecunda marginali; anatheme, anathema.
n.14.verſ.1.Praticellos, Fraticellos.
eod.n.col.2 verſ.28.Hanc; adde, haereſim.
n.16.verſ.9.deuolutae, deuolutas.
n.21 §.2.verſ 7.miſſit Gregorius, lege, miſſi a Gregorio.
n.23.ſub autumnum; lege, ineunte autumno.
A.1375.n.9.verſ.2.aggerderetur, aggrederetur.
n.14.nota ſecunda marginali dele Greg.
n.17.§. Delituit verſ. 2. ſcelus. adde, ad exitum.
n.27.§.Ad.verſ.6.criminis.adde, eos.
A.1377.n.1.verſ.11.magiſtratibus, magiſtratibus: verſ. 16.accurrato, accurato.
eod.n.nota ſexta marginali, latis, laetis.

peractis a iustitiæ administratione regnum auspicandum. ibid.
Romanorum Regina. qui ritus in ca sacranda seruandi. A.1309.n.9.§.His itaque.
Russia.sedis Apostolicæ vectigalis.1324. n.53.§. Cum constet.

S

Sacerdos simplex, minores ordines ex Pontificis imperio conferre potest, A.1294. nu.15. §. Mouebant.exemplum S. Cœlestini Pontificis in S.Ludouico postea episcopo.ib.
Sacramentum. illius B. Petro a Bonifacio VIII. nuncupati formula.1295. n.1. §.Antequam.
Sacrificia idololatrarum. 1307.n.29.
Saraceni. conuicti, translato monte ad imperium vnius Christiani. 1371. num. 20. §. Est mons. confusi alio insigni miraculo in Samarchanda vrbe.§.Samarchan.
Sardinia. a tribus principibus affectata.1267.n.17.
Sedes Apostolica. vid. *Pontifex Romanus*.
Sepulchrum dominicum.oleum lampadis ardentis ad illud postulatum ab Imperatore Tartarorum, 1271. nu.20.§. Decretum.
Siciliæ Rex. quo ritu clientelaris sponsio a Rege Siciliæ exhiberetur Romano Pontifici. 1309. n.21.formula sacramenti præstiti.ibid.vt Rex prouolueret se in genua.ibid.manus suas inter pontificias teneret.ib. deoscularetur pedem,ac deinde ad osculum oris admitteretur. ibid.
Siculi. promissa a Carolo II.Siculis veniæ, si ad officiū redeant.1289.§.Tentauit.illius ea de re literæ. ib. Solutæ ad eorundem gratiam a Nicolao IV. censuræ, si ad Caroli obsequium se conferrent. 9. Admisit.promissum illis, Gallos ipsis non præfectum iri.§. Adhibitæ.obstrictus ex pacis legibus Aragonius ad eos in Caroli II. obsequium armis redigendos. A.1294. num. 15. §. Etsi forte. visum S. Cœlestino V. prius Siculos ad Caroli II. imperia cogendos, quam bellum sacrum in Syriam adornaretur. §. Nos itaque. decumæ sacræ ab eodem Pontifice in Siciliæ expeditionem versæ. ibid. & §. Promouendæ.
Simoniaca labes. excisa a S. Ludouico Rege Francorum. 1368. n. 37. §. Pro salubri.
Stercoraria sedes. ita dicta quia canitur illud dauidicum. *De stercore erigit pauperem*. 1272. nu.9. §. Item cum.
Suffragia pro defunctis. Alexandri IV. sanctio de precibus fundendis pro Pontificibus & Cardinalibus defunctis. 1261.n.7.vt S.Ludouicus morti proximus preces Deo pro anima sua porrigi postularit. 1270. n.22.§. Vt igitur.

T

Tamor fiue Temur Can Tartarorum Imperator. Cobilæ auo succedit. A.1307. nu.29. commendati illi Cambaliensis archiepiscopus & suffraganei episcopi, num.30. ob studia in Christianos collaudatus. ibid.
Tartari. de eorum superstitione & moribus. 1307. n.29.§.Quod attinet.aliqui agnoscunt Deum.ibid. vitijs fræna laxant. ibid. alij idola colunt: ibid. &c. quam fatue sentiant de animarum statu. num. 30. §. Sunt & in alijs. stulti eorum ritus in suorum funeribus. ibid. §. His insanis. cur apud Tartaros euangelium radices altas non fixerit. §. Hic erat.
Trinitas.aliquot similitudinibus adumbratū Trinitatis mysterium. A. 1257. n.66. a prophetis obscure designatū. num. 67. a Ioanne Euangelista clarissime expressum. ibid. quis ordo originis sit in personis.ibid.vt humana mente capi non possit. ibid.Christi de Trinitate testimonium.ibid.
Tunicij portus. vt a S. Ludouico fuerit expugnatus. 1270.n.22.
Turcæ. maximis dissensionibus afflicti Græcos depascere incipiunt. 1257. n. 74.
Tutela, de tutelis impuberum contra fas non corripiendis. 1267.n.4.§.Filias.

V

Vectigalia. temperanda vectigalium acerbitas.A.1267.n.4.§.Verum.
Veneti. censuris soluti.1313.n.33.§.Nos vero. ad recuperandam Ferrariam Pontifici fauent. 1325. n.9 §. Tentarunt.
Vrbanus IV. ordinem equestrem B. Mariæ instituit.1261.n.36.
Vrbanus V. B. Eleazarum comitem sanctorum catalogo ascribit. 1323. num.68
Voladislaus Rex Poloniæ.illius ad Pontificem literæ, quibus Russiam sedis Apostolicæ beneficiariam profitetur. 1324. num.53. §.Cum constet.Dei & Apostolicæ sedis prouidentia Regem se dicit. ib.

LAVS DEO.

riam scribit. A.1271. nu. 20. §. Addit.

S. Petrus Apost. sacramentum illi a Bonifacio VIII. nuncupatum, pontificatu suscepto. 1295. n.1.

S. Petri denarius. vid. *Denarius S. Petri*.

Petrus Aragonius. in extremo vitæ actu Carolum II. Regem Siciliæ restitui libertati iubet. 1288. n.17. §. Sed forsitan.

Philippus, Rex Francorum S. Ludouici filius. eius elogium. 1285. num. 27. viduus carnem domabat cilicio. ibid.

Pisani. increpiti a Clemente IV. de Gibellina factione defensa. 1267. nu. 10. gratulatoriæ ad eos Pontificis literæ de tradito antipapa, abiectisque Ludouici partibus. 1329. n. 11. §. Quoties.

Polonia. sedis Apostolicæ vectigalis. 1324. n. 53. §. Ad agendas. & §. Cum conster. Vvladislaus Dei & Apostolicæ sedis prouidentia Regem se dicit. ib.

Pontifex Romanus. Alexandri IV. sanctio de precibus fundendis pro Pontificibus & Cardinalibus defunctis. 1261. n. 7. principum modestius mos, cum Pontificem conueniunt. 1267. num. 4. §. Si cum. descripta rituum seruandorum formula in creatione & consecratione Romani Pontificis. 1272. n. 9. vt electus ad locum in quo Cardinales sunt, debeat accedere. ibid. §. Siquidem. in primis, dato consensu, induendus papalibus ornamentis. ib. admissurus sit Cardinales ad pedis & oris osculum. ib. agenda sint in templo principe gratiæ. §. Quibus expeditis. signo crucis plebs sit ab eo lustranda. ib. vestium illius forma. ibid. ante consecrationem dimidia bulla literas obsignat. §. Idem vero electus. ritus in conferendis illi sacris ordinibus seruandus, si subdiaconus fuerit vel diaconus. §. Idem autem electus & qui ritus vsurpandi. §. Sed cum. Si presbyter esset. §. Cum electus. si episcopus extiterit, quo ritu pallium accepturus. §. Cū vero quis. de corona illi imponenda. §. Qua consecratione. agitanda triumphali pompa §. Et sic. &c. de ritibus in Lateranensi basilica seruandis. §. Item cum peruenerit. vt exigat sacramentum fidei a senatore. ib. si extra Romam sacratus sit Pontifex, quo ritu excipiendus. §. Si vero dominus. ad Rom. Pontificem pertinet quemlibet Christianum de peccato mortali corripere, & oppressos ab eorum oppressionibus liberare. 1288. num. 17. §. Reperimus. potest sacerdoti simplici concedere vt minores ordines conferat. 1294. num. 15. §. Mouebant. exemplum Cœlestini V. Papæ in S. Ludouico postea episcopo. ibid. contendunt Cardinales Columnenses aduersus Bonifacium VIII. non posse Pontificem, abdicare se pontificatu. A.1297. nu. 34. eorum argumenta. ibid. §. Vniuersis. vsque ad. §. Hæc Columnensium. refelluntur. eod. §. Hæc &c. opinatur Paludanus, sine consensu ecclesiæ cedere non posse Pontificem. ibid. aliud alijs videtur. ibid. vt potestas iurisdictionis papalis distinguatur ab ordine. ibid. vt consensu mutuo contrahatur papatus. ibid. papatus non potest destrui, quia est a Deo. ibid. §. Per id. in tali persona potest, quia per accidens est in ea. ibid. argumenta quæ probant Papam posse cedere. ibid. §. Vt sequitur respondetur ad Columnensium argumenta. ib. §. Ad contraria, &c. vt papalis potestas sit a Deo, cooperantibus hominibus in tali persona. §. Ad contraria. illius auctoritas in exemptionibus enitescit. 1312. num. 24. §. Tertia via. Exempti illi peculiari nexu adhærescunt. §. Tertio principaliter. a iurisdictione papali nemo potest eximi. §. Prima quæstio potest episcoporum iurisdictionem ampliare & restringere. §. Si autem loquamur. iurisdictionem ipsis communicat. ib. appellationes a Papa sunt supplicationes. §. Circa quod. per exemptiones Papa suam demonstrat auctoritatem. §. Secunda ratio. illum Henricus Imperator summum Christiani orbis antistitem diademate suscepto, profitetur, 1312 num. 37. §. Sanctam. ad Rom. Pontificem deuoluitur administratio imperij, vacante solio augustali. 1320. n. 13. & 1322. n. 13. tutorem Regis Castellæ tutelam male gerentem adigit Pontifex, vt eam abijciat. 1320. n. 34. Henricus dux Haleciæ heresque regni Poloniæ clientem Rom. Pontificis se profitetur. 1324. num. 53. Vvladislaus Rex Poloniæ prouidentia Dei & Apostolicæ sedis se Regem esse agnoscit. ib. Russiam Romani Pontificis vectigalem ait. ibid.

Præsulum electiones. eas Pontifex pro arbitrio sibi reseruat. 1322. n. 4. §. Ad constituendam.

Preces. Indictæ pro conciliando Armenijs aduersus Saracenos diuina ope. 1322. n. 39. §. Indixit.

Pseudomonachi idololatræ apud Tartaros. diabolico instinctu monachorū nostrorum ritus imitantur. 1271. num. 20. §. Tradit. & 1307. §. Colunt. & seqq.

Purgatorium. Alexandri IV. constitutio de precibus fundendis pro animabus Pontificum & Cardinalium. 1261. n. 7.

R

REges. Tartari Regem suum instar numinis colunt. 1286. num. 35. §. In die.

Reges Romanorum. vid. *Romanorum Reges*.

Religio. quid sit, & vt tripliciter accipitur. A. 1312. n. 24. §. Quantū ad primū.

Religiosæ familiæ. earum elogia. 1312. n. 24. §. Quarto.

Religiosi. cur ita dicti. 1312. nu. 24. §. Quantum ad primum. qui præest religiosorū collegio, spiritualibus maxime præest. § Quantum ad quartum. vt iurisdictio magis illi, quam episcopo competat. §. Secunda ratio sumitur. vt deceat religiosos subesse præsuli religioso. §. *Quantum etiam* episcopalis in religiosos iurisdictio superflua vel noxia probatur. §. Dico quod. religiosos non recte ab episcopis dirigendos probatur. §. Postea probatur, vt in specie religiosos ordines mendicantes exemptos esse expediat. §. Postquam vniuersim. cur Papam, & non episcopum ordinarium præesse illis expediat. §. Et quia frequenter. an propterea subdendus religiosus episcopo, quia sacramentum ordinis ab eo recepit. §. In principio.

Renunciatio. vid. *Cessio*.

Richardus electus Rex Romanorum. illius in blasphemos & hæreticos constitutio. 1257. n. 8.

Ritus. idololatrarum ritus nefarij. 1307. n. 29. &c. ritus in sacrandis Regibus Romanorum seruari consueti. 1309. nu. 9. vid. *Romanorum Reges*. qui ritus in nuncupando a Regibus Siculis sacramento seruentur. 1309. n. 21. § Quo porro.

Robertus Rex Siciliæ. qui ritus in nuncupando sacramento ab eo seruati. 1309. n. 21.

Robertus Flandriæ comes. Pontificiæ ad eum literæ, ne comitem Namurcensem insectetur. 1318. n. 24. §. Sedes.

Rogerius Lauria. vt iniuste Carolum II. pugna maritima ceperit. 1288. n. 17. § Siquidem.

Romani. Pontificiæ literæ, vt antipapę & Ludouici Bauari gesta non valere sint professi. 1330. n. 27.

Romanorum Rex. ritus in sacrando Aquisgrani Romanorum Rege. 1309. n. 9. vt templo excipiendus sit. ibid. §. In coronatione. locandus in solio regio. §. Et hæc. quæ repetendæ precum formulæ. ibid. vt Rex ante aram se prosternere debeat. ibid. quæ petita ab eo exigantur. ibid. principum ac populi voluntates de eo admittendo exquisitæ. §. Et tunc. quibus precibus lustrandus. §. Quo facto. in quibus partibus perungendus. ibid. sacerdotali cultu induitur. §. Et tunc. imploratur illi diuinum auxilium. ibid. quo ritu insignibus regijs exornetur. ibid. sacramenti ab eo nuncupandi formula. §. Hinc. denuntiatur ipsi non successione, sed electione eū factum Germaniæ Regem. §. Post istam. diuina res solemni pompa peragenda. §. His

pera-

ad Ioannem Cardinalem Vrsinũ, vt Romani gesta a Ludouico Bauaro & Petro Corbariensi antipapa nō valere Regibus significent. A. 1330. n. 27. §. Cum certis. aliæ ad Aragonium de cruceata expeditione in Mauros. 1330. num. 46. §. Gratias. aliæ ad Anglum de sopiendis intestinis motibus. num. 50. §. Ad aures aliæ ad eundem, vt materno pudori ignoscat. ibid. aliæ hortatoriæ ad clementiam. ibid. aliæ ad Isabellam Reginam, vt filium ad pacis cum Scoto consilia solicitet. 1333. n. 23. §. Non sine.

Ioannes Manuel. pontificiæ literæ, vt Ioannes Manuel tutelam Regis Alfonsi iussus sit abijcere. 1320. n. 34. §. Quanta.

Ysabella Regina Angliæ. Eduardus filius ab ea abalienatus. 1330. n. 50. §. Acceperat, monetur a Pontifice, vt maternas maculas tegat. ibid. adhibita, vt inter Regem Scotum ac filium pacem componat. 1333. n. 23. §. Non sine.

Italia. vacante imperio, in partibus obnoxijs imperio summus Pontifex præfectos imponit. 1320. num. 13. vers. 9. §. Licet.

Iudices. de continendis a muneribus iudicum incorruptis manibus. 1267. num. 4. §. Ad ordinationem.

S. Iuo. præcipua illius vitæ gesta. 1330. num. 58. §. Vir. vt patrocinium pupillorum viduarumque susceperit. ibid. pauculos panes partitur cum pauperibus, qui diuinitus multiplicati. ibid. carnem macerat, mentemque cœlestium rerum contemplatione reficit. ib.

Iurisdictio. eius diuisio. 1312. n. 24. §. prima quæstio. a iurisdictione papali nemo potest eximi. ibid. iurisdictionem episcoporum Papa ampliare & restringere potest. §. Si autem. eam ipsis communicat. ibid. quis finis sit iurisdictionis. §. Ad euidentiam. vt se habeat ad bonum reipublicæ. ib. iurisdictio episcopalis in religiosos superflua vel noxia ostenditur. §. Dico quod.

Iurisdictio papalis. distinguitur ab ordine. 1297. num. 34. §. Hæc Columnensium. vid. *Pontifex Romanus*.

Iusti. interdum eos deprimi diuina prouidentia patitur, & cur. 1325. num. 9.

L

Latrones. magicis artibus aeri offundunt tenebras apud Tartaros ad exercenda latrocinia. A. 1307. n. 29. §. His.

Libertas ecclesiastica. vid. *Ecclesiæ immunitas seu libertas*.

Linguæ. orientales linguæ in publicis scholis docendæ. 1326. n. 29.

S. Ludouicus Rex Francorum. eius sanctio de tuendo iure ecclesiastico. A. 1268. nu. 37. §. Pro salubri. Philippi Regis eius filij de ipsius mortæ literæ. 1270. n. 22. de præclaris eiusdem S. Ludouici gestis in Africa. ibid. §. Cunctis. vt in cilicio & cinere pie obierit. ibid. eius elogia. ibid. §. Nos. vt morti proximus postularit preces Deo pro anima sua porrigi. ibid. §. Vt igitur.

S. Ludouicus Caroli II. Regis Siciliæ filius postea episcopus Tolosanus. ipsum Cælestinus V. ascribi iubet clero. 1294. num. 15. §. Te igitur. a pio Minorita conferri illi iubet ordines Minores. §. Cum desideret. eidem Lugdunensem archiepiscopatum concredit. ibid. quæ causa ad id Cælestinum permouerit. §. Mouebant. a Bonif. VIII. eodem archiepiscopatu priuatus, & creatus subdiaconus. ibid.

M

Magi Tartarici. tenebras offundunt aeri. A. 1307. num. 29. §. Successerat, & num. 30. §. Sunt, inquir. scyphos ex mensa in aliam transferunt. num. 29. §. Successerat.

Maiorica. vid. *Baleares insulæ*.

Manfredus tyrannus. Clementis IV. ad eum literæ. 1266. num. 8. non formidandas illius minas, sed Deum respondet. ibid. opportuno tempore non quæsita a Manfredo concordia. ib. rite pœnitenti ostensa veniæ spes. ibid.

Marcus Paulus Venetus. Tartarorum historiam scribit. 1271. num. 20. §. Addit.

Maria virgo Deipara. eius virginitas pluribus designata prodigijs in scripturis. 1257. n. 68.

S. Mariæ ordo equester. ab Vrbano IV. institutus. 1261. num. 36. formula disciplinæ S. Augustini illi præscripta. ibid. clerici & coniugati eidem sodalitio possunt ascribi. ibid.

Matrimonium. de matrimonijs nobilium a principe non vrgendis. 1297. num. 4. §. Filias. discrimen inter spirituale & carnale coniugium. 1297. num. 34. §. Ad contraria.

Matthæus Vicecomes. Vt a legato Cardinale ad pacem fuerit solicitatus. 1320. nu. 10. §. Nos. nuntium de pace acturum male accipit. ib. vocatus in suspicionē hæreseos. §. Hæc omnia institutus in eum iudiciarius ordo ab eod. legato. ib. promulgatur deuinctus anathemate. ib.

Monachi idololatræ. variæ eorum sectæ, & ritus insani. 1271. n. 20. §. Tradit. & 1307. num. 29. §. In vrbe.

Moneta. pontificia constitutio in adulterinam monetam percutientes. 1317. n. 14. anathema ijs incussum. ibid.

Monita principibus data. a Clemente IV. Carolo Siciliæ Regi. 1267. num. 4. a Ioanne XXII. Roberto Regi. A. 1318. n. 24.

Mons. translatus a Christiano ad Saracenos confuncendos. 1271. n. 29. §. Et mons.

Montia. capta a pontificijs. 1324. n. 12. §. Pugnatum.

Mors sanctorum. vt in cilicio & cinere pie obierit S. Ludouicus Rex Francorum. 1270. n. 22. §. Cunctis.

Mortui. de suffragijs pro ipsis. vid. *Suffragia pro defunctis*.

Munera. infligenda ijs pœna, qui magistratibus munera obtrudunt. 1267. n. 4. §. Verum.

N

Naiam princeps Christianus. rebellat in Cobilam Imp. Tartarorum. A. 1286. n. 35. §. In Asia. signum crucis in vexillis præfert. ib. vincitur, & captus præfocatur. ib.

Natagai. fictitium Tartarorum numen. 1271. num. 20. §. Tradit, & 1307. n. 29. §. Quod attinet.

Neapolitanus Rex. vid. *Rex Siciliæ*.

Neophyti. Vngaricus clerus correptus nimiæ in exigendis a neophytis iuribus acerbitatis. 1328. n. 83. §. Antea pontificiæ ea de re literæ. ib.

Nicolaus IV. eius decretum de rescindendis iniquis pactionibus, quæ Aragonij a Carolo Rege Neapolitano extorsere. 1288. num. 17. confirmat promulgatque literas de venia Siculis ob perduellionem data. 1289. nu. 15. remittit pœnas a Siculis ex edictis pontificijs contractas, si ad officium redierint. ibid. §. Gaudet.

O

Obedientia. quæ prælato promissa præcipue intelligitur de obseruantia religionis. A. 1312. n. 24. §. Tertia ratio.

Oleum lampadis ardentis ad sepulchrum dominicum. postulatum ab Imperatore Tartarorum. 1271. n. 20. §. Decretam.

Ordines minores. a Minorita simplici sacerdote collati S. Ludouico, postea episcopo Tolosano iussu S. Cœlestini Pontificis. 1294. n. 15. §. Mouebant.

Ordines mendicantes. vt eos esse exemptos expediat. 1312. num. 24. §. Postquam vniuersim.

Orientales linguæ. in scholis doceri iussæ a Pontifice. 1326. n. 29. §. Propagandæ.

P

Papatus. distinctio papatus secundum statum & personam. A. 1297. num. 34. §. Ad primam. vid. *Pontifex Romanus*.

Paulus Venetus. Tartarorum historiam

dam. ibid. pro seruando voto votum infringi iubebat. ibid. aiebat parendum sibi a Pontifice. Ib. baiulum lucis electum se ex vtero vocabat. ibid. Germanos concitare in Minoritas annisus est. §. Alia litera.
Fridericus Austriacus electus Cæsar. ad Ioannem XXII. scribit. A.1322.n.8.§. Extant. Ioannis ad eum literæ, quibus initis cum Ludouico Bauaro pactionibus soluitur. 1325.n.2.§. Ad nostrum.
Funera. in funere Imperatoris Tartarorum horrendæ eduntur strages. 1307.n.30.§. Sunt & in alijs. insana in funeribus superstitio. ibid. §. His insanis.

G

Græca lingua. vna cum Hebraica, Arabica, & Chaldaica in publicis scholis docenda. A.1326.n.29.
Græci. Turcarum Regem Christianis sacris non probe instituunt. 1257. num. 74. a Turcis, quorum salutem non promouerant, vexati. ibid. ad nuncupandam fidei orthodoxæ formulam excitati. 1276. num. 45. §. Grandis. Ioannis XXI. ea de re ad ipsos literæ. ibid.
Gregorius X. electus Pontifex, dum agit in oriente, Prædicatores duos mittit in Tartariam. 1271. n. 20. §. Addit. disceptatũ de ritibus, quibus Gregorius sacris pontificalibus esset initiandus. 1272. num. 9. præscripti ab eo. ibid. ad sedandas posterorum ambiguitates, ipsos in publica monumenta referri voluit. ibid. Caroli I. Siciliæ Regis ad eum literæ de soluendo censu. 1275. num. 54. eius decretum de conclaui tribus constitutionibus instauratum a Cœlestino V rescissis Adriani V. & Ioannis XXI. contrarijs decretis. 1294. num. 17. §. Quia & duobus sequentibus. §§.
Gregorius XI. decretum edit de ascripto SS. catalogo B. Elcazaro. 1323. n.68. §. Rationi.
Guillelmus episcop. Sabinensis. Pontificiæ ad eum literæ de legatione Hispanica. 1320. num. 35. §. Dum nuper.

H

Hæretici. a Richardo Rege Rom. vita & bonis proscripti. 1257. n.8. & ab Henrico Imperatore, suscepto diademate. 1312. n.37. §. Auctus.
Hebraica lingua. vna cum Græca, Arabica, & Chaldaica in scholis docenda. 1326. n. 29.
Henricus Imperator. suscepto diademate, fidem profitetur. 1312. n.37. § Auctus. proscribit hæreticos. ib. primatum Romani Pontificis agnoscit. ib. §. Sanctam.
Henricus Cypri Rex. Ioannis XXII. ad eum literæ, vt inducias cum Liguribus seruet. A. 1319. nu. 10. §. Quam sit.
Henricus dux Glogouiæ. eius literæ ad Ioannem XXII. Pontificem, quibus Poloniam ecclesiæ vectigalem profitetur. 1324. num. 53. §. Ad agendas.
Homagium. quo ritu præstetur Pontifici a Rege Siculo. 1309. n.21. §. Notandum.
Hugo Spenserius. cum Isabella Regina exercet inimicitias. 1326. n.13. §. Insuper. allata ab Angliæ Rege ad illius excusationem. ib.

I

Iacobus Rex Aragonum. affectat Sardiniam. A. 1267. n. 17.
Iacobus Aragonius. pacem init cum Carolo II. 1294. §. Certiores. obstrictus ad Siciliam & Melitam insulas ad Caroli II. obsequium reuocandas. ibid. imperata illi, lex pacis beneficio fruiturum, si pactis staret. §. Hæc tamen. decretum illius de Balearicis insulis coniunctis Cataloniæ rescissum. 1295. n.28. §. Obligationes.
Iacobus abbas ordinis Cisterciensis. commentarium scribit pro exemptionibus in concilio Viennensi. 1312. nu. 24. §. Quia.
Idiomata. vid. *Lingua*.
Idololatræ Tartari. eorum superstitiones. 1307. n.29.
Immunitas ecclesiastica, vid. *Ecclesiæ immunitas*.
Imperator. ritus in sacrando Aquisgrani Romanorum Rege. 1309. n.9. vid. *Romanorum Rex*.
Imperatrix. vid. *Romanorum Regina*.
Imperium. administratio imperij ad Pontificem deuoluitur, vacante solio augustali. 1320. num. 13. publica res nomine pontificio administrari iussa, vacante imperio. 1322. n.13.
S. Ioannes Baptista. sacra illius nomini ecclesia apud Tartaros condita diuinitus sustentata. 1271. n. 20. §. Samarcham. Saracenorum ad illud euertendum consilia impia. ibid. insigni elusa miraculo. ib.
Ioannes XXI. eius literæ ad clerum Græcorum. 1276. num.45. de missis internuntijs apostolicis. ibid. adhortatur Græcos, vt fidei orthodoxæ formulam nuncupent. eod. n.45. §. Quocirca. eius constitutio de abrogato Gregorij X. circa conclaue decreto rescissa a Cælestino V. 1294. n.17. §. Quia.
Ioannes XXII. eius constitutio in adulterinam monetam percutientes. 1317. num. 14. §. Prodiens. eiusdem lit. ad Cardinales internuntios spoliatos a prædonibus. 1317. n.48. §. Quis. aliæ ad Succum de denario S. Petri. 1317. num. 49. §. In deuotione. aliæ ad Belgam, ne infestet fratrem. 1318. num. 24. §. Sedes. aliæ ad Cyprium de impetratis inducijs ipsũ inter & Ligures. A.1319. n. 10 §. Quam. aliæ ad Bertrandum Card. de vicariatu imperij spectante ad sedem Apostolicam. 1320. num. 13. §. Licet. aliæ ad Compostellanum & Toletanum archiepiscopos de pacanda Castella. 1320. num. 34. §. Quanta. aliæ ad Guillelmum Card. de pace in eodem regno instauranda. num. 35. §. Dum. aliæ ad Saracenses de episcopo exule suæ sedi restituendo. 1321. num. 13. §. Nuper. vt Minoritas defenderit contra impostores eiusdem ordinis. 1321. num. 19. §. Ex multis. vt perperam traductus sit a recentioribus. ibid. §. Reuerendi. eiusdem sanctio de prælatorum electionibus in Italia sedi Apostolicæ reseruatis. 1322. nu.4. §. In patriarchatu. Friderici Romanorum Regis electi ad eum officiosæ literæ. 1322. n.8. §. Sanctissimo. aliæ Ioannis XXII. de ferenda Armenijs ope, indictisque publicis precibus. 1322. num. 39. §. Vobis. aliæ ad Cyprium Regem de pace cum Armenio. 1323. nu. 13. §. Cum. aliæ ad Bononienses de iungendis armis in Gibellinos. 1323. num. 28. §. Sicut. aliæ ad Florentinos hortatoriæ ad constantiam. 1324. num. 12. eiusdem edictum in legatos Ludouici Bauari eod. num. §. Vineæ. eiusdem monitoriæ literæ ad Eduardum II. vt Gallo Regi fidem deuinciat. 1324. num. 38. §. Cum homagium. aliæ ad Gallum, vt pacem cum Anglo componat. 1324. n.38. §. Exultauit. Henrici ducis Glogouiæ ad Pontificẽ literæ, quibus ecclesiæ cliẽtẽ se profitetur. 1324. n.53. §. Ad agendas. aliæ Regis Poloniæ ad eundem, quibus se ecclesiæ fiduciarium agnoscit, poscitque opem in Tartaros. eod. num. §. cum. Constet. Ioannis literæ ad Fridericum Austriacum, quibus pactiones cum Bauaro initas significat irritas. 1325. n. 2. §. Ad nostrum. aliæ eiusdem ad Brandeburgenses, vt Ludouico obsistant. §. Nos dudum. eiusdem in Firmanos & Fabrianenses edictum. 1325. num. 9. §. Contra. aliæ ipsius literæ ad Gallum de pace cum Anglo sancienda. 1326. num. 13. aliæ ad Parisiensem episcopum de linguis orientalibus docendis in academia. 1326. num. 28. §. Cupientes. aliæ ad Aragonium de extracto censu. 1328. num. 81. §. Cum. aliæ ad Vngaricum clerum, ne acerbe decumas exigat a Neophytis. 1328. num. 83. §. Significauit. aliæ ad Pisanos commendatitiæ de deserto antipapa. 1329. num. 11. §. Quoties. aliæ ad Azonem Vicecomitem, vt redeat ad ecclesiam. n. 15. §. Profecto. aliæ ad

sunt qui dicunt persuasisse illi Bonifacium, ne cederet. §. Quod vero, vid. *Pontifex Romanus* eod. anno.

Coloniensis archiep. quo ritu Regem Romanorum consecrare debeat. A. 1309. n. 9.

Columnenses Cardinales. contendunt, Cœlestinum abdicare se pontificatu non potuisse, sed refelluntur eorum argumenta. 1297. num. 34. vide in Cœlestino V. & Bonifacio VIII. prouocatio Columnensium ad concilium edita a Columnensibus iniqua demonstratur, ibid. §. Quod vero

Corsica Regnu Regi Aragonu 1306. n. 10.

Conclaue. decretum Gregorij X. de conclaui a S. Cœlestino V. tribus edictis instauratum. 1294. num. 17. §. Quia, & duobus sequentibus.

Coniugium spirituale præsulis cum ecclesia. vt illud differat a carnali circa indissolubilitatem. 1297. n. 34. §. Dicendum. & §. vt sequitur.

Crudelitas. viginti hominum millia cæsa in vnius Tartari Imperatoris funere. 1307. num. 29. §. insanus.

D

D*Aemones*. illudũt ethnicis. A. 1271. nu. 20. §. Tradit vid. *Magi*. per incantationes magicas tenebras offundunt aeri. A. 1307. n. 29. scyphos ex vna mensa in aliam transferunt. ibid. se in idolis adorandos curant. ibid. infelicitatem suam horrendis vlulatibus testantur. ibid. insanis opinionibus infideles imbuũt. §. seq. ritus religionis Christianæ æmulantur. §. In vrbe homines in exitium fictis vocibus trahunt. §. Tradit.

Defuncti. de suffragijs pro ipsis. vid. *Suffragia pro defunctis*.

Deipara. illius virginitas pluribus præsignata prodigijs. 1257. n. 68.

Denarius S. Petri. in Suetia colligi iussus. 1317. num. 49. Henricus dux Haleciæ regnique Poloniæ heres se fratresque suos illum persoluturos spondet. 1324. n. 53.

Dij Tartarorum. sunt dæmones. 1271. num. 20. §. Decretum. de ijs queritur Imperator, poscitque sacerdotes Christianos. ib.

E

E*Cclesia*. an teneat cessio papatus facta sine consensu ecclesiæ, discrepant auctores. A. 1297. nu. 34. §. Hæc Columnensium.

Ecclesia immunitas seu libertas. de iure ecclesiastico non labefactando monitum datum Carolo Regi Siciliæ a Clemente IV. 1267. num. 4. §. Quamuis. S. Ludouici Francorum Regis sanctio de tuendo iure ecclesiastico. 1268. n. 37. §. Pro salubri. electionum restituta libertas. ibid. immunitas ecclesiastici ordinis sancita. ibid.

Ecclesia iurisdictio. vid. *Iurisdictio ecclesiastica*.

Eduardus II. pontificiæ ad eum literæ. A. 1324. n. 38. vt Aquitaniæ nomine clientelarem sponsionem Gallo præstet. ibid. queritur Gallus, ab eo violatam pacem. 1326. num. 13. §. *Ad nostrum* pontificiæ de sopiendo dissidio ad Gallum literæ. ibid.

Eduardus III. pontificiæ ad eum literæ, vt vtatur clementia in suos. 1330. n. 50. §. Ad aures. commendata illi Isabella mater Regina. §. Acceperat. togatus vt illius maculas tegat. ib.

S. Eleazarus. pontificium decretum de eo inter sanctos relato. 1323. nu. 68. §. Rationi. illius genus & patria. ibid. castitatem eum coniuge seruauit. §. Hic equidem. dictus est aduocatus pauperum. ibid. patratum insigne miraculum ad illius sepulchrum. §. Hic insuper. ab Vrbano V. sanctorum catalogo adiectus. §. Vnde:

Episcopi. plures in exemptos querelas fundunt. 1312. num. 24. §. Agitatum. quænam eæ fuerint. ibid. exempti suam causam aduersus eos tuentur. §. Conquesti. Romanus Pontifex episcoporum iurisdictionem ampliare potest ac restringere. §. Si autem. eam ipsis communicat. ibid. an statum monasticum ab episcopali eximi expediat. §. De alijs. obiectio: Si expedit ab episcopali. Ergo & a papali expediet. §. Sed contra. vt iurisdictio in religiosos magis præsuli religioso, quam episcopo competat. §. Secundo probandum. episcopalis in religiosos iurisdictio superflua vel noxia probatur. §. Dico quod. obiectio. quod a principio episcopis religiosi fuerint obnoxij, soluitur. §. Et si. obiectiones pro episcopis contra religiosos. §. Contra præmissa. & solutiones. §. Ad primũ istorum. ab episcopis monachos non recte dirigendos probatur. §. Postea probatur, &c.

Exempti. de ijs conqueruntur episcopi. 1312. nu. 24 §. Agitatum. exempti causam suam tuentur aduersus episcopos. §. Conquesti. Iacobi ea de re commentarius. ibid. peculiari nexu adhærent sedi Apostolicæ. §. Tertio principaliter. vid. *Exemptio*.

Exemptio. ex quatuor causis recte instituta ostenditur. 1312. num. 24. §. Quia in pauciotibus. religiosi exemptionibus instructi tranquillius diuinæ rei vacant. §. Secunda via. potestas summi Pontificis in exemptionibus illustratur. §. Tertia via. qui fructus ex exemptione consequantur. ibid. viri sancti exemptionum auctores extitere. §. Quare secundo. sublata exemptione, non esset vnum caput in religiosis familijs. §. Secundo declaratur. impugnantes exemptiones sua magis, quam quæ sunt Christi consectari videntur. §. Secundo hoc idem patet. exemptionũ reuocatio noceret sedi Apostolicæ. §. Secundo hoc idem. exemptionis definitio. §. Prima quæstio, a iurisdictione papali nemo potest eximi. ibid. ab alia quam papali potest. §. Si autem. an exemptio sit vtilis vel expediens, controuertitur. §. Nunc restat. cur fiat exemptio. §. Circa quod sciendum, quod exemptio. exemptionis in casu determinato genus est appellatio. ibid. §. Quod. an statum monasticum ab episcopali eximi expediat. §. De alijs. obiectio, si ab episcopali, ergo & a papali, soluitur. §. Sed contra. per exemptiones Papa suam demonstrat auctoritatem. §. Secunda ratio. qui appellationes concedunt, necessario concedent exemptiones. §. Tertia ratio. dãnari exẽptio simpliciter non debet nisi re diligenter perpensa. §. Quinta ratio. episcopalis in religiosos iurisdictio superflua vel noxia ostenditur. §. Dico quod. de exemptionibus mendicantium in specie. ibid. & §. Postquam vniuersim. de exemptionibus capitulorum. §. Nunc restat. an exemptiones sint reuocandæ. §. Quantum autem. de conseruatoribus exemptionum. §. Nunc autem. an debeant esse perpetui. ib. argumenta contra exemptiones. §. Subijcit auctor. eorum solutiones. ib. an propter exemptiones Templarij fuerint peruersi. §. Dicendum vid. *Exempti*.

F

F*Abrianenses*. pontificium in eos edictum. A. 1325. num. 9. §. Contra.

Fides. eius mysteria proposita soldano Iconij. 1257. nu. 65. comprobata translato monte vnius Christiani imperio contra Saracenorum argumenta. 1271. num. 20. §. 4. stabilita Samarchandæ insigni miraculo. §. Narrat.

Firmani. Ioanni XXII. perduelles. 1325. num. 9. § Contra. pontificia in eos edicta. ib.

Florentini. Pontificiæ ad eos literæ, vt constanter causam ecclesiæ tueantur. 1324. num. 12. §. Qua accepta.

Franciscus e Lutra pseudominorita. vt prophetam se finxerit. 1331. num. 19. §. In nomine. senserit minus pie de ecclesia. §. Item arcana. Minoritis suaserit vt præsulum iugum excuterent. ibid. instauratorem ordinis se iactarit. ibid. quænam fuerit illius pseudoprophetia. §. Ecce ego. Minoritas episcopos damnat. ibid. sodales calumniatur, esse hostes sanctorum. ibid. eius iactantia. §. Volens. & illecebræ ad sectam constandam.

assensu posse cedere astruunt. ib.
Carolus I. Siciliæ Rex. salubribus præceptis a Clemente IV. instructus. A.1267.n.4. eiusdem Caroli literæ ad Gregorium X. de censu illi soluendo. 1275. n. 54.
Carolus II. Rex Siciliæ. extortæ ab eo pactiones rescissæ a Nicolao IV. 1288. n. 17. §. Reperimus,&c. illius ea de re sanctio. ibid. ipsum iniuste captum, dum pro æquitate pugnaret defenditur. §. Si quidem. quæ fuerint ea conuenta. §. Postposito. illustratur illius iustitia. §. Nullæ. vt Petrus & Alfonsus Aragonij in extremo vitæ actu eum reddi libertati iusserint. §. Sed forsitan. vetitum illi a Pontifice ad carcerem Aragonium redire. §. Quia. mulcere veniæ spe Siculos nititur. 1289. num. 15. illius ad Nicolaum IV. literæ de remissis iniurijs. ibid. §. Tentauit. a Nicolao IV obtinet, vt Siculi soluantur censuris pontificijs, si redeant ad officium eod. nu. §. Admisit. S. Cœlestinus pacis ab eo initæ cum Iacobo Aragonio leges confirmat. 1294. num. 15. §. In supremo. quænam illæ fuerint. eod. §. & seq. Aragonius ad Siciliam & Melitam illi restituendas se adstringit. ibid. & ad subeundos bellicos labores ac sumptus, donec expugnatæ sint. ibid. Caroli filius Ludouicus clero adscriptus a S. Cœlestino. §. Tenebatur. vid. *S. Ludouicus episc. Tolosanus*: Cardinales, Aquilam ituri ad Pontificem, a Carolo sacramentum exigunt, ab eo se non retentũ iri, si Pontificem obire contingeret. §. Interiectis.
Carolus IV. Rex Francorum. pontificiæ ad eum literæ hortatoriæ ad pacem cum Anglo sanciendam. 1324. num. 38. §. Exultauit. & 1326. n. 13. §. Ad nostram.
Catalonia. vt Baleares insulæ illi fuerint coniunctæ. 1295. n. 28 §. Obligationes. id decretum rescissum a Bonifacio VIII. ibid.
Caydo princeps Tartarus. in Cobilam Imperatorem rebellat. 1286. num. 35. §. In Asia. socio Naiam oppresso, pacem cum eo percutit. §. Quod vero.
Cessio. Columnensium argumenta, quod non valeat in Papa. 1297. nu. 34. §. Vniuersis. contraria argumenta Ioannis Andreæ, quod valeat. §. Vt sequitur. an teneat cessio Papatus facta sine consensu ecclesiæ, discrepant auctores §. Hæc Columnensium.
Chaldaica lingua. vna cum Græca, Hebraica, & Arabica in scholis docenda. 1326. n. 29.
Christus. de eius aduentu prænuntiato a prophetis. 1257. num. 68. illius matris virginitas pluribus designata prodigijs. ibid. de sanctitate vitæ ipsius. ibid. eius passio prædicta a prophetis. num. 70. tolerata pro salute humani generis. ibid. §. Alium. quantum homo pro redemptione debeat Christo. num. 71. crudelis est qui misericordiam illius non recolit. ibid. insultantibus ei Iudæis & Saracenis, quod princeps Christianus crucis signa præferens victus esset, defenditur a Tartaro, quod sit iustus in non defendenda causa iniusta. 1286. num. 35. §. Porro Iudæi.
Cinis. S. Ludouicus Francorum Rex in sacco & cinere obijt. 1270. n. 22. §. Cunctis.
Clemens IV. eius ad Manfredum tyrãnum literæ. 1266. nu. 8. non formidandas illius minas, sed Deum respondet. 1266. num. 8. eius ad Balduinum Imp. Constantinopolitanum de parta a Carolo Andegauensi Sicilia literæ. num. 23. spem ipsi inijcit. num. 23. eundem Carolum Siciliæ Regem salubribus præceptis instruit. 1267. n. 4.
Clemens V. quo ritu Robertus Rex sacramentum fidei illi addixerit. 1309. num 21. §. Notandum. eius literæ ad Arnaldum legatum de imperiali insigni Henrico conferendo. 1311. n. 21. §. Delectatur.
Cobila siue Cublai Tartarorum Imperator. queritur suos subditos a dæmonibus deludi. 1271. num. 20. §. Addit. poscit Sacerdotes a Romano Pontifice ad se mitti. ibid. de superstitione Tartarorum. §. Tradit. sacerdotes duo ordinis Prædicatorum ad Tartarorum Imperatorem missi. 1271. n. 20. §. Addit.
Cobila siue Cublai Cham Tamor nepos ex primogenito. illi succedit in imperio. 1307 num. 29. magos tenebat in aula. ibid. vt, spretis eorum præstigijs, Christo nomen dederit. ibid. Naiam Christianum principem aduersus se rebellantem vincit, capitque. 1286. num. 35. §. In Asia. ita illum necat, vt nec terra regium biberet sanguinem, nec sol aerue mala interire morte conspicerent. ibid. Iudæos & Saracenos insultantes Christianis compescit. eod. n. §. Porro. laudat Christum, quod improbam causam non fouerit. ib.
Cœlestinus V. ipsius literæ encyclicæ de inito a se pontificatu. 1294. nu. 15. vt diu Cardinales circa deligendum Pontificem dissenserint. ibid. §. Piæ. vt pontificatu sibi delato obstupuerit. ibid. implendi diuini imperij studio illum admiserit. ibid. commendarit se præsulum & fidelium precibus. ibid §. Vniuersitatem. Reges ad administrandos pie principatus solicitat. ibid. §. Certiores. restituendæ in Syria religioni dat operam. eod. §. pacis leges inter Carolum II. Siciliæ Regem & Iacobum Aragonium confirmat. eod. §. &c. Siculorum rebellionem orienti attulisse exitium ostendit. §. Post. obstringit Iacobum ad cogendam armis Siciliam in obsequium ecclesiæ. §. Et si forte. addit hypothesim, pacis huiusmodi beneficio ipsum fruiturum, si promissis steterit. §. Hæc tamen. conuentis inter Carolum Regem Neapolitanum & Aragonios assentitur Cœlestinus, & qua de causa. §. Supplicauit. prudentissime in re tanti momenti se gessit. §. Emicuit. indicit subsidiarias decumas pro sustinendis belli Siculi sumptibus. ibid. pium illius ad restituendam Syriæ religionem studium. §. Inundant. decernit prius Siciliæ insulam ad officium reuocare. §. Nos itaque. debellata Siciliæ insula, meditatur fidelium arma in Saracenos vertere. ibid. decumas in belli illius sumptus imperat. ibid. Monet Philippum Regem Francorum vt concordiæ leges ad ipsum spectantes impleat. ibid. pontificiæ ad illum ea de re literæ. §. Habet charissime. paruit Pontifici Rex. ibid. admonet quoque Iacobum Aragonium, vt conuenta impleat. ibid. datæ ad ipsum ea de re literæ. §. Insinuauit. ipsum solicitat vt in Siciliam se conferat. ibid. promouendæ pacis studio Neapolim se confert Pontifex. ibid. Christiana res ingens damnum abeunte e Pontificatu Cœlestino passa. ibid. Iacobum Aragonium de contractis vetitis nuptijs increpat. ibid. & §. Peccasti. proponit ob oculos superiora flagitia. ibid. & ea illicito matrimonio cumulata. ibid. & §. Ecce qualiter. tristes Friderici Imp. exitus in memoriam eidem Iacobo reuocat. §. In præmissis. ipsum monet vt pactiones cum Castellano initas rescindat. §. Te igitur. ascribi iubet clero S. Ludouicum Regis Siciliæ filium. ibid. a pio Minorita conferri illi iubet ordines minores. §. Cum desideres. eidem Lugdunensem archiepiscopatum cõcredit. ib. quæ causa sanctum Pontificem ad id permouerit. §. Mouebant constantia illius in Cardinalium iniquis voluntatibus frangendis. 1294. num. 17. §. Quia. Gregorij X. leges de conclaui instaurat Aquilæ. ibid. Adriani V. & Ioannis XXI. contraria decreta rescindit. ibid. contrarium his expresserant Cardinales a Rege Siciliæ sacramentum. ibid. ipsum conuellit Cœlestinus, & superius decretum innouat apud S. Germanum. ibid. tertia eius constitutio pro redintegrando Gregorij decreto. ibid. & §. Pridem. & §. Constitutionem. contendunt Cardinales Columnenses, Cœlestinum abdicare se Pontificatu non potuisse. 1297. n. 34. ipsorum ea de re literæ. ibid. §. Vniuersis, &c. refelluntur eorũ argumenta a Petro Paludano & Io. Andrea. §. Hæc Columnensium, &c.

INDEX

Prætermissorum & reddendorum suis locis.

A

ADrianus V. eius sanctio de abrogata constitutione Gregorij X. circa conclaue, rescissa a S. Cælestino. A.1294.n.17. §.Quia.
Adulterium, gloriæ datum inter Tartaros. 1307. num. 30. §.Sunt & in alijs.
Ægidius monachus impugnat exemptiones. 1312. num. 24. §.Item. in eum scribit Iacobus abbas ordinis Cisterciensis, ibid.
Alexander IV. soldanum Iconij fidei Christianæ mysterijs instruit. 1257. num. 61. &c. eiusdem ea de re insignes literæ. ibid. ipsum hortatur, vt baptismum suscipiat. num. 72. eiusdem Pontificis sanctio de precibus fundendis pro Pontificibus, & Cardinalibus defunctis. 1261. num. 7.
Alfonsus Aragonius, morti proximus Carolum II. e vinculis emitti iubet. 1288. n. 17. §.Sed forsitan.
Alfonsus Rex Aragonum. Pontificiæ ad eum literæ de extracta Sardici census solutione, 1328. nu. 81. §.Cum pro. commendatus pontificijs literis de suscepto bello in Saracenos. 1330. num. 46. §. Gratias agimus.
Anima, de statu animarum in altera vita, insana Tartarorum opinio. 1307. num. 30. §. Sunt & in alijs. occisorum animalium hominumque animabus eas vti arbitrantur, ibid. eas cibis vesci autumant. §. His in sanis. ijs gaudere putant, quæ exusta sunt. ibid.
Apostolica sedes, vid. *Pontifex Romanus*.
Appellatio. genus est exemptionis in casu determinato. 1312. num. 24. §. Circa quod appellationes a Papa sūt supplicationes. ibid. qui appellationes concedunt, concedent necessario exemptiones. §. Tertia ratio.
Aquisgranum. qui ritus in sacrando in ea vrbe Romanorum Rege seruentur. 1309. n. 9.
Arabica lingua, vna cum Græca, Hebraica, & Chaldaica in scholis docenda. 1326. n. 29.
Armenij. indictæ pro ijs publicæ preces suppetiæq. 1322. n. 39. §. Vobis.
Arnaldus episcopus Sabinensis. datæ ad eum de imperiali insigni conferendo Henrico literæ. 1311. n. 21.
Astrologi. eorum amentia in mortuorum cadaueribus exurendis apud Tartaros. 1307. n. 30. §. His insanis.
Audientia. de audiendis æquanimiter a principibus subditorum querelis. A. 1267. n. 4.
Azatines siue Alatines soldanus Iconij. prophetarum & euangeliorum lectioni dat operam. 1257. num. 65. de fide Christiana bene sentit. ibid. Alexandri IV. ad eum literæ de fidei Christianæ mysterijs. ibid. &c. consulit illi Pontifex, vt baptismum sacrum suscipiat, num. 72. vt cum Balduino II. fœdus inire sit meditatus. num. 73. de religione Christiana amplificanda pactus sit. ibid. ad Græcos confugit. num. 74. male ab ijs instruitur. num. 74. damnatur honesto exilio. ibid. in Græciam euocat Tartaros. ibid. dum in Turciam redit, moritur. ibid. eius filius a Turcis cæsus. ibid. Turcæ exinde in maximas dissensiones coniecti. ib.
Azo Vicecomes. pontificiæ ad eum literæ hortatoriæ ad constantiam in susceptis ecclesiæ partibus. 1329. num. 15. §. Profecto. aliæ ad eum literæ, quibus solicitatur ad pacem cum Ioanne Rege Boemiæ conficiendam. 1333. num. 26. §. Quia tuum.

B

BAlduinus II. Imperator. cum soldano Iconij de iungenda affinitate paciscitur. A. 1257. num. 73. quæ illi ad fidei amplificationem fuerint promissa. ib. Clementis IV. ad eum literæ. 1266. num. 23.
Baleares insulæ. coniunctæ Cataloniæ, Iacobi & Catalanorum & Balearium decreto. 1295. num. 28. §. *Obligationes*. conuulsum illud a Bonifacio VIII. decretum. ibid.
Bertoldus e Marsteron Ludouici Bauari legatus. pontificium in eum edictum ob Vicecomites defensos. 1324. nu. 12. §. Vineæ.
Bertrandus Cardinalis A. S. L. Matthæum Vicecomitem interpellat de pace. 1320. num. 10. §. Nos spretus iudicio persequitur. §. Hæc omnia. promulgat deuinctum anathemate. ibid. illius de Parmensibus absoluendis literę. 1322. n. 13. §. Cum præfati.
Blasphemia. Richardi Regis Romanorum in blasphemos constitutio. 1257. num. 8. supplicio affici iussi blasphemi. ibid. quæ pœna inflicta, si ex præcipiti lapsu blasphema vox prolata. ib.
Boni. vid. *Iusti*.
Bonifatius VIII. formula sacramenti ab eo nuncupati B. Petro antequam sacaretur. A. 1295. nu. 1. illius formula. ibid. obstringit se, nunquam ecclesiæ administrationem abiecturum. ibid. §. In nomine. ad tuendam fidem de Deo vno & trino, deque Christo redemptore. ibid. ad sustinenda octo œcumenica concilia. ibid. ad seruandas sanctiones canonicas. ibid. & traditiones. ibid. & disciplinam ecclesiasticam restituendam. ibid. implorat S. Petri opem. ibid. ostendit sacramenta inique extorta rescindenda esse. num. 28. eiusdem decretum de insulis Balearibus non coniungendis cum Catalonia. ibid. Cardinales Columnenses aduersus Bonifacium schisma moliuntur. 1297. num. 34. eorum literæ. ibid. contendunt, Cælestinum abdicare se pontificatu non potuisse. ibid. eorum argumenta. ibid. refelluntur. ibid. §. Hæc Columnensium, &c. vid. *Pontifex Romanus*. eod. anno. refellitur, quod Bonifacius S. Cælestinum subornarit, vt cederet. §. Quod vero.
Bononienses. Ioannis XXII. ad eos literæ de ecclesiæ causa tuenda aduersus Atestinos. 1323. num. 28. §. Sicut.
Brandeburgenses. Ioannis XXII. ad eos literæ, ne sentiant cum Ludouico Bauaro. 1325. n. 8. §. Nos dudum. vetiti Ludouicum iuniorem excipere. ibid.

C

CAesar. vid. *Romanorum Rex*.
Capitula. de eorum exemptionibus. 1312. num. 24. §. Nunc restat, &c.
Cardinales. Alexandri IV. sanctio de precibus fundendis pro Pontificibus & Cardinalibus defunctis. 1261. nu. 7. ituri Cardinales Aquilam adigunt sacramento Carolum Siciliæ Regem, ipsos non retentum iri in regno Neapolitano, si Pontificem obire contingeret. 1294. num. 17. §. Interiectis. rescisso eo sacramento conuulsisque Adriani V. & Ioannis XXI. edictis, iussi a S. Cœlestino Papa tribus decretis, Gregorij X. sanctionem de conclaui obseruare. §. Quia. §. Interiectis. §. Paucis. contendunt Petrus Paludanus & Hugo, Papam si cedat papatu, in eorum manibus necessario debere cedere. 1297. num. 34. §. Dicendum. negant id alij, & sine eorum assen-

exhortamur attentius in Domino & rogamus, quatenus pacis commoda & dissensionum discrimina consideranter attendens, nuncios præfatos benigne recipias, eisque fauoribus opportunis super præmissis assistas summi pacificique Regis intuitu, ac nostrorum precaminum interuentu, dictum Regem natum tuum inducendo sedule, aliasque dando opem & operam efficaces, vt pax Deo grata, & hominibus bonæ voluntatis desiderata plurimum, Regibus prædictis & eorum regnis proueniat, terræque sanctæ negotio (cui per discordiam Regum ipsorum impedimenta præstarentur noxia) profutura, vt per hoc illum tibi retributorem tuæ solicitudinis & laboris constituas, qui fidelium obsequia in retributione iustorum sine retributione ineffabili non relinquet. *Dat. XVII. kal. octobris, anno VIII.*

Rogata Isabella Regina vt pacem promoueat.

Anno 1333.*n.*26.*vers.*21.*post vocem*, legaret, *adde:*

Azoni de Vicecomitibus vicario ciuitatis Mediolanensis.

Quia tuum & domus tuæ statum desideramus prosperum & tranquillum, percepto pridem, quod charissimus in Christo filius noster Ioannes Rex Boemiæ illustris per te reputabat multipliciter se offensum, eumque illius esse propositi, quod offensas huiusmodi non intendebat conniuentibus oculis pertransire; præfato Regi, cum esset in nostra constitutus præsentia, suadere curauimus, vt ab offensa tua omnino abstinere deberet, offerentes nos paratos dare operam efficacem quod, si contra ipsum egeras indebite aliqua, de illis sibi emendam faceres competentem: qui prompte respondit, quod super his, ciuitate excepta Pergamensi, quam in hoc includere noluit, paratus erat in omnibus ordinationi nostræ stare, gentesq; suas instructas & mandato sufficienti munitas apud nos dimittere, vel quandocumque vellemus ad nostram propter hoc præsentiam destinare. Quare, fili, si hoc idem facere volueris, & ad id procuratores institutos cum mandato sufficienti ad præsentiam nostram transmiseris, nos parati erimus pro pace ac concordia, sicut Deo placere ac honori ecclesiæ ac vtrique parti expedire cognouerimus, efficaciter interponere partes nostras; præsertim cum Rex præfatus apud sedem Apostolicam propter hoc dimiserit gentes suas. *Dat. III. non. februarij anno XVII.*

Azo ad pacem sollicitatur.

L A V S D E O.

Solicitas Eduardus ad clementiam in ſuos.

gat, adhuc fili chariſſime, tuam prudentiam exhortamur in Domino & rogamus attente, quatenus recogitans diligenter, quod miſericordibus eſt ab illo, qui non mentitur, miſericordia repromiſſa; quodque tu, qui Regi regum es ſubditus, cuius miſericordia egere noſceris, cum omnes offendimus in multis, tutiuſque ſit tibi de miſericordia quam de rigoroſa iuſtitia reddere rationem, digneris ipſis miſericordiæ viſcera aperire, ſicque iuxta promiſſionem dominicam in illo horrendo iudicio miſericordiam aſſequi merearis. Speramus equidem, chariſſime fili, quod nedum in præmiſſis miſericordiam tibi accommodam poteris reperire, immo iſtos tibi ad fidelitatem & deuotionem obligabis inſolubiliter, multoſque alios ad tuam fidelitatem & amorem ſincerum pertrahere poteris per exemplum. Hoc poſtremo rogamus, & ſano conſilio ſuademus, quatenus in ijs & quibuſuis alijs grauibus ira, odium, & appetitus vindictæ prorſus a regio animo exulent; ſed omnia in charitate, mature, & cum ſano conſilio & ſecundum debitum ordinem peragantur: quod tibi dignetur concedere, cui cum voluerit, ſubeſt poſſe. *Dat. Auin. VII. id. nouembris anno XV.* Acceperat etiam Pontifex, Eduardum abalienatum animo a Regina matre Iſabella impudica priſtini in ipſam amoris ſigna ac vultus ſerenitatem non explicare; ad quem matri conciliandum preces porrexit [a], vt matris famam ſeruaret, parceret eius pudori, lapſuſque occuleret: *Excellentiam*, inquit, *regiam exhortamur in* Domino, *& toto cordis rogamus affectu, quatenus ad tuam reducens memoriam quæ & quanta in vtero ſuo ſit propter te pericula paſſa, quantaque cura te nutriuerit, & quam ſedulam adhibere diligentiam curauerit circa tua negotia, quantiſque propter te exponere ſe periculis non expauerit; nec non quam ſit filiorum erga parentes reuerentia Deo grata, quamque ſit erga eos irreuerentia odibilis & infeſta, non faciliter mouearis ad credenda de ipſa ſiniſtra aliqua, nec ad ſubtrahendum ſibi filialem beneuolentiam accendaris: ſed potius, ſi (quod abſit) ipſam excellentiæ regiæ deferat aliquis, diligenter attendat circumſpectio regia conditionem deferentium & deferendi modum: ſcimus enim, nec credimus te latere, quod propter tua negotia multos ſibi procurauit exoſos ac maleuolos contra ſe prouocauit. Item quantum ſint, quæ proponuntur tibi, veriſimilia; & qualiter, & per quos ſint probanda: ſicque his & alijs quæ tibi Deus circa hæc miniſtrabit, in conſideratione deductis, ea repellere & matri famam conſeruare non omittas.* Et infra: *Obſecramus te, fili, per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, vt matris pudori, quantum ſecundum Deum poteris, velis parcere, & eius lapſum ſi quis (quod abſit) fuerit non publicare, ſed quantum bono modo poteris, ipſum potius ſtudeas occultare. Dat. VII. id. nou. anno XV.* Adhibuit etiã apud Eduardũ Philippæ Reginę preces, vt ſocrum in gratiam cũ Eduardo reſtitueret.

a Ib. pag. 40.
Commẽdata illi Regina.
Rogatur, vt illius maculas tegat.

Ne vero recrudeſcerent in Anglia diſcordiæ veteres, atque in apertum bellum erumperent, ad eas ſopiendas ad Henricum [b] comitem Lancaſtriæ, Guillelmum e Monteacuto, atque archiepiſcopum Cantuarienſem ſcripſit, vt ſuam induſtriam adhiberent, & pericula imminentia & quem ex his conciperet metum, expoſuit: *Si*, inquit, *ab his, quæ ipſis ſunt impoſita, ſunt inſontes, compatimur eis admodum, quia taliter ſine cauſa moleſtiam ſunt perpeſſi, & inſuper compatimur dicto* Regi, *qui iuſte credens procedere, ſic dure deceptus proceſſit contra eos: ipſi quoque regno compatimur, ſuper quod maledictionem ſuam ille, cuius maledictio maledictos reddit quibus maledixerit, effudiſſe videtur: nempe ſi conſiderentur mortis & ſtrages perpetratæ in eodem regno: a breui enim tempore videtur ad antiquum ſtatum infidelium regnum huiuſmodi iam rediſſe, nec adhuc finis imponitur, ſed ad deteriora via continue præparatur. Vnde conſiderantes, quod vigor iuris in talibus ſtatui regni non proficit; ſed ipſum nudat perſonis egregijs, multiplicatque odia & rancores; videretur expediens, quod via alia tentaretur, videlicet quod iuris mitigato rigore pœnæ infligerentur delinquentibus mitiores, non quod ſtatim tanti viri, vbi ipſos deliquiſſe conſtaret, deberent tam ignominioſe puniri; viæ nihilominus conſiderarentur aliæ, per quas poſſent induci ad fidelitatem regiam regij ſubditi, & inuicem ſubditi in ſeipſis: alias formidandum videtur, quod breui tempore regnum illud remanebit nobilibus vacuum ſine quibus non conſueuerunt regna defendi ab extrinſecis, nec intrinſecis iuſtitia miniſtrari. Dat. VII. id. nouembris anno XV.*

b Ib. pag. 40.
Propoſitũ quam miſere fuerũ ſanguine ſit fœdata Anglia.

Anno 1330. *num. vltimo verſ.* 4. *ante finem numeri poſt vocem*, impoſitum, *adde*: Extant porro eius vitæ acta fide digniſſima apud Surium [a], vt is ab ineunte ætate ſe totum Deo addixerit, ſcientijſque excultus ab epiſcopo Trecorenſi adhibitus ad eccleſiaſticas cauſas dirimendas in eo munere integerrime ius dixerit: et quoties aduerſus aliquem ſententiam grauiorem promeret, lacrymis manare viſus ſit; deinde a rerũ forenſiũ vſu ac ſtrepitu ſe ſubducere meditatus, parochiæ adminiſtrationem ſuſceperit, in qua ſingularem animarum ſibi commiſſarum curam geſſit; ac pupillorum & viduarum clientelam capeſſiuit adeo, vt ad eos ab iniurijs lites mouentium vindicandos, cum iuſta eorum cauſa eſſet, ipſam ſuis vrgeret ſumptibus ſine vlla præmij ſpe, adiret iudicum tribunalia, ac patronum ageret. Tanto vero pauperes amore complectebatur, vt ſua in ijs paſcendis exhauriret, atque in ſumma annonæ inopia pauculos panes, qui ſupererant, cum ipſis partiretur: cui tamen diuina prouidẽtia multiplicatis panibus non defuit. Carnem caſtiſſimam aſſiduis ieiunijs duriſſimo lecto pœniſque voluntarijs macerabat; mentem vero cœleſtium rerum contemplatione reficiebat: quibus virtutibus adeo diuini Numinis gratiam eſt promeritus, vt ad eius preces maximas cœleſtes virtutes ediderit.

a Sur. to. 3. die 19. maij.
S. Iuonis vitæ acta præcipua.
Illius integritas in iure dicundo.
Vt in parochi obeundo munere ſe geſſerit.
Pupillorũ & viduarum cauſas egerit. Pauperes aluerit.
Illius vitæ auſteritas
Claruit miraculis.

Anno 1333. *num.* 23. *verſ.* 7. *ante finem, poſt vocem*, ſtuderent, *adde*: Rogata etiam Iſabella Regina Eduardi mater [b], vt filio pacis conſilia inſtillaret.

b Ead. pag. 109.

Ioannes, &c. Iſabelli Reginæ *Angliæ*.

Non ſine multa mentis amaritudine percepimus his diebus, quod zizaniæ ſator cunctorumque malorum incentor inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Eduardum Angliæ natum tuum, & Dauid Scotiæ Reges illuſtres adeo grauis diſſenſionis iniecit ſemina, quod iam ad tam graues congreſſus bellicos proceſſerunt mutuo quod, proh dolor! gens innumera in eis dicitur cecidiſſe: nec his contenti ad grauiora inferenda hinc inde, ſicut aſſeritur, ſe diſponunt. [Et infra, vbi ſubiecit, ſe ex apoſtolica ſolicitudine ad extinguẽdum bellum atrox Geraldum Othonis Minoritarum ſupremum præpoſitum, atque Arnaldum e S. Michaele ordinis Prædicatorum internuntios mittere, addit:] Tuam excellentiam

Anglum inter & Scotum exorta diſſidia.
Miſſi internuntij ad ea cõponenda.

ex-

Ioannem Azonis pattuum dedit Pontifex.

Anno 1330. *num.* 27. *post.* §. *Vt vero adde:*

Ioanni S. *Theodori diacono Cardinali.*

Cum certis ex causis expediens repuremus, quod populus Vrbis iuxta morem suum scribendi vniuersis Christi fidelibus generaliter & specialiter certis Regibus & principibus, quorum nomina continet cedula præsentibus interclusa, per suas patentes scribant literas, quod ea, quæ fecerunt nonnulli ex ciuibus Romanis de mandato populi prædictorum seu illorum, qui tunc præerant regimini dictæ Vrbis, quantum ad coronationem illius infelicis hominis Ludouici de Bauaria, dudum in Regem discorditer Romanorum electi; nec non & circa electionem Petri de Corbario ordinis fratrum Minorum in Papam, immo verius antipapam assumpti, tantum processerunt de facto, non de iure aliquo, cum nullum eis competeret nec comperat faciendi præmissa; quæ prædicti populus diligentius attendentes, post recessum dictorum Petri & Ludouici de Vrbe prædicta, quod ad eos non pertinebant præmissa nec aliquod præmissorum, publice recognouerunt, eaque quatenus de facto processerant; quantum ad eos pertinere poterat, reuocarunt: & idem de omnibus, quæ dicti Petrus & Ludouicus in Vrbe attentarant prædicta recognoscere & facere curauerunt, certum terminum peremptorium præfigentes nihilominus, vt omnes illi, qui aliquas literas bulla qua dictus Petrus, seu sigillo quo dictus Ludouicus vtebantur, immo verius abutebantur, de facto munitas habebant, exbibere deberent, quarum nonnullas a diuersis personis exhibitas combusserunt; tuam prudentiam exhortamur, quatenus prædictas literas per populum prædictos vijs & modis, quibus expedire cognoueris, fieri & dirigi studeas, adhibita sedula diligentia, nobis rescripturus fideliter quidquid factum extiterit in hac parte. *Dat.* x. *kal octobris, anno* xv.

Gesta a Lud. & antipapa nō valere.

Anno 1330. *num.* 46. *vers.* 26. *post vocem*, pontificiæ, *adde:*

Alfonso Regi Aragonum.

Gratias agimus domino Deo nostro, a quo fluenta gratiarum emanant, quod te natura benignum virtutibus imbuit, mentemque tuam, ætatis tempus maturo superante consilio, ad exaltationem & defensionem catholicæ fidei præparauit, vt pro diuini nominis gloria & eiusdem fidei palmitibus dilatandis tuas laudabiles conuertas & dirigas actiones. Sane dudum dilecti filij nobiles viri procuratores & nuncij tui, ad sedem Apostolicam accedentes, nobis & fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus reuerenter exponere curauerunt, quod tu zelo fidei ac deuotionis accensus ad propulsandas impugnationes, contumelias, & offensas, quas perfidi Saraceni regnis & terris tuis vicini in Christianos dictorum regnorum & terrarum tuarum perpetrare & committere in grauem nostri Redemptoris iniuriam iugiter non verentur; nec non pro exaltatione eiusdem fidei & sanctæ matris ecclesiæ ac vniuersorum Christi fidelium ad impugnandum & expugnandum eosdem Saracenos, dextera diuina tibi assistente propitia, conflatis vndique viribus, viriliter intendebas. Et quia ad prosecutionem tanti negotij & continuationem prosecutionis ipsius necessario tibi noscebantur incumbere magna profluuia expensarum, ad quarum supportationem tu non poteras sufficere commode per te ipsum, ijdem procuratores & nuncij nomine tuo subsidium decimæ omnium prouentuum ecclesiasticorum regnorum & terrarum ac dominij tuorum tibi vsque ad certum tempus concedi cum prædicatione crucis in Aragoniæ & Valentiæ, ac Sardiniæ & Corsicæ regnis, & comitatu Barchinoniæ, ac cum indulgentijs concedi solitis transfretantibus in subsidium terræ sanctæ contra hostes fidei supradictos, a nobis suppliciter postularunt.

Aragonij elogium.

De illius oratorib⁹

Propositæ ab ijs Saracenorū excursiones.

Petitum in bellicos sumptus subsidium.

Nos igitur, tuum pium & laudabile propositum in hac parte diligentius attendentes, huiusmodi supplicationibus eo libentius annuendum fore prouidimus, quo huiusmodi causam, quam ad laudem Dei in præmissis te assumpsisse & promouere confidimus, apostolici fauoris fulciendam & iuuandam præsidijs vtile & expediens extimamus. *Et infra.* Prædicationem siquidem crucis in dictis regnis & terris tuis per venerabilem fratrem nostrum Ioannem patriarcham Alexandrinum, administratorem ecclesiæ Terraconensis in spiritualibus & temporalibus per sedem Apostolicam deputatum, & alias personas ecclesiasticas seculares & regulares ad id idoneas ab eo deputandas contra Saracenos regni Granatæ, & alios Saracenos tam vicinos quam quoscumq; alios, dum in eorum auxilium veniunt, pro certo tempore fieri concessimus per nostras literas speciales; ita quod proponeretur in dictis regnis & terris ac dominio tuis solemniter verbum crucis: & tam tuis & aliorum fidelium regnorum & terrarum ac dominij prædictorum, quam cæterorum vndecumque illuc confluentium & illam ibidem deuote suscipere volentium per eos, qui ibidem proponerent dictum verbum, affigeretur humeris venerabile signum eius; vt tali signo crucis viuificæ communiti prædictum negotium contra Saracenos præfatos feruenter assumerent, illud viriliter prosequendo, cum indulgentijs solitis in similibus casibus indulgeri expressis in literis supradictis. Decimam insuper omnium redditūum & prouentuum ecclesiasticorum ab omnibus archiepiscopis & episcopis cæterisque personis ecclesiasticis quibuscumque, exemptis & non exemptis regnorum & terrarum ac dominij prædictorum, *& infra*, vsque ad biennium a kal. proxime instantis mensis iunij inchoandum de ipsorum fratrum nostrorum consilio tibi auctoritate præsentium duximus concedendam; expendendam tamen per te seu de mandato tuo in eiusdem prosecutione negotij, ipsa prosecutione durante, ac recipiendam iuxta modum & formam annotatos.] Quæ sequuntur, consonant cum alijs Ioannis literis *Dele vocem*, tum aliæ, *vers.* 26.

Assensum Regis Aragonum precibus.

Fideles crucis symbolo insigniri iussi.

Veniæ spes ostēsa.

Concessæ biennales decumæ.

Anno 1330. *num.* 50. *post finem* §. 1. *adde:*

Ioannes, &c. Eduardo Regi Angliæ.

Ad aures nostras fili charissime, relatio plurimum infausta perduxit, quod certis ex causis, quas tamen relatio subticebat, die xix. mensis octobris circa mediā noctem cum gente cœpisti armigera subito nonnullos principes & alios regni tui nobiles, & in carcerem retrusisti. [Et infra vbi se magno dolore affectum exposuit, auctos honoribus atque opibus prænobiles viros in ipsum moliri aliquid ausos, præmonuitque ne ab æquitate in ferendo iudicio deflecteret, caueretque, ne eorum testimonia acciperentur, quos inuidia aut odium aduersus insontes efferaret, ac si nil grauius ab ijs consultum reperiret, pristinæ mox restitueret libertati, subdit:] Si vero contra ipsos (quod absit) grauia reperiri contingat,

Turbæ in Anglica aula excitæ.

ſtolicæ ſedis adire præſentiam, facturus nobis noſtro & ipſius eccleſiæ nomine ligium in manibus noſtris homagium, & præſtiturus fidelitatis debitæ iuramentum; nos, paterno more compatientes tuis occupationibus varijs, quas tibi noua ſuſcepti regiminis auſpicia ſubminiſtrant;ac propterea tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, terminum ſuper præmiſſis vnius anni prædicti vſque ad vnum alium annum, a fine præfati anni in antea computandum, tibi de fratrum noſtrorum conſilio tenore præſentium prorogamus. Volumus autem per hoc iuramento per dictum patrem tuum (ſicut præmittitur) præſtito, ſeu quibuſcumque conditionibus, obligationibus, ſeu pactis & conuentionibus alijs in conceſſione dicti regni facta præfato patri tuo appoſitis, quæ in ſuo robore permanere decernimus, in aliquo nullatenus derogetur. *Dat. Auin. non. maij anno* XII.

Ad annũ alterum extracta dies.

Anno 1328. *poſt num.* 83. *adde:* Antea vero, querente eodem Vngariæ Rege, nonnullorum præſulum & clericorum acerbitate nimia in exigendis decumis a neophytis, qui ad eccleſiæ gremium ſe conferebant, barbaros a fide catholica amplexanda deterreri, Ioannes clerum Vngaricum nimiam illam acerbitatem temperare, ac potius animarum quam rerum caducarum compendio ſtudere iuſſit a.

Accuſat' Vngaric' clerus.

a An. 2. p. 1 ep. cur. 4.

Venerabilibus fratribus archiepiſcopis & epiſcopis, nec non dilectis filijs electis, abbatibus, prioribus, & alijs eccleſiarum prælatis in regno Vngariæ conſtitutis.

Significauit nobis chariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus Rex Vngariæ illuſtris, quod vos, cum contingit aliquos ex Cumanis, Blachis, & Sclauis & alijs infidelibus ad fidem catholicam diuina gratia & dicti Regis inductione conuerti, ab huiuſmodi taliter conuerſis & in fide catholica prædicta nouis decimas integras nimis rigoroſe exigitis, ac etiam extorquetis; propter quod neophiti & conuerſi huiuſmodi ex eo, quod ſoluere decimas ante conuerſionem eorum non conſueuerunt, interdum aſſerunt, quod ad fidem catholicam prædictam aſſumendam ex eo inuitantur, vt dent clericis bona ſua; & multi, qui ad fidem ipſam libenter conuerterentur, a conuerſione huiuſmodi propterea retrahuntur: quare dictus Rex nobis humiliter ſupplicauit, per nos ſuper hoc de opportuno remedio prouideri. Nos igitur nolentes, quod prædicti infideles ab huiuſmodi conuerſione ipſorum ad fidem catholicam propterea retrahantur, vniuerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus in exigendo decimas prædictas ab huiuſmodi de nouo conuerſis vos ſic benigne & curialiter, quouſque conuerſi ipſi in fide prædicta perfecti & in ea plenarie roborati fuerint, vos geratis, quod conuerſi ipſi ſe grauatos non reputent: quinimmo benignius pertractati alios infideles ad prædictã fidem catholicam aſſumendam inducant, & ipſi in fide prædicta deuotius perſeuerent. *Dat. Auin.* VIII. *id. maij anno* XI.

Iniuſtæ in neophytos vexationis.

Retardatæ barbarorum cõuerſionis.

Decumæ a neophytis fine acerbitate peti iuſſæ.

Anno 1329. *num.* 11. *verſ.* 22. *poſt vocem*, videbimus, *adde:*

Addimus nunc pontificias literas, quibus Ioannes Piſanis de re bene geſta gratulatus eſt b.

b To. 14. p. 2. ep. ſecr. pag. 57.

Ioannes, &c. antianis, populo, & communi Piſanis.

Quoties geſta veſtra, Deo nuper grata ſanctæque matri eccleſiæ admodum opportuna, ad memoriam reuocamus, profecto toties non indigne iucunditate replemur & gaudio, & ad gratias referendum ei, de cuius nobis conceſſum eſt munere, vt ad talia veſtros conuerteretis animos, incitamus. Hæc ſunt vtique fidelia conſolationis & honoris ſeruitia, quæ pia compaſſione Chriſti ſponſæ in tempore malo & in die afflictionis eius, ſtuduiſtis, ſpretis periculis varijs, laudabiliter exhibere. Veſtro ſiquidem laudabili ſtudio ciuitas veſtra, quæ tyrannica poteſtate hæretici ac ſchiſmatici Bauari, ab eccleſiæ vnitate receſſerat, ab errore liberata noſcitur &, relicto ſchiſmate, rediiſſe ad eccleſiæ vnitatem: dum enim tempus affuit illud, Domino miniſtrante, eiecto de dicta ciuitate vicario hæretici ſupradicti, ac poſt Petro de Corbario antipapa, qui ſolium ſuum in dicta ciuitate poſuerat, licentiato de ciuitate eadem & eiecto, dimiſſis prorſus erroribus & ſchiſmate prædictorum, redire veſtro miniſterio feſtinauit, & rediit dicta ciuitas ad eccleſiæ vnitatem. Et ne dictus Petrus antipapa, ſe transferendo ad partes alias, poſſet Dei eccleſiam cum ſuis ſequacibus vlterius perturbare; ſuſcitauit Deus ſpiritum Danielis in dilecto filio nobili viro Bonifatio comite de Donoratico, vt ipſum Petrum reciperet & cuſtodiret, ne poſſet proficiſci alibi, vt ſic malis, quæ inde poſſent ſubſequi, obuiaret; &c. *Dat. Auin.* III. *non. ſeptembris anno* XIV. Rediere porro ad obſequium eccleſiæ, &c.

Piſani ob Ludouici abiectas partes, traditumque antipapã commendati.

Anno 1329 *num.* 15. *verſ.* 27. *poſt vocem*, patiantur, *adde:*

Ioannes, &c. Azoni de Vicecomitibus rectori Mediolani.

Profecto, niſi Spiritus ille, a quo te motum credimus, vt derelicto deuio, in quo currendo ad inferos properabas, ad regalem viam, quæ ad regnum ducit perpetuum, greſſus tuos dirigeres, ſpem nobis firmiorem, quam tua opera tribuiſſent, ſpes de ſalute tua concepta a noſtro prorſus animo excidiſſet. Sed Spiritus ille, cuius perfecta ſunt opera, in ſpe illa nos firmos tenuit, quod in cœptis debeas perſiſtere, ac ea perducere ad effectum. Cogita igitur, fili, & recogita diligenter in quo ſtatu fueris, & ad quem te conuerteris: & attende, quod nemo ponens manum ad aratrum, & retro reſpiciens aptus eſt regno Dei. Memorare inſuper quales ſucceſſus habuerint hæretico Bauaro adhærentes, & quod facis fac citius, in luceque ſtude conceptus tuos deducere, qui diu latuerunt in tenebris. Ne locum des dæmonibus, eorumque membris, ne concepta valeant impedire. Quod ſi feceris, aſſiſtet tibi Altiſſimus, & proſperabuntur, ipſo faciente, qui peccatorum conuerſionem expectat, miſericorditer & ſalutem deſiderat, vt firmiter credimus, facta tua: aliter expectare non abſque formidine conuenit finem illum, quem non conuerſi fuerunt his diebus præteritis (a quo tamen te præſeruet Dominus) aſſecuti. De illis autem tuis operibus, quæ ſpei noſtræ de tua conuerſione videbantur prima facie obuia, nuntij tui prædicti præſentium baiuli referre tibi poterunt aliqua oraculo viuæ vocis. Gratia Dei ad ea, quæ ſibi ſunt placita, in his & alijs dirigat mentem tuam. Amen. *Datum Auinion.* VI. *id. nouembris anno* XIV. Conceptas eodem argumento a literas ad Ioan-

Azo excitatus ad conſtantiam.

Triſtes eccleſiæ hoſtium exitus illi propoſiti.

a Reg. poſt cand. ep.

nec non mala, damna; & offensiones contra Deum,& sanctam ecclesiam, quæ sequuntur exinde, ac peiora, quæ poterunt subsequi tam animabus quam corporibus, nobis existerent manifesta; nec non & ad finem, quod de quibusuis malis & periculis. quæ in præsenti ex præmissis succedant, vel in futurum continget succedere, nos & ipsa ecclesia excusatam regalem celsitudinem haberemus; quodque prouideremus, quid in casu huiusmodi sit agendum. Profecto, fili charissime, hæc non indigne cor nostrum amaritudine repleuerunt: hæc nos cibarunt absynthio, & ministrarunt nobis amarissimum potum fellis, cum per talia videamus diuinæ offendi oculos maiestatis, iura violari sanguinis, vniuersæ congregationi fidelium discrimina varia præparari:

26 Sane, fili, attendentes, quod (sicut dictus cantor nobis exposuit) excellentia regia hoc per viam denunciationis, nequaquam proponere seu quouis modo coram nobis prosequi intendebat, sed solum illa, ad finem seu fines, quem seu quos finis continet regiæ literæ, ad nostram notitiam deducebat; & insuper ad memoriam reducentes, quomodo Rex Angliæ supradictus ante aduentum cantoris prædicti nobis per suas literas sæpius & nuncium curauerat intimare, quod charissima in Christo filia nostra Isabellis Regina Angliæ consors eius, quæ de ipsius licentia ad partes Franciæ pro bono pacis vtriusque regni pridem accedens, plus debito ad eum redire, quamuis pluries super hoc requisita solemniter, differebat; non ex se sed ab alio causam sumens, prout ipse Rex se tenere indubie asserebat, quod redire timet ad eum, quousque vir nobilis Hugo Ledespenser Regis eiusdem nepos & camerarius amoueatur ab eo, licet nunquam perceperit, vt constare asserit Rex prædictus, quod dictus Hugo eidem Reginæ damnum aliquod seu vituperium procurauerit publice vel occulte (quod si percepisset, vtique sicut asserit correxisset taliter, quod cederet suis alijs subditis in exemplum, dictusque Hugo paratum se obtulerit, si in aliquo eandem Reginam offenderit, eidem satisfacere ad arbitrium boni viri) ac supplicaret per nos salubriter prouideri, quod dicta Regina ad eius rediret consortium, & vt tenetur adhæreret eidem ad animarum vtriusque salutem, præcipue cum ipse paratus esset ac semper extiterit, ipsam Reginam, quam semper dilexit & diligit, honorifice ac maritali affectione tractare, iuxtaque sui status excellentiam & exigentiam facere in omnibus quod incumbit; quodque tuam, fili, excellentiam inducere curaremus, vt terras per te occupatas in ducatu Aquitaniæ duci restitueret Aquitaniæ, cum iam ab eodem homagium receperis pro eisdem; satis nos prædicta, nec immerito perplexos & anxios, quid super præmissis agi expediat, reddiderunt, præsertim cum super reditu Reginæ prædictæ, ex dubio, quod prætendit penitus supputando, nostros ad te, fili, ac Reginam & Regem Angliæ nuncios, prout nouit celsitudo regia, duxerimus destinandos, qui a neutra partium responsum ad hoc obtinere congruum minime potuerunt: sicque ipsos redire oportuit, inordinato negotio (non sine periculo, vt probant sequentia) remanente. Et vt habet nunciorũ relatio prædictorum, Rex Angliæ conductũ eis dare nisi super Reginæ negotio recusauit, nec de illo ipsis loqui potuit, nisi vt vir amarificatus nimium, & immense turbatus.

Cõtrariæ Regis Angliæ querelæ.

Verum quia ante aduentum dicti cantoris, negotium istud, velut rangens nimium intima cordis nostri, in consistorio secreto proposueramus nostris fratribus, eorum consilium super hoc requirendo, post eiusdem aduentum cantoris cum nonnullis ex ipsis fratribus & tandem cum omnibus in secreto consistorio deliberauimus sæpius, quid Deo gratum, negotio expediens, nobisque conueniens possemus agere in præmissis. In quo multis in consideratione deductis, in hoc tandem delibaratio resedit omnium ibidem præsentium, quod adhuc præfatos nostros nuncios, videlicet venerabiles fratres nostros C. archiepiscopum Viennensem, & H. episcopũ Aurasicensem, velut instructos in præfatis negocijs deberemus, adiuncto eis non sine causa dilecto filio Ioanne de Grandisono archidiacono Nothigię in ecclesia Eboracensi, ad tuam, Reginæ, ac Regis Angliæ prædictorum pręsentiam euestigio destinare: quod & ordinauimus indilate, per quos plenius, quid nobis agendum videtur super hjs, dante Domino, rescribemus; &c. *Datum Auin. kalend. septembris anno x.* Hactenus Pontifex ad Regem Francorum, cui internuntios ipsos enixe commendauit a.

Pontificia solicitudo pro conciliando dissidio.

Anno 1326. post finem numeri 29. adde:

Cæterum propagandæ latius inter orientales nationes religionis studio Pontifex decretum concilij Viennensis de Græca, Hæbraica, Arabica, & Chaldaica linguis in celeberrimis gymnasijs docendis instaurauit, ac Parisiensem episcopum, ad illud in academia sorbonica operi mandandum, incumbere iussit b.

a Eod. to. 5. p. 2 ep. secr. pag. 204. & to. 6. p. 1. ep. secr. pag. 10.

Orientales linguę in publicis scholis docendæ.

b An. 10. p. 1. ep. cur. 99.

Ioannes, &c. venerabili fratri episcopo Parisiensi.

Cupientes, vt fidei Christianæ religio, dilatato tentorij sui loco, funiculos suos faciat longiores, & proinde salus proueniat animabus, plenam volumus habere notitiam, qualiter statutum felicis recordationis Clementis Papæ V. prædecessoris nostri de scholis in Hebraicæ, Græcæ, Arabicæ, & Chaldææ linguarum generibus in Parisiensi & certis alijs studijs erigendis, & a certis viris catholicis sufficientem habentibus linguarum ipsarum notitiam scholis regendis eisdẽ, ac de prouisione annua ipsis regentibus in stipendijs competentibus & sumptibus facienda in concilio Viennensi editum, quod dilatationẽ fidei & profectum animarũ earundem respicere noscitur, obseruetur in Parisiẽsi studio prelibato. Quocirca fraternitati tuæ per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus * de illis & eorum numero, qui dictas scholas in præfato Parisiensi studio iuxta huiusmodi statutum in linguis regunt eisdem; & si scholares auditores habent, & qualiter in stipendijs & sumptibus antedictis, & per quos & in quanta vel quantis pecuniarijs summis dictis regentibus prouidetur, &c. *Dat. Auin. vj11. kal. augusti anno x.*

Datæ ea de re ad episcop. Parisien. literæ.

**nos certiores facias*

Anno 1328. num. 81. vers. 9. post vocem, prorogauit, *adde:*

Alfonso Regi Aragonum illustri.

Cum pro regno Sardiniæ & Corsicæ, quod claræ memoriæ Iacobus Rex Aragonum pater tuus a nobis & Romana ecclesia tenuit, & quod tu, charissime fili, similiter obtines ex successione paterna, infra annum vnum, a die obitus eiusdem patris tui inantea numerandum, ex iuramento per dictum patrem tuum præstito, quo se ac heredes & successores suos in eodem regno ad hoc solęmniter obligauit, tenearis nostram & Apostoli-

Eam se præstare non posse primo suscepti sceptri anno excusat.

prædicti sibi vel alijs, aut alijs eius nomine respondeatis vel aliquid persoluatis. Quod si contrarium (quod absit) præsumpseritis quouis modo, omnes pœnas & sententias in processibus supradictis contentas plenius & expressas incurrere volumus ipso facto, a quibus ab alio quam a Romano Pontifice obtinere absolutionis vel relaxationis beneficium, nisi prout continetur in ipsis processibus, nequeatis, &c. *Dat. Auin. kal. augusti anno IX.*

Censuras non pariturIs obijcit.

Anno 1325. *num.* 9. *post finem* §. 1. *adde*: Ad confirmandos vero labantes sociorum animos Ioannes Rainerium & Vgucionem Cortonensium magistratus, qui egregium erga ecclesiam explicuerant studium, excitauit ne ob cladem Florentinis illatam animis contraherentur: *Super casu*, inquit, *quem contigisse nuper in Florentinorum exercitu per præfatas literas descripsistis, Florentinis ipsis compatimur in visceribus charitatis. Verum quia iustus Dominus, cuius iudicia sunt occulta, interdum bonos ac malos tentari permittit, vt bonorum ipsorum patientia ad maius meritum comprobetur, & malos ipsos de sua superbia gloriantes deijciat terribilius & repellat; exhortationibus nostris adijcimus, vt præmissis considananter attentis, casus ipse non vos terreat, nec amoueat a petra fortitudinis pedes vestros, sperantes in Domino, quod ipse breuiter dentes iniquorum sua potenti virtute conteret, & elata confringet cornua superborum. Dat. Auin. id. nouembris anno X.*

Cur iustos deprimi interdum diuina prouidentia patiatur.

Anno 1325. *num.* 9. §. 2. *vers.* 13. *post vocem*, ruinam, *adde*:

Contra vero in Piceno Firmani & Fabrianenses ferro, flammis, cædibus, ac rapinis in pontificios clientes grassati sunt. Ad quos reprimendos grauissima edicta pronuntiauit Pontifex a: reque altius repetita, exposuit vt improbissimis nonnullis Recinetensibus, Auximanis, ac Friderico e Monte Feretro infelicissime e vita sublato, atque ob infandam idololatriam censuris ecclesiasticis defixis, se coniunxerint: *In illam enim*, vt loquitur, *mentis dementiam, quinimmo cæcitatem & ignorantiam corruerant fidei orthodoxæ, quod documentis veritatis abiectis, & per obscœnas operationes & sordidas inquinati, in grauem Dei omnipotentis iniuriam & offensam idololatriæ nefandissimo cultui per profanas superstitiones & horridas se occulta et cæca ingesserant insania, labe respersi pestifera idololatriæ ac hæreticæ prauitatis, hostesque facti profani ecclesiæ sanctæ catholicæ aduersus redemptorem nostrum Dei vnigenitum sponsum eius insurrexerunt, blasphemijs eiusdem fidei catholicæ detractionum ictibus impetendo.* Addit Pontifex, vt ob receptos impios illos idololatras, iunctumque cum ijs fœdus anathemate irretiti Firmani ac Fabrianenses vna cum Lipacio & Andræa impetu cœperint Auximum ad obsequium ecclesiæ postea redactum, ac deletis ferro quamplurimis ciuibus, Berardum episcopum durissimo carceri mancipalint: præfectoq; sibi Sperantia e Monte Feretro, explicitis signis, in Piceni præsidem agentem Maceratæ arma mouerint, ac plures in oppidum impressiones fecerint: propulsatique furorem in agros verterint, exciderint arbores, atque obuia quæque euerterint deindeque in oppidum, cui S. Quirici nomen est, Camerinensis diœcesos ditionisque pontificiæ, occuparint: ac licet incusso pœnarum grauissimarum metu resipiscere iussi essent, monita omnia respuerint. Tum subdit.

a Ta. 5. p. 1 ep. secr. pag. 185. Graues in Piceno turbæ.

Perduellium impietas.

Firmanorum & Fabrianensium varia scelera

Et licet ad priuationem ciuitatis Firmanæ a dignitate ac honore episcopali & titulo ac nomine ciuitatis & terræ Fabriani prædictarū muris seu mœnijs circumdantibus illam, ac fortalitijs & ædificijs omnibus consistentibus in eadem, & ad pœnas alias, prout eorundem Firmanorum ac Frabrianensium demeruit dolosa proteruia & rebellio manifesta, procedere valeremus; nostri tamen Saluatoris exemplo, qui inflictis pœnis aliquibus peccatorem castigatum interdum, cuius vitam non mortem desiderat, vt a sua via mala conuertatur expectat, probare volentes, num ipsi correcti forsitan aliqualiter ex præmissis, tanta rebellionis abiecta rubigine, ad cor redire, et alicuius deuotionis scintillā erga nos et præfatam ecclesiam matrem & dominam eorumdē ostendere satagant quoquomodo, &c. Magistratus ac præcipuos ciues, vt euoluente se duorum mensiū spatio ad officium atque ecclesiæ imperia redeant, admonet: ni pareant has minas incutit: *Si forsan ipsi, in eorum (quod absit) erroribus persistentes, infra terminum ipsum requisitioni & monitioni ac mandatis nostris huiusmodi contempserint obedire, prædictam ciuitatem Firmanam omni dignitate ac honore episcopali ac titulo ciuitatis & nomine, dictamque terram Fabriani muris seu mœnijs circumdantibus illam, ac fortalitijs & ædificijs omnibus consistentibus in eadem, quæ funditus ex tunc præcise dirui expresse mandamus, non readificanda vlterius absque sedis Apostolicæ licentia speciali; de prædictorum fratrum consilio & apostolicæ potestatis plenitudine ex nunc prout ex tunc sententiando, priuamus, * statui venerabilis fratris nostri episcopi Firmani, prout conueniens fuerit, prouidere, &c. Dat. Auin. VII. id. maij anno IX.*

Incussæ ijs pœnæ.

*volentes

Tentauerunt præterea Vrbinum Fabrianenses a vna cum Guidone episcopo Aretino & Nolfo Friderici e Monteferetro filio: sed strenue propulsati ab Vrbinatibus, quibus Pontifex gratulatus est. Triumpharunt etiam de hostibus ecclesiæ Æsculani b. Quod vero ad Guidonem Aretinum episcopum exauctoratum spectat; is Gibellinarum partium vindex acerrimus plures in Piceno motus concitauit c, atque a censoribus fidei, vt idololatrarum & hæreticorum fautor damnatus est d, a Pontifice vero ob id etiam crimen episcopatu deiectus e: excitatus Spoletani ducatus præfectus f ad Fauentinos perduelles edomandos, aduersum quos singuli prouinciæ populi ad bellum accensi g: Puteolanus etiam episcopus ad tentandam reuocandamque ad obsequium ecclesiæ Ferrariam se accinxit h: rogatusque Ioannes Superantius dux ac senatus Venetus, vt operam ad eam recuperandam collocarent: qua in re optime dux de ecclesia est meritus; cui Ioannes eo nomine plurimas gratias egit. i

Guido episcop. Aretinus Picenū turbat.
a Ead. p. 1. pag. 76.
b Ib. pag. 77.
c Pag. 167. 168. & pag 77.
Deturbatur episcopali dignitate.
d Pag. 77. & 168.
e Pag. 167
f Pag. 181.
g Ibid.
h Pag. 103
Veneti ad recuperādam Ferrariam fauent Pontifici.
i Ead. pag.

Anno 1326. *num.* 13. *vers.* 31. *post vocem*, scripsit, *adde*:

Ioannes, &c. Carolo Regi Franciæ.

25 Ad nostram l notitiam circumspectio regia deducebat, pacem dudum inter ipsum & charissimum in Christo filium nostrum Eduardum Regem Angliæ illustrem super guerra Vasconiæ initam, & iuramento vallatam, fore absque diffidatione aliqua tegere violatam, ac subditis regijs in personis & rebus per gentes dicti Regis Angliæ in partibus ipsis Vasconiæ contra pacem prædictam illata fuisse damna grauia, excessusque perpetratos detestabiles varios, & continue perpetrari, ad illum finem hæc ad nostram notitiam deducendo, quod excessus iniuriæ pacis violatæ, ac iuramenti transgressio præfati Regis Angliæ,

l Superior pag. 211.
Vt questus sit Gallus, ab Anglo pacem violatam.

nec

gratia affuerit) imminebit. Eapropter sanctitati vestræ, quæ nullum in tribulatione despicit suam misericordiam implorantem, filij deuoti more supplicamus, quatenus memores seruitij nostri pariter vestri & honoris (cum ex debito nostræ subiectionis nos & terras nostras teneamini defensare vestro consilio & auxilio videlicet in prædicatione sanctæ crucis & alijs subsidijs, quæ beatitudini vestræ videbuntur opportuna contra gentem Tartarorum supradictam, ne occupent terram Ruthenorum, & per consequens nos inuadant) celeriter succurere dignemini oculo pietatis. Et nos nihilominus vna cum nobis adhærentibus id, quod facere poterimus pro dilatatione sanctæ ecclesiæ gentisque catholicæ, exacta diligentia operabimur, auxilio Iesu Christi mediante; scientes, sanctissime pater, si his per vestram misericordiam breuiter intenderitis, ecclesia & gens fidei orthodoxæ in suis proficient incrementis: alias ad opprobrium desolationis irrecuperabilis * vna cum terris nostris, de quibus soluitur annuus census in signum subiectionis vestræ sanctitati. *Dat. Cracouiæ in vigilia S. Trinitatis XII. kal. iulij.*

Postulat opem cōtra Tartaros.

*ruent

Anno 1325. *num.* 2. *vers.* 12. *post vocem*, soluitur, *adde:*

Friderico duci Austriæ dudum in Regem Romanorum electo.

Ad nostrum auditum nuper perduxit relatio fide digna, quod Ludouicus dux Bauariæ te pridem a suo carcere, quo diu mancipatum detinuerat, relaxauit: quę vtique relaxatio, dummodo sit libera, velut a nobis optata diutius, est accepta. Sane quia multorum habet opinio, quod in relaxatione huiusmodi ad multa Deo infesta, tibique inexpedientia, & rei periculosa publicæ te promissionibus, obligationibus, iuramentis, ac pœnis & alijs vinculis duxeris astringendum; nos super hoc de salubri prouidere remedio cupientes, & attendentes, quod ad præmissa metus probabilis, qui in constantem caderet hominem, te potuerit adduxisse; nec non, quod varijs enormibus excessibus contra Deum, nos, & Romanam ecclesiam per eundem Ludouicum commissis, suisque grauibus culpis exigentibus, dudum diuersos processus, excommunicationis ac priuationis iuris, si quod, sibi ex electione, quæ de ipso in Regem Romanorum facta fuisse in discordia dicebatur, ad regnum vel imperium pertinebat, & alias diuersas pœnas & sententias continentes, habere compulsi (vrgente conscientia) fuimus contra eum per quos quidem processus inter cætera omnibus & singulis tam clericis quam laicis cuiuscumque præeminentiæ, status, vel conditionis existerent, vt nullus eidem Ludouico super his, quæ ad regimen vel administrationem regni vel imperij pertinent prædictorum, assisteret in aliquo vel pareret, aut præstaret per se vel per alium publice vel occulte consilium, auxilium, vel fauorem, etiam prætextu cuiuscumque homagij aut colligationis, confœderationis, societatis, vel conuentionis seu ligæ contractæ tunc vel in posterum contrahendæ; etiam si pœnarum adiectione, literarum vel iuramenti, seu cuiuslibet alterius essent vinculo firmitatis innexæ, colligationes, confœderationes, societates, & conuentiones huiusmodi dissoluendo, pœnasque propterea præmissas & iuramenta præstita de potestatis plenitudine relaxando, duximus expressius inhibendum; propter quæ patet, promissiones & obligationes quascumque eidem Ludouico per te factas, & iuramenta præstita, pœnasque adiectas super his nullius firmitatis existere vel momēti) ea ex officio nostro cassa & irrita & nulla esse penitus declaramus, & quatenus processerunt de facto cassamus, irritamus, & omnino viribus vacuamus, decernentes te ad eorum seu aliquorum ipsorum obseruantiam non teneri; tibique nihilominus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis pœna, quam te (si contrarium feceris) incurrere volumus ipso facto, districtius inhibentes, ne ad eiusdem Ludouici rebellis & excommunicati quoquomodo redire carcerē, aut sibi (quamdiu extra sedis Apostolicæ gratiam fuerit, sicut nunc esse dignoscitur) parere in aliquo vel obedire præsumas. *Dat. Auin. IV. non. maij anno IX.* Hactenus Ioannes ad Fridericum.

Significat omnes illius pactiones rescissas.

Seruandi anathema intentat.

Anno 1325. *num.* 8. *§.* 3. *vers.* 18. *post vocem*, incutit, *adde:*

Ioannes, &c. nobilibus viris vniuersis vassallis, nec non communitatibus & vniuersitatibus ac populis communitatum, castrorum, terrarum, villarum, & aliorum locorum marchionatus Brandeburgensis.

16 Nos dudum fidedignis relatibus intellecto, quod Ludouicus dux Bauariæ, tunc pro Rege Romanorum se gerens, nondum electione discordi, quæ de ipso in Regem Rom. promouendo in Imperatorem facta fuisse dicebatur, Romanæ ecclesiæ, ad quam examinatio ac approbatio seu reprobatio electionis & personæ cuiuscumque in Regem Romanorum electæ pertinere dignoscitur, præsentata; nec ea per eandem ecclesiam approbata vel reprobata, eiusdem regni administrationi ambitiose & impudenter & indebite se immiscens, de dignitatibus eiusdem regni seu imperij Romani (sicut de marchionatu Brandeburgensi, quem primogenito suo de facto contulerat, disponere præsumebat) nec non damnatis hæreticis ac rebellibus Dei & ecclesiæ partium Italiæ manifestis adhæserat & adhærebat, ac præstiterat & præstabat contra Deum & eandem Romanam ecclesiam auxilia, consilia, & fauores; aduersus eundem ducem diuersos processus habuimus, per quos ipsum a dictis excessibus & alijs delictis varijs per eum nequiter & horribiliter perpetratis retrahere salubriter, & ad viam veritatis & salutis reducere credebamus. [Et infra, vbi exposuit ob plura perperam attentata iure omni in regnum vel imperium pontificia sententia exutum, subijcit.]

Brandeburgenses a Ludouici partib.* abducere nititur.

Obiectū Ludouico electionis decretum sedi Apost. ipsum non portexisse.

Damnatis de hæresi suppetias dedisse.

17 Sane cum idem primogenitus prætextu collationis de dicto marchionatu per eundem ducem patrem suum præsumptæ de facto, vt præmittitur, marchionatum prædictum & eius iura (licet certum sit, nullū ius prætextu dictæ collationis in eisdem sibi competere) nitatur, sicut asseritur, temerarijs ausibus occupare, seu occupatum violenter & temerarie detinere; vniuersitatem vestram monemus, rogamus, & hortamur attentius, vobis nihilominus & vestrum singulis in virtute sanctæ obedientiæ ac sub prædictis pœnis & sententijs districtius iniungendo mandantes, quatenus eidem primogenito seu alij vel alijs eius nomine vel mandato, tanquam marchioni, seu super aliquibus iuribus ad dictum marchionatum spectantibus, nullatenus pareatis, adhæreatis, seu præstetis per vos vel per alium seu alios directe, publice, vel occulte, auxilium, consilium, vel fauorem: nec de iuribus, redditibus, prouentibus, seu obuentionibus quibuscumque marchionatus præ-

Verat Pont. illi* filiū marchionem agnosci.

cij illius religione liberaret, vel diem ad exhibendam clientelarem sponsionem constitutam extraheret: missos vero Edmundum comitem Cantij Regis Eduardi fratrem atque archiepiscopum Dublinensem ad aulam Gallicam, exceptosque perhonorifice; nil tamē impetrare precibus potuisse, ni prius commissa iam ante in Aquitanico ducatu aduersus Francorum Regis supremam auctoritatem expiata essent: exorta enim erant in Aquitania inclinante superiore anno inter Anglorum & Francorum Regum administros discordiarum semina.

Fratrem ad aulam Gallicam mittit.

Anno 1324. *num.* 38. *post finem §.* 3. *adde:*

Carolo Regi Franciæ & Nauarræ illustri.

Exultauit [a] cor nostrum in Domino per tuę, fili charissime, magnificentiæ literas his diebus præteritis intellecto, quod solemnes nuncij charissimi in Christo filij nostri Eduardi Regis Angliæ illustris ad tuam præsentiam destinati tecum conuenerant super ijs, quæ in partibus Vasconiæ per arresta tua fuerant ordinata: per quod probabiliter guerræ materia prorsus videbatur esse sublata. Sed, proh dolor! exultatio illa nimis cito euanuit per hoc, quod fide digna relatione percepimus, quod qui promissa renuebant præfati nuncij adimplere, ad exequendum armata manu arresta huiusmodi excellentia regia, & ad resistendum præfati nuncij similiter se parabant. Et quia, fili charissime, sicut alias prudentiæ regiæ scripsimus, dissensio huiusmodi posset parare grande præiudicium negotijs arduis, quæ cœpisti prosequi, vel etiam forsan totaliter impedire, nec guerra cœpta sic prompte tractatus posset amicabilis recipi sicut ante; regalem prouidentiam adhuc rogamus attente, sibique sano consilio suademus, vt attentis dispendijs varijs, quæ non solum circa præfata negotia, sed & circa alia, præcipue circa transmarinum negotium, quod (vt asseris) cordi tuo insidet plurimum, possent sequi; quamque sit indecens & absurdum, principes tanta consanguinitate & affinitate coniunctos (qui se debent mutuis fulcire præsidijs & fauoribus confouere, ac illa, quæ temporum diuersitate contingit inter ipsos emergere quantumcumque grauia, quantumcumque difficilia tractatibus ordinare domesticis, & familiaribus collocutionibus expedire) sic adinuicem aduersari; sic caute, sic prudenter executionem huiusmodi differat, quod amicabilem tractatum non impediat, alijsque negotijs, ad quæ intendit magnificentia regia, non obsistat. Et ecce nos Regi præfato super hoc scribimus, sibi (vt expedire vidimus) efficaciter suadendo, vt via resistentiæ facta prorsus omissa, ad vias iustitiæ & tractatus amicabiles se conuertat, responsum suum super hoc absque moræ dispendio præstolantes: quo habito, indilate celsitudinem tuam regiam curabimus reddere certiorem. Placeat quoque beniuolentiæ regiæ nobis per suas innotescere literas, quid super præmissis intendat, vt sic possimus circa præfatum negotium disponere prouide quod viderimus expedire. Et quia tenemus indubie, quod tua, fili charissime, & dicti Regis personalis præsentia esset pro sedanda dicta discordia plurimum opportuna, præfato Regi per nostras literas suademus, vt ad diem condictam pro faciendo homagio, si non præterijt, vel ad condicendam, si præterijt, curet (si commode poterit) interesse; subiungentes, quod tua prouidentia dare

[a] To. 4. p. 2. ep. secr. pag. 33.

Pontificię ad Carolū pro pace literæ.

Nascentia e bello mala deplorat Pōtifex.

Rogat Carolum, vt legibus non ferro rem dirimat.

literas de securo conductu obtulerat se paratam; quod, fili charissime, digneris facere, si fueris requisitus. Sic enim venerabilis frater noster Petrus episcopus Viuariensis te nobis retulit liberaliter concessisse. *Dat. Auin.* 11. *kal. iulij anno* VIII.

Anno 1324. *num.* 53. §. 3. *vers.* 7. *post vocem,* extant, *adde:*

Sanctissimo in Christo Patri & domino suo reuerendo domino domino Ioanni, diuina prouidentia summo Pontifici, Henricus dux Halesiæ heres regni Poloniæ, dux Glogouiæ & Posbnaniæ cum recommendatione ipsius pedum oscula beatorum.

Ad agendas gratias debitas pro immensa beatitudine vestra deuoto filio vestro gratia benignius impertita in eo, quod interuentu mediante serenissimi domini Roberti Regis regni Ierusalem & Siciliæ, consanguinei nostri charissimi, dignati gratiose fuistis in matrimonio inter me & Mathildim filiam olim domini marchionis Brandeburgensis in quarto consanguinitatis gradu contracto misericorditer dispensare, prolem etiam a nobis prius habitam & habendam legitimam decernendo, mea facultas non sufficit: quod summi Creatoris clementia mercedem pietatis vestræ æterno gaudio recompenset. Consideratione tamen tantæ gratiæ liberaliter mihi factæ beatitudini * & Romanæ ecclesiæ, prout alias ex debito teneor, de cætero promptus ac fideliter summo desiderio me conformare vna cum fratribus meis intendo: denarium vero S. Petri, licet modo insolito exigatur, ipsum tamen ego & fratres mei in signum obedientiæ, qua sanctissimæ paternitati vestræ ac Apostolicæ sedi immediate nos recognoscimus esse subiectos, in omnibus terris & districtibus nostris solui dudum mandauimus reuerenter; fiducialiter præsumentes, quod si aliquis Imperator vel Rex Romanorum de facto in iurisdictionem nostram suam vellet exercere, sedis Apostolicæ præsidio violentijs & iniurijs * defensati, &c. *Dat. Glogouiæ in vigilia S. Ioannis Baptistæ, anno Domini* MCCCXXIV. Hisce literis in memorato volumine sunt *Dele vocem*, hisque, *ead. num.* 53. *vers.* 7.

Henr. ducis ad Pont. literæ.

* vestræ

Clientem ecclesiæ se profitetur

* erimus

Anno 1324. *n.* 53. *post finem eiusdem* §. 3. *adde:*

Sanctissimo in Christo patri & domino domino Ioanni, diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, Vladislaus Dei & Apostolicæ sedis prouidentia Rex Poloniæ deuotus filius ad pedum oscula beatorum.

Cum constet vos, pater celeberrime, totius Christianitatis & præcipue nostrum, qui subsumus nullo mediante, consistere gubernatorem luculentum, expedit quæuis nostra & terrarum nostrarum, immo vestrarum, quarum sollicitudinem gerimus peruigilem ex commisso, aduersa impedimenta vestris auribus inculcare, vt in ijs, ad quæ non sufficimus nosmetipsi, manum nobis consilij & auxilij porrigatis adiutricem. Hinc est, quod sanctitati vestræ insinuatione præsentium cum dolore reuerentius intimamus, quod duo vltimi principes Ruthenorum de gente schismatica, quos immediatos pro scuto inexpugnabili contra crudelem gentem Tartarorum habebamus decesserunt ex hac luce: ex quorum interitu nobis & terris nostris ex vicinitate Tartarorum, quos decerto credimus terram Ruthenorum nostris metis contiguam (de qua annua tributa consueuerunt Papæ percipere) occupare, perturbatio indicibilis (nisi Dei omnipotentis & vestra

Polonus Dei & Apost. sedis prouidentia se Regem agnoscit.

Russiam sedis Apost. vectigalem ait.

gra-

dientibus sibi priuilegia dudum concessa eisdem de facto innouat & confirmat, aliaque eis de nouo concedit. Priuilegia vero dictis communitatibus in deuotione eiusdem ecclesiæ consistentibus, sibique minime obedientibus concessa, de facto reuocat, adimit, & annullat: pœnas etiam fidelibus eisdem infligit, ipsosque condemnat & punit rerum & famæ iactura, quamquam nullam faciendi prædicta habeat quomodolibet potestatem. Propter quod tantæ præsumptioni & vsurpationi (prout ad apostolatus nostri spectat officium) occurrere intendentes, eundem Bertholdum de Niffen per publicum præsentis processus edictum, de ipsorum fratrum consilio monuimus ei sub excommunicationis, ac priuationis priuilegiorum & feudorum, quæ a Romana vel alijs quibuscunque tenet ecclesijs, pœnis, & sententijs, quas cum ipso facto incurrere volumus, si monitioni & mandato huiusmodi non parebit, districtius iniungentes, vt infra duorum mensium spatium, quod sibi pro peremptorio termino assignamus, præmissa omnia & singula, quatenus ad illa de facto processit, eatenus quantum in ipso erit & possibile fuerit, ipsa de facto studeat reuocare, similia proptio vel eiusdem vicariatus vel alio quocunque vocabulo seu colore quæsito imposterum nullatenus præsumpturus; quinimmo a fautoria, defensione, omnique adhæsione dictorum hæreticorum & rebellium, ac prædicto præsumpto vsurpato vicariatus officio, & quolibet exercitio eiusdem officij infra dictum terminum omnino desistat, nec se de illis per se vel per alios directe vel indirecte, publice vel occulte aliquatenus intromittat: nosque nihilominus prædicta omnia & singula, per dictum Bertholdum de Niffen sub eiusdem nominis vocabulo vel alio quouis modo præsumpta vel attentata, auctoritate prædicta reuocamus, cassamus, & irritamus, & viribus vacuamus, ac cassa, vacua, & irrita nunciamus, & nullius existere decernimus firmitatis.

Monitus Bertoldus vt cœptis absistat.

38 Mandamus nihilominus vniuersis & singulis patriarchis, archiepiscopis, & alijs ecclesiarum prælatis, nec non ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, & nobilibus; vniuersitatibus quoque & communitatibus ciuitatum, castrorum, & aliorum locorum, & alijs personis singularibus quibuscumque, cuiuscumque status, conditionis, vel dignitatis existant, sub excommunicationis in personas eorum, & interdicti in communitates, vniuersitates, ciuitates, castra, & loca prædicta pœnis & sententijs, quas ex nunc in ipsos ferimus & eos (nisi infra duorum mensium spatium a data præsentium computandos huiusmodi monitioni & mandato nostris parere curauerint cum effectu) incurrere volumus ipso facto, vt dicto Bertholdo de Marsteron seu de Niffen tanquam vicario, vt præmittitur, vel alias super præmissis vel similibus in nullo pareant vel intẽdant, processibus alijs quibuscumq; per nos seu per dilectum filium nostrum Bertrandum tit. S. Marcelli presbyterum Cardinalem A. S. L. vel alios iudices competentes habitis tam contra dictum Bertholdum de Marsteron, quam alios & parentes eisdem, in suo robore duraturis, &c. *Dat. Auin. id. aprilis pontificatus nostri anno* VIII.

Vetiti Insubres Bertoldo parere.

Jussus legatus in fautores Vicecomitum hæreticorum animaduertere.

39 Data sunt paucis post diebus Bertrando legato a Pontifice imperia, vt dictum Bertoldum e Niffensem, Bertholdum e Groyspach, & Fridericum e Teruẽdigen, qui se Ludouici Bauari Regis Romanorum vocitabant oratores (e quibus Niffensem, vt vicarij imperij nominis inuidiam declinaret, cum dignitatem eam Pontifex Roberto Regi contulisset, Ludouici oratorem molliore verbo se dixisse colligitur) propositas hæreticorum defensoribus pœnas contraxisse solemni ritu in templis diuulgaret: *Prædictos Bertholdum de Marsteron alias dictum de Niffen, & Bertholdum de Groyspach, ac Fridericum de Teruendigen fuisse & esse fautores, complices, & defensores dictorum hæreticorum publicos & notorios, ac propter hoc excommunicationis sententia & perpetua infamia subiacere, omnesque pœnas alias reales, & personales, spirituales & temporales contra fautores, complices, & defensores hæreticorum editas incurrisse, ac omnia alia in eodem processu contenta in ecclesijs, ciuitatibus, terris, & locis alijs decreta prouinciæ tuæ legationis, de quibus videris expedire, denunciare & solemniter publicare procures, clero, & populo in locis singulis, vbi fiet dicta publicatio, specialiter propter hoc conuocatis, &c. Datum Auin. xv. kal. maij anno* VIII. Imposita [a] eadem in Germania Magdeburgensi, Coloniensi, Salisburgensi & Treuerẽsi archiepiscopis, ac Leodiensi & Constantiensi episcopis prouincia. Reuocatum vero ex Insubria in Germaniam a Ludouico Bauaro suarum copiarum ducem, ne Galeatium hæreseos crimine damnatum aduersus Pontificem tueri videretur, Ioannes Villanus [b] atque ex eo S. Antoninus [c] scribunt. Verum si tum Ludouicus Galeatium, vt Pontificis iras mulceret, deseterẽ visus, mox illius clientelam resumpsisse ex Ioannis Papæ edictis constat: aduersus enim ipsum *Num.* 12. *vers.* 5. *dele a voce*, Qua iniuria, *sequentes sex versus vsque ad vocem*, iudiciorum

a Ibid.

Reuocatus ex Insubria a Ludouico Bertoldus

b Io. Vill. l.9.c.243.
c Ant.3.p. tit.21.c.5. §.10.

Anno 1324.*n.*38.*vers.*16.*post vocem*, amputaret, *adde*:

Ioannes, &c. Eduardo Regi Angliæ illustri.

Cum homagium, quod charissimo in Christo filio nostro Carolo Regi Francorum & Nauaræ illustri pro ducatu Aquitaniæ rationabiliter debere assereris, dicatis nondum sibi iuxta debitum præstitisse; nosque cupiamus vtrinque, velut inter notabiles Reges catholicæ fidei & præclara generis affinitate coniunctos, Deo fragrantia, & tã vtrique fructifera; quam subditis pacis & concordiæ perennis aromata redolere, attento quod debita soluta præstantius duplicata vice fiunt recipientibus lætiora; excellentiam regiam affectuose rogamus, quatenus tam ad præmissa quam alia, quæ inter te ac dictum Regem nutritiuæ pacis bonum & concordiæ sapiant, sic (fili charissime) disponas intentionem cordis, & dirigas animi tui gressus, quod inter te ac dictum Regem & vtriusque subiectos antiquam sinceritatis massam alicuius nouæ discordiæ non corrumpat infectio; & apud Deum ac ipsam sedem sæpe propterea dignis laudibus resonet famæ regiæ magnitudo. *Dat. Auin.* IV. *id. martij anno* VIII.

Monetur Eduar. a Pontifice officij.

Refert Walsinghamus [d], indixisse Eduardum Londini solemnes omnium regni ordinum conuentus, vt deliberaret, an ad deuinciendam Regi Francorum fidem obtentæ iure fiduciario Aquitanicæ ditionis nomine ad Francorum aulã se conferret, cum iam sæpius ad præstandum illud officium iudicio postulatus esset: Anglos vero in eam abijsse sententiam, vt ipse iter non susciperet, sed prius solemnes mitteret oratores, qui a Carolo Rege eblandirentur, vt ipsum ea vice offi-

d Walsin in Eduar. II.

Altissimi, quod tale apponet in hac parte remedium, quod vos, et præfatos deuotos alios prosperabit. *Datum Auin. kalend. aprilis anno* VIII.

a Tod. to. 4 p. 1. ep. secr. pag. 50.

Erexit alijs literis Modoecienses, qui cladis illius partem senserant, his verbis a: *Denique istud vnum ad solamen concepta amaritudinis addimus, quod cum dicti hostes manifestam prosequantur iniuriam, vos vero cum fidelibus cæteris prosequamini Dei fidem atque iustitiam, nunquam in prædictorum hostium conflictu succumbitis; immo si vincimini, vincitis & per gloriæ meritum triumphatis propterea æternaliter apud Deum. Dat. Auin. xv. kal. aprilis anno* VIII. Simillimis sententijs Henricum Belgicæ aulæ principem, quem Ioannes Villanus b in eo prælio ad flumen Adduam captum, seque a Germanis redemisse ait, ad colligendos animos, si quæ rerum suarum damna esset passus, excitauit c: *Dum, inquit, te attendimus pro Dei fide atque iustitia conflixisse; dum pensamus, quod probi athletæ quidquid tormenti ferunt in prælijs, non quia pugnant illud tolerant, sed vt pugnent, quæsumus, vt vultus tuus de huiusmodi sinistro euentu non concidat, & erectum viri strenui animum hostilis vana gloria non consternat. Dat. kal. aprilis anno* VIII.

b Io. Vill. l. 9 c. 239. Henricus e Flandr. captus redemptusque ex hoste.

c To. 4. p. 1 ep. secr. pag. 50.

d Io. Vill. l. 9. c. 250. Mediolanensium copiæ fusæ ad Montiam.

Pugnatum d est, nonnullis ab datis hisce literis elapsis diebus, secundo euentu a pontificijs, atque ab Henrico Belga Mediolanensium copiæ sunt profligatæ. Propugnarat e is antea Montiam contra Galeatij Vicecomitis impetus, factaque eruptione castra soluere coegerat: verum postea in medio belli ardore victoria ad Mediolanenses inclinauit, menseque iunio ecclesiæ copiæ equestres, quas Passerinus Turrianus ductabat, ab hoste profligatæ fuere f: præcipitique æstate Galeatius, admotis iterum castris Montiæ, quam tum Obizo Lando nomine pontificio tuebatur, illam ad deditionem compulit g. Denique deuexo anno Bertrandus sedis Apostolicæ legatus, cum in Laudam facto impetu irrupisset, magna clade propulsatus est h. Tuebatur Galeatium Bertoldus e Marsteron, qui Ludouici Bauari nomine legatum cæsareum agebat: quem vt hæreticorum contra pontificios defensorem Ioannes, intentato anathemate obiectisque alijs pœnis, præfecturam Insubriæ abijcere, ac gesta reuocare iussit i.

e Eod. lib. c. 243. Antonin. 3 p. tit. 22. c. 5. §. 10.

f Id. Vill. c. 259. Montia ab hoste capta.

g Id. Vill. eod. lib. c. 271.

h Eod. lib. c. 278.

De Ludouici Bauari ducib⁹.

i To. 4 p. 2 ep. secr. pag. 118. & lib. variar. bullar pag. 16

Ad futuram rei memoriam.

36 Vineæ domini Sabaoth, licet immeriti, diuina gerentes permissione sollicitudinem atque curam, prouidere et agere circumspectius nos oportet, vt non solum prætergredientes catholicæ fidei semitam et præuaricationem addentes, vt eandem vineam valeant demoliri; sed etiam fauores et auxilia ministrantes eisdem tanquam degeneres propagines noti fiant, et a veris fidei cultoribus euitentur. Sane quia, licet dudum Galeatius, Luchinus, Marcus, Ioannes, et Stephanus fratres filij damnatæ memoriæ Matthæi de Vicecomitibus de Mediolano, de labe prauitatis hæreticæ conuicti fuerunt legitime, et per competentes iudices sententialiter condemnati, et processus et sententiæ huiusmodi condemnationis tam in Lombardiæ, quam alijs diuersis partibus solemniter publicati; multique catholicæ fidei professores non solum de circumuicinis, sed etiam de alijs partibus contra dictos hæreticos in expugnationem eorum arma sumpserint, qui cum exercitu ecclesiæ accesserũt Bertholdus de Marsteron dictus de Nifen, et Berholdus de Groyspach, et Fridericus de Truendingen, qui se magnifici viri Ludouici ducis Bauariæ in Regem Romanorum electi, quem Regem nominant Romanorum, ambaxiatores et nuncios fore dicebant, dictusque Bertholdus de Marsteron eiusdem electi in illis partibus pro vicario publice se gerebat, dictis Galeatio et fratribus fauorem multiplicem impendendo, eosdemque hæreticos velut complices et fautores eorum defendere nequiter præsumebant, ordinantes per ciuitates Lombardiæ, ac mandata et præcepta ex parte eiusdem electi sub pœnis grauibus facientes in dictorum hæreticorum fauorem et auxilium manifestum, gentes armigeras per vnum ex eis, videlicet præfatum Bertholdum de Marsteron Mediolanum mittendo aduersus exercitum fidelium eiusdem ecclesiæ contra dictos hæreticos congregatum; dicti Bertholdus de Marsteron et alter Bertholdus et Fridericus per competentes iudices, quibus legitime constitit de præmissis sententialiter iudicati, pronuntiati, et declarati fuerunt fore fautores et defensores hæreticorum supradictorum, ac propter fautoriam huiusmodi excommunicationis sententiæ et perpetuæ infamiæ subiacere, omnesque pœnas reales & personales, spirituales et temporales contra fautores hæreticorum editas incurrisse, prout in processibus et sententia super his habitis et prolata contra eos plenius continetur.

Postulantur iudicio a Pontif.

Vt Vicecomites damnati hæretici fuerint.

Fideles in eos sacrã militiam professi sint.

Ludouici oratores fauent hæreticis.

Anathema contraxisse pronuntiati.

Vt autem excessus huiusmodi ipsorum Bertholdi de Marsteron et Bertholdi de Groyspach et Friderici, et sententia contra ipsos promulgata in publicam notitiam deducantur, eosdem fuisse et esse fautores, complices, et defensores hæreticorum publicos et notorios, ac propterea excommunicationis sententiæ & perpetuæ infamiæ subiacere, omnesque alias pœnas reales & personales, spirituales & temporales contra fautores, complices, & defensores hæreticorum editas in currisse, de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica nuntiamus & publicamus, præsente hac multitudine fidelium copiosa.

Cæterum multorum insinuatio fidedigna ad apostolatus nostri perduxit auditum, quod idem Bertholdus de Marsteron dictus de Niffen, post & contra processus nostros super his habitos, & in illis partibus solemniter publicatos, velut vicarius (vt prædicitur) in partibus Italiæ electi prædicti, quem Regem nominant Romanorum, gentes armigeras & exercitum congregauit & congregat de diuersis ciuitatibus, castris, terris, & locis in dictorum Galeatij & fratrum suorum fauorem, præsidium, & iuuamen contra exercitum fidelium ecclesiæ memoratæ contra præfatos hæreticos eorumque fautores & defensores per ipsam ecclesiam ordinatum; & quod cum gentibus illis, non absque hæreticorum prædictorum fautoria notoria & sequela, eiusdem ecclesiæ gentes inuasit, & bellum mouit, & exercuit & exercet contra eas; nec his contentus ad frangendum vota fidelium præsumpsit & præsumit facere mandata communitatibus ac personis singularibus ciuitatum, castrorum, & aliorum locorum illarum partium sub grauibus pœnis, ne ipsæ & gentes ipsarum ad exercitum fidelium ecclesiæ conueniant, vel eisdem inhæreant, vel sequantur eos, seu assistant eisdem, & tanquam vicarius eiusdem electi communitatibus ciuitatum, castrorum, & locorum prædictorum obedien-

Coactus a Bertoldo exercitus aduersus crucesignatos.

Adhibita Ludouici Bauari auctoritas, contra ecclesiam hæreticos persequẽtem.

sanctus ipse semper candore virgineo rutilauit. Præterea sanctus ipse, qui dum vixit in præsenti seculo clarissimus genere, sublimis potentia, facultatibus opulentus, moribus elegans extitit, inhonestis & turpibus animo penitus relegatis, circa seruos Christi ac pauperes, aliasque miserabiles personas valde compatiens, se ipsum in eleemosynarum elargitione (eis plerumque ministrando) munificum exhibebat: tantaque abundauit charitate, quod nil tam charum sibi erat, quin libenter erogasset, vt saltem vnam animam trahere potuisset ad Christum: nec de vllo suo æmulo vindictam facere volebat. Et ne feruorem spiritus sociæ carnis ardor extingueret, sed mortificatione & repressione ipsum potius accendi contingeret, carnem ipsam, quam assidui asperitate cilicij (prout asseritur) edomans, effrænem ipsius libidinum artem * sustinentiæ fræno coercuit, vt non propriæ voluntatis ducta remigio, sed salubri moderamine spiritus rute licita perageret, & prorsus ab illicitis abstineret delicijs. Etenim corpus macerabat ieiunijs, priscorum obseruantiæ a sanctis patribus ordinatæ nouorum austeritatem adijciẽs sibi motu propriæ voluntatis inducto: nam per totum aduentum & singularum septimanarum sextam feriam, et cunctis alijs temporibus ieiunium obseruabat: et in multis interea orationibus se occupabat, ne aliqua sibi hora temporum inutiliter pertransiret; paramentis aliquibus sub genua non vtendo, immo quamplurimum vestes proprias * admouebat. Et dum consilio ducis Calabriæ præfuit, petitiones pauperum * interim promouebat, quod omnes ipsum aduocatum pauperum nominabant.

Et eleemosynis.
Et charitate in proximũ.
**continentiæ.*
Voluntaria carnis maceratione.
**amouebat*
**ita*

Hic insuper vitæ fuit puritate perlucidus, humilitate pręclarus, et sincerus veritatis amicus; ac cuncta eloquia ipsius ad virtutis augmentum operaq; salubria hortabantur, demulcebant auditorum præcordia, et in eorum ædificationem salutarem multipliciter redundabant. Quamdam enim mulierem, quæ per totum annum et amplius toto corpore impotens fuerat, et aliquibus sui corporis partibus adeo desiccata, vt lignum aridum videretur, et quæ, postquam sanctus ipse migrauit ad Christum, ad eius tumulum se deferri fecerat, ad dicti sancti inuocationem subito fuisse curatam dubium non existit: in signum huiusmodi mulier ipsa domum suam proprijs pedibus est reuersa. Quidam etiam casualiter in vno fossato vndique subtus terram prostratus ita, quod aliquis ad ipsum nullo modo peruenire poterat, postquam ibidem tamdiu steterat, quod naturaliter viuere non debebat, ad prædicti sancti inuocationem a morte extitit præseruatus. Istum enim sanctum dilexit Dominus, & in fine consortio hereditatis elegit; perennis quoque diademate gloriæ decorauit: & vt eius nomen extolleretur laudibus populorum, tam in eius vita, quam postquam (vt præmittitur) feliciter migrauit ad Christum supernis delitijs fruiturus, ipse opifex Dominus, in sãctis suis vere mirabilis, eundem sanctum aliorum quamplurium & variorum splendore miraculorum illustrauit; manifeste demonstrans quantum sibi honoris & reuerentiæ deberetur.

Pauperũ suscepto patrocinio.
Marcore laborans mulier ad eius preces valetudini restituta.
Alius terra obrutus illius ope liberatus e mortis periculo.

Vnde præfatus prædecessor, de huiusmodi actibus dicti sancti & miraculis habita fide dignis probationibus, quantum nosse sinebat ipsa fragilitas certitudine veritatis, multorum prælatorum et aliarum circumspectarum personarum solemnibus precibus pluries excitatus, ipsum B. Elzearium de fratrum suorum consilio, de quorum numero tunc eramus, auctoritate omnipotentis Dei, et beatorum Apostolorum eius Petri et Pauli, atque sua choro beatorum a Domino ineffabili sanctificatione susceptum cum solemnitate celebri sanctorum catalogo, videlicet XVI. kal. maij, pontificatus sui anno VII. duxit ascribendum. Et vt deuotis laudibus extolleretur in terris, quem ipse dominantium dominus honorari voluerat in excelsis, festiuitatem confessoris eiusdem die XXVII. mensis septembris, quo migrauit ad Dominum, cum debita reuerentia voluit celebrari:* quodque etiam, vt ad ecclesiam fratrum Minorum, vbi corpus eiusdem sancti venerabiliter requiescit, feruentius et copiosius fidelium confluat multitudo, et celebris eiusdem solemnitas peragatur, omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui reuerenter illuc in eodem festo annuatim accesserint eius suffragia petituri, de omnipotentis Dei misericordia et ipsorum beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisus, vnum annum et quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentijs misericorditer relaxauit, etc. Nulli ergo, etc. *Datum Auin. nonis ianuarij pontificatus nostri anno I.*

Quo die sanctorũ catalogo adiectus B. Elezearius.
**atque.*

Anno 1324. num. 12. vers. 5. post vocem, adductus, *adde*: Qua accepta clade, Pontifex reficiendo exercitui, confirmandisque suorum animis curas intendit. Extant eo argumento datæ ad Florentinos socios subiectæ literæ a.

a To. 4. p. 1 ep secr. pag 69.

Potestati, capitaneo, vexillifero iustitiæ, prioribus artium, antianis, consilio, & communi Florentinis.

In discrimine turbationis Italicæ moderatam olim fortitudinis vestræ constantiam valde notauimus, quæ inter dexteram et sinistram, inter contingentia scilicet prospera et aduersa varios fortunæ casus experiens, nec aduersis deprimitur, neque prosperis releuatur: immo illud præclarius semper attribuimus vestræ laudi, quod eo validior vestra probitas comprobata reuiguit, quo durius pios vestræ deuotionis affectus dudum hostilis aduersitas impugnauit. Sane audiuistis, vt credimus, sinistræ fatalitatis euentum in offensam nostri exercitus, cum quo erat militia vestræ gentis armigeræ, in comitatu Mediolanensi diebus proximis contingentem: de quo licet forsan nostri et sanctæ Romanæ ecclesiæ atque vestri et aliorum deuotorum hostes in exterminium suæ, proh dolor! malignitatis exultent; nos vero etsi ex vestris huc vsque gestis verisimiliter supponamus certitudinem vestræ constantiæ in aliquo non commotam; ex patris tamẽ affectione tenerrima, qua domestice vos tractauimus, quæsumus, filij benedictionis et gratiæ, vt inde vultus vester nullatenus concidat, ne in æmulorum oculis serenam mutasse videamini faciem, et in aliquo minuisse testemini virilis animi probitatem: quinimmo vniuersitatem et sinceritatem vestram rogamus et hortamur attente, quatenus cum etiam post naufragium tentanda sint maria, resumatis altius cum solita promptitudine vires vestras; et huiusmodi gentem vestram nedum in deficienti de pristino perditorum equitum et peditum numero, verum (si potestis) etiam in maiori armigerorum subsidio concite restauretis, cum ad habendam de ipsis hostibus Domino fauente, victoriam vos proculdubio moueat libertas inextimabilis patriæ, et cupiditas incitet tam cœlestis gloriæ quam terrenæ: speramus enim in virtute

Florentini ad constantiam prouocati.

huiusmodi integraliter conuertendæ,&c.] Subdit, vt sacræ illæ pecuniæ in rationum codices referendæ sint: & anathema, nullo dignitatis habito discrimine, eas occupantibus rapientibusue intendit. *Dat. Auin. xiii. kal. ianuarij pontificatus nostri anno vii.*

Anno 1323. *num.* 13. *col.* 2. *vers.* 3. *post vocem*, posse, *adde:*

Ioannes, &c. charissimo in Christo filio Regi Cypri illustri.

Cum a sicut nobis, fili charissime, significare curasti, de certis conuentionibus habitis inter te
Exortæ lites circa formulā fœderis inter Reges Armenium & Cypriū a An. 7. ep. cur. 17.
& inclytæ memoriæ Ossinū Regem Armeniæ firmiter obseruandis olim præstiteris iuramentum; super quibus, multis exortis postmodum dubijs, fuisse & esse non modicum expediens asseratur, quod per viam tractatus amicabilis super eisdem conuentionibus & dictis ex eis ortis dubijs procedatur, an iuramento huiusmodi non obstante potueris & possis secura conscientia tractatum super præmissis incœptum inter te & eundem Regem, ac quondam Isabellam dominam Tyri & Henricum eius filium prosequi, aut alium, si necesse fuerit, inchoare, supplicando tuæ super hoc prouideri conscientiæ, nos consulere curauisti. Ad quod tibi breuiter respondemus, quod cum super obseruatione prædictarum conuentionum dubia, sicut asseris, sint exorta, ex quibus, nisi per tractatum dilucidarentur huiusmodi, formidantur scandala verisimiliter (sicut accepimus) suboriri, nec iuramentum iniquitatis vinculum esse debeat, eo non obstante, potuisti ac potes super tractatu iam incœpto procedere, vel etiam inchoare, cum propter hoc contra iuramentum a te super prædictis præstitum venire minime videaris. *Dat. Auin. v. id. aprilis anno vii.*

Consule de his Pont. a Cyprio.
Respondet nouas pactiones ineundas.

Anno 1323. *post finem numeri* 28. *adde:*

Ioannes, &c. Bononiensibus.

Sicut relatio nouiter fide digna notificat, pridem filij damnatæ nequitiæ Raynaldus, Opizo, Bertuldus, & Nicolaus quondam marchiones Estenses dilectis filijs nostris Bertrando tit. S. Marcelli presbytero Card. A. S. L. & episcopo Bononiensi se, vt dicitur, obtulerant ad veram obedientiam ecclesiæ redituros, vt sub isto velamine taliter datæ spei fructus libere suorum colligerent prædiorum, sine quibus, vt præsumitur, verisimiliter ipsi se tueri vlterius in obstinata proteruia non sperabant. Nuper vero, quia bona fide nunquam vitia mansuescunt, ipsi vna cum sindico similiter damnati communis Ferrariensis, ecclesiæ præfatæ rebellis, iurarunt (vt dicitur) fidelitatem in manibus cuiusdam nuncij dilecti filij nobilis viri Ludouici ducis Bauariæ in Regem Rom. electi, & cum eorum complicibus Cane de Scala & Passarino de Mantua iniuerunt fœdus prauæ societatis & ligæ: qui dicuntur exfortium suæ gentis accingere, cum quo Mediolanensibus perfidis in opprobrium Dei, nostrum, & eiusdem ecclesię, nec minus confusionem nostram & totius Italiæ subsequenter succurrere valeant: de quibus in Christo nobis & vobis cæterisque Christi fidelibus optatam clementia diuina victoriam votiuis successibus repromittimus. Quocirca vniuersitatem & prudentiam vestram rogamus attente, quatenus ad præcidendam dictis rebellibus & damnatis omnem succursus huiusmodi facultatem viriliter more vestro & strenue consurgentes, velitis sic vicina & opportuna circa id consilia adhibere, quod dictorum

Pontificię de Atestinis marchionib' querelæ.
Contra promissa Ludouico Bauaro fidem deuinxisse.
Auxilia ad Mediolanensiū gratiam comparare.
Excitati Bononiēses ad ea dissipanda

Mediolanensium, certante Domino, attenuata potentia ex rebellium & damnatorum ipsorum subsidio nulla recipere vel sperare valeat resistentiæ fulcimenta. *Dat. Auin. viii. id. augusti anno vii.*

Anno 1323. *num.* 68. *vers. vltimo post vocem*, promulgatum, *dele qua sequuntur*, vti sequenti tomo dicetur, *& eorum loco hæc repone:* quod subiecta formula conceptum ex M. S. edidit Vvadinghus a.

a Vading. to. 3. an. 1343. nu 40.

Gregorius episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Rationi congruit & conuenit honestati, vt ea, quæ de Romani Pontificis prouidentia processerunt, licet eius superueniente obitu literæ apostolicæ confectæ non fuerint, super illis suam consequantur efficaciam. Olim siquidem felicis recordationis Vrbanus Papa V. prædecessor noster, prouide attendens, quod domino nostro Iesu Christo Regi regum & dominantium domino, sub cuius ditione cuncta consistunt, magna gratiarum actionum & laudum a cunctis fidelibus Christi debentur impendia, dum ipse Rex cœlestis omnis scientiæ gloria, cuius ineffabilis altitudo scientiæ & prouidentiæ nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, recti censura iudicij cœlestia pariter & terrena disponit, sanctos suos per exemplaris vitæ doctrinam & sanctitatis merita venerandos, de præsentis vitæ carcere ad æternam beatitudinem euocatos, crebris coruscare facit miraculis, ac mira & stupenda, eorum intercedentibus meritis, certis & perspicacibus ostendens indicijs, illos post labores nimios duraque præsentis vitæ certamina quietis æternæ satiari dulcedine, palmamque cœlestis gloriæ obtinere; *quod ipse opifex Deus in misericordia copiosus, liberalis in gratijs, & in retributione munificus, de supremis cælorum ad ima mundi oculos maiestatis suæ inflectens, & benigna consideratione discutiens, B. Elzearij de Sabrano comitis Ariani & baronis Ausoisij dominij, de Prouincia oriundi, generis nobilitate præclari, suique gloriosissimi confessoris merita grandia & opera mirifica, quibus ipse constitutus in seculo lucerna luminosa resplenduit, atque veluti iustus iudex & retributor laudabilis dignanter intendens condignis recompensare muneribus, eum tanquam emeritum & retributione dignissimum post vitæ præsentis ergastulum & laboriosa mundi certamina, quæ feruens in diuinis obsequijs potenter & patenter exercuit, æthereis sedibus collocarat, vt sederet cum pincipibus & solium gloria teneret felicitatis æternæ dulcore potitus; ne eiusdem B. Elzearij laudabilium actionum claritas, quibus in terris constitutus effulserat, sub nubilo latens, tenebris obfuscaretur, idem prædecessor aliqua ex eis suis literis, si super his confectæ fuissent, exprimi voluit, quas nos præsentibus inseri fecimus, vt deducantur in publicam notionem:

Vrbanus V. B. Elearum sāctorū catalogo adscrit.
*quodq;
Genus & officium S. Eleazari.

Hic equidem a iuuenilis ætatis primordijs Dei Filium tenera mente dilexit, nec diligere desijt, studia continuando salubria, dum vitæ sibi commoditas affuit temporalis; sed * quoniam maiori profecit ætate, ac in tempora prolixiora prosilijt, tanto in eius exarsit amorem feruore spiritus ampliori: & sic pudicitiæ adhæsit operibus, sic carnis studuit euitare contagia, quod licet vxorem habuerit ætate iuuenem & nobilitate præclaram; tamen, prout ex dictæ vxoris & confessoris eiusdem sancti testimonijs constitit, san-

* quanto
De singulari illius pudicitia.

Datum apud Offemburg. VIII. kal. iunij regni nostri anno VIII.

Anno 1322. post finem numeri 13. adde: cuius literarum præcipua pars his verbis concepta est [a].

a Ext. in lib. priuil. Rom. eccl. to. 1. pag. 373.

Bertrandus miseratione diuina tit. S. Marcelli presbyter Cardinalis A. S. L. discreto viro Vgolino de Rubeis canonico Parmensi capellano nostro salutem in Domino.

Vt Parmenses Vicecomitibus se coniunxerint.

Cum præfati [nimirum Parmenses] potestas, capitaneus, vniuersitas, et commune, peiora prioribus cumulantes; et non attendentes, quod ad dominum Papam et ecclesiam Romanam regimen ciuitatis prædictæ, sicut et aliarum terrarum imperij debent ipso vacante imperio (sicut nunc vacare dignoscitur) pertinere; sed illud facto potius denegantes, stipendiarios suos in auxilium præfati Matthæi et filiorum eius contra dictam Romanam ecclesiam, et ad impugnandum gentes, et exercitum dictæ ecclesiæ iura prosequentem ipsius imperij, transmisissent apud Bassignanam, vbi exercitui prædicto multa damna grauia intulerunt; nosque propterea contra ipsos procedere ad grauiora vellemus, per ambaxiatores ciuitatis eiusdem ad nos propterea venientes accepimus, quod ciuitas supradicta Parmensis et ciues ipsius ad cor redeuntes, et suum recognoscentes errorem, seque in præmissis grauiter deliquisse, redire disponunt ad obedientiam et deuotionem ecclesiæ supradictæ, et a fauore dictorum hostium totaliter abstinere.

Deinde iugum eorum excutere sint meditati.

Quamobrem volentes cum ciuitate et ciuibus ipsis agere gratiose, discretioni tuæ auctoritate apostolica, nobis specialiter in hac parte commissa, præsentium tenore committimus et mandamus, quatenus si tibi constiterit ita esse, videlicet quod dicta ciuitas & vniuersitas ipsius se omnino & cum effectu subtraxerint a sequela, fauore, & adhæsione Galeatij, fratrum, & sequacium ipsius, sibique in nullo pareant & intendant, nec dent auxilium, consilium, vel fauorem, ac realiter & cum effectu recognoscant regimen ciuitatis & districtus eiusdem, vacante Romano imperio (sicut nunc, vt prædicitur, vacare dignoscitur) ad Romanam eandem ecclesiam pertinere; & quod ipsum regimen, & rectores ipsius recipiant & teneant nomine supradictæ ecclesiæ, quamdiu, & quotiescunque vacabit imperium supradictum, sicut reciperent & tenerent ab Imperatore, si dictum imperium non vacaret, recepta a maioribus vniuersitatis eiusdem, eis videlicet, per quos ciuitas & vniuersitas ipsa regitur, quod de cætero, præfato Galeatio vel fratribus, aut sequacibus vel alijs quibuscunque contra eandem Romanam ecclesiam nullatenus adhærebunt, nec consilium, auxilium, fauorem præstabunt iuratoria cautione, ac iuramento de parendo mandatis ecclesiæ atque nostris, interdictum ipsum in dicta ciuitate, terris, villis, castris, & locis ipsius, relaxes, & nuncies relaxatum, vbi tibi videbitur expedire, & facias ab alijs nunciari. Quod si forsan postmodum ad dictorum Galeatij, aut fratrum, vel sequacium prædictorum sequelam & fauorem homines ac ciuitatem, vniuersitatem, terras, villas, castra, & loca prædicta redire contigerit, in eamdem interdicti sententiam relabi volumus & decernimus ipso facto. Volumus etiam, quod de supradictis omnibus & singulis fieri facias duo publica instrumenta, quorum vno pœnes te retento, reliquum nobis, quantocius poteris, destinare procures. *Dat. Placentiæ kal. decembris pontificatus eiusdem domini Ioannis Papæ XXII. anno septimo.*

Publica res nomine pontificio administrari iussa vacante imperio.

Solutæ censuræ.

Anno 1322. post numerum 39. adde: Indixit encyclicis alijs ad totius orbis præsules datis literis [a] publicas ad conciliandam Armenijs diuinam opem preces, quarum formulas inter diuina repetendas præscipsit.

a Extant in rotulo pergam. signato n. 747. ex archiuo Auinionen. in Vat. delato.

Ioannes &c. archiepiscopo Brundusino, eiusque suffraganeis.

De gazophylacio tenendo in ecclesijs.

Vobis vestrumque singulis in virtute obedientiæ districtius iniungimus & mandamus, vt iuxta ordinationem dudum habitam in concilio Lugdunensi, tã in cathedralibus, quam in singulis vestrarum ciuitatum ac diœcesum ecclesijs poni truncum concauum faciatis tribus clauibus consignatum, prima penes loci ordinarium, secunda penes ecclesiæ sacerdotem, tertia vero per aliquem idoneum laicum & fidelem illius parochiæ, in qua truncus extiterit, per dictum eligendum ordinarium, fideliter conseruandis: in quo dicti fideles, iuxta quod Dominus eorum mentibus inspirauerit, suas eleemosynas deponere in dictorum regnorum [nempe Armeniæ & Cypri] defensionis subsidium, ac impugnationem hostium nominis crucifixi, suorumque remissionem peccaminum moneantur. Et vt hæc ab illo, a quo cuncta bona procedunt, facilius impetrentur, in ipsis ecclesiis semel in hebdomada certa die, quam sacerdos pronuntiet populo, missa publice, vna videlicet hebdomada missa de sancta Trinitate, secunda de B. Virgine, tertia de sanctis angelis, & sic deinceps, cum deuotione & reuerentia decantetur. In qualibet autem missarum huiusmodi cum omni deuotione post, *Agnus Dei*, ante sumptionem corporis Domini psalmum dici mandamus & decernimus infrascriptum, videlicet: *Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam;* cum *Gloria Patri*, & versiculis, qui sequuntur. Versus: *Saluos fac seruos tuos*, Responsio: *Deus meus sperantes in te*. Vers. *Esto nobis Domine turris fortitudinis*. Resp. *A facie inimici*. Vers. *Nihil proficiat inimicus in nobis*. Resp. *Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.* Vers. *Exurge Domine adiuua nos*. Resp. *Et libera nos propter nomen tuum.*

Precum formulæ inter sacra repetendæ.

Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt potestates & omnium iura regnorum respice ad populum Christianum tuum nomen sacratissimum inuocantem, vt gentes, quæ in sua feritate confidunt, potentia tua dextera comprimantur. Alia vero oratio semper dicatur in omnibus missis: *Hostium nostrorum quæsumus Domine elide superbiam, & eorum contumaciam dextera tua virtute prosterne. Per Christum dominum nostrum.* In omnibus autem missis alijs, quæ infra hebdomadam dicuntur, semper dicatur post, *Agnus*, & ante sumptionem corporis domini nostri Iesu Christi psalmus: *Deus in adiutorium meum intende*, cum versiculis suprascriptis & cum oratione. *Hostium nostrorum.*

Huiusmodi vero eleemosynæ & oblationes, quæ in truncis mittentur seu deponentur eisdem, diligenter & fideliter conseruentur, vt & de eis & largitionibus alijs, quæ pia fidelium largitate prouenerint, secundum dispositionem sedis eiusdem opportuna subuentio dictis fidelibus proficiscentibus in dictorum regnorum defensionem & subsidium ministretur, & nulla fraus committatur in eis, & absque diminutione qualibet fideliter conseruentur in defensionem & subsidium hu-

Fidelium eleemosynæ in bellis sacri sũptus vertendæ.

est hypocrisis, sagacius attendant se præseruare, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, pacis inquam custodientis corda & intelligentias Christi fidelium in Christo meo Iesu, id est in veritate, quam ecclesia mea sancta in certis articulis Christianæ veritatis firmiter credit & simpliciter profitetur: qua veritate, quia nuda sunt omnia oculis meæ diuinæ maiestatis, per eam nihil relinquitur occultũ fermento falsitatis corruptum, vt in inspirato præscripto, quod non reueletur; nec opertum, quod nõ sciatur. Item alia litera sic incipit.

Spirenses & alios Germanos concitare nititur in Minoritas.

Reuerendi domini ciuitatum, qui estis hic congregati vna cum dominis ciuibus Spirensis ciuitatis, ne vobis ac vestris conciuibus videatur factum meum ex phantasia propria attentatum; & infra, *sponte me offero ad omnem pœnam, quæ secundum tenorem regulæ & statutorum ordinis regulæ, vt instituta fuit, consonorum potest & debet infligi: & quod magis, si tamen auderẽ contra regulam, obligarem me ad subeundam mortem, quam ipsi fratres possent excogitare turpiorem. In quo aduertatis, quod nulli innitor nisi veritati, quam docet & tenet sancta ecclesia, & veritati status instituti a B. Francisco, &c.* Subdunt publica documenta, priores literas foribus principis ecclesiæ Spirensis affixas; posteriores vero in publicis cœtibus oratorum, qui ex varijs vrbibus Spiræ conuenerant, perlectas fuisse. Pseudominoritæ huius audacia adeo proiecta fuit, vt postea e sacro suggestu declamaret, omnes qui Minoritis eleemosynam erogarent, letali noxa se obstringere. Quem furẽtem Ioannes Papa ad tuendum Franciscanum ordinem compressit, vt inferius visuri sumus: adeoque Minoritas apostolico studio est prosecutus, vt vere dixerit a aduersus susurrones: *Ex quo cœpit ipsorum ordo, nullus efficacius quam nos pro statu eorum laborauit.* Atque ex his reselluntur facile recentiorum aliquorum mendacia, qui Ioannem quasi de Minoritis male meritum ob succisos enascentes hypocritarum errores in inuidiam vocauerunt: neque animaduerterunt quam turpe sit Christi vicario calumnias impingere ad ineptas apologias in hæreticorum & apostatarum gratiam conscribendas.

Dolus ad persuadẽdum.

Peccari in stipe Minoritis dã da declamat. Reprimitur a Ioãne.

a To. 6. ep. secr. p. 3. pag. 201.

Perperam traductus Ioannes a recentioribus.

Anno 1322. post finem numeri 4. adde: Ad constituendam etiam publicam pacem in nonnullis prouincijs consuetas præsulum electiones celebrari vetuit; sed ab sedis Apostolicæ nutu rem totam pendere subiecto diplomate iussit b, vt qui ab ipsa crearentur, subditos in ecclesiæ obsequio studiose continerent.

b An. 6 p. 1 ep. cur. 89

Ioannes, &c. ad futuram rei memoriam.

Decreuit Pontifex in nonnullis Italiæ prouincijs prælatorũ electiones e solo nutu Apost. sedis robur habituras.

In patriarchatu Aquileiensi, nec non Mediolanensi, Rauennate, Ianuensi & Pisana prouincijs consistentes ecclesiæ, quas & quæ frequenter, prout experientia docuit, retroacti & hucusque continuata malitia temporis in earum prouisionibus varijs noscitur discriminibus subiecisse, nostræ mentis obtutibus occurrere; ac propterea similibus in posterum obuiare periculis, donec, fauente Domino, sublata procella temporis impacati, eisdem ecclesijs & personis earum plena in eligendo securitas ministretur, solicitis affectibus cupientes; prouisiones omnium patriarchalium, archiepiscopalium, episcopalium, & aliarum quarumlibet ecclesiarum collegiatarum, nec non abbatiarum, monasteriorum, prioratuum, & aliorum quorumcumq; piorum locorum secularium & regularium, exemptorum & non exemptorũ, consistentium in patriarchatu & prouincijs supradictis, ad quas, vel ad quos, seu quę prælati cõsueuerunt, seu debent per electionem assumi, nunc vbicumq; vacantium, & quæ deinceps vacare contigerit, dispositioni & ordinationi nostræ & sedis Apostolicæ de fratrum nostrorum consilio vsque ad eiusdem sedis beneplacitum de apostolicæ potestatis plenitudine reseruamus, &c.] Prohibet, ne vlla canonicorum aut regularium aliorumue collegia vllos præsules inconsulta sede Apostolica designare, postulare, vel sibi præficere audeant: ac si in eam proruperint temeritatem, quæcumque gesserint apostolica auctoritate rescindit. *Dat. Auin. III. kal. augusti anno VI.* Hæc licet sanciret Ioannes, Italicæ tamen factiones non compositæ sunt, atque in ipso pontificio principatu efferbuere.

Anno 1322. num. 8. vers. 18. post vocem, extulere, *adde*: Extant de transmisso in Italiam Henrico ad augendas pontificias partes Friderici suffragijs discordibus electi Cæsaris literæ a ad Pontificem, subiectis conceptæ verbis.

a Extant in rotulo pergam. signato n. 6. ex arch. Auinion. in Vatic. delato.

Sanctissimo in Christo patri & domino suo domino Ioanni sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici Fridericus, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, cum filiali recommendatione deuota pedum oscula beatorum.

Friderici electi Regis Romanorum ad Ioannem Papam literæ.

Qualiter inducti excellentis & magnifici principis domini Roberti Ierusalem & Siciliæ Regis consanguinei & affinis nostri charissimi consilio ad sanctæ matris ecclesiæ honorem vestræque beneplacitum sanctitatis, cuius pergrata pluries nobis facta beneficia non ingrati recognoscimus, quinimmo a nostra indiuulsa memoria vt deuotissimus sanctitatis vestræ filius retinemus tenaciter, illustrem Henricum ducem Austriæ & Stiriæ principem & fratrem nostrum charissimum, cuius personam non minus quam propriam æstimamus, cum valida militiæ & armatorum multitudine versus Lombardiam pro gubernatione hominum & terræ Brixiæ destinauerimus sumptuose, terrores & incursus hostiles potentum nostrorum in Alemannia aduersariorum nobis continue insidiantium eo protextu excutientes, vt voluntari vestræ clementiæ reddamur conformes, vicem acceptorum ab ipsa beneficiorum aliqualiter rependendo; qualiter etiam vniuersa, quæ erga nos aguntur negotia disponantur, in quibusue articulis pro status & honoris nostri ac illustrium fratrum nostrorum augmento vestræ sanctitatis gratiam necessario requirendam habemus, religiosum virum fratrem Conradum abbatem monasterij in Salem ordinis Cisterciensis confessorem nostrum, nec non viros strenuos Ioannem dapiferum de Diezsenhouent regalis, & Herbdorum de Symonig reginalis curiarum magistros, secretarios & fideles nostros dilectos plenissime, tãquam mentis nostræ imaginarios, de præmissis omnibus informatos sanctitati vestræ benignissime decreuimus destinandos; ipsi humiliter sub confidentia non modica supplicantes, quatenus solita bonitate paterna eisdem nostris secretarijs pium & credulum tanquam nobis in nostratum legationum & petitionum articulis auditum præbeat, & petita clementer exaudiat & admittat, nobis cum eorundem nuntiorum expeditione celeri speratarum consuetæ benignitatis gratiarum beneficia pro necessitatis nostræ exigentia adeo clementer & fauorabiliter impendendo, quod ipsius beneplacitis et honoribus, quorum ampliationi natiua bonitate innitimur, eo aptius & potentius queamus intendere, eandemque bonam nostram intentionem effectuoso opere exercere.

De Henrico Austriaco misso in Insubriã.

Et missis ad sedem Apost. oratoribus.

Da-

ecclesiæ; & hoc idem dicunt Sarabaitæ] quæ instigatione importuna fratrum ad prælaturas sic assumptorum, rigoris ecclesiastici arcana perscrutantium, priuilegiis infinitis vallati statuta sanctorum patrum omnibus Christifidelibus & maxime ecclesiasticis personis indistincte iniuncta sub specie simulatæ sanctitatis talia impetrantes, iam ab eorum innumerabilium obseruantia vos eximi procurastis temeritate inexemplata ab vllis personis ecclesiasticis tam secularibus quam religiosis; veritatem, quam ecclesia mea sancta docet & tenet, non solum impugnare, verum etiam conculcare satagentes productione priuilegiorum statuto concilii Viennensis cassatorum tunicam Christi mei inconsutilem, scilicet vnitatem spiritus Christifidelium, quæ subsistit in vinculo pacis, tota die litigiosis processibus nitimini lacerare, veritatem etiam agnitam impugnando: propter quod iam Christifideles in effrenem contemptum statutorum ecclesiæ, & maxime in Alemannia, induxistis fastu vestræ vesanæ pertinaciæ an per statuta concilii Viennensis priuilegium Bonifacii VIII. de communione corporis Christi sororibus & fratribus tertii ordinis concessum, esset annullatum ab eo, cuius solius interest & intererat interpretari et definire, summi Pontificis nunc Christi mei vicarii Ioãnis XXII. requirere ac interpellare, antequam eo vteremini, infrunito animo contempsistis, in tam notoria contradictione omnium sapientium totius Alemanniæ, ex certa malitia adhuc in eodem persistendo veritati quasi agnitæ in hac parte cum remorsu conscientiæ resistentes, nullo prælato ordinis tam notorium errorem corrigente; prouidentia mea infallibili hoc permittente, vt in tam notoria culpa voti vestri deuia iamdudum occultata panderentur, vt coercione condigna corrigantur. Et ideo in hostes seruorum meorum B. Francisci, S. Antonii, S. Ludouici vindictam retribuam, eo quod hi serui mei fastum terrenæ præeminentiæ abnegantes, doctrina & exemplo in ædificationem totius ecclesiæ indefesse refulserunt, quorum vestigia imitari nobis, sine quibus non est salus, vos scandalose recusastis notorie & publice comprobastis, quod hostes seruorum meorum censemini: quia si in tam notoriis degenerastis sedis Apostolicæ præceptis non obtemperando, conuincimini quod veritatem vestræ professionis multo minus hactenus formidastis eneruare peccato obstinationis fræna laxantes, obseruantiam voti vestri, a seruis meis exemplatam, ausu temerario exterminando profanastis. Ego igitur patiens redditor Deus peccata dissimulans hominum, volens [in marginali ora hoc apponitur: Nota quod duo anni sunt elapsi, quod iste spiritus nihil facere potuit de eo, quod efficaciter promisit se facturum] prædestinatos inter vos ad gremium sanctæ matris ecclesiæ efficaciter reuocare a tantæ temeritatis ignauia, qua voti vestri deuiis ex certa scientia occultatis, speciem fictæ sanctitatis prætendentes, statum vestræ professionis omnimode dignoscimini abdicasse.*

*definitionem

Sodales impudenter vocat hostes sanctorum.

Volens igitur esse propitius terræ populi mei, qui propter impugnationem veritatis & destructionem obseruantiæ regularis ex certa malitia iamdudum per vos hostes seruorum meorum instauratam non populus meus, nunc autem populus meus paternæ condescensionis clementia, meæ inspirationis efficacia per seruum meum fratrem Franciscum de Lutra non meritorum ipsius vlla exigentia, sed mera meæ exuberantis gratiæ redundantia, qua & Paulum ecclesiæ persecutorem in actu persecutionis in vas electionis mihi adoptaui, volui manifestari voti vestri deuia, vt professores ordinis S. Francisci non quotidianis culpis seu etiam earumdem recidiuis obstinati ab ecclesia, sicut de nouo Templariis accidit, exterminentur; sed magis meritis serui mei B. Francisci apud me impetrare dum viueret promeruit, vsque in finem huius seculi saltem in paucis fratribus votum suum, sine quo non est salus, obseruantibus ordo B. Francisci conseruetur, & ab ecclesia toleretur: quia sicut ex paucis non multorum annorum curriculis numerum fratrum dilataui tunc fratribus de virtute in virtutem proficientibus, sic ex nunc volens dare virtutem populo meo in paucis ex eodem ordine adoptato, vt ego Deus deorum in Syon, id est in cordibus fratrum pacis visione tranquillitatis doctrina & exemplo videar ad instar perfectionis, qua a seruo meo S. Francisco ordo vester fuit institutus, vt in hoc per dictam sapientiam versutæ calliditatis fratrum, nunc vt filii huius seculi sapientum, restaurem deperdita collegio pauperum paucorum in spiritu humilitatis committentibus se ex toto, vt a principio institutionis ordinis prouidentiæ meæ liberalitati, quærendo primum regnum Dei, non innitentes humanæ prouisionis vt filii degeneres refugio, quia dabo virtutem non solum spiritualem, sed etiam corporalem populo meo, eum in pace benedicendo, cuius benedictionis si vultis fieri participes, deuia voti vestri absque vlla mora quilibet vestrum abdicet, non parendo vestris pro nunc prælatis [in margine habetur: Nota, nouum modum abdicandi deuia voti dicit esse, vt non pareatur prælatis ordinis] multitudini malignantium consentientibus, & subditos in malitia ex certa scientia (quantum in eis est) obstinantibus. Alioquin euaginabo gladium meum, videlicet iustæ vltionis, et interficiet vos manus mea subtractione gratiæ iustificantis, subsequente sententia infallibili damnationis in morte æterna vos perpetuantis: quia non est prudentia, non est sapientia, non est consilium contra me, qui sum & non est alius, volens vt Christi mei vicarius in terris reformationi ordinis B. Francisci secundum seriem inspirationis præsentis absque mora inuigilet [in margine adiecta hæc obseruatio: Nota quod Spiritus mandat Papæ, quod ipse secundum seriem præsentis inspirationis procedat absque mora] sagaciter animaduertendo, quod ad hoc infirma mundi elegerim, vt fortia quæque confundam, volens opus reformationis iã dictæ nulli ascribi creaturæ, sed meæ tantum potentiæ & prouidentiæ: vnde nec ipsum volui multitudine sapientum, vt quidam ex eodem ordine pluries attentarunt, consummare; sed per paupereulum spiritu, destitutum viribus corporalibus, nullis industriæ ac prouidentiæ creatæ in hoc facto annitentem, sed omni irrequisito refugio auxilii creati, antequam pareretur in executione operis præsentis se totaliter in omnibus meæ submisit prouidentiæ, spem nõ habens in alio: cuius inspirationis efficacia fructum volui elicere subscriptum, vt potentia mei Dei, scilicet Patris, secundum formam & modũ, quem per baiulum huius lucis, videlicet fratrẽ Franciscum per me ad hoc electũ ex vtero matris, Christi mei vicario reserabo, fratres, qui se dicunt pro nunc Minores, a deuiis voti sui reuocentur, et a latebris cõculcationis veritatis, quibus tunica Christi mei incõsutilis notorie est lacerata, ad gremiũ ecclesiæ meæ sanctæ in obedientia ex regula sibi præscripta refugere absq; mora cõpellantur: & vt sapiẽtia mei scilicet filii Dei, pharisæi in tota ecclesia in eisdem latebris impugnationis veritatis se iam occultantes, hac luce veritatis inspiratæ pœnitentiæ fructu facto condigno ab errore tam pestifero, videlicet hypocrisis, resilire alliciantur, & vt bonitate mei Dei videlicet Spiritus sancti Christi fideles a fermento pharisæorum, quod est

Impostoris iactantia.

Illecebra ad sectam constandã

Pro seruãdo voto infringi votum iubet.

Parendũ sibi a Põtifice ait.

Baiulum lucis electum ex vtero se vocat.

Minoritarum hostes ex ipso ordine erupere.

vt Ioannes Franciscanum ordinem tutandum aduersus pseudoprophetas & hæreticos, qui ex sanctissimo ordine instar vermiculorum ex nobilissimo humano corpore erumpentium illudque rodentium eruperunt, tutatus sit. Grauissimas hoc anno in Germania turbas miscuit aduersus Minoritas Franciscus e Lutra, eiusdem ordinis impostor insignis, qui vt sodales suos ad Fraticellorum sectam traheret, finxit se prophetam esse, sibique diuinitus a Christo significatum, omnes Minoritas, qui prærogatiuis & decretis apostolicis vsi paupertatis Franciscanæ acerbitatem mitigarant, lethali peccato deuinctos teneri; se vero a Christo constitutum, vt Minoritarum disciplinam pristino splendori restitueret: præcipiebatque sodalibus, vt præsulum suorum iugum excuterent. Addebat vir insanus dictis suis obtemperandum a Pontifice, idque a Christo imperatum: in eamque prorupit væsaniam, vt deliria sua tanquam oracula promulgaret: qua de re publica hæc documenta ad Pontificem transmittenda edita fuerunt a.

Defensus is ordo a Ioanne.

Franciscus e Lutra impostor.

a Extat in rotulo pergam. signato n. 5. ex archiuo Auinion. in Vatic. delato.

Publica de his documenta.

In nomine Domini. Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum pateat vniuersis, quod anno a natiuitate eiusdem MCCCXXI. *indictione quarta, præsidente sanctæ Romanæ & vniuersali ecclesiæ domino Ioanne, diuina prouidentia summo Pontifice Papa XXII. pontificatus eius anno V. in præsentia mei notarij publici infrascripti & testium subscriptorum constitutus vir religiosus frater Mengotus guardianus ordinis fratrum Minorum domus Spirensis proposuit contra fratrem Franciscum de Lutra, qui suus fuerat subditus, & se ab obedientia & potestate ordinis subtraxerat (quem etiam reuerendus in Christo pater & dominus Enicho Spirensis episcopus cum clero suo in defensionem suam receperat, ac in domo seu palatio suo tenebat & adhuc tenet, ministratis eidem expensis ac tuitione tali, sine qua ordini suo talem iacturam facere nullatenus potuisset) quod idem Franciscus lapsus videtur in errorem siue hæresim damnatam & reprobatam per ecclesiam in quibusdam pseudofratribus, qui Sarabaytæ nuncupantur, in articulis infrascriptis. Primo quia se dicit prophetam, vt patet in litera sua, quæ affixa fuit ex parte ipsius Francisci foribus ecclesiæ maioris Spirensis, in illa parte vbi dicit: Postquam inspirationi diuinæ ad plenum parui in publicatione deuiorum voti fratrum, &c. gratia Dei præuentus, existens in spiritu, audiui vocem diuini spiraminis dicentem mihi: Sede cito, & scribe. Et ego sedi & scripsi. Et dixit mihi: Et tu, fili hominis, euangeliza, &c. Cum tamen vita ipsius adeo sancta non fuerit, vt se habere spiritum prophetiæ præsumere posset.*

Vt ille prophetam se finxerit.

Item arcana seu secreta ecclesiæ catholicæ, & auctoritatē summi Pontificis suspecta videtur reddere, etiam seipso sentire, & hoc in illa parte literæ supradictæ, vbi dicit: Vestri prædecessores in agnitionem plenam omnium occultorum totius ecclesiæ meæ sanctæ, & maxime plenitudinem auctoritatis summorum Pontificum rimantes, callide subintroierunt: Et infra: Rigoris ecclesiastici arcana perscrutantium, &c. Item videtur sentire in eadem litera, quod vti priuilegijs a sede Apostolica indultis sit impugnare veritatem vitæ: quod vtique non caret errore. Et hoc patet in illa parte literæ, vbi dicit: Veritatem, quam ecclesia mea sancta docet & tenet, non solum impugnare, verum etiam conculcare satagentes, &c. Item apparet falsorum criminum impositor, immo potius calumniator siue infamator. Et hoc patet in illa parte prædictæ literæ, vbi dicit: Veritatem etiam agnitam impugnando. Et infra: Veritati quasi agnitæ in hac parte cum remorsu conscientiæ resistendo, nullo prælato ordinis tam notorium errorem corrigente, &c. Item errorem sapit in illa parte literæ, vbi dicit: Non parendo vestris pro nunc prælatis, multitudini malignantium consentientibus, &c.

De ecclesia minus pie senserit.

Item errorem sapit reprobatum ab ecclesia in illa parte literæ, vbi dicit, loquens de personis damnatis, vt prædicitur, scilicet Sarabaytis, dicit sic: Vnde nec ipsum volui multitudine sapientium, vt quidam ex eodem ordine pluries attentarunt, consummare: sed per pauperculum spiritu, destitutum viribus corporalibus, &c. & loquitur de seipso quasi sectam prædictorum damnatorum velit sequi. Et ex alijs pluribus locis prædictæ literæ & sermonum ipsius Francisci apparet euidenter, ipsum in errorem esse lapsum, & omnes eius fautores seu defensores reprehensibiles inueniri. Item apparet quod pertinacia sui erroris in eo perseuerat, ex eo, quod in alia litera consulibus seu ciuibus Spirensibus ex parte ipsius præsentata, pro tali veritate, quam ipse dicit se tenere, exponit se morti pro ea defendenda: cum tamen ei constet, quod ecclesia Romana talem sectam damnauerit & reprobauerit; & tamen a sua pertinacia non resipiscit. Tenores vero literarum, de quibus superius habita est mentio & inferius annotantur, tales sunt.

Suaserit Minoritis præsulum iugū excutere.

Restauratorem ordinis se iactarit.

Ecce ego Franciscus frater ordinis B. Francisci, postquam inspirationi diuinæ ad plenum parui in publicatione deuiorum voti fratrum, qui se dicunt ordinis B. Francisci, gratia Dei præuentus existens, in spiritu audiui vocem diuini spiraminis dicentem mihi: Sede cito, & scribe. Et ego sedi, & scripsi. Et dixit mihi: Et tu, fili hominis, euangeliza quondam populo meo, nunc autem non populo [in margine descripta sunt hæc verba: *Nota, quod si non est populus Dei, sed seclusus siue separatus a Deo, ecclesia, quæ Spiritu sancto regitur, male fecit approbando*] *& dices ad eos: Audite verbum Domini, fratres solo nomine non re Minores, quondam populus meus, nunc autem non populus. Hæc dicit Dominus: Retribuam vindictam seruorum meorum, & propitius ero terræ populi mei, quoniam inimici seu hostes seruorum meorum maxime fuerunt domestici, vt patet ab initio temporis in Cain Abel iustum occidente, & progressu temporis in cœtu filiorum Iacob, Ioseph sanctum in exilium tanquam mortuum retrudente. Ex multis quoque antiquis rerum historijs comprobatur, veritatem iustorum per domesticos, dum eam suscitare putantur profundius, tendentes insidias facilius, multifarie fore laceratam, & ex certa malitia impugnatam siue conculcatam; quam veritatem vos, qui pro nunc dicimini fratres Minores, sed non estis in statu vocationis vestræ deseritis: in quo, vt liquet ex verbo B. Francisci, vocati estis Minores ideo, vt non per ecclesiasticas præeminentias pontificales seu quasuis alias huius seculi dignitates præsumeretis fieri maiores siue altiores, paternæ eruditionis immemores tanquam filij degeneres. Iamdudum multi ex vobis per subornationes indefessas ambitione notorie plenas ecclesiasticis dignitatibus se ingesserunt, & ad easdem sic assumpti vestri prædecessores in agnitionem plenam omnium occultorum totius ecclesiæ meæ sanctæ, & maxime plenitudinem auctoritatis summorum Pontificum rimantes, callide subintroierunt, sumentes ex hoc diffugij voti vestri fundamentalem occasionē per inexemplatam præsumptionem* [in margine iacent hæ voces: *Nota, quod dicit, fratres voti sui inobseruantiam assumunt ab eccle-*

Pseudoprophetia Francisci e Lutra.

Calūnia insignis in Minoritas.

Perperam damnat assumptos ex eo ordine ad episcopatus.

eccle-

iuberetq; omnes ab illius vt fidelium cœtu auulsi hominis familiaritate & consortio declinare. Quibus literis adiecta est hæc temporis nota. *Dat. Auin. x i v. kal. iulij anno iv.*

Similiter in ius ob correptam.

Anno 1320. post finem numeri 34. adde.

Venerabilibus fratribus Compostellano & Toletano archiepiscopis & episcopo Burgensi.

De tutorum Alfonsi Regis nimia ambitione.

Quanta dudum ambitiosa cupiditas officij tutoriæ charissimi in Christo filij nostri Alfonsi Regis Castellæ illustris regnis & terris eiusdem discriminosa pericula & periculosa discrimina suscitarit; quanta ipsis procurant dispendia, & grauiora in posterum, nisi occuratur celeriter, comminetur, quantumque superbia Agarenorum temeritatem auxerit & corda fidelium depresserit & virtutem, vos latere non credimus, cum hæc in remotis partibus publica fama notoriet, & in vicinis facti euidentia manifestet, quæ ipsis imputantur ambientibus non indigne. Propter quod dilectum filium nobilem virum Ioannem Manuelis per alias nostras literas rogandum duximus attentius & hortandum, in remissionem peccaminum suadentes eidem, vt præmissa & alia quæ sibi super hoc scribimus, deducens in scrutinio rationis, tutoris nomen, quod auctoritate (ne dicamus temeritate) propria dicitur assumpsisse, deponat; efficacem opem & operam impensurus, quomodo iuxtra morem patriæ de tutore seu tutoribus Regi prædicto & regnis sufficientibus & idoneis valeat prouideri, &c.] confert ipsis auctoritatem prouinciamque, vt ad perrumpenda omnia contraria obstacula, quæ in submouendo Ioanne a regia tutela sese opponent, omnes coitiones fœderaue etiam sacramento munita corroborataque rescindant, & quæ in ea re gesserint quamprimum sedem Apostolicam doceant. *Datum Auinion. v. non. octobris anno v.*

Ioannes Manuel inuasum munus abijcere iussus.

Compostellanus & Toletanus archiepp. huic rei operam dare iussi.

Anno 1320. num. 35. vers. 19. post vocem, percelleret, *adde:*

Ioannes, &c. venerabili fratri Guillelmo episcopo Sabinensi A. S. L.

Ad pacē redintegrandam Pont. legatum decernit.

Dum nuper de altitudine apostolicæ speculæ orbis agrum commissum nostræ custodiæ, quem meditaturi frequenter ingredimur, intentione solicita spectaremus, vt eis, quibus maior necessitas imminet, opportuna nostri ministerij remedia promptius præberemus, occurrit meditationibus nostris regnorum & terrarum Hispaniæ miseranda conditio, quæ nobis illatarum iniuriarum memoriam replicans, & imminentium periculorum congeriem repræsentans, instanter apostolicæ pietatis remedium in periculo tantorum discriminum interpellat. Dum enim in considerationis nostræ scrutinio recensemus, quod pacis hostis, quietis impatiens, & inuidus charitatis dolorum machinamenta conglutinans, & fomenta discordiæ clandestinis interserens, supplantator statui regnorum & terrarum ipsarum vulnera dolendæ corruptionis inflixit; illumque per tempestuosos guerrarum fluctus & turbines, dissensionibus vndique suscitatis & scandalis, deformauit; non mediocris perferimus doloris in animo punctiones, fidelium animas per guerrarum commotionem huiusmodi perditionem lugentes expositas, & corpora discriminibus periclitari continuis multiplicatis facultatum dispendijs deplorantes. [Et infra, vbi exposuit Castellæ Regem ob ætatis imbecillitatem tantos bellorum æstus sedare non posse:] Tibi, *inquit*, tam in Castellæ ac Legionis, quam alijs regnis & terris eiusdem Regis vices nostras ac plenæ legationis officium, vt deformata reformes, indirecta dirigas, & corrigas corrigenda, ac in eis, reddens populum acceptabilem Domino bonorum operum sectatorem, euellas & destruas, dissipes & disperdas & plantes, ac statuas in nomine Domini, prout gratiæ cœlestis infusio, tuaque tibi prouidentia ministrabit, de fratrum prædictorum consilio tanquam pacis angelum destinamus; tibi, vt in regnis & terris eisdem inter ecclesiasticas seculares personas, duces, principes, marchiones, barones & nobiles, communitates & vniuersitates, ac populos & alios vniuersos & singulos bonum pacis studeas reformare; & agere nihilominus & tractare quæcumque ad cultum Dei & Apostolicæ sedis honorem, obseruantiam canonicæ sanctionis, redintegrationem ecclesiasticæ libertatis, reformationem morum, honestatis cultum, releuationem ecclesiarum, & pauperum animarum salutem & tranquillitatem corporum, ac robur status prosperi regnorum & terrarum ipsarum quomodolibet pertinebunt, &c.] Instruit ipsum auctoritate necessaria ad frangendam eorum audaciam, qui pontificia imperia detrectarint. *Dat. Auin. v i i i. id. nouembris anno v.* Eodem argumento datæ literæ a ad Castellæ & legionis proceres aliosque dignitate, opibus, auctoritateque florentissimos, populos, aliosque ecclesiasticos, quibus præcepit, vt legatum debito honore exciperent, eiusque iussis obtemperarent. Intereos vero tumultus, &c.

Guillelmo episcopo Sabinen. id munus datum.

Quæ illi demandata auctoritas.

a Reg. post eand. ep.

Anno 1321. n. 13. vers. 8. post vocem, reuocarent, *adde:*

Ioannes, &c. dilectis filijs populo Armenorum per Saraicensem ciuitatem & diœcesim constitutis.

De patrato scelere Saraicēses corripit Pont.

Nuper, non sine multa turbatione percepimus, quod vos contra venerabilem fratrem nostrum Stephanum episcopum Saraicensem patrem & pastorem animarum vestrarum, adiunctis vobis quibusdam de Saracenorum fœtida natione hostium Dei & catholicæ fidei, nequiter insurgentes; & ei, quem a molestijs aliorum deberetis vsque ad sanguinis effusionem tueri, grauibus iniurijs & contumelijs irrogatis, eum sede sua, non sine multa diuinæ maiestatis offensa & eiusdem ecclesiæ Romanæ contemptu, per violentiam spoliatum bonis omnibus eiecistis: & (quod mentem nostram duriori vexatione molestat) nonnulli vestrum ab vnitate ipsius ecclesiæ & fidei catholicæ, sine qua Deum nemo vnquam videre poterit, recesserunt (quod mœsti referimus) veritate. Cum itaque, filij, multipliciter vobis expediat, vt erroris tam execrabilis cæcitatem, quæ vestram salutem multipliciter impedit, vos a Dei separat voluntate, per satisfactionis debitum & pœnitudinem cordium celeriter corrigatis; vniuersitatem vestram monemus, rogamus, & hortamur attentius, & per misericordiam obsecramus ipsius, qui deducit ad inferos & reducit, per apostolica scripta vobis mandantes, quatenus eiusdem episcopi gratiam humiliter repetentes, & super præmissis satisfactionem congruam impendentes eidem, ipsum tanquam patrem & pastorem animarum vestrarum deuote recipere, suisque salubribus monitis & doctrinis efficaciter acquiescere studeatis, &c. *Dat. Auin. x. kal. decembris anno vi.*

Episcopū suæ sedi restituere iubet.

Anno 1321. post finem numeri 19. adde:

Ex multis exemplum insigne proponemus, vt

dominus noster Papa ipsis communi & populo transmittebat, eisdem Matthæo, communi, & populo præsentaret, nec quod equi dicti capellani & eius comitiuæ, qui satis laborauerant illa die nec adhuc fuerant adaquati, ducerentur ad aquam, immo nec quod seruitores & famuli præfati capellani, qui in prandio erant, ad plenum cibum sumerent, eundem capellanum super equum suum quasi captiuum ducentes, non permittentes quod capellum suum reciperet, extra ipsam ciuitatem ignominiose & viliter eiecerunt, ipsumque capellanum, & qui cum eo erant in castro de Rosato & quibusdam alijs terris & locis ciuitatis Mediolanensis per multos dies tenuerunt vinctos, non permittentes, quod dicto capellano loqui posset aliquis sine eorum licentia; hæc omnia & multa alia, quæ præsentibus inserere longum esset, in personas dicti capellani & seruitorum suorum (non sine magna temeritate & contemptu nostro, immo verius sedis Apostolicæ) commiserunt, prout de his etiam fuimus sufficienter informati) considerantesque quod de ciuitate Astensi executio contentorum in dictis literis apostolicis nobis directis ad notitiam dicti Matthæi poterit peruenire, eundem Matthæum, de labe prauitatis hæreticæ ex causis contentis in ipsis literis apostolicis non indigne suspectum, super quo ne gregem dominicum contagione suæ pestis inficiat, idem dominus noster Papa vrgente conscientia intendit inquirere contra eum, in dicta ciuitate Astensi in ecclesia fratrum Minorum ciuitatis eiusdem, astante cleri & populi multitudine copiosa, tertia die mensis septembris excommunicatum, pulsatis campanis & candelis accensis, publice nuntiauimus, & ab omnibus mandauimus arctius euitari: ipsumque ex parte dicti domini nostri Papæ peremptorie citauimus, vt infra duorum mensium spatium post citationem huiusmodi, quos idem dominus noster præfato Matthæo pro termino peremptorio assignauit, sub decem millium marcharum argenti & amissionis omnium priuilegiorum, libertatum, immunitatum, gratiarum, feudorum, iurium, officiorum, honorum, & concessionum quarumlibet ab ecclesia & imperio Romano, & quibuslibet alijs ecclesijs concessorum eidem, pœnis personaliter, etiam si huiusmodi terminus in tempus caderet feriatum, Apostolicæ sedis conspectui repræsentet, inquisitionem huiusmodi subiturus, ipsiusque domini nostri Papæ pariturus beneplacitis & mandatis, & alias facturus & recepturus, quod iustitia suadebit: dictasque literas & contenta in eis in nostra præsentia solemniter fecimus publicari, ac præfatas domini nostri securitatis literas paratos nos obtulimus præfato Matthæo mittere, vel assignare vbi & quando ipse vel alius pro eo sufficiens ad hoc habens mandatum, eas duxerit postulandas. Et vt huiusmodi præfati domini nostri & noster processus ad dicti Matthæi & aliorum, quos contingere possunt, deducerentur notitiam, chartas siue membranas, processus, excommunicationes, publicationes, citationem, pœnarum adiectiones, & comminationes continentes eosdem, maioris & fratrum Minorum, vbi nos residemus, ecclesiarum Astensium appendi ostijs faciemus, quæ processus ipsos & contenta in eis suo sonoro præconio publicabunt; ita quod præfatus Matthæus & alij nullam possint excusationem prætendere, quod ad eos processus ipsi non peruenerint, vel quod ignorarint eosdem, cum non possit esse incognitum vel occultum; quod tam patenter omnibus publicatur. Cæterum vt circa præmissa tanto minus prætendi possit ignorantia, quanto ea in plurimorum notitiam deducentur, vniuersitati vestræ in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus vos & quilibet vestrum, qui super hoc fuerit requisitus, tenorem literarum ipsarum insertum præsentibus, nec non & omnia per nos gesta circa executionem prædictam, dictũ Matthæum excommunicatum, pulsatis campanis & candelis accensis, in ecclesijs vestris, dum missarum solemnia celebrabuntur in ipsis, vbi aderit populi multitudo, publicetis solemniter, & faciatis ab alijs etiam solemniter publicari, ac ab omnibus arctius euitari, & in lingua materna exponi, facientes de publicatione & denuntiatione huiusmodi fieri publica instrumẽta, illa nobis quãtocius transmissuri. *Actum & datum sub sigillo nostro in præmissorum testimonium in prædicta ecclesia fratrum Minorum Astensium prædicta die* III. *mensis septembris pontificatus eiusdem domini Ioannis Papæ XXII. anno* IV. Transmissa sunt hæc legati Cardinalis acta iudiciaria in Matthæum, ad Insubriæ episcopos, atque ab ijs solemni ritu diuulgata a. Verum Vicecomes Gibellinorum signifer in peruicacia obduruit.

Non permissum, vt pontificiæ literæ Matthæo redderentur.

Vocatus in suspicionem hæreseos Matthæus.

Institutus in eum iudiciorum ordo.

Dicta illi dies ad cõparendũ.

Promulgatur deuinctus anathemate.

a In eod. rotulo pergam.

Anno 1320. *num.* 13. *vers.* 9. *post vocem*, constituta, *adde*:

Dilecto filio Bertrando tit. S. Marcelli presbytero Cardinali A.S.L.

Licet b liquidum foret de iure, & ab olim fuisset inconcusse seruatum, quod imperio Romano vacante, sicut & nunc per obitum quondam Henrici Romanorum Imperatoris vacabat & adhuc vacare dignoscitur, cum in illo ad secularẽ iudicem non posset haberi recursus ad summum deuoluebatur Pontificem iurisdictio ac dispositio & regimen imperij supradicti, ipseque illa[, eiusdem imperij vacatione durante, per se vel alium seu alios in imperio exercuisset eodem & exercere deberet; nonnulli tamen in Italiæ partibus constituti vicariatus seu cuiuscumque nomen officij, quod ipso imperatore viuente ex illius commissione gerebant, in certis terris ac territorijs siue locis, post decessum Imperatoris eiusdem sibi absque nostra & Apostolicæ sedis licentia retinere, & nonnulli in alijs de nouo assumere, quod non gesserant, aut gestum antea postmodumque dimissum resumere, & illis abuti in nostri & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ derogationem honoris temerarijs ausibus præsumebant, se per hoc non absque diuinæ maiestatis offensa varijs criminibus inuoluendo, &c.] Subdit vt ipse ad;cmergentia inde pericula propulsanda, tuendamq; ecclesię dignitatem omnibus quocumq; honoris gradu siue regio siue patriarchali conspicuis interdixerit, ne in terris imperio Romano obnoxijs præfecturam vllam, quocumque nomine eam apellarent, arrogarent sibi, vel a populis delatam admitterent: qui, si imperia apostolica respuerent, anathemate, ditionem vero ipsorum sacrorum interdicto percussum iri denuntiarit. Cum vero Passarinus, spreta auctoritate pontificia, se Mantuæ imperij vicarium dicere contra edicta apostolica nõ vereretur, promulgauit Pontifex, illum anathemate irretitum teneri, atque omnia loca vrbesue, quæ ipsi parerent, sacris interdicta. Tum Bertrando legato prouinciam imposuit b, vt Patauij, Bononiæ, atque in alijs circumiectis locis vibratas in Passarinum eiusque studiosos censuras solemni ritu diuulgaret, iu-

b An. 4. p. 1. ep. cur. 74.

Administratio imperij ad Pontificẽ deuoluitur vacuo solio augustali.

Constitutio circa præfectos vrbium.

Pœnæ in præfecturarum inuasores.

Passarini contumacia.

b Ib. ep. 99. & 100

modi incursionem studuerit euitare; tibi & hominibus tuis tenore præsentium nihilominus districtius iniungentes, vt cum ad apostolatus nostrum spectet officium pacem & iuramentum huiusmodi iuxta ordinationem prædecessoris eiusdem facere obseruari, quod dictum nobilem in persona sua & heredum suorum, & super locis & terris eidem nobili eiusque heredibus donatis & concessis in comitatu tuo Flandriæ & extra per quondam Guidonem comitem Flandriæ communem patrem vestrum per te vel alium seu alios nullatenus inquietes, sed ipsum & heredes suos dictorum locorum & terrarum permittas pacifica possessione gaudere. *Dat. Auin. 11. kal. aprilis anno secundo.*

Vetat illius ditionem inuadi.

Ad tuendam etiam eiusdem Namurcensis comitis dignitatem, atque ab omni infamiæ labe vindicandam ob desertas in eo bello fratris sui Roberti partes, tum illius bona ab inuasorum manibus eripienda Pontifex ad vniuersos prouinciarum præfectos, duces, comites, aliosque nobilitate, opibus, auctoritate, vel armorum laude florentes scripsit [a], illum in ea re seruata dati iurisiurandi religione, præclare se gessisse, neque ob id vlla pœna aut censuræ nota dignum; immo vt apud Deum summum sibi gloriæ decus pepererat, ita apud homines commendationem promeruisse.

Admoniti proceres, vt eidem studeant.

[a] Ib. post eand. ep. 1111.

Anno 1319. *post num.* 10. *adde*: atque anathema seu Liguribus seu Cypriis noua moturis bella intentauit: de quibus extant hæ ad Cyprium Regem literæ [b].

[b] An. 3. ep cam. 1045.

Charissimo in Christo filio Henrico Regi Cypri illustri.

Quam sit vtile tibi, fili charissime, cum omnibus Christi fidelibus & præcipue cum dilectis filiis communi & populo Ianuensi in pacis vnitate conuenire; quam sit periculosum cum talibus discordiam enutrire, regni tui dispositio indicat, & blasphemorum etucis, qui ad tuas iugiter aspirant iniurias, vicinitas manifestat. Licet igitur ex cuiusdam ordinationis tractatu, inter te & subditos tuos ex parte vna & præfatum commune & singulares personas ipsius ex altera perficiendæ nuper habito, sicut per nostras literas magnitudini regiæ clare & seriosius intimamus, inter te & subditos tuos & eosdem Ianuenses, si votis apostolicis cum efficacia operis exhibeas aurem cordis speremus soliditatem (dante Domino) plenæ concordiæ prouenturam; ne tamen (quod absit) interim ex qualicumque scintilla discordiæ quæuis vtrinque exerceatur hostilitas, neue dictis blasphemis vnquam machinationis ianua pateat, si cuiuslibet sortis dubiæ auferatur euentus, cum ad nos, qui (licet immeriti) vices Regis pacifici gerimus, singulariter pertinere noscatur in vniuersali ecclesia totaque congregatione fidelium pacem quærere, & eam diligentius facere obseruari; de fratrum nostrorum consilio inter te & subditos tuos prædictos & præfatum commune & singulares personas ipsius vsque ad vnum annum, a die receptionis præsentium numerandum, treuguas indicimus a vobis hinc inde inuiolabiliter obseruandas; vt interim (auxiliante Deo) quantocius sedetur vtrinque discordia, & per commoditatem medii operationis, ac per efficacem obseruantiam ordinationis prædictæ pax inuicem solidetur; celsitudini tuæ & subditis regni tui, & præfatis communi & populo & singularibus personis ipsius, quibus super hoc similes literas destinamus, sub excommunicationis in singulares personas, & interdicti in regnum tuum & in ciuitatem prædictam pœnis & sententiis, quas in non seruantes vel violantes treuguas easdem ex nunc ferimus, districtius iniungentes, vt dictas treuguas recipere & seruare, & recipi & seruari facere per dictum annum inuiolabiliter studeatis; non obstantibus quibuscumque priuilegiis tibi, fili, & prædictis Ianuensibus ac quibuscumque aliis ab Apostolica sede concessis, &c. *Dat. Auin. 11 kal. augusti anno* 111.

Henricũ Cypri Regem ad illas seruandas hortatur.

Inducias ad annum indicit.

Obiectæ fœdifragis pœnæ.

Anno 1320. *post num.* 10. *adde*: Dedit eidem legato Cardinali imperia, vt Matthæo Vicecomiti ob correptam contra mandata apostolica Mediolanensem præfecturam iudicium apud subsellia pontificia intenderet, liberumque ituro commeatum polliceretur. Ad quæ mandanda operi legatus flectere primum clementia Matthæum pertentauit, misso Mediolanum internuntio, qui turpissime habitus eiectusque est: ad quam vindicandam iniuriam, antequam in arma consurgeret, instituto apud Astam iudiciario ordine, Matthæum ipsum anathemate perculit, edixitque intentata grauiore mulcta, vt bimestri excurrente sedi Apostolicæ se sisteret: eamque sententiam ad Insubriæ præsules omnes, solemni ritu diuulgandam, transmisit [a].

Missus a legato ad Matthæũ Vicecomitem concordiæ interpres.

[a] Extat in vetulo pergam. signa to n. 1. in archiuo Auinien. in Vaticano delato.

Bertrandus miseratione diuina tit. S. Marcelli presbyter Cardinalis A S. L. venerabilibus in Christo patribus vniuersis patriarchis, archiepiscopis, et episcopis; ac dilectis nobis in Christo electis, abbatibus, prioribus etc.

Nos, volentes tanquam obedientiæ filius, contenta in literis apostolicis executioni mandari comperto prius per diligentem informationem, quam super hoc fecimus, quod ad ciuitatem Mediolanensem, vbi dictus Mattheus de Vicecomitibus moram trahere dicitur, tutus ad huiusmodi mandatum apostolicum exequendum haberi non posset accessus (de quo nobis ex eo maxime constitit, quod eum nuper paulo postquam fines nostræ legationis intrauimus, discretum virum magistrum Ricanum Petri capellanum nostrum, familiarem, & domesticum cum literis nostris exhortatoriis, quarum aliæ præfato Matthæo, aliæ vero dirigebantur communi Mediolanensi & populo, ad ipsos Matthæum, commune, & populum misissemus, rogantes, requirentes eos, & instantius exhortantes, vt ad nos suos ambaxiatores & nuntios mitterent, de sua intentione plenarie informatos, viros sani, prudentis, & maturi consilii, Deum timentes, discretionem & conscientiam bonam habentes, cum quibus eorum vice conferre, tractare, deliberare, & ordinare omnia, per quæ ipsis & incolis ac partibus prouinciæ Lombardiæ daretur pacis & tranquillitatis serenitas, valeremus; quique ab ipsis Matthæo, communi, & populo super his plenum & sufficiens mandatum haberent, idem Matthæus preces nostras huiusmodi & monita non solum exaudire, sed elata etiam obstinatione & obstinata elatione audire despexit: quinimmo aduentum capellani nostri præfati præsentiens, satellites suos armis armatos ad hospitium, ad quod idem capellanus cum sua simplici comitiua in dicta ciuitate Mediolanensi declinauerat, destinauit; qui eidem capellano ex parte vicarii dicti Matthæi verbis terribilibus iniunxerunt, vt statim dictam ciuitatem exiret: & non ferentes, quod dictus capellanus se dicti Matthæi conspectui præsentaret, dictasque nostras exhortationes & quasdam alias apostolicas literas, quas præfatus do-

Scriptæ hortatoriæ ad pacẽ literæ.

Missus a Cardinale internuntius turpiter eiectus.

ptu nos esse contemptos ascribimus, attenta deliberatione super his habita, iã cœpimus quod circa hæc facienda vidimus agere, nil in antea de cōtingētibus omissuri. Et ecce vobis per apostolicas certi tenoris literas, quas vobis lator præsentium assignabit, plenam concedimus potestatem pœnas omnes atque sententias in constitutione [a] felicis recordationis Honorij Papæ III. prædecessoris nostri contentas omnes & singulas præd cti facinoris actores aut conscios incurrisse publice nuntiandi, & alias etiam in eos, prout contumaciæ qualitas exigit, exaggerandi processus, &c. *Dat. XII. kal. decembris*. Ne vero homines impij

Censuras in prædones iacit.

[a] *hæc cōstitutio inserta est ad calcem an. 1225.*

Anno 1317. *nu.* 48. *§.* 2. *vers.* 11. *post vocem*, accendit, *adde*: *Nunquid*, inquit, *non indignari debet Deus zelotes & dominus vltionum, quod christos suos tractatos esse sic immaniter conspicit, quos vtique nolle tangi per prophetam expressit? Nunquid & non læsa est mater ecclesia, quæ in personis tam specialium filiorum tot & tantis contumelijs est affecta? An non est nostræ & Apostolicæ sedis reuerentiæ derogatum in quoddam Christianæ religionis opprobrium, dum qui honorari deberemus in missis, his præsertim, quos sedes ipsa ad Christianorum omnium salubre consilium seruitiumque continue tanquam firmissimas ecclesiæ columnas assumit, tam ignominiose inhonorati reperiuntur & spreti? Nunquid & non detractum est notabiliter decentiæ regalis honoris, quod regni tui sic enormiter fuerit violata tranquillitas, vt Cardinalibus ipsis iniunctum sibi officium pro tuis & eiusdem regni compendijs promouendis vtiliter ac humiliter cupientibus, sic violenter præclusus extiterit securus accessus? Quomodo ergo nos & tu tam graues & tam accumulatas dissimulare possemus iniurias? Quomodo noster & tuus ita tepet affectus, vt non accenderetur velut ignis ad castigandum tot scelerum patratores, & crudelitatis tantæ ministros pœnæ debitæ supponendos? &c.*

Eduardū ad vindicandam eam iniuriam incendit.

Anno 1317. *num.* 49. *§.* 2. *vers.* 9. *post vocem*, infecret, *adde*:

Charissimo in Christo filio Regi Sueciæ illustri.

In deuotione [b] matris ecclesiæ sicut benedictionis filius perseuerans, beneplacitis libenter adhæres, ipsamque venereris vt matrem cum reuerentia filiali: proter quod celsitudinem tuam ad eorum promotionem speramus inuenire paratam, quæ ipsius ecclesiæ honorem contingunt, ac nostris & Apostolicæ sedis noueris affectibus placitura. Cum itaque census, qui vocatur denarius beati Petri in regno tuo debitus ecclesiæ Romanæ, a pluribus retroactis temporibus eidem ecclesiæ non extiterit persolutus, nosque ad conseruationem iurium eiusdem ecclesiæ solicitis, vt tenemur, studijs intendentes, collectionem census eiusdem dilecto filio electo & capitulo Vpsalēsi per nostras sub certa forma literas duxerimus committendã; magnitudinem regiam paterno rogamus & hortamur affectu, quatenus electo & capitulo supradictis, regij fauoris auxilium circa collectionē huiusmodi, quod speramus & credimus in hac parte debere multipliciter existere fructuosum, pro nostra & dictæ sedis reuerentia liberaliter largiaris &c. *Dat. Auin. III. non. februarij anno primo.*

[b] *An.* 1. *p.* 1. *ep. cur.* 95.

Denarius S. Petri in Suecia colligi iussus.

Suecus admonit' vt quæstoribus sacerdotib' præsidio non desit

Anno 1318. *num.* 24. *vers.* 9. *post vocem*, pronuntiauit, *adde*:

Dilecto filio nobili viro comiti Flandriæ salutem.

Sedes Apostolica pia cunctorum mater fidelium & magistra, ingentem sumens de illorum tranquillo statu lætitiam, actus eorum, quos prospicit fore pacificos, laudis effert condignæ præconijs, nec desinit illos clypeo defensionis opportunæ protegere, quibus pro religione fidei datæ, seu iuramenti præstiti inuiolabiliter obseruanda, temporalia prospicit pericula imminere. Sane dilecti filij nobilis viri Ioannis de Flandria comitis Namurcensis Leodiensis diœcesis fratris tui oblata nobis petitio continebat, quod dudum ipse pacem inter claræ memoriæ Philippum Regem Franciæ & te concordatam, & per felicis recordationis Clementem Papam V. prædecessorem nostrum auctoritate apostolica confirmatam, varijsque pœnis & sententijs roboratam, omnesque & singulos articulos contentos in ea ad requisitionem & instantiam tuam iurauit tenere firmiter & seruare, seque ac heredes & posteros sub grauibus pœnis ad eiusdem pacis obseruantiam obligauit: quodque postmodum, incentore malorum hoste humani generis procurante, inter Regem prædictum & te discordia suscitata, idem Ioannes requisitus a Rege præfato, vt iuxta dictum iuramentum per eum præstitum pacem huiusmodi obseruaret, & faceret obseruari, nolens reatum periurij nec pœnas ac sententias in violatores pacis huiusmodi per dictum prædecessorem prolatas incurrere, sed acquiescens in hac parte requisitionibus dicti Regis, tibi in huiusmodi guerra contra dictum Regem non astitit; sed quantum in eo fuit pacem & iuramentum huiusmodi inuiolabiliter obseruauit, quamquam idem Ioannes in omnibus, quæ violationem pacis & iuramenti huiusmodi non contigerint, paratus fuerit & existat tibi tanquam homo tuus ligius & feudalis deuote intendere, vt tenetur, & fideliter obedire; verum tu propter hoc contra dictum Ioannem fratrem tuum commotus indebite grauiter extitisti, & etiam conturbatus, non attendens quantam infamiæ labem, quantumque propriæ salutis dispendium & animæ periculum incurrisset, si tuo in dicta guerra fauendo proposito se eiusdem reatu periurij ac prædictis pœnis & sententijs damnabiliter inuoluisset: propter quod dictus Ioannes nobis humiliter supplicauit, ne si deinceps (quod absit) casus similes mouendæ guerræ inter Regem Franciæ, qui est pro tempore, & te eueniant dictumque Ioannem vtrinque inter pericula constitutum, quod tutius est pro animæ suę profectu contingat eligere, ac tuam propter hoc indignationem incurrere, in rebus temporalibus subire possit indebita detrimenta, prouidere sibi super hoc de opportuno remedio dignaremur.

Pontificis ad Robertum monita.

Vt ipso flagrante Namurcēsis se Gallo obstrinxerit.

Sacramēti religionem coluerit.

Sine periurij nota ipsius partes sequi non potuerit.

Ne igitur vnde præfatus nobilis apud Deum retributionis æternæ præmium, & apud homines præconia laudis condignæ promeruit, inde (quod absit) indebitam perferat læsionem; auctoritate Apostolica, si præmissis veritas suffragatur, tenore præsentium declaramus, & ad notitiam tuam deducimus, quod idem nobilis laudabiliter egit, non assistendo in dicta guerra tibi, sed dictam pacem per dictam sedem Apostolicam confirmatam, grauibusque pœnis sententijsque vallatam, & iuramentum per eum super hoc præstitum inuiolabiliter obseruando, & quantum in eo fuit faciendo per alios obseruari: quodque laudabiliter aget in posterum, si per se ac heredes & posteros suos similibus euenietibus pacem & iuramentum huiusmodi obseruando transgressionis ipsorum reatum ac pœnarum & sententiarum huiusmo-

Promulgat Pont. Namurcensem non defuisse officio.

tiarum, communioni, participationi, & commercio fidelium eorundem, omnibusque priuilegijs libertatibus, immunitatibus, feudis, iuribus, & bonis immobilibus, qua habebatis in dictis ciuitate Ferrariensi & districtu vel alibi; ac bonis mobilibus, qua habetis, tenetis, vel possidetis per vos vel per alium, seu alios vbicumque, & honoribus, habilitati, fama, ac statui pristinis; teque specialiter ducem, eidem dignitati ducatus, dictisque pristinis fama ac statui, honori, & alias plene & in integrum restituimus & redintegramus totaliter de gratia speciali.

Ioannem Superantium ducali dignitati affectis.

34 *Notarios quoque ipsius terra vestra per dictas nostras sententias tabellionatus priuatos officio ad ipsum officium plene restituimus, decernentes de apostolica plenitudine potestatis, instrumenta postmodum confecta per eos plenam obtinere roboris firmitatem. Vassallos equidem & fideles vestros in obligationem, qua tenebantur vobis tempore processuum prædictorum. reponimus & reducimus, ipsosque illi volumus subiacere. Illos autem ex vobis, aut fidelibus, vel subditis vestris, si qui forsan de nostro, aut Cardinalis siue nuntiorum prædictorum mandato vel auctoritate per quoscumque clericos vel laicos, communitates aut vniuersitates detineantur vbique terrarum, volumus iuxta iuris exigentiam relaxari. Cum eisdem vero personis ecclesiasticis, qua contra prædictos nostros, aut Cardinalis seu nuntiorum præfatorum, & quorumlibet aliorum processus ratione prædictorum, quauis auctoritate habitos veniendo; excommunicationis sententiam incurrerunt; ipsaque ligati sententia celebrando diuina, vel immiscendo se illis, non tamen in contemptum clauium, irregularitatis maculam contraxerunt, siqui ligati se fecerunt ad ordines promoueri, dummodo alias rite statutis a iure temporibus ad eos ordines sint promoti, super eadem irregularitate, & quod in eisdem ordinibus licite valeant ministrare, & ad superiores etiam promoueri, & qualibet ecclesiastita beneficia cum cura vel sine cura, etiamsi dignitates, personatus, officia, vel administrationes existant (non obstantibus processibus & irregularitate prædictis) licite valeant obtinere, eadem auctoritate apostolica dispensamus. Clericis autem & religiosis præfatis, qui de nostro, vt prædicitur, seu Cardinalis, vel nuntiorum præfatorum & aliorum quorumcumque apostolica vel alia quauis auctoritate, seu mandato de dictis ciuitate Castellanensi, & terra Venetiarum vel locis, vt prædicitur, ad decem milliaria eisdem ciuitati & terra propinquis recesserunt, redeundi ad ciuitatem, terram, & loca prædicta, ibique vt primitus commorandi plenam licentiam elargimur. Nulli ergo, &c. Datum Auin. VII. kalend. februarij anno octauo.*

Ecclesiastici irregularitatis religione soluti.

Anno* 1317. *nu.* 14. *post finem numeri adde:

Ad inijciendum quoque laicorum adulterinam monetam cudentium auaritię frænum, cum ea corruptela late in Gallia & Nauarra grassaretur, hoc edicto eius flagitij patratores perculit a.

a An. 1. p. 2. ep. com. 1099.

Ad perpetuam rei memoriam:

Prodiens quasi ex adipe iniquitatis multorum sceleratorum funesta cupiditas, eos in perniciem præcipitare conatur, dum sequi miserabilem eius ingluuiem, satietatis nescientem moderamina, non verentur: ipsi etenim, turpium lucrorum se fæcibus immergentes, ambitiosis nexibus inuoluũtur, Dei timorem damnabili cœcitate postponunt, & quasi ambulantes in tenebris, non curant excidia personarum. Nuper siquidem ad nostri apostolatus auditum multorum relatio fide digna perduxit, quod nonnulli nullam habentes auctoritatem iuris, vel consuetudinem seu priuilegium faciendi monetam, falsam cudunt & fabricant in regno Franciæ & locis circumuicinis: alij vero monetam fabricatam sub vero signo charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Franciæ & Nauarræ illustris studiose deprauant, & ex hoc cadit a suo recto pondere. Quamplures etiam in locis circumuicinis, quibus de iure aut consuetudine aut priuilegio ius competit fabricandi monetam, signum proprium monetæ regiæ monetæ suæ, quam fabricant, imprimere seu insculpere moliuntur eiusdem quantitatis & rotunditatis & literarum figuræ, quam habet moneta regia, monetæ suæ, quam fabricant quantum possunt similius speciem & formam insculpunt, constituunt, & imponunt. Et quamuis moneta prædicta eorum ad vsurpatam similitudinem perducta deficiat a iusto pondere argenti & solito in regia moneta, & more & consuetudine obseruato; simplices tamen & populares personæ, non habentes inter monetas tantæ similitudinis peritiam discernere, falluntur quotidie ea occasione in vsu monetarum, recipientes monetas falso assimilatas pro veris. Sunt & alij, qui scienter falsas monetas extra regnum prædictum emunt, & post infra regnum ipsum eas portant, vendunt, & expendunt. Nos, igitur, attendentes quod falsarij & fabricatores monetarum talium & emptores prędicti per hoc se dignos maledictione constituunt, eos qui (vt præmittitur) præmissa moliri, aut fabricare, aut emere, vel portare ad regnum prædictum scienter præsumpserint, felicis recordationis Clementis Papæ V. prædecessoris nostri vestigijs inhærentes, excommunicationis sententia innodamus, absolutione prædictorum nobis & successoribus nostris, præterquam in mortis articulo, reseruata. Nulli ergo, &c. *Dat. Auin. id. augusti anno primo.*

Constitutio in adulterinam monetam percutientes.

Anathema ijs incussum.

***Anno* 1317. *num.* 48. *§.* 2. *vers.* 7. *post vocem*, iussit, *adde*:** eosdemque Cardinales, ne aduersis constantiam frangerent salubribus monitis erexit a.

a To. 2. ep. secr. 422.

Gaucelino tit. SS. Marcellini et Petri, et Luca S. Maria in vialata diacono Cardinalibus.

Quis animo non amaricato consideret, vos pacis semitas prosequentes, & proinde minus cuiusuis suspicantes iniuriam, a non expectatis hostibus tot angustiarum vulnera pertulisse? Quis amare non ferat, patris mittentis calcata reuerentia & matris honore posthabito, discolos filios in pacis angelos sic erectos vnanimiter, sicque damnabiliter fuisse molitos? *Et infra*: Sed quia in his malis eum, qui se diligentibus omnia reducit ad bonum, aliquid vtile speramus elicere; deuotionem vestram confortamus & hortamur in Domino, quatenus animus vester a facie alicuius aduersi non concidat; sed cum apostolo spectaculum facti opprobrijs & turbationibus, rapinam bonorum vestrorum cum gaudio supportetis, vos habere meliorem & manentem substantiam cognoscentes. Nec vos illatæ graues contumeliæ ad impatientiam moueant, quinimmo vestri Saluatoris exempla, qui pro nobis tot probra sustinuit omni confusione contempta, ad laudabilem sustinentiam vos inducant: in illo speretis, in illo singulariter confidatis, qui vulnerat & medetur, & ad nutum sua omnipotentia humiliat & sublimat, quod suæ beneficentiæ dextera restituet in integrum statum vestrum. Nos autem & fratres vestri, qui in vestro contem-

Ipsos ad constantiam in aduersis excitat.

ctore propinquo exemptionibus sublato hæc habet.

Dicendum, quod exemptio non tollit correctorem propinquum ipsius collegij, vel etiam alicuius de collegio, siue sit prælatus siue subditus quantum ad illos ordines, in quibus prælati inferiores corriguntur per superiores, & per vnum supremum; & iste supremus per capitulum generale sui ordinis. Si autem caput alicuius collegij particularis, sicut est aliquis abbas alicuius vnius monasterij vel decanus, non habet correctorem propinquum, quia non habet nisi Papam, posset remediari per eius depositionem in certis casibus, vel per aliquem iudicem de sua religione de alia abbatia, si sit religiosus; vel per aliquos de collegio, si sit decanus. Et si pateat, quod exemptio esset causa notabilium excessuum & maiorum, quam fierent per oppositam iurisdictionem, posset tunc reuocari vel etiam impediri, quia semper in omnibus attendendum est quot inconuenientia sequantur, vel per quem modum possunt melius remediari. Denique obiectio de Templarijs ab auctore ita refellitur.

An templarij propter exêptiones fuerint peruersi.

Dicendum, quod antecedens est falsum ratione illius implicationis, qua dicitur, quod malum Templariorum fuit propter exemptionem: immo fuit propter eorum malitiam aliunde prouenientem, nam in diuersis terris multi valde non exempti & non religiosi inueniuntur hæretici, qui non essent: si exemptio esset causa illius mali, quia inueniuntur sine exemptione. Causa ergo fuit alia quam exemptio, eorum malitia, sicut & in alijs, qui non sunt exempti. Et si dicatur, quod si prælati visitassent eos, malitia prima fuisset inuenta, vel remediata: & ego dico, quod aliter potest remediari, scilicet si fuissent gubernati per clericos & homines litteratos; vnde ista ratio arguit magis * *regimine laicorum, quam exemptione, quæ bene vtenti est bona.*

* de malo

Anno 1312. post finem numeri 37. adde: Auctus imperiali fastigio Henricus, vt partæ dignitatis impleret officium, primas ad diuini Numinis tuēdum cultum curas conuertit, sanctissimæque Triados mysteria adoranda professus, hæreticos proscripsit, primatum Romani Pontificis reueritus est, illiusque edicta in impios ferenda a cæsareis administris operi mandari iussit.

a Extr. apud Goldast. co. 3. pag. 408.

Henricus VII. diuina fauente clementia, Romanorum Imperator semper Augustus ad perpetuam rei memoriam.

Henrici Imp. professio de Deo vno & trino.

Reddentes honorem & debitam reuerentiam summæ & indiuiduæ Trinitati, cuius prouidentia & miseratione benigna imperij diadema suscepimus & gubernamus imperium, in qua spem nostram præcipue ponimus, credentes firmiter, simpliciter profitemur, Patrem ingenitum & Filium ex Patre genitum & Spiritum sanctum ex vtroque procedentem vnam deitatem sub pari maiestate & sub pia Trinitate, secundum apostolicam disciplinam euangelicamque doctrinam, esse colendam. Hæc est fides recta, quæ contra omnes præmunitur errores, quam diuinos Apostolos Petrum & Paulum doctorem gentium nouimus tradidisse, qua diuæ memoriæ Constantinus noster inclytus prædecessor Romanum muniuit & auxit imperium. Cunctos populos nostro subiectos imperio, nostræ ditioni subiectos in ista volumus religione versari, & præsenti in perpetuum lege valitura, quam sancimus omnes hæreticos vtriusque sexus, quocumque nomine censeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus, & bannimus; confirmantes prædecessorum nostrorum constitutiones & pœnas, quæ aduersus hæreticos, credentes, fautores, defensores, & receptatores, sine quibus diutius manere non possent, hactenus sunt statutæ; mandantes insuper cunctis secularibus potestatibus, vt constitutiones Romanorum Pontificum contra prædictos vel in causa fidei editas obseruent, & faciant ab alijs inuiolabiliter obseruari.

Hæretici proscripti

De primatu Rom. Pontificis

Sanctam Romanam ecclesiam sicut matrem, & ipsius sedis antistitem tanquam Christi vicarium & B. Petri successorem veneramur, & præcipimus cunctis ex debito venerari: ipsam enim Romanam ecclesiam in spiritualibus diuinæ prouidentiæ altitudo vniuersis dispositione incommutabili ecclesijs prætulit, & totius orbis aurea præsidentia insigniuit; & ideo hanc esse omnium caput, vt patrum regulæ & principum statuta declarant, & serenissimi nostri testantur affatus.

Eius edicta in impios serua ri a cæsareis administris iussa.

Quapropter Romanum Pontificem & ipsius ecclesiæ Cardinales, qui sunt eius corporis pars præclara, ab omni iniuria cupimus esse alienos; mandantes præsenti nostra constitutione, vt seculares quæcumque potestates constitutiones tam Pontificum quam principum Romanorum contra sacrilegos editas obseruent, & faciant arctius ab alijs obseruari. Et hanc itaque nostræ serenitatis constitutionem in corpore iuris sub debita rubrica volumus inseri, & mandamus. *Dat. in Vrbe MCCCXII.* Pias huiusmodi sanctiones de diuini cultus maiestate aduersus hæreticos tuenda ferri solitas a Cæsaribus in ipsa basilica, in qua ornamenta imperialia corripuerant, iam ante vidimus a.

a Tom. Annal. 13 ann. 1310 n. 24.

Anno 1313. post numerum 33. adde:

Nos vero, qui talem nostri clementissimi Saluatoris, cuius tenemus vices in terris, erga filios hominum nouimus pietatem, & infra, *qui ipsos, cum de profundo malorum ad viam redeunt veritatis, desuper abundanti miserationum suarum multitudine suscipit, nec eos quantumuis exiguæ conuersionis mercede patitur vacuari, vestigijs inhærentes; & illius cælestis patrisfamilias, qui de regione longinqua filio redeunti misericordia motus occurrens, desideranter in oscula prorupit, illius exemplis salutaribus moniti, & diuinis institutionibus informati; vobis, quamuis grauitas excessuum prædictorum, grandium pœnarum acerbitatem importet, eiusdem matris ecclesiæ brachia liberaliter aperimus, in amplexus & oscula filialis dilectionis occurrimus, vobisque stola prima munda & nitida renouatis, Franciscum sindicum supradictum, in vestros et vestrum singulorum subditorum ac fidelium, & Vitalis prædictorum, & vniuscuiusque vestrum & ipsorum personas, etiamsi personæ ecclesiasticæ forent, a dictis excommunicationum sententijs eadem auctoritate absoluimus, & processus omnes & singulos ac pœnas, sententias, aggrauationes, per nos & Cardinalem ac nuncios supradictos, & quemlibet eorum vel alium siue alios, de mandato ipsorum, seu quemuis alium contra vos & terram, fideles, & subditos vestros, & clericos ipsius terræ vestræ Venetiarum, habitos, promulgatos, & factos; necnon & inhabilitatis notas, quas vos & ijdem fideles & subditi, dictæque terræ vestræ Venetiarum clerici incurristis; ac confiscationes de vestris & fidelium & subditorum eorundem bonis, & interdictiones contra vos & eosdem fideles & subditos occasione præmissorum, vt præmittitur, factas; de speciali gratia remittimus, tollimus, & etiam relaxamus: vosque & eandem terram vestram Venetia-*

Pontifex flexus ad misericordiam.

Censuras omnes dissoluit.

Pristinis iuribus singulos restituit.

talibus; quia sicut conditor rerum naturalium prouidet eis de conseruatore, ita conferens exemptiones debet eis prouidere de conseruatore. Ergo, &c. Maior patet. Probatio minoris, quia videmus quod in animalibus natura prouidet de armis naturalibus ad defendendum se contra nociua, sicut de corio duro & pilis contra frigus, & de cornibus contra alia. Ergo similiter in proposito.

Et propinqui.

Secundo dico, quod debent habere conseruatorem propinquum: quod taliter probo. Primo, contra propinquum impugnatorem prouidendum est de propinquo conseruatore, alioqui res conseruanda posset frequenter lædi. Sed exemptio, vt de se patet, habet multos propinquos impugnatores. Ergo, &c. Secundo sic, quia exemptio datur in commodum exempti. Sed modicum commodi posset habere exemptus de sua exemptione, si non haberet conseruatorem propinquum. Ergo, &c. Probatio minoris, quia si in quolibet casu oporteret recurrere ad remotum conseruatorem, plus expenderet in talibus discursibus quam componendo cum aduersarijs: & quantum ad religiosos specialiter quia occasio maioris * non conuenit religiosis. Sed exemptio, si non haberet propinquum conseruatorem, esset occasio religiosis plurium discursuum, quam si non haberent exemptionem, quia oporteret eos discurrere ad remotum conseruatorem, & ad inferiores iudices ad defendendum se interim contra eos. Ergo, &c.

*discursus

Tertio dico, quod etiam deberent habere conseruatorem perpetuum, quod taliter patet, vel probo. Primo sic: quia illud cuius perpetuitas est bona, debet habere perpetuam conseruationem vel perpetuum conseruatorem. Sed exemptio saltem religiosorum semper est bona. Ergo, &c. Maior patet. Probatio minoris, quia seruare siue tueri illos, qui totam vitam suam dedicant cultui diuino, a iurisdictione, quæ potest eos a tali bono impedire, est bonum. Sed exemptio religiosorum est huiusmodi, quia subtrahit eos a iurisdictione episcopali, quæ nata est impedire hoc bonum. Ergo, &c. Secundo sic, quia vnumquodque ordinatum ad finem, debet conseruari quousque consequatur vltimate suum finem. Sed finis, ad quem ordinatur exemptio, est quies contemplationis religiosorum, & hoc quantum ad exemptionem religiosorum. Sed iste finis vltimate habet attingi in fine seculi, quia credendum est, quod vsque tunc non deficient religiosi, qui dedicant diuino cultui vitam suam. Tertio, quia tamdiu debet aliqua res habere conseruatorem, quamdiu probabile est quod conseruatio impugnatur. Sed probabile est, quod conseruatio semper habebit impugnatores, prælatis existentibus in talibus voluntatibus, sicut etiam modo persistunt. Ergo, &c. Subijcit auctor multa aduersariorum exemptiones oppugnantium argumenta, quorum plura constant similitudinibus petitis ex rerum naturalium in actionibus suis, & in situ, ordine, & comparatione ecclesiæ cum hierarchia angelica, ex suauitate diuinæ prouidentiæ, quæ infima ad suprema per media adducit, & ex ordine stationum in archa Noe, quæ erat typus ecclesiæ: quæ aliaque similia refellit, cum plus dissimilitudinis, quam similitudinis habere dicat. Validiora sunt hæc.

Concluditur pro parte affirmante.

Argumenta contra exemptiones.

Sicut [a] fuit in primitiua ecclesia, ita debet esse & in moderna. Sed in primitiua ecclesia inferiores reducebantur mediantibus Apostolis in Christum, dicente Apostolo, quod dominus primo posuit Apostolos gubernatores aliorum. Ergo & ita nunc inferiores deberent reduci in summum Pontificem mediantibus episcopis, qui succedunt Apostolis; cuius argumenti vis inferius repetitur [a]. Et infra [b]: Decens est, iurisdictionem consequi potestatem ordinis episcopalis. Sed exemptio tollit iurisdictionem episcoporum super exemptos. Ergo, &c. Si dicatur quod sufficit ad istam decentiam, quod episcopus habeat iurisdictionem super totum populum suæ diœcesis, exceptis paucis exemptis: contra, quia decet episcopum exercere actus episcopales circa omnes suæ diœcesis, qui tales actus suscipiunt, & præcipue quantum ad actus illos, quos solus episcopus potest exercere, nisi in casu, quando simplex sacerdos non episcopus de mandato Papæ confirmat, vel confert minores ordines. Ergo decet eum habere iurisdictionem super omnes, nullo exempto. Et infra [c]: Illud, per quod minus possibilis est correctio vitiorum, est malum. Sed exemptio est huiusmodi. Ergo, &c. Maior patet: Probatio minoris, quia vitia minus possunt corrigi per remotum correctorem quam per propinquum. Sed exemptio, ablato propinquo correctore, deducit subditum in correctorem remotum. Ergo, &c. Sed si dicatur ad hoc, quod exemptio non tollit omnem correctorem propinquum, scilicet decanum & collegia religiosorum, abbates & priores: contra, quia quanto plures sunt sine * rectore propinquo, tanto est peius. Sed per exemptionem plures sunt sine * rectore propinquo, quam si non esset exemptio, quia si exemptio non esset, abbates, priores, & decani haberent correctores propinquos. Adiecta alia argumenta in specie contra exemptiones canonicorum, qui eas in propugnacula effrenatæ licentiæ vertunt; tum in religiosos ordines, ex quibus Templariorum ordo clarissimus ob exemptionum corruptelas in sentinam flagitiorum erat lapsus. Ad quæ auctor respondet, in primisque exemplum ex primitiua ecclesia petitum hac ratione infringit [d].

a Pag. 256. argum. xi

a Ead. pag. 256. argum. xx.

b Ead. pag. argum. xxiii.

c Pag. 257 argum. xxvi.

*correctore

*correctore

In principio non fuit tanta diuersitas statuum & conditionum sicut post. Quod autem dicitur, quod episcopi succedunt Apostolis; si intelligatur quantum est ad potestatem ordinis, verum est quod episcopi etiam soli illi succedunt Apostolis: si autem loquamur de potestate iurisdictionis, tunc non soli episcopi succedunt Apostolis, sed etiam illi, qui habent iurisdictionem perfectam, scilicet in foro exteriori & interiori; & quidquid aliud a quocumque dicatur, secundum quandam adaptationem dicitur. Et infra [e]: Secundum conditiones temporum, locorum, & personarum, secundum quod videtur summo Pontifici, expedire possunt diuersi gradus iurisdictionum & prælationum. Ad illud vero quod infertur, decere vt religiosi, qui ab episcopis sacramentum ordinis recipiunt, ijs subdantur, ac demissionis & obedientiæ in episcopos exemplo præluceant clericis secularibus, quibus antecellere virtutum exercitio profitentur; ita respondet [f]: Illud quod repugnat decentiæ vel decenti, est malum, si non recompensetur per aliquod decentius vel æque decens. Si autem in casu, in quo exemptio aliquorum statuum vel collegiorum est bona & decens, in episcopis, quod sequitur potestatem ordinis, secundum quandam decentiam recompensatur per aliquod æque vel magis decens, quam sit decentia, secundum quam iurisdictionem decet consequi potestatem ordinis; & in hoc in comparatione ad regimen iurisdictionis, quia decentius est illum, qui nouit modum regiminis, vel meliorem curam habet vel probabile est habere, vel qui magis est acceptus subditis, regere illos, ad quos sic se habet, dato quod non habeat potestatem ordinis episcopalis, quam qui habent ordinem episcopalem, & carens talibus conditionibus regat tales. Ad obiectionem de correctore

d Pag. 258 in responsione ad argum. xi

Eorum solutio.

e Pag. 259 ad argum xx.

f Ead. pag. ad argum. xxiii.

An propterea religiosus episcopo subdendus quia ab eo sacramentum ordinis recepit.

Canonici ad quid in ecclesijs constituti.

ordinantur ad hoc, vt cantent vel faciant officium diuinum in choro, quia ad hoc sufficiunt clerici chorales, & si ad hoc essent ordinati, illi etiam magis deberent fieri canonici, qui melius cantarent, quod falsum est; immo etiam vt eorum consilio ecclesia & bona ecclesiæ gubernarentur: propter quod aliqua sunt, quæ episcopus potest * facere sine consensu capituli, & quandoque etiam capitulum supplet negligentiam episcoporum, & punit episcopum peccantem in collatione beneficiorum.

* non

Modo quantum ad quartum, scilicet ad propositum; possunt adduci aliquæ persuasiones ad ostendendum, quod decens esset saltem quandoque & in aliquibus locis, capitula eximi ab episcopis. Prima sumitur ex pluralitate discretorum in collegio capituli in comparatione ad episcopum, & est talis: quia congruum est magis eximi sanum consilium a minus sano. Sed probabile est, quod in toto capitulo sunt plures sapientes, quorum consilium est probabile esse sanius, quam consilium episcopi, qui est vna persona: & ista ratio est probabilis quantum ad insignia collegia, in quibus communiter inueniuntur solemnes & discretæ personæ, sicut capitulum Parisiense, vel consimile. Contra hoc potest obijci quia dicetur, quod episcopus habet secum copiam discretorum, a quibus potest habere ita sanum consilium sicut capitulum, vel sanius. Et ad hoc dicendum, quod non est probabile, cæteris paribus, quod illi discreti ex parte episcopi dent ita bonum consilium & sanum, sicut illi de capitulo, quia cæteris paribus vbi maior est diligentia habetur sanius consilium. Sed probabile est, quod illi de capitulo, ad quos pertinet, maiorem diligentiam adhibeant, quam consiliarij episcopi, ad quos non ita pertinet, ideo, &c. Secundo, quia sicut episcopus debet habere consiliarios alios a se, ita & capitulum. Sed æqualibus additis inæqualibus totum est inæquale. Ergo additis consiliarijs episcopo etiã adhuc non est æquale sanum consilium vtriusque partis. Secunda persuasio ad id sumpta ex hoc, quod ad capitulum quandoque pertinet supplere negligentiam episcopi, & punire & reprehendere defectum eius in debita collatione beneficiorũ, & est talis ratio. Illos eximi ab illa potestate, cuius defectum habent quandoq; supplere, videtur esse expediens, quia per hoc libentius supplerent vel reprehenderent. Sed sic se habet, quandoque saltem, capitulum respectu episcopi. Ergo vel simpliciter vel saltem ad aliquid conueniens est capitulum eximi ab episcopo. Tertia persuasio sumitur ex hoc, quod frequenter capitulum habet aliqua communia cum episcopo, in quibus oportet, quod episcopus sit pars contra eos, & e contra, & est talis. Nullus debet esse iudex in causa sua, quia probabile est vnumquodque semper magis iudicare pro se quam pro alio. Sed frequenter, vt dictum est, contingit capitulum habere causam contra episcopum, & e contra. Ergo saltem quantum ad talia decens est capitulum non subijci episcopis: & per consequens decens est quantum ad hoc eximi ab ipsis, quia tunc sicut dixi, istæ persuasiones non habent efficaciam tantam, quod ex eis possit efficaciter concludi quid agendum propter multas particulares circumstãtias, ex quibus possunt multipliciter variari negotia, maxime in istis attendendum est quid ex diutina factorum experientia inuentum est.

Quia defectus episcopi interdum supplend' ideo eximendi.

An exemptiones sint reuocandæ.

Quantum autem ad exemptiones iam concessas non reuocandas; possunt adduci aliquæ rationes, quarum prima sumitur ex ampliatione beneficiorum principum: quia cum beneficia principum magis sint amplianda quam restringenda, beneficia principum vel quorumcumque præsidentium vel etiam gratiæ non sunt reuocanda nisi propter notabilem defectum abutentium. Sed exemptiones concessæ a domino Papa sunt gratiæ concessæ a principe militantis ecclesiæ. Ergo non decet eas reuocari nisi propter defectum notabilem abutentium. Secunda ratio sumitur ex causa concedendi, & est talis: quia quod est causa concedendi & cum magna diligentia conceditur vel concedi debet, non decet sine magna causa & magna diligentia auferri. Sed exemptiones non nisi ex magna causa & magna diligentia a sanctis patribus sunt concessæ. Ergo, &c. Tertia ratio sumitur ex auctoritate concedentium, & est talis. Quod est concessum a viris maximæ auctoritatis, debet manere; quia non est verisimile, quod concessissent sine magna vtilitate vel causa. Ergo non debet reuocari non solum illud, sed nec aliquid simile ei concessum. Sed exemptiones sunt concessæ a viris maximæ auctoritatis, sicut a summo principe, scilicet a Papa; & maximæ sanctitatis, sicut fuit B. Gregorius, & quidam alij. Ergo; &c. Quarta ratio sumitur ex similitudine vicarij generalis Christi ad ipsum Christum, quia gratia Christi ab illis, quibus confertur, non aufertur nisi propter culpam eorum, quibus sic confertur. Ergo similiter nec gratia vicarij generalis, scilicet Papæ, debet auferri nisi propter culpam illorum, quibus confertur. Et ita videtur, quod exemptiones, quæ sunt quædam gratia, non sunt de facili reuocandæ pro quibusdam generalibus persuasionibus, quæ frequenter, quando perueniunt ad experientiam facti, inueniuntur deficere: vnde diligens & longa inquisitio & euidens probatio, & non assertio partis contrariæ an tales exemptiones notabiliter essent nociuæ vel vtiles, debent præcedere reuocationem talium exemptionum: licet semper in arbitrio domini Papæ sit absolute eas reuocare, secundum quod sibi videtur expedire.

Argumẽta propalte negante.

Absolute a Papa exemptiones posũt reuocari.

De conseruatoribus exemptionum.

Nunc autem dicendum est de conseruatione ipsarum. Circa quod sciendum, quod aliquid dupliciter conseruatur ab aliquo, vno modo sicut a directe influente sibi esse, & ipsum in suo esse tenente, sicut creatura conseruatur a creatore, & lumen a sole: alio modo sicut ab impediente occasionem nociui vel contrarij, sicut ouis dicitur conseruari a pastore contra lupum. Primo soli Papæ conuenit conseruare exemptiones, saltem datas ab eo immediate, quia conseruare isto modo nihil aliud est, quam gratiam continuatè collatam continuare. Sed ad illum pertinent continuare, cuius est conferre. Ergo, &c. Secundo modo Papa & alij, quibus vult committere, possunt conseruare, quia conseruare exemptionem secundo modo nihil aliud est, quam impedire vel repellere impugnatores exemptionum. Sed hoc potest competere Papæ & alijs, quibus committitur. Ergo, &c. His præmissis, dico primo, quod exemptio debet habere conseruationem vtroque modo & conseruatorem. Secundo dico, quod præter ipsum Papã debet habere conseruatorem magis propinquum. Tertio dico, quod debet habere conseruatorem perpetuum. Primum probo quantum ad vtrumque primo sic: quia in tantum conseruatio vniuscuiusque est bona, in quantum prima regula, quia bonitas conseruationis debet iudicari ex bonitate rei conseruatæ. Sed, vt iam dictum est, in talibus casibus exemptio est valde bona, quæ deberet habere conseruatorem. Secundo sic, & hoc quantum ad secundum modum conseruandi: quia quanto aliqua res bona plura habet impugnantia, tanto magis debet habere conseruatorem. Sed exemptio, vt patet de facto, habet multos impugnatores. Ergo, &c. Tertio ad idem ex similitudine in naturali-

An debeant esse perpetui.

quia quanto plus habent de temporalibus, tanto plus habent agere cum episcopis, & plus in maioribus possent eis nocere episcopi. Ad hoc dicendum, quod maior non habet veritatem, nisi sic addatur: Nec plus possunt se defendere, quam alij; vnde plus posset nocere iurisdictio episcoporum minus habentibus, si minus possent se iuuare, quam magis habentibus potentibus se magis defendere. De minore potest dici, quod est falsa, quia damnificarentur plus in bonis spiritualibus, quia minus prælati poterunt se defendere contra insolentes appellantes. Et quia frequenter occurrit obiectio de Papa in præcedentibus quinque argumentis ex disparitate conuersationis & minore affectione ad statum, quia sicut nec episcopus ita nec Papa est religiosus, prout hic loquitur de religiosis; & si esset religiosus non tamen esset, nec esse posset de omni religione, videntur sequi eadem inconuenientia de Papa sicut de episcopis; ad hoc dicendum, quod non est simile propter quinque. Primo, quia est fundator omnis religionis in spiritualibus, quod est plus quam fundare in temporalibus: episcopi autem non sic. Vnde verisimile est, quod Papa habeat maiorem affectionem ad eos, quam alij episcopi & quantum ad statum, & quantum ad vnumquemque de statu. Secundo, quia propter vnitatem ecclesiæ oportet præesse vnum quod impossibile est esse de omni religione: & ideo oportet, quod omnes subditi sui non sint consimilis conuersationis cum eo. In speciali est irremediabile quantum ad hoc, quia non potest poni remedium, per quod Papa sit eiusdem conuersationis in speciali cum quolibet: aliter oporteret esse extra ecclesiam. Quantum autem ad inferiores episcopos, potest remediari per ipsum, dando prælatos religiosos.

Cur Papã & non episcopũ præesse illis expediat.

Si dicatur, quod saltem sequitur, quod melior est iurisdictio abbatis respectu monachi, quam iurisdictio Papæ; dicendum, quod non sequitur. Primo quia extra iurisdictionem Papæ nulla est bona. Secundo quia maior affectio eius habetur quam per alium, quia omnis religio est opus eius sicut fundatoris sui; vnde religiosi videntur filij eius speciales quadam speciali filiatione. Tertio, quia subtractio a potestate episcoporum aliorum a Papa potest stare cum hoc, quod est manere intra vnitatem ecclesiæ, quia hoc facto possunt manere sub primo capite supremo, a quo est omnis vnitas ecclesiæ quantum ad superioritatem vnitatis ecclesiæ. Sed subtrahi a potestate Papæ est poni extra vnitatem ecclesiæ: quod est malum, quia per nullam aliam iurisdictionem posset recuperari; vnde exemptio contraria iurisdictioni Papæ est peior quam quodcumque malum, quod ista iurisdictio posset inferre. Quarto quia non propter defectum potestatis iurisdictionis, sed propter impotentiam humanæ fragilitatis Papa non potest religioso intendere, & per se ipsum corrigere, & emendas dare, sicut faciunt prælati, sed prouidendo de rectore; ideo multo melius est, quod prouideat eis de eo, qui sit eiusdem conuersationis cum eis, quam de alio: cum etiam, regulariter loquendo, propter talem conformitatem non deceat religiosum vnius religionis præfici in alia religione. Quinto a, quia dominus Papa sicut generalis dispensator bonorum ecclesiæ potest accipere a religiosis & abbatibus non solum per modum emendæ, sicut in correctione culparum, vel per modum gratuitæ talis collationis dependentis a voluntate dantis; sed etiam sicut dispensator generalis ecclesiæ, & nullus alius episcopus potest sic accipere, nisi de eius ordinatione: & quia per modum emendæ non potest extrahi nisi propter culpam existentem vel impositam, vel propter aliquam vexationem, a quibus oportet, quod religiosi quandoque se redimant; non est simile de episcopis & de Papa. Et si dicatur, quod episcopus sit bonus, dico siue sit bonus siue alius, tamen ex dictis oportet, quod habeat occasionem alicuius inordinatæ pronitatis ad executiones faciendas, quam non habet Papa. Nec credo, quod episcopatus tollat ab eis omnem pronitatem inordinatam fragilitatis humanæ.

a Pag. 255

Nunc restat agere de exemptione capitulorum. Ad cuius euidentiam præmitto tria. Primum est, quod necessitas fuit, quod capitula ecclesiarum collegiatarum canonicorum secularium haberent caput aliud ab episcopo vicinius eis. Secundum est videre, vnde debent accipi rationes ad ostendendum vtilitatem vel incommoditatem exemptionis. Tertium est videre, ad quid ordinetur collegium canonicorum secularium. Quantum ad primum; sciendum, quod in omni familia vel congregatione oportet ponere aliquem præesse illi congregationi, qui continuam curam gereret illius congregationis: alioquin prima congregatio esset inordinata, quia ille, qui habet generalem potestatem non posset, saltem per se ipsum, circa tales congregationes continue intendere cum tamen oporteat, quod tales congregationes habeant semper & continue aliquem circa se gerentem curam eorum: & quia collegia canonicorum non solum quantum ad collegia distantia a sede, sed etiam quantum ad ipsum collegium, quod est in sede, non potest semper habere præsentiam episcopi, qui habet curam generalem totius ecclesiæ seu populi diœcesis, nisi aliqui eximantur, ideo oportet tale collegium habere quoddam caput continuam curam exercens circa populum collegij aliud ab episcopo. Quod quidem collegium, licet non omnes de eo semper conuersentur in eadem domo, tamen sunt vnum collegium vni ecclesiæ deseruientes; non minus indigentes aliquo specialiter habente curam continuam circa ipsos, quam familia vnius domus vel aliqua congregatio consimilis. Nec valet si dicatur, quod episcopus potest regere eos per aliquem vicarium. Primo quia posset sic frequenter mutare illos vicarios, quia posset capitulum illud per tales mutationes multum lædi: vnde non oportet, quod habeant præsidentem, cui ordinare hæc competat. Vnde etiam & in quibusdam ecclesijs ordinatum est, quod nullus possit esse decanus nisi faciat residentiam continuam sic, quod non notabiliter se absentet. Decens etiam est, quod per electionem illorum (cum tamen approbatione superioris) instituatur, quibus sic continue debet præesse, quia melius sciunt quid expediat, quam alius.

De exemptionibus capitulorum.

Argumẽta pro parte affirmante.

Quantum ad secundum; sciendum, quod exemptio sicut dictum est, dicitur esse bona, quoniam iurisdictio opposita magis est nociua bono communi subditorum, quod est finis iurisdictionis. Vnde autem accipiantur rationes ad ostendendum, vtrum iurisdictio sit talis, scilicet proficua vel nociua, vel magis hoc quam illud; videtur mihi primum ad hoc, quod rationes probabiles possint accipi ex conditione statuum præsidentis & collegij sibi subiecti, ex quibus conditionibus probabiliter saltem potest coniecturari vtrum talis iurisdictio tali collegio sit magis proficua, quam nociua. Licet autem ex talibus conditionibus sic probabilius aliqua rationes possint adduci probabiles: tamen (saluo meliori iudicio) ex talibus non possunt accipi efficaces, secundum quas debeat procedi, nisi post diutinam experientiam facti: quia frequenter secundum tales persuasiones generales videntur aliqua agenda, quorum contrarium ostendit & probat experientia facti.

In his perpendendæ circumstantiæ.

Quantum ad tertium; sciendum, quod collegia canonicorum in ecclesijs cathedralibus non solum

poralitatem nunc etiam discurrunt religiosi, dicendum quod non oportet, primo quia multiplicare inconueniens, non est soluere. Secundo quia adhoc pauci electi & magis cauti & experti mittuntur, qui possunt sufficere; sed de episcopali iurisdictione non est ita, cui in causis personalibus subijciuntur monachi,& qui indifferenter possunt habere occasionem existendi extra claustrum siue suspecti siue securi. Ex his patet, quod iurisdictio episcopalis nocet quāto prius, voto scilicet separationis a conuersationibus seculariter sine* solicitudine claustri, quia omnis euagatio & omnis discursus & omnis citatio extra claustrum huic contrariatur.*

* *sine* **solitudinis*

Sed contra hoc posset obijci primo, quia poterunt monachi comparere per procuratorem. Secundo quia diceretur, quod episcopus non traheret eos extra claustrum, sed in visitatione corrigeret. Tertio quia diceretur, quod mitteret eis visitatores. Primum non, videlicet propter duo, primo quia non omni casu potest homo decenter comparere per procuratorem. Secundo quia multi monachi nollent comparere per procuratorem, volentes discurrere per mundum. Secundum etiam non valet propter duo, primo quia aut visitatio episcopi esset diuturna aut transitoria: si diuturna, grauarentur monasteria: Si transitoria tunc episcopus parum posset scire de corrigendis: immo videtur probabile, quod quia monachi suspecti & seculariter volentes viuere maiorem gratiam frequenter haberent apud seculares prælatos & alios, & præcipue apud aduocatos, possent ex mala informatione inducere episcopum ad destruendum omnem informationem, quam faceret vnus abbas per totum annum. Secundo quia posset esse, quod instantia agentium contra monachos requireret oppositum, scilicet ad faciendum citationem extra clautrum. Tertio quia frequenter episcopi habent multos tales circa se ad faciendum tales citationes, incitantes eos. Quarto vt dicunt illi, qui experti sunt, non apparet experientia facti tanta solicitudo episcoporum circa religiosos, quod velint eis cauere, ne citentur extra claustrum. Idem principale patet ex bono, ad quod religio est ordinata, quod est ex voto vacare diuino cultui. Primo quia in tali bono nocet omnis inquietudo mentis. Sed iurisdictio episcoporum infert, vel potest esse occasio inferendi multas inquietudines religiosis. Ergo, &c. Secundo quia religiosi tali cultui se dedicant securius, vt securius quantum ad ea, quæ pertinent ad salutem, viuant. Sed iurisdictio episcoporum nocet tali securitati. Ergo, &c. Probatio Minoris, quia episcopo præcipiente cōtrarium ei, quod præciperet abbas, redderetur religiosus magis perplexus, quam secularis, qui non habet nisi vnum istorum prælatorum. Sed perplexitas est contraria saluti. Ergo, &c.

Perplexus esset religiosus status.

Si dicatur, quod a sapientibus poterunt dirigi, cui debeant obedire: non valet, quia saltem alij quantum ad hoc essent in maiori dubio, quam seculares. Secundo quia contradicentibus pariter, vel qui tales putantur, quod potest frequenter contingere, adhuc manet in dubio. Tertio quia ab illo cui non obedirent, possent multis modis grauari. Si dicatur, quod hæc omnia propter correctionem abbatis saltem in tali casu subijcerentur episcopis. Ad hoc dico, quod adhuc non videtur mihi, quod subiectio expediret: quia licet forte in casu & raro posset expedire; regulariter tamen & communiter videtur, quod esset nociua magis quam proficua. Primo quia daretur saltem monachis facultas ad appellandum, quod est maxima occasio eneruandi disciplinam & destruendi monasteria, vt experientia potest docere.

An abbatem corrigi ab episcopo vulgo expediat.

Secundo quia probabile est, quod regulariter abbas magis afficiatur ad statum suum & monachum, quam quicumque prælatus secularis; vnde licet quod posset in casu propter forte inordinationem abbatis hic expedire; tamen regulariter non est concedendum, quia ad hanc partem plura inconuenientia sequerentur, quam ad aliam.

Postquam vniuersim hic ostensum est, quod generaliter religiosis expediens est exemptio, nunc videndum quibus religiosis magis conuenit: & dico quantum ad hoc, quod magis conuenit illis religiosis, qui sunt dispersi per mundum, existentibus in diuersis mundi diœcesibus & regnis, quam illis, qui non sunt dispersi: & loquor de illis dispersis, qui sunt sub vno capite. Secundo dico quod magis conuenit illis, in quorum religione est ordinatum, quod omnes tam prælati quam alij habeant correctionem in prima religione, quam alijs qui non sunt sic ordinati. Tertio dico, quod magis competit mendicantibus, quam non mendicantibus. Primum patet sic, quia vni religioni debenti vniformiter viuere multum esset nociuū tot diuersis voluntatibus subijci, sed si talis religio subijceretur episcopis vna religio debens vniformiter viuere subijceretur multis & diuersis voluntatibus. Ergo, &c. Maior patet, quia omnis diuersitas nocet vnitati. Minor etiam patet, quia tales subijcerentur omnibus episcopis mundi. Secundo quia diuersæ consuetudines & diuersi modi viuendi tam prælatorum quam aliorum. Ergo, &c. Tertio quia vnum & eundem oporteret subijci infinitis dominijs, & iurisdictionibus, quia caput totius religionis oporteret subijci omnibus episcopis mundi. Secundum etiam patet quia, illi quibus prouisum est de sufficienti correctione quantum ad omnes, qui sunt in primo ordine, infra ipsum ordinem minus indigent correctione extrinseca, quam illis quibus non est sic prouisum de correctione extrinseca. Ergo, etc. Tertium patet quia illis, qui minus habent agere cum secularibus negotijs, in quibus possunt fieri iniuriæ vel calumniæ vel querela, magis conuenit, quam illis, qui in talibus plus habent agere cum secularibus. Sed mendicantes sunt huiusmodi respectu habentium possessionem. Ergo, &c. Maior patet, quia quanto aliqua religio minus habet agere cum extrinsecis, tanto minus indiget correctione extrinseca. Minor etiam patet, quia illi, qui minus habent de temporalitate, minus habent agere cum extrinsecis, quia maior fere controuersia mundi est circa temporalitatem. Sed mendicantes sunt huiusmodi. Ergo, &c. Secundo quia illi magis debent eximi a potestate prælatorum, qui minus habent vnde se possint defendere contra episcopos grauantes, & cōtra male appellantes, quia in omnibus subijciuntur propter defectum defensionis. Sed mendicantes sunt huiusmodi. Ergo, &c. Immo audeo dicere; quod si laxaretur habena ad appellandum, quod vix prælati possent insolentes corrigere, quia prælatis non potentibus habere expensas ad se defendendum contra male appellantes, insolentes procurantes sibi gratiam apud iudices & alios seculares, facerent quidquid vellent: vnde illi, qui volunt tollere a talibus exemptiones, videntur tales ordines destruere; quod absit, cum eorum vtilitas sit in tota ecclesia manifesta.*

Vt in specie religiosos ordines exemptos esse expediat.

* *inducerent diuersitatem*

De mendicantib' in specie.

Sed contra istud vltimum potest obijci, scilicet quod non mendicantes magis debent habere exemptionem, quia illis religiosis, vt videtur, magis conuenit exemptio, qui habent plura agere cum prælatis, & quibus episcopi in maioribus possunt nocere. Sed religiosi diuites respectu pauperum isto modo se habent. Ergo, &c. Maior patet. Probatio minoris, Obiectio.

quia

est causa maioris affectionis prelati ad subditum. Ad quartum dicendum, quod comparando brutum ad brutum non inuenitur, quod aliquod brutum sequatur societatem alterius, quod sit alterius speciei nisi propter prædam. Sed bene quædam animalia bruta magis sequuntur hominem beneficum, quam sequantur aliud brutum eiusdem speciei propter multa beneficia collata, quæ si non fierent, nec illa sequerentur. Sic puto quod, si religiosi essent experti plura beneficia ab episcopis, quam a prælatis suæ religionis, quod religiosi libenter sequerentur eos. Dices præsumitur, quod exhibeant. Et ego dico, quod ouis non sequeretur beneficium præsumptum vel beneficia præsumpta, sed exhibita, & adhuc minus sequeretur exhibentem oppositum beneficiorum. Ad quintum de Papa dictum est superius.

a Pag. 154 Iurisdictio episcopalis religiosis noxia. *Postea a probatur idem, scilicet quod potestas episcopalis primo sit nociua regimini religiosorum, rationibus sumptis ex parte promouentium ad bonum positiue religionis, scilicet quæ sunt duo, quæ retrahunt hominem a malo, & promouent ad bonum positiuum: vnum per modum directionis, sicut præcepta & monitiones: & aliud per modum medicinalis remedij, sicut sunt correctiones. Primo ex vtroque potest argui ad propositum, & primo ex primo ducitur, quia episcopus nouit minus, quæ expediunt religiosis, & ideo minus potest scire bene quæ debeant præcipi vel moneri: & si concurrerit cum sciente, posset eum impedire, sicut iam dictum est. Secundo minus acceptarentur admonitiones suæ, quam ordinatio illius, qui est conformis vitæ: & quia ista tacta sunt superius, ideo transeo. Quantum autem ad correctionem idem probatur, scilicet quod iurisdictio episcopi esset nociua, impediendo scilicet meliorem: primo quia in correctionibus maxime exquiritur beneuolentia & amor specialis, qui maxime est inter conuiuentes, & minus inter alios. Vnde Augustinus in regula: Propter quod in vnum estis congregati, vt vnanimes habitetis in domo, & sit vobis anima vna & cor vnum in Deo. Secundo quia in correctionibus maxime est necessaria notitia conditionis eius, qui debet corrigi: quæ maior vel magis habetur a conuiuentibus, quam ab alijs. Tertio quia cum in correctionibus immineat confusio personæ & status, verisimile est, quod in hac liberius cauebit prælatus eiusdem status, quam prælatus alterius status. Quarto quia cum ex debita correctione conseruetur status & honor eius, præsumendum est, quod prælatus de ipso statu magis solicitetur, quam ad tenendum statum & honorem, qui expedit circa ista. Et sic patet, quod iurisdictio episcopalis magis est nociua religioni quam proficua, attendendo ad ea, quæ promouent ad bonum commune religionis positiue.*

Probatur ab episcopis monachos non recte dirigendos.

Non promouendum ab ijsdem religionis bonum. *Item probari potest ex his, quæ promouent bonum religionis per modum remouentis prohibens. Sunt autem in vniuerso quatuor, scilicet paupertas voluntaria, obedientia, continentia, & separatio secundum locum a conuersationibus secularibus: & ex quolibet istorum potest argui ad propositũ. Primo ex obedientia quia illud, quod vel impedit vel minuit obedientiam religiosorum ad patrem monasterij est nociuum voto obedientiæ ab eis facto. Sed iurisdictio episcopalis est huiusmodi. Ergo, &c. Maior patet. Probatio minoris, scilicet quia illud, quod obedientiam talem* *impedit, *est nociuum voto talis obedientiæ. Sed iurisdictio episcopalis nata est impedire talem obedientiam, quia iurisdictiones contendentes in eandem personam natæ sunt impedire, etiam si respiciant diuersos casus, quia quantumcumque casus sint diuersi in vna persona non possunt simul exequi plura, nam exequendo vnam impeditur ab executione alterius, &c. vna impedit aliam, &c. Si concurreret iurisdictio episcopalis cum iurisdictione abbatis super monachos, impediret iurisdictionẽ abbatis & diminueret, quia qui subditur duobus, nullius obedientiæ ad plenum subijcitur. Ergo, &c. Secundo arguitur ex eodem sic, quia illud, quod dat occasionem subditis religiosis minus prompte obediendi patri monasterij est nociuum bono obedientiæ debitæ illi patri. Sed iurisdictio episcopalis est huiusmodi. Ergo &c. Maior patet. Probatio minoris, quia spes propinqui defensoris redderet religiosos subditos minus promptos obedire patri monasterij, quia passim per appellationes qualescumque possent euadere manus eius. Sed hoc est reddere religiosos ad obedientiam eis debitam minus promptos.*

Contrariæ episcopi & abbatis iurisdictiones confunderent monasterium.

Sed contra hoc posset obijci, quia dicetur, quod episcopus non fouebit iniustam causam, & per consequens non dabit eis occasionem ad appellandum. Et ad hoc dico primo, propter fragilitatem humanam probabile est episcopos fouere tales appellationes ad ampliandum iurisdictionem suam. Secundo quia dato, quod episcopi essent boni, multos haberent circa se, qui de facili consulerent facere acceptionem appellationum vel propter munera, vel propter fauores personarum, & ex multis alijs causis. Tertio quia bonitas episcoporum non tolleret oppositionem malorum monachorum circa hoc, scilicet circa possibilitatem habendi remedium per appellationes: immo videtur, quod talis possibilitas euadendi per appellationem propter spem propinqui defensoris det occasionem suspectis religiosis fugiendi, & contemnendi correctionem prælatorum suæ religionis.

Appellationes ad episcopũ disciplinã labefactarent.

Ex secundo, scilicet ex voluntaria paupertate, potest idem argui, scilicet quod iurisdictio episcopalis tali voto est nociua: quia illud quod reddit religiosum magis solicitum circa bona temporalia est contrarium voto paupertatis, vel saltem nociuum. Sed iurisdictio episcopalis est huiusmodi. Ergo, &c. Maior patet. probatio minoris: quia lites non possunt teneri sine magnis expensis, & per consequens solicitant hominem ad procurationem temporalium. Sed iurisdictio episcopalis nata est religioni multiplicare lites, quia oporteret eos respondere in curia episcoporum conquerentibus de eis quibuscumque vel iuste vel iniuste, & etiam episcopi episcopo imponenti. Ergo, &c. Secundo probatur idem sic: quia quod dat occasionem monacho adhoc, quod habeat aliquid sine scitu sui prælati, est contrarium voto paupertatis. Sed iurisdictio episcopalis est huiusmodi. Ergo, &c. Maior patet. Probatio minoris: quia illud, per quod datur monachis occasio trahẽdi abbatem suũ in causam per oppositionem vel aliter, dat sibi occasionem procurandi et quærendi aliquid pro se sine scitu sui prælati. Sed iurisdictio episcopalis dat occasionẽ huiusmodi. Ergo, &c. & si dicatur, quod episcopus est bonus, dicendum sicut prius. Idem probari potest ex tertio, scilicet ex continentia, quia scilicet omnis discursus per mundum, & maxime ad contrahendum moram cum illis, qui seculariter conuersantur, est nociuum voto continentiæ. Sed iurisdictio episcoporum est occasio talium discursuum. Ergo, &c. Maior patet, quia discursus tales vix possunt esse sine societate mulieris. Sed hoc est nociuum voto continentiæ. Ergo, &c. Tales ergo discursus frequentes vix possunt esse, quin multæ occasiones contrariæ immisceantur, et maxime loquendo de discursibus, qui sunt ad lites, ratione quorum oportet se iungere hominibus multum seculo deditis, & etiam leuibus, & posset poni in terris. Et si dicatur, quod propter tempora-

Infringendi vota daretur occasio.

ſcienter prouiſum de iuriſdictione in iſtis, vt iam oſtenſum eſt, quia probatum eſt quod abbates & conſimiles debent habere iuriſdictionem in præmiſſis. Ergo,&c.

Tripliciter contra id obiicitur.

Contra hoc arguitur tripliciter. Primo quia melius eſt regi per plures ſapientes, quam per vnum. Secundo quia idem ſequeretur de Papa, *ſi abbas ſufficit. Tertio quia diceretur, quod ex natura rei vna eſt ſub alia, & ideo neutra ſuperfluit.*

Prima ſolutio.

Ad primum dicendum, quod illud habet veritatem per modum conſilij, non per modum iuriſdictionis, quia vna poſſet impedire aliam, niſi vna ſubijceretur alteri, & nata eſſet ex natura rei ſubeſſe: ſicut etiam in aliquibus religionibus inueniuntur poteſtates ſubordinatæ, & etiam in ſeculo; & omnis poteſtas ſubeſt poteſtati domini Papæ, *a quo omnis poteſtas eccleſiaſtica alia a ſua habet inſtitui, ſicut ab vno capite totius eccleſiæ.*

Ad ſecundum.

Et per hoc patet ad ſecundum, quia non eſt ſimile de poteſtate epiſcopali & papali, quia epiſcopis, vt ſunt epiſcopi, non debetur neceſſario iuriſdictio, accipiendo epiſcopum prout importat poteſtatem ordinis: nec etiam habentibus iuriſdictionem debetur inſtituere alias, niſi prout eis limitatur a Papa. Sed *poteſtati* Papæ *ex natura rei ſecundum decentiam & ex inſtitutione Chriſti quantum ad exiſtentiam ſubeſt omnis poteſtas eccleſiaſtica alia ab ea, & ab ipſo* Papa *omnis alia poteſtas in eccleſia habet inſtitui: vnde vniuſcuiuſcumque poteſtas alterius ab ea in gradu ſuo non excludit neceſſitatem eius, nec oſtendit eam ſuperfluam: ſicut nec ſufficientia poteſtatis inſtitutæ excludit neceſſitatem vel concludit ſuperfluitatem poteſtatis inſtituentis.*

Ad tertiũ

Ex hoc patet ad tertium, quod ex natura rei poteſtas prælatorum, qui ſunt in religione, non ſubijcitur poteſtati epiſcopali, etiam prout poteſtas epiſcopalis accipitur etiam pro poteſtate iuriſdictionis collata epiſcopis: nec etiam ſecundum decentiam, cum ſufficienter, vt dictum eſt, prouiſum ſit eis, & prouiſio ex natura rei debeat eſſe talis. Nec oportet, quod ſecundum exiſtentiam ſubijciatur eis, quia hoc dependet ex arbitrio Papæ.

Obijcitur quod a principio religioſi fuerint epiſcopis obnoxij.

Et ſi obijciatur, quod cum a principio religioſi ſubeſſent, ſcilicet epiſcopis, quare ſi hoc non decebat ex natura rei, fuit ita;

Reſpondetur.

dicendum quod a principio non fuit animaduerſum ſiue conſideratum quomodo magis deceat religioſos regi per prælatos ſui ordinis, quam per alios quantum ad prælatos præſidentes ſpecialiter & immediate, ſicut poſtea: et ideo a principio decuit, quod eſſet ſub poteſtate prælatorum quouſque per experientiam temporis & collationis ſuper hoc habita, ſunt a ſanctis patribus & explicite tradita, quæ a principio explicite non occurrerunt.

* duobus

Duplici argumento probatur conuenire.

*Secunda autem pars minoris principalis, & primæ rationis probantis principaliter probatur ex * tribus. Primo ex proportione prælati ad ſubditum. Secundo ex promouentibus ad bonum, ad quod religio ordinatur: quantum ad primum adducuntur rationes. Prima ſumitur ex ignorantia ſtatus, & eſt talis: quia in regimine multum nocet ignorantia vel imperfecta notitia eorum, quæ ad regimen pertinent, quando ſcilicet prælatus ea ignorat, vel imperfecte ſcit ea, quæ pertinent ad regimen alterius. Ergo * diuerſitas conuerſationis inter prælatum & ſubditum; multum prodeſt regimini: & oppoſitum, ſcilicet hoc vel illud quod diminuit, nocet regimini.*

* vniformitas

*Secunda ratio ſumitur ex mutua beneuolentia prælati ad ſubditum, & e contrario: quia ille, qui eſt magis beneuolus, debet habere regimen cæteris paribus. Sed diſparitas conuerſationis inter prælatum & ſubditum diminuit talem beneuolentiam. Ergo,&c. Maior patet ex parte prælati, quia cum iuriſdictio ordinetur ad bonum ſubditorum; vnde & illi, qui ordinant iuriſdictionem ſuam ad commodum ſuum temporale ſuper terram * diligunt alios, velle autem bonum alicui eſt amare eum; amor prælati ad ſubditum multum facit ad bonum regimen. Idem etiam patet ex parte ſubditi, quia quanto plus diligit prælatum ſuum, tanto libentius obedit ſibi & ſuo regimini. Minor etiam patet. Diſparitas conuerſationis diminuit talem beneuolentiam, quia qui ſunt eiuſdem conuerſationis magis ſe diligunt, nam ſimilitudo eſt cauſa dilectionis, niſi per accidens contingat contrarium: & ideo diuerſitas conuerſationis diminuit beneuolentiam.*

* non

Tertia ratio ſumpta ex beneuolentia ad ſtatum, & eſt talis. Cum ille, qui præeſt, magis zelat pro bono regimine aliquorum, non eſt ponendus alius, qui minus zelat & poſſet magis zelantem impedire. Sed probabile eſt, quod religioſus prælatus magis zelat pro bono regimine religioſorum ſui ordinis, quam alius, ſiue ſit ſecularis, ſiue ſit religioſus alterius religionis: & alius poſſet penitus impedire eum. Ergo, &c. Maior patet quia magis zelans, cæteris paribus melius regit, & impedire regimen melius regentis eſſet nociuum. Minor *etiam patet faciliter, quia vnuſquiſque magis afficitur ad ſuum ſtatum, quam alienus a ſtatu; & per conſequens magis zelat pro bono regimine exiſtentium in ſtatu.*

Obiectiones contrariæ.

Contra præmiſſa arguitur multipliciter. Primo contra primam rationem, quia præſumitur, quod epiſcopus qui aſſumitur ad altiorem ſtatum, quam ſit ſtatus prælationis religioſorum, ſit magis ſapiens quam prælatus religioſus. Dato *etiam, quod minus ſciret de ijs, quæ pertinent ad obſeruantias religionis; tamen præſumitur plus ſcire de ijs, quæ pertinent ad præcepta, de quibus eſt maius periculum. Secundo arguitur contra ſecundam & tertiam, quia ſupponitur, quod epiſcopus impediat prælatum religionis: quod non videtur, quia ſupponendum eſt de eo, quod ſit bonus. Tertio, quia dicitur, quod ſtatus epiſcopi eminenter continent ſtatum religionis, & per conſequens afficietur ad eos ſicut alius religioſus. Quarto arguitur contra quartam rationẽ, quod ouis ſequatur paſtorem, vtcumq; ſit alterius ſpeciei.* Ergo.

Arguitur *contra rationem, quia ſecundum iſtas rationes ſequitur, quod* Papa *non debeat præeſſe religioſis.*

Soluũtur.

Ad primum iſtorum dicendum eſt primo, quod abbas poteſt eſſe æque ſciens, & forte de facto inuenirentur epiſcopi, vel forte plures deficientes in hoc, quam prælati religioſi, licet multi ſint ſapientes inter epiſcopos. Secundo, quia ſaltem quæ ſunt imponenda religioſis quæcumque melius nouit religioſus, quam alius. Tertio quia dum adſit bona voluntas ad ſubditos, quæ præſumitur propter prædicta, defectus ſcientiæ poſſet per conſilium ſubueniri proborum tam circa præcepta, quam circa alia. Ad ſecundum dicendum, quod licet ſit præſumendum de epiſcopo & quocumque alio, quod ſit bonus, donec probetur contrarium; ita etiam propter affectionem incuruam cuiuslibet ad ſeipſum præſumi poteſt, quod quilibet iuriſdictionem ſuam vellet ampliare, & concurrentem impedire: & forte poſſet ita probari de facto, ita eſſe in multis viſitationibus monaſteriorum factis per epiſcopos vel epiſcopum; ita quod per probationem iam de facto patenter poſſet probari, quod ſuam extendant poteſtatem epiſcopi ſuper religioſos, & regimen religioſorum impediunt quandoque, vel forte frequenter. Ad tertium dicendum, quod licet ſtatus epiſcopalis ſit eminentior quantum ad dignitatem ſtatus; non tamen continet ſtatum religionis formalem, nec ſimilem modum viuendi, quæ eſt

mentem ad impendiendum cultum Deo. Tertio modo dicitur religio ipse status, qui ad talem cultum est deputatus: & hoc dupliciter, scilicet generaliter, sicut si dicamus statum Christianitatis esse quandam religionem, prout accipitur in libro Augustini qui intitulatur, De religione Christiana; vel specialiter; quando scilicet accipitur pro statu illorum, qui super ea, quae pertinent ad religionem generaliter, addunt specialem modum colendi Deum, & specialia cerimonialia, & totam vitam suam dedicant cultui diuino, addendo speciales obseruantias ad cultum communem omnibus Christianis.

Quantum ad secundum; sciendum, quod istud bonum maxime impeditur per delectationes carnales & solicitudines temporalium, & defectum propriae voluntatis; & ista, vt in pluribus, sunt in conuersatione seculari: nam conuersatio secularis & conuersari etiam cum conuersantibus seculariter multum impedit tale bonum, quia distractio mentis ad ista & per ista multum retrahit mentem a cultu diuino, & maxime a perfecta adhaesione ad Deum, quam requirit perfectio cultus diuini: promouentia autem ad tale bonum duplicia sunt, scilicet priuatiue & per modum remouentis prohibens, & positiue vt sunt monitiones & ordinationes superioris circa ista, vel annexa eis. Per modum autem remouentis prohibens sunt illa, quae praedicta impedimenta remouent, sicut sunt tria vota, scilicet paupertatis voluntariae, continentiae, & obedientiae: quod primum solicitudinem temporalium tollit: secundum tollit delectationes carnales: tertium autem impedimentum tollitur per vitam solitariam, scilicet impedimentum secularis conuersationis modo, quo exponetur.

Ex isto secundo patet ad propositum, quis scilicet modus viuendi competat religiosis, quia conuenit eis aliquo modo vita solitaria: hoc autem potest esse dupliciter, vno modo, quod vna sola persona viuat per se, sicut fecerunt antiquitus in eremo: alio modo, quod licet sint plures sicut soli religiosi ab aliis in claustro sequestrati modo, & de hoc prosequendum est.

a Pag. 253 — Qui praeest collegio religiosorum in spiritualibus maxime praeest.

Quantum a ad quartum, sciendum, quod cum vnum collegium requirit vnum caput, oportet in tali collegio religiosorum ponere aliquod vnum caput: istud autem caput debet praeesse toti collegio tam in temporalibus quam in spiritualibus: Et de temporalibus ad nunc dimitto. Quantum autem ad spiritualia, primo probo in generali, scilicet quod habent aliquam iurisdictionem spiritualem supra eos: secundo in speciali, scilicet quantum ad quae. Primum patet duplici ratione, prima talis est: quia

1. Argumentum.

aut abbas aut consimilis aliquid influit collegio, aut non; si non, sequitur quod in claustro non esset caput nec praesidens, si autem aliquid influit, aut pertinet ad temporalitatem tantum: contra, quia tale caput praeest tali collegio secundum quod est tale collegium, scilicet tale collegium habet quod sit tale collegium secundum spiritualitatem magis quam secundum temporalitatem, quia est tale collegium diuino cultui dedicatum. Ergo &c.

Secundū. Secunda ratio talis est, caput talis collegii aut habet aliquam iurisdictionem super ipsum, aut non: non potest dici quod non, quia tunc non esset caput. Si sic, aut habet iurisdictionem ecclesiasticam, aut non: si habet iurisdictionem ecclesiasticam, habetur propositum: si non, sequitur quod praesidentia eius non differat a praesidentia dominorum terrenorum, quod est inconueniens.

Secundo probandum est, quod caput monasterii habet iurisdictionem super existentes in monasterio, & hoc quantum ad spiritualia, & prima probatio, quod debet habere iurisdictionē quantum ad obseruantias regulae & constitutionum, & hoc patet triplici ratione. Prima accipitur ex parte directionis,

Probatur debere habere iurisdictionem.

quia ille magis debet praeesse aliquibus, qui magis inter eos nouit dirigere & promouendo bona & corrigendo mala. Sed abbas vel cōsimilis sic se habet respectu monachorum vel fratrum quantum ad obseruantias speciales monasterii. quia abbas experimento quotidiano & non sola relatione alterius scit ea. Ergo &c. vnde propter istam ignorantiam, quam seculares habent respectu talium, prohibetur ne clericus secularis fiat abbas.

Magis illi quam episcopo cōpetit.

Secunda ratio sumitur ex continuatione regiminis, quia cuilibet collegio manenti infra clausuram debet aliquis continue praeesse: Aut ergo iste debet esse episcopus, aut alius secularis, aut aliquis de collegio non episcopus: primum non, quia non deceret, quod moraretur continue cum suis inter monachos: secundo quia non posset hoc facere propter curam aliorum: nec etiam alius clericus, quia minus deceret de primo; & quia ignoraret qualiter deberet habere eos regere, sicut dictum est.

Tertia ratio sumitur ex hoc, quod religiosi astrinxerunt se ad ista voluntarie, quia in illis homo cum esset liber, se obligauit voluntarie, debet sibi concedi superior, qui debeat magis esse gratus. Sed cuilibet religioso debet esse magis gratus superior suae religionis, quam alius, qui aliter non videtur diligere statum suum. Ergo, &c.

Obedientia praelato promissa praecipue intelligitur de obseruantia religionis.

Quarta ratio sumitur, ex consuetudine ecclesiae, & est talis. Secundum communem ecclesiae consuetudinem religiosi in professione promittunt obedientiam patri monasterii. Sed ista obedientia praecipue attenditur penes obseruantiam specialem religionis. Ergo &c.

Vt deceat religiosos subesse praelato religioso.

Quantum etiam ad praecepta cōmunia omnibus Christianis, decet quod religiosi subdantur praelato suae religionis. Primo quia decet religiosos subesse abbatibus & consimilibus illis, sine quibus speciales obseruantiae non possunt obseruari. Sed sine obedientia praeceptorum communium non bene nec fructuose possunt obseruari obseruantiae speciales. Ergo, &c. Secundo quia in illis debent religiosi subesse abbatibus & consimilibus, quae aliter habent corrigi vel promoueri tam in religioso quam in seculari. Sed in praeceptis talibus aliter debet ordinari religiosus quam alius. Ergo, &c. Quia si in talibus religiosi deberent corrigi per potestatem extrinsecam, eorum correctio posset esse scandalosa, vnde magis secrete corriguntur in claustro & sine scandalo. Ergo, &c. Tertio quia praelatis claustri conceditur summa poena, quae competit clericis, scilicet poena carceris: & hoc non esset nisi concederetur correctio maiorum criminum. Ergo, &c. His praemissis.

a Pag. 253 — Episcopalis iurisdictio in religiosos superflua vel noxia.

Dico a quod regulariter & communiter exemptio religiosorum est expediens. Primo probo tali ratione: quia ista vel illa exemptio est bona per quam subditi eximuntur a iurisdictione ac potestate, quando est superflua vel magis nociua, quam proficua. Sed secundum consequentia sic se habet potestas episcopalis respectu religiosorum. Ergo &c. Maior patet. Minor probatur: & primo quantum ad superfluitatem, quia potestas episcopalis respectu illorum est superflua, quibus sufficienter prouisum est de iurisdictione sine episcopali potestate. Ergo, &c. Maior videtur probata. Minor patet ex dictis, quia prouisione facta religiosis de iurisdictione videlicet praeceptorum communium & specialium obseruantiarum, sufficienter est eis prouisum de iurisdictione; quia non requiritur iurisdictio quantum ad alia. Sed sine potestate episcopali est eis suf-

Superuacanea ostēditur.

ficien-

rem, vel decanum, vel aliquem consimilem: sed intentio mea est dicere, quod quando sunt duæ potestates respectu eiusdem collegij, quarum vna est sub alia, sicut de potestate abbatis & episcopi respectu claustri, expedit quandoq; ad tempus vel simpliciter, quod eximatur potestas inferior cum toto suo collegio a potestate superiori. Et quod expediat talem potestatem eximi a potestate episcopali, non descendendo ad determinatum collegium, probo rationibus, quarum vna sumitur ex variabilitate materiæ, circa quam sunt tales iurisdictiones, quæ est talis. Omnis regula existens circa materiam variabilem, & præcipue loquendo de regula immediate applicata ad talem materiã maxime de regula edita ab homine, nata est recipere exemptionẽ, & per consequens exceptionem, quia talis exceptio fit per exemptionem. Maior patet per illud, quod accidit in diuersis artibus, quod quanto regulæ magis applicantur ad varia, tanto magis recipiunt exceptiones: vnde vix in iure positiuo reperitur regula, quæ non recipiat exceptionem etiam in gramatica; vix inuenitur regula propter diuersas variationes quæ sunt in ipsa, quæ non recipiat similiter exceptionem. Dixi autem de iure positiuo ab homine instituto, quia propter defectum intellectus humani vix potest homo in talibus variabilibus attingere infallibilem regulam, non recipiendo exceptionem. Minor autem de se patet, quia scilicet iurisdictio episcopalis & regulæ datæ de ea sunt circa materiam variabilem; nam aliter se habet regularis, aliter laicus, aliter clericus, & ita de alijs: & secundum diuersas causas potest contingere, quod potestas episcopalis esset aliquibus eorum nociua magis quam proficua, sicut infra magis patebit, quando descendetur ad status speciales.

An expediat statũ monastícum eximi a statu episcopali

Obiectio si expediat ab episcopali eximi, ergo a papa si expediet.

*Sed contra hoc potest obijci, dicendo quod status papalis est similiter circa variabilia. Ergo similiter recipiet exemptionem & exceptionem. Ad hoc dicendum, quod sicut in regulis inuenitur quidam superior & generalis, a quo non obstante quacumque variabilitate non potest esse exemptio, sicut hæc, quod est iuste viuendum, quæ nullam exceptionem patitur; alia vero magis particularis & magis applicata contra agibilia, quæ frequenter exemptiones patitur, sicut de non portando arma in aliquo loco determinato, vel de reddendo depositum deponenti; ita etiam de potestatibus, * quod est quædam potestas vniuersalis, extra quam quicumque esset, esset extra collegium Christianum, quod est peius esse quam quamcumque vexationem sustinere: & est alia potestas particularis, extra quã quãdoq; expedit alicui generi hominum esse. Non esse de ouili Christi & bene viuere non potest esse: sed potest stare cum hoc, quod est esse extra talem potestatem et bene viuere: & talis est potestas episcopalis; vnde non est simile. Ergo, &c.*

*quia

Dissoluitur.

Per exẽptiones Papa suã demonstrat auctoritatẽ.

Secunda ratio sumitur ex manifestatione status papalis, & est talis. Illud quod pertinet ad manifestationem & confirmationem vniuersalis potestatis Papæ est expediens toti ecclesiæ vniuersali. Sed aliquos eximi per Papam a potestate episcopali maxime manifestat & confirmat vniuersalem potestatem. Ergo &c. Maior faciliter patet, quia sicut suprema potestas potior est omni potestate inferiori, quia ab ea magis dependet bonum reipublicæ; ita etiam illud, quod eam confirmat & manifestat, confirmat & manifestat potestates inferiores secundum id, quod confirmat potestates inferiores, sine tamen præiudicio potestatis superioris, est bonum. Ergo illud, quod confirmat & manifestat potestatem supremam, quæ est potestas Papæ est valde bonum. Minor etiam faciliter probatur; quia illud manifestat & confirmat potestatem Papæ, per quod manifestatur, quod eius arbitrio subest omnis potestas inferior, per quam scilicet secundum quod videtur sibi, eximit quos vult a potestatibus inferioribus. Manifeste apparet quod eius arbitrio subest omnis potestas inferior. Ergo, &c.

Tertia ratio sumitur ex similitudine exemptionis personæ alicuius a persona existente in statu; quia sicut persona ad personam, ita etiam status ad statum, vel potestas ad potestatem. Sed, sicut dictum est supra, expedit aliquam personam eximere a persona existente in statu, sicut patet per appellationem, quæ frequenter fit. Ergo, &c. Vnde illi, qui volunt omnem exemptionem, qua aliquis eximitur a potestate episcopali excludere, deberent petere, quod omnis appellatio similiter excluderetur, & quod Papa nihil posset super populum sibi subiectum.

Qui appellationes concedunt concedẽt necessario exemptiones.

Quarta ratio sumitur ex similitudine, quæ fit a potestate terrena: quia decens est, quod illi qui deputantur ad cultum diuinum eximantur a terrena potestate: ita decens est, aliquos inter clericos ex speciali prærogatiua eximi a potestate episcopali. Ergo, &c. Et confirmatur ratio, quia ob reuerentiam clericalem non solum illi, qui deseruiunt cultui diuino, sed etiam laici, qui deseruiunt mundo, sunt exempti a tali potestate, scilicet temporali. Sed aliquis modus viuendi infra potestatem episcopalem inuenitur excedere tales clericos coniugatos plus quam tales clerici excedant laicos. Ergo qua ratione eximuntur a potestate temporali, eadem ratione & fortiori isti, qui sic inueniuntur in tali statu, deberent eximi a tali potestate episcopali.

A pari probatur exemptio

Quinta ratio sumitur ex similitudine naturalium; quia hæc omnia inferiora subduntur motui corporum cœlestium, tamen expedit aliqua inferiora subtrahi a talibus, & ideo prouisum est eis de latibulis contra talia. Ergo a simili licet omnes subsint potestati domini Papæ, tamen expedit aliquibus subtrahi ab aliquibus potestatibus medijs, & protegi per dominum Papam ab eis, quæ quando sunt graues & tempestuosæ vel personis vel statibus: & salua reuerentia eorum, qui simpliciter exemptionem reprobant, prius deberent inquirere diligenter, vel cõferendo secundum conditiones statuum, vel habendo experientiam ex factis longi temporis inuestigare, vtrum tales potestates mediæ, a quibus possent, vel sint nociuæ vel magis proficuæ antequam sic vniuersaliter improbent fieri exemptionem.

Damnari simpliciter non debet, nisi re diligẽter perpensa.

Nunc restat prosequi in speciali, descendendo ad diuersos status hominum: & primo ostenditur, quod religiosis competit exemptio: deinde agetur de alijs. Quantum autem ad religiosos, ad maiorem euidentiam dicendum de exemptione eorum. Cum exemptio, de qua loquimur, sit subtractio alicuius a iurisdictione alterius, iurisdictio autẽ ordinetur ad bonum commune subditorum, quatuor videnda sunt præambula de religiosis. Primum est, quid est illud bonum, ad quod religio ordinatur. Secundum, quæ sunt quæ ad illud bonum promoueant, vel impediant. Tertium est, quis modus viuendi competat religiosis. Quartum est, quam iurisdictionem debet habere caput monasterij siue prælatus religiosorum super ipsos.

De exẽptionibus religiosorum.

Quantum ad primum; sciendum, quod religio potest accipi tripliciter: vno modo pro cultu diuino, sicut si dicatur, quod religio Christiana est adorare & offerre sacrificium missæ & consimilia. Alio modo dicitur religio virtus mentis, inclinans men-

Quid sit religio, & illius diuisio.

palis, vt ex dictis patet, & quantum ad statum & quantum ad potestatem iurisdictionis est instituta a Deo. Ergo, &c. Maior patet, quia ad illum solum pertinet eximere & subtrahere potestati, ad quem pertinet talem potestatem instituere. Sed subtrahere aliquid iurisdictioni vel supponere pertinet ad limitationem terminorum eius, Ergo ad illum solum pertinet eximere et subtrahere potestati, ad quem pertinet talem potestatem instituere: et hæc fuit maior. Minor autem probata est ex superioribus, scilicet quod potestas Papæ sit instituta a solo Christo, vnde nullus homo potest diminuere vel augere. Secundo potest probari ex supremitate potentiæ Papæ, quia scilicet aliquis ex ijs de populo non possit esse exemptus a potestate sua, quia impossibile est aliquẽ esse de aliquo collegio, qui non subsit supremæ potestati illius collegij, quia vnius collegij est vnum caput et vna suprema potestas, a qua qui est alienus ab ipso collegio est alienus. Sed potestas Papæ est suprema in toto collegio Christiano. Ergo, etc. Nec solum potest aliquis non eximi a statu papali, nec etiam a persona existente in statu, nisi ille, qui est superior eo, vel qui instituit statum, hoc fecerit.

Ab alia quã papali potest eximi

Si autem loquamur de alia potestate, scilicet de quacumque potestate alia sub potestate Papæ; dico quod exemptio a tali potestate est possibilis & de iure, quia de tali potestate loquimur, scilicet de potestate iuris: quia quicumque potest aliam potestatem restringere quantum ad populum et quantum ad casus, potest illi potestati aliquẽ vel aliquos subtrahere, quia hoc est restringere potestatem quãtum ad populum, subtrahere aliquem vel aliquos de populo subiecto illi potestati. *Papa potest restringere & ampliare iurisdictionem episcoporum.* *Sed, sicut patet ex præmissis, Papa potest pro arbitrio suo restringere & ampliare potestatẽ episcopalem, loquendo de potestate iurisdictionis, & quamcumque aliam potestatem existentem sub se. Ergo Papa potest subtrahere cuicumque potestati inferiori se aliquem vel aliquos de iure. Sed sic subtrahere aliquam vel aliquos est eximere ab illo. Ergo, &c.* *Eam ipsis communicat.* *II. Ad id, quicumque sic concedit alicui aliquam iurisdictionem, & penes ipsum simpliciter & principaliter illa iurisdictio semper remanet, potest illam potestatem reuocare vel in parte vel in toto, sicut patet de Rege & balliuo. Sed isto modo Papa concedit inferioribus iurisdictionem ecclesiasticam. Ergo, &c. Et ista maior satis patet ex præmissis. Sic ergo dico quod exemptio ab inferiori iurisdictione sub potestate Papæ per ipsum Papam est possibilis.*

An exemptio sit vtilis vel expediẽs.

Nunc restat agendum de expedientia siue vtilitate exemptionis: & primo in generali, secundo in speciali descendendo ad diuersos status hominum vel conditiones. Ad euidentiã huius, vtrum scilicet exemptio possit esse expediens vel vtilis; primo distingendũ est de multiplici exemptione: secundo videndum est a quo exemptio habet, quod sit expediens, superflua, vel nociua. Tertio descendendum est ad propositum.

Quantum est ad primum; sciendum quod exemptio potest dupliciter fieri: vno modo ab aliqua potestate: alio modo a persona existente in statu propter aliquam causam. Iterum vtraq; exemptio potest fieri vel simpliciter, vel quoad aliquẽ casum: & similiter etiam potest fieri omni tempore, vel ad tempus determinatum. Hoc sit dictum quantum ad primum.

Quis finis sit iurisdictionis.

Quantum ad secundum; sciendum, quod iudicium de aliquo, vtrum sit expediens, siue superfluum, vel nociuum; ad finem expediens dicitur quod impedit nociuum: finis autem, ad quem ordinatur iurisdictio, sicut patet ex prædictis, est bonum reipublicæ siue bonum subditorum in republica, & impedire mala in ipsa republica. Vlterius sciendum, quod in bonis id quod est melius eligendum; & in malis quod est peius est magis fugiendum, in carentiã autem istorum eligendum est carere minus bono, vt sic possit quis consequi magis bonum, si altero oportet carere: in malis autem incurrendis eligendum est incurrere minus malum, vt euitetur maius si alterum oportet incurrere. *Vt se habeat ad bonum reipubl.* *His præmissis, sciendum quod iurisdictio tripliciter se habere potest ad bonum reipublicæ siue commune, vno modo quod nullum malum inferat, & bona promoueat & mala impediat; & ista iurisdictio est bona, & exemptio opposita est mala. Secundo modo potest se habere iurisdictio ad bonum commune, cum malum non inferat, nec impediat, nec bonũ promoueat, & ista esset superflua. Tertio modo potest se habere sic, quod quædam bona inferat & impediat quædam, & propter correctionem humanam iste est minor cursus, quia licet iurisdictio ordinatur quantum est de se ad bonum, tamen est frequentior & quantum ad plures occasio mali, quia est occasio extorquendi pecuniam, pro qua pecunia extorquenda fiunt multæ vexationes, & multa alia, quæ impediunt multa bona, & instruunt mala: nihilominus confert aliquod bonum, & impedit aliqua mala. Et tunc, si conferat maiora bona quam impediat, & impediat maiora mala quam inferat, adhuc est expediens, & opposita exemptio mala, quia melius est carere paruo bono ad obtinendum magnum bonum, & incurrere paruum malum ad euitandum maius: si autem e contrario esset, tunc iurisdictio esset mala & exemptio bona. Sic igitur viso, adduco rationes ad propositum.*

Cur fiat exemptio

*Circa quod sciendum, quod exemptio ex statu non debet esse nisi propter defectum personæ existentis in statu euidentem, vel præsumptum. Euidentem defectum dico, puta quia manifeste grauat: vel præsumptum, quando ex alia coniectura probabiliter potest æstimare quod sit primus ad grauandum, quia nullus debet eximi a persona existente in statu, nisi propter defectũ status vel personæ existentis in statu, non eximetur propter defectum *, quia supponitur non debere eximi a statu.* **status* *Ergo, &c. Si autem aliquis talis defectus sit in persona existente in statu, exemptio a tali persona est rationabilis & expediens, vel quantum ad casum determinatum, sicut fit quotidie per appellationes legitimas: vel quantum ad omnem casum, quando probabile est, quod inter personam eximendam & personam existentem in statu sunt, vel præsumuntur esse inimicitiæ capitales.* *Appellatio est genus exẽptionis in casu determinato.* *Quia exemptio, qua aliquis subtrahitur malo regimini, est bona. Sed tale præsumitur regimen personæ existentis in statu in comparatione ad istam vel simpliciter, vel in casu. Quod autem dictum est nunc de exemptione a persona existente in statu, intelligendum est de statu inferiori contento sub potestate Papæ, quia a Papa vel a potestate eius nullus potest vel debet eximi.* *Appellationes a Papa sunt supplicationes.* *Nec obest si aliqui dicuntur aliquando appellare a Papa, quia appellatio ista non proprie appellatio est a potestate eius, a quo appellatur, sed est magis vel debet esse quædam supplicatio pro correctione vel mitigatione sententiæ latæ.*

De alijs autem potestatibus inferioribus dico, quod aliqui ab ijs eximuntur vel simpliciter, vel ad tempus secundum diuersas conditiones statuum & subditorum & præsidentium: & quantum ad personam dictum est. Quantum autem ad statum, quod scilicet aliqui eximantur a potestate episcopali, vel ab aliqua alia consimili; dicendum est nunc.

Circa quod sciendum quod non est intentio mea dicere, quod aliquod collegium vel aliqua communitas sic eximatur, quod non habeat propinquum correctorem, vel episcopum, vel abbatem, vel priorem,

rem,

ter causat pulchritudinem et decorem, ratione cuius connexionis dici potest, quod religio sic communis, in qua pracipue vigent et prasunt homines literati, dicitur suauis, decora, et formosa sicut Ierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata Cantic. vi.

Quarto principaliter probatur intentum ex conuenientia et necessitate causa materialis, et hoc tam ex parte exemptorum, quam ex parte illorū, qui exemptiones impugnare nituntur. Primum patet, quia religiosi exempti vitam ducunt angelicam potius quam humanam, vacando continue seruitio diuino & diuinis laudibus decantandis, quasi pralibando caelestem melodiam spirituum beatorum, sicut patet in ecclesijs principalibus exemptorum & priuilegiatorum. Strictius etiam & perfectius viuunt communiter loquendo, quam alij quoad obseruantias regulares. Plura etiam bona spiritualia conferunt communitati ecclesia, vt dictum est supra. Religiones etiam exemptorum & priuilegiatorum in charitate radicata, & fundata in puritate & eminentia sanctitatis & perfectionis in tantum florent & floruerunt & in altum creuerunt, quod iam multos ramos extenderunt & emiserunt in cælum, & ornauerunt & latificauerunt de suis ramis & spiritualibus folijs ecclesiam triumphantem; et direxerunt et dirigunt in viam veritatis et fidei Christiana multos filios ecclesia militantis, de quibus ramis per inductionem exemptorum patet de multis, sicut de B. Gregorio, B. Benedicto, beatis Maiolo, Odone, Odilone, atque Hugone Cluniacensibus abbatibus. Et quantum ad Cistercienses, de B. Roberto, qui Cisterciensium ordinem inchoauit: de B. Bernardo doctore egregio primo abbate Clarauallis: de B. Guillelmo septimo abbate Belliloci, et post archiepiscopo Bituricensi, de quo etiam natio Francia in vniuersitate Parisiensi facit festum suum speciale: De B. Petro Tarantasiensi archiepiscopo, cuius corpus in Bella valle requiescit; et de multis alijs, quorum nomina scripta sunt in libro vita. Illi autem probati sunt quos Deus commendat, et debent ab hominibus fauorabiliter commendari, quos Deus remuneratione premij, et operatione miraculorum multipliciter approbauit. Sunt etiam speciales et peculiares filij Romana ecclesia: et quia filius naturaliter debet diligi, propter hoc et multa alia tales debent exemptionum et priuilegiorum libertatibus pramuniri, et a strepitu secularium penitus sequestrari. Et hanc causam assignat B. Laudericus in exemptione abbatia S. Dionysij in Francia, allegans B. Augustinum, dicens sic: Libri Augustini de ecclesiasticis gradibus docent, monachos sub quiete regulariter viuentes, sub singulari lege debere quiescere, et ab omni infestatione clericorum intrepidos permanere, ne secularis strepitus eos lædat, quos districta regula seruitutis Domini moderatur.

Earum elogia.

Secundo hoc idem patet ex parte materia impugnantis, qua quidem materia sunt prælati ipsi: nam prælati non videntur intendere zelum animarum, in petendo exemptiones reuocari, vel in aliquo detruncari: non habent enim zelum, vt in pluribus, nec circa seipsos nec circa sibi subditos exerceant; sed magis videntur intendere sua potestatis dominium ampliare, summi Pontificis potestatis plenitudinem aliquantulum obfuscando. Magis etiam, vt patet in eorum petitionibus, quarunt quæstum temporalem quam animarum salutem, iuxta illud B. Bernardi super Cantica: Quem dabis mihi, inquit, de præpositis, qui non magis intendat hodie marsupijs euacuandis, quam vitijs extirpandis? Quasi dicat: Nullum, vel valde paucos respectiue. Nec repugnant prædictis dicta Bernardi in epistola ad Henricum Senonensem archiepiscopum, et in libro de consideratione ad Eugenium Papam; quia ibi loquitur per comparationem ad finem per accidens in ordine ad abutentes, et supposito bono regimine prælatorum: beatus autem Gregorius et alij sancti loquuntur per comparationem ad finem principaliter et per se intentum, quod est vacare diuino seruitio et contemplationi, et supposito malo regimine et inexperientia prælatorum quantum ad obseruantias regulares. Iterum etiam dato, quod aliqui zelum animarum intenderent; hoc tamen tutum non esset eis, qui causam & onus super se aggrauarent; & maxime cum ad regimen sui ipsorum ac residui populi eis subiecti sine adiutorio exemptorum in prædicationibus & alijs sufficere minime videantur. Non etiam obstant prædictæ veritati illa, quæ scribit Aegidius in quodam tractatu contra exemptos; quia sua rationes sunt in pluribus defectuosæ, & multas impertinentes & transcendentes similitudines adducit, quæ plus habent dissimilitudinis quam similitudinis, sicut in quodam tractatu contra impugnatores exemptionum, qui incipit: Saluabo gregem meum, &c. plenius est ostensum: in quo omnes rationes dicti tractatus fratris Aegidij per euidentiam rationum efficaciter improbantur. Cum ergo valeat sancta Romana ecclesia vel ob religionis, vel necessitatis, vel exhibitis beneficij gratiam quoslibet priuilegijs suis munire, & extra generalia decreta quædam specialia beneficia indulgere, vt habetur xxv. q. I. Priuilegia, quæ ecclesiarum & monasteriorum sanctorum patrum auctoritate instituta nulla possint improbitate euelli, nulla nouitate mutari, vt habetur xi. q. II. c. I. & II. consideret summus Pontifex suum honorans ministerium, quod reuocatio seu detruncatio exemptionum esset damnosa multipliciter, quæ & suæ potestatis plenitudinem non modicum obfuscaret, & sedi Apostolicæ multipliciter derogaret. Videat nihilominus existens in apice regiminis ecclesiastici principatus, per priuilegiatos & exemptos sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ bona quamplurima tam spiritualia quam temporalia multipliciter prouenire; & suos exemptos & priuilegiatos filios quanto videt eos per ordinarios in sedis Romanæ præiudicium acrius & auidius impugnari, tanto in eorum protectione per conseruationem suarum libertatum, quas a sede Apostolica habuerūt, a qua tota vera religio habet ortum, vigilantius & solicitius immobiliter perseueret ad honorem sponsi ecclesiæ Iesu Christi, qui est Deus benedictus in secula seculorum. Amen. Extat in eodem M.S. bibliothecæ Vaticanæ a insignis alius commentarius pro exemptis conscriptus, in cuius prima parte auctor fuse agit de iurisdictione ecclesiastica: in secunda exemptiones religiosis sodalitijs congruere pluribus argumentis illustrat, quæ postrema a nobis delibanda visa sunt.

Impugnātes exemptiones sua magis quā quæ sunt Christi quærere videntur.

Ægidius scripsit in exemptos

Exēptionum reuocatio noceret sedi Apost.

a Eccl. M.S. bibl. Vat. sign. n. 4109. pag. 256. 252. &c.

Alius de exemptionibus cōmentarius

Prima quæstio est de exemptione quantū ad eius possibilitatem, vtrum scilicet sit possibilis. Ad quam respondeo, quod cum exemptio nihil aliud sit, quam subtractio alicuius a iurisdictione alterius, cui subest, nisi esset exemptio, secundum distinctionem de iurisdictione diuersimode est respondendum. Sciendum ergo quod in generali dicendum est, iurisdictio ecclesiastica vna est prima & suprema, scilicet iurisdictio Papæ: alia secundaria & sub ista, scilicet quæcumque alia iurisdictio ecclesiastica. Loquendo ergo de prima iurisdictione, impossibile est aliquem eximi ab ea saltem per hominem, quia ab illa iurisdictione, quæ per solum Deum instituta, nullus potest eximere nisi Deus. Sed iurisdictio papalis

Exemptio quid sit, Iurisdictionis diuisio.

A iurisdictione papali nemo potest eximi.

lis XXXIV. vbi loquens Dominus per Ezechielem de malis pastoribus, sic dicit: Pro eo, quod facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum agri, eo quod non esset pastor: neque enim quæsierunt pastores gregem meum, sed pascebant propterea pastores semetipsos, & greges meos non pascebant: propterea pastores audite verbum Domini. Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos, vt vltra non pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos: & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit vltra eis in escam. Ex quo sequitur, quod illi prælati, qui solum quæstum temporalem quærunt, de victualibus conquerentes, petentes procurationes, nihil seminantes, quod ad salutem pertineat animarum; & specialiter petentes esum carnium in ordine Cisterciensi contra indulta a sede Apostolica in fauorem puritatis & asperitatis vitæ, quæ in eodem ordine vigere consueuit; quod etiam ad solutionem procurationum ordinarijs vel alijs minime teneantur prout eidem ordini per sedem Apostolicam est prouisum. Nec præscribitur contra Cistercienses ratione consuetudinis ex eo, quia suis ordinarijs & alijs in hospitalitate se exhibere consueuerunt liberales, prout per eandem sedem est plenius & specialiter prouisum, cum Cistercienses communiter non habeant parochiales ecclesias, sicut multi alij religiosi, ratione quarum ad procurationum onera teneantur: & tales inquam prælati, irrationabiliter petentes hoc, de numero prædictorum pastorum se constituerunt manifeste: quibus etiam dicitur in capite præallegato Ezechielis XXXIV. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nonne greges a pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis cooperiebamini, & quod crassum est occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non considerabatis, & quod ægrotum non sanastis, & quod fractum est non alligastis; & sequitur ibidem: Liberabo gregem de manibus pastorum huiusmodi peruersorum. Secundo hoc idem patet ex habitudine causæ efficientis instrumentalis, quia fuerunt a viris sanctissimis & doctoribus excellentissimis summis Pontificibus executioni demandatæ, qui maximum & ardentissimum zelum pro statu ecclesiæ habuerunt: quorum vnus præcipuus fuit B. Gregorius, vt patet in cap. præallegato XVIII. q. II. c. Luminoso. Beatus etiam Germanus Parisiensis episcopus ad obuiandum calliditati quorundam & propter loci reuerentiã ac Regis Franciæ Childeberti memoriam, consentiente metropolitano & eius suffraganeis, monasterium S. Germani de Pratis prope Parisios, a prædicto Rege fundatum, eximi procurauit: quod etiam per inductionem posset de multis alijs exemptis monasterijs declarari. Et quia facta Dei & sanctorum patrum sunt imitanda & non destruenda, ideo ex parte causæ efficientis patet quod exemptiones expedit conseruari.

Diuina in malos pastores sententia.

Viri sancti exemptionum monstrãtur auctores.

Tertio principaliter declaratur propositum ex decenti pulchritudine, quæ in ordinata connexione exemptorum pulchrius elucescit. Primum quia exemptæ & priuilegiatæ personæ sunt sicut quidam nerui totum corpus ecclesiæ in ordine ad summum Pontificem connectentes; nam per huiusmodi exemptiones statim habetur præ oculis reductio cuiuslibet Christiani ad summum Pontificem, & absque præiudicio cuiuscumque alterius est immediatus ordinarius cuiuslibet Christiani. Ex hoc autem specialiter præseruatur vnitas ecclesiæ contra schismaticam prauitatem: si enim nulli religiosi essent exempti, citius & facilius possent prælati discedere, & se subtrahere de facto a iurisdictione summi Pontificis: quæ tamen discessio futura est antequam reueletur filius perditionis, scilicet antichristus, sicut dicit Apostolus ad Thessalon. Et quia vnitas & ratio connexionis consistit in ordine ad summum Pontificem vicarium Christi, cui in persona Petri dictum est: Pasce oues meas, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos; & alibi: Tibi dabo claues regni cælorum; & ad hoc multum faciunt exemptiones sequitur quod expediunt formali pulchritudini connexionis vniuersalis ecclesiæ, quæ in debito connexionis ordine potissime declaratur. Secundo declaratur hoc idem specialiter ex ordinatione communium & generalium vbique terrarum, vbi creditur & colitur Deus, diffusorum debita connexione, & in summum Pontificem conuenienti reductione, cuiusmodi ordines sunt ordo Cisterciensis, Cluniacensis, Præmonstratensis, Prædicatores, Minores, Carmelitæ, Augustinienses: quod sic patet, quia non potest esse perfecta connexio alicuius multitudinis seu principatus, nisi per reductionem ad vnum: & tanto debent esse pauciora media, quanto sunt propinquiora illi vni. Et istud probat philosophus XII. metaphysicæ, connexionem vniuersi reducendo, corpora inferiora in corpora cælestia, & superiora & prima in intelligentias motrices, & illas in vnam intelligentiam primam, a qua dependet cælum & terra. Et in fine concludit, vnum principem esse, dicens: Vnus ergo princeps. Ex quo sequitur, quod quandocumque naturali seu regulari reductione inferiora reducuntur per media in suprema, semper medium debet illud inferius, quod per ipsum reducitur, quantum ad eius totam latitudinem naturaliter per modum eminentiæ regulariter continere. Hoc enim apparet ex naturali reductione vniuersi in ipsum Deum, quia vnum elementum superius regulariter continet totum inferius elementum, excepta terra, quæ secundum se totam non continetur ab aqua propter necessitatem generis humani. Infima etiam sphæra cælestis continet omnia elementa, et sphæra sphæram ascendendo; et intelligentia virtualiter continet quidquid perfectionis est in inferiori. Et eodem modo videmus in homine, quod potentia superior apprehensiua continet quidquid perfectionis in inferioribus reperitur, vt patet de sensu communi respectu sensuum particularium; et de intellectu respectu sensationum apprehensiuarum. Constat autem quod nullus est episcopus vel archiepiscopus, primas seu patriarcha præter summum Pontificem, cuius iurisdictio ad vnum totum talem ordinem secundum totalem eius latitudinem se extendat. Sed per viam exemptionis & priuilegiationis in quolibet tali ordine ponitur vnum caput, cuius iurisdictio mediate vel immediate ad omnes, qui sunt illius ordinis, quodam ordine se extendit. Ex quo sequitur, quod mediante tali vno medio possibilius, decentius, facilius, & ordinatius, possunt omnes tales vnius ordinis reduci in summum Pontificem, quam mediantibus episcopis, quia facilior ac ordinatior est reductio vno medio siue pluribus connexionem ad vnum habentibus, quam mediantibus multis & diuersis, quorum vnus ab altero minime continetur: licet enim primas, vel patriarcha contineat illos, qui sunt suæ multitudinis; vnus tamẽ patriarcha ab alio non continetur: quare sequitur, quod exemptio seu priuilegiatio in ordinibus sic communibus causat primo in ipsis exemptis & priuilegiatis fortitudinem, eo quod virtus vnita fortior est se ipsa dispersa, vt dicit auctor de causis: & cum hoc in ordine reductionis aliorum religiosorum in summum Pontificem multiplici-

Vt exempti peculiari nexu cohæreãt sedi Apostolicæ.

Sublata exemptione non esset vnũ caput in religiosis familijs.

Quarta via sumpta ex multiplici fructus quantum ad vniuersalem ecclesiam, & totum populum Christianum, euidenti consecutione.

De finali intenta in exemptionibus.

Prima igitur via sumpta ex parte causæ finalis, sic patet, quia vnicuique rei ordinatæ ad aliquem finem expedit remouere impedimenta, per quæ posset a consecutione sui finis aliqualiter impediri: religiosi autem ad obseruantiam trium votorum regularium generaliter & singulariter obligantur, a quorum obseruantia per multiplices vexationes, iniurias, violentias, expoliationes, monasteriorum grauamina, forenses citationes, appellationum indebitarum adfugam disciplinæ regularis, friuolas acceptationes sententiarum, iniustas & indebitas fulminationes, intrusionum et simoniarum multimodas prauitates, quas a suis ordinarijs ante eorum exemptiones et priuilegationes sustinebant, erant modis innumeris et intolerabilibus impediti, sicut adhuc in non exemptis et non priuilegiatis rei euidentia manifestat. Ex quibus omnibus sequitur, quod ad modum remouentis prohibens, formam contrariam expellendo, exemptiones et priuilegia expediunt obseruantiæ regulari.

Vt monachi ante exemptiones ab episcopis vexati fuerint.

Ijs instructi tranquillius rei diuinæ possint vacare.

Secunda via sumpta ex parte causæ finalis sic patet, quia illud expedit statui perfectionis religiosorum, per quod deuotius, conuenientius, frequentius, et perfectius possint vacare diuino seruitio pro viuis et mortuis persoluendo, operibus vitæ actiuæ et contemplatiuæ sine interruptione perseuerantius insistentes: ad hos autem fratres exemptiones et priuilegia religiosorum principaliter ordinantur. Ex quo sequitur, quod expedit exemptiones & priuilegia inuiolabiliter obseruari. Et has duas vias tangit Gregorius *summus Pontifex et doctor egregius, qui et monachus religiosus fuit, et vitam B. Benedicti scripsit, pluraque monasteria religiosorum de suo proprio patrimonio fundauit, scribens* Castorio *Ariminensi episcopo, vt habetur* XVIII. *q.* II. *c. Luminoso, vbi dicitur sic: Luminoso abbate referente, plurimis in monasterijs a præsulibus præiudicia atque grauamina monachos pertulisse cognouimus: oportet ergo, vt tuæ fraternitatis prouisio de futura quiete salubri disponat ordinatione, quatenus obseruato in illis Dei seruitio, gratia illius suffragante, mente libera perseuerent. Vnde perseuerat in illo, quod episcopus non potest ibidem aliquam potestatem exercere imperandi, nec aliquam ordinationem quamuis leuissimam faciendo; & sequitur in fine: Vt, semotis vexationibus ac cunctis grauaminibus, diuinum opus cum summa deuotione perficiatur. Nec supponitur quod hijs diebus sint episcopi maioris sanctitatis & perfectionis, nec maioris Zeli pro diuino cultu conseruando & ampliando, quam fuerunt tempore B. Gregorij, qui eorum abusus & oppressiones prauidens, dictas exemptiones instituit & indulsit.*

B. Gregorij de ea re auctoritas.

Potestas summi Pontificis in exemptionibus enitescit.

Tertia via sumpta ex potestate summi Pontificis, ac sacrosancta Romana ecclesia conseruatione & elucidatione, de leui patet; quia in hoc, quod summus Pontifex, Christi vicarius, monarcha in ecclesia Dei militante, in qualibet diœcesi vel prouincia etiam habet aliquos exemptos & priuilegiatos filios sibi immediate subiectos, lucide declaratur sua plenitudo potestatis: & quod non solum est mediatus & generalis, sed etiam immediatus & proprius ordinarius cuiuslibet Christiani. Ex quo patet soliditas, sublimitas, & perfectio potestatis summi Pontificis super omnes alios prælatos ecclesiæ militantis iuxta illud XXIV. *q.* I. *c. Est aliud apostolicum piscandi genus, quo genere solum Petrum piscari iubet Dominus. Valent exemptiones ad conseruationem potestatis & auctoritatis summi Pontificis, quia per illas multa schismata & multæ schismaticæ concatenationes præcauentur; etsi orirentur (quod absit) per promptam obedientiam exemptorum, & per temporale subsidium, quod ab eis prompte & voluntarie præstaretur, possent huiusmodi schismata facilius & efficacius extirpari, quam si essent (quod absit) per machinationem subdolam aliquorum prælatorum annullata vel in aliquo detruncata.*

Quarta via ex parte causæ formalis, quæ sumitur ex multiplicis fructus in ordine ad vniuersalem ecclesiam consecutione, sicut ostenditur, quia religionibus exemptis, & maxime communibus & habentibus connexionem ad inuicem, cuiusmodi sunt Cistercienses, Cluniacenses, Præmonstratenses, & etiam alij mendicantes sicut Prædicatores, Minores, Carmelitæ, Augustinienses, ordinant & iniungunt in suis capitulis generalibus multas missas & orationes pro viuis & defunctis, & pro vniuersali statu ecclesiæ conseruãdo in statu sancto, pacifico, & quieto: & hæc faciunt suo modo aliæ exempta abbatiæ in suis capitulis, in quibus priores & subditi generaliter conuocantur; sicut abbatia maioris ordinis S. Dionysij, & sic de alijs consimilibus. Item multi religiosi exempti tam non mendicantes quam mendicantes virtute exemptionis & cõnexionis, quam habent ad se inuicem, iam de facto ordinauerunt, & alij similiter exempti ordinare possunt solemnia studia in theologica facultate ad informationem & illuminationem fidelium in ijs, quæ pertinent ad salutem, nec non ad exaltationem fidei Christianæ: sicut liquide patet Parisiis quantum ad Cistercienses, Cluniacenses, et illos de S. Dionysio, et quantum ad Prædicatores *et Minores,* Carmelitas *et Augustinienses. Adhuc autem non videmus, quod ita regulariter non exempti, qui sunt sub episcopis, nec ipsimet episcopi talia studia vel collegia ordinarint: immo episcopi, vt in pluribus, plus impediunt quam promoueant: non enim nutriunt clericos nec prouident ecclesijs meliores promouendo; sed nepotes & cognatos, inscios & idiotas & dissolutos, ponentes seruos in equis, & permittentes ambulare principes super terram, facientes monstra in ecclesia, ponentes pedes sursum & caput deorsum, ordinem ecclesiasticum peruertendo.* Vtinam præterito seculo plures episcopi transalpini eo vitio non fuissent contaminati, non enim hæresis rapido adeo incendio tot prouincias ac regna depasta esset. At etiam plures religiosam disciplinam professi, excusso episcoporum iugo, pontificium quoque rebellibus ceruicibus depellere ausi sunt. Pergit Iacobus abbas: *In religionibus autem priuilegiatis & exemptis ordinantur multa ad opera misericordiæ pertinentia, sicut eleemosyna ad sustentationem pauperum, & multa alia ad hospitalitatem mediocrium & magnarum personarum, cuiuscumque status existant: patet in ordine Cisterciensi, Cluniacensi, Præmonstratensi, & maioris monasterij, & in S. Dionysio rei euidentia manifestat. Prælati autem multi licet habeant multos redditus & magnos, adhuc aliena requirunt, & quærentes quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, sua & aliena plus expendunt in pompis, quam in Christi pauperibus nutriendis.*

Qui fructus ex exẽptione consequantur.

De studijs sacrarum literarum apud eos florente.

Quare secundo principaliter, ostendo propositionem, quod exemptiones expediant ex habitudine causæ efficientis & originalis, causam formalem nihilominus replicando: nam causa principalis efficiens exemptionis est tota Trinitas, & a proprietate est Spiritus sanctus: patet, expresse habetur Ezechielis

ac venerabiles fratres Leonardum Albanensem, & Nicolaum Ostiensem episcopos, & dilectos filios nostros Franciscum S. Luciæ in Silice & Lucam S. Mariæ in Vialata diaconos Cardinales apostolicæ mentis oculos fiducialiter dirigentes, te & eos ad impendendam eidem Regi sacram unctionem, & imponendum imperij diadema, & alia insignia imperialia tradendum eidem, duximus destinandos sub certis modis & tenoribus, qui in literis cõmissionis nostræ super hoc tibi & ipsis factæ, plenius & seriosius continentur. *Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionensis diœcesis xi11. kal. iulij anno sexto.*

Quatuor Cardinales ad cæsarea ornamenta conferenda legati.

Anno 1312. *post num.* 24. *adde*: Agitatum [a] in eodem concilio est de reuocandis exemptionibus, restituendoque episcopis vetere iure in religiosas familias, quæ in ipsorum diœcesibus agerent. Magnum ex infando Templariorum in vitia turpissima & idololatriam lapsu argumentum petebatur [b], cum ij episcoporum imperio & auctoritate soluti, agente longe Pontifice, nullius censuram pertimuissent, ac prærogatiuas & exemptiones, quibus muniti fuerant, in audaciæ argumenta flagitiorumque munimenta conuertissent. Afferebantur etiam ab episcopis variæ querelæ in exemptos, a quibus episcopalis ordinis auctoritatem contemni, pluraque contra fas sub exemptionum clypeo pertentari expostulabant. Inter alios insignis præsul in suo libello Clementi V. porrecto, ex quo plura antea a nobis allata [c], hæc aduersus exemptos in concilio discutienda proposuit [d].

De tollendis exemptionibus actum.
a M.S. Vat sign. n. 4109 pag. 260.
b In eod. M. S. pag. 257.
Sumpta ex Templariorum exemptorum lapsu occasio.
Allatæ ab episcopis in exemptos plures querelæ.
c An. Chr. 1311. n. 55
d M.S. bib. Vat. sign. n. 4177.

De excessibus exemptorum, & iniurijs & praiudicijs, quæ & quas prælatis & personis ecclesiasticis & alijs inferunt in graue periculum animarum, non est sub silentio transeundum: ipsi enim (licet super hoc per sanctissimum patrem dominum Bonifacium summum Pontificem pro parte sit prouisum) publice excommunicatos a suis ordinarijs ad sacramenta & sacramentalia admittunt in suis ecclesijs & capellis. In eisdem etiam dispensationes clandestinas & benedictiones, quamquam inter personas excommunicatas, aut consanguinitate, vel affinitate coniunctas, seu alias personas matrimoniali vinculo confœderatas celebrare non verentes. Quod sæpe vidi referre: dum enim causa matrimonialis inter aliquas personas coram ordinario verteretur, causa recte examinata & discussa, iamque in ianuis sententia existente, vnaque persona pro constanti alteri adiudicari deberet, illa cui matrimonij conditio non placebat, cum alia persona damnabiliter contrahebat, & in capellis aliquorum exemptorum benedictionem nuptialem clandestine fieri procurabat. Et dum a talibus excessibus & alijs enormibus flagitijs, de quibus non est dicendum per singula, ab ordinarijs arguuntur, de sua exemptione confisi reddunt pro verbis humilibus verba tumida & superba; & personæ sic coniunctæ (vt est dictum) cum graui animarum periculo & scandalo plurimorum, in incestuoso adulterio vel adulterino concubinatu permanentes, tandem ad barathrum dilabuntur. Et vt breuiter concludam, non est qui eos corrigere valeat, confidenter delinquunt, & ad multa facinora fræna laxant.

De contubernis in eorum templis exercitis.

Arrogantia in præsules.

Item pensiones & procurationes antiquas, quas ex antiqua consuetudine, vel inita conuentione cum prælatis, exhibere tenentur eisdem, contumaciter soluere contradicunt. Item res & iura ecclesiarum, & aliarum personarum maxime ecclesiasticarum, quotidie occupant, vsurpant, & inuadunt: & dum dicti prælati aliæque personæ, maxime ecclesiasticæ, quod agant non habeãt, dum per censuram ecclesiasticam eos coercere non possunt, iura sua amittere compelluntur, cum tædiosum sit & onerosum quotiare contra ipsos ad sedem Apostolicam habere recursum.

Temeritate in inuadẽdis prælatorum & ecclesiasticorum iuribus.

Item cum priores maioris monasterij per diuersas prouincias & diœceses constituti ac antiqua & inueterata consuetudine, cuius memoria non exstit, prælatis ordinarijs locorum procurationes seu pensiones loco procurationum exhibere consueuerunt, denuo prætextu eiusdem priuilegij a domino Bonifacio (vt asserebant) concessi, eum tacita veritate & falsitate subiecta, vt a multis creditur interpretari, easdem soluere contradicunt, & prælatis ad prioratus suos accedentibus iuxta morem vt armata & armati cum suis complicibus resistentes, eisdem prælatis & suis sequacibus ausu temerario, immo furioso, mortem inferre conantur, sicut in pluribus est compertum: quod scio dictum summum Pontificem non latere, qui dum in minori statu ageret, talia sæpe vidit, et quid bonæ memoriæ dominus Bonifacius super hoc senserit & declarauerit, magis nouit.

De maioris monasterij monachis.

Conquesti sunt vicissim monachi de episcopis, ac pertimuere religiosæ familiæ, ne si communi episcoporum iuri subijcerentur, monastica disciplina collaberetur: nec fides affulgere videbatur eam restitutum iri ab episcopis, quorum diligentia emendandis sacerdotum secularium moribus defuisset. Ad tuendã igitur causæ suæ æquitatem religiosi viri commentarios ad confutanda aduersariorum argumenta composuere: inter quos Iacobus abbas Cisterciensis insignem edidit redegitque in hoc compendium.

Quæ a monachis responsa.

Editi in eã contro uersia cõmentarij.

Incipit compendium [a] *tractatus fratris Iacobi abbatis Cisterciensis ordinis, siluanectensis diœcesis, contra impugnantes exemptionem, ab eodem editum in Vienna tempore generalis concilij.*

a M.S. bibl. Vat sign. n. 4109. pag. 260.

*Quia in paucioribus veritas magis *. vt exemptionum materia, eam breuiter perstringendo, plenius elucescat, per modum epilogi seu compendij quædam, alibi diffusius pertractata intendo probabiliter ostendere, quod exemptiones & libertates priuilegiorum cum magna maturitate, & deliberatione prouida a sanctis patribus summis Pontificibus concessas religionibus approbatis, in quibus vigent & regunt homines literati, decet & expedit ad promotionem obseruantiæ regularis, ac profectum & honorem sacrosanctæ Romanæ & vniuersalis ecclesiæ inuiolabiliter conseruari: & quod earum renocatio prædictæ sedi Romanæ atque connexioni vniuersalis ecclesiæ multipliciter derogaret. Ad cuius intelligentiam pleniorem considerandum occurrit, quod cum vnumquodque ex eisdem causis, ex quibus suam entitatem sortitur, trahere debeat suam bonitatem & nobilitatem, expedientiam & commendabilitatem, ex quatuor causis potest exemptionum & priuilegiorum modo præfato bonitas, nobilitas, expedientia, & commendabilitas rationabiliter declarari. Vniuscuiusque finis est causa causarum, ideoque est impossibile agens absolui ab intentione finis: ideo primo ostendetur propositum ex ratione causæ finalis, secundo ex habitudine causæ efficientis & originalis, tertio ex decentia & pulchritudine causæ formalis, & quarto ex conuenientia & necessitate causæ materialis. Prima via sumpta ex impedimentorum & grauaminum amotione. Secunda ex cultus diuini & operum ad vitam contemplatiuam & actiuam spectantium feruenti ampliatione. Tertia via sumitur ex potestate summi Pontificis, ac sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ conseruatione & elucidatione.*

* eniteat Iacobus abbas Cisterciensis contẽdit exẽptiones rite institutas.

Ex quatuor causis id deducit.

 Quar-

Fit postmodum stipulatio per Papam, vel notarium nomine Papæ et Romanæ ecclesiæ de pactis et conuentionibus et sacramentis obseruandis, quæ Rex promittit per huiusmodi solemnem stipulationem. Surgit Rex, et genuflexus ponit ambas manus suas inter manus Papæ sedentis, et dicit Papa: Tu facis ecclesiæ Romanæ ligium homagium, vt lectum est, et Cardinalis computauit? Ille respondet, quod sic. Et Papa dicit: Nos state ad homagium recipimus. Osculatur Rex pedem Papæ, et ad osculum recipitur.

Manus inter pōtificias teneat. Deosculetur pedē, ac deinde ad osculū oris admittatur.

Anno 1311. n. 21. vers. 19. delenda sunt verba, Te inquit tanquam, *vsque ad finem §. & reponenda quæ sequuntur.*

Clemens, &c. venerabili fratri Arnaldo episcopo Sabinensi Apostolicæ sedis legato.

Delectatur, *& infra:* Te tanquam pacis Angelum, commisso tibi in Lombardiæ, & Tusciæ partibus, terris ecclesiæ Romanæ subiectis temporali dominio vbicunque positis prorsus exceptis, nec non & in marchia Teruisina, Aquileiensi & Gradensi patriarchatibus, Ianuensi, Pisana, & Iadrensi, patriarchæ Gradensi metropolitico iure subiectis prouinciis, ac Sardiniæ & Corsicæ insulis, & in illa parte prouinciæ Rauennatis, quæ in terra imperij dignoscitur constituta, & Placentina, ac Papiensi ciuitatibus & diœcesibus plenę legationis officio, vt euellas & destruas, disperdas & dissipes, ædifices & plantes in nomine Domini, prout gratiæ cælestis infusio, & tua prouidentia ministrabit; de fratrum nostrorum consilio destinamus: tibi nihilominus faciendi & exercendi auctoritate nostra quæcunque ad Dei & Apostolicæ sedis honorem, cultumque diuini nominis ampliandum, ac fidelium partium earundem statum prosperum, & tranquillum, obseruantiam ecclesiasticæ sanctionis, integritatem ecclesiasticæ libertatis, releuationem pauperum, animarum salutem, & tranquillitatem corporum pertinebunt, facultatem plenariam tribuentes. Præterea ad missionem huiusmodi, illa præcipue ratio nos inducit, quod dudum post electionem charissimi in Christo filij nostri Henrici Regis Romanorum illustris celebratam concorditer per regni Alemaniæ principes, in electione Romanorum Regum vocem habentes cum imminet facienda, solemnibus dicti Regis ambasciatoribus & nuntijs ad nostram præsentiam accedentibus, & nobis eiusdem electionis præsentato decreto, ad eorum instantem & deuotam supplicationis instantiam coram nobis & fratribus nostris iteratis vicibus, & diuersis temporibus repetitam, præfatum Regem, quia per decreti prædicti & conditionis personæ ipsius non leui notitia antea nobis & fratribus nostris notæ, examinationem coram nobis & eisdem fratribus habitam diligenter, in quantum fieri potuit, eodem absente, sufficientem ipsum, idoneum, & habilem inuenimus ad præfatum imperium obtinendum, ac electionem prædictam canonicam extitisse; de ipsorum fratrum consilio ipsum nominauimus, approbauimus, denuntiauimus, & declarauimus Romanorum Regem, iustitia exigente, ac fore idoneum, sufficientem, & habilem ad dignitatem imperialis celsitudinis obtinendam: pronuntiantes insuper ac etiam decernentes sibi per nostras manus loco & tempore opportunis debere concedi vnctionem & ipsius imperij diadema, certum ad hoc ei terminum assignantes.

In quib' prouincijs ad munus ei demandatum.

Decernēdæ legationis causæ.

Vt Henricus Rex Romanorum confirmatus sit.

Cumque postmodum Rex præfatus Italiæ partes fuisset potenter ingressus, & a Lombardiæ ciuitatibus alijsque locis insignibus, ad quę declinauerat, honorifice & pacifice iam receptus, alij præfati Regis ambasciatores & nuntij ad Apostolicæ sedis præsentiam accesserunt: qui cum multa nobis instantia inter cætera supplicarunt, quod cum ipsi patenter aduerterent, sicut eis iam per nos super hoc responsum extiterat, quod propter generale concilium, quod in kalendis octobris proximo venturi disposueramus (dante Domino) & disponimus celebrare, aliaque multa & ardua, plurimumque vrgentia, quæ necessario in citramontanis partibus expedienda nobis negotia incumbebant tunc temporis & incumbunt, prædictam vnctionem & imperij diadema, aliaque solemnia per nostras manus Regi non poterant memorato concedi, terminum ipsum sub spatio temporis breuioris concludere, ipsamque vnctionem & imperij diadema, cæteraque solemnia per aliquos de fratribus supradictis in festo pentecostes tunc proximo secuturo impendi facere dignaremur.

Missis oratoribus legatus ad consultui poposcerit.

Nos vero, prædictis nuntijs receptis mansuetudine consueta, & his & alijs, quæ coram nobis voluerunt proponere, diligenter auditis, eis certo modo duximus respondendum, eiusdem Regis (super hoc cum prædictis fratribus nostris diligenti deliberatione præhabita) nihilominus desiderijs annuere intendentes. Et quia propter temporis nimiam breuitatem in dicto festo pentecostes solemnitatem vnctionis & coronationis huiusmodi non posse fieri credebamus, nec Rex ipse in festo præfato sibi, vt eius decebat honorem, de apparatu ad hoc necessario potuisset forsitan prouidisse, significauimus ei per nostras literas speciales, vt tanti arduitate negotij diligenter inspecta, & considerata prudenter temporis qualitate, aliquem certum & solemnem diem, prout crederet conuenire, post festum prædictum eligere, ipsumque nobis significare illius deliberatio non differret, vt infra diem ipsum aliquos de fratribus supradictis, de quibus apostolica deliberatio prouideret, qui ei vnctionis eiusdem munus impenderent, & imponerent vice nostra præfatum diadema imperij, ac alia inibi agenda solemnia peragerent, mitteremus; dilectos filios magistros Robertum electum Salernitanum, & Hugonem Geraldi cantorem ecclesiæ Petragoricensis cappellanos nostros ad eundem Regem super his cum eisdem nostris literis destinantes, per quos tibi paternæ sinceritatis affectum, & mentis apostolicæ puritatem, quos ad statūs ipsius exaltationem magnificam habebamus, mandauimus clarius aperiri.

Verum Rex præfatus, super hoc matura deliberatione præhabita, festum assumptionis beatæ Virginis proximo venturæ pro termino ad recipiendum in basilica Principis Apostolorum de Vrbe more solito vnctionem huiusmodi & ipsius imperij diadema, aliaque inibi solemnia peragenda recepit, prout nobis per solemnes suos ambasciatores & nuntios, & speciales literas intimauit suo regali sigillo pendenti munitas; cum multa deuotionis instantia supplicans per easdem vt ad eum aliquos de fratribus memoratis pro impendenda vnctione huiusmodi & imponendo sibi eiusdem imperij diademate, alijsque peragendis solemnijs mitteremus. Verum quia ex causis prædictis nō possumus in hac parte affectibus satisfacere mentis nostræ, prædicti Regis frequentibus & deuotis supplicationibus inclinati, & ad re-

Dies assūptæ Virginis sacræ designata sit ad celebratam peragendam.

ac

tatibus gloriosum Regem nostrum: & sicut benedixisti Abraham, Isaac, & Iacob, &c. Item aliam collectam: Spiritus sancti humilitatis nostræ officio copiose in te descendat. Item alia: Deus, qui es iustorum gloria, & misericordia peccatorum, &c. Per omnia secula seculorum, assistentes respondeant: Amen. Coloniensis: Dominus vobiscum. Sursum corda. Gratias agamus, &c. Vere dignum & iustum est, &c. Specialem præfationem, vt in ordinario episcopi Coloniensis habetur. Item collecta alia: Quoniam Dei filius Iesus Christus dominus noster, qui a Patre oleo exultationis, &c. His dictis, postea regalia tradentur Regi hoc ordine: & locentur primo ad sinistram altaris in mensa; & tunc Coloniensis, Moguntinensis, & Treuerensis simul tradent domino Regi gladium, & dicet Coloniensis: Accipe gladium per manus episcoporum vice & auctoritate sanctorum Apostolorum consecratas tibi regaliter impositum. Hinc accinctus gladio accipiat a domino Coloniensi armillas, pallium, & annulum, dicente sibi Coloniensi: Accipe regiæ dignitatis annulum, & per hunc catholicæ fidei cognosce signaculum, &c. Postea dominus Coloniensis tradet ei sceptrum & pomum, & dicet: Accipe virgam virtutis & æquitatis: Hinc domini Coloniensis, Moguntinensis, & Treuerensis simul supraponent Regi coronam regiam, scilicet Caroli magni, de Nurenberg adductam, & pariter dicant: Accipe coronam regni, &c.

Quo ritu insignibus regijs exornetur.

Hinc domini Moguntinensis & Treuerensis ducent Regem ad altare, & Rex, positis manibus supra altare, hanc professionem faciet in suo vulgari, id est Teutonico, prius tamen in Latino: Profiteor & promitto coram Deo & angelis eius amodo & deinceps legem & iustitiam, pacemque sanctæ Dei ecclesiæ seruare, populoque mihi subiecto prodesse, & iustitiam facere, & iura regni conseruare, saluo condigno diuinæ misericordiæ respectu, sicut cum auxilio principum & fidelium regni atque meorum melius inuenire potero. Sanctissimo Romano Pontifici & ecclesiæ Romanæ, cæterisque pontificibus & ecclesijs Dei condignum et canonicum honorem exhibere volo. Ea etiam quæ ab Imperatoribus & Regibus ecclesijs seu ecclesiasticis viris collata sunt & erogata, inuiolabiliter ipsis conseruabo, & faciam conseruari. Abbatibus & ordinibus vassallis regni honorem volo portare & exhibere, Domino nostro Iesu Christo mihi auxilium præstante, fortitudinem, & decorem.

Sacramenti ab eo nuncupandi formula.

Post istam professionem Moguntinensis & Treuerensis archiepiscopi ducent Regem ad solium suum, clero cantante officium, quod incipit: Desiderium animæ tribuisti, &c. & versiculum: Quia præuenisti eum. Hinc ducetur Rex superius ad altare Apostolorum Simonis & Iudæ in ecclesia Aquensi; & deinde dicet archiepiscopus Coloniensis Regi: Ita retine amodo locum regni, quem non iure hereditario, nec paterna successione, sed principum electorum in regno Alemaniæ, seu verius Romanorum tibi noscas delegatum: maxime per auctoritatem Dei omnipotentis, & traditionem præsentem & omnium episcoporum, cæterorumque seruorum Dei, &c.

Denunciatur ipsi, non successione, sed electione factum Germaniæ Regem.

His itaque cum Rege peractis, si Rex habuerit Reginam, quæ affuerit, inungatur Regina ante altare coram domino archiepiscopo Coloniensi, qui super eam prostratam dicat benedictionem: Omnipotens sempiterne Deus fons & origo totius bonitatis, qui fœminei sexus fragilitatem, &c. & tunc proijciat se Regina per modum crucis in longum ante dominum Coloniensem, qui iterum dicat super ea benedictionem: Deus qui solus habes immortalitatem, &c. Hinc detegatur pectus Reginæ per suas pedissequas; & archiepiscopus Coloniensis circa præcordia pectoris Reginæ de oleo sacro vnget eam dicens: Spiritus sancti gratia humilitatis nostræ officio in te copiose descendat, &c. Hinc Coloniensis, Moguntinensis, & Treuerensis archiepiscopi pariter supraponant coronam ad caput Reginæ, dicentes: Officio indignitatis nostræ in Reginam benedictam ponimus coronam regalis excellentiæ. His dictis capellani Reginæ accedant & detergant loca cum oleo deuncta cum lana munda & alba: & postea pedissequæ Reginæ ipsam reinduant. Quo facto, ducatur iuxta Regem, & sedeat in latere sinistro Regis, & prius clero cantante. Te Deum laudamus.

Qui ritus in Regina sacranda seruādi.

His peractis, legitur euangelium secundum Matthæum: Cum natus esset Iesus in Bethleem Iudæ in diebus Herodis. Deinde dicitur, Credo, Offertorium, Reges Tharsis, &c. Et Rex sceptrum in manu tenens offeret ad altare, vbi missa cantatur: deinde offerat Regina: postea principes Moguntinensis, Treuerensis; postea alij principes electores secundum gradum suum. Et procedetur in missa vsque ad illum locum: Et pax eius.

Diuina res solemni pompa peragēda.

Completo officio missæ, & mox post electionem Rex confirmet priuilegia principum electorum, & iuret, quod postquam vnctus fuerit & coronatus & diademate imperiali per Romanum Pontificem ornatus, iterum principum electorum priuilegia confirmabit. Quibus sic peractis, Rex cum principibus electoribus ingredietur auditorium: & si tunc fuerint aliqua negotia specialia & ardua regni tractanda, illa tractabunt. Et ita Rex ipse processu temporis cum suis principibus ac proceribus regnum Romanorum administrabit, pacem conseruando, oppressos releuando, iniustos reprimendo, & iustitiam defendendo in iure; & ita cum Dei adiutorio regnum & regimen sacri Romani imperij feliciter continuando: quod ipse ei misericorditer præstet, qui sine fine viuit & regnat per omnia secula seculorum benedictus. Amen. Hæc Henricus, dele vocem qua in eod. n. 9. vers. 9.

A iustitiæ administratione regnum auspicandum.

Anno 1309. post finem numeri 21. adde: Quo porro ritu memorata clientelaris sponsio a Roberto Rege Clementi exhibita fuerit, extat illius descriptio inter insignia monumenta, quæ Nicolaus Cardinalis Aragoniæ collegit a subiectis concepta verbis.

Qui ritus in nuncupando sacramento seruatū. aM.S. arch Vat. sign. n. 448. pag 16.

Modus faciendi homagium domino Papæ de regno Siciliæ, quando confertur Regi.

Notandum, quod modus, qui consueuit in præstatione homagij huiusmodi fidelitatis iuramenti obseruari est, quod leguntur primo per extensum omnia pacta & conuentiones facta pro concessione regni Siciliæ, vsque ad finem ab illo loco: Carolo Regi Siciliæ; vsque ibi: Datum Romæ, vel Auinione. Postmodum prior diaconorum in vulgari omnia vel saltem substantiam omnium exponit: & hoc necessarium est, quod exponat de verbo ad verbum in vulgari forma, quæ hic est: Ego Carolus, &c. vsque ibi inclusiue: Et sancta hæc Dei euangelia; & subiungat in vulgari: Sicut ego dixi & dominus noster sane intellexit, sic vos iuratis? Ita Deus vos adiuuet, & hæc sancta Dei euangelia. Et Rex repetit more solito: Sicut vos dixistis, &c. Ponat manum supra librum, & osculetur. Et nota, quod Rex stans genuflexus cum computatur prædictum iuramentum per diaconum, & cum iurat. Fit

Vt Rex prouoluat se in genua.

chiepiscopus erunt induti suis pontificalibus ornamentis, & desuper pluuialibus cum debito ordine ministrorum, cruce, thuribulo, & textu euangeliorum præcedentibus, qui obuiam ibunt Regi electo venienti ad fores ecclesiæ Aquisgranensis, vbi archiepiscopus Coloniensis eum recipiet dicens: *Adiutorium nostrum in nomine Domini*. Et clerus: *Qui fecit cælum & terram*. Archiepiscopus: *Sit nomen Domini benedictum*. Ministri: *Ex hoc, nunc, &c.* Archiepiscopus dicet collectam illam: *Omnipotens sempiterne Deus qui famulum tuum N. regni fastigio dignatus es sublimare, tribue ei, quæsumus, vt ita præsentis seculi cursum cunctorum in communem salutem disponat, quatenus a tua veritatis tramite non recedat. Per Dominum, &c.*

Vt těplo excipiendus sit.

Et hac collecta dicta, archiepiscopi Moguntinensis & Treuerensis, præsidente archiepiscopo Coloniensi, suscipiant Regem vnus ex vno & alter ex altero lateribus, per manus ipsum ducētes ad chorum Aquensem: & sic præcedente archiepiscopo Coloniensi cum clero, cruce, thuribulo, textu euangeliorum, & reliquijs præcedentibus, clerus cantet: *Ecce mitto Angelum meum, qui præcedat te, &c.* cum versiculo psalmi: *Si me audieris, &c.* Et tunc, cum perductus fuerit Rex electus ad chorum; prosternet se super tapete posito ad gradus altaris, & Rex totum se prosternet ad longum. Vbi archiepiscopus Coloniensis super eum prostratum dicet: *Domine saluum fac Regem. Oremus. Deus qui scis genus humanum nulla posse virtute subsistere, &c.* Item. *Oremus sempiterne Deus, qui cælestium terrestriumque moderator famulum tuum ad regni fastigium dignatus es promouere, &c.* His dictis, eleuet se Rex, & ponat se super sedem regiam, & addatur ei Regina, si præsens fuerit, & collocetur iuxta Regem in latere sinistro: ac archiepiscopus Moguntinus a dextro, Treuerensis vero in sinistro latere iuxta Reginam se ponant. Et tunc archiepiscopus Coloniensis, induta casula, celebraturus missam dicat: *Confiteor Deo omnipotenti, &c.* quo dicto, incipit missa solemniter: *Ecce aduenit dominator.* Versic. * *iudicium Regi da*. Et tunc dicentur duæ collectæ, illa scilicet: *Deus, qui miro ordine angelorum, &c.* de tribus Regibus, ac: *Alleluia*; & sequens officium totum de tribus Regibus. *Lectio Isaiæ prophetæ. Surge illuminare Ierusalem, &c.* Si autem esset tempus quadragesimale, dimissis Alleluia & prosa, cantabitur tractus: *Desiderium animæ eius*, vsque ad versiculum: *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso*. Et tunc surgat Rex, & deposito pallio regio, ducetur per archiepiscopos Moguntinum & Treuerensem ad gradus altaris: & prostratus in totum in modum crucis, cantetur litania a duobus clericis. In quo loco suo erigat se archiepiscopus Coloniensis, qui prostratus * cum Rege * baculum in manibus suis tenens dicet inter cantandum litanias per clerum: *Vt hunc famulum tuum N. in Regem eligere digneris*. Clerus: *Te rogamus, &c.* Item archiepiscopus Coloniensis: *Vt eum benedicere † sublimare † & consecrare † digneris*. Clerus: *Te rogamus, &c.* Item Coloniensis: *Vt eum ad regni & imperij fastigium feliciter perducere digneris*. Clerus. *Te rogamus, &c.* Deinde illi duo clerici complent litaniam: *Vt Pontificem nostrum, &c.* Et, finita litania, eriget se dominus Coloniēsis, & Rex similiter se leuet. Et dominus Coloniensis a Rege quæret: *Vis sanctam fidem catholicam a sanctis Apostolis traditam tenere & operibus fide dignis seruare?* Respondebit ei Rex: *Volo*. Item Coloniensis quæret: *Vis sanctis ecclesijs ecclesiarumque ministris fidelis esse tutor & defensor?* Respondebit Rex: *Volo*. Item Coloniensis quæret tertio: *Vis regnum Dei tibi a Deo concessum secundum iustitiam prædecessorum tuorum regere & efficaciter defendere?* Respondebit Rex: *Volo*. Item Coloniensis: *Vis iura & regna imperij bonaque eiusdem iniuste dispersa conseruare & recuperare, ac fideliter in vsus regni & imperij dispensare?* Respondebit Rex: *Volo*. Item Coloniensis quæret: *Vis pauperum & diuitum, viduarum & orphanorum æquus esse iudex & pius defensor?* Respondebit Rex: *Volo*. Item Coloniensis quæret: *Vis integerrimo in Christo patri & domino Romano Pontifici, & sanctæ Romanæ ecclesiæ defensionem debitam & fidem reuerenter exhibere, &c?* Respondebit Rex, positis duobus digitis manus suæ dextræ super altare: *Volo, & in quantum diuino suffultus fuero adiutorio & precibus Christianorum adiutus, quantum valuero omnia præmissa fideliter adimplebo. Sic me Deus adiuuet, & sanctum eius euangelium.*

Locandus in regio solio.

* Deus

Quæ repetendæ precum formulæ.

Vt Rex ante ară se prosternere debeat.

* erat

*, &

Quæ petita ab eo exigitur.

Et tunc reducitur iterum ad altare, vbi dominus archiepiscopus Coloniensis a principibus Alemanniæ, clero, & populo circumstantibus quæret, & sic dicet: *Vultis tali principi & rectori vos subijcere, ipsiusque regnum firmare, fide stabilire, atque iussionibus illius obtemperare iuxta dictum Apostoli: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, siue Regi quasi præcellenti?* ad quam quæstionem archiepiscopi Moguntinensis & Treuerensis, principes Alemanniæ, clerus, & populus assistentes respondebunt, dicentes: *Fiat, fiat, fiat*. Quia tamen Rex non intelligit quandoque Latinum idioma, præmissa per archiepiscopum Coloniensem aut clericos eius præmissas interrogationes declarabit.

Principis populiq; voluntates de eo admittendo exquisita.

Quo facto, Rex prosternet se in longum, & Coloniensis dicet super eum benedictionem. *Oremus. Benedic domine hunc Regem nostrum N. qui regna omnium moderaris a seculo, &c.* Item Coloniensis super eum dicet: *Deus ineffabilis auctor mundi, conditor generis humani, &c.* Post: Amen. iterum erigit se Rex, & dominus Coloniensis vnget caput eius, pectus inter scapulas, & ambas iuncturas brachiorum circa scapulas de oleo cathecumenorum, dicens: *Pax tibi*. Ad quod clerus: *Et cum spiritu, &c.* Et tunc Coloniensis dicet: *Vngo te in Regem de oleo isto in nomine Patris † & Filij † & Spiritus † sancti*. Et interea clerus cantet: *Vnxerunt Salomonem Sadoch sacerdos & Nathan propheta Regem in * Syon, & procedentes læti dixerunt: Viuat Rex in æternum*. Postea Coloniensis vngat palmas manus dicens: *Vngantur manus istæ de oleo sacro, vnde vncti fuerunt Reges & prophetæ, & sicut vnxit Samuel Dauid in Regem, vt sis benedictus & constitutus Rex in regno isto super populum istum, quem dominus Deus tuus dederit tibi ad regendum & gubernandum: quod ipse præstare dignetur, qui viuit & regnat Deus, &c.* Interea clerus iterum cantat. *Vnxit te Deus, &c.* Et factis vnctionibus istis statim sint parati capellani domini Regis, & cum lana mundissima detergant omnia loca, vbi oleum appositum est.

Quibus precibus instrand.

In quib' partibus perungendus.

* Gibon

Et tunc ducetur Rex ad armarium, & induetur ibidem sandalijs, alba, stola, ad modum crucis in pectore sine cappa; & ita redeat ad sedē suam circa altare. Et tunc Coloniensis dicet collectam: *Prospice omnipotens Deus serenis obtuti-*

Sacerdotali cultu induitur.

Imploratur illi diuinum auxilium.

principi in alio orbe famulari arbitrentur; quocirca maximas strages edunt: *Quando*, inquit a, *corpus magni Cham tumulandum aefertur ad montem Alchai, hi qui ipsum ad sepulturam comitantur, perimunt passim eos, quos in via obuios habent, dicentes: Ite & domino nostro Regi seruite in alia vita; tanta enim insania percussi sunt a sathan, vt credant taliter occisos in futura vita Regis obsequio mancipandos. Nec modo sic contra homines insaniunt, verum & in equos saeuiunt, quos obuiam venientes, iugulant vna cum defuncti* Regis *optimis equis putantes illos* Regi *vsui futuros.* Erit infra: *quando corpus magni Cham Monga huius praedecessoris ad montem Alchai sepeliendum ductum fuit, milites funus concomitantes feruntur circiter viginti millia hominum praedicta occasione interfecisse.*

a Cap. 54. — De statu alterius vitae insana opinio.

In funere Imp. horrendae editae strages

His insanis opinionibus delibutos infideles daemon ad fundendum humanum cruorem impellebat: quos etiam deludebat vatijs astrologiae ineptijs, ac superstitionibus, vt studiose curarentur illorum corpora, quorum animas in inferos traxerat: *In mortuorum parentatione* b, inquit idem Marcus, *his vtuntur cerimonijs: Curant proximi quique, vt corpora exanimata comburantur in hunc modum. Primo interrogant astrologos, quando mortuus in ignem sit conijciendus; tum illi quaerunt, quo anno, quo mense, die, & hora is, qui in fata concessit, sit natus: constellationeque prospecta, indicant diem, quando sit comburendus. Alij vero mortuum corpus aliquot diebus reseruant aliquando septem diebus, quandoque per mensem, nonnunquam per sex menses domi, capsam illi parantes, & tali ingenio latera compaginantes, vt nullus foetor ex eo exhalare possit. Corpus etiam ipsum aromatibus condiunt, & capsam pulchre depictam panno pretioso operiunt, & singulis diebus, quibus cadauer domi tenetur, hora prandij mensa iuxta capsam praeparatur, vino & cibis per integrae horae spatium desuper positis; putantes defuncti animam de appositis manducare. Et quando defuncti corpus est efferendum, astrologi consuluntur, qua ex parte id sit faciendum: nam si porta aliqua, dum construeretur, caruit bonis fatis, illam indicant fugiendam atque incongruam, per quam mortuorum cadauera efferantur; indicantque aliam, quae huic rei accomoda sit, aut nouam iubent in pariete fieri aperturam. Dum vero funus per ciuitatem portatur, lignea tuguria in via construuntur, atque sericis & aureis pannis cooperiuntur: & cum defuncti cadauer ante ea portatur, effundunt in terram vina & delicata cibaria, putantes defunctum in alia vita his recreari rebus. Antecedunt etiam funus ipsum varia instrumenta musices, in quorum concentu maxima est iucunditas. Et cum ad locum combustionis ventum fuerit, scribunt & pingunt super chartas imagines virorum & mulierum, itemque multorum denariorum, quae omnia simul cum cadauere comburuntur: aiunt enim, defunctum illum tot seruos & ancillas, animalia & denarios in alia vita habiturum, quot cum eo fuerint imagines combustae, victuque sit perpetuo in diuitijs illis & honore. Hanc superstitionem seruat fere vbiq; caecitas paganorum in partibus orientis, cum cadauera defunctorum comburit.* His circumuentos ludibrijs infideles daemō ex nefario cum magis commercio varijs praestigijs trahebat in exitium, vt describit memoratus Marcus Paulus Venetus c, pluribusque fide dignissimis historijs probat: atq; in primis in regno Reobarte, concitari artibus magicis aereas impressiones, diemque tenebris obrui refert.

b Cap. 45.

Insana in funeribus superstitio.

Animas cibis vesci autumant.

De astrologorum amentia.

Animas his gaudere putant, quae exusta sunt.

c Eod. l. 1. c. 22.

Sunt, inquit, *in ea regione multi praedones; quos Caraonas vocant, habentque Regem. Vtuntur hi praedones incantationibus: & quando ad praedam excurrunt, arte illa diabolica id efficiunt, vt aer interdiu per magnum temporis spatium adeo obscuretur, vt a nemine videri & caueri possint; prorogantque huiusmodi caliginem interdum quinque, & aliquando septem diebus: & interim campos peruagantur in maximo numero, vt etiam quandoque turma eorum decem millia grassatorum complectatur. In aciem bellatorum more se redigunt, et in latum diffusi sic procedunt: et quidquid illis obuiam venit, homines et iumenta, capiunt: iuuenes venum exponunt, senes vero occidunt.* Ego *Marcus, qui haec scribo, semel in hanc incidi caliginem: et quoniam parum aberam a castro, quod* Canosalim *dicitur, facile periculum euadere potui ad castrum fugiendo: plures tamen e comitiua mea, in retiaculum illud daemoniacum incidentes, partim venditi, et partim interfecti fuerunt.*

Magicae artes in vsu ad perdendos homines.

Tradit idem auctor a vagari daemones in deserto maximo Turciae, quod a ciuitate Lop excurrit, ac peregrinantes in exitiū trahere: *Cernuntur*, inquit, *et audiuntur in eo interdiu et saepe noctu daemonum variae illusiones; vnde viatoribus summe cauendum est, ne multum ab inuicem seipsos dissocient, aut aliquis a tergo sese diutius impediat: alioquin quamprimum propter montes et colles quispiam comitum suorum aspectum perdiderit, non facile ad eos perueniet. Nam audiuntur ibi voces daemonum, qui solitarie incedentes proprijs compellant nominibus, voces fingentes illorum, quos comitari se putant, & a recto itinere abductos in perniciem deducunt. Audiuntur interdum in aere concentus musicorum instrumentorum; sed frequentius tympanorum.* Hic erat infelix Tartarorum status, & qui cum diuitijs omnis generis circumfluebant, spiritualibus bonis erant orbati, & infra animantia se prosternebant: *Viuunt*, inquit b, *in multis non secus quam bestiae, vt satis mihi mores eorum sunt perspecti*; atque ideo ob effraenatam libidinum licentiam euangelium altas apud eam nationem radices non defixit, quamuis saepius Romanos Pontifices ad ipsam praecones euangelicos misisse visuri sumus. Non defuit autem apostolico muneri Clemens, vt Tamor siue Temur Cam (id est Imperatorem, de quo in imperio Cobilae successuro, vtpote defuncti primogeniti filio, meminit ante haec tempora Marcus Paulus Venetus) ad veri Numinis cultum pelliceret: exscripsitque memoratus antea Odoricus Foroiuliensis pontificium diploma quo, &c. *delendi erunt versiculi decimus octauus & decimus nonus numeri 30.*

a Eod. l. 1. c. 44.

Ludibria daemonū, exitialia.

b Cap. 94.

Cur euangelium apud Tartaros altas radices non fixit.

Anno 1309. n. 9. vers 8. post vocem, innuat, *adde*: Quod attinet ad ritus sacros in ea celebritate seruatos; plurimam illi pietatē redolent, ac descripti sūt accurate in veteribus monumentis, quę Goldastus collegit suntque dignissimi quos nostris annalibus commendemus.

c Extat apud Goldast. to. 3. pag. 401.

Imperialis processus in vnctione Regis Romanorum, & in eius coronatione & consecratione seruandus.

In coronatione & vnctione Regis Romanorum debet esse talis processus. Primo post electionem concorditer, vel a maiori parte factam, comparebit Rex Romanorum nouiter electus in ecclesia Aquensi: & ibidem archiepiscopus Coloniensis ex iure regni debitus consecrator indutus suis pontificalibus ornamentis, & similiter archiepiscopus Moguntinus & Treuerensis archie-

Ritus in sacrando Aquisgrani Romanorum Rege.

chie-

quæ in medio aulæ consistit regia portans vasa, super mensam Regis exiliant: dicuntque se id secreta quadam efficere arte. Et quando festa idolorum suorum celebrant, dantur illis a Rege arietes: quos cum ligni aloes & thure seu odoriferum sacrificium dijs offerunt; coctasque arietis carnes cum cantu & maxima lætitia idolis deuorandas exhibent, ius vero carnium ante idola effundunt, asserentes se deorum suorum promereri clementiam, qui terris fertilitatem largiantur.

Vt dæmones in idolis colantur.

Sed qui diuinos honores a miseris, quibus euangelij lux nondum affulserat, extorquebant, quam sint viles & infelices, ipsimet horrendis vlulatibus cultoribus suis indicabant; ait a enim Marcus Paulus: *Si a ciuitate Campition, versus orientem itinere quinque dierum procedatur, audiuntur in locis intermedijs nocturno tempore horribiles voces dæmonum, donec veniatur ad regnum Ergimul.*

a Cap. 62. Se infelices vlulatibus demonstrét.

Instructum porro ab apostolico internuntio Ioanne e Monte Coruino, Cobilam spretis magorum præstigijs, Christianam fidem suscepisse, memorat Aytonus his verbis b: *Iste Cobila Can XLII. annis tenuit imperium Tartarorum. Christianus fuit, & fundauit quandam ciuitatem, quæ vocatur Ions, in regno Cathay, quæ maior est Roma, vt dicitur: & in illa ciuitate moram traxit Cobila Can Imperator Tartarorum vsque ad vltimum diem vitæ suæ.* Eo autem ac nepote ex Chingis filio imperantibus, fides Christi ita aucta est, vt ad fideles pascendos religionemque amplificandam non modo sacerdotes, sed etiam archiepiscopi & episcopi mittendi essent.

b Ayton. hist. orient. c. 19. Vt Cobila Christo nomen dederit.

Anno 1307. *num.* 30. *vers.* 18. *post vocem*, commendat, *adde:*

Quod attinet ad superstitionem, qua infelix gens Tartarorū inuoluta erat c, de qua plura breuiter alias perstrinximus nūc fusius de ea agemus. Imprimis hæc refert Aytonus princeps Curchi d: *Tartari sunt ab alijs nationibus gentium modis & moribus sic diuersi, quod vix posset absque tædio ipsorum diuersitas explicari. Confitentur enim vnum Deum esse immortalem, & inuocant nomen Dei: aliter vero parum faciunt, quia non ieiunant, vel orationes siue afflictiones faciunt ob Dei reuerentiam, siue alia bona opera: nec Dei timore mala perpetrare * permittunt Tartari: Homines interficere non reputant esse peccatum: & si dimitterent frænum in equorum suorum ore, quando pascere se deberent, Deum crederent mortaliter offendisse. Fornicationem & luxuriam non reputant esse peccatum. Plures vxores ducunt: & oportet secundum consuetudinem, quod filius nouercam suam ducat post obitum patris sui, & frater relictam fratris.* Hæc Aytonus, qui de Tartaris Syriæ finitimis videtur loqui: Marcus enim Paulus Venetus, qui ante hæc tempora scripsit, penetrataque interiore Tartaria pluribus annis in aula Cobilæ Imperatoris Tartarorum, a quo ipsius parentem missum ad Pontificem pro sacerdotibus Christianis efflagitandis vidimus, Tartaros pro gentium varietate moribus & superstitionis genere discrepare atque idololatriæ mancipatos refert e.

c An. Chr. 1271. n. 20.
d Ayton. hist. orient. c. 48. De Tartarorū religione & moribus.
* prætermittunt

Colunt, inquit, *Tartari pro Deo numen quoddam ab illis confictum, quod Natagai vocant; putantque illud deum esse terræ, qui curam de ipsis & filijs eorum, de fructibus terræ atque gregibus pecorum gerat. Hoc numen in maximo habent honore; nec est aliquis, qui in domo sua illi non imaginem dedicauerit: & quoniam credunt numini Natagai esse vxorem & liberos, collocant etiam ipsi iuxta penates suos imagunculas quasdam vxoris ac filiorum loco, vxoris quidem simulachrum ad sinistram, & filiorum imagines ante faciem idoli collocantes. His idolis magnam exhibent reuerentiam, præsertim quando vadunt ad prandium & cœnam: tunc enim, antequam ipsi comedant, perungunt ora imaginum pinguedine carnis coctæ, & partem prandij aut cœnæ extra domum in honorem illorum ponentes, credunt deos hinc cibari.* Idem oculatus testis narrat in amplissimis regnis idola & dæmones coli; de Sachion enim insigni vrbe prouinciæ Tanguth locutus, hæc subdit a: *Habet vrbs ipsa multa monasteria diuersis idolis consecrata, in quibus multa offeruntur sacrificia, & dæmonibus magna a populo exhibetur reuerentia. Et quando homini filius aliquis nascitur, statim commendat eum idolo alicui, atque in honorem eius anno illo in domo sua nutrit arietem, quem anno a natiuitate filij reuoluto, proximo illius idoli festo vna cum filio offert cum multis ceremonijs, & magna reuerentia: postea coquuntur carnes arietis & idolo denuo offeruntur, dimittunturque ante idolum tamdiu suspensæ, donec completa fuerint infanda orationes, quas ante ipsum iuxta consuetudinem suam murmurare solent.*

e Marc. Paul Ven. l. 1. c. 58. Tartaria interior idololatriæ mancipata.
a Eod. l. 1. c. 45. Vt nascétes consecrétur dæmonibus.

In vrbe etiam Campition eiusdem prouinciæ metropoli multa monasteria sacrata idolis reperiri narrat, de quibus hæc refert b: *Idola illa sunt formata vel ex lapide, vel ex ligno, vel ex luto desuper deaurata. Inter hæc quædam sunt tam magna, vt decem passus contineant longitudine terra, si supina iacerent affixa: iuxta quæ parua sunt posita idola, quæ maioribus reuerentiam exhibere videntur. Habent hæc idolorum portenta etiam suos sacrificulos & religiosos, qui cæteris honestius viuere videntur: nam quidam seruant castitatem, multumque cauent, ne deorum suorum legem præuaricentur.* Discrepantes horum pseudomonachorum sectas, quarum dæmon auctor est, in descriptione prouinciæ Ciandu percenset inferius c: *Inueniuntur*, inquit, *in regione illa plurimi monachi idolorum cultui deputati. Habent hi monasterium quoddam magnum oppiduli habens magnitudinem, in quo sunt circiter duo millia monachorum, qui idolis seruiunt rasura et veste a laicis sequestrati: nam radunt caput & barbam, vestemque induunt religiosam. Hi in idolorum solemnitatibus magnis clamoribus cantant, luminaria multa in templo accendunt, alijsque compluribus distinentur stultis cerimonijs.*

b Cap. 49. De idolorum forma & materia.
c Cap. 66.
Et pseudomonachis Religionis Christianæ cætus ab eis adūbrant.

Sunt & in alijs locis monachi & varij idololatræ, quorum quidam multas habent vxores, alij vero pro honore deorum suorum caste viuunt, vitam austeram ducentes: nam nihil comedunt præter farinæ purgamenta aquis diluta. Vestiuntur quoque pannis rudibus & asperis coloris abiectis; & lectis mollitiem vitantes, dormiunt super rigentia stramina. Alij tamen monachi, qui laxioris sunt vitæ, iudicant hos tam austere viuentes hæreticos, quod non debito viuendi modo deos colant. Deludit dæmon ea religionis specie infelices idololatras: alios vero ita in libidines prouoluit, vt rationis lumen in ijs, quos insanis opinionibus imbuit, pene extinguat. In prouincia enim Camul ea percussi sunt amentia, vt vxores viatoribus prostituere gloriæ ducant, putentque vt ait Marcus Paulus d: *Se propter illud hospitalitatis beneficium deorum suorum consecutos gratiam, & terram nunquam deorum munere sua destitutam fœcunditate.* Insanus æque atque crudelis est is ritus, quo a dæmonibus cæsorum hominum animalium animas defuncto prin-

Vt dæmō insanis opinionib' occæcet barbaros. Adulteriū adscripta virtuti.
d Cap. 46.

sensum necessarium. Tertia ratio, quæ sumitur ex parte renunciationis, fundatur super regula prima sup. de reg. iu. cum concor. creatio enim fit per Cardinales, sic et in eorum manibus resignatio. Et si opponatur, regulam non procedere in matrimonio carnali, ut ibi no. respondetur, quod ibi transit in sacramentum etc. ... propter quod ex consensu sequitur indissolubile vinculum, quod non est in spirituali coniugio. Cuius dicti potest esse ratio: et nunc aggredior quartam causam principalem, de qua dixi, spirituale coniugium inter prælatum et ecclesiam respicit bonum publicum et commune. Sed si insufficiens vel ineptus cedere non posset, sequeretur malum reipublicæ: et quanto prælatus maius bonum reipublicæ respicit sicut Papa, tanto et maius esset malum. Item quod ex charitate institutum est, contra charitatem militaret, si præsidens inutiliter ad malum et confusionem ecclesiæ et ad damnum animæ suæ resignare non posset. Sed carnale coniugium respicit priuatum bonum. Et si consideretur ipsius dissolutio, forte ipsi homini esset bonum, quia meliorem uxorem acciperet: sed sequeretur ex hoc uniuersale malum, quia cum communiter homines plus ducat concupiscentia quam ratio, multi uxores dimitterent, nec sic de prole haberetur cura ut nunc.

Tertium.

Quartū.

Discrimē inter spirituale & carnale coniugiū.

Ad contraria & primo ad primum dicitur, papalem potestatem dupliciter considerari: uno modo prout ligatos & solutos in terra ligat & soluit in cælo, & est hoc simpliciter a Deo: alio modo prout hæc potestas est in isto vel in illo, quæ etiam a Deo est, qui operatur omnia in nobis, Isai XVI. tamen in hoc vel in illo est per cooperationem humanam, scilicet per consensum eligentium & electi: & sic esse in hoc vel illo desinere potest per operationem humanam. Sic & anima rationabilis est a solo Deo per creationem: tamen quod sit in isto vel in illo cooperatur natura, dispensando & organizando: ideo & per operationem naturæ potest desinere naturaliter & violenter. Item solus Deus dat gratiam, & tamen homo potest sibi auferre gratiam per suum actum: quia qui formauit te sine te, &c. & per hoc respondetur ad finem primi. Ad secundum dicet. Inter corporalia: facit pro, cum ibi de episcopis prohibeatur, de Papa non. Vel dicatur, quod ibi præsupponitur iusta cessionis causa. Præsupponitur etiam Dei voluntas, sicut & in eius assumptione vel confirmatione. Præsupponimus etiam Dei voluntatem: & per hoc sit responsum ad quartum, quod dicebatur de summa virtute creata. Licet dici possit, papatum esse æqualem vel maiorem virtutem certo casu in concilio vel tota ecclesia. Ad tertium responsum est sup. ver. Tertia ratio.

Respondetur ad Columnēsium argumenta.

Ad 1. vt papalis potestas sit a Deo cooperantib. hominib. in tali persona.

Ad secundum.

Ad tertiū & quartū

Ad quintum sit responsum per ea, quæ dixi supra vers. Secunda sumitur, quod Pontifex est nomen ordinis fundatum super charactere. Sed esse summum est nomen dignitatis, cui cedendo desinit esse summus; sed non desinit esse Pontifex. Ad sextum respondetur, quod licet Papa sit Papa per legem diuinam, tamen Papa potest non esse: nam & lex diuina materialiter est mutabilis in isto vel illo, quia ad hoc operatur creatura ut dictum est; licet sit immutabilis formaliter & in se, scilicet quod inferiora reducuntur in Deum per superiora, & inferiores prælati per Papam. Quod ergo sit Papa super omnes, est ex lege diuina & immutabile: sed quod iste sit Papa, mutabile est: procedit enim a consensu eligentium & electi. Ad id, quod dicebatur, se submisisse legi; dico in eo perpetuari quæ sunt ordinis, quia semper facere potest quæ sunt spiritualis coniugij propter characterem impressum, ut est dictum: sed Papa, se submittendo legi, non perpetuat in se quæ sunt iurisdictionis, & ideo illi renuntiare potest. Ad septimum respondetur, quod votum Papæ de gerenda cura gregis intelligitur quandiu erit in officio, sic & intelliguntur iuramenta rectorum, qui ciuitatibus præsunt & facta etiam his, qui præsunt De ele. Venerabilem in fi. Et illicitum esset iuramentum de officio seu per gerendo, quia posset esse contra bonum commune. Ad octauum dico, quod absoluere se a cu pa esset ascendere: non procedit autem argumentum, si quis non potest ascendere, Ergo nec descendere. Licet etiam dici possit, quod seipsum quis absoluit per contritionem, & quod confiteri teneatur alteri, a quo absoluatur per Domini præceptum, Iacobo dicente: Confitemini alterutrum, &c. & leprosis per quos peccatores intelligimus, dictum fuit Matth. VIII. & Lucæ V. ut ostenderent se sacerdotibus. Ad nonum respondetur in glosa. Ad decimum respondetur, quod Christi sacerdotium pro tanto dici potest æternum, quia res oblata in Christi sacerdotio est æterna. est enim eadem cum offerente, quia idem sacerdos & sacrificium supr. de summa Trinit. Firmiter §. Vna. Vel dici potest, quod licet Christus sacerdotium a se non abiecerit quia non suberat causa abijciendi, non propter hoc sequitur, quod renũciare nõ possit ipsius vicarius, in quo subest renuntiationis causa: & ibi Clemens ipse scribit in epistola ad B. Iacobum Ierosolymitanum, quod viuente Petro ab ipso fuerat ordinatus in Papam, ideo voluit forsan resignare. His Ioannes Andreas priores undecim Columnensium rationes infringit.

Ad quintum.

Ad sextū.

Ad septimum.

Ad octauum.

Ad nonū.

Ad decimum & vndecimū

Quod vero ad duodecimam attinet qua Bonifacius accusatur, S. Cœlestinum subornasse, ut cederet, ita ut cessio non teneret, cum in fraudem inductus sit, respondet Ægidius Columna: *Comprobari potuisse ex pluribus tunc viuentibus, dominum Bonifacium Papam VIII. tunc in minoribus agentem, & Cardinalem tunc existentem, persuasisse domino Cœlestino, quod non renuntiaret, quia sufficiebat collegio, quod nomen suæ sanctitatis inuocaretur supr eos.* Quod denique ad prouocationem a Columnensibus ad concilium non ex pietatis studio, sed liuore & odio nuncupatam attinet; respondetur iniquam eam fuisse, cum pauci de pontificatu Bonifacij cum Columnensibus ambigerent; quare ij uniuersæ ecclesiæ sententiam suis argutijs præferre debuerunt, eosque Bonifacius merito iudiciaria actione est insectatus, ut referunt vetusta eiusdem acta a.

Ad duodecimū.

a Ægid. Colum. l. de renunc Papæ c. 23

Prouocatio ad cōcilium edita a Colūnensibus iniqua demonstratur.

a Vit. Bonif. VIII. M. S. bibl Vall. sign iu. C. n. 25.

Tom. XV. Anno 1307. num. 29. vers. 8. post vocem, vidimus, *adde quæ sequuntur.*

Successerat c in Tartarorum imperio Tamor Cham auo paterno Cobilæ, ad quem fide Christiana informandum Ioannem e Monte Coruino missum fuisse a Nicolao IV. vidimus d; petierat enim euangelicos sacerdotes ad se legari: tum etiam antea ad Gregorium X. legationem decreuerat, qua erat questus, dæmones Tartaris illudere & pro dijs coli. Nec deerant in ipsius aula magi, qui ut olim Pharaoni imposuerant ita ipsum vanis ostensis a veri numinis cultu abducere niterentur, ut narrat Marcus Paulus Venetus e: *Habet*, inquit, *magnus Cham magos, qui dæmonum arte obtenebrant, & in caliginem conuertunt aerem, luce super palatium Regis clara permanente. Agunt etiam hi magi, ut Rege iuxta mensam sedente, scyphi aurei dæmonum arte ab alia mensa,*

c Ayton. hist orient c. 47. Marc. Paul. Ven. l. 3. c. 8.

d To. 2. an. Cor. 1289 n. 62.

Vt Imperatores Tartari fidem a Rom ecclesia hauserint.

d Marc. Paul. Ven l. 2. c. 65.

De magorum præstigijs in aula Tartarica.

quæ

& ecclesiam, quia est vinculum diuinũ, si papatus est de iure diuino, nulla renunciatione nec resignatione tolli potest. Dicendum est, *quod Papa potest papatui cedere, & cedens desinere esse Papa, si Cardinales acceptent, alias non: sunt enim in acceptione papatus duo, vnum est ius suum, quod acquiritur: aliud est ius ecclesiæ, cui obligatur: cuilibet autem licet renunciare iuri suo in omni eo, in quo non est alteri subditus nec obligatus, cap. de episc. & cler. & C. de pact. l. Si quis in scribendo, si qui se semel obligauit non se ad libitum liberaret. Ergo Papa papatui ex parte quidem sua renunciare potest; sed quia semel obligauit se ecclesiæ, ex illa parte renunciare non potest, nisi de assensu Cardinalium, qui in omnibus, quæ ad Papam spectant, vicem ecclesiæ repræsentant: est enim Papa obligatus, ex quo acceptauit, ecclesiam regere nisi ecclesia concordet (concordare est verbum Gallicum, & est idem quod deobligare) ipsum, & consequenter non videtur, quod renuntiare possit: sed consentientibus illis potest. Secundum hanc distinctionem debet intelligi declaratio prædicta de renuntiatione c. 1. vbi dicit* Romanum Pontificem *posse resignare, scilicet iuri suo: sed non se posse excutere a iugo, nisi sponsa sua consentiente.*

Opinatur Paludan⁹ sine consensu ecclesiæ cedere non posse Pōtificem.

Eandem sententiam Hugonem tenuisse: verum Vincentium in contraria fuisse refert Ioannes Andreas a: *Hugo*, inquit, *dixit quod renuntiabit in manibus Cardinalium & sic dicit Arc. fecisse hunc Cælestinum: sed Vincentius super. cap 9. In dubijs, dicit quod satis est, quod Papa cesset ab administratione, cum superiorem non habeat, cuius ratificatio requiratur: per quod dicit, quod non habet necesse renuntiare in manibus Cardinalium; sed ex quo per ipsius expressionem constabit qualiter vult cessare renuntiasse intelligitur*; addit auctor nonnulla ex legibus petita argumẽta. Sed ad Paludanum redimus. *Ad primam,* inquit, *probationem in contrariũ, dicendũ, quod non est simile de clauibus ordinis, quæ adhærent ossibus, & ipsa sequuntur; vnde character ordinis sacerdotalis & episcopalis sicut & baptismalis sunt indelebiles in animo: vnde si resurgeret episcopus vel sacerdos, verus episcopus & sacerdos esset. potens conficere, ordinare, & confirmare sicut prius. Vnde prima potestas non debetur sedi nec statui, sed personæ: cum enim moritur curatus vel episcopus, successor non succedit ei in ordine, sed habet necesse ordinari. Sed papalis potestas debetur papatui, non personæ; vnde non acquiritur per personalem consecrationem, sed eo ipso, quod aliquis est* *, *in se acquirit & habet illam potestatem quæ semper remanet in ipsa sede, quæ non moritur, de rescriptis cap. si gloriosa lib. vi. esse autem in sede est humanum & liberum dependens ex voluntate eligentium & acceptantium: & quia nihil tam naturale est, quam vnumquodque dissolui eo genere, quo ligatum est, propter quod omnes obligationes, quæ solo consensu contrahuntur, consensu mutuo distrahuntur, & etiam dissoluuntur re existente integra: vnde est, quod vinculum obligationis inter papatum & ecclesiam solo consensu contrahitur, contrario consensu dissoluitur; & renunciando in manibus Cardinalium acceptantium desinit esse in sede, & perdit per consequens potestatem, quæ remanet in sede ex ipsamet successione: quod non potest dici de clauibus ordinis, quia illa semper sequerentur personam, & nulli statui deberentur.*

a Io. Andr. comm. in 6. decret. de renunc c. 1.

Vt potestas iurisdictionis papalis distinguatur ab ordine.

* electus

Vt consensu mutuo contrahatur papatus.

Per id respondetur ad aliud de matrimonio carnali, quia in eo per consensum mutuum per verba de præsenti, quæ sunt verum sacramentum, sequitur vinculum diuinum, quod est subiectiue non in anima, sed in toto composito: vnde tamdiu durat, quamdiu durat vtrumque suppositum; sicut tamdiu manet corpus et sanguis Christi sub speciebus, quamdiu manent species: vnde illud vinculum, quod est quid diuinum est res sacramenti sequens nudum consensum. Sed sacramentum, integratum in consensu et verbis et in personis habilibus, non potest ab homine dissolui secundum illud: Quod Deus coniunxit homo non separet. Sed consensus Cardinalium eligentium repræsentantium consensum sponsæ ex vna parte, et consensus electi quasi sponsi ex altera per quæcumque verba expressus non est sacramentum, nec etiam sacramentale; vnde ex opere operato nullum habet effectum diuinum quoad vinculum, sed remanet illud vinculum pure humanum solo consensu hominum contractum: vnde consensu contrario potest tolli eadem ratione, qua et sponsalia de futuro, quæ non sunt sacramentum; vnde non sequitur in sponsalibus aliquod vinculum diuinum, propterea quod consensu contrario dissoluuntur saltem auctoritate ecclesiæ: quæ tamen non posset hoc facere, si inde nasceretur diuinum vinculum, sicut est in matrimonio per verba de præsenti. Vnde obligatio, quæ est inter prælatum quemcumque et suam ecclesiam magis assimilatur sponsalibus, quam matrimonio quantum ad illud, quod dictum est: vnde potestas papalis prout est in sede Romana, habet fundamentum diuinum non humanum; et ideo nunquam destruitur: sed prout est in persona, quæ est in sede solum per consensum humanum, habet fundamentum duplex, scilicet ipsum hominem et illum consensum, quæ sunt destructibilia: vnde, quolibet illorum destructo, destruitur potestas non in se, sed in illa persona, in qua erat per accidens, per hoc scilicet, quod erat in sede. Hactenus Petrus Paludanus: fusius vero Ioannes Andreas iurisconsultus Bononiensis hanc controuersiam in vtramque partem discussit: adductisque Columnensium argumentis, contrariam sententiam, quam ecclesia amplectitur, primum fulcit illustratque; ac demum priora decem, quæ in Bonifacium contorta fuere argumenta dissoluit, quæ ex ipso decerpimus a.

Ad obiectionem de matrimonio respōdetur.

Papatus non potest destrui quia est a Deo.

In tali persona potestl, quia per accidens est in ea.

Vt sequitur, inquit, *in glossa contrarium hic discussum iuuatur exemplis & opinione: item adiuuari potest quadruplici via. Prima sumitur ex parte Papæ renuntiantis. Secunda ex parte papatus, cui fit renuntiatio. Tertia ex parte ipsius renuntiationis. Quarta ex parte causæ finalis. Ad primam sic. Non minor libertas danda est Papæ in his, quæ pertinent ad salutem, & in his, per quæ vitare potest detrimentum salutis, quam cuicumque alij; immo plus in quantum a salute sua vt capitis dependet salus in omnibus membris, & in ecclesia vniuersali. Sed alijs pontificibus ecclesiæ conceditur propter suam et subditorum salutem, quod renuncient in sex casibus, quæ habentur sup. c. tit. in fi. cum pridem. In illis ergo casibus, quibus illi licite petunt cedendi licentiam, concluditur Papam licite cedere. Secunda sumitur ex parte papatus, qui non est nomen ordinis, sed dignitatis et officij; vnde ante sacerdotium et consecrationem esset aliquis verus Papa, sicut verus archidiaconus vel decanus non habens ordinem huic dignitati annexum. Cum ergo potestas papalis non ordinem sed iurisdictionem addat super episcopalem; et mobilis sit, quia nihil est, quod imprimatur in anima talem potestatem habentis, et iurisdictio sit res, quæ augeri et minui potest, ergo deleri vel tolli; concluditur* Papam, *quantum ex se est, renunciare posse. Sed quia se obligauit ecclesiæ, quam Cardinales repræsentant, visum est aliquibus Cardinalium con-*

a Io. Andr. comm. in 6. decr. de renunc. c. 1.

Argumẽta, quæ probant Papam posse cedere. Primum.

Secundũ.

sen-

rior, scilicet Papa est Dei vicarius: & tamen voluerit ipsum papatum, qua est summa dignitas, qua proprie Christi est, neadum per inferiorem Deo, sed etiam per inferiorem seipsa dignitate tolli posse: & sic solus Deus videtur tollere posse papatum, & nullus alter, sicut multipliciter videtur colligi ex textu prædictæ decretalis.

4 Item ex eo, quod summa virtus creata per nullam virtutem creatam videtur posse tolli. Sed papatus est summa potestas in creatura. Ergo per nullam virtutem creatam tolli posse videtur.

5 Iterum ex eo, quod nec Papa, nec tota creaturarum vniuersitas potest facere, quod aliquis Pontifex non sit Pontifex. Ergo multo magis non videtur posse facere, quod summus Pontifex non sit summus Pontifex. Nam minus est tollere simpliciter Pontificem, quam summum Pontificem. Ergo cum simpliciter Pontificem nullus possit tollere nisi Deus, nec summum Pontificem videtur aliquis posse tollere nisi Deus: quod fieret, si renuntiare posset ita, quod valeret.

6 Item ex eo, quod Papa non est Papa nisi per legem diuinam, & non per legem alicuius creaturæ, nec omnium creaturarum simul. Ergo nullo modo videtur, quod Papa possit eximi, quin sit Papa: nec enim Papa ex quo consensit & subiecit se legi sponsæ, potest esse non Papa per aliquam creaturam neque per omnes simul, vt videtur.

7 Item eo, quod nullus potest tollere votum alicuius seu ab ipso absoluere nisi ille, qui est supra votum. Sed papatus est quoddam votum maximum super omnia vota: nam vouet Papa de facto ipsi Deo, quod curam habebit vniuersaliter gregis sui totius, scilicet vniuersalis ecclesiæ; & quod de ipsis reddet rationem. Ergo ab isto voto solus eum Deus absoluere posse videtur. Ergo de Papa nullus videtur posse fieri non Papa, nisi omnino a solo Deo aliqua ratione: nullus enim alicui obligatus potest ab obligatione seipsum absoluere, qua tenetur obnoxius, maxime superiori obligatus. Sed Papa nullum habet superiorem nisi Deum, & per papatum se Deo obligauit. Ergo a nullo posse videtur absolui nisi a Deo.

8 Item ex eo, quod nullus videtur seipsum absoluere posse. Sed si valeret renuntiatio, videtur quod seipsum posset absoluere.

9 Item ex eo, quod papalis obligatio non videtur posse tolli nisi per maiorem potestatem, quam papalis sit. Sed nulla potentia creata est maior quam papalis. Ergo fieri non potest per Papam nec per aliquid aliud nisi per Deum, vt qui semel est Papa, non sit semper Papa, dum viuit, vt videtur. Item ex eo, quod nulla dignitas ecclesiastica post legitimam confirmationem potest tolli nisi per eius superiorem. Sed Papa solus Deus est maior. Ergo a solo Deo tolli posse videtur.

10 Item ex eo, quod Apostolus vult & probat sacerdotium Christi esse æternum: & ad viuere in æternum in sacerdote sequitur ipsum esse sacerdotem in æternum. Ergo nullo modo potest esse vita summi Pontificis & summi sacerdotis sine summo sacerdotio. Ergo renuntiare non potest, vt videtur. Et nimis extraneum & a ratione remotum apparet, quod summus Pontifex, qui est verus successor & vicarius Iesu Christi, qui est sacerdos in æternum possit absolui ab alio quam ab ipso Deo: & quod quandiu vixerit non maneat summus Pontifex: & quod aliquo modo possit esse vita summi sacerdotis sine summo sacerdotio, vt videtur.

11 Item ex eo, quod si diceretur, quod vita summi sacerdotis esset sine summo sacerdotio, argumentum Apostoli, vbi dicit: secundum legem Mosaicam plures facti sunt sacerdotes; penitus nullum videretur esse, sed falsitatem contineret: nam posset argui contra ipsum, quia Christus sempiternum habet sacerdotium. Respondet Apostolus: Eo quod manet in æternum; dico tibi, beate Apostole, non est verum, quia potest in vita sua renuntiare, & non erit sacerdos amplius. Ex hac positione quod Papa renuntiare posset, totius scripturæ sacræ & verbi Apostoli falsitas sequi videretur: & ex multis alijs rationabilibus & euidentibus causis hoc ipsum videtur verisimile & iustissime in dubitationem deduci.

Item ex eo, quod in renuntiatione ipsius multæ fraudes & doli, conditiones & intendimenta & machinamenta, & tales & talia interuenisse multipliciter asseruntur, quod esto, quod posset fieri renuntiatio, de quo merito dubitatur, ipsam vitiarent & redderent illegitimam, inefficacem, & nullam. 12

Item ex eo, quod esto, quod renuntiatio tenuisset (quod nullo modo asseritur, neque creditur) plura postea interuenerunt quæ electionem postmodum subsecutam nullam & inefficacem reddiderunt omnino: ex quo vos, qui principaliter tangimini, merito dubitatis & in quæstionem deducitis dicendo, vos velle scire, vtrum sitis Papa, prout in mandato per vos facto, si mandatum dici debet, per magistrum Ioannem de Penestre clericum cameræ continebatur expresse, demodo nos, qui ex vera fide asserimus & illuminata conscientia firmiter credimus, vos non Papam, tuta conscientia silere non possumus, quin in tanto negotio, quod sic vniuersalem medullitus tangit ecclesiam, veritas declaretur. Propter quod petimus instanter & humiliter generale concilium congregari, vt in eodem de his omnibus veritas declaretur, omnisque error abscedat. Etsi quidem vniuersale concilium, auditis & pensatis supradictis & alijs negotium contingentibus, declarauerit renuntiationem legitime & canonice processisse, & electionem legitime & canonice postea subsecutam; eidem declarationi, cui stare & parere nos offerimus, a nobis & ab alijs humiliter deferatur & pareatur omnino. Si vero vel renuntiationem non legitime nec canonice processisse, vel electionem minus legitime & canonice subsecutam, dicti concilij declaratione aut deliberatione claruerit, cedat error, & de vero sponso prouideatur legitime & canonice vniuersali ecclesiæ sponsæ Christi, &c. Sub anno Domini MCCXCVII. indictione x. die veneris x. mensis maij. 13

Hæc Columnensium argumenta, pluries varijs ambagibus verborum repetita, Petrus Paludanus in egregio de ecclesiastica potestate a commentario redegit ad duo præcipua capita, quod potestas papalis sit a Deo, & quod papatus sit vinculum diuinum connectens Papam cum ecclesia sponsa, quæ postea erudite soluit: *Si potestas*, inquit, *papalis est a Deo, sicut potestas characteris sacerdotalis & episcopalis, sicut sacerdos & episcopus nulla renunciatione possunt perdere claues ordinis, quin semper remaneant ille verus sacerdos, ille verus episcopus, quantumcumque perdant curam & regimen suarum ecclesiarum; ita Papa nulla renunciatione perdere poterit ius papatus, nec potestatem, papalem quam habet a Deo, nec claues ecclesiæ commissas Petro per consequens, quin semper remaneat verus Papa: nec poterit esse alius verus Papa eo viuente, ne sint duo capita in eodem corpore. Minor patet quia matrimonium, in quo est vinculum diuinum, etiam non consummatum, nulla renuntiatione potest tolli. Ergo nec vinculum inter Papam & ec-*

Ea argumenta Petrus Palud. ad duo redegit.

a Petr. de Palude M.S. bibl. Vat. sign. n. 4109. pag. 231.

Quænam illa sint.

Eris autem mihi in illa die terribili propitius, hoc conanti & diligenter seruare curanti. Adiutorium quoque vt præbeas obsecro in hac corruptibili vita constituto, vt irreprehensibilis appaream ante conspectum iudicis omnium, domini nostri Iesu Christi, dum terribiliter de commissis aduenerit iudicare; & facias me dextræ Partis participem, & inter fideles discipulos ac successores tuos esse consortem. Hanc autem professionem meam per notarium & scriniarium sacrosanctæ Romanæ *ecclesiæ, iubente me scriptam, propria manu subscripsi, & tibi, beate Apostolorum omnium princeps, pura mente & deuota conscientia super sanctum corpus & altare tuum sinceriter offero. Actum Romæ anno, mense, indictione, vt supra.* Nuncupato eo iureiurando, Bonifacius sacratus est Pontifex, describitque memoratus Iacobus Cardinalis Delenda sunt tria priora verba. n. 2. vers. 1.

Imploratur S. Petri opem.

Anno 1295. *num.* 28. *vers.* 5. *post vocem,* obnoxiæ forent, *adde:*

Bonifacius, &c. ad æternam rei memoriam.

Obligationes turpes, & contra præcepta iudicis initas, etsi sanctio legum improbet, earumque vigorem equitas rationis annullet; pastorale tamen munus fore dignoscitur ad tollendam ambiguitatis cuiusque materiam interdum simplice reuerentia improbatis contractibus se obligatos putantium, vt ipsarum nexum, quatenus saltem de facto prouenit, superioris sedis auctoritas auferat, & substantiam nullam fore notabili expressione decernat. Sane post occupationem insulæ Maioricarum factam per quondam Alfonsum natum quondam Petri olim Regis Aragonum certæ conuentiones, homagiorum præstationes, & iuramenta interuenisse noscuntur inter Iacobum natum quondam Petri olim Regis Aragonum antecessores suos, barones milites, atque ciues Cataloniæ, & Maioricarum, quod regnum Maioricarum cum alijs sibi adiacentibus insulis sic comitatui Barcinoniæ perpetuo vniretur, vt sub eodem dominio ac vnione inseparabiliter remaneret.

Iniqua sacramenta rescindenda a Sede Ap.

Vt Balearicum regnũ Aragonio cõiunctum fuerit.

Nos igitur, qui veri Pastoris vices portamus in terris, ad cuius curam specialiter pertinet colligationes iniquitatis dissoluere, ac quarumlibet illicitarum conuentionum turpitudinem abolere, aduertentes prædictas conuentiones, homagiorum præstationes, & iuramenta de retentione rei alienæ contra iustum & debitum, illicite, ac perperam processisse; ac decernentes propterea ipsa fore irrita, & nullius existere firmitatis, præfatos Iacobum, barones, milites, atque ciues Cataloniæ, ac quoscunque alios forsitan obligatos ad hoc a præfatis conuentionibus, homagiorum præstationibus, & iuramentis dimittimus liberos, & decernimus penitus absolutos; nec pro eo, quod prædicta non seruauerint iidem Iacobus, barones, milites, atque ciues Cataloniæ, seu quicunque alij obligati pro hoc de reatu periurij, aut ratione pœnarum, vel conuentionum quarumlibet adiectarum pro firmitate seu obseruantia vnionis eiusdem possint in iudicio vel extra iudicium impeti, seu aliquatenus molestari: quinimmo memoratis Iacobo, baronibus, militibus, atque ciuibus Cataloniæ, & quibuscumque alijs obligatis ad hoc expresse præcipimus & districtius inhibemus, ne de prædictis aliquod compleant vel obseruent. Incongruum quidem, ac exempli perniciosi res foret, si principali obligatione reprobata de iure, accessoria vel sequela firmitate subsisteret, vel effectum obligationis aliquem per quemcumq; circuitum offensa legis sententia parturiret. Nulli ergo, &c. nostræ constitutionis dimissionis, præcepti, & inhibitionis, &c. Si quis autem &c. *Datum Anagniæ* VIII. *kal. iulij, anno primo.* Hactenus Bonifacius.

Pactiones de ea re initæ cõuelluntur.

Iacobus & Catalani conuẽta illa seruare vetiti.

Anno 1297. *n.* 34. *vers.* 11. *post vocem,* Cælestinum, *adde:* Deuenit is libellus a in manus nostras ex Auenionensi tabulario in Vaticanum delatus, quo Columnenses publice sunt professi, grauissimam obortam controuersiam, an Cælestinus pontificatu se abdicare potuerit eique Bonifacius subrogari; ac plura congesserunt argumenta quibus contendere, cessionem Cœlestini irritam fuisse. Ad soluendam autem litem, in qua de ambiguo pontificatu agebatur, ad concilium œcumenicum prouocarunt.

a M.S. autographo Auenione in Vrbem delato. Columnẽses aduersus Bonifacium schisma moliuntur.

Vniuersis præsens instrumentum publicum inspecturis, cuiuscumque præcellentiæ, dignitatis, status, vel conditionis existant, ecclesiasticæ vel mundanæ, miseratione diuina Iacobus S. Mariæ in vialata, & Petrus S. Eustachij diaconi Cardinales salutem, &c. Respondemus ad vltimum verbum inter alia in mandato nobis facto propositum, si tamen mandatum dici debeat quod volebatis scire, vtrum essetis Papa; quod vos non credimus legitimum Papam esse, sacroque cœtui dominorum Cardinalium denuntiamus, suamque prouisionem & remedium super hoc exposcimus, cum hoc expediat vniuersali ecclesiæ & fidei fundamento, vt loco domini nostri Iesu Christi & in eius vices non nisi verus & legitimus vere & legitime pastor præsit, curamque gregis sibi commissi legitime gerat: ne, si (quod absit) non verus pastor insurgeret, seu etiam remaneret, non leuem iacturam sed fundamenti talis subuersionem reciperet sancta catholica & vniuersalis ecclesia, ecclesiasticis sacramentis indigne (proh dolor!) prophanatis, dum per eum indigne, indebite, & illegitime ministrarentur, qui potestatem & auctoritatem ministrandi legitimam non haberet: non enim sacramenta dare possunt, qui ea dandi potestatem non habent; nec ministros creare, qui non sunt. Frequenter namq; audiuimus a plurimis non leuis auctoritatis viris ecclesiastici & secularis status & dignitatis dubitari verisimiliter, an renuntiatio facta per sanctæ memoriæ dominum Cœlestinum Papam V. tenuerit, & legitime & canonice facta fuerit: cum verisimiliter contrarium videtur ex eo, quod papatus a solo Deo est: et quæ a Deo vel ab alio superiori cõmittuntur, a nullo possunt inferiori remoueri. Et sic papalis potestas, quæ a solo Deo committitur, a nullo inferiori remoueri posse videtur. Item ex eo, quia nullus potest auctoritatem & potestatem aliquam spiritualem auferre, quam conferre non potest. Sed auctoritatem papalem nullus conferre potest nisi Deus. Ergo neque eam auferre. Sed si teneret renuntiatio, auferretur papalis potestas. Ergo renunciatio non videtur fieri posse.

Eorum literæ.

Contendunt Cælestinum abdicare se pontificatu nõ potuisse.

1. Argumentum.

2

3 *Item etiam decretalis, Inter corporalia, expresse innuit, quod depositio episcoporum, translatio eorum, & absolutio per cessionem soli Papæ est reseruata, nec etiam ipsi conceditur, nisi in quantum Papa quodammodo Deus est, id est Dei vicarius, vt patet ex textu. Ergo remotio Papæ, quia papatus omnes dignitates excellit, per superiorem Papa voluit ipse Deus tantummodo fieri, id est per semetipsum: nulla enim ratio capit, quod Deus voluerit inferiores dignitates per ipsum Deum tantum aut per harum superiorem dignitatum tolli posse, nec per ipsum superiorem nisi in quantum ipse superior,* 4

gnum tuum verebantur intrare, excusabiliter prætendentes, tu per dilectum filium magistrum Guillelmum Agarui canonicum Frigilensem, procuratorem tuum in Romana curia ad hoc per te specialiter constitutum, eisdem Cardinalibus sacramentum in anima tua præstari fecisti, quod si contingeret, nos in regno præfato rebus humanis eximi, tu ipsos ad morandum in regno prædicto nec compelleres, nec compelli per alium procurares; quinimmo expeditus & liber reditus & exitus ex eodem esset illis iuxta eorum arbitrium voluntatis. Cum autem constitutionem felicis recordationis Gregorij Papæ X. factam in concilio Lugdunensi super arctatione Cardinalium post obitum summi Pontificis velimus sicut constitutio fuit edita, firmum habere vigorem, suspensione ipsius facta per piæ memoriæ Adrianum V. & Ioannem XXI. prædecessores nostros omnino sublata; & si casus mortis dicti Pontificis in eodem regno contingeret, ad te secundum formam constitutionis eiusdem ipsa coarctatio pertineret, te in casu præmisso a vinculo dicti sacramenti per eundem procuratorem in anima tua præfati absoluentes, ad obseruantiam constitutionis ipsius iuxta modum & formam in ipsa distinctos nolumus te teneri. *Dat. apud S. Germanum xvi. kal. nouembris pontificatus nostri anno* 1. Paucis denique diebus antequam pontificiæ dignitatis apices exueret, Gregorij constitutionem firmam perpetuo esse iussit a, adiecta ea lege, siue Pontificis obitu, siue voluntaria abdicatione, siue quauis alia ratione sacrosanctum solium vacuum esse contingeret.

Conuulsū illud est a Cælestino

a *Ext post Martini PP breuia pag. 172. & in M.S arch. Vat. sign. n. 539 ep. 14.*

Cælestinus, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Constitutionem felicis recordationis Gregorij Papæ X. prædecessoris nostri factam in generali cōcilio Lugdunensi, quæ post obitum summi Pontificis ad cogendos Cardinales S. R. E. pro electione pastoris certum modum & formam seriosæ arctationis indixit, per felicis recordationis Adrianum V. prædecessorem nostrū suspensam, & eiusdē recordationis Ioannem XXI. prædecessorem nostrum similiter (vt audiuimus) reuocatam, integraliter & in omnibus suis partibus eiusque substantiam & effectum, sicut ab ipso constituente fuit edita, firmum perpetuumque decernimus habere vigorem, seu summus Pontifex rebus subtrahatur humanis, siue renuntiet, vel quocumque modo sedes Apostolica vacet. Nulli ergo &c. *Dat. Neapoli* IV. *id decembris pontificatus nostri anno* 1.

Tertia Cælestini cōstitutio pro redintegrando Gregorij X. decreto

Anno 1295. *post num.* 1. *adde:* Antequam sacraretur Bonifacius, ad aram B. Petri accedens, sacramento se obstrinxit B. Petro, se nunquam ab ecclesia defecturū: fidem de Deo vno & trino, deque incarnato Verbo, & quæ in concilijs œcumenicis definita erant, spreto necis discrimine, constantissime defensurum: canonicas sanctiones, ac patrum traditiones & Pontificum decreta seruaturum; tum ad restituendam ecclesiasticam disciplinam Cardinalium consilio vsurum: opemque diuinam ad hæc implenda precatus, iurandi formulam b subiectis conceptam verbis sacris B. Petri reliquijs imposuit.

Sacramētum a Bonifacio nūcupatum B. Petro.

b *Ext. in M.S. arch. Vat. Nicolai Card de Aragō. sign. lit. C. n. 196 varia de reb sedis Apo. pag. 138.* Illius formula.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Amen. Anno dominicæ incarnationis MCCXCV. *indictione* VII. *ego Benedictus Caietanus sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconus Cardinalis & electus vt fiam, per Dei gratiam, huius sacræ Apostolicæ sedis minister humilis, profiteor tibi, B. Petre Apostolorum princeps (cuius claues regni cœlestis ad ligandum atque soluendum in cælo & in terra creator atque redemptor omnium Iesus Christus tradidit, inquiens: Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis) sanctæque ecclesiæ tuæ, quam hodie tuo præsidio regendam suscipio, quod quamdiu in hac misera vita constitutus fuero, ipsam non deseram, non derelinquam, non abnegabo, nec abdicabo aliquatenus, neque ex quacumque causa & cuiuscumque metus vel periculi occasione dimittam, vel me segregabo ab ipsa: sed veræ fidei rectitudinem, quam Christo auctore tradente per te & beatissimum coapostolum tuum Paulum, perque discipulos & successores tuos vsque ad exiguitatem meam prolatum in tua sancta ecclesia reperi, totis conatibus meis vsque ad animam & sanguinem custodire tam de sanctæ & indiuiduæ Trinitatis mysterio, quæ vnus est Deus, quamque de dispensatione, quæ secundum carnem facta est vnigeniti Filij domini nostri Iesu Christi, & de cæteris ecclesiæ Dei dogmatibus, sicut in vniuersalibus concilijs & constitutionibus apostolicorum Pontificum, probatissimorumque ecclesiæ doctorum scriptis sunt commendata; id est quæcumque ad rectitudinem veræ nostræque orthodoxæ fidei a te traditionem accipiunt conseruare: sancta quoque vniuersalia octo concilia, id est Nicanum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum, Chalcedonense, Quintum quoque, Sextum, item quoque Constantinopolitanum, & Septimum, item Nicanum Octauum quoque, item Constantinopolitanum vsque ad vnum apicem inuiolata seruare, pari honore & veneratione habere digna, & quæ prædicauerunt & statuerunt omnimode sequi & prædicare; quæque condemnauerunt condemnare ore & corde diligentius & viuacius quamdiu vixero. Omnia decreta canonica prædecessorum apostolicorum meorum Pontificum quæcumque vel synodaliter statuerunt & approbata sunt confirmare & indiminuta seruare, & sicut ab eis statuta sunt in sui vigoris stabilitate custodire: quemque vel quosque condemnauerunt vel abdicauerunt, simili sententia condemnare vel abdicare: disciplinam & ritum ecclesiæ, sicut inueni & a sanctis prædecessoribus meis canonice traditum reperi, quamdiu vita mihi comes fuerit, illibata custodire: & indiminutas res ecclesiæ conseruare, nec alienare, seu in feudum aut censum vel emphyteosim dare quomodolibet ex quacumque causa, & vt indiminute custodiantur operam dare: nihil de traditione quam a probatissimis prædecessoribus meis traditam & seruatam reperi, diminuere vel mutare, aut aliquam nouitatem admittere: sed vt eorum vere discipulus & sequipeda totis mentis meæ conatibus, quæ tradita canonice comperio, seruare & venerari: si qua vero emerserint contra canonicam disciplinam fratrum meorum sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium omnium, quorum consilio & consensu, directione & rememoratione ministerium meum geram et peragam, emendare, aut patienter (excepta fidei aut Christianæ religionis graui offensione) tua & beatissimi coapostoli tui procurante intercessione, tolerare: sacros quoque canones & canonica statuta Pontificum vt diuina & cælestia mandata (Deo auxiliante) custodire, vtpote Deo & tibi sciens me redditurum de omnibus, quæ profiteor, & quamdiu vixero, egero vel omisero, districtam in diuino iudicio rationem, cui sanctissima sedi diuina dignatione (te patrocinante) præsideo, & vicem intercessionibus tuis adimpleo.*

Obstringit se ecclesiæ.

Ad tuendam fidē de Deo vno & trino deque Christo redemptore.

Ad sustinēda octo œcumenica concilia.

Ad seruādas sanctiones canonicas

Et traditiones.

Disciplinā ecclesiasticam restituendā.

factis per te, etiam si fuerint iuramentorum & pœnarum adiectione, vel quouis alio vinculo roboratæ, quas viribus vacuas & inanes esse censentes, & carere decernentes omni robore firmitatis, ad ipsorum obseruationem quomodo cunque seu quantumcumque te astrinxeris, pro obseruandis eisdem te decernimus non teneri. In tanta quidem implicatione scelerum, & obstinatione peccatorum verisimiliter credimus, quod in furore suo contra te Dominus est iratus vt feriat, & brachium suum sicut ab initio eriget vt allidat. *Dat. Sulmonæ VII. idus octobris pontificatus nostri anno I.* Tenebatur tum in Iacobi carcere B. Ludouicus Caroli Regis Siciliæ filius, sueque radios sanctitatis fundebat: quorum nitorem cum suspexisset S. Cœlestinus, illum a Francisco Minorita clericali tonsura distingui iussit, eidemque Lugdunensem archiepiscopatum contulit a.

Cælestin' adscribi iubet clero S. Ludouicum Regis Siciliæ filiū.

a Eod. M.S archiu. Vat. sign. n. 539 ep. 12.

Dilecto filio Ludouico nato charissimi in Christo filij nostri Caroli Siciliæ Regis illustris.

Cum desideres in clericali habitu Domino famulari, nuper ad tuæ supplicationis instantiam dilecto filio fratri Francisco de Apta ordinis fratrum Minorum, quod tibi, qui apud hostes ecclesiæ detineris vt obses, primam tonsuram & omnes minores ordines conferre valeat, per alias literas nostras concessimus facultatem. Eapropter licet ob locorum distantiam, qua separaris a nobis, breuitatem temporis, quo prædicta concessimus, adhuc nequieris ordines prædictos assumere; tamen quia in esse videntur quodammodo quæ fieri sperantur in breui, tuum honestum & salubre propositum gratiosius prosequentes, procurationem Lugdunensis ecclesiæ vacantis tunc per promotionem venerabilis fratris nostri Remundi episcopi Albanensis, nuper ad apicem Cardinalatus assumpti, olim ipsius ecclesiæ archiepiscopi (quamquam tonsuram & ordines ipsos nondum receperis) ac administrationem ipsius in spiritualibus, & in temporalibus tibi fiducialiter duximus committendā, & recipere & habere valeas iuxta formam aliarum literarum nostrarum tibi proinde concessarum, auctoritate præsentium de certa scientia & speciali gratia indulgemus. *Dat. Sulmonæ VII. idus octobris, pontificatus nostri anno I.*

A pio Minorita cōferri illi iubet ordines minores.

Eidem Lugdunēsem archiepiscopatū concedit.

Mouebant plures grauissimæ causæ Cælestinum ad S. Ludouicum Lugdunensis ecclesiæ gubernaculis admouendum, non modo ex illius virtutibus, verum ex ipsius ecclesiæ angustijs petitæ, cum a vicinis magnatibus opprimeretur inique & tanti principis clientela in pristinum splendorem asserenda putaretur: *Attendentes*, inquit b, *claritatem excellentis generis, eminentiam luminosæ scientiæ, venustatem morum, & multiplicia dona virtutum, quibus clarere dignosceris; depressum quoque ac laceratum statum maioris ecclesiæ Lugdunensis, quæ per vicinorum potentum iniurias & pressuras grauem diminutionem suorum iurium & facultatum amaris fletibus ingemiscit; quodque per tui tuorumque fauoris auxilium ecclesia ipsa (concedente Domino) reparabit prætacta diminutionis incommoda, & votiua recipiet restitutionis augmenta, &c. Datum in monasterio S. Spiritus prope Sulmonam non. octobris, pontific. nostri anno I.* Rescidit hæc postea Bonifacius VIII. ademptamque Lugdunensis archiepiscopatus dignitatem æquo animo tulit S. Ludouicus: & quamquam in Siculi & Ierosolymitani regnorum spes

b ib. ep. 13. Quæ causa ad id Cælestinum permouerit.

educabatur, subdiaconum & sacellanum Bonifacij VIII. singulari demissione egit a. Plura de S. Cælestini gestis adderemus si integrum illius regestum extaret.

a Eod. M.S ep. 107.

Anno 1294. num. 17. §. Hæc. vers. 4. post voces, compertum est, *adde*: sanctusque Pontifex, cum diuini Numinis timorem altissimo defixum pectore gereret, quamuis (vt erat moribus suauissimis præditus) in rebus honestis Cardinalium votis annuere paratus esset, in hoc tamen excelsum se animo & constantem præbuit, vitio Cardinalium sua potius quam Christum sectantium lenocinari dedignatus; tribusque edictis Gregorij X. decretum constabilire enisus est. Primum horum hoc fuit b.

Cælestinus episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

b M.S. archiui Vat. sign. n. 539 ep. 6.

Quia in futurorum euentibus sic humani fallitur incertitudo iudicij, vt quod coniectura probabilis, immo interdum attenta consideratio vtile pollicetur, non solum inutile sed damnosum repetiri contingat; nonnunquam quod consulte statuitur, ex sanioris inspectione iudicij consultius * inueniatur. Probat hoc inferius describendæ suspensionis euentus, in quo etsi suspendentium honestum fuerit, vt credimus, salubreque propositum; per eius tamen licentiam mundo prouenerunt incommoda, & velut antiquorum vulnerum adducere patiuntur iterum cicatrices. Piæ quidem memoriæ Gregorius X. prædecessor noster in Lugdunensi generali concilio constitutionem, quæ post obitum summi Pontificis ad cogendos Cardinales sanctæ Romanæ ecclesiæ pro celeri electione pastoris terminum, modum, & formam seriosæ arctationis indixit: sed felicis recordationis Adrianus V. & Ioannes XXI. prædecessores nostri successiue constitutionem ipsam certis considerationibus, prout tunc suasit eisdem consulta cautela consilij, suspenderunt. Nos autem consultius attendentes pericula grauia, quæ per vacationem diutinam eiusdem ecclesiæ vniuersali statui dispendiose proueniunt, prout experimento tempora præteritæ proxime vacationis ostendunt; præcipue cum instent vndique dies mali, in quibus terra sancta deplorat desolationis extremæ dispendia, & inter principes orbis terræ aliosque fideles scandala pullulant, fremunt angustiæ, bella crescunt; futuris cupientes obuiare periculis, suspensionē constitutionis prædictæ factam per prædecessores eosdem tollentes, vacuantes, & annullantes omnino, de certa nostra scientia & plenitudine potestatis constitutionem ipsam eiusque substantiam & effectum integraliter & in omnibus suis partibus, sicut ab ipso constituente fuit edita, firmum illibatumque decernimus habere vigorem. Nulli ergo omnino hominum, &c. *Dat. Aquilæ IV. kal. octobris pontificatus nostri anno I.* Interiectis aliquot diebus, cum aduertisset vim huius edicti a Cardinalibus eludi posse, cum illi antequam Perusio Aquilam venirent, Carolum Siciliæ Regem sacramento obstrinxissent, ipsum Cardinales nō detenturum, si Pontificem in Neapolitano regno mori cōtingeret; vim illius sacramenti conuulsit, & a Carolo Cardinales eo casu in conclaue adigendos sanxit c.

Cælestini cōstantia in Cardinaliū iniquis volūtatibus frangendis.

* infringatur

Gregorij X. leges de conclaui ab eo instauratę

Adriani V. & Ioānis XXI. contraria decreta rescissa.

Contrarium his expresserant Cardinales a Rege Siciliæ sacramentum.

Cælestinus, &c. charissimo in Christo filio nostro Carolo Regi Siciliæ illustri.

c Eod. M.S ep. 14.

Pridem, dum nobiscum Aquilæ morareris, & plures Cardinales sanctæ Romanæ ecclesiæ morantes Perusij ad præsentiam nostram venire differrent, certas rationes & causas, quare regnum

dam Petri olim Aragonum Regis spiritum assumere consilij sanioris.

Datæ ad ipsum ea de re literæ.

Insinuauit nobis nouiter charissimus in Christo filius noster Carolus Siciliæ Rex illustris, quod (faciente pacis Auctore) inter ipsum & te tractatus pacis sit habitus, cuius series per Regem ipsum nostris est sensibus præsentata. Et quidem cum redemptor mundi dominus Iesus Christus, in cuius lumine lumen inspicitur pro censu hereditario pacem dederit diligentibus nomen eius, nos ipsius vices gerentes ipsam feruenter amamus, ac in populis vigere cupimus, præcipue inter fideles principes orbis terræ. Quo circa nobilitatem tuam requirimus, monemus, & hortamur attente, consultius suadentes, quatenus dirigens in conspectu Domini gressus tuos, ad consummationem votiuam & prosperam tractatus eiusdem solerter insistas, & studium efficacis operationis apponas, personaliter propter hoc apud * Isolam te conferens; vbi existentibus nobis Neapoli, complenda in tractatu prædicto breui manu habilius & aptius, ac sine morosis & periculosis anfractibus mutuo poterunt consummari. Nos enim, qui tractatum ipsum acceptabilem habemus & gratum, circa totalem perfectionem ipsius, quatenus tangit nos & Romanam ecclesiam, tãto libentius & operosius intendemus, quanto dictum regnum Siciliæ, in quo (annuente diuina gratia) fructus pacis seminare disponimus, specialiori charitate prosequimur, contemplatione terræ sanctæ præcipue, cui per regnum ipsum magna opportuna suffragia poterunt prouenire. Et ecce quod venerabilem fratrem nostrum episcopum Valentinum natione & familiaritate tibi gratum, & dilectum filium religiosum virum fratrem Bonifacium de Calamandrano generalem præceptorem hospitalis S. Ioannis Ierosolymitani in partibus cismarinis mediatorem tractatus eiusdem ad te prouidimus propterea destinandos: quos tua nobilitas mittentis intuitu humane recipiat, patienter audiat, & quæ ipsi retulerint ad actus laudabiles effectu prosequente perducat. *Datum Sulmonæ* VIII. *idus octobris pontificatus nostri anno* I.

Solicitat' vt in Siciliam se conferat.

*Isclam pro nouẽdæ pacis studio. Neapolim Cælestin' se contulit.

Hæc sincere agebantur a Cælestino, quæ postquam e pontificatu abijt, varijs intricata anfractibus & confusa fuerunt. Contraxerat porro Iacobus vetitas canonicis legibus nuptias cum filia Sancij Regis Castellæ, ad quas dissoluendas Cœlestinus, Regum fastui parcere nescius, illum intentato diuini Numinis terrore vrsit a.

Christiana res ingens damnum, abeũte e pontificatu Cælestino passa.

a Eod. M.S pag. 3.

Cœlestinus episcopus seruus seruorum Dei. Iacobo nato quondam Petri olim Aragonum Regis ecclesiasticam reuerentiam, & spiritum veritatis.

b Eccles. 21

Iacobus Aragoni' de contractis vetitis nuptijs increpit'.

*. sed

Peccasti b? *non adijcias iterum: sed de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur.* Instruit huius scripturæ sacræ mysterium commissis delicta non adijci, & fugientes a facie vitæ per cumulationem scelerum in mortis retia non conuolui. Et quia nec est hoc salutis remedium peccanti naufragia suadere, * pœnitendi consilium; quo plus enim quis vergit in culpam, eo fortius ligatur in pœnam; & dum peccatum non deletur per lamenta pœnitentiæ, ad aliud sua mox attrahit grauitate. Nunquid hæc venerunt ad tuæ considerationis aciem, internæ discussionis examen, mentis atria reuoluerunt? vtique non, cum de commissis nec petieris veniam; sed per tuæ præuaricationis lapsum continue geminaueris offensam. Dolendum pariter & lugendum, quod conuersus in arcum prauum sic odis increpationes, & monitiones ecclesiæ contemnis, nec aduertens flagitia tui parentis & propria contra Deum, Romanam ecclesiam, & charissimum in Christo filium nostrum Carolum Siciliæ Regem illustrem eiusdem ecclesiæ filium specialem iniuriose commissa, factus es gentibus scandalum, terræ sanctæ consumptiuum exordium, & toti Christianæ fidei perniciosum exemplum. Filiam namque charissimi in Christo filij nostri Sancij Castellæ & Legionis Regis illustris proximo tibi consanguinitatis gradu coniunctam sub specie coniungalis copulæ & maritalis affectus tibi cohabitatione nefanda, & incestuoso consortio coniunxisti. Ecce qualiter præterita peccata redimis.

Proposita ob oculos præterita flagitia.

Ea illicito matrimonio cumulata.

Ecce qualiter amaris illa fletibus ingemuisti, dum per tuos actus illicitos, & processus exemplo periculoso damnosos honestum pudoris, præcipue a personis illustribus debitum, impudenter infringitur, & immaculata lex Domini damnabilibus actionibus attentatur. Quid dicetur in populis? Quod inter sic coniunctos sanguine nuptiæ contrahuntur incestæ. Qualiter hoc maleficium excusationem recipit, quoniam per tantos viros, generis nobilitate conspicuos, exempla reproba deriuentur in posteros & modernos? Certe si te diuini amoris instinctus non duceret, aut saltem propter infamiam gentium aliquis morsus conscientiæ non arctaret, sensibus tuis de facili potest occurrere. Quod si prolem ex filia dicti Regis suscipias, tibi non erit ad paternam gloriam, proli prædictæ cedet ad infamiam sempiternam: natis enim ex complexu nefario de iuris censura prouida non defertur successionis paternæ compendium, dignitatis porta clauditur, & alimentorum exhibitio a parente legitimo debita denegatur. Sed obscurati sunt oculi tui ne videant, & induratum est cor vt non intelligat: apposita est enim iniquitas super iniquitatem, vt prospera te in via mala decipiant, & animum ad deuia per fomitem erroris adducant. An nescis, quod ex quo homo supra terram fuit positus, impiorum breuis est laus, & si eleuentur & exaltentur super cedros libani, eorum locus quæritur & non inuenitur; & si vsque in cęlum superbia illorum ascendat, quasi sterquilinium in fine perdetur ipsorum memoria, sicut hospitis vnius diei prętereuntis transibit in breui, & consumetur momento nequitia peccatorum?

In pręmissis etsi te possint instruere scripturę tonitrua, efficacius tamen docere valent nota proximitatis exempla: quantum enim Fridericus olim Imperator eiusque posteri in via iniquitatis excreuerint, quantumque contra ecclesiam calcaneum & ceruices altas erexerint, ex fama proxima te scire pręsumimus, & nullum fere angulum orbis latet: sed manus domini, in cuius manu anima omnis viuentis & spiritus vniuersę carnis hominis, eorum lumen extinxit in tenebris, ipsosque de medio sustulit, ac illorum memoriam breui tempore cum sonitu de terra deleuit. Nec ab exemplo reijcitur prędicti parentis tumultuosa nequitia, cui in sui principio scandali applauserunt prospera: & dum adhuc ordiretur, succisus subito preterijt velut vmbra.

Tristes Friderici Imp exitus in memoriã reuocati.

Te igitur ipsum argue, te consule, testimonium conscientię tuę reuolue, ad exonerationem cumulatorum criminum prędictam conuentionem illicitam celeriter solue, quatenus de facto dignoscitur processisse, non obstantibus colligationibus, conuentionibus quibuscumque super hoc

Monetur, vt pactiones cum Castellano initas rescindat.

tia omni humana sagacitate augustior, quippequi decernebat non aliter Iacobo Aragoniæ & Valentiæ regnorum ac Barcinonensis comitatus iura restitutum iri, quam si bellicos tandiu labores subiret, donec Siciliæ insula in Caroli II. potestatẽ redacta esset: ex qua re tristia bella, quæ ecclesiam diutissime concusserunt, in suo fomite præsocata fuissent. Cæterum Cælestinus diuini cultus amplificationis, instaurandæque in Syria religionis cupidus, cum frangendos vi ad officium Siculos præuideret, subsidiarias Angliæ & Galliarum decumas in bellicos sumptus Carolo II. attribuit hoc diplomate, quo conceptum animo ex terræ sanctæ seruitute dolorem candide expressit.

Indictæ a Cælestino subsidiariæ decumæ pro sustinẽdis belli Siculi sumptibus.

Cælestinus episcopus seruus seruorum Dei, vniuersis præsentes literas inspecturis salutem, &c.

a Eod. M.S. arch. Vat. sign. n. 539 ep. 6.

Inundant in cordis nostri alueo profluuia lachrymarum, protrahimus amara suspiria, & vehementibus singultibus conquassamur, dum terram illam cernimus, heu, iugo Agarenicæ seruitutis suppositam, & eorum blasphemijs profanatam: in qua illa Virgo virginum splendor sydereus de Dauidica stirpe progrediens, Christum dominum angelo nunciante concepit, & dominum incomprehensibilem peperit Redemptorem primogenitum mortuorum. Quis ergo redemptorum ipsius sanguine pretioso eiusdem terræ afflictioni non consolatorijs auxilijs & fœcundis subsidijs non assistit? Quisue Christianæ fidelitatis professor ipsius terræ conculcationi, vt consurgat in libertatis lætitiam, non aperit viscera pietatis? Confidimus quippe, quod gratitudinis spiritus, gradiens in azimis sinceritatis & veritatis, ad vindicandum crucis opprobrium & redemptionem Christianæ confusionis exurget. Vnde cum hæc mentem nostram iugis & singularis augeat solertia, vt grandi fortitudine virium & subuentionum amplitudine grandiori terræ celeriter succurratur eidem, inter loca ipsius apta succursui sedulis inuestigata vigilijs insulam Siciliæ inuenimus aptiorem, vtpote ipsi terræ vicinam, victualibus opulentam, & fœcundam cæteris vsibus bellicis opportunis.

Pium illi' ad restituendam Syriæ religionem studium.

Verum, proh dolor! detestabilis memoriæ Petri olim Regis Aragonum damnata præsumptio, eiusque præsumptuosi heredes, non sine horribilis proditionis nota dictam insulam occuparunt & detinent occupatam in offensam Dei, & ecclesiæ Romanæ contemptum, dictæ terræ periculum, ac charissimi in Christo filij nostri Caroli Siciliæ Regis illustris grandem iniuriam, intolerabilemque iacturam, prout extitit notorium auribus vniuersis: propter quod humilium & sublimium personarum bellica brachia ad ipsius terræ parata subsidium hebetantur, ipsius insulæ brachio potentiæ ac desiderabilis assistentiæ consilio destituta.

Nos itaque exquisitis iam datis consilijs, & consulta deliberatione comperto, quod absque ipsius insulæ continui fauoris subsidio desideratæ ipsius terræ saluti nequit plene ac salubriter prouideri, desideria nostra effundimus ad educendam ipsam insulam de ipsorum detestabilium manibus detentorum; ac propterea censentes consentaneum rationi, & suasu æquitatis adducti, vt pro ipsa insula, & terra sancta per consequens eripiendi de faucibus odientium Dominum, ac potestate & violentia detentorum Christi patrimonium ad ipsius insulæ subsidia requiramus, his consulte pensatis, decimam omnium ecclesiasticorum redituum & prouentuũ in toto regno Franciæ ac in locis alijs & prouincijs, in quibus concessa fuit per felicis recordationis Nicolaum Papam IV. prædecessorem nostrum charissimo in Christo filio nostro Philippo Regi Francorum illustri; nec non & in Aquensi, Arelatensi, Ebredunensi, Lugdunensi, Bisuntina, & Viennensi prouincijs per quadriennium; in regno vero Angliæ ac in alijs locis & prouincijs, in quibus per eundem prædecessorem nostrum fuit decima ipsa concessa charissimo in Christo filio nostro Odoardo Regi Anglorum illustri, per vnum annum dicto Regi Siciliæ in subsidium recuperationis præfatæ insulæ, ac pro defensione alterius partis eiusdem regni Siciliæ, peculiaris patrimonij Romanæ matris ecclesiæ, quæ continuis & violentis incursibus vexatur ab hostibus, de fratrum nostrorum consilio duximus auctoritate apostolica concedendam. Nulli ergo, &c. *Datum Aquilæ VI. nonas octobris pontificatus nostri anno I.*. Promouendo huic pio consilio intentus sanctus Pontifex Philippum Francorum Regem admonuit a, vt cum ex compositæ pacis formula Carolus illius frater Aragoniæ Valentiæque iuribus se abdicare deberet, ea quæ ad ipsum spectarent, operi mandanda curaret.

Debellata Sicilia, me dicatur fi. delium arma in Saracenos vertere.

a Eod. M.S ep. 10.

Monitus Gallus, vt concordiæ leges ad eum spectantes impleat.

Charissimo in Christo filio Philippo Francorum Regi.

Habet charissimi in Christo filij nostri Caroli Siciliæ Regis illustris insinuatio nouiter facta nobis, quod inter ipsum & Iacobum natum quondam Petri olim Regis Aragonum tractatus pacis est habitus, cuius series per Regem eundem nostris & fratrum nostrorum est sensibus præsentata: cumque, consideratis vndique mundi periculis, & confusione terræ sanctæ præcipue, cui ex defectu subsidij Christi fidelium non est spes in releuatione ruinæ, tractatus ipse nobis placidus & gratus occurrat, serenitatem regiam requirimus, monemus, & hortamur attente in filio Dei Patris, quatenus consideratione huiusmodi promptis nobiscum concurrens affectibus, quæ ad consummationem efficacem & perfectam præfati tractatus tam in renunciatione regni Aragoniæ & alterius terræ concessorum claræ memoriæ Philippo Regi Franciæ patri tuo per Romanam ecclesiam, quam in alijs capitulis, quæ circa tractatum ipsum per te facienda fore noscuntur, efficaciter compleas, & celeri executioni demandes, vt tanti boni orditum principium saltem in quantum tuam tangit personam, nulla dilatio morosa præpediat; sed tua sincera deuotione ad terminos Deo placidæ consummationis adducatur. Et ecce quod dilectum filium nostrum magistrum Rogerium archidiaconum, &c. capellanum nostrum, &c. ad te propterea prouidimus destinandum, quem sinceritas regia benigne recipiat, in præmissis patienter audiat, & relata per ipsum ad finem votiuum effectu prosequente perducat. *Dat. Aquilæ III. non. octobris pontificatus nostri anno I.* Paruit Cœlestino Francorum Rex, cum iam conuenisset cum Carolo, vt comitatus Andegauensis fratri comiti Alenconio ob Aragoniæ iura ad Caroli gratiam Iacobo restituenda traderetur. Decreta vero est a sanctissimo Pontifice ad Aragonium legatio b, vt conuenta ad opus perduceret, accederetque ad Iscla insulam, cum Neapolim pontificiam aulam ipsemet ea de causa traduceret, vt abscissis omnibus anfractibus conglutinandæ paci, resarciendisque rebus Christianis sedula opera nauaretur.

Cœlestini ad illum ea de re literæ.

Admissa a Gallo cõcordiæ leges.

Iacobus vt conuẽta impleat admonit'

a Eod M.S arch. Vat. sign. n. 539 ep. 11.

Cœlestinus, &c. nobili viro Iacobo nato quondam

dam

Ab eodem etiam Iacobo in promisſione subiungitur, quod ipſe poſt tres annos completos, numerandos continue à feſto omnium ſanctorum futuro proximo, qui erit anno Domini MCCXCIV. eccleſiæ Romanæ immediate reſtituet præfatam inſulam Siciliæ cum omnibus terris, caſtris, caſalibus, fortelitijs, inſula Maltæ, aliiſque omnibus inſulis eidem inſulæ Siciliæ adiacentibus, vbicumque ſint, ſicut bonæ memoriæ Carolus Rex Siciliæ tenuerat ante rebellionem inſulæ Siciliæ memoratæ. Fiet tamen prius per ipſam eccleſiam & præfatum Regem Siciliæ remiſſio omnibus Siculis de omnibus offenſis, iniurijs, & damnis factis & irrogatis per ipſos dictæ eccleſiæ & præfato Regi Siciliæ ac nominato claræ memoriæ patri ſuo. Dabitur etiam ipſis Siculis per eccleſiam dictumque Regem Siciliæ ſecuritas conueniens & honeſta, quod de prædictis offenſis, iniurijs, atque damnis factis & irrogatis per ipſos Siculis eiuſdem eccleſiæ atque Regibus Siciliæ, viuenti ſcilicet nunc filio & patri iam mortuo, per eandem eccleſiam vel Regem præfatum nullo vnquam tempore aliquid poſsit peti: & quod de toto prædicto triennio, quo dictus Iacobus inſulam Siciliæ memoratam tenuerit, ab eodem Iacobo nihil peti valeat per ipſam eccleſiam, vel per Regem Siciliæ nominatum. Poſt reſtitutionem vero eiuſdem inſulæ Siciliæ factam per ipſum Iacobum eidem eccleſię ipſa eccleſia tenebit præfatam inſulam Siciliæ in manibus ſuis ſuper annum vnum, a dictæ reſtitutionis tempore numerandum, nec ipſam inſulam alicui præfata eccleſia illo anno reſtituet ſine conſenſu Iacobi de Aragonia nominati.

Et Siciliæ inſula & Melitæ.

Et ſi forte dicta inſula Siciliæ rebellis eſſet eccleſiæ Romanæ, vel eius nollet obedire mandatis, dictus Iacobus ipſam iuuare tenetur eccleſiam de perſona & gente ſua ad expenſas eiuſdem Iacobi bona fide cum toto poſſe ſuo per terram & per mare, quouſque dicta eccleſia de præfata inſula Siciliæ intentum ſuum plene obtineat, eiuſque pareat deuote mandatis. Tempore tamen reſtitutionis prædictæ inſulæ, faciendæ ab eodem Iacobo pręfatæ Romanæ eccleſiæ, omnia mobilia quæcumque dictus Iacobus habet in ipſa inſula, licebit ei pro beneplacito ſuo extrahere, vel aliter exinde ſuam facere voluntatem. Debetque idem Iacobus aſſecurare præfatam eccleſiam meliori, ſaniori, & vtiliori modo quo fieri poterit, quod poſt prædictos tres annos completos, quibus dictam inſulam Siciliæ tenere debebit immediate & ſine dilationis obiectu, iam dictam inſulam Siciliæ eccleſiæ reſtituet prælibatæ; cæteris, quæ per dictum Regem Siciliæ iuxta præfati tractatus ſeriem eidem Iacobo facienda ſunt & complenda, in ſua remanentibus firmitate.

Obſtrict⁹ Iacobus ad cogendam armis in obſequium Rom. eccleſiæ inſulam.

Supplicauit igitur nobis idem Rex Siciliæ deuotus filius noſter & eiuſdem eccleſiæ, vt tenorem & ſubſtantiam præſcripti tractatus, prout in prædictis Romanam contingit eccleſiam, acceptare de apoſtolicę benignitatis clemētia curaremus. Nos autem cernentes vndique frementia mundi pericula, & quæ inſtant præ foribus ruinam minantia grauia detrimenta ſuper terram ſanctam deſertam incolis Chriſti fidelibus, ipſorumque deſtitutam ſuffragijs, flentes amare cum catholicis principibus diſtractis ad bella ciuilia, vt non ſit qui conſoletur illam ex omnibus chariſ ſuis; ad reparationem quoque ſtatus præfati Regis Siciliæ ſpecialem habentes conſiderationis intuitum, ſupraſcriptum tractatum pacis, in quantum ad nos & Romanam eccleſiam (prout præmittitur) pertinet, ſi tamen in prædictis quatenus ad eos pertinet, præfatorum Regis Franciæ & Caroli Regis Aragonum fratris ſui accedit aſſenſus cum conuentionibus, conceſſionibus ſiue pactis, dudum cum claræ memoriæ Philippo Rege Francorum patre prædictorum & Romana eccleſia initis, quantum ad conuenta ſeu promiſſa per ipſam eccleſiam eidem Regi Philippo ſuiſque ſucceſſoribus abſque ſucceſſorum ipſius expreſſo præueniente conſenſu nolumus in aliquo derogare; ex nunc prout ex tunc infra ſequitur acceptamus & approbamus: de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu decernentes & declarantes aperte, quod ſi dictis ſuo loco & tempore, ſicut clarius, commodius, & aptius tractatum ipſum ad ſucceſſiuos actus produci diuina gratia diſponente continget, ad eiuſdem Iacobi heredum, adiutorum, & valitorum ſuorum; ac vniuerſorum hominum, prælatorum, clericorum, & laicorum dictorum regnorum Aragonum, Valentiæ, comitatus Barcilonię, & inſulæ Siciliæ cautelam perpetuam, & particulariter ſicut honeſtum & expediens fuerit, & Romanam decebit eccleſiam cōpetenter * de prædictis omnibus & ſingulis relaxatione, diſpenſatione, reſtitutione, redditione, conceſſione, remiſſione, abſolutione, quitatione & receptione per ipſam eccleſiam (vt præſcribitur) faciendis.

Conuentis aſſentitur Cæleſtinus, et qua de cauſa.

Galli Regis & eius fratris expectatus conſenſus

**prouidebimus*

Hæc tamen omnia ſub hac terminatione ſupponimus & conditionis regula limitamus, ſi per præfatum Iacobum & illos, ad quos ea res pertinebat, conuenta & promiſſa prædicta per ipſum ſuis temporibus, prout congruum, decens, ſeu rationabile fuerit, bonę fidei puritate ſeruata, firmiter obſeruentur; ita quidem, quod ſi in prædictis vel prædictorum aliquibus, quæ agenda ſunt per eandem eccleſiam, in faciendo ipſa eccleſia præueniret, idémque Iacobus vel illi, ad quos ea res pertinebit in præmiſſis per eundem Iacobum & conuentis deficerent, ijs ex quibus eſſet præuentum ab eadem eccleſia, pro caſſis & nullis habitis, præfati Iacobus, omnes de prædictis comitatu & inſula Siciliæ & alij, ad quos ſpectaret negotium, in ſententias & pœnas ſpirituales & temporales factas per Apoſtolicam ſedem contra præfatos Petrum olim Regem Aragonum, Iacobum filium eius, eorumque fautores ſeu complices, & interdicta poſita per ipſam ſedem in dictis regnis, comitatu, & inſula Siciliæ ipſo iure & ſine aliquo facto hominis ſicut competentius, aptius, iuſtius, & decentius fieri poterit, relabātur.

Adiecta in his admittendis hypotheſis, ſi Aragonius promiſſis ſteterit.

Per prædicta autem vel aliquod prædictorum, quæ vel in conuentionibus ſiue pactis prædictorum Regis Siciliæ & Iacobi expreſſe vel generaliter, explicite vel implicite, ſeu in acceptatione & approbatione noſtris quomodolibet continentur, non proponimus nec intendimus ſuper ſolutione cenſus & alijs in contētis conuētionibus dudum habitis inter Romanam eccleſiam & prædictum quondam Carolum & eundem Regem Siciliæ natum eius aliqua immutare, detrahere, vel etiam innouare: ſed ea omnia & ſingula in ſui volumus perſiſtere roboris firmitate. Nulli ergo, &c. *Datum Aquilæ per manus Ioannis archiepiſcopi Beneuentani. S. R. E. vicecancellarij kal. octobris indictione VII. anno Domini* MCCXCIV. *pontificatus domini Cæleſtini Papæ V. anno* I.

Emicuit in re grauiſſima, e qua orbis Chriſtiani publica quies pendebat, Cæleſtini pruden- tia

Prudentiſſime in re tanti momenti ſe geſſit S. Cæleſtin⁹

ploranda contritio, & in terra Domini grauis admodum pudendaque confusio populi Christiani. In quorum turbinibus, licentia laxata dissidijs, quantum charissimus in Christo filius noster Carolus Siciliæ Rex illustris, idemque regnum oppressi fuerint, & contra Deum & apertam iustitiam multiplicibus pressurarum generibus prægrauati, volantis famæ notorium publicat, & fere per vniuersa mundi climata ipsa iniuriosa transgressionis euidentia manifestat. Verum idem Rex Siciliæ, ambulans in vijs Domini, & per semitas charitatis ingrediens, post suam liberationem a carcere, vt hostes eius & sanctæ Romanæ matris ecclesiæ reuocaret a deuio, & pacis fructum sibi & multis mundi principibus procuraret, per diuersas & remotas orbis terræ prouincias laborauit, non parcens laboribus corporis, nec cohibens profluuia in expensis. Post excursiones vero temporum, & tractatus multiplices, diuersos, & varios, qui facit concordiam in sublimibus suis Iacobi de Aragonia (præfati quondam Petri olim Regis Aragonum successoris in vitium, præfatam insulam & nonnulla alia loca in regno Siciliæ citra pharum occupata tenentis, hostis ecclesiæ Regisque dictorum, vt insinuatio nobis & fratribus nostris facta continet) animum conuertit ad pacem: sicque inter iam dictos Regem & Iacobum tractatus pacis est habitus, qui quatenus tractatus ipse tangit nos & Romanam ecclesiam, eiusque in eo includitur interesse, prout ipsius Regis habet assertio, sano ipsius intellectu seruato, sed in proprijs & superfluis eius verbis omissis, præsenti serie annotatur.

De inita inter Carolum Sic Regem & Iacobum Aragonio pacis actione.

Data a Carolo spes de restituenda Aragonijs ecclesiæ gratia.

Habet quidem ex parte dicti Regis in eodem tractatu expressa promissio, quod ipse bona fide cum sacrosancta Romana ecclesia procurabit, quod misericorditer, gratiose, & sine difficultate per ipsam relaxarentur ecclesiam omnes sententiæ excommunicationis, suspensionis, & interdicti, & quælibet aliæ, quæ latæ fuerunt per eandem ecclesiam ratione guerræ præscriptæ contra Petrum de Aragonia & Iacobum prædictos; nec non Fridericum & quondam Alfonsum filios dicti Petri, & quaslibet alias personas ecclesiasticas vel seculares, cuiuscumque dignitatis aut conditionis existant, fautores, valitores ipsorum, capitula, vniuersitates, & loca eorum: dispensetur quoque per ipsam ecclesiam cum illis, qui sic excommunicati immiscuerunt se diuinis, vel violauerunt interdictum scienter, vel susceperunt ordines & ministrauerunt in ordinibus sic susceptis; ita vt in eorum beneficijs & dignitatibus secure remaneant sicut prius, antequam dictæ sententiæ latæ forent: & pro huiusmodi relaxatione & dispensatione facienda celerius specialem personam ordinabit ecclesia aliquem de prælatis regnorum Aragonum & Valentiæ, aut comitatus Barciloniæ, qui prædicta compleat ex eiusdem ecclesiæ potestate: quodque, facta prius per charissimos in Christo filios nostros Philippum Regem Francorum & Carolum fratrem eius Aragonum renuntiatione legitima de prædictis regnis & comitatu claræ memoriæ Philippo Regi Francorum ipsorum parenti per ecclesiam ipsam concessis, sententia lata per sedem Apostolicam contra dictum Petrum de Aragonia super depositione seu priuatione prædictorum regnorum Aragonum & Valentiæ & comitatus Barciloniæ, & processus ex ipsa sententia habiti, præfato Iacobo dicta regna & comitatum tenenti, & eius heredibus non noceant, neque præiudicent; sed per restitutionem redditionem, atque concessionem dictorum regnorum & comitatus, faciendam per eandem sedem Iacobo memorato, sint & remaneant idem Iacobus & heredes sui in illo iure & dominio prædictorum regnorum, comitatus, & iurium, in quibus erat præfatus Petrus olim Rex Aragonum pater prædicti Iacobi antequam ipsam Romanam ecclesiam in aliquo offendisset. Amplius ex ipsius promissionis & tractatuum colligitur sententia, quod per prædictas restitutionem, redditionem, & concessionem de dictis regnis ac comitatu, eidem Iacobo per ecclesiam faciendis, nullum ius eidem acquiratur ecclesiæ, nec retineatur in illis occasione retentionis seu reseruationis, quam fecit ecclesia in dictis regnis & comitatu, cum ipsa prædicto Philippo Francorum Regi concessit: sed prænominato Iacobo suisque heredibus seu successoribus in eisdem regnis, comitatu, & iuribus sua iura firmata & illibata consistant, nec ex his sibi vel suis in aliquo præiudicium generetur.

Conuenta Caroli cum Aragonio redintegrata.

Ab eodem etiam Rege Siciliæ deducitur in promissum, quod eadem pia mater ecclesia præfatos Iacobum, Fridericum, valitores, & adiutores eorum ad sinum gratiæ suæ clementer recipiet, eisque omnes iniurias, offensas, & damna irrogata per ipsos & prædecessores eorum eidem ecclesiæ misericorditer & gratiose remittet; & quod de mobilibus vel se mouentibus, quæ dicti Iacobus, prædecessores, valitores, vel adiutores eorum de bonis ipsius habuerunt Romanæ ecclesiæ, vel de alijs eccl. sijs, locis religiosis, & personis alijs quibuscumque, postquam dicta guerra extitit inchoata, ac de expēsis, quas eadē ecclesia in ipsa guerra, vel eiusdem occasione subiuit quoquo modo, idē Iacobus & heredes sui per eandem ecclesiam, prout ad eam pertinet, perpetuo quietentur: quodque prænominata ecclesia omnes & singulos de insula præfata Siciliæ & insulis ei adiacentibus & alijs locis regni Siciliæ, qui se publice cum dicto Iacobo tenuerunt, ad benignitatis suæ gratiam misericorditer & gratiose recipiet, eisque omnes offensas & iniurias contra iam dictam commissas ecclesiam relaxabit: mitterque specialem nuntium ad præfatam insulam, qui interdictum de ipsa remouebit & tollet, omnesque ligatos excommunicationis & suspensionis sententijs quibuscumque locis ratione vel occasione guerræ præteritæ benigne, gratiose, & sine obstaculo difficultatis absoluet; dispensabit etiam gratiose & sine difficultate, cum irregularibus irregularitatis nodo eiusdem guerræ ratione vel occasione ligatis; ita quod prælati, clerici, & religiosi remaneant in suis dignitatibus vel beneficijs, quæ iuste tenuerunt ante strepitum dictæ guerræ.

Vt soluēdæ cēsuræ antea inflictæ.

A præfato vero Iacobo de Aragonia in eodem tractatu pacis expresse deducitur in promissum, quod ipse Ludouicum, Robertum, & Raimundum Berengarij natos dicti Regis Siciliæ, obsides omnes, & captiuos cuiuscumque conditionis, vbicumque sint, eidem Regi restituet: nec non totam terram, fortelitias, & castra, quam & quæ tenent ipse Iacobus, valitores sui, & adiutores seu complices, satellites, seu ministri in tota Calabria & terra, Iordano principatu, Basilicata, & pertinentijs eorundem, omnesque insulas, quæ sunt circa pharum, videlicet Isclam, Capcum Procidam, omnesq; alias terras & insulas quas idem Iacobus, valitores sui, adiutores, satellites, seu ministri tenent circa fretum, siue habitatæ fuerunt siue non.

Quæ a Iacobo Aragon. promissa. De liberādis obsidibus.

Restituēdis Calabriæ arcibus.

Ab

ac pro soliditate firmissima sacrosanctam Romanam ecclesiam supra petram fidei soliditate firmauit, illud ei tribuens in apostolicæ professionis fortitudine fundamentum, vt quamuis flantibus ventis fluctuare videatur interdum; ingruentibus tamen fluctibus, nequeat procellosæ tempestatis mergi. Licet enim vel crebra decedentium mutatione sanctorum in varias fluctuationes frequenter inciderit, & per mundanæ malignitatis incursus persecutionibus grauibus fuerit fatigata frequentius; nunquam tamen eam cœlestis consilij altitudo deseruit, quo minus robur ipsius, in huiusmodi tribulatione proficeret, & inde obtineret spei suæ gaudium, vnde receperat fidei firmamentum.

Piæ siquidem recordationis Nicolao Papa IV. prædecessore nostro debitum naturæ soluente, eiusque corpore honorificentia debita ecclesiasticæ tradito sepulturæ, habitus est a fratribus nostris de futuri pastoris substitutione tractatus; in quo successiue, proh dolor! ipsa Romana ecclesia per non modica spatia temporum viduitatis incommoda deplorauit: sed benignus sapientiæ Spiritus, in ipsis vespertinis angustijs rigans montes de superioribus suis, eorundem fratrum corda disparia pia inspiratione præueniens, subito & celeriter coniunxit in vnum, illud momento quasi perficiens, ad quod diffusi temporis spatium fructum debitum vix adduxit. Ipsi namque fratres denuo de sola prouidentia summi Patris & eius permissione mirabili in humilitatem nostram omnes vnanimiter concordantes, nos tunc fratrem Petrum de Murrone ordinis S. Benedicti ad summi apostolatus apicem euocarunt, nobis decretum euocationis huiusmodi per speciales eorum nuncios destinantes. Quamquam autem tanti oneris moles, nostris debilibus importabilis humeris (vt pote qui in humili statu positi & solitudine eremi longissimis educati temporibus, mundanorum negotiorum cura deposita, elegeramus semper pro tutiori consilio in domo Domini solitarij abijci) nostram insufficientiam stupore nimium tremendæ discussionis inuaderet; considerantes tamen, quod prolixior mora in subrogatione pastoris trahebat ecclesiæ, ac gregi dominico periculosum per vniuersa mundi climata nocumentum; & ne vocationi diuinæ resistere videremur, demum confidentes in illo, qui facit fortem ex debili, balbutientibus eloquentiam tribuit, exurgit benignus in occursum timentium & implorantium nomen suum, in semitis suis clementer dirigit & perficit gressus hominis, ac sperantes in eo nunquam deserit inconsultos, & a quo vocationem nostram huiusmodi processisse fideliter supponimus, & humiliter confitemur; impositum nobis onus ipsum assumpsimus, ac in eo diuinæ misericordiæ nostrum subiecimus imperfectum; sperantes, quod ipsa benignius in beneplacito suo diriget actus nostros ad sui laudem & gloriam, exaltationem ipsius matris ecclesiæ, ac statum prosperum fidei Christianæ; nec nos, inexpertum & humilem in tam grandis maris altitudine positum, sua dispositione derelinquet a fluctuationibus non adiutum.

Vt diu Cardinales circa deligendū Pontificē dissenserint.

Vt pontificatu sibi delato obstupuerit.

Implendi diuini imperij studio illum admiserit.

Vniuersitatem itaque vestram monemus, rogamus, & obsecramus in domino Iesu Christo, quatenus diligentius attendentes, quod vox in quamdam solicitudinis nostræ partem inunctum vobis officium & cura singularis electionis euocarit, sic nobis cum orationum suffragijs alijsque placantibus maiestatem diuini nominis continuatis intercessionibus assistatis, quod tanti ponderis molem, vix ministerio humano portabilem, per illius suffragium supportare possimus, qui ad hoc nos vocauit seu euocari de sua profunda dispositione permisit, vt nos & gregem nobis commissum sic supernus ille Pastor de sua benigna protectione custodiat, quod nostris temporibus nulla sentiat diminutionis incommoda, sed multiplicata recipiat restaurationis augmenta; vnde, sedatis vndique scandalis, pace firmata, & libertate sanctæ matris ecclesiæ solidis munimentis instructa, virtus Altissimi ruinas impleat, scissuras reparet, & conquassata restauret; sicque probatam fidem catholicam firmet & augeat, quod congregatio adaucta fidelium laudabiliter viuat in terris, vt mereatur habere perpetuo gloriam in excelsis. Cæterum, fratres & filij, affectum vobis charitatiuæ benignitatis expandimus, & sinum charitatis solidæ aperimus, proponentes in quibus cum Deo poterimus honori vestro deferre, ac vestra & ecclesiarum vestrarum commoda, pro quibus ad nos recurrere cum securitate poteritis, in promptitudine beniuolentiæ promouere. *Datum Aquilæ, &c.*

Commēdat se præsulum & fideliū precibus.

Certiores etiam facti de susceptis ab eo ecclesiæ gubernaculis singuli Christiani Reges [a], atq; ad administrandam æquitatem pacemque publicam alendam solicitati fuerunt: *Excellentiam*, inquit, *regiam monemus, & hortamur attente in Filio Dei Patris, quatenus recognoscens a Domino tibi traditam potestatem, sic in semitis mandatorum suorum ambules & in conspectu eius linees vias tuas quod per cultum iustitiæ, religionis amorem, et obseruantiam æquitatis, æterno Patri gratum te præbeas, & per tuum vtile ministerium firmetur thronus præsidentis in solio, pax & tranquillitas subditis tuis proueniat, & vicinis gentibus quies placida per respersionem quandam fructuosæ alluuionis accedat. Nos enim ad personam domumque regiam, de qua propagabiliter successiuis ordinibus filij benedictionis & gratiæ prodierunt, sic affectu præcipuo & zelo charitatis afficimur, quod vehementer appetimus & oramus te in actibus tuis proficere laudandis exemplis, & cum Dei beneplacito crescere continuis incrementis. Datum vt supra.* In supremo autem illo rerum fastigio a Deo positus Cælestinus, quouis pro re Christiana labores impigre subire paratus erat: cumque animaduerteret turbidos Siciliæ motus maximam cladem religioni inuexisse secumque Syriæ traxisse exitium, ac longe grauiora damna imminere, ni pristino statui res Sicula restitueretur, eo primas curas conuertit, agitatam a Carolo II. & Gallis fœderatis cum Iacobo Aragonio de pace actionem firmauit, suisque distinctas capitibus singulas pactiones subiecto diplomate [b] sanxit.

a Eod. M.S arch. Vat. sign. n. 539 post ep. 1.

Reges ad administrandos pie principatus solicitat.

Restituendæ in Syria religioni a Cælestino data opera.

Cælestinus episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Post commotionis & rebellionis strepitum, in insula Siciliæ ex adipe iniquitatis exortum, & subsequentem inuasionem & occupationem ipsius factam per quondam Petrum olim Regem Aragonum, ex ipso rebellionis & inuasionis excessu, & cōtinuatione reprobabili posterorū, prout supponunt sana iudicia, euentusque declarant *mundo flagitia, fluctuationes, collisiones regnorum, guerrarum dissidia, quæ animarum pericula, corporum strages, facultarum lapsus, & destructiones innumeras induxerunt. Hinc multa non facile numeranda discrimina, hinc grauiter de-

b Ext. in eod. M.S. arch. Var. sign. n 539 ep. 2.

Vt Siculorum rebellio oriēti attulerit exitiū.

*prouenerunt

plo-

deuij depulsa caligine eiusdem ecclesiæ ac meæ cultum veræ fidei amplectentes, ad gratiæ sinum clementer recipio, omnesque culpas & offensas contra claræ memoriæ dominum patrem meum & me per eos non sine multa inculcatione commissas, & pœnas etiam corporales & pecuniarias, quas pro illis semitas inrisuerin dicere, eis de speciali & humana cōpassione remitto; restituens ipsos & heredes eorum beneficio plenę restitutionis in integrum ad bona, honores, dignitates, & statum; infamiam, quæ dictarum culparum commissione notauit eosdem, totaliter abolendo: ac volens ex nunc vt postquam conuersi fuerint, (vt prædicitur) ad salutem, libertatibus & immunitatibus concessis per me alijs eitra pharum regni Siciliæ fidelibus libere potiātur. Et vt eo magis sit eis reditus salutaris ad fidem, quo dissensus fuerit luctuosus, ipsos vniuersos & singulos quam primum se in effectiuæ agnitionis statum fidei præfatæ reduxerint, ab omnibus debitis & obligationibus descendentibus ex contractibus, gestionibus, officijs, administrationibus, seu delictis, quibus vniuersitates aut singulares personæ ipsorum Siculorum tum pro tempore iam elapso tenerentur, & a culpis etiam, quibus damna plurima, præiudicia, & diminutionem patrimonij incurrisse dignoscerentur, perpetuo libero, & a vinculo ciuilis & naturalis obligationis absoluo.

Vt autem præmissorum omnium receptionis, remissionis, liberationis, & absolutionis eo potius sit spes in cautelam securior, quo pro eorum conseruatione firmiter valitura vinculum expressæ promissionis accesserit, & benignior ac fidentior aderit intercessor; sanctitati vestræ in verbo regiæ maiestatis incommutabiliter & expresse promitto, prædicta omnia & singula simpliciter & absolute complere, & per me meosque posteros illibata seruare: clementiæ vestræ humiliter supplicans, vt Apostolicæ sedis benignitas, quæ non claudit gremium redeunti, & vniuersitates & singulares personas Siculorum ipsorum, ad fidelitatem ecclesiæ memoratæ ac meam efficaciter redeuntes, ad gratiam suam clementer admittat, omnesque culpas & offensas per eos contra eandem sedem a tempore rebellionis præfatæ commissas; nec non sententias atque pœnas spirituales & temporales, quas pro illis aut ipso iure, aut per processus varios per dictam sedem aut eius auctoritate contra ipsos habitos incurrerunt, paterna miseratione relaxans & tollens, restituat ipsos ad integrum statum & gratiam, a quibus fecerunt se per culpæ contagium alienos, in cuius rei testimonium, &c.] Admisit Nicolaus præclarum hoc clementiæ specimen a Carolo exhibitum, atq; illud apud Siculos vulgandum curauit a, pollicitus superiores omnes iniurias tum a Carolo tum a Romana ecclesia voluntaria obliuione deletum iri, si Siculi ipsi ad officium redirent.

Clementiæ spes certa iisdem ostēsa.

Promulgata illa a Pontifice

a Ex d. M S. sign. n. 139 ep. 18.

Nicolaus episcopus seruus seruorum Dei charissimo in Christo filio Carolo Regi Siciliæ illustri.

Gaudet iure mater ecclesia, filium vtique benedictionis & gratiæ, qui per tramites pietatis ingrediens misericordiæ lenitatem clementiæque dulcedinem amplecteris, & ipsam ecclesiam matrem tuam manifestis deuotionis indicijs reueteris. Nuper quidem literas tuas aurea bulla munitas benigno affectu & hilari vultu recepimus tenoris & continentiæ subsequentis: *Sanctissimo in Christo patri, &c.* Canditionis humanæ, &c.] Ex his igitur tuæ suauitatis spiritum & lenitatis humanæ dulcedinem commendantes, omnia & singula in prædictis literis tuis distincte contenta accepimus expresse: ac tuis supplicationibus inclinati vniuersitates & singulares personas dictorum Siculorum, cuiuscumque status, dignitatis, & conditionis existant, ad fidelitatem nostram, Romanæ ecclesiæ, atque tuam efficaciter redeuntes, ad Apostolicæ sedis gratiam clementer admittimus, omnesque culpas & offensas per eos contra sedem ipsam a tempore, quo contra patrem tuum rebellionis spiritum assumpsere, commissas; nec non sententias spirituales ac temporales & pœnas, in quas pro illis aut ipso iure aut per processus varios per eandem sedem vel eius auctoritate contra ipsos habitos inciderunt, postquam se in effectiuæ agnitionis statu fidelitatis prædictæ reduxerint, clementer remittimus & misericorditer relaxamus; restituentes ipsos in integrum ad honores, dignitates, & famam; ac eos in statum pristinum, in quo fuerant antequam cōmitterent * integre reducentes ex tunc postquam ad salutem reuersi fuerint, ad relaxationem sententiarum & pœnarum spiritualium prædictarum iuxta formam ecclesiæ processuri. *Datum &c.* Adhibitæ etiam aliæ artes ad efferatos Siculorum animos demulcendos: publicis enim literis a ad Nicolaum Papam datis professus est Carolus Gallos præfectos Siculis non impositum iri, ne verera odia recrudescerent: sed Cardinalem legatum vel alios æquitatis amantissimos magistratus eorum administrationem capessituros, donec Siculi de regia mansuetudine confisi antiqua odia exuissent. Assensit etiam b, vt Cardinalis Siculam rem gesturus ex ipsius insulæ vectigalibus demandati sibi muneris onera sustentaret. Quę singula laudauit Nicolaus c, pollicitus Carolo Siculos, quamprimum ad toleranda mandata regia mansuescerent, illius imperio a Cardinale præfecto restitutum iri: sed has blanditias pertinacia Siculorum respuit.

Solutæ a Nicolao pœnæ, quas edictis pontificijs Siculi contraxere.

*rebellionem,

De mittēdo legato apostolico actum.

a Ext. in cod. M. S. arch. Vat. ep. 39. lib. ep. 21

c lb. ep. 20 & 23.

Anno 1294. *num.* 15. *vers.* 2. *post vocem*, iacuere, *adde*: quæ eruenda in lucem nobis visa sunt, cum tanti Pontificis sanctitatem, ac diuinam qua excellebat, sapientiam redoleant: peruenit enim in manus nostras M. S. tabularij Vaticani, in quo insignia Cælestini monumenta descripta sunt ac primum encyclicæ ad præsules de suscepto pontificatu occurrunt ipsius literæ, hisce verbis conceptæ d.

d Ext. in M. S. arch. Vat. sign. n. 539 ep. 1. & in M. S. bibl. Vat. sign. n. 3977. pag. 186.

Cælestinus episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus archiepiscopo Rauennati, eiusque suffraganeis salutem & apostolicam benedictionem.

Mirabilia Dei iudicia, quorum scrutationes multa tremenda pariter & stupenda mortalibus sic ingerunt, sic intellectum tenuem nostræ imbecillitatis excedunt, quod cum sit super omnes terræ terminos, lumen eius ad contemplandam altitudinem diuitiarum sapientiæ ac scientiæ suæ immensæ nec comprehensiones humanæ sufficiunt, nec depressi sensus nostræ humilis fragilitatis attingunt. Ipse quidem, terribilis in consiliis super filios hominum, dominatur in virtute sua in æternum: & eum sit spectator omnium, cunctorum præscius, visionique eius præsens semper æternitas, sic eum nostrorum actuum futura qualitate concurrit, vt cuncta suauiter disponat recto iudicio, & creata singula arbitrio moderetur æterno. Ipse cælos, terram creauit, & maria;

Cælestini de initio pontificatu literæ.

ac

bus eiusdem Regis multipliciter status inuoluitur, nominatæ ecclesiæ incommoda cumulata proueniant, dum ipse eiusdem ecclesiæ vassallus præcipuus, & specialis athleta ab illius per hoc defensione subtrahitur, & minus eidem ecclesiæ a multis erectis in superbiam obeditur, maioraque ex ijs dispendia prodeant & pericula formidentur, quam ex illis, qui in eodem tractatu præfato prædecessori exposito deuenerint, cum in eis certum esset, quam graue onus ascriptum, quod in præmissis alijs non est expressione aliqua designatum; vbi prærer inuolutiones & insidiosas captiones alias cum enormibus & præiudicialibus damnis eidem Regi & suis heredibus, quas ineuitabiliter euenturas totus tractatus pacis in ipsius Alfonsi arbitrio ponitur, & in eius inordinata voluntate laxatur, cuius peruersum intentum accidentia varia, & instantia petitionis illicitæ circa tractatum ipsum per eundem Alfonsum iam habita insinuant satis clare; nos, ad quem sine dubitatione censura pertinet Christianum quemlibet de peccato mortali corripere, ac oppressos omnes ab eorum oppressionibus liberare, aduertentes prouide conuentiones, promissiones, obligationesque iam dictas præiudiciales eidem ecclesiæ & Regi præfato, in cuius imagine grandia paterna seruitia ipsi ecclesiæ præstita contemplamur, sic inique, sic perperam, sic inhumaniter processisse; præcipue cum habeat fide digna relatio, quod præfatus Petrus in supremis suis ad claustra conscientiæ rediens ipsum Regem tunc principem a carcere liberari mandauit; hoc etiam idem Alfonsus dum grauis eum dudum languor opprimeret, confessori suo, in cuius manu iurauit de parendo mandatis ecclesiæ, deuote promittens; ipsas de fratrum nostrorum consilio & assensu viribus vacuas, inanes, & irritas fore decreuimus, cassantes & annullantes easdem, si qua subsisterent firmitate; & reuocantes ipsas quatenus processere de facto; ac eosdem Reges & Prouinciales a præfatis sacramentorum præstationibus absoluentes, vt tota eorum substantia & effectu tam principaliter quam accessorie annullatis, & nullis penitus declaratis, ex ipsarum vigore quacumque ratione, occasione, vel causa directe vel per obliquum idem Rex vel sui heredes in nullo vnquam remaneant obligati.

A defendenda ecclesia prohiberi nõ posse decernitur.

Petrus Alfonsusque in extremo vitæ actu Carolum liberandũ præcepere.

Quia vero nonnunquam aliqui sic inierunt fœdus cum vitijs, sicque se ligant culpæ perseuerantia in offensis, vt quod per eos factum est improbe, pro se improbius turpiter non pudeat allegare; quorundam autem generosos animos sic pudor afficit & lex honesti confringit, quod ad promissum quanquam indebitum se teneri reputant, licet ab eius præstatione ipsos prouidæ sanctiones absoluant; eidem Alfonso sub pœnis spiritualibus & temporalibus in alio processu nostro in die cœnæ Domini circa hoc habito Romæ contentis, districte præcipimus, vt conuentionibus ipsis tanquam nullis & irritis non innitens, ac eundem Regem ab obligationibus ipsis defacto contractis liberum omnino dimittens, præfatos obsides solutos & liberos infra terminum ad propria redire permittat, pecuniam prænotatam ab eodem Rege receptam sibi sine exceptione restituat, prædictosque Regem Angliæ ratione obligationis prædictæ prædestinatarum marcarum, & Prouinciales occasione homagij ac sacramenti præstiti, vt præmittitur per eosdem, non impetat vel molestet; inhibentes expresse Regi Angliæ sub pœna excommunicationis, & in toto regno suo suspensiones ecclesiastici interdicti, ne prætextu obligationis expositæ de prædicta pecunia, in qua idem Rex se obligauit indebite, quicquam dicto Alfonso vel eius heredibus exhibeat vel exoluat; eidem Regi Siciliæ & præfato Carolo primogenito suo sub virtute sacramenti fidelitatis, quo Rex ipse, & obedientiæ & deuotionis, qua idem primogenitus ecclesiæ Romanæ tenentur, & pœna excommunicationis vtrique, ne primogenitum ipsum ad eiusdem Alfonsi carcerem destinet aut ire permittat, vel ad illum accedere primogenitus ipse præsumat; neue de ipsis conuentionibus, promissionibus, & obligationibus factis eidem Alfonso & Regi Angliæ, aut alijs quibuscunque, propterea idem Rex Siciliæ complere, satisfacere, vel obseruare aliquid quomodolibet teneatur: nec non vniuersis & singulis comitatus Prouinciæ & Folcalquerij comitibus, militibus, baronibus, burgensibus, plebeis, & alijs cuiuscumque status & conditionis existant, & castellanis castrorum præcipue, quos omnes a prælibatis sacramentorum præstationibus per eos præstitis duximus absoluendos, ne ratione dictorum sacramenti & homagij, vel cuiuscumque promissionis alterius, præfato Rege non implente prædicta promissa, sicut nec de iure tenetur, eidem Alfonso aut eius successoribus in aliquo pareant vel intendant: esset enim absurditate notabile cum per excommunicationis vinculum, quam eundem Alfonsum ipsius facti notorium incurrisse diuulgat, vasalli sui a fidelitatis, quo sibi tenentur sacramento soluantur, si vassallos alterius eidem Alfonso iniusta & extorta promissio, & sacramentum indebitum obligaret, &c.

Imperia apostolica circa id ipsi Alfonso data.

Vetitum Carolo, ne carcerem Aragonium adeat.

Illius subditos ad iniqua eius conuenta nõ cõstringi ostẽduntur.

***Anno* 1289. *num.* 15. *vers.* 4. *ante fin. numeri post vocem*, impetrijt, *adde*:**

Tentauit Carolus mulcere Siculos ostensa veniæ spe, atque ad eos benignitatis regiæ exemplo ad obsequium pelliciendos, obstrinxit se Pontifici nullam de superioribus perduellionibus vltionem repetiturum: tum etiam precibus vrsit, vt is vicissim illatas ecclesiæ iniurias condonaret: quo argumento publica hæc monumenta promulgata [a].

Sanctissimo in Christo patri & clementissimo domino suo domino Nicolao, diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, Carolus II. Dei gratia Rex Ierusalem & Siciliæ, ducatus Apuliæ & principatus Capuæ, Prouinciæ & Folqualquerij comes cum omni reuerentia & bonore deuota pedum oscula beatorum.

a Extant in M. s. arch. Vat. sign. n. 539 ep. 17.

Conditionis humanæ lubricum, per quam lapsus est fragilis ad peccandum, pia meditatione considerans, cadentibus in erroris deliramento compatior, & volentes post casum surgere zelo clementis affectionis amplector: misericordia namque thronus præsidentis extollitur, & benigna clementia regnantis solium roboratur. Scrutinio itaque diligentis meditationis aduertens, quod officialium claræ memoriæ domini patris mei effrænata concitante licentia Siculorum dissidiosa commotio in rebellionis culpam cecidit, per quam a fidelitate S. Romanæ matris ecclesiæ atque mea se turpiter abdicauit, eorum casui libẽter opportune subuenio, & ad subleuãda onera instinctu paternæ potius, quam dominicæ charitatis occurro: quorum reditum ad salutem pie cupiens ad animarum & corporum euitanda pericula, ipsos cuiuscumque dignitatis, status, aut conditionis existant, gressus fidelitatis egressos redeuntes de dissimilitudinis regione, & erroris de-

Caroli II. literæ de venia Siculis ob perduellionẽ data

anterioris metus reliquiæ præmissa succidenda præiudicia propagarent.

Ipsa etiam cum sacramemnto renouata promissio, sicut & pristina, turpitudinē continet, & causam indebitam secum habet. Nec eiusdem Raimundi & aliorum obsidum Prouincialium subsequens datio proximam causam turpitudinis expressam superius sustulisse videtur, eo quod ipsorum præstatio, quæ vicem cuiusdam pignoris obtinet, primæ & secundæ promissionibus factis inefficaciter non accessit. Et si eius, qui principaliter in obligationem deuenit, nihil consideretur extrinsecus, sed sola conuentionis substantia prouise pensetur, facilis occurrit inspectio, quam ipsius obligationis essentia informiter claudicet, & reprobanda penitus nullitate laboret. Ab eodem quidem principe in promissione deducitur, quod ipse pro se & Romana ecclesia, pro dictis Francorum & Aragonum Regibus cum præfatis Alfonso & Iacobo pacem faciet ad eiusdem voluntatem Alfonsi, de qua ipse pacatus, vel sui heredes existant: per quod contra iuris tramites in eius & heredum suorum arbitrium pacis omnis perfectio ponitur, & ab ipsius principis libera voluntate priuatur. Nec est negotium rationabili extimatione possibile in ipsa promissione deductum, cum alienum factum, ex superiorum voluntate dependens, in obligatione deuenerit; & se * præmissorum ad hoc tam inepte quam minus prouide obligauerit. Quo iure vel causa, cuius potestatis præsidio princeps ipse facta Romanæ ecclesiæ & prædictorum Regum fidelum potuit in stipulatione deducere; qui nec se tunc etiam valuit obligare? Qua de re consequenter producitur, vt præfatarum treugarum promissio eandem causam reprobationis excipiat, idemque & ipsius defectus & vitium arguatur. Nunquid dictorum Alfonsi & Iacobi meruere demerita, prænominati Petri parentis eorum, a quo scandali processit initium, digna sunt opera, vt ecclesia multis ab ipsis concussa turbinibus, ijdemq; Francorum & Aragonū Reges filij benedictionis & gratiæ ad indeuotorum ipsorum dispositionis arbitrium pacis rupta fœdera reparent, eorumque beneplacitis se coaptent? Nunquid ipsorum contemptus & culpæ coaceruatæ diutius, & multiplicatæ frequentius, vniuersam pene congregationem fidelium molestantes, huiusmodi sunt recepturi rependia, quod prænominato principe non implente conuenta, quæ causam difficilem, & quasi impossibilem modum habent, eadem ecclesia ipsi principi eius dilecto filio & vassallo deuoto auxiliaria iuuamenta non porrigat, eisdem Alfonso & Iacobo, aut eorum heredibus alicuius læsionis nocumenta non inferat, & quod præfati Francorum & Aragonum Reges bellum iustum prosequentes & licitum, aut aliqui alij guerram faciant non permittatur? Profecto si ipsorum petulantia reproba, audax præsumptio, criminaque damnosa contra Deum, eandem Romanam ecclesiam, bonum statum quietis & pacis, eundemque principem, ac apertam iustitiam infrunite commissa, apostolicis monitionibus, inhibitionibus, & exhortationibus præceptisque contēptis, aduertantur attentius, ipsam debita consideratio ponderet & prouisio librata perpenset, præter stipendia merita, pœnas scilicet infligendas eisdem, nihil est ipsis conferendum quod placeat, nihil procurandum quod mulceat, nihil complendum vtile quod dulcescat. Perniciosis enim exemplis detiuandis in modernos & posteros via dilataretur ad-

Quæ secus turpi vitio illaqueantea vis laborare.

Conuentorum natura ex se iniqua demonstratur.

** pro præmissis*

Alios maxime superiores obstringere non potuit, qui nec seipsum iure poterat obstringere.

Non afficiendam præmio improbitatem.

inuium, si eadem ecclesia principibus ipsis catholicis fide præclaris deuotione sinceris adiutricem manum subtraheret; alijsque fidei fundamento debilibus, macula indeuotionis affectis, & contemptus mordendi dutitate notatis grata & placentia propinaret.

Illa quoque hortenda pactio, metas humanitatis excedens (vt verba imitemur ipsius) de obsidum incursione prætacta præterire non debet considerationis intuitum; sed turbare non modicum audientis affectum. Nonne asperitatem commissoriæ legis in rerum pignoribus sanctio legum reprobat, & omnem eius memoriam æquitas rationis annullat: quanto magis in personis, quæ cæteris præferendæ sunt rebus, & specialiter prælatis liberis, quos tam antiquata & generosa prosapia regiæ nationis illustrat, huiusmodi captiosa & detestanda conuentio in reprobatione deueniet, eamque sanum iudicium abhominatione depellet? nulli quippe venire debeat in dubium, quod rationabili positione iuris est certum. Licet autem præmissorum euidentia lucida conuentiones, promissiones, obligationesque prætactas nullas iudicet, seu annullandas fore demōstret; ad sustollendam tamen cuiuslibet ambiguitatis materiam, quam plerumque in certis etiam causa solicitæ dubitationis adducit, ipsorum nullitatis defectus & vitium promptior demonstratio publicat, & aptior ratio manifeste declarat.

Felicis siquidem recordationis Honorius Papa IV. prædecessor noster, qui dictum pacis tractatum, inter eundem principem & præfatos Alfonsum & Iacobum super liberatione præfati principis habitum, eidem principi ex parte Alfonsi iam dicti per Salsensem præpositum in ipsius tractatus finalibus terminis nunciatum, & prædicto prædecessori expositum per nuncios principis memorati, in grande præiudicium ipsius ecclesiæ & eiusdem principis redundare cognoscens, illum de fratrum suorum consilio reuocauit expresse: & nihilominus, si forte de facto processerat; cum penitus cassans & reuocans, ipsum omnemque alium & similem in antea inhibuit districte præsumi; etsi quis huiusmodi post inhibitionem ipsam fuerit quoquo modo præsumptus, illum ex tunc inanem decreuit & irritum, ac nullius existere firmitatis.

Sed forsitan est qui dicat, quod apposita in conuentionibus ipsis alternata conditio illa, videlicet quod idem princeps aut conuentiones ipsas adimpleat, aut ad eiusdem Alfonsi carcerem reuertatur, per ipsum reditum potest iniquitatem & pondus earum omnifarium tollere & penitus abolere. Cui non est in obscuro responsio, quod cum per eundem durum & luctuosum reditum Rex ipse obliqua ratione alia ad eorundem conuentorum obseruantiam vrgeatur, præfatæ alternationis improbanda conditio est rationabiliter remittenda: maxime cum ipsa promissio redeundi ad carcerem merito reputetur indebita, eo quod carcer ipse præfatum Regem non debet opprimere, quem multa dignoscitur culpa grauare. Cum itaque conuentiones & obligationes præmissæ impietate plenæ, iniquitate non vacuæ, pro impensa monitione nostra de liberando prædicto principe, & contra prohibitionem prædicti prædecessoris expressam in graue præiudicium eorundem ecclesiæ & Regis sint præsumptiosius attentatæ; maxime cum ex anfractibus & impedimentis conuentionibus prædictis annexis, qui-bus

Praua in posteros non deriuanda exempla.

Conuenta de obsidibus inhumana & contra leges facta ostenduntur.

Vt Honorius IV. memoratas pactiones rescinderit.

Ad obiectū, vt Carolus pacta non impleturus rediret, respōdetur.

ctionibus ipsis exprimitur, treugas dabunt. His illud adijcitur, quod infra vnius anni decursū post liberationem ipsam, idem princeps procurabit & fieri faciet, quod præfata ecclesia (vt promissorum & conuentionum verba propria nostra narratio non omittat) firmet & assecuret idonee; quod nisi princeps ipse cum dictis Alfonso & Iacobo fratre suo & eorum heredibus pacem faciat pro se, Romana ecclesia, præfatis Francorum & Aragonum Regibus, de qua idem Alfonsus & sui heredes contenti persistant; vel nisi ipse ad carcerem eiusdem Alfonsi post liberationem suam infra terminum redeat, ipsa ecclesia eidem Alfonso & Iacobo fratribus, aut eorum heredibus aut terris ipsorum, quas ipsarum conuentionum tempore tenebant & possidebant, guerram non faciet, & ipsum non iuuabit principem, nec nocebit eisdem germanis Alfonso & Iacobo aut heredibus eorundem, non permittens quod præfati Rex Franciæ, princeps, vel Aragonum Rex aut aliqui alij dictis Alfonso & Iacobo aut eorum heredibus guerram faciant, nec terris, quas tunc ipsi (vt eorum imitemur verba) in proprijs ex causa aliqua possidebant, ad quorum promissionem indebitam suis distinctis casibus, locis, terminis expressis in ipsis conuentionibus obseruandam iuxta prætactarum conuentionum tenorem & formam, præfatus princeps adhuc intra carceris septa consistens, Ludouicum, Robertum, post primogenitum natu maiores, & Raimundum Berengarium ipsius liberos eidem Alfonso obsides tradiderit, triginta milibus marcarum argenti in pecunia & pignoribus per eūdem principem * in posse Alfonsi præfati, & * alijs viginti millibus obligante se pro ipso principe apud eundem Alfonsum charissimo in Christo filio nostro Odoardo Anglorum Rege illustri: sub illius conditionis adiectu, quod Carolus primogenitus prædicti principis infra annum vnum, a prætactæ liberationis tempore numerandum, pro obside in pleno & libero posse eiusdem Alfonsi vel suorum heredum perueniat, restituto per eundem Alfonsum eidem principi prædicto Raimundo Berengario nato suo. In cuius conditionis defectu, vbi idem primogenitus infra præmissum tempus in potestate eiusdem Alfonsi, vt præmittitur, non daretur, prædicta quinquaginta millia marcarum partim tradita, partim per eundem Regem Angliæ in obligatione suscepta perduntur in pœnam prædicti principis, & eiusdem Alfonsi vel eius heredum lucris obueniunt: & nihilominus dictus Raimundus Berengarius, membris sanus & vita, eidem Alfonso & suis heredibus, sicut ipsarum conuentionum verba exprimunt, est incursus.

Restituēda ecclesiæ gratia.

Tradendis filijs obsidibus

**positis *de*

Obsides quoque de nobilioribus & melioribus comitatus Prouinciæ præfato Alfonso idem princeps octuaginta numero tradidit, a castellanis castrorum comitatus eiusdem procuratoribus eiusdem Alfonsi pro ipsius parte homagium cum iuramento præstari faciens sindicis ciuitatum & villarum comitatus eiusdem ipsorum nomine & vniuersitatum suarum; baronibus autem & militibus per se præstantibus iuramentum, & obligantibus se cum instrumentis publicis procuratoribus ipsis, quod eidem Alfonso & eius heredibus vt domino obedient & intendent: nisi (quod in præmissis deuenit conuētionibus, prout ipsarum series explicat) per eundem principem obseruetur. Quibus deficientibus conuentionibus, in pœnam & enorme dispendium eiusdem principis terra prædicta comitatus Prouinciæ alia quinquaginta millia marcarum argenti (pro quibus apud eundem Alfonsum est idem Rex Angliæ pro eodem principe sub certis conditionibus obligatus) obsides dati per ipsum plures membris & vita perduntur, & eidem Alfonso & suis heredibus (iuxta loquendi modum annotatum in ipsis conuentionibus) sunt incursi. Et vt hæc omnia, quantum ad conuenientium ipsorum propositum, robur firmitatis haberent, princeps ipse, captiuatus existens, præstito corporali sacramento firmauit ipsa seruare firmiter, & præter liberationem ipsam hæc innouans. Quia autem in conuentionibus ipsis hoc erat expressum, promisit instantius, & in manibus Regis Angliæ præfati firmauit omnia & singula, quæ in conuentionibus ipsis deuenerant, facere & complere.

Et nobilissimis Prouincialibus.

Extortū in carcere sacramentum.

Nulla igitur materia dubitationis occurrit, quod princeps ipse paternarum rerum incumberet possessioni legitime, dum sic per eundem propositum præfati Petri fautorem & complicem, alijsque diuersis iniurijs eorundem Regis & principis enormiter calcaretur iustitia, veritas impugnaretur indebite, innocentia læderetur iniuste. Cum ergo in præfatum Petrum nulla offensionis seu læsionis ipsorum culpa præcederet, iustum bellum assumpsit & gessit, causam ipsius ecclesiæ prosequens, & in repugnans obstaculum sicut defensor exsurgens, eo potius in hoc eiusdem Petri crassantia cumulante commissum, quo idem Petrus ab eiusdem ecclesiæ & ipsius defuncti Regis Siciliæ per omnem modum & speciem, per ecclesiam ipsam, offensione prohibitus, ac propter diuersos excessus & culpas contra prohibitionem commissos huiusmodi excommunicationis sententia innodatus, violentiarum, cædium, damnorum, verberum euenientium ex eiusdem belli conflictu, ipse qui causam malorum præbuit, auctor extitit fautorque delicti, per quod præfatus princeps captus indebite, & quantum ad ipsum Alfonsum maxime, detentus iniuste eidem pro debita sibi liberatione se obligans (quam vtique gratis obtinere debebat) indebitam promissionem exposuit, & vt ob turpem causam onus obligationis accepit.

Illustratur iustitia Caroli

Contra fas captū tentumq.

Nec minus laborat vitio, quod obligationes prætactæ in carcere fuerunt expositæ, & ab eo, qui in tremenda custodia detinebatur, exactæ: quibus nec robur adijcit renouatio obligationum ipsarum, sacramenti præstatio facta eidem Regi Angliæ pro ipsis implendis, præfati Raimundi Berengarij & aliorum obsidum de prælibato Prouinciæ comitatu traditio post ipsam liberationem vmbratilem subsecutæ, quæ ex causis pluribus sunt viribus vacuæ, & ab efficacia debitæ firmitatis exclusæ: etenim & eorundem Ludouici & Roberti natorum charitas pro conuentorum obseruatione, nondum eadem liberatione secuta, in obsidatu morantium, in quibus plusquam in se paternus terrebatur affectus; promissioque facta Anglorum Regi prædicto per ipsum principem adhuc captum de liberandis obsidibus, quos idem Rex pro sæpedicto principe ante liberationem ipsius Alfonso memorato tradiderat, cuius promissionis causam eo libertati reddito eiusdem religio iuramenti firmauit; nec non ipsum sacramentum turpiter in carcere præstitum, quod erat non interueniente ecclesiæ dispensatione seruandum, onerosæ nouationis huiusmodi produxit periculum, vt consequentiæ primi actus recidiuationem iactura inducerent, & ante-

Pactiones extortas in carcere nō tenere.

Non tenere sacramentum Anglo datum, filijs tentis obsidibus.

ventia tabulam ipsam & altare suffumigant, & ad sua redeunt loca. Thurificatione ista nefaria completa, quilibet in conspectu Imperatoris offert munera illa, de quibus supra diximus. Hactenus de rebus Tartarorum.

Anno 1288. num. 17. vers. 29. post vocem, rescidit, *adde*:

§. 1. Reperimus hac de re grauissimum diploma a, in quo Nicolaus Papa extortarum a Carolo pactionum iniquitatem manifestam arguit; ostenditque iuste a sede Apostolica eas rescindi, cum ad ipsum de criminibus Christianorum cognoscendi ius spectet; tum ipsi Petrus & Alfonsus principes Aragonij in ancipiti vitæ discrimine, in quo mortis cogitatio inanibus hominum erroribus velum detrahere solet, professi sint Carolum ab ipsis inique tentum in carcere, eundemque liberari iusserint.

a Extat in M. S. arch. Vat. sign. n. 539

Nicolaus episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

28 *Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt, liberos & omne onus disrumpe.* His scripturæ sacræ præceptis inducimur, obligationes impietatis impie vel inique contractas ad opprimendos insontes dissoluere, harum congeriem adiectione durioris oppressionis adaggeratam propensiore studio velut fasciculos soluere, deprimentes huiusmodi pressos & quasi confractos angustijs ab ipsarum liberare nexibus: sicque in his totaliter omne onus iuste disrumpere, quod principalis obligationis, vt ad id accessoriæ vis nulla remaneat, ac obligatos ipsos per onerosæ captionis dispendium inanis asperitas contra iustitiam non affligat. Sane conuentiones & obligationes initæ inter charissimum in Christo filium nostrum Carolum Regem Siciliæ & Alfonsum natum quondam Petri Aragonum, inferius describendæ, quanta impietate redundent, iniquitate resultent, quantumque pondus importent, variæ ipsarum circumstantiæ lucidant, & rationes apertæ euidentius manifestant: quæ consideratæ consultius & prouisæ prudentius, attenta eiusdem Regis, tunc principis, captionis iniuria & iniustitia tentionis, illas viribus inualidas detegunt, omnique vacuandas effectu & firmitate declarant.

Nicolai decretum de rescindendis iniquis pactionibus extortis a Carolo.

Siquidem in vulgarem fere orbis notitiam deuenisse iam credimus, qualiter præfatus Petrus Aragonum fallacis iniquitatis filius, & proteruæ præsumptionis alumnus, militum & peditum caterua stipatus insulam Siciliæ, quam claræ memoriæ Carolus Siciliæ Rex a Romana ecclesia tenebat in feudum, incursibus violentis inuadens & occupans, ac subtrahendo illam Regi præfato, sibi falsum titulum regiæ dignitatis assumens, se Regem intitulauit Siciliæ, ac gerere pro Siciliæ Rege præsumpsit, grandem in eam seditionem excitans, grauiter populum concitans, eundemque Regem ipsius omnino possessione priuatum diuersis laboribus sumptibusque fatigans; & cum ex erroris fomite, cui nullus est terminus, feruor accensæ cupiditatis excresceret, & in immensum exiens naturalem modum capacitas transiliret, iniquus ille ad terras alias citra pharum, in eiusdem Regis fidelitate manentes, per excogitatæ falsitatis astutiam manus occupationis extendis, ipsasque insultibus varijs & diuersis inuasit. Demum prædicto nunc Rege Siciliæ Regis præfati filio morante Neapoli, qui in absentia prædicti genitoris sui, in partibus vltramontanis agentis, generalis eius in Siciliæ regno vicarius regnum ipsum, quod ipsius ecclesiæ iuris & proprietatis existit, cæteraque paterna iura, immo propria, censura iudicante rationabili, tenebatur; Rogerius de Lauria naualis exercitus dicti Petri præpositus, pacis æmulus, quietisque turbator, flagitiosi mandati susceptor, Neapolitanum fretum hostili proteruo, cum extolio numeroso discurrens, circumuastans terras fidelium, continuis flagellabat insultibus, & successiuis damnorum iniurijs lacerabat: ac eousque in dissolutam licentiam prodibat effectus audacia, quod eiusdem Regis fideles & subditos, pro eorum opportunitatibus de loco nauigantes ad locum, in ipsius oculis, qui sic præsentaneos & euidentes excessus obumbrare non poterat, capiebat immaniter, ex illis quosdam onerosæ redemptioni subijciens, quosdam mutilatos retinens, multos membrorum debilitatione deformans, multos excidio ignominiosæ peremptionis absorbens. Sicque Rex ipse, tunc princeps, illicitis prouocatus iniurijs, & inuasionibus concitatus enormibus, cum militibus & bellatoribus alijs armata vasa conscendit, vires viribus pellere satagens, & repulsibus iniuriam propulsare disponens: & dum subinde belli res agitur, & duris ac violentis aggressibus vtrimque verteretur, de permissione diuinæ iustitiæ, quæ ex latentibus causis suos nonnunquam castigat & corrigit, eiusdem belli tristis euenit exitus, vt de gente præfati principis aliquos gladius de medio tolleret, & ipsum cum multis de suis militibus in ipsorum inuadentium manus immanes sæuientis casus acerbitas captiuaret.

Describitur quam iniquo pe titus bello Carol. a Petro Aragonio

Rogerius Lauriam contra fas Neapolitanam oram vexasse.

Captum Carolum II. dum pro æquitate pugnabat.

Dum autem prædictum principem eiusdem Petri carceralis custodia teneret inclusum, ipso Petro rebus humanis exempto, ac eodem principe in Alfonsi prædicti potestate deducto, multis præuijs de ipsius captiuitatis solutione tractatibus, ad verbalē & imaginariam liberationem eiusdem principis inter ipsum & prædictum Alfonsum, in quo vere paterni criminis pernitiosa plurimum probantur exempla, duræ & importabiles conuentiones sunt habitæ, & pœnæ variæ cum vinculo iurisiurandi religionis adiectæ: quorum sericis duobus instrumentis, licet implicite satis, inserta breuiter & succincte, quantum fieri cōmode potuit, præsentibus explicatur.

Alfonsum paternæ tyrānidis fuisse successorem.

Iniqua extorsisse cōuenta.

Postposito namque ipsarum conuentionum ordine scripturæ præpostero, vbi præcedunt accessorię principales, cum habet inter cætera prædicti principis tunc captiui expressa promissio, quod ipse cum Alfonso prædicto, Iacobo fratre suo, & eorum heredibus pro se, Romana ecclesia, charissimis in Christo filijs nostris Philippo Francorum, Carolo Aragonum & Valentiæ Regibus illustribus infra triennij spatium, iuxta determinationem conuentionibus ipsis intextam, ad voluntatem eiusdem Alfonsi pacem faciat, & de qua pacatus sit prædictus Alfonsus seu heredes illius; aut ad eiusdem Alfonsi seu successorum eius carcerem reuertatur; quodq; prædictus princeps procurabit & faciet, quod ipse, Romana ecclesia, & præfati Philippus & Carolus Francorum & Aragonum Reges pro se & eorum valitoribus (vt ipsarum conuentionum, immo dissentionum potius verbis vtamur) dictis Alfonso & Iacobo & ipsorum heredibus ac valitoribus eorundem exacti interuallo termini, prout in pactio-

Præcipua eorū capita.

De auertendo bello Gallico

visus est, loricam desuper indutus: domabat enim corpus suum ieiunijs, & mirabili ciborum abstinentia se restringebat, ne vitijs humanæ fragilitatis fœdaretur. Ex illo vero tempore ita frugalitatem seruauit vsque ad mortem, quod potius monachus, quam Rex vel miles propter abstinentiam posset dici. Erat insuper omnibus blando eloquio affabilis, humilitatis gratia præditus, & inter suos barones & milites mirabili mansuetudine residebat dominus absque vllo fastu superbiæ: his et alijs multis pollens virtutibus toto tempore vitæ suæ pacem in regno suo meruit obtinere. Versurus erat arma in Saracenos Asiaticos, nisi Aragonij fraus illum ab eo consilio distraxisset.

Viduus carnem domabat cilicio.

anno 1286. post num. 35. adde:

Bellum ciuile inter Tartaros.

In Asia bellum ciuile exarsit inter Tartaros, quo earum partium fideles impliciti fuere, coniurante aduersus Cobilam Imperatorem Naiam principe Christiano, & signum viuificæ crucis in eum præferente: sed cum illius mores a Christiana sanctitate dissonarent, & iniustam ambitionem religionis specie tegeret, diuino destitutus præsidio in hostis cecidit potestatem; quæ accurate describit subiectis verbis Marcus Paulus Venetus a: *Anno Domini* MCCLXXXVI. *patruus eius Naiam nomine, cum triginta esset annorum, & multis populis atque regionibus esset præfectus, iuuenili elatus vanitate motus est contra dominum suum Cublai, maximum contra eum ducens exercitum: & vt felicius pugnaret, asciuit in auxilium alium quemdam Regem Caydu nomine, qui nepos erat Cublai Imperatoris, sed odio habebat eum.* Paucis interiectis, vt Cobila, patefacta coniuratione, antequam Naiam suas copias cum Caydano posset coniungere, contractis raptim copijs illum occuparit, addit auctor b: *Erat, inquit, quidem Naiam professione & nomine Christianus, sed non operum fidei sectator; signauerat que principale vexillum suum crucis signo, habens secum non paucos Christianos. Commissum est itaque prælium ab initio diei vsque ad meridiem, & ceciderunt multi ex vtroque exercitu, donec tandem Cublai superior euaderet, & hostem in fugam verteret. Mox autem vt populus fugere cœpit Naiam captus est, & ingens multitudo in fuga ipsa occisa.* Rex c *itaque Cublai, captum habens hostem suum, iussit vt confestim occideretur, qui ausus fuerat contra dominum suum arma mouere, & rebellionem excitare: sed quoniam erat de prosapia sua, noluit vt sanguis regius de stirpe sua funderetur, ne terra regium biberet sanguinem, aut sol vel aer viderent mala morte quemquam de regali progenie natum interire. Iussit igitur vt tapeti inuolutus, atque ligatus tandiu hinc inde duceretur, agitaretur, traheretur & impelleretur, donec contracto anhelitu suffocaretur. Hoc autem mortuo, optimates sui & cunctus populus, qui euadere potuerunt, inter quos multi fuerunt Christiani, sponte se submiserunt dominio & obedientia Cublai Imperatoris: & tunc quidem quatuor prouinciæ accesserunt ditioni eius, quarum nomina sunt, Funotia, Cauli, Barscol, & Seinebintingui.*

a Marc. Paul. Venet. l. 2. c. 2.

b Cap. 4. Naiam Christianus perfide in Imp. coniurat.

In acie capitur a Cobila.

c Cap. 5.

Quo mortis genere sublatus.

Porro d *Iudæi & Saraceni, qui in exercitu Cublai fuerunt, cœperunt Christianis, qui cum Naiam venerant, exprobrare & dicere, quod Christus, cuius signum Naiam in vexillo habuerat, non potuerit suis auxilio esse; hasque contumelias quotidie Christianis obiecerunt, Christi potentiam vt inanem irridentes. Christiani vero, qui ad Regis Cublai obedientiam venerant, indignum rati, vt talia ferrent conuitia, quæ gloriam Christi minuerent, conquesti sunt Imperatori quales illis inferrentur iniuriæ. At ille, conuocans Iudæos, Saracenos, & Christianos, ad Christianos conuersus ait: Deus vester & crux eius noluit quidem Naiam præsidium vllum ferre; verum vos propterea nolite erubescere, quoniam Deus bonus & iustus iniustitiæ & iniquitati patrocinari minime debuit. Naiam domini sui proditor extitit, atque contra omnem æquitatem rebellionem excitauit. Et quidem Dei vestri auxilium in sua malitia implorauit; sed ille vt Deus bonus et rectus noluit fauere illius criminibus. Vnde mandans Iudæis et Saracenis cæterisque Christiani nominis blasphematoribus interdicebat, ne vllus eorum Christianorum Deum aut crucem eius amplius blasphemare præsumeret. Sic illis silentium impositum est. Cublai vero, tumultu sedato, cum victoria et gaudio ad ciuitatem suam Cambalu est reuersus.*

d Cap. 6. Saraceni & Iudæi insidias Christianis conflant.

Sapiens Cobilæ responsũ.

Quod vero ad Caydo Naiæ fœderatum attinet; suas ille lites cum Imperatore Tartaro composuit, eundemque a Nicolao IV ad Christi sacra amplectenda solicitatum dicetur inferius a. Sensisse porro optime Cobilam Imperatorem de Christiana religione, ex superioribus constat; tum ex eo, quod antea legationem ad Romanum Pontificem pro expetendis præconibus euangelicis decreuisse vidimus: adeoque eius in religionem Christianam studium in oriente peruulgatum fuit, vt ipsius nepos Abagha Rex Persidis Ioanni XXI. Pontifici significarit b, Cobilam Imperatorem Chistiana sacra suscepisse, Nicolaum III. Cobilæ ea de re gratulatum c; nec non eundem Cobilam a Nicolao IV. sacerdotes Christianos, qui ipsum ac Tartaros euangelica luce collustrarent, expetijsse visuri sumus. Quod magis ad Christi gloriam cedit, cum a suis gentilitia caligine inuolutis instar numinis Cobila coleretur, vt Paulus Venetus pluribus annis in eius aula versatus describit d, dum agit de superstitione Tartarorum.

a An. Chr. 1289. n. 63.

b An. Chr. 1278. n. 21.

c Ibid.

d Paul. Venet. l. 2. c. 15. De superstitione Tartarorũ

In die, inquit, Kalendarum februarij, qui initium est anni Tartarici, magnus Cham & omnes Tartari vbicumque sunt, maximum & solemne celebrant festum, omnesque vnanimiter tam viri quam mulieres student albis indui vestibus, vocantes diem illum festiuitatem alborum: nam credunt vestem albam bonum habere fatum; ideo, vt toto anno fortuna illis sit propitia, in anni initio albis induuntur. Porro ciuitatum rectores & prouinciarum præfecti memores officij sui mittunt Imperatori hoc die munera aurea & argentea, vniones & gemmas, pannos pretiosissimos & equos candidi coloris; vnde nonnunquam fieri solet, vt Regi in hoc festo offerantur centum millia alborum equorum. Et infra: *Illucescente die alborum, omnes Reges, duces, barones milites, medici, astrologi, præfecti prouinciarum atque exercituum, & alij Imperatoris officiales ad aulam Regis conueniunt & quibus locus in ea contingere nequit ob hominum multitudinem, hi collaterales ingrediuntur aulas. Cunctis itaque in suo ordine & gradu sedentibus iuxta cuiuslibet officij dignitatem, surgit vnus in medio, & alta voce clamat: Inclinate, & adorate. Hac voce facta, consurgunt omnes celeriter & genuflectunt, fronteque ad terram demissa quasi deum adorant: & id quatuor faciunt vicibus. Adoratione completa, vadunt omnes suo ordine ad altare, quod in aula positum consistit super vnam tabulam depictam rubeo colore, in qua scriptum est nomen magni Cham: arreptoque thuribulo pulcherrimo, & redolentibus speciebus illi impositis, ad honorem magni Cham cum multa reue-*

Vt Imperatorem colant instar numinis.

 rentia

De censu præstando ab eo Pontifici.

octo millia vnciarum auri censum annuum, in quo ecclesiæ Romanæ ratione regni Siciliæ teneor, possem cum deuotione & obedientia debitis destinare. Misi etiam iam diu Iacobum de Gancelmo dilectum militem familiarem & fidelem ad vestram præsentiam, expresse iniungens eidem, vt me super præmissis, nec non vt si per mare vel per terram essetis ad easdem partes Italiæ redituri, quam citius posset, certificare curaret. Et licet idem Iacobus, considerato tempore, quo a me recessit, potuerit (vt mihi videtur) me super his certum efficere; nondum per eundem Iacobum vel per aliquem scire potui de præmissis veritatem. Quapropter statim vestræ sanctitati humiliter supplico, quatenus benigne attendentes (si placet) meam super huiusmodi negotio puritatem, mihi mandare dignemini, apud quem locum vultis, quod vobis eundem censum transmittam, habentes meam deuotionem, obedientiam meam super eo, quod censum ipsum in statuto termino secundum pacta & conuentiones inter eandem ecclesiam & me habita non tansmitto, ex consueta benignitate sedis Apostolicæ excusatam, mihique apostolicas literas ad huiusmodi excusationes meas necessarias concedentes; ita quod propter hæc pactorum & conuentionum ipsorum transgressor non reputer, ac exinde pœnam aliquam non incurram: Ego enim censum ipsum, quem vobis ante prædictum terminum transmisissem, si certus fuissem de loco, apud quem potuissem illum misisse, iam in certo loco feci deponi; vobis iuxta vestræ voluntatis beneplacitum cum filialis deuotionis promptitudine celeriter transmittendum. *Dat. Neapoli anno Domini* MCCLXXV. *die* XI. *iulij*, III. *indictionis, regni mei anno* X.

De toto censu die non persoluto venia postulata.

Anno 1276. *num.* 45. *vers.* 18. *post vocem*, alij, *adde:* quæ illustrantur eiusdem Pontificis literis a ad orientalis ecclesiæ præsules quibus ipsos ad cœptam cum Romana ecclesia coniunctionem perficiendam adhortatur.

a Extant in vetul. pergam. ex arch. Anin. in Vat. delatus sign. n. 5.

Ioannes episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus patriarchæ, archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filijs abbatibus cæterisque prælatis Græcorum salutem et apostolicam benedictionem.

Ioannis literæ ad clerum Græcorũ.

Grandis affectus, quem circa tractatæ iamdudum inter Latinos & Græcos vnionis negotium Dei beneficio laudabiliter hucvsque promorum in minori dudum constituti officio tanquam filius gerebamus, in paternum creuisse dignoscitur, nobis dispositione diuina (licet immeritis) ad apicem apostolicæ dignitatis assumptis; Creuit quoque cum onere præconcepta de præfati negotij felici promotione iucunditas, cum nos iam non tam contingat vt filium, non solum vt cooperatorem respiciat, sed specialis in nobis studium promotionis exquirat. Et ideo ad illius prosecutionem, vtique insidentis admodum cordi nostro, intentum studium dirigentes; & attendentes etiam diligenter consummationem ipsius vnionis in vobis, gratam Deo, fidei orthodoxæ perutilem, mundo necessariam, & animabus etiam fructuosam; illud ab ipsis pene promotionis nostræ primordijs quasi præcipuum prælegimus prosequendum, diligentem curam & curiosam diligentiam adhibentes, vt eius circumstantijs plenius indagatis, ad votiuam consummationem eandem efficacius procedatur. Porro piæ solicitudinis & deuotionis affectum, quem nos ad ipsius vnionis promouendum negotium impendisse missæ hactenus felicis recordationis Gregorio Papæ prædecessori nostro vestræ literæ testabantur, sedula meditatione pensantes; ac firmiter sperantes in Domino, quod vestris mentibus veræ lucis radijs illustrans, affectus huiusmodi de bono in melius augeatur, & per euidentiam efficaciotis operis clarius elucescat; plenis quoque desiderijs affectantes, vt antiqui discrimen schismatis, quod malorum incentoris astutia nefanda suggestum sit, nouæ vnionis antidoto terminetur, ad charissimum in Christo filium nostrum Michaelem Palæologum Imperatorem Græcorum illustrem, & vos venerabiles fratres nostros Iacobum Ferentinatem, Gaufridum Taurinensem episcopos, & dilectos filios fratres Rainonum priorem conuentus Viterbiensis ac Salum lectorem Lucanum ordinis Prædicatorum, viros vtique meritorum claritate conspicuos, probatæ fidei, virtutis eximiæ, ac nobis & fratribus nostris merito suæ probitatis acceptos, nostros nuntios latores præsentium destinamus, desiderantes inter cætera, vt ad communis vtilitatis augmentum non solum quę acta sunt per eũdem plenius robur accipiant; sed & in vobis, & per ipsũ ac vos in alijs quoad professionem fidei & recognitionem primatus ecclesiæ Romanæ ipsa vnio desiderata perfectione lætetur.

De missis internuntijs apostolicis.

Quocirca vniuersitatem vestram rogamus & hortamur attente, ac obsecramus in domino Iesu Christo, quatenus recogitantes solicite, quod ad hoc Dominus prælatos in ecclesia sua præfici voluit, vt exerceant in ea quę soliciti sunt pastoris; ad hoc in vineam suam illos operarios introduxit, vt suæ culturæ studio vberior illa instituatur in fructu; ad hoc illos in specula statuit, vt alijs lumen veritatis ostendant, ea quæ vobis præfati nuntij, quos ad hoc prouidimus destinãdos, super eisdem professione fidei & recognitione primatus ecclesiæ Romanæ, alijsque contingentibus præmissa suaserint, & vos ipsi cum omni promptitudine adimplere, & opportune inserere ac fouere in alijs cum omni solicitudine studeatis, vt illis gloriosius dilatatis propagatisque diffusius, ab eo, qui bonorum est omnium retributor, affluentis retributionis præmium cum laudis humanæ præconijs & pleniori sedis Apostolicæ gratia reportetis. *Dat. Viterbij* XII. *kal. decembris, pontificatus nostri anno* I.

Adhortatio ad Græcos, vt fidei orthodoxæ formulam nuncupēt.

Anno 1285. *num.* 27. *vers.* 17. *post vocem*, reliquit *adde*: de quo insigne hoc elogium vetusti Francorum annales a de S. Ludouico locuti referunt, dignumque tanto parente ipsum extitisse ostendunt: *Christus bonæ memoriæ Ludouico Regi domum stabiliuit, dum Philippum eius filium in throno regali prouehi est dignatus. Denique dictum est Dauid a Domino: Si custodierint filij tui testamentum meum & testimonia mea hæc, quæ docebo eos, & filij eorum vsque in seculum sedebunt super sedem tuam; super sedem paternam Philippus Rex, vt dictum est, collocatus patris sui non immemor præceptorum, quibus illum in extremis laborans imbuerat, ambulauit cum Domino, sapientum tractatibus corde vltroneo adhærendo: & maxime tunc vsus est consilio & disciplina reuerendi patris Matthæi abbatis S. Dionysij in Francia, viri religiosi & sapientiæ floribus adornati, cui super omnes assessores palatij regij causas & vniuersa negotia regni sui, sicut & pater suus fecerat Ludouicus Rex, expedienda tradidit. Illo etiam tempore, quo post mortem Isabellæ Reginæ sine vxore fuit, cilicio, vt aiunt,* vsus

a Tom. 5. hist. Franc. pag. 527.

Philippi elogium.

processionaliter vsque ad altare, et fiunt cætera vt supradictum est. Quibus factis, coronatur ad gradus, et redit Lateranensem per viam Papæ: et postquam equitauerit, fit ibi in eodem loco iactus pecuniæ per senescallum vel alium ter, et post Papam proijcit:*

* Lateranum

Item cum peruenerit ad turrim Stephani Petri, quæ est Farionis, et hodie dicitur turris de campo, vnus de familia Papæ facit ibi vnum alium iactū, stando in aliquo eminenti loco: et ibi dominus stat, et veniunt illuc Iudæi cum lege facientes ei laudem, et offerunt legem sibi vt adoret. Similiter dum peruenit ad palacium Cincij, vnus de familia Papæ de dicto palatio facit vnum iactum similiter cum peruenerit ad S. Marcum. Similiter cum peruenerit ad S. Adrianum, facit alium iactum, stando in fenestra palatij S. Martinæ: et sic venit ad plateam Lateranensem, & ducitur ad porticum, quæ vadit ad ecclesiam S. Ioannis Lateranensis: et ibi ante porticum stat prior Lateranensis et canonici cum eorum comitiua induti solemniter et cum cruce processionali Papam, cum descendit, recipiunt: et postquam Papa descenderit, faciunt eum ibi sedere in quadam sede marmorea, quæ vocatur stercoraria: & veniunt omnes Cardinales, et honorifice eleuant eum, vt vere dicere possint: Suscitat de puluere egenum, et de stercore erigit pauperem: vt sedeat cum principibus, et solium gloriæ teneat. Et idem dominus Papa, stando iuxta ipsam sedem, accipit tres pugillatos denariorum de gremio camerarij, et proijcit inter populum dicens: Aurum et argentum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do. Et postea, priore et canonicis præeuntibus cantando, ducitur per ipsam porticum ad ecclesiam basilicæ Lateranensis, vbi orat et dicit: Sit nomen Domini; et deponit regnum, et assumit mithram, et sedet in magna sede post altare, vbi recipit prædictos priorem et canonicos Lateranenses ad pedem et ad osculum. Quo facto ducitur ad palatium: et vbi venerit ad portam palatij, vnde intratur palatium per ecclesiam, ponitur ibi faldistorium, et ibi Papa sedente, prior presbyterorum Cardinalium, ordinatis iudicibus et scriniarijs in filo, facit ibi laudem sicut diaconus Cardinalis fecerat in missa ante epistolam post orationem. Postea ducitur ab ipsis Cardinalibus per palatium vsque ad portam ecclesiæ S. Siluestri, vbi sunt duæ sedes porphyreæ: et primo sedet in illa quæ est ad dextram, vbi prior basilicæ S. Laurentij dat ei ferulam, quæ est signum correctionis et regiminis, et claues ipsius basilicæ, et sacri Lateranensis palatij, in quibus designatur potestas claudendi et aperiendi; ligandi atque soluendi: et cum ipsa ferula et alijs clauibus accedit ad aliam sedem similem, quæ est ad sinistram: et tunc restituit eidem priori ferulam et claues, et incipit sidere in illa secunda sede. Et postquam aliquantulum sederit, idem prior cingit eidem domino Papæ zonam de serico rubro, in qua debet pendere bursa purpurea, in qua sunt duodecim lapides pretiosi cum sigillis et muscus: et dum in ipsa sede sedet, recipit officiales palatij ad pedem et ad osculum, et sedens ibi recipit de manu camerarij denarios argenteos, et proijcit eos super populum; et hoc facit ter, dicendo singulis vicibus Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi: et in duabus sedibus debet Papa taliter se habere, vt videatur potius iacere quam sedere: et nulla istarum sedium, nec etiam sterioraria erit cooperta vel parata, sed nuda. Deinde ducitur ad sancta sanctorum, vbi intrat, et ante altare suam orationem facit: et postea reducitur ad capellam S. Siluestri, in quā intrat et sedet in loco præparato, et facit presbyterium, de quo supradictum est. Postea redit ad cameram, in qua deponit casulam et pallium, et assumit mantum, et vadit comedere vt supradictum est: primo tamen recipit iuramentum secundum formam. Ego talis, etc. a senatore.

Spargendis pecunijs ad plebem.

De sede humili dicta stercoraria ob decantionem verborum psalmi: De stercore erigit pauperem.

Alij ritus.

Exigit nouus Pontifex hoc iuramentum a senatore Vrbis.

Si vero dominus Papa consecratur vel eligitur extra Vrbem, cum venerit ad Romam ad capellam S. Mariæ Magdalenæ ad radicem montis Marij descendit, et intrat cum Cardinalibus ipsam capellam, et ibi recipit pluuiale et mithram, et postea equitat et procedit: et Iudæi sibi occurrunt cum lege et laudibus. Et omnes ecclesiæ Vrbis ei obuiant honorifice cum processione: et veniunt omnes clerici induti cum crucibus et vexillis et thuribulo cum capsa: et idē dominus Papa de thure cū cochleari in thurribulo ponit, et illi Papam cum eo incensant: et faciunt ita omnes ecclesiæ. Et sic ducitur per porticum vsq; ad gradus S. Petri, vbi est processio parata et archipresbyter et canonici S. Petri, a quibus recipitur riuerenter: et cantantibus ipsis canonicis, introducitur in ecclesiam priore canonicorū tenente ipsum Papam ex vna parte, et priore Cardinali ex altera, et sic introducitur in ecclesiam tenentibus eum: sed prior dimittit eum ante portam ecclesiæ ipsius basilicæ, et alius Cardinalis assumit eum ex illa parte; et in medio ecclesiæ veniunt et cantant coram ipso presbyteri Cardinales: Protector noster aspice Deus, et respice in faciem Christi tui. Quo dicto ducitur ad altare, et ibi orat, et dum orat cantant canonici: Te Deum laudamus. Quo cantato, surgit dominus Papa ab oratione, et dicit: Sit nomen Domini benedictum; & postea osculatur altare B. Petri offerendo super altari pretiosum pannum aureum. Et nota, quod semper Papa offert pannum sericum super altare cuiuscumque ecclesiæ, cum primo eius altare ascendit. Demum ad magnam et eminentem sedem post altare B. Petri ducitur, et in ea a priore diacono Cardinale inthronizatur et ponitur, et ibi sedens recipit ad pedem et ad osculum oris omnes Cardinales ordinate, et omnes canonicos S. Petri. Quo facto ducitur ad cameram suam, et ibi quiescit. Cum vero venerit Lateranum, recipitur prima vice vt supradictum est de sedibus et omnibus præterquam de laudibus, et offert ad altare vt dictū est. Hactenus ceremoniale pontificium. Quibus perfectis sacris ritibus, qui circa ipsum peragendi erant, Gregorius tertia die.

Si extra Romam sacratus Pontifex, quo ritu excipiendus.

Deducendus in templum.

Anno 1275. *post finem numeri.* 53. *adde:*

54 Paruisse Carolum pontificijs imperijs videtur, cum Brenensem comitem Cyprum bello adortum non reperiamus. Insignes vero Caroli ad Gregorium literas plenas officiorum & obseruantiæ notis ad huius anni calcem afferemus, quibus ad pendendum annuum vectigal paratum se exhibet, ac locū quo illud numeraturus sit designari, deque Gregorij in Italiam reditu fieri certior efflagitat.

a Nicol. Card. Arag. M. S. arch. Vat. sign. lit. C. n. 196. pag. 81.

Sanctissimo in Christo patri et domino suo Gregorio, diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ et vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, Carolus Dei gratia Rex Siciliæ, ducatus Apuliæ, et principatus Capuæ, almæ vrbis senator, Andegauiæ, Prouinciæ et Folcalquerij comes, Romani imperij per sanctam Romanam ecclesiam in Tuscia vicarius generalis, deuota pedum oscula beatorum.

Caroli I. tituli.

Diu est, clementissime pater, quod perquisiui & indagaui solicite de tempore, quo vos, de vltramarinis partibus recedentes, iter arriperetis ad partes Italiæ feliciter redeundi, certificari desiderans, si apud aliquam ciuitatem in huiusmodi reditu moram aliquam disponeretis contrahere, vt certius atque securius clementiæ vestræ

Dei, gloriosissimæ Mariæ virginis eius genitricis, beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac sanctæ Romanæ ecclesiæ. Et aptato pallio ipso super eum cum tribus spinulis aureis, vt est moris, ascendit summus Pontifex ad altare, & facit incensum, & demum redit ad eminentem sedem, & dicit: Dominus vobiscum, *vel* Pax vobis, *siue* Gloria in excelsis; *vt dies requirit: & postea dicit orationem dominicæ alte, & aliam dicit pro se secrete.*

Qua oratione finita, & secuta responsione, Amen; Papa residet in sede, & prior diaconus Cardinalis *portans ferulam in manibus cum diaconis, subdiaconis, scriniarijs, & iudicibus, omnes induti solemniter, descendit ante altare, & facit duas*

De componendo agmine religioso.

acies siue fila, vnam ex vna parte, & vnam ex reliqua, æqualiter diuidendo; & ponit primo diaconos iuxta altare, secundo subdiaconos, tertio iudices, quarto scriniarios in ordine. Et ipse prior diaconus incipit laudem sic alta voce in cantu, quasi legendo: Exaudi Christe; & iudices & scriniarij respondent

Faustis acclamationibus.

similiter in cantu quasi legendo: Domino nostro Papæ *a Deo decreto summo* Pontifici *& vniuersali Papæ vita. Item idem prior dicit secundo: Exaudi Christe; & iudices et scriniarij respondēt vt prius: & sic facit tertio. Item idem prior dicit: Saluator mundi; & iudices & scriniarij respondent: Tu illum adiuua; & sic facit tertio. Item idem prior dicit bis: S. Maria; & illi respondent: Tu illum adiuua. Eodem modo dicit tantum semel,* S. Gabriel, *S. Ra-*

Implorãda sanctorum ope.

phael, S. Ioannes Baptista, S. *Petre,* S. *Paule,* S. *Andrea, S Stephane, S. Leo, S. Gregori, S. Benedicte, S. Basilij,* S. Sabba, *S. Agnes, S. Cæcilia. S. Lucia: alijs respondentibus: Tu illum adiuua. Quibus finitis, prior dicit: Kyrie eleison, & illi respondent: kyrie eleison; & hoc facit tertio. Et postea omnes dicunt alta voce & vna vice. kyrie eleison. Et laudibus finitis legitur epistola Latina & subsequenter Græca super pulpitum: ita etiam de euangelio. Ille vero episcopus Cardinalis, qui eum consecrat, debet esse omni pontificali indumento ornatus absque baculo pastorali, dum eundem summum* Pontificem *consecrat.*

Qua consecratione finita, deponit omne

Diuina re peragenda.

ornamentum prædictum: & assumpto pluuiali cum superpellicio, seruit eidem summo Pontifici in altari vt est moris: & sic missa ordine suo procedit vsque ad finem; & cantabit eum solemnitate non super altare, sed ad sedem. Post missam dicit idem summus Pontifex: Sit nomen Domini. *Consecrator tamen non dicit: Multos annos, sed omnibus rite peractis, ipse summus Pontifex & omnes* Cardinales *& alij prælati & subdiaconi, quilibet in gradu suo indutus vestimentis pretiosis albi coloris, episcopi pluuialibus, presbyteri casulis, diaconi dalmaticis, subdiaconi tunicellis, acolyti superpellicijs, & alij capellani, episcopi, archiepiscopi, abbates, & patriarchæ pluuialibus, & iudices & scriniarij, similiter præfecti & aduocati erunt induti pluuialibus, ipse in pluuiali & mithra, & scola cantorum in superpellicijs. Et Papa omnia pretiosa ornamenta habebit, & pallium, & mithram optimam, & chirothecas, & annulum pastoralem: & sic cum omnibus venit ad portam siue ad gradus ecclesiæ, & ibi*

Corona illi imponenda.

prior diaconus Cardinalis *extrahit mithram, & ponit ei coronam, quæ vocatur regnum in capite, toto populo clamante: Kyrie eleison.*

Et sic cum omni ornatu quilibet Cardinalis & prælatus equitat equum coopertum panno albo: subdiaconi vero, capellani, scriniarij, & alij equitant ornate vestiti, non tamen habent equos coopertos. Papa *equitat equum magnum phaleratum & coopertũ tantum ex parte posteriori de scarleto, in parte vero anteriori non cooperitur.* Sic

Triũphalis pompa ducenda.

omnibus equos ascendentibus, prior diaconorum cum ferula ordinat processionem hoc modo. Primo procedit equus domini Papæ phaleratus, secundo vadit subdiaconus cum cruce, tertio XII. *banderarij cum* XII. *vexillis rubeis, & duo alij cum duobus cherub. . . . . . .* IV. *duo præfecti nauales induti pluuialibus,* V. *scriniarij,* VI. *aduocati,* VII. *iudices,* VIII. *cantores,* IX. *diaconi & subdiaconi, qui legerant epistolam & euangelium in Græco,* X. *abbates forenses,* XI. *episcopi,* XII. *archiepiscopi,* XIII. *abbates Vrbis,* XIV. *patriarchæ & episcopi,* Cardinales, XV. *presbyteri* Cardinales, XVI. *diaconi* Cardinales, XVII. *dominus Papa & subdiaconus cum tobalia, & seruiens qui portat vmbraculum: & sic venit vsque ad palatium suum siue ad ecclesiam iuxta palatium suum. Vbi cum descendit de equo, deponit regnum de capite, & recipit mithram, & presbyter* Cardinalis *facit ibi laudes cum tabellionibus & iudicibus. Quibus factis, deponit pallium & casulam tantum ac chirothecas; & resumit pluuiale.* Postmodum: *venit ad aliquem locum præparatum decenter, & ibi dat cuilibet* Cardinali *& prælato presbyterium. Et sic ipse Papa sedet in*

Conferendis muneribus.

sede, & quilibet Cardinalis & prælatus vadit coram eo, & flexis genibus extrahit sibimet Cardinalis siue prælatus mithram, & tenet apertam ante Papam: & ipse ponit illam pecuniam, quam dat ei in vno cypho argenteo camerarius, & quam dicit liber cameræ, qui vocatur policitus: & ille qui recipit pecuniam in mithra osculatur genu domini Papæ. Et idem camerarius habet ante se magnam mensam coopertam tobalea, vbi sunt huiusmodi monetæ & assistunt ipsi camerario clerici cameræ & duo mercatores: ipse vero camerarius & clerici tantum sunt in superpellicijs.

Quo presbyterio dato, idem dominus du-

Celebrando conuiuio.

citur a duobus Cardinalibus *diaconis ad mensam solemniter paratam, & ibi sedet, episcopo* Cardinale *sibi dante aquam, & duobus diaconis tobaleam tenentibus: & eo loco vadunt omnes sedere, & sedet in vna mensa eminenti solus* Papa *cum diuersis & magnis vasis aureis & argenteis. In alia mensa sedent episcopi, in alia presbyteri, post eos in alia parte ad sinistram diaconi* Cardinales, *& postmodum mensæ omnium prælatorum et aliorum nobilium. Et attende, quod Papa stabit, dum comedet, indutus et calciatus, vt dictum est, et cum mithra,* Cardinales *vero omnes habebunt superpellicia cum camisijs et mantellis et mithra alba simplici in capite, et sic comedent, et omnes prælati similiter cum mithra. Coram* Papa *seruient laici maiores natu et nobiliores, qui sunt præsentes. Qua comestione finita,* Papa *lauabit manus vt prius, et quilibet* Cardinalis *similiter sedendo lauabit, seruiente fundente aquam* Cardinali *lauanti.* Cardinales, *qui assistunt, teneant tobaleam vnus ex vna parte lauantis, alter ex altera, et sic sibi ad inuicem mutuo seruiant. Quibus omnibus lotis, et redditis gratijs, Papa reducitur a duobus Cardinalibus ad cameram, et capellani discalceant et exuunt eum, et postea Papa quiescit.* Cardinales *vero et alij prælati redeunt ad hospitia sua cum mithris equites et parati, sicut steterunt in comestione. Et attende, quod dum venit coronatus, debet in quatuor locis facere missilia, id est pecuniam diuersam mixtam proijcere super homines..*

De pompa a palatio S. Petri ad Lateranum agitandis.

Si *vero Papa fuerit* Roma, *apud S. Petrum ordinatur et consecratur: & dum debet consecrari, induitur ad capellam S. Gregorij, et venit*

pro-

cto: Multos annos, flectendo ter genua coram eo; vt est moris, & altiori voce semper dicendo. Idem electus nullum seruitium in altari faciet ordinatori, nec epistolam, nec euangelium cantabit. Nec ante receptionem ordinis diaconatus dicetur illa postulatio: Postulat mater ecclesia, &c. nam illa petitio non est necessaria in Papa, quem scimus per omnia esse dignum. * Quid de illa pronuntiatione, Auxiliante Domino; nec etiam cum promouetur ad ordinem presbyterij eadem postulatio dicetur.

Prætermittend. ritus *Postulat mater ecclesia.

Sed cum ad ordinem presbyteratus ordinari debebit, induetur cum ea solemnitate, cum qua dictum est, habendo stolam super humerum & * manuale in brachio sicut diaconus: nec tamen habebit tunicellam, nec dalmaticam, nec calciabitur sandalibus, nec habebit pectorale; sed solum amictum & albam, & fiet letania, vt consueuit. Et deinde ordinator coram ipso stans ordinat eum more consueto in alijs, & manus cum oleo sancto inungit, imponendo et primo manum; & omnes presbyteri Cardinales, qui assistunt similiter: & ponit ei casulam reflexo ei primo orario, vt est moris super vtrumque humerum. Quibus omnibus, vt in ordinatione presbyterorum continetur, peractis & casula ei extensa ad dorsum per ordinatorem, & parata a ministris, idem electus lauabit manus suas cum mica panis, vt moris est. Quo facto recipit ad pedem & osculum omnes episcopos Cardinales, presbyteros, & diaconos Cardinales: ordinatorem quoque, nec non & alios prælatos, qui assistunt in ordine suo. Quo facto cantatur euangelium. Quo cantato, idem electus osculatur sibi delatum euangelium, vt est moris. Et post dictum: Dominus vobiscum, & Oremus, per ordinatorem, idem ordinator venit coram eodem electo, & recipit de manu eius duos magnos panes, duas phialas vini, & duo tortitia, osculando ei manum. Quo facto, redit ad altare ordinator & ordinatus, & vnus presbyter Cardinalis eidem electo ordinato seruit de libro in altari in missa, dicendo & instruendo ipsum. Et deinde tempori debito, postquam ordinator communicauerit, præfatus electus de manu ordinatoris super altare communicabit, & omnia rite agentur vsque ad finem missæ. Qua finita ordinator dicit: Multos annos; vt dictum est; Sit nomen Domini præcedens; per ipsum electum, prout superius est expressum. Quo facto, idem electus exuetur reuerenter, vt moris est, dicendo post debite, scilicet Benedicite & laudate Dominum, aut Trium puerorum. Et ordines huiusmodi recipiet publice omnibus præsentibus, & a quocumque episcopo sibi placuerit Cardinale seu alio: & totum hoc agetur die sabbati. Die vero dominico sequenti consecrabitur, si sibi placuerit: si vero consecrari noluerit, sed ex aliqua causa differet consecrationem, quousque consecretur missam nec publice nec priuate cantabit.

*manipulum

De muneribus initianti offerendis.

Cum electus in Papam presbyter fuerit consecrandus, talis ordo debet seruari. Primo idem electus, dum dicit primum, Quam amabilis, &c. calciatur sandalijs & caligis. Et, lotis manibus, induetur omni ornamento suo, scilicet primo alba, cingulo cum subcinctorio, postea pectorali, deinde fanone, postea stola, deinde tunicella, & postea dalmatica. Subsequenter recipit chirothecas, & deinde casulam, & mitram in capite sine pallio & annulo pastorali, quæ postea recipiet in loco suo; & vestimenta erunt coloris tempori congruentis. Cardinales omnes tam episcopi quam presbyteri, diaconi, subdiaconi, & alij prælati omnes erunt in vestibus congruis tempori, & cruce papali præeunte cum faculis septem & incenso, omnes de loco, in

Si Papa presbyter tantum foret, quo ritu sacra illi pontificalia cōferenda.

quo est vestitus, veniunt processionaliter ad altare. Nulla tamen fit examinatio primo, nec etiam illa consueta in consecratione aliorum episcoporum, quæ incipit, Antiqua. Et vadit electus ad altare & facit confessionem, interim choro vel scola canente introitum & kyrie eleison. Qua facta, venit ante altare, & ibi incumbit super faldistorium paratum, & omnes alij prælati similiter, & duo diaconi Cardinales, qui ad seruiendum ei a dextra læuaque assistunt, & capellanus subdiaconus dicit letaniam cantando, alijs capellanis respondentibus. Et dum venerit ad illum locum: Consecrandus, &c. repetet bis, & quilibet prælatus vna cum ordinatore electum ipsum signabit. Qua letania dicta, ordinator venit coram eodem electo, & dicit illud quod est in pontificali: Episcopum oportet, &c. Quo dicto, redeunt post altare omnes: & tunc venit vnus ex ipsis Cardinalibus, & dicit illam orationem. Adesto. Et postmodum venit alius episcopus Cardinalis, & dicit illam orationem: Oremus dilectissimi; & additur in ea: Vtilitati vniuersalis ecclesiæ, &c. Demum venit ordinator siue cōsecrator, & ponit apertum codicem euangelij super caput electi versus collum, & codex sic apertus tenetur a duobus Cardinalibus diaconis, & omnes prælati stant in circuitu induti quilibet cum suo libro: & ordinator incipit & procedit, vt continetur in libro, omnibus alijs prælatis secum dicentibus in voce depressa, & ordinatore in cantu. Deus ho. &c. prout est in libro, eo tamen saluo, quod mutatur in loco suo illud, et ideireo, quod specialiter ponitur in consecratione Papæ. Qua finita, depositis chirothecis, ordinator ponat vnum capiteregium subtile in modum serti super caput electi pendentibus capitibus capiteregij post collum; et sic mittit chrisma super caput eius in modum crucis, et dicit illam orationem: Vngatur, etc. et addit aliam orationem: Hoc Domine; et in loco suo additur illud tributis, etc. Qua finita, vngit manum electi cum chrismate, et dicit illam orationem: Deus, etc. qua finita non datur ei baculus, nec dicitur illa oratio: Accipe baculum; sed dat ei annulum, et dicit orationem: Accipe, etc. et addit sanctam vniuersalem ecclesiam; et iterum dat ei librum euangelij, et dicit: Accipe, etc. et addit vniuersali populo tibi commisso, etc. Quibus omnibus expletis per consecratorē, idem summus Pontifex sedet in faldistorio, et lauat manus cum mica panis et aqua, et vnus episcopus Cardinalis venit corā ipso, et tergit eius caput, quod fuit vnctū cum mica panis et cum cortice leuiter, et tergit cum linteamine siue subtili tobalea. Quo facto ipse summus Pontifex recipit consecratorem et omnes episcopos Cardinales et diaconos Cardinales ad osculum oris.

Prætermittendū examen.

Quæ precces repetendæ.

De sacro balsamo in caput fundēdo.

Cum vero quis episcopus in Papam eligitur, non consecratur aliter, sed fiunt omnia, quæ continentur in isto loco ab hoc verbo; Primo idem electus, vsque ad illud verbum. Processionaliter ad altare. Vbi facta confessione ascendit sedem præparatam, et ibi coram ipso veniunt episcopi Cardinales, et dicunt illas tres, quæ sunt in ordinario secundum ordinem in ipso ordine scriptas. Quo facto, sedet in sede et recipit dictos Cardinales et prælatos alios, etc. Facit ea, quæ hic continentur a verbo illo, Omnes alios prælatos ad pedem et osculum. Quibus receptis, venit ad altare, et inibi desuper est pallium paratum per priorem subdiaconum capellanorum, siue per priorem basilicæ sanctorum: et duo priores diaconi Cardinales tenent pallium ipsum, et tunc prior illorum duorum solus dat pallium summo Pontifici sub his verbis: Accipe pallium, scilicet plenitudinem pontificalis officij ad honorem omnipotentis

Si episcopus Papa renuntiatus sit, quo ritu pallium acceptu. rus sit.

Anglorũ in Syria expeditio

nes descriptas narrat Anglos, cum in Saracenos erumperent, nimio fructuum & mellis esu perijsse: *Die vero*, inquit, &c. *vt an.* 1271. *num.* 20. §. 2. *vers.* 16. *deletis vocibus*, paucisque interiectis.

Disceptatum de ritu quo Gregori⁹ sacris pontificalibus esset initiandus.

Anno 1272. *n.* 9 *vers.* 4. *post vocem*, acceptus, *adde*: Certatum autem fuit de rituum forma, qua excipiendus sacris pontificalibus initiandus & in pontificatus possessionem inducendus esset; cumque ea ex prudentum consilio fuisset descripta, Gregorius ad sedandas posterorum ambiguitates, ipsam in publica monumenta referri voluit, quam ex antiquo ceremoniali voluminę a delibamus.

a *Ceremoniale Rom M.S. bib. Vat. sign. n.* 4737. *pag.* 44. *&c.*

Descripta rituũ seruandorũ formula.

Quia omnis potentatus vita breuis, ideirco sape contingit, quod Romani Pontifices, qui in subcalesti hierarchia primatum obtinent, infra breue temporis spatium vitam finiunt, & carnis ergastulo derelicto, ad libertatem transeunt patria supernorum. Et cum talis ac tanta hierarchia non debeat esse acephala quasi monstrum, censuerunt prouide sancti patres, vt defuncti prasidis corpore ecclesiastica tradito sepultura, per viam canonicam defuncto prasidi substitueretur alius, qui tanto prasit honori & oneri. Verum quia circa modos & formas, qualiter se debeat habere ecclesia erga huiusmodi substitutos, cum alij aliquando in diuersis maioribus ordinibus ecclesiasticis constituti ad onus huiusmodi assumantur, frequenter extitit dubitatum: propter hoc sanctissimus pater & communis dominus dominus Papa Gregorius X. qui olim in diaconatus ordine constitutus electus extitit ad eiusdem pontificia apicem dignitatis, volens per ea, qua circa ipsum acta sunt, dubitationes huiusmodi amputare, ad cautelam prasentium & memoriam futurorum hac, qua sequuntur, in scriptis fecit redigi, & breuis styli officio exarari.

Si quidem in primis, Romana ecclesia pastore vacante, ille qui fuerit, concorditer ab omnibus Cardinalibus, vel a duabus partibus electus in Papam, ab vniuersali ecclesia Romanus *Pontifex habeatur. Qui, si fuerit absens, vel de collegio Cardinalium non fuerit, ad locum, in quo Cardinales sunt in consistorio venire debet vocatus: & eo electioni de eo facta consensum prastante, prior Cardinalis exuit capa seu clamyde, qua vtitur, & ponit ei, si non habet albam* Romanam, *camisiam & orarium ad modum presbyteri super humeros, si est presbyter, vel super leuam partem, si est diaconus & non in presbyterij ordine constitutus: & postea ponit ei mitram, & dicit: Inuestio te de papatu Romano, vt prasis Vrbi & orbi. Et tradit ei etiam annulum, quo vti consueuerit pradecessor ipsius; & ei mithram competentem super caput imponit: & petens ab eo quo nomine vocari velit, ipsum eo nomine, quo ei placuerit, vocabunt. Quo facto facit eum sedere in sede sua in faldistorio; & depositis communibus calceis, si habentur, rubea calceamenta papalia calceantur eidem. Et sic Cardinales omnes per ordinem primo episcopi, secundo presbyteri, tertio diaconi veniunt coram eo flexis genibus, & idem electus ordinate ad pedem recipit & ad pacis osculum; nec non & omnes alios capellanos suos, ac cateros clericos & laicos venientes ad eius reuerentiam, infimos, medioeres, & maiores.*

Vt elect⁹. Pontifex ad locum in quo Cardinales sunt, accedere debeat. Dato consensu, induendus papalibus ornamentis.

Vt sit admissurus Cardinales ad pedis & oris osculum.

55 *Quibus expeditis, cruce praeunte papali, processionaliter ducitur a Cardinalibus & a tota curia ad cathedralem, vel ad aliam maiorem ecclesiam loci, in quo est curia (si locus, in quo eligitur, ciuitas non existit) in qua ecclesia ad altare ducitur: & ante ipsum altare prostratus orat diutius, & dum orat, Te Deum laudamus, ab omnibus clericis solemniter decantatur. Quo decantato prior episcoporum dicit, Pater noster, & suffragia consueta, & orationem: Omnipotens sempiterne Deus miserere electo nostro. Qua finita, idem electus surgens ab oratione dicit: Sit nomen Domini; & facit benedictionem. Qua expleta, reuerenter osculatur altare, & vt ordinate venit ad ecclesiam, sic redit ad cameram suam, & signando semper in eundo & redeundo: & postquam redierit ad cameram, deponit pluuiale & mithram, & assumit rubeum mantellum: & habere debet caligas de panno rubeo sine pedalibus & cum stapbilibus, & insulam rubeam de scarleto, & postea paruos calceos de panno eodem, & calceos religiosos vsque ad medium crux de corio rubeo, & tunicas & vestes de scarleto albo, & desuper pannos albam camisiam: & erit subcinctus cingulo de serico rubeo super camisiam; & ipsa camisia erit ita longa, quod eleuata competenter super ipsum cingulum reflectatur.*

Agendæ Deo gratiæ in templo principe.

Signo crucis plebs lustrandi a nouo Pontifice.

Vestitus illius forma

55 *Idem vero electus, in quocumque ordine fuerit, si scribat aliquas literas alicui ante suam consecrationem, bullari faciat literas ipsas cum parte illa bulla, in qua sunt capita Apostolorum ex vna parte; ex altera vero erit plana, cum nondum sit consecratus in Papam; & in salutatione scribat nomen suum sic: G. electus seruus seruorum* Dei *dilecto. &c. salutem & apostolicam benedictionem. Et addit in fine literarum ante datam: Nec mireris, quod bulla exprimens nomen nostrum non est appensa prasentibus, qua ante consecrationis & benedictionis nostra solemnia transmittuntur, quia ij, qui fuerunt hactenus in* Romanos *electi Pontifices, consueuerunt in bullandis literis ante consecrationis sua munus modum huiusmodi obseruare; & ponitur data in tali loco x kal. maij suscepti a nobis apostolatus officij anno* 1. *Et pœnitentiarij dicunt in data suarum literarum: Dat. &c. anno primo prasulatus domini Gregorij Papa X. electi in Romanum* Pontificem.

Ante consecrationem dimidia bulla literas obsignat.

Addenda ad earum calcem ratio.

Idem autem electus, in quocumque ordine constitutus, promouebitur ad maiores ordines secundum formam, qua alij ordinantur: hoc tamen saluo, quod amictu & alba indutus & cingulo succinctus cum manipulo tantum si est subdiaconus; si vero est diaconus, cum stola super leuam sedebit in faldistorio suo tenens mantum suum, pluuiale vero indutum sed post collum, & mithram in capite tempori congruam. Et dum debet ordinari, ordinator veniet coram ipso, & orationes debitas dicet, & alia faciet, qua in ordine, quem confert, fieri consueuerunt. Et attende, quod dum idem electus ordinatur, diaconus Cardinalis & subdiaconus capellanus assistent ei in lauando manus & induendo, sicut alias fieri consueuit, dum Papa celebrat: & erunt induti vestimentis sacris debitis. Et eidem electo postmodum duo debent assistere diaconi Cardinales, qui ei seruient, vt est moris, & isti etiam vestibus sacris congruis erunt vestiti: alij Cardinales, cuiuscumque ordinis, non erunt induti. Ordinator vero habebit suos ministros, qui ei in subdiaconatu & diaconatu & alijs ministrent; & hoc de ordine diaconatus. Quo electo ad ipsum ordinem ordinato, post susceptum ordinem, & vestimentis ordini debitis receptis, mantum siue pluuiale, sicut dictum est, post collum resumet. Et cum veniet ad horam communicandi, ordinatus ad ipsum ordinatorem ad altare veniet, & ordinator, eum reuerenter communicabit: & sic omnibus paratis, & reuerenter missa expleta, ipse electus dicet: Sit nomen Domini; *& faciet benedictionem. Qua dicta, ordinator ter dicet eidem electo:*

Ritus in sacris ordinibus illi conferendis seruandus.

DuoCardinali diaconi inseruiunt.

Initians Pontifice plurimos illi annos precatur.

bulam auream signo regali sculptam & insignitam iuxta imperij sui consuetudinem illis tradi iubet: quam comitatus loco secum per totum eius imperium deferentes, vbique a prouinciarum & ciuitatum rectoribus per loca discriminosa saui deducerentur, atque expensas ab eisdem reciperent; & quacumque tandem re opus in itinere haberent, illis Imperatoris nomine suppeditaretur. Rogabat *quoque eos Imperator, vt nonnihil de oleo lampadis, quæ iuxta dominicum sepulcbrum Ierosolymis ardebat, sibi in reditu deferrent, credens sibi illud non parum profuturum, si Christus munus esset saluator.*

Tabula aurea a Tartaro data oratoribus.

Oleum lampadis ardentis ad sepulchrum dominicum postulatũ.

Addit auctor, absumptum ferme in itinere triennium ob eluuiones fluminum, ac Tartaricum oratorem nomine Gogacam morbo implicitum substitisse; nobiles autem Venetos Acconem peruenisse, & Clementis IV. audito obitu Thebaldum * comitem Placentinum Apostolicæ sedis internuntium de Tartarorum ad excipiendos euangelicos satus felici propensione certiorem fecisse a: monitos autem vt futuri Pontificis creationem præstolarentur, extracta re ad biennium, repetiisse Ptolemaidem, atque a legato accepisse literas ad Imperatorem Tartarorum b, quibus exposita fidei orthodoxæ formula de diuinis mysterijs edocebatur: sed cum paululum digressi essent, contigisse, vt Thebaldus a Cardinalibus ad Pontificatum, indito Gregorij X. nomine, vocaretur; illum vero mox reuocatis Venetis parasse alias literas summo Tartarorum Imperatori offerendas, ac duos ordinis Prædicatorum viros insignes probitate & literis, Nicolaum scilicet & Guillelmum Tripolitanum, qui tum Ptolemaide versabantur, socios adiunxisse, vt euangelica veritate Tartaros collustrarent: exceptos autem perhumaniter fuisse ab Imperatore Tartarorum, eique noui Pontificis literas & oleum e lampade dominici sepulchri porrexisse, quod ab ipso honorifice repositum fuerit, narrat Marcus Paulus Venetus, qui parentem in ea peregrinatione stipauit, orientaliumque rerum & regionum, quas peragrauit descriptionem tradidit historiæ; e qua nos pauca, quæ fidei Christianæ commendant dignitatem, decerpemus. Instituta ille oratione de Taurisio florentissima vrbe Mediæ, quam Mahumetica superstitione fœdant incolæ, hæc habet c.

*Vicecomitem

Oratorũ ad Ptolemaidem accessus.

a Eod. l. 1. c. 5.

Thebald. A.S.L. fidei formulam trans mittit ad Imp. Tartarorum.

b Cap. 6.

Creatus Pontifex Prædicatores mittit in Tartariam.

Marcus Paulus Venetus redeuntem in Tartariam patrem stipat.

Scribit orientalium historiam.

c Eod. l. 1. c. 18.

Est mons quidam in regione illa haud longe a ciuitate Taurisij, qui olim virtute diuina a loco suo hac occasione dimotus est. Accidit semel, vt Saraceni euangelium Christi blasphemare volentes, & veluti vanam doctrinam Christianis improperantes, dicerent: Est scriptum in euangelio vestro: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, & dixeritis monti huic transi hinc, & transibit; & nihil impossibile erit vobis. Nunc igitur si fides vestra caret errore, amouete montem hunc, & probate euangelij virtutem. Et quoniam Christiani sub perfidorum illorum dominio erant, cogebantur vel montem illum transferre, vel Mahumeticam subire legem: & si neutrum facerent, gladio ferirentur. Tunc vir quidam, in Christi feruens amore & fide, confortauit pusillanimes: & fusa oratione ad Dominum cum tota fiducia dixit monti: Abi hinc. Quod, vidente multitudine, illico factum est. De quo miraculo multi Saracenorum conuersi Christum confiteri cœperunt.

Saracenorum ad Christianos opprimendos vafrities.

Conuicti translato ad Christianos imperium monte.

Narrat idem auctor d insigne aliud miraculum, quo in Sammarchanda Sogdianæ regionis vrbe ad sua vsq; tempora perstitisse testatur.

d Eod. l. 1. c. 39.

Samarchan, inquit, ciuitas magna & egregia est in regione illa tributaria nepoti magni Cham. In hac habitant Christiani cum Saracenis, hoc est Mahometanis. Accidit vero his temporibus in ea diuina virtute tale miraculum. Frater magni Cham nomine Cigatai, qui regioni illi præfuit, persuasus a Christianis baptismi suscepit sacramentum: de quo Christiani gaudentes, fauore illius ædificauerunt basilicam magnam in honore D. Ioannis Baptistæ. Porro architecti ecclesiam illam tali fabricauerunt ingenio, vt tota eius testudo vni niteretur marmoreæ columnæ, quæ medium ecclesiæ tenuit locum. Habebant tunc Saraceni insignem lapidem, qui omnibus modis ad hoc quadrabat, vt basis loco præfatam sustineret columnam. Raptus igitur a Christianis fundamento Columnæ locatus est: de quo Saraceni dolentes hiscere non audebant, cum princeps ad hoc ipsum annuisset. Factum est autem, vt aliquanto post tempore princeps ille moreretur, & illi filius eius in regno succederet, non autem in fide. Tunc Sarraceni ab eo obtinuerunt, vt Christiani lapidem illum, quem columnæ supposuerant, reddere cogerentur: & cum illi precium satis dignum offerrent, recusarunt Saraceni quidquam aliud accipere, quam lapidem: quod hac impostura faciebant, vt Christianorum ecclesia funditus destrueretur. Christiani itaque videntes durum esse contra stimulum calcitrare, alio confugere nequiuerunt, quam ad Deum & ad sanctum suum Ioannem Baptistam, quem lacrymosis oculis inuocare cœperunt. Adueniente itaque die, quando lapis sub columna auferendus erat ne ecclesia diutius maneret, nutu diuino longe aliud accidit, quam perfidi sperauerant Saraceni: siquidem columna adeo subleuata est ab ipsa basi, vt trium palmorum spatium inter vtriusque lapidis superficiem intercesserit, & columna ipsa iam testudinem ecclesiæ non ferret, sed vice versa testudo columnam portaret; id quod in hunc vsque diem perseuerat.

Fides amplificata Sammarchandæ.

Templũ in ea nobile sacrũ B. Ioanni Baptistæ.

Saracenorum ad illud euertendum consilia impia.

Insigni elusa miraculo.

Tradit deinde Paulus plura de funesta superstitione gentium, quæ Tartarorum imperio parent: vt in desertis spectra dæmonum illudant a hominibus, quos in perniciem trahunt: vt in prouincia Tanguth plura sint monasteria idolis consecrata b, passim dæmonibus immolentur sacrificia, & nascentes pueri ijs commendentur consecrenturque: vt misera natio astrologiæ iudiciariæ addicta sit, atque in prouincia Camul adeo rationis lucem amiserint c, vt adulteriorum promiscuorum infamiam a dæmonibus persuasi gloriæ ducant: vt Tartari adumbratum numen terræ Natagai nomine sibi fingant d, cui vxorem & liberos attribuunt, ac transituri simulachrorum ora pinguedine perungant. Vt dæmones, qui infelices eos populos deludunt, horrendas edant voces e, statusque sui infelicitatem testentur: vt reperiantur monachi cultui idolorum mancipati, religioso cultu a plebe distincti, qui simiorum instar diabolico instinctu monachorum nostrorum ritus imitentur, & atq; alij ex his carnem macerent alij, alij se in voluptates effundant: quæ ijs consentiunt, quæ de Sinensium superstitione retulerunt, qui hac ætate eas oras ad inferendam euangelij lucem perlustrarunt. De missis porro a Nicolao IV. flagitante Cobila Cham Imperatore, nec non a Clemente V. Ioanne XXII. & alijs Pontificibus in Tartariam archiepiscopis, episcopis, & sacerdotibus, vt gentilitiæ superstitionis tenebras discuterent, suis locis dicetur. Nunc ad Sanutum regredimur, qui post Tartarorum in Syriam aduersus Bendocdarem excursiones

Dæmones illudunt ethnicis.

a Eod. l. 1. c. 44.

De Tartaricarum gentium infandis ritibus.

b Cap 45.

c Cap. 46.

d Cap 58.

e Cap. 61.

f Cap. 66.

Pseudomonachi idololatræ, variq; eorũ sectæ.

& cæteris ecclesiarū rectoribus, ac vniuersis tam regularium quam secularium conuentibus, collegijs, & capitulis in regno Franciæ constitutis, ad quos præsentes literæ peruenerint, salutem & dilectionem.

(Philippi Regis de morte patris literæ.)

Cunctis flenda Christi fidelibus, & dolenda specialiter vniuersis & singulis infra regni terminos constitutis, nobis autem præcipue continuis ac crebris lamentanda suspirijs, vniuersitati vestræ compellimus sæua quædam molesta nimis ac tristia cum multa cordis amaritudine nuntiare. Nuper quidem, sicut Domino placuit, qui gressus, actus, & finem electorum suorum iuxta suæ beneplacitum voluntatis semper dirigit in salutem, ille Deo dilectus, hominibus gratiosus, piæ ac præclaræ recordationis Ludouicus Francorum Rex illustrissimus percharissimus dominus ac genitor noster quondam (cuius vita toti ecclesiæ fructuosa fuisse dignoscitur, cuius memoria in benedictione est, cuius laus in ecclesia prædicatur) post tam laudabilia charitatis ac pietatis opera, post tot laboriosos agones, quos pro fide Christi & ecclesiæ dilatatione fideliter ac feruenter indefesso animo tolerauit: postquam nuper in portu Tunicij viriliter & sine detrimento suorum applicuit, portum ipsum famosum occupans, & terræ introitum Africanæ, quam si daret Dominus proposuerat, expulsa barbarie ac nefanda Saracenicæ gentis eliminata spurcitia, Christiano cultui dedicare; post captam victoriose Carthaginem, cum iam processurus vlterius tam per aquam quam per terram feliciter ac potenter intenderet expugnare Tunitium, & infidelis regnantis in eo ac suorum totaliter exterminare potentiam & virtutem; inter hæc, disponente Domino labores & agones ipsius consummare feliciter & complere, quadam corporis infirmitate grauatus lecto decubuit: & post multas ægritudinis eiusdem molestias tandem Christianissime postulatis, ac cum omni deuotione susceptis omnibus ecclesiasticis sacramentis, in confessione nostræ fidei, in Dei dilectione & deuotione ferventi, feria secunda in crastino B. Bartholomæi Apostoli hora illa, qua dominus Iesus Christus Dei Filius in cruce pro mundi vita moriens expirauit, ad extremam horam veniens, & super saccum & cinerem recubans, felicem spiritum reddidit altissimo Creatori.

(De præclaris illius gestis in Africa.) (Vt in cilicio & cinere pie obierit.)

Nos itaque sauciati tam diri grauitate vulneris, tam acutis orbitatis aculeis nimium eiulare compellimur, ac plangere deplorandum abscessum & obitum pij patris; in quo non solum nostram irremediabilem plagam, & inrestaurabilem iacturam comperimus & sentimus; sed & totius Christianitatis inæstimabile damnum, & lamentabile detrimentum lugent pariter vniuersi Regem pium, Regem pacificum, patrem pauperum, miserorum refugium, solatium oppressorum, totius religionis & innocentiæ auctorem præcipuum, zelatorem iustitiæ, fidei & ecclesiæ defensorem. O quis nobis daret, locum eius tenentibus in terris, talis ac tam laudabilis progenitoris sequi vestigia & imitari exempla, implere consilia, sacra eius exequi mandata, & salubria documenta: de cuius vitæ meritis & actibus virtuosis nobis esset non immerito gloriandum potius, quam de morte dolendum, si ratione m admitteret vis doloris. Profecto magna gloria est, talem habuisse parentem: sed & dolor irremediabilis, tantum & tam dulce patris amisisse solatium, tam suaue colloquium, tam efficax consilium & iuuamen. Dolor quidem hic inconsolabilis censeretur, nisi de ipso certa spes ab omnibus vitam eius ac actus sanctissimos agnoscentibus haberetur, quod iam de regni temporalis solicitudine sit translatus ad æternum regnum & gloriam sine fine.

(Eius elogia.)

Vt igitur cessemus aliquantulum a lamentis, dolores & gemitus conuertamus in arma salutis, in orationum suffragia, & subsidia charitatis, impendamus defuncto gratiam, quam ad commerentem habuimus, vt exinde benedictionis fructum a retributore bonorum omnium reportemus. Sane iuxta prædicti pijssimi patris nostri supremæ voluntatis arbitrium, humiliter postulantis, vt post eius obitum mitteretur ad personas & loca religiosa per regnum pro suffragijs orationum, & gratis Deo charitatis subsidijs obtinendis; ecce ad diuersa regni loca, propter hoc dilectos nostros viros religiosos fratrem Gaufridum de Belloloco & Guillelmum Carnotensem de ordine Prædicatorum [sunt hi S. Ludouici gestorum scriptores] & fratrem Ioannem de Montibus ordinis Minorum, familiares & charos quondam memorati domini patris nostri, latores præsentiū cum alijs de domo nostra & familia destinamus. Quocirca vestram vniuersitatē toto cordis affectu requirimus & rogamus, quatenus memores existētes illius sinceræ deuotionis ac dilectionis, quā ad ecclesiam & personas ecclesiasticas idem pius pater & dominus semper habuit & exhibuit per effectum; ac illius piæ solicitudinis, quam ad felicem & prosperum statum regni, quasi pupillam oculi quiete & pacifice conseruandū impendit, pro ipsius anima pretiosa (licet, vt a multis creditur, aliena intercessione non egeat) summo Regi precum & hostiarum munera ac cætera charitatis subsidia offerre velitis; illud idem in locis omnibus vobis subiectis fieri facientes. Oretis etiam iugiter, & in locis prædictis faciatis orari pro nobis & pro toto exercitu Christiano. *Actum in castris iuxta Carthaginem die veneris post natiuitatem B. Virginis, anno* MCCLXX. Perculit is tristis nuntius Gallos omnes sūmo dolore, sed ad ea, &c.

(Vt postulârit preces Deo pro anima sua porrigi.)

Anno 1271. *num.* 20. *§.* 2. *vers.* 16. *post vocem*, iumentorum, *adde:*

Decreram per hæc tempora fuisse insignem legationem a Cobila siue Cublai Tartarorum Imperatore, vt mitterentur in Tartariam a Romano Pontifice sacerdotes, qui euangelij lucem inuolutis gentilitiæ superstitionis tenebris populis inferrent, meminit Marcus Paulus Venetus in historia sua; qui vbi parentis sui Nicolai Pauli & alterius patritij Veneti in Tartaricam aulam aduentum descripsit, subijcit a: *Quadam die magnus Cham cum regni sui principibus inito consilio rogat Latinos, vt nomine suo ad Papam proficiscentes vna cum barone quodam Gogaca nomine viro aulico et optimo, atque apud illum agant, vt centum viros sapientes et in lege Christiana doctos ad se dirigat, qui sapientibus suis ostendere possint Christianorum fidem cæteris omnibus sectis præferendam, atque vnicam salutis esse viam: quodque dij Tartarorum essent dæmones, qui orientalibus in sui cultura imposuissent. Nam cum is Imperator multa audisset de fide catholica, & interim aduerteret quam mordicus sui sapientes conarentur suam defendere fidem, in ambiguo positus nesciebat cui tuto animum suum inclinaret, quamque vt veram amplexaretur viam. Illi itaque debitam regiæ maiestati exhibentes reuerentiam, pollicentur se commissa fideliter executuros, & literas, quas ab eo Romano Pontifici offerendas acceperint præsentaturos. Ipse vero tabu-*

(a Marc. Paul. Venet. de regionibus oriental. l. 1. c. 4.) (Imperator Tart. legationē decernit ad Pontificem. Poscit mitti in Tartariā Christianos sacerdotes. Orientales a dæmonibus deceptos conqueritur.)

dere volumus rem ambiguam, ne forte, si sinistrum aliquid euenisset, posset improuidentiæ imputari. Sed nec eius impedire propositum nobis placuit, ne manu malignantium roborata Regis damnum posset impingi: suæ tamen eum relinquimus libertati, prædicentes pericula quantumcumque poterant verisimiliter formidari.

Nec detegendum. At si quæritis, cur hoc vobis aut alijs manifesta non fecimus, sat est in promptu responsio: dicti namque Regis arcana cum eius periculo minime decuit publicare. Nec intelleximus nostram vel aliam Tusciæ ciuitatem sibi in aliquo priuilegio vendicare, quod eandem prouinciam nulla debeat intrare militia vobis aut alijs prouincialibus inconsultis. Si vero vos vel alij priuilegium hoc habetis, cur suppressum extitit retroactis temporibus, cum militia plena Tusciam peragrabat contra Dominum & nos, & in suorum subuersionem fidelium non videmus. *Arguntur Pisani ex præteritis eorum gestis.* Et si dicitis, quod de vestro fiebat assensu, vestram vtique turpitudinem allegatis. Desinite ergo perturbari de Christianissimi Regis successibus, qui reformatum æstimat, quod esse creditis deformatum. Nos vero communibus oculis intuemur negotium, suam cuique cum ad nos venerit (dante Deo) iustitiam reddituri. Ad id, quod vltimo de gentis vestræ instructione scribitis, breuiter respondemus, quod nec vobis prouidentiæ viam claudimus, nec si cum impijs vos inuoluitis indemnitatem aliquam pollicemur. *Si Carolũ velint amicum, illius amicitiæ futuros participes.* Si tamen, prout alias spopondistis, amicitiam Regis quæritis, ad eam vobis, prout expediet, acquirendam libenter dabimus opem & operam efficacem. *Dat. Viterbij* vi. *kal. maij anno* iii.

Anno. 1267. *num.* 17. *vers.* 3. *post vocem*, studuit, *adde*: Fluxerant ex eo irarum causæ, quod cum Sardiniam a Pisanis Clemens repetere meditaretur, Carolus Rex & Henricus Castellanus, qui illius inhiabant imperio, suis inuicem cupiditatibus obstitissent. Inter quas moras Turritana toparchia, per quam irruptio fieri poterat, amissa est, vt Clemens Iacobo Regi Aragonum, qui Sardiniam sibi iure beneficiario ab ecclesia tradi supplex deposcebat, significauit a.

a Regest. Clem. VI. arch. Vat. sign. n. 32. pag. 54.

Clemens, &c. Iacobo Regi Aragonum illustri spiritum consilij sanioris.

Tarde nimis tua misit serenitas dilectos filios Maioricensem & .. Vicensem capellanum nostrum: iam enim cum duobus tractatus processerat super regno Sardiniæ, charissimo in Christo filio nostro Carolo Rege Siciliæ illustri, & dilecto filio nobili viro Henrico fratre charissimi in Christo filij nostri Regis Castellæ illustris. *Aragoni affectat Sardiniã.* Est & alia tarditas in negotio, quoniam inter moras illius partem amisimus iudicatum, videlicet Turritanum, per quem dare poteramus ingressum ei, qui conueniret nobiscum. *Negat ei illã, cum Carolo & Henrico Clemens.* Vnde tuam magnitudinem nõ lateat, quod nec tibi illud concedere possemus, nec ad præsens id dabimus alterutri de prædictis: sed tenebimus in suspenso negotium, donec aliud videamus, malentes ad tempus perdere quod iamdudum perdidimus, quam inter personas nobiles genere scandalum suscitare, &c. *Dat. Viterbij x. kal. augusti anno* iii. Porrexerat Iacobus Rex has preces ad Iacobi secundi natu filij gratiam, quem ad Sardicum solium euehere moliebatur, deinde ad Balearicum extulit: extantque conceptæ iisdẽ verbis excusatoriæ Clementis ad illum datæ literæ b. Verum quamuis Clemens de Sardiniæ donatione actionẽ abrupisset, Henricus Castellanus mulceri nõ potuit: at in fauorẽ, &c.

b Reg. post sand. ep.

Anno 1268. num. 37. post. §. 1. adde:

Tulit S. Ludouicus per hæc tempora grauissimam sanctionem, ad asserendum ius ecclesiasticum, tuendam sacerdotalem in designandis præsulibus libertatem, & abolẽdam simoniacam corruptelam. Tum regios magistratus ab immunitate sacrosancti ordinis temeranda sibi temperare iussit: quod sanctissimi Regis pium edictum subiectis verbis conceptum est a.

a Ext. in bibl. patr. to. 6. col. 1273.

Ludouicus Dei gratia Francorum Rex ad perpetuam rei memoriam.

Pro salubri ac tranquillo statu ecclesiæ regni nostri, nec non pro diuini cultus augmento, & Christi fidelium animarum salute, vtque gratiam & auxilium omnipotentis Dei, cuius soli ditioni atque protectioni regnum nostrum semper subiectum extitit, & nunc esse volumus, consequi valeamus; quæ sequuntur hoc edicto consultissimo, in perpetuum valituro, statuimus: & ordinamus primo, vt ecclesiarum regni nostri prælati, patroni, & beneficiorum collatores ordinarij ius suum plenarium habeant, & vnicuique sua iurisdictio debite seruetur. *S. Ludouici sanctio de tuẽdo iure ecclesiastico.* Item ecclesiæ cathedrales & aliæ regni nostri liberas electiones & earum effectum habeant. *Electionũ restituta libertas.* Item simoniæ crimen pestiferum, ecclesiam labefactans, a regno nostro penitus eliminandum volumus & iubemus. *Simoniaca labes excisa.* Item promotiones, collationes, prouisiones prælaturarum, dignitatum, vel aliorum quorumcumque beneficiorum, officiorum ecclesiasticorum regni nostri secundum dispositionem & ordinationem & determinationem iuris communis, sacrorum conciliorum ecclesiæ Dei, atque institutorum antiquorum sanctorum patrum fieri volumus pariter & ordinamus. Item libertates, franchisias, immunitates, prærogatiuas, iura, & priuilegia per inclytæ recordationis Francorum Reges prædecessores nostros, & successiue per nos ecclesijs, monasterijs, atque pijs locis religiosis, nec nõ personis ecclesiasticis regni nostri concessas & concessa innouamus, laudamus, approbamus, & confirmamus per præsentes. *Immunitas ecclesiastici ordinis sancita.* Harum tenore vniuersis iustitiarijs, officiarijs, & subditis nostris, ac locatenẽtibus præsentibus & futuris, & eorum cuilibet prout ad eum pertinuerit districte præcipiendo mandamus, quatenus omnia & singula prædicta diligenter & attente seruent, teneant, & custodiant; atque seruari, teneri, & custodiri inuiolabiliter faciant: nec aliquid in contrarium quouis modo faciant vel attentent, seu fieri vel attentari permittant, transgressores aut contra facientes iuxta casus exigentiam tali pœna plectendo, quod cæteris deinceps cedat in exemplum. In quorum omnium & singulorum testimonium præsentes literas sigilli nostri appensione muniri fecimus. *Dat. Parisijs anno Domini* MCCLXVIII. *mense martio.* Descecit ab hac S. Ludouici gloria & pietate illius nepos Philippus IV. qui ob ius ecclesiasticum labefactatum grauissima cum Bonifacio dissidia exercuit, cum potius pari voluntatum conspiratione pro augenda re ecclesiastica S. Ludouici, monitis Clementis obtemperantis, exemplo consentire debuisset.

Anno 1270. *nu.* 22. *vers. penultimo post vocem*, nunc, *adde*: Philippi illius filij literas b de patris sanctissimi morte ad Gallicanum clerum, vt preces pro illius anima funderet, afferemus.

b Ext. to. 5 scrip. Frã. pag. 440.

Philippus Dei gratia Francorum Rex dilectis & fidelibus suis vniuersis archiepiscopis, episcopis, necnon abbatibus, prioribus, decanis, præsbyteris, & ca-

Si cum magna veneris multitudine, te & tuos recipi infra eiusdem vrbis [scilicet Viterbiensis] ambitum non expedit: venire cum paucis decet, & vt nos prius certifices de aduentu. Quod si præcise duxeris eligendum cum tuorum, qui apud nos remanent, conscientia & consilio parari tibi locum, prout fieri poterit faciemus. Scire tamen te volumus, quod quando Romani principes conuenire consueuerunt cum Papa ex paucis tentorijs morabantur in castris: & si illis instructus veneris, conuenientius poteris, quam intendis, explere. Sit tecum Dominus in hoc consilio & in omnibus factis tuis, tuum enim honorem & nostrum, quantum decet & expedit, satis appendimus æqua lance.

Principi pũ modestus mos, cum Pontificẽ conueniunt.

Demum super exactionibus, quas facis in regno, quæ multorum exasperant animos, excusationibus tuis inspectis, blandiri tibi nolumus, seu dicere malum bonum: sed te tuæ relinquimus conscientiæ. Et si forsitan aliqui tui nuncij tibi dixerint, quod ab eis super ista materia tuo nomine requisiti non assensum expressum, sed quandam patientiam dederamus; scias eos a veritate recedere in hac parte: nunquam enim consensimus, nec præstitimus; sed tunc diximus quod & nunc scribimus, te videlicet, prælatis & baronibus & locorum communitatibus conuocatis, tuæ necessitatis instantiam & vtilitatem defensionis eorum debere patenter exponere, & de ipsorum ordinare consensu quale tibi a tuis impenderetur auxilium: quo contentus & alijs tuis iuribus, eos in sua dimitteres libertate. Si tibi vis esse liberum quantum volueris, quãdo, & quoties tibi placuerit exigere ab eisdem; scire potes hanc amarissimæ speciem seruituris tuorum in te animos prouocare: & hæc eadem satis expressimus dilecto filio nostro R. S. Angeli diacono Cardinali, cum in regnum dirigeret iter suum. *Dat. Viterbij VIII id februarij anno II.* Denique paucorum mensium flexu Carolum Clemens

Colligendi in Sicilia auri subsidiarij ratio præscripta a Clemente.

Anno 1267. num. 9. vers. 10. post verbum, esset, *adde*: Richardum etiam Alfonsi æmulum potioribus suffragijs ad cæsareos apices annitentem Clemens fecit certiorem a, non inuadi iura imperialia; verum, constituta imperij re, a Carolo Rege susceptum in Etruria munus positum iri.

a Regest. Clem. IV. M.S. arch. Vat. sign. n. 32. pag. 53.

Charissimo in Christo filio Richardo in Regem Romanorum electo.

Quia lingua tertia multos commouet, multos deijcit, & quæ pio fiunt proposito, praua nonunquam & subdola falsitatis admixtione peruertit; ex his, quæ iuxta nos intelleximus attentata, posse peiora subsequi in terris remotioribus præsumẽres, vt tua præeminens sinceritas aurem mendacijs non accommodet, eorum quæ gessimus, & eorum quæ habuimus & habemus, veram & simplicem puritatem tibi tenore præsentium duximus propalandam. Sciat igitur tua sublimitas, quod cum sublato de medio Manfredo quondam Dei persecutore & nostro, filij sathan familiares ipsius in Lombardiæ & Tusciæ partibus se videntes acephalos, Coradini nomen inuocare cœpissent, iam Tusci quendam proditorem & tanquam eius vicarium erexissent; nos, videntes discrimen in limine, pacem per Tusciam iurari mandauimus, & charissimum in Christo filium nostrum Carolum Regem Siciliæ illustrem non imperij (sicut quidam mentiuntur) vicarium, sed pacis constituimus seruatorem: quem ad hoc eo magis idoneum esse credimus, quod in partibus illis factus erat robustior, a Florentinis, Pistoriensibus, Pratensibus, & quibusdam alijs in potestatem assumptus. Sane similia a nostris prædecessoribus facta legis, quæ non solum vacante imperio legitime possunt fieri, sed in fluctuãte. Cautionem tamen ab eo recepimus quod, imperio ordinato, datum sibi deponat officium infra mensem. Hæc autem ideo tibi scribimus, ne veritatis immutator occultus vel publicus quidquam, in tuum vel alterius præiudicium in hac parte nos mentiens ordinasse, tuam possit prudentiam perturbare. *Dat. Viterbij XVII. kalen. iulij anno III.*

Richard' elect' Cæsar de creato Carolo Etruriæ pacifero fact' certior.

Qua de causa illi hoc munus delatum.

Negat Clemens creatum legatum cæsareũ.

Anno 1267. num. 10. vers. 4. post vocem, respondit a, *adde*:

a Regest. Clem. IV. M.S. arch. Vat. sign. n. 32. pag. 47. & to. 2. ep. 315.

Dilectis filijs potestati, capitaneo, & ancianis Pisani populi.

Turbatos vos fuisse scribitis in aduentu militiæ charissimi in Christo filij nostri Carolus illustris Regis Siciliæ, ab eodem in partes Tusciæ destinatæ de nostra (vt asseritis) conscientia seu voluntate, per quam dicitis terras aliquas deformatas, vel verius desolatas: & cum tantæ nouitatis suspicio in discrimen totius prouinciæ, amicorum vestrorum, & vestrum vergere videatur, vos exin iusto timore concepto equis & armis & alijs necessarijs gentem vestram instruere; supplicantes ne vestrorum suggestio mentem nostram concutiat æmulorum, cum hæc facere minime proponatis in nostri vel regij derogationem honoris. Sane perturbatum *eodem nu.* 10. *vsque*, honorandum *vers. vlt.* Verũ, vt vestris literis verum, iuxta scripturæ seriem tantum eius collectæ sententia, responsum congruum refundamus; volumus vos aduertere, quod periculose fundabatur in Tuscia perfidissima natio proditorum, quæ non in angulis delitescens, sed sub omnium oculis denudata nouum idolum iam expectat, Coradinum nominans sibi Regem Castrensibus imperijs, immo castris specialibus occupatis. Et si illos amicos dicitis, scriptum esse noueritis, quod amicus stultorum similis efficietur eisdem: si non illos amicorum nomine intelligitis, nescimus alios, qui per dictæ manum militiæ status sui senserint detrimentum. Et hi quidem iuste multorum iudicio, qui factis digna recipiunt, digni recipere grauiora. Quod si de nostra tacite nos requiritis conniuentia, vel prout adijcitis, voluntate; vestram prudentiam volumus non latere, quod cum ad Regis supradicti notitiam peruenisset quod fiebat in Tuscia quorumque studijs aleretur, nobis secretius intimauit, quemadmodum contra omnes Coradini fautores illuc mittere militiam proponebat, nisi nos aliud mandaremus, super hoc sibi postulans beneplacitum aperiri. Quid igitur, quæso, fuisse nobis creditis respondendum? Nunquid expediens fuit dicere ipsius nuncijs: Stet in pace, nec in aliquo sibi prouideat, donec pedes suorum hostium sint in regno? Ecce nobis prouidetis, vt scribitis, ad hoc nemine vos tangente; & ipse tam crudeliter impetitus & tactus, in regni nomen & titulum alio iam intruso prohibendus erat a nobis inter ipsa malitiæ præcedentis initia vires hostium eneruare. Iam sui proditores & vestri apud Tuscos famæ celebris & magni nominis habebantur; iam creatus erat vicarius a non ente: verus autem & vnicus Rex Siciliæ dormire debuit, aut positis manibus sub ascellis tãtę nequitiæ, tãtę fraudis perniciosum exitũ tacitus præstolari? Nos autem tẽporis & negotij circumstantijs euolutis, nec præcise consulere, nec omnino suadere

Pisanorũ de correptis armis excusatio.

Clementis responsum.

Vocari a Gibellinis Coradinũ.

Re cognita, Carolũ de mittẽdo in Etruriam exercitu sumpsisse consilium.

Iustum illud extitisse.

aut comminationibus deterreri permittas. Si prælatos de tuo parlamento feceris, ad certa parlamenta veniant annuatim, quibus certa vadia constituas, cum nec ecclesias suas deserere dici debeant, nec in tuo seruitio suis stipendijs militare. Nec omittimus, quod circa tuæ domus expensas vigilantior esse debes, aut aliquam personam maturam habeas & honestam, quæ videat & prouideat, quod nec ex nimia parcitate tuo quidquam honori depereat, nec defectu debitæ prouidentiæ bona a garcionibus aut gulosis hominibus aut alijs personis turpibus consumantur. Nec te pudeat de receptis & expensis certis temporibus rationem audire, cum hoc & sit perutile, & ad hoc etiam omnium magnatum prouoceris exemplis, & nihilominus rationabiles habeas non leuis opinionis homines, sed exploratæ fidei & grauitatis exactæ.

De dati & expensi exigenda ratione.

Ad ordinationem autem regni tui spectare videtur, quod iustitiarios & iudices bonos habeas, puras habentes manus (ad quod eos publice iuramento astringas) qui sint sine personarum & nationum acceptione, ius reddant, ab omni munere seu dono abstineant, exceptis esculentis & poculentis, quorum summa in mense auri vnciam non excedat. Nec aliquatenus in eorum iuramentis adijcias, quod sine tua licentia non recipiant: est enim hæc conditio suspectissima & in bonorum auribus non bene sonans. Et habeant singuli certa salaria, quibus maneant omnino contenti. Vt autem libere fiat iustitia, magistratus in suo officio non impedias, nec incœpta coram eis negotia ad audientiam tuã reuoces ad instantiam aliquorũ, nisi magna & euidens causa vrgeat: sed lites suo cursu procedant, & grauati (si viderint expedire) appellent. Occasionales inquisitiones, quæ nihil aliud quam quæstum sapiunt, fieri non permittas, quarum exemplum ponimus in his, quas audiuimus factas nuper in regno contra possessores equorum & pecorum, quibus imponitur equos illos & pecora fuisse Manfredi: quod cum probari nequeat, eis indicitur probandi necessitas vnde eos habuerunt. Alijs imponitur, quod cum eo fuerunt in bello: quod cum probari nequeat, indicitur probandi necessitas vbi erant in die belli; & his similia dicta sunt nobis damnabilia pariter & damnosa, & nullatenus toleranda. Capi homines, qui satisdare poterunt, non permittas, nisi quantum in casibus specialibus id iura permittunt. Innocentem autem pro nocente capi, quantumcumque sit sanguine vel affinitate nocenti coniunctus, non toleres, nisi ad hoc pacto proprio fuerit obligatus. Cogi personas honestas ad recipiendum hospites omnino prohibeas, forsan nisi in loco vbi fueris, vel domus stabulariorum non sufficiunt genti tuæ: & tunc etiam illis deseras quibus debet honor propensior exhiberi, cum misericordia esse libera debeat.

Continēdas a muneribus iudicum incorruptis manibus.

Non verranda supertuacaneis inquisitionibus plebe

Filias militum, qui nec sunt comites nec barones, nec castrorum fortium possessores & burgensium, & aliarum priuatarum personarum, & a parentibus superstitibus libere nuptui tradere sinas, & parente vel parentibus sublatis de medio, nubant libere suo motu vel suorum consilio amicorum: sed & de filiabus comitum & baronum viuentium sustinere debes, quod eas cum pecunia tradant nuptui quibus voluerint, qui tibi non debeant esse suspecti. Si vero cum terris eas maritare voluerint, decens est, vt tuus requiratur assensus, quem negare non debes nisi personæ suspicio suadeat contrarium euidenter. Orfanæ autem filiæ comitum & baronum amicorum suorum consilio & tuo maritentur assensu; sic tamen, quod hac occasione non cogas hominibus nubere, quibus eas non deceat copulari. Tutelas impuberum testamentarijs legitimisue tutoribus contra iura non auferas, nec consuetudinem in hac parte tyrannorum obserues, quam felices Reges Siciliæ nullo tempore tenuisse dicuntur: in qua duplex versatur iniquitas, dum tutores suo iure priuantur; & impuberes, quibus ratio nulla redditur, bonorum suorum fructibus spoliantur. Collectas ab ecclesijs vel monasterijs vel domibus alijs religiosis aut a quibusuis personis ecclesiasticis secularibus aut regularibus, aut de bonis aut rebus earum nunquam exigas: an vero ab ecclesiarũ hominibus seu vassallis, in quibus habent iurisdictionem ordinariam, & tu merum imperium, mediante iustitia vel interueniente concordia determinetur.

De matrimonijs nobilium vi non vrgēdis.

De tutelis impuberũ contra fas non corripiendis.

Verum vt officiales tui & consiliarij a muneribus abstineant metu pœnæ, quos a malo non reuocauit timor Domini; consulimus tibi, quod quicumque contra fecerit, cum infamia ab officio in quo erit, priuetur idem vel aliud in regno nullo tempore habiturus: dans vero munera, tertia parte bonorum suorum mobilium denudetur, aut ad tempus aut in perpetuum relegetur. Et vt hec celari nõ possint, fiat frequens inquisitio per personas religiosas non amantes pecuniam contra ipsos, quia scandalum magnum est in regno tuo. De collectis, quas hoc anno leuasti, consulimus tibi, quod vocatis baronibus & prælatis & personis egregijs ciuitatum & locorum celebrium, tractetur forma competens, vt sciatur in quibus casibus in tuis vel alienis hominibus collectas leuare valeas: & speramus, quod tibi vtilis & terræ portabilis poterit inueniri; ad quod peragendum legatus poterit esse fructuosus]. Extant aliæ Clementis ad eundem Regem literæ, quibus monuit, ne initas cum eo ab ecclesia pactiones infringeret, neue grauiora a populis vectigalia abraderet: Viterbiumq; accedere meditanti regij apparatus rationem ita præscripsit.

Infligenda ijs pœna, qui magistratibus munera obtrudunt.

Temperãda vectigalium acerbitate.

Alia ad Carolum monita. *al.Ead.reg. Clem.IV. pag.45.*

Clemens, &c. charissimo in Christo filio Carolo Regi Siciliæ illustri.

Quamuis plurimo te diligamus affectu, preces tuas exaudire non possumus in ijs, quæ vergunt in ecclesiarum iniuriam & ecclesiasticæ præiudicium libertatis: vnde cum ab ecclesiarum hominibus exigere nil valeas omni conuentione submota, nisi quod tibi iure scripto vel de consuetudine approbata deberi constaret, ab eisdem multo minus exigere debes indebitum conuentionibus tam expressis arctatus. Quod si tuam intentionem aliquo iure vallari confidis, coram venerabili fratre nostro R. Albanensi episcopo A. S. L. debes proponere familiariter & sine contentionis specie seu figura, interim ab exactione desistens, quia nec tuam iustitiam minui, nec ecclesiarum iura permittet extingui. Quod si prauo ductus consilio viam Domino & æquitati contrariam ingredi tibi placet, te quidem charitate paterna debemus corripere, non ipsum ab executione iustitiæ cohibere. Illud enim pro certo volumus te tenere, quod in vniuersis & singulis conuentionũ articulis, quas nobis cum valida spõsione firmasti, vnum iota nullatenus mutaremus quod adeo apud nos & fratres nostros noueris esse fixum, vt non solum mutari non liceat, sed quod nec de mutandis eisdem vel ipsorum aliquo fratrum consilia sunt quærenda. [Nonnullisque interiectis subijcit.]

De iure ecclesiastico non labefactãdo.

Si

& quadam narratione profusa nūc impotentiam, nunc superbiam, nunc alia imponit præter verum viro nobili, quem potentem & humilem nemo dubitat, & de potentissima & humillima domo natum; & si potentiæ probatio quæritur, videbit omnis oculus in processu negotij non solum quid homo valeat, sed quid in homine possit Deus.

a Ead. n. 8. vers. 18.

Venit igitur Carolus *&c. vsque* Machabæi a & leuiter modica comitiua subegit. Et vt præueniātur obiurgantes, si permisit Dominus contrarium datis in manus hostiū isto cum fratribus & baronibus regni Francorū tempore retroacto; breuis est huius obiectionis solutio, quia Dominus eos probare voluit & captos casu flebili, euentu iucundissimo subito liberauit. Nec est sperandum hostibus, vt contingant similia, sed potius formidandum, immo potius obnixe tenendum, quod omnium Dominus afflictionem non iteret, sed pro suo semel contritis nomine sui reddat lætitiam salutaris: non enim irascetur Dominus in perpetuum, nec comminabitur in æternum.

Ad obiectionem de seruitute Ægyptiaca.

Vnum scias, Manfrede, quod fuit tempus, in quo gratiam repulit, cui parata per omnia videbatur: & quod postmodum haberi non potuit, tempore minus opportuno quæsita. Omnia siquidem tempus habent, sed tempus non habet omnia; scriptum est enim: *Tempore placito exaudiui te*. Non est res integra nec integrari possibilis. Iam in publicum prodijt, *etc. vsque* dignum b. Sed propter hoc hodie non dimitterer, quoniam filios quantumlibet a salute propria elongatos ad sinum misericordiæ exciperer, si iuxta formam sacrorum canonum remedium postularent. Demum Dei negotium agitur, in cuius manu regnum est, & sunt omnia iura regnorum. Eius ergo iudicium expectetur, & quod in ipsius oculis bonum erit, suscipiatur ab omnibus, & a singulis approbetur].

Opportuno tempore non quæsita a Manfredo concordia.

b Ib. vers. vlt.

Rite pœnitenti ostensa veniæ spes.

Anno 1266. post. num. 23. adde: Peruasit orientem parti de Sicilia triumphi fama, ac Balduinus II. Imperator Constantinopolitanus, Manfredi fœderatus Caroli gratiam exambiuit, atque a Clemente auxilia in Græcos schismaticos precatus, certior factus c est, ipsum e Sicilia potius quam e Germania vel Anglia auxiliares copias eliciturum.

c Regest. Clem. IV. arch. Vat. sign. n. 32. pag. 32.

Charissimo in Christo filio Balduino Imperatori Constantinopolitano illustri.

Commune gaudium Dominum amantium si te, vt asseris, propter Dominum & in Deo lætificat, reddit te commendabilem in hac parte; quamuis olim notatus fueras, quod cum hoste pestifero, nunc prostrato, fœdus contraxeras amicitiæ nec Deo nec hominibus gratiosum. Sane si spondent nobiles si potentes auxilium ad negotium, ratione diuino Numini congaudemus, Dei clementiam deprecantes, vt illorum confirmet consilium ad sui exaltationem honoris. Nos enim illorum promouere propositum eo possumus confidentius, quo regni Siciliæ acquisitio ad inimicos ecclesiæ posternendos ex omni latere expeditius iter parat: licet quod implicas de Theutoniæ Angliæque subsidijs locum hoc tempore sibi non vendicet, terris ipsis & adiacentibus intestinis periculis inuolutis: sed speramus in Domino, quod assumentibus dictum negotium ad honorem & gloriam sui nominis Deus manum non subtrahet adiutricem. *Dat. Viterbij xvi. kal. iulij anno II.*

Gratulatur Imperator Constantinop. de parta a Carolo Sicilia.

De ferendis orienti suppetijs ostensa spes.

Anno 1267. num. 4. vers. 16. post vocem, moliebantur, *adde*: saluberrimis præceptis instruxit a, vt regnum optime administraret, populosque arctissime sibi deuinctos in officio contineret.

a Regest. Clem. IV. M.S. arch. Vat. sign. n. 32. pag. 53.

Clemens episcopus seruus seruorum Dei charissimo in Christo filio Carolo Regi Siciliæ illustri.

Vrget nos Christi charitas, vrget nos illa specialis affectio, quam ad tui gerimus conseruationem honoris, aliqua tibi scribere, quæ & vocis viuæ suffragio memoriæ tuæ recommendauimus: quibus lectis & plenius intellectis, & quieti regni tui prouideas, & periculis imminentibus eo citius, quo prudentius via gradiens æquitatis, occurras. Sane tibi summopere credimus expedire, vt moralis philosophi sequens consilium tribus temporibus te dispenses, præterita quidem recolens, præsentia ordinans, futura præcauens, sicut vir prouidus & in omnibus circumspectus. Si præterita recolis, semper eris ante Dominum humilior, & feruentius afficieris ad regnum tot sudoribus, tanto discrimine, non humano consilio, sed diuina virtute quæsitum. Si hæc semper mente pertractas, Romanæ ecclesiæ matri tuæ semper eris deuotior, qui te fidei pugilem eligens honorauit sublimius, & honorabilius sublimauit. Ad ordinationē vero præsentium pertinet principaliter, quod te primum, ac deinceps ordines domum tuam & regnum: & te quidem, vt Deum diligas, & eius honorifices sacerdotes, tuo iure contentus, nec cupias nec retineas aliena; teque tuis adibilem præbeas, quoties opus fuerit, tutela tui corporis loci ac temporis opportunitate seruatis. Domum autem sic ordina, vt habeas bona latera viros sapientes, prouidos, & fideles te exanimo diligentes, nec sibi inuicem inuidentes; sed nec tantæ necessitudinis vinculo colligatos, vt plures personæ numero vnicum repræsentent. Sint distincta singulorum officia. Sciat quisque quid sibi faciendum incumbat, & promiscuis actibus non turbetur. Sit in tua domo quis religiosus, humilis, affabilis, afflictis compatiens, cui specialiter committatur, vt ille, quos audire nequiueris vel nolueris, benigne respondeat, & ipsorum petitiones vel verbo tibi referat vel in scriptis assignet, ad quarum expeditionem celerem eo modo, quo fieri poterit congruentius, per te vel alios præuia ratione procedas. Sit tibi honesta familia & vrbana, quæ venientes benigne suscipiat, & quos admittere pro temporis qualitate non poterit, sine contumelia cum honesta excusatione repellat. Legatos principum & ciuitatum pro honore tuo, quantum & eos decebit, honores & a tuis iubeas honorari, vt nomen tuum apud exteros & domesticos clarius & celebrius habeatur. Sigillo tuo certam legem impone, vt rollatur infamia de horrendis exactionibus eo nomine sæpe factis, quibus similes nullus audiuit: quod scilicet sigillum quicumque tenuerit, a te discrete sub iuramenti debito recipiat in mandatis, quod cito, prout poterit, satisfaciat literas expectantibus, cum interdum ipsa dilatio solum quæstum sapere videatur. Sedeant in domo tua, cum tu ipse vacare non poteris, omni die iuridico aliqui sapientes, qui ea, prout poterunt expediri, ijdem expediant, & ea quæ tractum habebunt tibi renuntient, vt vel forma expeditionis detur, vel ad suos iudices remittantur. Conquerentes de te vel tuis officialibus patienter audias, citius quam alios illos expedias, nec conuitijs afficias aut

Præcepta a Clemēte Carolo data.

Qua prudentia pro temporū ratione se gerere debeat.

Aulam regiam cōponere

Præfectos sigilli ab iniquo continere.

De audiēdis æquanimiter subditorū querelis.

pes, & Nicephorus Gregoras narrat a, plurimos illius satrapas sacro baptismo lustratos Christo nomen dedisse. Postea vero id mirum contigit, vt cum Græci Turcas, ad Romanæ ecclesiæ gremium accedentes, in schismatis inuia auertissent, nec illius populi salutem curari a Romana ecclesia passi essent, ipsi postea ab ijs in Mahometismo hærentibus crudelissime diuexati sint, malorumq; hæc fuit funesta origo. Et quidem primum Palæologus non arma in Tartaros conuertit, vt Azatinem Iconio restitueret, atque apud Turcas religionem Christianam amplificaret; sed in Latinos violataq; deinde hospitij fide, Azatinem ad Ænum relegauit. Azatines vero ingentem Scytharum exercitum pellexit in Thraciam, a quo e custodia vna cum filio Meleco eductus est: direpti vero mox a Palæologo eius thesauri fuere, vxor & liberi reliqui mancipati custodiæ; proceres autem, qui baptismo initiati fuerant, in Græcorum legiones adscripti. Porro Melecus, Azatine patre vita functo, ad Tartaros se contulit b: a quibus in spem recuperandi regni euectus, dum Turquiam repetit, a suis cæsus est. Ex quo Turcæ in maximam perturbationem coniecti varios inter se partiti principatus grassari in Græcos, latrociniaque exercere cœperunt: sensimque eos in seruitutem redigere, quorum culpa Christum non receperant.

a Niceph. Greg. l. 4.

Palæolog' male eundem habet.

b Idem Gregor. l. 5

Græci a Turcis, quorum salutem non promouerant vexati.

Anno 1261 n. 7. post §. 1. adde: Extat pietatis Alexãdri insigne monumentum, quo & animæ suæ ac successorum Pontificum & Cardinalium animabus consuluit, hisque verbis in ceremoniali consignatum est c.

c M.S. bibl. Vat. sign. n. 4737. pag. 87.

Ordinatio domini Alexandri Papæ IV. de suffragijs faciendis pro summis Pontificibus & Cardinalibus defunctis.

Cum fideles animas defunctorum sit salutare procurare consilium, & charitatis instinctu conueniat orationum suffragijs adiuuari, sanctissimus pater dominus Alexander Papa IV. de fratrum suorum vnanimi consilio & assensu anniuersarium sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Pontificum & Cardinalium obeuntium nonis septembris annis singulis vesperis & vigilijs pro defunctis cum nouem lectionibus & cum nota solemniter decantatis, statuit celebrari. Ipse Romanus Pontifex, assistentibus sibi Cardinalibus (vt moris est) missam pro defunctis solemniter celebret: ipsa die ducentos pauperes reficiat, & vigintiquinque quilibet Cardinalis: nec non dominus ducẽtas missas faciat celebrari, vel decantari. Ordinauit etiam, vt cum Romanum antistitem vita migrare contigerit, die defunctionis ipsius Cardinales solemniter & cum nota celebrent pro defunctis, & esum quinquaginta pauperibus pro anima defuncti Pontificis Cardinalis quilibet administret, et missas totidem pro defunctis faciant postmodum decantari. Ordinauit etiam, vt Cardinali obeunte tam idem summus Pontifex quam Cardinales in capellis suis cantent cum nota solemniter pro defunctis, idemque Romanus Pontifex ducentos pauperes pro eius anima pascat, & vigintique quilibet Cardinalis: immo & ipse dominus Papa missas pro defunctis ducentas, ac vigintiquinque Cardinalis quilibet postmodum faciat celebrari.

Alexãdri IV. sanctio de precibus fundendis pro Pontificibus & Cardinalibus defunctis.

De re sacra celebranda & erogandis eleemosynis.

Anno 1261. in fine anni adde:

36 Institutus est hoc anno equester ordo B. Mariæ Virginis auctoribus aliquot viris nobilibus Italis, qui vitæ sanctioris studio se dediderunt. Neque cœlibes modo, qui in monasterijs arctiora instituta sectarentur; sed etiam coniugati, qui honeste & pie filios educarent, religioso hoc sodalitio comprehensi: quibus disciplinæ sacræ formula ab Vrbano subiecto diplomate indicta est a.

Institut' equester ordo B. Mariæ.

a Lib. 1. ep. 118.

Vrbanus, &c. ad futuram rei memoriam.

Sol ille verus. *Et infra.* Hac siquidem luce perfusi nobiles viri Lodderengus de Andalo, Gramons de Gazanimicis ciues Bononienses, Selanca ciuis Reginus, Rainerius de Adelardis ciuis Mutinensis, & alij plures de ciuitatibus eorundem, qui huius seculi spretis vanitatibus in otio dulcis contemplationis diuinis perseueranter vacare laudibus feruenti spiritu apperunt, nobis deuote ac humiliter supplicarunt, vt eis & omnibus, inclytum Christo cum ipsis cupientibus impendere famulatum, aliquam certam regulam, seu viuendi regulariter formulam specialem, sub cuius obseruantia salubri virtutum Domino magis placere valeant, statuere ac condere curaremus. Nos itaque pijs eorum supplicationibus & salubribus desiderijs fauorabiliter annuentes, infrascriptam regulam studiose compositam præfatis nobilibus, omnibusque illam profitentibus, & sub ipsa diuinis omnino se beneplaciris dedicare volentibus concedimus de fratrum nostrorum consilio perpetuis temporibus obseruandam: Quam vtique regulam appellare volumus ordinem militiæ beatæ Mariæ virginis gloriosæ, vt qui professi fuerint hanc regulam tanquam speciali, & perpetuo designato ordine taliter nuncupentur, videlicet fratres ordinis militiæ beatæ Mariæ virginis gloriosæ. Regula vero talis est. Fratres milites clerici & laici, qui in conuentibus seu in conuentualibus ecclesijs dicti ordinis fecerint professionem regularem, faciant secundum regulam B. Augustini, prout in forma inferius annotata expressam esse dignoscitur, viuant sub obedientia prælati, seu in omnimoda castitate & in habitu honesto, & in alijs etiam honestatibus eis competentibus. Infrascriptum modum ieiunandi, & cibariorum vsum obseruent, & proprium a se studeant abdicare. Non vadat aliquis sine socio fratre vel religiosa persona, videlicet ipsius ordinis de loco ad locum, neque septa monasterij absque licentia sui prioris egredi quoquomodo præsumant. Omnes similiter communi dormitorio iaceant, & in communi refectorio comedant. *Et infra.* Fratres prædicti ordinis in coniugati, & alij, qui in domibus proprijs voluerint commorari, promissionem faciant secundum formam inferius annotatam: viuant sub obedientia prælatorum suorum, &c. *Dat. Viterbij x. kal. ianuar. anno 1.*

Formula disciplinæ S. Augustini illi præscripta

Clerici & coniugati illi sodalitio possint ascribi.

Anno 1266. num. 8. post vers. 5. adde.

Manfredo quondam principi Tarentino.

Lecta b nuper epistola, viri magis magniloqui quam magnifici stilum sapiente, nec fauorem promeruit veritati contraria, nec timorem incurrere potuit homini timorato. Dico autem hominem timoratum, qui singulariter Dominum timet, de quo recte quod scriptum est intelligitur: *Qui timet Dominum, nihil trepidat:* Sic enim singulariter vult Dominus diligi, sic etiam & timeri, vt quemadmodum nil est diligendum nisi Dominus, & quod est diligibile propter Dominũ, sic nec timendus est aliquis nisi Dominus, & quod est formidabile propter ipsum: vnde & in euangelio docet homines non esse timendos, qui cum corpus occiderint, vltra non habent quid faciant; illum solum dicens esse timendum, qui corpus & animam potest mittere in gehennam. Sane veritati contrariam epistolam esse dixi, quæ comparationes prosequitur odiosas,

b Cle. IV. to. 2. ep. 53 & alibi M.S. arch. Vat. sign. n. 32. pag. 21.

Clementis IV. ad Manfred. literæ.

Non formidandas illius minas, sed Deum, respondet.

& qua-

berim. *Et infra:* Probatica etiam piscina, quæ Ierosolymis erat, aduentu angeli moueri, & sanitates conferre cœpit. Vehementissime nobis nocuit vetus Adam, sed plus profuit nobis nouus. Amplius nobis contulit huius humilitas, quam superbia illius abstulerit. Nam, Paulo Apostolo teste: *Non sicut delictum, ita & donum;* damni enim æstimationem, beneficij magnitudo transcendit. Quem prius habuimus terribilem Deum & iudicem, nunc habemus humilem fratrem & proximum.

De sanctitate vitæ Christi.

70 Christus itaque cursum nostræ mortalitatis transiens, in fame & siti, in lassitudine & dolore, & in vniuersis miserijs huius vitæ, demum traditus a discipulo, & tanquam vile mancipium venditus, flagellatus, conspufus, spinis coronatus, illusus, clauis affixus stipiti, & morte turpissima condemnatus, quæ non rapuit soluit; & sponte se morti offerens, omnia in humilitate sustinuit, sicut Isaias commemorat: *In humilitate,* inquit, *iudicium eius sublatum est. Sicut agnus ad occisionem ductus est, & sicut ouis coram tondente se, sic non aperuit os suum.* Qui ergo puerulus a iusto Symeone semel oblatus in templo fuerat, in vespera legis & fine ceremoniarum pro redemptione nostra manus suas in cruce leuauit ad Patrem, iuxta illud Dauidicum: *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Sic reatus, quem Adam per superbiam ligni delectatione contraxerat; mortis amaritudine per humilitatem Christi sublatus est: fusoque sanguine sine culpa, omnium culparum chirographa sunt deleta.

Passio illius a prophetis prædicta.

Alium siquidem redemptionis modum poterat Dominus procurasse; sed nullus suæ benignitati nostræque saluti congruentior apparebat. Cum enim homo iuxta præuaricationis suæ exigentiam captus a diabolo teneretur, postulabat iustitia, vt non eriperetur per violentiam; sed qui per superbiam lapsus est, sua si posset, sed quia sua non poterat, aliena saltem humilitate resurgeret. Ita Christus innocens, quem agnus paschalis in lege signauerat, se pro nobis hostiam obtulit salutarem. Cum lex Moysi capram vel ouem constituisset pretium ad redemptionem hominis a peccato, Christus, per quem gratia & veritas facta est, attendens vmbratiles legis ceremonias non sufficere ad salutem hominis, quem æstimatione pluris faciens quam sanguinem quis, hirci, ac vituli, sanguinem & mortem suam pro nostra salute obtulit: & sic semel introiuit in sancta summus & verus Pontifex æterna redemptione inuenta. Aperuit itaque librum, & soluit signacula eius leo de tribu Iuda: & (quod hostiæ legales minime potuerunt) gladium amouit versatilem; & paradisum, qui omnibus antiquis clausus fuerat, reserauit: sicut olim in morte summi pontificis solebat illis, qui ad ciuitatem refugij confugerant, securus ad propria reditus indulgeri.

Pro salute humani generis tolerata.

71 Olim consueuerat homo causari, & dicere: *Cur exigit a me Dominus amplius, quam a cæteris creaturis? Quid pro me fecit? Quid pro me laborauit? Dixit, & factus sum. Sicut iumenta & arbores & cætera vniuersa: sic sua potentia nutu, soloque iussionis arbitrio me creauit.* Sed iam obstructum est os loquentium iniqua; & iam homini dissimulare non licet, quanta pro eo Dominus fecerit, qui vt seruum redimeret, proprio Filio non pepercit. Porro in hac nostræ salutis dispensatione dilectio Christi nobis medullitus intimata est, qui cum in lege Moysi dilectionem Dei & proximi dederit in mandatis, eandem in schola euangelicæ disciplinæ frequentius & fortius verbis, & tandem exhibitione operis inculcauit: *Maiorem enim charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Dedit itaque materiam diligendi se, qui in suis dilectionibus nos præuenit: nec aliud a nobis exigit, nisi vt ipsum diligamus ex corde. Sane inhumanus est & crudelis, qui misericordiam eius non recolit, qui Dominum tam clementem ex affectu non diligit, qui se pro eo (si opus est) mortis periculo desiderabiliter non exponit.

Quantum homo pro redéptione debeat

Crudelis est, qui misericordiam Dei non recolit.

72 Christus autem mortuus & sepultus, tertia die resurgens a mortuis, sicut discipulis viuendo prædixerat, eisdem postea frequenter apparuit, & cum ipsis loquens & comedens, ostensis vulneribus manuum & pedum ac lateris, in quorundam, qui adhuc hæsitabant in fide, ostensione vulnerum vulnus dubitationis amouit. Quadraginta itaque diebus cum eis visibiliter conuersatus, eisdem comedentibus, venit in montem Oliueti, & videntibus illis, in cœlum eleuatus est, & ascendit ad Patrem, vt eum esse in Patris coæqualitate credamus, atque in communi resurrectione viuorum & mortuorum iudicem expectemus. Si ergo habes in desiderijs, de tenebris prodire in lucem, & amplecti saluberrimam legem Christi, tuæ conuersationis primitias lauacro necesse est consecrare baptismatis, quatenus deposita in aquis regenerationis vetustate peccati, in nouam animæ tuæ innocentiam & vitæ infantiam renascaris.]

Azatini datum consilium de suscipiendo baptismo.

73 Explicuerat soldanus Iconij iam diu ante plura signa religionis in Christum: nam & oratores ad Gregorium IX. misisse vidimus a, vt cum eo fœdus pacisceretur, extantque Balduini II. Imperatoris Constantinopolitani ad Blancham Reginam Francorum literæ, quibus significauit, soldanum Iconij matre Christiana progenitum esse, ipsiusque neptem in vxorem petijsse, ac permissurum, vt fidem Christianam cum vniuersa familia sua coleret, haberetque sacerdotes; tum addidit b: *Item ipse soldanus ob amorem nostra neptis & nostrum, in omnibus & singulis ciuitatibus suis, quarum numerus est quasi infinitus, construi & ædificari faciet ecclesias Christianas: & omnibus clericis, qui in eis deseruire voluerint, competentes redditus assignabit. Item omnes episcopatus & archiepiscopatus totius terræ suæ tam Græcorum quam Armeniorum, Iberorum, & Rossorum, ac omnium linguarum,* & infra, *faciet esse subiectos & obedientes patriarchæ Constantinopolitano, qui in lege ecclesiæ Romanæ est catholicus & fidelis.* Adiunxerat eximiam spem sibi iniectam, vt a sponsa Christiana ad Christianam fidem traduceretur. At post hæc varijs rerum conuersionibus obortis, ac Latinis Constantinopoli eiectis, ad Græcorum fœdera barbarus se contulit.

Vt illa Christianorum fœdera exambiuerit.

a Annal. to. 13. an. Christ. 1235. n. 37.

b Extat to. 5. scriptor. Francor. pag. 424.

Catholicum dogma asserere voluerit.

74 Cum vero post acceptam a Tartaris cladem extremam ad Græcos Azatines soldanus Iconij confugisset, vt vel eorum armis regnum recuperaret, vel tanquam in tuto asylo delitesceret, Græci, qui si damnato schismate se Latinis cōiunxissent, Christiano imperio Turcicum adijcere poterant, soldanum ipsū non vti par erat, orthodoxis institutis informarunt; & Arsenius schismaticorū patriarcha & cæcorū dux non pura euāgelij luce collustrauit vt Indicat Pachymerus, c illius filios diuinorū mysteriorum sacros fuisse partici-

Patriarcha Græcorum illi, vt par erat, non instruit.

c Pachym. l. 4.

res

sunt tamen tres dij, sed in tribus personis est vna substantia,& vna potentia,& in vna substantia tres personæ.

A prophetis obscure designata.

67 Hæc Fidei nostræ professio non tantum a Christo & eius sequacibus traxit exordium, sed a Moyse & patriarchis atque prophetis suum habuit fundamentum. In libro Moysi diuinæ essentiæ vnitas declaratur; vbi dicitur: ***Audi Israel, dominus Deus tuus vnus est***. Et iterum: ***Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: non erunt tibi dij alieni præter me***. Pluralitatem vero personarum ibi patenter insinuat, vbi dicit: ***Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram***. Cum enim Verbum Dei sit Filius Dei, sicut Ioannes, cuius euangelium recipis, protestatur dicens: ***In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil***. Vides, quod ad Filium & Spiritum sanctum, Patris sermo dirigitur, cum hæc duo pluraliter dicit: ***Faciamus***, &, ***nostram***: per Verbum enim & Spiritum sanctum dominus Deus operatus est vniuersa, sicut Dauid propheta dicit: ***Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum***. Idem etiam propheta mysterium Trinitatis eleganter insinuat, vbi ter, hoc nomen, ***Deus***, in eodem versiculo repetit, & concludit dicens: ***Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ***. Et prænominatus Ioannes in epistola sua canonica dicit: ***Tres sunt, qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt***. Isaias etiam propheta, quem recipis, se audiuisse testatur Seraphim clamantia: ***Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus sabaoth***. Quare tertio replicat, ***Sanctus***, nisi vt in domino Deo exercituum Trinitatem insinuet personarum? Est itaque in summa & beatissima Tirnitate, Pater qui Filium genuit, Filius qui genitus est a Patre, Spiritus sanctus qui progreditur ab vtroque: nec in illa genitura aut processione damnum resecationis vel immutationis passa est in Patre vel Filio diuina substantia. Sicut lumen a lumine sumitur sine minutione luminis, a quo sumitur: sic æqualis a Patre Filius, & vtrique coæqualis Spiritus sanctus ab vtroque procedit. Modum autem genituræ aut processionis istius humana ratio non attingit. Vnde cum Isaiæ de Filij generatione constaret, modum generationis tamen inenarrabilem esse sciens, ***Generationem eius***, inquit, ***quis enarrabit***? Dauid propheta in persona Filij de hac generatione, sic loquitur: ***Dominus dixit ad me***, Filius meus es tu, ***Ego hodie genui te***. Filius etiam Dauid Salomon, quem Deus scientia & intellectu mirabiliter illustrauit, in persona Christi, qui est (sicut Paulus dicit) Dei virtus, & Dei sapientia, in libro sapientiæ (si tamen eum recipis) ita dicit: ***Dominus possedit me in initio viarum suarum: antequam quidquam faceret, a principio ab æterno ordinata sum & ex antiquis, antequam terra fieret: nec dum erant abyssi, & ego concepta eram: & quando præparabat cælos aderam: quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta disponens***. Apostolus etiam Paulus Spiritui sancto, immo toti Trinitati testimonium perhibet dicens: ***Misit Deus Spiritum Filij sui, in corda nostra***; & alibi: ***Si Spiritus eius, qui Iesum suscitauit, habitat in vobis; viuificabit mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis***.

A Ioanne clare expressa.

Quis ordo originis sit in personis.

Vt humana mente capi non possit.

Si Christi testimonium de vnitate essentiæ & personarum Trinitate desideras, ipse in Euangelio dicit: ***Ego & Pater vnum sumus***. Christus etiam discipulis suis dicit: ***Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti***.

Christi de Trinitate testimonium.

68 Cum autem homo perdidisset propter inobedientiam paradisum, & infernales miserias perpetuo meruisset, missus est a Patre Filius, dignumque fuit, vt mitteretur Filius, & non Pater: cum enim a nullo esset Pater, Filius erat ab aliquo; eratque conuenientius, vt haberet in tempore matrem, qui ab æterno habuerat etiam Patrem. Cum enim scriptum esset in psalmo: ***Non est qui redimat, neque qui saluum faciat: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum***; non est qui det placationem pro anima sua, ne dum pro aliena, missus est a Patre Filius, vt homo pro homine moreretur; & pro homine captiuo tributum mortis tanquam homo exolueret, cumque tanquam Deus cœlesti potestate redimeret. Huius aduentum desiderauerunt patriarchæ, prædixerunt prophetæ, atque illius dilationem impatientius sustinentes querela continuata dicebant: ***Quando veniet? Quando videbimus? Da, Domine, mercedem sustinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur. Vtinam Domine***, dicit Isaias, ***disrumperes cælos & venires***; & Dauid; ***Domine inclina cælos tuos, & descende***; sed &, teste Isaia, angeli pacis, prædilatione nostræ salutis amare flebant. Idem vero Isaias, de Christi natiuitate manifestius loquens: ***Ecce***, inquit, ***virgo concipiet, & pariet Filium: & vocabitur nomen eius Emanuel***. Cum autem Maria de Iesse originem traxerit, idem propheta natiuitatem Mariæ, & per Mariam Christi, atque plenitudinem gratiæ spiritualis in Christo, manifeste declarat dicens: ***Egredietur virga de radice Iesse, & Flos de radice eius ascendet: & requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ & intellectus, Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus scientiæ & pietatis: & requiescet super eum Spiritus timoris Domini***. Natus est itaque Filius Dei de Virgine incorrupta, Spiritu sancto in ea cooperante, nostræque salutis negotium ineffabiliter procurante. Abyssus enim inscrutabilis est, incarnationis dominicæ sacramentum: plurima tamen antiquis patribus acciderunt, in quibus huius figura natiuitatis præcessit. Quod enim vellus Gedeonis rore cœlesti complutum est, area circumquaque arida remanente, ros Spiritus sancti & gratia designatur in Virgine, quæ ad hoc propter humilitatem suam specialiter & singulariter est a Domino prælecta. Cui psalmista concordat dicens: ***Descendet sicut pluuia in vellus***. Quod Moysi ignis in rubo apparuit, & non est rubus corruptus igne, virginitatis integritas in Maria demonstratur. Quod, virgis aliarum tribuum remanentibus siccis, virga Aaron, de cuius stirpe Virgo beatissima traxit originem, fronduit & floruit, florem de virga Iesse, quem vaticinauerat Isaias, partum scilicet incorruptæ Virginis indicauit.

De illius aduentu prænunciato.

Virginitas matris pluribus designata prodigijs.

69 Cum inimici Dei essemus, per aduentum Christi reconciliati sumus, sicut propheta prædixerat: ***Et pax***, inquit, ***erit in terra, cum venerit***. Ideoque angeli in ipsius natiuitate gloriosæ pacis canticum cantauerunt: ***Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis***. Noua etiam stella Magis apparuit, atque historiarum testimonio, Romæ fons olei de terra fluxit in Ty-

PRÆTERMISSA IN XIV. ET XV. TOMIS REDDENDA ſuis locis.

Tom. XIV. Anno 1257. *num.* 8. *col.* 2. *verſ.* 17. *poſt vocem* curauit, *adde quæ ſequuntur :*

Eiuſdem Richardi pia ſanctio.

Reliquit in Germania Richardus pietatis ſuæ monumenta, dum ad comprimendam procacium linguarum in laxandis blaſphemis vocibus licentiam, hæreticorumque elidendam nequitiam, hanc legem ſanxit. a

a Ext. apud Melchiorem Goldaſt to. 3. & vlt. pag. 404.

Richardi Romanorum Regis conſtitutio de hæreticis & blaſphemis.

Hæretici vita & bonis proſcripti.

Si quis aliam fidem, quam quæ in duodecim articulis ſacroſancti apoſtolici ſymboli Chriſtianæ noſtræ catholicæ fidei tradita eſt annuntiat, ſequitur, docet, vel prædicat, aut naturarum in redemptore noſtro Ieſu Chriſto confuſionem profitetur, aut diuinitatem eius vel humanitatem negat, blaſphematue, aut ſalutiferam eius paſſionem & mortem contemnit vel blaſphemat; & per inquiſitores hæreticæ prauitatis ac alios catholicos ſacerdotes paſtorali more commonitus, tenebricoſi diaboli relictis inſidijs, viam veritatis agnoſcere noluerit, ſed in erroris concepta nequitia perſeueret; præſentis noſtræ legis edicto damnandum eum fore decernimus, vt bonis eius in fiſcum redactis, corpus vltimo ſupplicio afficiatur. Cumque per horrendam blaſphemandi conſuetudinem diuinæ maieſtatis ira hactenus in ſacrum Romanum imperium & fidelium quietem prouocata eſſe noteſcat, & Chriſtianus populus miſerrime ſcandalizetur; ad placandam Dei iram & populi impietatem refrænandam, volumus ac ſtatuimus, ſi quis data induſtria, & deliberato animo per Dei nomen, potentiam, miſericordiam, baptiſmum, ſacramentum, martyrium, paſſionem, vulnera, virtutem, & ſimiles blaſphemos ſermones iurauerit, in primis vt damnatæ blaſphemiæ delictum inter publica crimina numeretur; deinde in ipſum reum debitæ vltionis gladio animaduertatur. Si quis vero ex ira aut praua conſuetudine deliquerit, quoties deieraſſe aut blaſphemaſſe auditus fuerit, toties pro vnoquoque blaſphemo dicto vel iuramento ſingulos ſolidos iudici, in cuius diſtrictu crimen commiſiſſe deprehenſus fuerit, ſoluere culpabilis iudicetur (niſi tamen ita grauiter blaſphemaſſe conuincatur, quod morte dignus exiſtimetur) decernimus, vt ſecundum criminis circumſtantias pro iudicis arbitrio atrocius in corpore & vita puniatur: blaſphematores autem cuiuſcumque ſint dignitatis aut conditiones e veſtigio ad iudicem deferantur: quod qui non fecerit, & auditi criminis celator extiterit, vel ipſe iudex in executione negligens & remiſſus foret, coram Deo & in conſpectu noſtro poterit merito culpabilis apparere. *Dat. in villa Solodoro* XVII. *kal. auguſti.*

Blaſphemus ſupplicio affici iuſſus.

Quæ pœna inflicta ſi ex præcipiti lapſu blaſphema vox prolata.

Interea Alfonſus, &c.

Anno 1257. *poſt num.* 64. *adde :*

Azatines ſoldanus Iconij.

65 De Turcarum principe Aladine ſiue Azatine pulſo a Tartaris meminere annales Turcici b, Aytonus in hiſtoria orientali c, qui addit illum duo millia Latinorum ſub ſignis habuiſſe; tum Nicephorus Gregoras d, qui illum fuiſſe Iconij ſoldanum deſignat, victumque cognati ſui perfidia inſigni, qui in medio prælij ardore vna cum ſuis ad Tartaros deſciuit. Porro ſoldanum Iconij per ea tempora ſuperſtitionis Mahometicæ errores contempſiſſe, & in prophetarum & euangeliorum lectione verſatum, atque a Romano Pontifice mitti internuntium, qui ipſum Chriſtianis inſtitutis imbueret, expetijſſe, conſtat ex Alexandri IV. ad eum datis literis, quas ex M. S. Vaticano a ob rerum, quas continent, maieſtatem afferemus.

b Annal. Turc. c. 1. c Ayton. hiſt. orien. c. 17. d Niceph. Greg. l. 3.

De Chriſtiana lege optime ſentit.

a M. S. bib. Vat. ſign. n. 3977. pag. 81.

Alexander epiſc. ſeruus ſeruorum Dei magnifico viro ſoldano Iconij veritatem agnoſcere, & agnitam cuſtodire.

Ex literis tuis & nunciorum tuorum fideli relatione cognouimus, quod in votis habeas ad Chriſtum conuerti, cumque iam receperis, vt audiuimus, penthateucum Moyſi, prophetiam etiam Iſaiæ & Hieremiæ, Pauli etiam epiſtolas, atque Ioannis euangelium & Matthæi, poſtulas tibi virum mitti orthodoxum aliquem, a quo in lege Chriſti quaſi vice noſtra plenius inſtruaris. Nos autem petitioni tuæ, plurimum in Deo commendabili, grato concurrentes aſſenſu, tales excellentiæ tuæ procurabimus deſtinare, qui apud te in doctrina ſana, & ſalutaribus monitis vices apoſtolicæ auctoritatis ſuppleant, quorum etiam mores & merita ab honeſtate & munditia eruditionis euangelicæ non diſcordent. Quoniam vero noſtræ fidei ſeriem & tenorem literis tibi ſupplicas aperiri, nos tuis congratulantes deſiderijs, illam ſub quodam compendio & digitotenus intimamus. Illud igitur pie credas, & fideliter teneas, quod vnus eſt Deus; ſic tamen, vt in aſſignatione deitatis ſit vnitas in ſubſtantia, & Trinitas in perſonis. Eſt enim Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus: ſed Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, & ij tres vnum ſunt. Eſt autem diſcretio in perſonis, vt nec Pater ſit Filius, nec Filius ſit Spiritus ſanctus, nec Spiritus ſanctus ſit Pater aut Filius. Res equidem difficilis eſt intellectu, & aciem rationis humanæ tranſcendit: ſed tãto elegantius habet fides meritum, quanto eſt difficilior ad credendum.

Sacrarum literarum lectioni dat operam.

A Pontifice ſacerdotẽ mitti poſtulat.

Fidei myſteria illi propoſita.

De Deo vno & trino.

66 Porro licet inuenire *.. poſſimus quod expreſſam habeat vnitatis, quæ in Deo eſt & ſummæ *.. imaginem, nec verba inueniantur, quibus poſſimus de illa ſumma eſſentia digne loqui; quod poſſumus facimus, & quaſi balbutientes per verba rebus accommodata tranſitorijs rem tibi ineffabilem aperimus. Paulus dicit Apoſtolus, quod inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur; ſempiterna quoque virtus eius & diuinitas. Vide homines: corpuſque ſolare conſidera; & videbis qualitercumque, licet tenuiter, & quaſi oculo conniuenti quandam ſimilitudinem Trinitatis. Eſt enim in mente hominis intelligentia, memoria, & voluntas. Mentem autem vocamus memoriam, mentem dicimus intelligentiam, mentem dicimus voluntatem. Memoria, intelligentia, & voluntas ſunt vna mens, ſed nec memoria eſt intelligentia, vel voluntas. In eodem corpore ſolis, radium video, ſentio calorem, & agnoſco ſplendorem. Hæc tria vnius ſunt eſſentiæ: nullum tamen illorum eſt alterum. Sic in illa ineffabili & incircumſcriptibili deitatis gloria eſt Filius a Patre, & Spiritus ſanctus ab vtroque. Cum Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, eiuſdem ſubſtantiæ, eiuſdem potentiæ, & gloriæ ſint; non ſunt

* non

* Trinitatis.

Trinitas aliquot ſimilitudinibus adũbrata.

accepto regio insigni cæsus. A.1306. num. 16. orta inde in Boemia bella ciuilia. ibid. de Vvenceslai in Vngariam iuribus lataque in eundem a Bonifacio VIII. sententia. 1307. nu. 15.

Vvernerus Prussiæ equitum magister. Pomerania donatus a Ioanne Rege Boemiæ. 1319. n. 5. & Dobrina ac Vvladislauensi ditione. ibid. cum Polono de Pomerania certat initque inducias. 1329. n. 74.

Vvestmonasteriensis. vid. *Matthaeus Vvestmonasteriensis*.

Vvillelmus Iuliacensis comes: aduersus Granatenses arma deuouet. 1331. n. 29.

Vvladislaus Locticus. Poloniæ regnum recuperat post Vvenceslai cædem. 1306. num. 17. missis oratoribus, regiæ dignitati a Pontificeasseri flagitat. 1318. n. 1. illius iura aduersus Boemiæ Regem illustrata. n. 4. queritur de Ioanne Boemiæ, Pomeraniā iuris Polonici Pruthenis equitibus atrributam. A. 1319. n. 5. in celeberrimis Polonorum comitijs regia dignitate antea itermissa decoratur. n. 5. solicitatur ad vertenda in schismaticos arma. 1320. n. 3. filiam Regi Vngaro nuptui locat. num. 4. Cracouiæ corona redimitur. ib. solicitatur a Ponrifice aduersus Ludouicum Bauarum. 1325. n. 8. Brandeburgicum principatum coniunctis Lithuanis vastat. ibid. fœdus init vna cum cruciferis. 1332. n. 27. illius obitus. 1333. n. 30. Casimirus filius in regno succedit. ib.

Vvratislauia. capta incensaque. 1329. num. 74. ecclesiæ Romanæ vectigalis, 1327. n. 49.

Z

Zabazara Saracenorum sacerdotes. veriti Mahometis nomen inter Christianos inclamare. A. 1328. nu. 78.

Zacharias archiep. S. Thadai. ob fidem orthodoxam multis ab aduersarijs iniurijs appetitus. 1321. n. 6. docetur, confirmationem a solis episcopis conferendam. ib. oleum infirmorum ab ijsdem conficiendum. n. 7. in rebus ecclesiasticis ad sedem Apostolicam confugiendum. ib.

S. *Zenobius*. eius reliquiæ repertæ Florentiæ. 1331. n. 42. earum solemnis translatio. ib.

Zicchorum Rex, coniunctioni Romanæ ecclesiæ restitutus. 1333. n. 38.

Zopan Begiloy Rex Tartarus. ad fidem Christianam profitendam solicitatur, 1312. n. 2.

LAVS DEO.

cti in vincula. A. 1327. n. 3. redimere auro libertatem iussi. ib.

Victenes dux Lithuanorum. in Prussiam facta excursione, Eucharistiam sacrilege tractat. 1311. n. 72. extrema internecione deletur. ib.

Victoria. maritima de barbaris parta victoria. 1322. num. 4. alia terrestris. ib. victoria de Mauris Granatensibus relata. 1327. n. 41. pontificiæ de ea literæ. ib. alia de iisdem Mauris. 1330 num. 48. Tartari a Carolo Vngariæ Rege victi. 1331. n. 25. parta de Turcis victoria. 1334. n. 11.

Vindicta. eius cupido religioni non parcit, vt iras satiet. 1311. n. 74.

Virginitas. Deiparæ virginitas negata a Lollardis. 1318. n. 44. eam colit vna cum B. Delphina vxore S. Eleazarus Ariani comes. 1323. n. 68.

B. Virgo. vid. *B. Maria virgo Deipara.*

Virtutes. insana Begardorum sententia circa virtutum opera. 1312. num. 18. §. Sextus error. opiniones duæ, quando infundantur virtutes baptizatis. num. 20. laudata ea, quæ paruulis vna cum baptismo infundi docet. ibid.

Visa. recreatur cœlestibus visis S. Nicolaus Tolentinas morti proximus. 1306. num. 19. ostensa cælo prodigia, cum detecti Templarij. 1311. num. 53. cæleste visum B. Bernardo Senensi ostensum de Scala ad cælos pertingente. 1320. num. 50. anima cuiusdam defuncti reuersa in domum mira de altera vita narrat. 1324. num. 64. obiecta cœlitus species de Guigonis Delphini impudici morte 1333. num. 22. ostensum pio monacho Florentinum ob crimina in discrimen adductam. nu. 26.

Visio beatifica. Begardorum error circa visionem beatificam. 1312 nu. 18. §. Quartus. refellitur. ibid. lumen gloriæ necessarium. ibid. §. Quintus. agitata a Ioanne XXII. quæstio de visione beatifica, an sancti ea potiantur ante iudicium. 1331. n. 43. an futurum frustra iudicium, si antea ipsa sancti fruantur. ibid. cur Ioannes plura argumenta pro parte aduersa congesserit. num. 44. & 1333. num. 46. vt varie SS. patres de ea re senserint. 1333. num. 46. Durandi commentarius de visione beatifica. num. 49. &c. profitetur Ioannes in morte, se amplecti eam partem, quæ teneret animas ante iudicium cælesti beatitudine frui. 1344. n. 28.

Vitalis *Michaelis.* Ferrariæ ereptæ a Venetis ecclesiæ prætor anathemate innflus. 1309 n. 6.

Vitalis e Furno Minorita. creatus presbyter Card. tit. S. Martini in montibus. 1312. num. 54. errorem Minoritarum, quod Christus nullam proprietatem & dominium in vlla re sibi retinuisset, tuetur. 1322. num. 67. dicta sua submittit ecclesiæ. ib.

Vitenes Ruthenorum Rex. multa cum Christianis bella gerit. 1317. nu. 50. prouocatur ad amplectendam fidem Cristianam, ib.

Viterbium. in Siluestri Gattæ seruitutem labitur. 1322. n. 4.

Vlricus Sayfustordf Minorita. creatus episcopus ad fidem apud Tartaros amplificandam. 1307. n. 29.

Vltio. Regis Lusitani lex de vltione legibus tantum prosequenda. 1326. n. 19.

Vlyssiponensis academia. Coimbricam traducta. 1308. n. 17.

Vnctio extrema. vid. *Extrema vnctio.*

Vngari Asiatici. fidem Christi colunt. 1329. n. 96. ad eos episcopus Gemiscatensis missus. ibid.

Vngaria. potiora in eam sunt hereditaria, quam electionis iura. 1307. n. 15. &c. Vngariæ Reges confirmandi ius assertum Romano Pontifici. 1308. num. 25. a finitimis infidelibus & schismaticis euastata. 1314. num. 13. Vngari aduersus illos excitati. ibid.

Voluntas. improba cuiusdam Begardi sententia, infernum nil aliud esse, quam non facere suam voluntatem; & paradisum, facere eam in rebus omnibus. 1312. n. 17. §. Quod vero. mel e petra sugitur, cum in aduersis diuinæ eos accommodamus voluntati. 1316. n. 14.

Votum. Beatrix Drocensis comitissa voti non perfecti religione soluta. 1307. n. 25. Ioannæ Francorum Reginæ vota iussu Pontificis permutata. 1317. n. 8.

Vrbinates. Vrbinum. a Friderico comite Montisferetri ereptum Vrbinum Pontifici. 1318. num. 42. Vrbinates, cæso tyranno, ad ecclesiæ obsequium redeunt. 1322. n. 1.

Vrosius, alias Orosius Rascia Rex. mittit oratores ad Clementem V. 1308. n. 26. postulat gremio ecclesiæ Romanæ restitui. ibid. proposita illi orthodoxæ fidei norma. ibid. missi ad illum oratores pro fide constabilienda. num. 27. pia consilia non perducit. num. 28. petitum ab ipso vexillum Rom. ecclesiæ ad eū transmissum. num. 29. in eum ob perfidiam coniurant Rasciæ proceres. 1318. num. 35. animantur a Pontifice. ibid. iunguntur fœdere Vngarus & alij principes in eundem. ibid. a Carolo Rege Vngariæ debellatur. 1320. num. 1. ad leges impositas adigitur. 1322. num. 15. redit ad coniunctionem Romanæ ecclesiæ. 1323. num. 14. affinitatem principis Tarentini ambit. ibid. arma pro comparanda Constantinopoli offert. ib. missi ad eum internuntij. n. 17. præscripta fidei profitendæ formula. ib.

Vrsini. magna clade a Columnensibus affecti. 1310. nu. 21. Roberto Regi adhærent contra Henricum VII. & huic aditus ad basilicam S. Petri obstruunt. 1312 n. 33. magna cæde Cæsareos repellunt. n. 34.

Vsbech Imperator Tartarorum. prouocatur ad fidem amplectendam a Pontifice. 1318. num. 2. in Christianos egregie affectus. 1323. num. 1. solicitatur vt Christiana sacra amplectatur. n. 2. & 1333. n. 36. reprimat Saracenos fidelium templa profanantes. 1323. n. 3.

Vsura. damnati in concilio Viennensi fœneratores 1320. n. 21. quare sit vetita vsura. 1329. n. 24.

Vsus. Vti. rerum vsus sine iure non religiosorum est, sed furum. 1321. n. 19. vsus nudus facti in nō consumptibilibus quomodo haberi possit a Minoritis. 1324. num. 34. an vsus a proprietate possit separari. num. 35. vsus iustus a iure in consumptibilibus non separari demonstratur. 1328. nu. 12. & 1329. nu. 23. &c. & 42. vti definitio explicatur aduersus Michaelem Cæsenatem. 1329. num. 24. & num. 44. simplex vsus facti in consumptibilibus refellitur. n. 27. 28. & 35. eius mentio in scriptura sacra non fit. n. 40. vti quid sit proprie. ibid vsus simplicis facti recentiorum figmentum est. n. 44. vsus iustus sine iure non stat. 1329. num. 46. nec datur vsus qui neque iustus sit, neque iniustus. n. 47. vsus perfectus consumptionem tantum vltimatam infert. n. 48. vsus simplicis facti rerum sine iure aliquo in Christo & Apostolis damnatus hæreseos. 1331. n. 1. illi errori addidere pseudominoritæ hæreses Marsilij & Ianduni. n. 2.

Vvaldemarus dux. vna cum Erico coniuratione inita, Birgerum Regem Sueciæ intercipit, & carceri Nicopensi addicit. 2306. n. 15.

Vvaldemarus marchio Brandeburgensis. moritur. 1320. n. 8. exorta inde bella ingentia. ibid.

Vvaldenses hæretici. grassantur in Pedemontio. 1332. n. 31. Guillelmus parochus ab ipsis cæsus. ibid hæreticorum signifer. ibid. eius errores. ibid. in ipsum & sequaces iudiciaria actio constituta. ibid.

Vvalramus. Henrici Cæsaris frater. 1310. n. 1.

Vvalterus hæresiarcha. eius hæreses. 1318. num. 44. flammis traditus. ibid.

Vvenceslaus Boemiæ & Poloniæ Rex. pie moritur. 1305. num. 15. episcopo post mortem videndum se obijcit. ib. ad eius sepulchrum edita miracula. ib. egregia eiusdem sententia. ibid. succedit in eius regnis Vvenceslaus filius. ibid.

Vvenceslaus iunior. patri in regnis Boemiæ & Poloniæ succedit 1305. nu. 15. ob contempta morituri patris monita misere perit. ibid. nondum acce-

ae XXII. ad coniunctionem cum Romana ecclesia sollicitatus. A.1329. num.95.

Tribulatio. vid. *Aduersa res*.

Tributum. Christum ex necessitate illud Cæsari pensitasse, affirmabant Marsilius & Iandunus hæresiarchæ. 1327.n.29.

Trinitas. insana Saracenorum aduersus Trinitatem obiectio. 1319. nu. 31.

Trugillus. in Suecia ecclesiarum prædator. 1305.n.17. diuina ira oppressus. ib.

Tudertini. eiecto Iacobo Sciarræ Columnæ filio ad ecclesiæ obsequium redeunt. 1330. n. 40.

Tunetanum regnum. Roberti Regis vectigale. 1309. num.23. variæ in eo conuersiones. 1322.n.19

Turcæ. infestant Andronicum Imp. 1307.n.6. prædicit Clemens V. maximum ipsos vulnus illaturos, parta Constantinopoli. ibid. ad Constantinopolim occupandam fideles proinde animat. ibid. exciti Turcæ ab Andronico seniore in Europam aduersus nepotem. 1321. num. 15. Aramano principe Armeniam euastant. 1322. nu. 34. Græcos mati vexant. 1326. num. 25. suis excursionibus exagitant Christianos. 1328.n. 85. in ipsos auctore Ioanne XXII. armorum fœdus sancitum. ib. repressæ eorum grassationes. ibid. Græcos infestant vid. *Græci*. insulas Ægei maris occupant. 1330 num. 53. Nicæam Bithyniæ fuso Andronico iuniore occupant. ibid. Euboeam vectigalem sibi subijciunt. 1332. n. 22. Achaiam infestant. 1333. num. 13. inita in eos a Pontifice, Gallo, Siculo, Venetis, Rhodijs, Cyprio, armorum societas. ib. & num. 14. gesta feliciter aliqua in Turcas prælia. num. 15. reprimuntur. ibid Andronicus ob eorum grassationes coniunctionem cum Romana ecclesia expetit. num. 17. sumpta inde a Pontifice vrgendæ rei occasio. 1334. num. 2. & 3. ad belli societatem contra Turcas adductus Andronicus. n. 6. & 7. quæ classis apparata in Turcas. num. 7. & 8. fracti magna clade Turcæ. n. 11.

Turriani. sollicitant Roberti Regis duces ad Mediolanensem principatum corripiendum. 1314. n. 5.

V

Vabrensis episcopatus. institutus a Ioanne XXII. A.1317.n.12.

Valentini. mota seditione Clementem V. in periculum adducunt. 1312. nu. 30. vocati in ius veniam poscunt. ibid.

Vallisoletanum concilium. 1322. num. 18.

Vanitas rerum humanarum. humanæ felicitatis instabilitas cernitur in Engerrano Marinio regij fisci in Gallijs præfecto. A.1315. num.3. humanæ vitæ fragilitatem exponit Io. XXII. 1316. num. 14. eiusdem humanæ vitæ fragilitatis cum cœlesti gloria collatio. 1322. num.23. vitæ humanæ inconstantia describitur. 1328. num. 68. vid. *Contemptus rerum terrenarum*.

Vaurensis episcopatus. conditus a Ioanne XXII. 1317. n. 12.

Vbertinus e Casali pseudominorita. illius doctrina subiecta perperam a recentiore auctore refricata. 1323. num. 63. postulatus iudicio hæreseos 1325. num. 20. eius magister fuit Petrus Ioannis Oliui nouator. ib. priorem Ludouici Bauari sententiam in Pontificem refercit hæresibus Fraticellorum. 1328. n. 11.

Vbertinus nobilis Aretinus. suffectus Guidoni exauctorato in episcopatu. 1326. n. 4.

Vbertus e Puteo. creatus Cardinalis a Ioanne XXII. 1327. n. 55.

Venditio. cur Iudæi fideles antiquitus bona sua vendiderint. 1329. n. 26.

Venenum. eo pluries appetitus Ioannes XXII. 1317. num. 52. cornu serpentinum ad detegenda venena illi a comitissa Fuxensi mutuo datum. ibid. linguaria serpentina aduersus venena a Philippo V. Rege dono illi transmissa. 1318. n. 40.

Veneti. ad iungenda arma socia cum Carolo duce Valesiorum pro recuperando a Græcis imperio Constantinopolitano sollicitati. 1306. nu. 3. Clementis V. hortatoriæ ad eos ea de re literæ. ibid. societatem armorum coeunt cum eodem Carolo Valesio. ibid. cruciata expeditio apud Venetos promulgari iussa a Clemente. ibid. affectant Ferrariæ principatum ecclesiæ adimere. 1308. num. 15. deterriti cœptis ab internuntijs pontificijs, ipsos male excipiunt. ib. Ioannem Superantium mittunt cum exercitu. ibid. graues in eos Clementis Papæ querelæ. num. 16. pellunt Ferraria sedis Apostolicæ internuntios ac prætores. ibid. Clementis ad eos hortatoriæ datæ literæ, quibus ipsos ad officium reuocare nititur. ibid. Ferrariam eripiunt ecclesiæ. 1309. num. 6. ob id defixi anathemate a Clemente. ibid. pluribus alijs pœnis affecti. ibid. pontificia edicta temnunt. num. 8. ingenti prælio a crucesignato exercitu fusi. ibid. conflata in eos a Boamundo Theupulo periculosissima coniuratio. 1310. num. 30. feliciter discussa. num. 31. decernunt oratores ad Clementem pro efflagitanda censurarum dissolutione. num. 32. agnoscunt Henricum Cæsarem, vt socium, non vt principem. 1311. num. 11. ingentia illi ad coronationis pompam ornandam dant munera. ib. de Iadera cum Rege Vngaro certant. A.1311. num. 73. vt Petro Gradenico duce Veneti de pristina ecclesiæ gratia recuperanda egerint. 1313. nu. 32. tractatum abruperit Marinus Georgius. ibid. hunc redintegrarit Ioannes Superantius. ibid. insignis Francisci Dandali virtus & charitas in patriam. num. 33. soluti censuris Veneti. ibid. restituti a Clemente pristinis iuribus. ibid. & num. 34. veteribus prærogatiuis in mercium distractione exornati. num. 36. & 1318. num. 41. Venetorum dux admonitus, vt hæreticos eorumque fautores in oriente persequatur. nu. 52. Iadera recuperata a Venetis. 1321. num. 45. conciliati Regi Vngariæ interprete Pontifice. ibid. monentur intentatis minis abstinere ab inuadenda ditione ecclesiastica. 1322. num. 3. de ecclesia optime meriti. 1324. num. 19. Pontificias partes tuentur aduersus perduelles. 1327. num. 16. damna ingentia patiuntur a Turcis. 1322. num. 23. obiurgantur, schismaticos & hæreticos tolerari in ipsorum imperio. ib. paciscuntur cum Philippo Rege Francorum de suscipienda expeditione Asiatica. 1333. nu. 11. ineunt fœdus cum Pontifice & Gallo, Siculo, & Cyprio Regibus ad Turcas reprimendos. 1333. num. 13. & 16. vna cum socijs victoriam de Turcis referunt. 1334. n. 11.

Venturinus Bergomas. magnos pietatis motus in animis Insubrum concitat. 1334. nu. 18. religioso apparatu multitudinem ingentem ad limina Apostolorum lustranda ducit. n. 18. a Pontifice acerbe accipitur. ib.

Verba inhonesta. ea horrebat audire S. Ludouicus Tolosanus. 1317. n. 10. simile exemplum. 1323. n. 68.

Vercellenses. in Matthæum Vicecomitem arma corripiunt. 1320. n. 11. sub eiusdem succumbunt potentia. ibid.

Veronica. Vrbem ingrediente Ludouico Bauaro, abscondita. 1328. n. 3. a legato ad basilicam S. Petri ex ecclesia B. Mariæ rotundæ magna pompa relata. n. 50

Versacht Rex Ziccborum. ad coniunctionem cum Romana ecclesia redit. 1333. nu. 37. Pontificiæ ad illum datæ literæ. n. 38.

Vgutio Fagiolanus. Pisanorum præfectus. 1314. n. 6 Lucam impetu expugnat. ib. eam diripit. ib. expilat thesaurum pontificium. ib. Florentinos ingenti prælio delet. 1315. nu. 1. Petrum & Carolum Neapolitanæ regiæ principes in acie cædit. ibid. Pisarum & Lucæ dominatu vna die pellitur. 1316. num. 23. ad Scaligerum se subducit ibid. frustra Pisas recuperare molitur. 1317. n. 32. notatur anathemate. 1319. in prælio trucidatur. 1320. n. 13.

Vicariatus imperij. vid. *Imperium*.

Vicecomites. a Ludouico Bauaro conie-

cti

ibid. obiecta ijs apostasia a fide. num. 2. eorum bona in Hospitalarios collata. num. 6. quid de personis Templariorum superstitum decretum. num. 9. Templariorum magister cum alio equite ob confessionem scelerum reuocatam flammis exustus. A.1313. n.39.

Tentatio. S. Elezarus in mortis lucta tentatur a dæmonibus, victorq; euadit. 1323. n. 52.

Terra sancta. pro ea facilius recuperanda Clemens V. Constantinopolitanum imperium expugnare meditatur. 1306. num. 3. Templariorum & Hospitalariorum magistros pro instruenda expeditione ad se vocat. num. 11. Pictauij ea de causa Regum principumque conuentus celebrat. 1307. num. 1. & 2. Carbanda Rex Tartarorum, missis oratoribus, socia arma pro recuperanda terra sancta pollicetur. num. 3. aut, si venerint, a se partam armis restitutum iri. num. 4. Carolus II. Rex Siciliæ in eam expeditionem se obstringit. num. 4. Olgetucam Rex Tartarorum pro recuperanda terra sancta ad Clementem V. oratorem mittit. 1308. num. 30. &c. centum millia equitum Christianis couiunctūrum, commeatusque ingentes suppeditaturum se aduersus Saracenos. n.31. terræ sanctæ infelix sub Saracenis seruitus. num.32. & 33. Hispitalarij missi cum exercitu crucesignato ad muniendum iter secuturæ quinto post anno solemni occidentalium expeditioni. num.32. &c. merces & arma Saracenis inferri vetita. num. 36. Ierosolymitani regni iura, armis comparanda, a Roberto Fridericus Rex Trinacriæ deposcit. 1309. num. 23. quibus legibus id permittere voluerit Robertus. ibid. lugubris excidij terræ sanctæ descriptio. 1309. num. 33. solicitati ad amissa recuperanda fideles. ibid. Hospitalarij pro muniendo expeditioni Syriacæ itinere transfretant in orientem. num. 35. sexennales decumæ indictæ in concilio Viennensi pro expeditionis Syriacæ sumptu sustentando. 1312. num. 22. qui Reges ad eam ducendam se obstrinxerint. ibid. quam indignum sit, terram sanctam sub infidelium seruitute lugere. 1313. num. 2. Philippus Longus Francorum Rex in procinctu expeditionis Asiaticæ morbo corripitur. 1321. num. 44. ea consilia ipsius morte dissipata. ibid. serio iter bellum sacrum agitur. 1326. num. 27. agitata a Pontifice & Gallo Rege de Syria recuperanda consilia. 1328. n. 85. cor suum in sepulchro dominico condi flagitat Robertus Rex Scotię morti proximus. 1329. n. 81. Philippus Francorum Rex de parando bello sacro parum solicitus. 1332. num. 25. solicitatus a Ioanne XXII. ad illud promouendum. num. 26. de bello sacro decernendo agitatum. A.1333. nu. 1. Philippus Francorum Rex expeditionis dux creatus. ibid. & num. 3. precatur illi Pontifex in suscepto consilio constantiam. ibid. conceptum a Philippo liberandæ Syriæ votum. num. 3. præfixa expeditionis dies. num. 4. &c. vid. *Cruceata militia*. *Preces sacræ*.

Terraconensis ecclesia. illius iura in Baleares insulas occupata. 1321. num. 42.

Tertij ordinis S. Francisci fratres. in suspicionem hæreseos vocati. 1322. num. 51. data præsulibus prouincia, vt ipsorum fidem discutiant. ibid. qua forma interrogandi in iudicio. ibid. plecti sontes, insontes absolui iussi. ibid. tuentur hæresim. 1325. nu. 20. S. Anno. dicti etiam Beguini. ibid.

Talmud. renouata contra thalmudistas veterum Pontificum decreta. 1320. num. 23. &c. horrendæ in thalmudicis libris contentæ blasphemiæ. num. 24. damnati ij a Clemente IV. num. 25. thalmud addicti Iudæi. num. 26. Honorij IV. Papæ contra Iudæos constitutio. num. 28. eorum væsania circa thalmudicos libros. ibid. Oddonis episc. Card. Tusculani. A. S. L. sententia in thalmudicos libros lata. n. 30.

Theba. a Catalana societate occupatæ. 1314. n. 8.

Theobaldus e S. Eustachio. fauet Ludouico Bauaro, vt Roma potiatur. 1328. nu. 1. sceleris veniam poscit a Pontifice. 1329. n. 18.

Theodosius. de immunitate ecclesiastica eius sententia. 1327. num. 31.

Theologi. *Theologia*. inuectus est Io. XXII. in theologos, qui theologiam conquisitis philosophorum fucis inquinabant. 1317. num. 15.

Thomas Anglicus ordinis Prædicatorum theologus. creatus Cardinalis tit. S. Sabinæ a Clemente V. 1305. n. 13. suffectus Arnaldo Cardinali pro sociando ad pacandam Italiam Henrico VII. 1310. n. 16. in itinere obit. n. 13. subrogatus ipsi in eo munere Lucas e Flisco. ibid.

Thomas Lanclastria comes. cum Eduardo Rege simultates exercet. 1317. num. 45. monetur a Ioanne XXII. vt redeat in Regis gratiam. poscit ab eodem Pontifice, vt Robertum Cantuariensem archiepiscopum sanctorum catalogo ascribat. 1318. n. 29. in Eduardum ob nimiam Spenseriorum gratiam bellum gerit. 1322. num. 20. captus in prælio damnatur sententia capitis. num. 21.

S. *Thomas Aquinas*. Neapolitani principes illum in sanctorum numerum referri postulant. 1318. num. 30. duobus Cardinalibus data prouincia de miraculis eius ad sacrum collegium referendis. ibid. de ijs cognosci iubet Pontifex. ibid. & A. 1321. n. 46. & 47. sanctorum catalogo adijcitur. 1323. num. 64. literæ ea de re Ioannis XXII. in quibus præcipua viri sancti gesta describuntur. eod. num. 64. &c. vt Dominicanam familiam fuerit ingressus, & literis apprime instructus. eod. num. 64. diuinitus accipit, ingentes in ijs progressus se facturum. ibid. cœlestium rerum contemplationi addictus. num. 65. illibatam coluerit castitatem. ibid. quantum ab otio abhorreret. ibid. euocatus a Gregorio X. ad concilium Lugdunense apud Fossamnouam decubuerit. num. 66. mortem sibi præsagierit diuinitus. ibid. quam pie Eucharistiam perceperit. ibid. quæ scripserat, moriens Romanæ ecclesiæ censuræ subiecerit. ibid. miraculis post mortem claruerit. ibid. eius corpus post decem menses suauem odorem spirat. ibid. ad eius preces puer mortuus vitę restitutus. ibid. festus illius dies institutus. ibid.

Thomas Minorita. pollicetur, se in medijs ignibus comprobaturum fidem Christi. 1319. num. 31. a Saracenis ob fidei confessionem ferro obtruncatus. ib.

B. *Thomas episcopus Herefordensis*. miraculis clarus. 1320. num. 43. sanctorum catalogo apponitur a Ioanne XXII. ib. insignes eius virtutes. n. 44.

Thomasius despota. a Cephaloniæ comite cæsus. 1318. n. 34.

Thomasius antipapæ capellanus. publice schisma & hæresim damnat. 1331. num. 3.

Toletanus archiepiscopus. olim Castellæ Regum scrinij præfecturam gerebat. 1323. n. 37.

Tolosa. academia Tholosana priuilegijs academiæ Parisiensis ab Innoc. IV. concessis insignita. 1317. n. 16. asserta illi eadem priuilegia a Ioanne XXII. ibid. Tolosanus episcopatus S. Ludouici episcopi illustratus sanctitate. 1317. n. 10. archiepiscopali apice insignitur. n. 12. in plures episcopatus disgregatur. ibid.

Tonsoria ars. die dominico exerceri vetita. 1317. n. 4.

Torneamenta. vid. *Hastiludia*.

Translatio. Reliquiæ S. Bertrandi magna pompa in locum honorificentiorem translatæ a Clemente V. 1309. num. 1. 2. S. Ludouici Regis in ædiculam regiæ Parisiensis. 1317. num. 8. S. Ludouici episcopi Tolosani. 1319. num. 30. capitis S. Martini a Carolo IV. Rege Francorum celebrata. 1323. num. 67. reliquiæ S. Eleazari Parisijs Aptam translatæ. 1323. n. 69. vid. *Reliquiæ sanctorum*.

Transubstantiatio. fit in sacramento altaris. 1318. n. 14.

Trapezuntinus Imperator. a Ioanne

sphemum figmentum de Spiritu sancto dando plenius, quam lege euangelica. A.1311. nu. 71. insania hæreticorum de Spiritu sancto incarnato. ibid. Beguardi plenitudine Spiritus sancti se potiri iactabant. 1312. num. 17. Spiritum sanctum in ipsa incarnatum fingit Guillelma, flammisque Mediolani exuritur. 1324. num. 9. die sancto Spiritui sacro prodita Constantinopolis, vt ob perfidiam negatæ ex Filio eiusdem Spiritus processionis plecti cõstatet. 1327. num. 52.

Spoletum. a Montisferetri comitibus ereptum ecclesiæ. 1320. n. 18.

Stephanus archidiaconus Brugensis creatus Cardinalis a Clemente V. tit. S. Cyriaci presbyter Cardinalis. 1305. n. 14. missus pro componenda Lugdunensi controuersia. 1310. n. 34.

Stephanus Columna. Henricum VII. in Vrbem & palatium Lateranense inducit. 1312. num. 33. illi se suaque contra quoscumque deuouet. nu. 34. Ioanni XXII. aduersus Ludouicum Bauarum & antipapam pro Vrbe recuperanda nauat operam. 1328. n. 50. creatus a populo Vrbis senator vna cum Poncello collega. num. 18.

Stephanus episcopus Vlyssiponensis. discordiam inter Dionysium Regem & filium seruisse accusatus. 1318. num. 39. nullo comparente accusatore legitimo, iudicio supersessum. ibid.

Stephanus e Pinu. Apostolicæ sedis internuntius in vtramque Siciliam missus. 1319. n. 16.

Stephanus Vngarus Minorita. ex apostata in martyrem versus. 1333. nu. 44.

Stetinenses duces. suum principatum Romanæ ecclesiæ fiduciarium constituunt. 1331. num. 23. eorum ea de re literæ. ib. quo ritu gesta res. n. 24.

Supplicationes solemnes. peractæ a Romanis incendij Lateranensis occasione. 1308. n. 11.

T

TAbernarij. vid. *Popinarij*.

Talayrandus episcop. Altissiodorensis, creatus Card. a Ioanne XXII. A. 1331. n. 33.

Tariffa. a Ferdinando Rege Granatensibus erepta. 1309. n. 27.

Tarlatus Pisarum præfectus. Pisas a Bauari obsequio subducit, & antipapam latebras captare cogit. 1330. nu. 1.

Tartari. apud eos fidem propagat Ioannes e Monte Coruino. 1305. num. 19. 20. Cham illorum Imperatoris potentia. eod. num. 20. scripta ab Aytono Tartarorum historia. nu. 21. Cambaliensis archiepiscopatus conditur a Clemente V. A. 1307. num. 29. missi ad eos plures episcopi. ibid. & 1311. num. 73. Olgeritam Rex Tartarorum accessuris in Palæstinam Christianis centum millia equitum aduersus Saracenos se coniuncturum spondet. 1308. nu. 31. solicitatur a Clemente, vt Christi cultui se addicat. ibid. decies centena millia equorum ducunt Tartari in Saracenos. 1309. num. 9. Tartarorum Imperator Vsbech prouocatus ad amplectendam fidem orthodoxam. 1318. num. 2. Soltaniensis archiepiscopus cũ alijs suffraganeis ad Tartaros transmissus. num. 4. Abuscanus Regis Cosogani Tartari filius Christiana sacra amplectitur. 1320. num. 1. multa a Ioanne pro fide amplificanda inter Tartaros decreta. num. 5. Boyssetham Imp. Tartarorum solicitatur ad Armeniam defendendam. 1322. num. 41. prouocatur ad fidem Christianam. ibid. Vsbech Imperator Tartarorum ad eandem solicitatus. 1323. num. 2. Armeniæ a Saracenis obtritæ clientelam suscipit Tartarus, submissis viginti equitum millibus. 1323. nu. 9. inter Armenios ac soldanum Babylonium pacem conciliat. ibid. Tartarorum in Thraciam irruptio. 1324. num. 39. amplificata apud eos religio. 1326. num. 31. in Vrbe Cayron cathedralis sedes instituta. ibid. Andreas episcopus ab Imperatore necessario ad vitam commeatu donatus. ibid. omnes sectæ tolerarae apud Tartaros. ibid. Christiana religio apud eos amplificata. 1329. num. 97. Elchigadi Imperatori ob studia regia Christianis impensa actæ a Pontifice gratiæ. ibid. Tartari Christiani imperio Vsbechi & Elchigaday Regum obnoxij præceptis ad fidem pie colendam eruditi. 1330. num. 55. Nicolaus Minorita creatus Cambaliensis archiepiscopus. 1333. num 31. de fidei apud Tartaros progressu. ibid. Magnus Cham ad fidem amplectendam inuitatur. num. 32. item alij Reges inuitati. ibid. aliæ ad Tartaros encyclicę literæ. n. 40.

Taruisium. se clientelæ Pontificis addicit. 1328. n. 58. a Scaligero ad deditionem compellitur. 1329. n. 19.

Templa. ecclesiarum deprędator diuina vltione perit. 1305. num. 17. Henricus spoliatæ ecclesiæ Tridentinæ, regno Boemico spoliatus, pœnas dedit. 1306. num. 17 quam turpe sit garrire in templis. 1317. num 3. obstringitur a Pontifice Alfonsus Rex Castellæ ad condendas in locis ab eo in Granata acquisitis & acquirendis ecclesias, & clericos seculares in ijs constituendos. 1328. num. 77.

Templarij: cum Siciliæ Rege inita armorum societate, Græciam infestant. A. 1306. nu. 5. schismaticorum & catholicorum loca nullo discrimine diripiunt. ibid. onusti opibus in Gallias se recipiunt. ibid. inde mali labes orta. ibid. Templariorum magister excitatus a Clemente V. pro agitandis de recuperanda Syria consilijs. num. 11. accusantur a duobus reis propter flagitia perpetuo carcere damnatis. 1307. nu. 12. calumnijs circumuenti a nonnullis creduntur. ibid. argumenta nonnulla pro ijs afferuntur. ibid. traditi vinculis cruciantur supplicijs, & partim obiecta fatentur, partim negant. ibid. toto orbe Clementis imperio comprehensi. 1308. num. 2. in prouincialibus synodis cognosci iussa eorum causa. ibid. præcipua scelera ipsis obiecta. ibid. diuina in ijs detegendis prouidentia. num. 3. eorum prædia & opes præsulum administrationi custodiæque commendata. ibid. vt ante plurium scelerum laborarint infamia. ib. iudiciaria in eos acta a Francorum Rege confecta. ibid. insignis eques Templarius coram Pontifice nullo obiecto metu fatetur, eiurari solitam Christi fidem a tyronibus Templariorum ordini aggregandis. num. 5. magister ordinis & plures præceptores horrenda fassi crimina. ibid. septuaginta duo Templarij a Pontifice in examen vocati eadem fatentur. num. 6. princeps ordinis cum alijs quinque præcipuis eadem, quæ in tormentis erant fassi, coram tribus Cardinalibus a Põtifice huic muneri præfectis, nullo metu intentato, fatentur. num. 7. indictum ad ferendam in vniuersum ordinem sententiam concilium. num. 8. præcipui Templarij reuocant confessa, & comburuntur. ibid. bonorum ad Templarios spectantium custodia præsulibus a Clemente demandata. 1309. num. 3. Templarij in Aragonia ad deditionem compulsi. ib. quinquaginta quatuor Templarij, quæ confessi erant pernegantes, Parisijs incendio traditi. 1310. num. 40. alij etiam Siluanecti exusti. ibid. prouincialia concilia in Templarios coacta. ibid. nondum bene discussa Templariorum causa, concilium Viennense in alterum annum extractum. num. 41. iussi tormentis cruciari in Hispania, vt veritas obiectorum criminum exprimatur. 1311. num. 53. ostensa cœlo nonnulla prodigia, cum detecta eorum fuere scelera. ibid. duo millia testium deposuere contra Templarios. num 55. quid de ijs abolendis consultus præsul senserit. ibid. damnati Templarij non ex iuris norma, sed prouisione apostolica. 1312. num. 1 2. 3. sententia ea de re promulgata in concilio. ibid. quandiu viguerit is ordo. ibid.

dijs a Clemente V. A.1313.num.37.
Salinguerra. Ferrariensium tyrannidem corripere nititur, pellitur que a legato sedis Apostolicæ. 1310.nu. 29.
Salutatio Angelica. vid. *Aue Maria*.
Sancia Regina Siciliæ. intempestiua pietate nuncupato castitatis voto, a viro seiungi affectat. 1317.nu.26. ad thalamum coniugalem redire iussa a Pontifice. ibid. afflatos illi a Michaele Cæsenate errores discutit Pontifex. 1331. num.17. contra Fraticellorũ errores præmunitur. 1332. n. 20.
Sancius Rex Balearium. beneficiarium Philippi V. Montispessulani principatus ergo se profitetur. 1317. nu.5. in Saracenos Afros classem comparat. num.37. decumæ ipsi attributæ. ibid. monitus, vt ecclesiæ Tarraconensis iuribus abstineat. 1321. num. 42. ex ingenti periculo eripitur. ibid. nullis relictis liberis Iacobum testamento scribit heredem. 1324. num. 36.
Sanctorum intercessiones. spretæ a Lollardis hæreticis. 1318. n.44.
Sanctorum animæ. eas cœlo non excipi vsque ad diem iudicij, effutiunt nonnulli Græci. 1326.num.28. in hos a Ioanne XXII. censura fidei exerceri iussa. ib. vid. *Anima*.
Sanguis. S. Albani martyris sanguis post plura secula pellucidus rubet. 1314. n.27.
Saraceni. deleti ab Armenijs maxima internecione. 1390. num. 5. cum ijs inducias paciscuntur. ibid. Armenios maximis cladibus afficiunt. 1312. n. 52. in eos Francorum, Angliæ, & Nauarræ Reges cum pluribus principibus crucis symbolum induunt. 1313. num. 6. Carasanchoris & Carpandæ in Saracenos expeditio. num. 9. eorum aduersus Trinitatem obiectiones. 1319. num. 31. quatuor Minoritas, a quibus in medijs flammis conuicti erant, clam necant. num. 32. Saracenorum indulgentia. ibid. Philippo Longo parante expeditionem ducere in Saracenos, ij Iudæos subornant ad aquas veneno inficiendas. 1321. num. 30. atrocissimis cladibus Armeniam atterunt. 1322. num. 33. & seq. octo millia Saracenorum a ducentis Christianis fusa. num. 35. Saraceni in Tartarorum imperio Christianos insectantur, eorumque templa profanant. 1323. num. 3. Christianos, a quibus arma accepere, necant iusta diuini Numinis vindicta. num. 12. Saracenis merces inferri vetitæ. 1324. num.44.
Sardinia. missus orator a Iacobo Aragonio pro clientelari sponsione Apost. sedi præstanda non admissus. 1305. n. 8. Iacobus præsens iura Sardici regni accepta Pontifici refert. ib. edita ea de re publica documenta. ib. decumæ pro Sardinia cõparanda Iacobo attributæ. n. 10. oratorum opera clientelarem sponsionem repetit. A. 1306. n. 10. ea de re publica documenta. ib. illam Iacobus bello Pisanis eripere molitur. 1313. num. 30. erepta ex parte ab Alfonso Aragonio principe, 1323. num. 37. ab Aragonijs subijcitur. 1324. num. 34. maxima ex parte ab Alfonso Regis Aragonum filio Pisanis erepta. 1323. n.37. Aragonius Rex Sardicum vectigal soluit Ioanni XXII. 1333. n.21.
Sarlatensis episcopatus. conditus a Ioanne XXII. 1317. n. 12.
Scaliger. vid. *Canis Scaliger*.
Schismatici. cum ijs fœdera sancire vetat Clemens V. 1311. num.75. vid. *Græci*.
Sciarra Columna. exauctorato senatoria dignitate Roberto Rege Siciliæ, Vrbi præficitur. 1327. num. 8. Ludouico Bauaro fauet. 1328. num. 1. creatus populi sindicus illum imperiali diademate insignit. num.3. ex eo Columnenses addidere coronam gentilitio scuto. ibid. infeliciter moritur. 1329. num.19.
Scientia. ad decernendum non sufficit, sed auctoritas etiam requiritur. 1318. num. 55. an scientia sit clauis. 1329. n.67.
Sconingia. a Danico diuulsa regno, & Suedico adiecta. 1331. n.40.
Scotia. Anglorum iugum, creato Roberto Brusio Rege, excutit. 1306. num. 15. atrrita gemino ab Anglis prælio. ib. pax restituta Scotiæ & sacrorum communio. 1328. n. 72. 73. Scotici regni insignia sibi & successoribus Apostolicæ sedis auctoritate per episcopos S. Andreæ conferri, ab ijsdemque inungi, obtinet Robertus Rex Scotiæ. 1329. n. 79. 80.
Scriptura sacra. de eius auctoritate. 1318. num. 54. gratulatur Ioannes XXII. Philippo Francorum Regi de sacrorum librorum lectione. 1328. num. 11.
Sedes Apostolica. vid. *Apostolica sedes*.
Semenus Luna. in archiepiscopatu Toletano Ioanni principi Aragoni subrogatus. 1323. n.37.
Senæ. Carolo duci Calabriæ ad quinquẽnium traditur eius ciuitatis imperium ob ciuium discordias. 1326. num. 3.
Seruia. ad Romanæ ecclesiæ coniunctionem redire postulat. 1323. n.14. & num. seqq.
Seruos redimere. Iacobi Regis Aragonum in redimendis Christianis pietas. 1321. n.40.
Sicilia sedis Apostolicæ vectigalis. Robertus parentis Caroli II. nomine eam Clementi V. acceptam refert, 1306. num. 6. &c. Pontificem non obstrictum ad Regem Siculum regno asserendum armis, vel ad vllos sumptus conferendos, ab eodem Clemente decernitur. A.1307. num. 29. Robertus Siciliæ regni iura beneficentia apostolica se accepisse profitetur. 1309. num. 19. &c. Siciliam intentato anathemate inuadi vetat Ioannes XXII. 1320. n.16.
Siffridus episcop. Curiensis. orator Henrici VII. pro efflagitando imperiali diademate. 1309. n. 10.
Silesia. adempta Poloniæ, adiectaque Boemiæ. 1320. n.4.
Siluester Gatta. tyrannidem Viterbij corripit. 1322. num. 4. Ludouicum Bauarum ibi excipit. 1328. num. 1. tortus a Bauaro vt thesaurum suum proderet. num. 53. interficitur ab aduersarijs. 1329. n. 19.
Simon Auria Genuensium orator. Madachiam Saracenum concitat in Rhodios equites. 1311. n.74.
Simon de Archiaco. creatus Cardinalis tit. S. Priscæ. 1329. n.49.
Simon archiep. Pisanus. iubetur vestigare antipapæ latebras. 1330. nu. 2. data illi prouincia adigendi antipapæ ad hæresim & schisma eiuranda ex præscripta formula. nu. 9. & illius censurarum nexu liberandi. ib.
Simonia. remouenda ab ecclesia. 1311. n.64.
Singularis pugna. Rex Balearis prouocatus in certamen singulare. 1327. num. 39. vetat Pontifex impium facinus. ibid.
Sodomia. censores a Clemente V. creati, qui in eius sceleris reos animaduerterent. 1310. n. 39.
Soltaniensis archiepiscopatus. conditus in Tartaria. 1318. num.4. Francus ordinis Prædicatorum creatus primus antistes. ib. attributi illi sex suffraganei. ib.
Sorbonica academia. eius commentarius in quæstione de paupertate Christi & Apostolorum. 1323. nu.38.
Spenserij. nimia gratia & auctoritate ciuile bellũ pariunt Anglis. 1321. n 29. mulctantur exilio. ib. reuocantur, & bellum ciuile pariunt. 1322. nu. 20. monetur Hugo Spenserius, ne in se principum iras conciter. 1326. n. 15. rapitur ad supplicium. n.16.
Spirituales. spiritualium secta. 1325. num. 27. excindi iussa a Ioanne XXII. ibid.
Spiritualis potestas. obnoxiam sibi habet temporalem, vt eam dirigat 1328. nu. 24. est ea sublimior. n.25. opera temporalis exercet modo nobiliori. n. 26. Christianos quosque Reges principesque delinquentes punire debet. num.27. quis iuris ordo seruandus. ibid. spiritualis potestatis auctoritas defenditur coram Philippo Rege Francorum a Petro e Cunerijs. 1329. n.75.
Spiritus sanctus. indicit Pontifex Rascis, vt processio Spiritus sancti ex Patre Filioque in symbolo decantetur inter sacra. 1308. num. 27. blasphe-

suscipiendum se obligat. ibid. Ferrarienses mittunt ad Clementem oratores, qui vrbem illam ecclesiæ Rom. esse obnoxiam profiteantur. nu. 22. & 1328. num. 55. agnoscunt conditam a Rom. Pont. in ecclesiæ solo. A.1310. num. 23. noua pactione ius vrbis in Pontificem transferunt. nu. 25. decretum Clementis V. de Ferrariæ dominio & clientela acceptis. num. 29. excitatæ in ecclesiastica ditione seditiones. num. 24. fluctuant ecclesiastici principatus prouinciæ. 1318. num. 42. & 1320. nu. 18. & 1321. nu. 38. in fi. & 39. plures vrbes a Ioanne Papa deficiunt. 1323. num. 24. tumultus in ditione ecclesiastica. 1327. num. 16. multæ vrbes ad ecclesiæ imperium traductæ. 1328. num. 58. ditionis ecclesiasticæ rebelles ad officium redeunt. 1329. nu. 19. Melgorij & Montisferrandi comitatus ecclesiæ Rom. vectigales. nu. 31. pontificiæ ea de re ad Regem Francorum literæ. ibid. Mercolium sedis Apostolicæ vectigale. 1332. num. 26. solutus ab Rege Aragonum Sardicus census. 1333. num. 21. Pometania Romanæ ecclesiæ vectigalis. 1334. n. 24. a Polonico diuulsa imperio cōsuetum censum soluturam se spondet. ibid. cruciferorum ea de re sponsio. ibid. pontificio assensu confirmata. ibid. promissus census. num. 25. vid. *Apostolica sedes*, & *Pontifex Romanus*.

Romani. Clemente V. Pontifice Lateranensis basilicæ incendium, vt magnæ calamitatis signum, effuse complorant. 1308. num. 11. ipsorum in eadem basilica instauranda feruor. ibid. mulcentur a Clemente spe sui aduentus in Vrbem. 1309. num. 8. in factiones diuisi. 1312. num. 33. pars Henricum Cæsarem ducibus Columnensibus excipit, pars Roberto adhæret. ibid. mulcentur blanda oratione ab Henrico. nu. 34. cruentas inter se pugnas edunt. ibid. Cardinalibus vim faciunt, vt Henricum in basilica Lateranensi insigni augustali exornent. num. 36. coronato applaudunt. ibid. imperata ab Henrico tributa pendere negant. ibid. a Cæsarea factione solicitantur, vt pontificium dominatum excutiant. 1321. num. 39. Roma a seditiosis in discrimen adducta. ibid. conflata consilia de eripiendo summo Pontifici Vrbis principatu. ibid. Romani ad fidei constantiam excitati. ibid. monentur a Ioanne officij. ibid. Ioannem literis rogant, vt Vrbi sedem restituat. 1327. num. 4. Pontificis excusatio. ibid. repetunt illi easdem preces. num. 5. magistratus literæ ea de re ad Ioanē datæ. ibid. Matthæum Vrsinum ordinis Prædicatorum oratorem decernunt. num. 6. propositum, Romam diuinitus electam Pontificum sedem. ibid. queritur Ioannes nouatum esse in Vrbe. num. 7. promissa hosti ecclesiæ auxilia. ibid. non ea expectanda de Romanorum fide & constantia. ibid. commoniti ijdem officij. ibid. pontificij magistratus Vrbe pulsi. num. 8. Roberto Regi Siciliæ abrogata senatoria dignitas a Romanis. ibid. Sciarra Columna eam sibi arrogat. ibid. oratores iterum ad Pontificem missi a Romanis. ibid. literæ ab ijs scriptæ ad eundem Pontificem. num. 9. denunciant, ni venerit, se fœdus cum hoste inituros. ibid. Ioannis responsum, euestigio in Vrbem se prouolare non posse, &c. num. 10. 11. arguit Romanos se dixisse acesalos. num. 12. hortatur ad pristinam constantiam. num. 13. spondet se in Vrbem, si id præstent, opportuno tempore accessurum. ibid. oratores ad illos mittit. ibid. Ioannes Card. Vrsinus in Vrbem iussus proficisci. num. 14. ad seditionem sopiendam incumbere. ibid. Ioannes Achaiæ princeps ad idem solicitatus. ibid. repulsus agrum Romanum vastat. ibid. Romani cæsi. ibid. reiectus etiam Cardinalis legatus suburbana incendit. num. 15. Romani aduersis factionibus fluctuant. 1328. num. 1. datum a proditoribus Ludouico Bauaro consilium. ibid. eius aduentus in Vrbem, in eaque ab eo gesta. vid. *Ludouicus Bauarus*. cleri & religiosorum pars præcipua Vrbe diffugit. nu. 2. Romani perduelles coronandi Imperatoris sibi ius arrogant. ibid. Romano clero ob declinatum Bauari cōmercium gratulatur Pontifex. num. 8. Marsilius hæresiarcha partis residuæ syndicum agit. num. 9. lata ad Romanorum applausum a Ludouico sententia, vt Pontifex exauctoretur, si ab Vrbe sine eorum venia abfuerit. num. 21. duo Romæ a schismaticis necati. num. 45. Roma ad Pontificis obsequium reuocata. nu. 49. pulsi aduersæ factionis principes. ibid. Romani Ludouicum fugant. num. 49. illius & antipapæ gesta exurunt. ibid. eosdem ad mortem deposcunt. ib. Pontifici salutem & victoriam precantur. n. 50. Romani se suaque contra Ludouicum & antipapam deuouent. 1329. num. 18. Ioannem verum Christi vicarium agnoscunt. ibid. defectionis veniam a Pontifice poscunt. 1330. num. 40. sponsio ab ijs præstita. ibid. reuocata ab ijsdem gesta cum Ludouico Bauaro. num. 41. & gesta a Marsilio hæresiarcha. ibid. execrantur crimen schismatis. ibid. donantur venia. num. 42. dissensiones Vrbanas sedare studet Pontifex. 1332. num. 9. Ioannem Papam in Vrbem officijs allicere student. 1333. num. 24. Pontificem Italiæ sedem restituere meditātem retardat Gallus Rex. ibid. Romani proceres mutuo se bello appetunt. ib.

Ruffinus pseudominorita. episcopale munus sibi falso arrogat. A. 1322. nu. 54.

Ruthens. Succiam infestant. 1326. nu. 10. Magno Regi, aduersus eos expeditionem meditant, sexennalium decumarum pars dimidia attributa. ib.

S

Sabelli. capti post conuiuiū ab Henrico VII Imp. A. 1312. nu. 34. lapsi e custodia multis excursionibus eius copias fatigant. num. 47. ob secutas antipapæ & Ludouici Bauari partes veniam poscunt. 1329. n. 18.

Sacerdotalis dignitas. peragenti diuina sacerdoti Rex Indiæ Georgius regalibus indutus vestibus inseruit. 1305. num. 19. sacerdotum consecrationes magno delectu celebrandæ. 1311. num. 58. mala ex sacerdotum indignitate manantia. num. 64. sacerdotem gradu & auctoritate episcopo non inferiorem finxit Aerius hæresiarcha. 1327. num. 32. idem error a Marsilio & Ianduno instauratus. ib. refellitur. ib.

Sacerdotes. sacramentum confirmationis conferre non debent. 1318. num. 9. neque conficere sacrum extremæ vnctionis oleum. ibid. debent miscere aquam vino in calice ad signāda plura mysteria. num. 13. sacerdotes Armenij confirmationis sacramentum conferunt. 1318. num. 9. docet Ioannes XXII. ab episcopis conferendum. ib. in vestibus sacris sacerdotum texendis exercebat otia Agnes Regina Vngariæ. 1331. num. 25.

Sacerdotium. abusus in conferendis sacerdotijs, vt a concilio Viennensi tollerentur, propositi. 1311. num. 58. & nn. seqq. de ijs, qui nullis virtutum scientiæque dotibus præditi irrepunt ad sacerdotia. num. 59. ecclesiæ rectoribus destitutæ. num. 60. grauibus inde affectæ damnis. ib. mala ex sacerdotiorum strue in vnum congesta. num. 61. pueri indigne donati sacerdotijs. num. 62. mala ex residentiæ defectu. ib. cur electiones rite non fiant. num. 63. & ecclesiæ non probe administrentur. ibid. indigni ad sacerdotia irrepunt. ib.

Sacramenta. contempta a Lollardis. 1318. num. 44. ea conficiendi potestatem a sanctitate sacerdotis pendere, error pseudominoritarum. nu. 49. a Fraticellis sacerdotio non initiatis profanata. 1331. n. 6.

Sacramentalia. derisa a Lollardis. 1318. nu. 44.

Sacrilegium. diuinæ iustitiæ exemplum in prædone sacrilego. 1321. n. 43. vid. *Iustitia diuina*.

Salamanticensis academia. aucta stipendijs

ros cum Guelfis & Gibellinis coniurat. A. 1332. num. 10. arguitur de sumpto aliquorum Fraterculorum patrocinio. num. 20. solicitatur a Pontifice, vt in Prouinciam ad colloquium habendum de bello Syriaco cum Philippo Rege appellat. 1333. num. 11. ad Turcas reprimendos cum Venetis, Gallo, Rhodijs, Cyprio, ac Pontifice init. nu. 13. & 16. creatur senator Vrbis a Pontifice. num. 24. cum Guelfis & Gibellinis aduersus Boemiæ Regem arma iungit. num. 26. tentat Trinacriam. num. 27. Carolum Regem Vngariæ venientem excipit. ib. pronepotem ex fratre Andream Ioannæ nepti despondet. ib.

Robertus archiep. Cantuariensis. iudicio læsæ maiestatis apud Clementem V. ab Eduardo accusatus. 1306. num. 14. confirmatum illi jus coronæ imponendæ Eduardo II. 1308. num. 18. de eo sanctis annumerando postulat Ioannem XXII. Lancastriæ comes. 1318. n. 29. rei petendæ modus exponitur. ibid.

Robertus Brusius. affectati sceptri Scotici crimine accusatus apud Eduardum Angliæ Regem. 1306. num. 15. euadit fuga in Scotiam. ibid. accusatorem trucidat in templo. ibid. apud Sconam regium insigne accipit. ibid. gemino prælio ab Anglis deletus. ibid. Eduardum II. maxima clade profligat. 1314. num. 27. apud illum se excusat Ioannes XXII. si regium nomen ipsi non imperriatur. 1317. n. 42. excusationes eas Robertus respuit. ibid. Eduardum in Hibernia grauissimo bello vrget. ib. anathemate defigi iubetur. 1318. num. 27. eius frater Eduardus inuasor Hiberniæ capite plexus. ibid. negat pacisci fœdus, nisi regio nomine decoretur. 1319. num. 21. Vvaruicum bello occupat. ibid. intentata illi de contractis censuris inflictisque Eduardo cladibus actio. 1319. num. 22. Pontifici obsequitur. num. 23. Anglos bello exercet. 1320. num. 36. defigitur anathemate. ibid. mittit oratores ad Pontificem. num. 37. eius excusationes. ibid. vetera cum Gallis fœdera redintegrat. num. 39. pontificias literas, nisi regio compelletur nomine, respuit. num. 40. a Pontifice regio nomine compellatur. ibid. biennales inducias cum Angliæ Rege paciscitur. num. 41. illum bello aggreditur. 1322. num. 23. vicissim ingenti bellico apparatu petitur. ibid. Dauidi filio sororem Eduardi III. in coniugio locat, pacemque sancit. 1328. num. 72. poscit veniam a Pontifice, & censuris antea contractis soluitur. nu. 73. iniunctum illi a Pontifice, ne in Angliam posthac incurrat. ibid. postulat a Christi vicario, vt apostolica auctoritate regia inunctione Scoticoque insigni decoretur. A. 1329. nu. 79. tum, vt decernatur, episcopum S. Andrææ successores regio balsamo sacraturum. ib. eius mors. num. 81. pœnitet illum pro caduco potius regno, quam pro æterno bella gessisse. ibid. in prælio aduersus Saracenos suum cor deferendum testamento cauet. ibid. in bello Granatensi illud secum defert Iacobus Duglassius. ibid. succedit Roberto in regno Scotico Dauid filius. n. 82.

Robertus Atrebas. de comitatu cum Mathilde comitissa contendit. 1316. num. 15. Philippo IV. Rege iudice, causa excidit. ibid. litem redintegrat sub Philippo V. ibid. in eum coniurat. ibid. conciliatur eidem. num. 18. & 1317. num. 16.

Robertus dux Bauariæ, idemque comes Palatinus. sentit cum ecclesia aduersus Ludouicum Bauarum. 1329. nu. 16. ad ipsum deficit. 1330. n. 28.

S. *Rochus*. in Italica peregrinatione in xenodochijs pauperibus inseruit. 1327. num. 56. pie obit. ibid. a patribus Constantiensibus ob cœleste beneficium expertum in propulsanda lue exhibiti illi sanctorum honores. ibid. inde sacella in eius memoriam diuino Numini posita. ibid. eiusdem corpus translatum Venetias. ibid.

Rodulpus Alberti Regis Romanorum filius. Boemiæ regno a patre donatus. 1306. num. 16. eius mors. 1307. num. 26. succedit Henricus Carinthius. ib.

Rodulphus dux Saxoniæ. sentit cum Pontifice aduersus Ludouicum Bauarum. 1331. nu. 21.

Romana ecclesia. ei Sardiniæ & Corsicæ regnum solemni ritu acceptum refert Iacobus Rex Arag. 1305. nu. 8. & 9. renouata a Clemente V. eiusdem regni donatio. num. 10. Fridericus Trinacrius ob non solutum Rom. ecclesiæ censum censuris irretitus. ib. Rex Siciliæ fidem Clementi V. obstringit. 1306. n. 6. 7. & 8. Ferrariæ possessionem ineunt nomine Romanæ ecclesiæ internuntij apostolici. 1308. num. 15. vt Ferraria iure spectarit ad ecclesiam Romanam. 1309. num. 6. Robertus Siciliæ Rex in Pontificis verba iurat. 1309. num. 19. ea sacramenti formula. ibid. profitetur, ecclesiæ beneficentia datum suo regnum. eod. num. 19. sacramentum de tuenda ecclesia a Romanorum Rege exigi iubet Pontifex. 1310. n. 2. pollicetur illi Cæsar, fœdera se cum hostibus ecclesiæ non initurum. n. 3. Eduardus Rex Angliam Apostolicæ sedi beneficiariam profitetur. 1316. num. 24. intermissus a multis annis census ecclesiæ persoluitur. num. 25. mille marcharum vectigal pensitatum. ibid. Sardiniam pontificia beneficentia sibi asseri postulat Iacobus Aragonum Rex. n. 27. proposita gesta cũ pluribus Pontificibus. ibid. Sardiniam & Corsicam beneficio sedis Apostolicæ acceptas, profitentur oratores ab eo decreti. ibid. orator a Roberto Rege Siciliæ ad Pontificem missus, vt fidem clientelæ nomine ei deuincat. A. 1317. n. 23. pontificia iura non violatum iri, spondet. ibid. Robertus gesta ab oratore confirmat. num. 24. solicitatus a Ioanne XXII. Eduardus Angliæ Rex, vt Cardinalibus legatis fidem clientelæ nomine addicat. num. 47. & 48. vt Ioannes Rex Angliam Romanæ ecclesiæ beneficiariam constituerit. ibid. legato Cardinali fidem obstrinxerit. ibid. censum spoponderit. nu. 47. obsecutus pontificijs iussis Eduardus censum mille marcharum pro regnis Angliæ & Hiberniæ persoluit. num. 48. de Romanæ ecclesiæ primatu. 1318. nu. 11. Monspessulanus sedi Apostolicæ clientelæ nomine addictus. num. 25. censum ei pendit. ibid. Rex Trinacriæ Pontifici vectigal pendit num. 34. Ferrarienses & marchiones Atestini ad Pontificis imperia redeunt. 1318. num. 41. publicis monumentis illustrata Romanæ ecclesiæ in Ferrariam iura. ibid. Polonia Romanæ ecclesiæ beneficiaria. 1319. n. 2. & 1324. num. 53. ecclesiæ Romanæ primatus illustratur. 1320. nu. 19. S. Hæc, & 1324. num. 49. primatum Romanæ ecclesiæ edocet Pontifex. 1321. num. 7. in rebus ecclesiasticis ad illius iudicium confugiendum. ibid. ostenditur, Papam habere de iure diuino auctoritatem vltra alios episcopos. num. 30. patrum ea de re testimonia. ibid. ipse vniuersalem iurisdictionem accepit a Christo. ib. Iacobi Regis Aragonum, profitentis Sardiniæ regnum ad ecclesiam Romanam spectare, literas affert ad Ioannem XXII. illius orator. 1325. num. 17. &c. Vvratislauia vectigalis ecclesiæ. 1327. num. 49. diuitiæ in Romanæ ecclesiæ hostes vltionis plura exempla. 1328. num. [illegible] Alfonsus Aragonum Rex Sardiniam beneficiariam agnoscit. 1329. num. 83. &c. sacramentum ab Alfonso ea de re præstitum admissum a Pontifice. num. 87. Stetinensium insignis in ecclesiam pietas. 1331. num. 2. mittunt oratores pro ei addicendo suo principatu. num. 24. fiunt ecclesiæ vectigales. ibid. terrarum, quas offerunt, nomina. ibid. traduntur iisdem iure, fiduciario. ibid.

Romanæ ecclesiæ ditio. eius ditio bellis vexata. 1305. num. 7. spondet Cæsar, ecclesiasticam ditionem non inuasum iri. 1310. num. 5. præcipuæ illius vrbes ac prouincias designat. ibid. agnoscit ab Imperatoribus donatas, iterumque donat. num. 6. ad patrocinium ecclesiæ contra hostes susci-

sex quinquaginta millia marcharum, contractaque a patre & auo nomina. num. 23. concordiam, Clemente interprete, paciscitur cum Friderico Rege Trinacriæ. ibid. Tunetanus Rex Roberti vectigalis pronuntiatur. ibid. negat Ierosolymitani regni iura Friderico, ni mediam Trinacriæ partem restituat. ibid. creatur Æmiliæ præfectus a Clemente. A. 1310. nu. 18. gratias regijs literis ei agit. ibid. & num. seqq. a Florentinis reipublicæ administrationi præficitur. num. 21. nonnullis sacris beneficijs affectus a Christi vicario. 1311. n. 77. affinitatem cum Henrico Cęsare optat, repulsamq; patitur. A. 1312. num. 31. Guelforum patrocinium suscipit. ibid. Ioannem fratrem cum equitatu Romam submittit. ibid. proponit concordiæ leges Henrico. ibid. filiam Henrici Cæsaris filio Carolo cum Insubriæ Etturiæque præfectura tradi deposcit. num. 33. negat Henrico ad basilicam sancti Petri aditum pro augustali inauguratione celebranda. num. 35 monetur, vt sacramenti præstiti religionis ergo cum Henrico pacem ineat. num. 44. Henricum, pacem respuentem, in angustias contrahit. num. 47. iubetur copias ex Vrbe reuocare. ibid. a Florentinis præficitur publicæ rei. ibid. vocatur in ius ab Henrico VII. Imp. ibid. decretoria sententia damnatur. 1313. num. 11. deriuat in eum Imperator dissensionis causas. num. 12. quæ causæ Robertum in illum impulerint. ibid. quid in eundem gesserit. num. 13. capite damnatur. num. 15. vt ea sententia tanquam iniusta rescissa sit a Pontifice. num. 17. & seqq. illius patrocinium a Francorum Rege susceptum. ibid. intentatum anathema Robertum oppugnantibus. num. 21. &c. belli discrimen, oppresso diuinitus Henrico, effugit. num. 24. de Friderico Rege Trinacriæ, a quo bellum in Calabriam illatum fuerat, pœnas repetere molitur. num. 30. Ferrariæ præficitur a Pontifice. num. 36. creatus in Insubria Etruriaque vicarius imperij a Clemente Papa. 1314. nu. 2. &c. excipitur Liguria. ib. vt vocatus sit a Turrianis ad Mediolanensem principatum, Matthæo Vicec. fuso. num. 5. auro corruptis ducibus, eam occasionem amiserit. ib. in ipsum conferunt Florentini publicam administrationem. num. 6. in eorum opem Petrum fratrem submittit. ibid. ad recuperandam Siciliæ insulam validissimam expeditionem ducit. num. 7. Drepanum frustra tentat. ibid. initis cum Friderico inducijs, petit Neapolim. ibid. classis partem naufragio amittit. ibid. eius copiæ in Etruria deletæ. 1315. num. 1. fratrem Petrum nepotemque Carolum amittit in acie. ib. partem census Io. XXII. recenter creato Pontifici persoluit. A. 1316. num. 5. vt eundem Ioannem ante pontificatum extulerit, scrinioque regio præfecerit. num. 6. promissa illi a Ioanne impensa studia. num. 9. creatur ab eodem Pontifice Vrbis senator. num. 23. liberatur onere adeundæ curiæ ad clientelarem sponsionem præstandam. ibid. collapsę eius res in Etruria post eiectum Vgutionem instauratæ. ibid. de fratre Ludouico, in sanctorum numerum relato, ipsi gratulatur Pontifex. 1317. num. 30. solicitatur ad pacem cum Friderico ineundam. 1317. nu. 18. Trinacriam euastat. ibid. init cum Friderico inducias. num. 19. Rhegium & alias Calabriæ arces arbitri sententia recuperat. num. 21. Fridericus, dum Siciliæ Regis nomen affectat, correptus a Pontifice. 1317. num. 22. Bertrandi oratoris opera clientelarem sponsionem Pontifici addicit. num. 23. gesta ab oratore confirmat. num. 24. instruitur optimis præceptis. ibid. vicariam imperij præfecturam decretam a Clemente V. Ioannes illi asserit. nu. 29. iterum creatur Vrbis senator. ib. Ferrariam administrorũ culpa amittit. ibid. graui bello ab Amedeo Sabaudiæ comite in Pedemontio vexatur. num. 34. designata die pro tractanda cũ Friderico Rege Trinacrię pace sedi Apostolicæ se non sistit. 1318. num. 31. corripitur a Pontifice. ibid. implicatur Genuensi bello. ibid. obsidetur Genua a Gibellinis. ibid. delata illi a Guelfis Genuę præfectura. ibid. arguitur, inconsulta sede Apostolica ipsum illam excepisse. num. 33. iubetur Genua discedere. ibid. ob hostium imminentem vim moras trahit. ibid. Gibellinos Genuenses magna clade profligat. num. 9. ad Pontificem se confert. ibid. S. Ludouici fratris translationem celebrat. 1319. num. 30. moniti Insubres, vt Roberto Regi imperij vicario obsequantur. 1320. num. 9. Philippus comes Cœnomanensis pro gerenda eius nomine vicaria præfectura cum exercitu missus. ibid. is redire in Gallias turpiter compulsus. ibid. Robertus a Friderico Trinacriæ Rege bello appetitus. num. 14. periurij nota ob id Friderico inusta. ibid. vetat Pontifex, obiecto anathemate, Robertum bello peti. ibid. Friderici classem duce Raymundo Cardona in fugam vertit. num. 17. Raimundum exercitui in Vicecomites præficit. 1321. num. 40. Florentiæ præfecturam ciuibus restituit. 1322. num. 5. ægre comparatas vitæ insidias euadit. num. 14. filium ad populandam Trinacriam mittit. ibid. ducum opera Ianuam Gibellinorum obsibione liberat. A. 1323. num. 25. Raimundo Cardona submisso, plures Insubriæ vrbes Galeatio Vicecomiti eripit. num. 26. eius exercitus Mediolano propulsatus. num. 30. dedit Carolo filio magistrum conformandorum morum S. Elcazarum comitem Ariani. 1323. num. 68. Carolum filium maxima instructum classe ad recuperandam Trinacriam immittit irrito exitu. 1325. num. 9. 10. & 11. animum diuinis rebus addicit. n. 11 filium ducem Calabriæ ad Etruriæ expeditionem mittit. 1326. num. 3. Senæ eius filio Vrbis imperium ad quinquennium conferunt. ibid. promulgatur Florentiæ vacuo solio imperiali prorex cæsareus. ibid. Fridericum Regem Trinacriæ in extremas angustias conijcit. num. 18. Trinacriam populatur. ibid. consulitur a Pontifice pro conciliando Romanæ ecclesię Andronico Imperatore. 1326. nu. 28. a Romanis senatoria dignitate exauctoratur. 1327. num. 8. Ioannem Peloponesi principem ad tuendam aduersus Ludouicum Bauarum Romam mittit, sed is propulsatur. n. 5. vastat agrum Romanum, & fauces Tyberinas obsidet. ibid. in eum Ludouicus Bauarus latam ab Henrico VII. Imp. capitalem sententiam repetit. num. 18. & Romæ. 1328. nu. 43. iussus a Pontifice Robertus cruentos carbonarij ludos supprimere. 1327. num. 50. vna cum Pontifice tanquam hæreticus a Ludouico Bauaro damnatur. 1328. nu. 37. Pistorium a Roberti duce interceptum. num. 48. Ludouicum in Vrbe Robertus exagitat. ibid. aditu prohibet, ne in regnum Neapolitanum penetret. nu. 49. Romam, ad pontificias partes reuocatam, præsidio munit. ibid. eius administrationem recuperat. ibid. Carolum filium vnigenitum morbo extinctum luget. num. 59. monetur a Pontifice, vt Genuenses a bello Regi Cyprio inferendo retardet. 1328. nu. armorum fœdus cum Venetis sancit in Turcas. ibid. a Pisanis de pace postulatus. 1329. num. 8. rogatur a Pontifice, vt Pisanos in gratiam admittat. num. 11. illum inter & Fridericum Regem Trinacriæ frustra tentata concordia. 1329. num. 17. Roberto Vrbis senatoria dignitas ob militum eius licentiam a Romanis abrogata. num. 18. aduersus Ioannem Regem Boemiæ & legatum pontificium coniurat cum Guelfis & Gibellinis. 1331. num. 19. Carolus Rex Vngariæ paternum Salerni principatum ab eo repetit. num. 26. Pontifex adhibitus interpres. ibid. inter Saonenses & Genuenses fert concordiæ leges, vt pro Pontifice stent aduersus Bauarum. ibid. aduersus Boemum illiusque fœdera-

damnatus iudicio. A. 1324. num. 19. & ob erepta ecclesiæ Comaclum & Adriam, ib.
Raynaldus archiepiscop. Rauennas. concilium Bononiæ celebrat. 1317. n. 55. multa pro disciplina ecclesiastica constituenda sancit. ib. piè moritur, 1321. num. 47. miraculis coruscat. ib. eius cadauer corruptionis immune seruatum, ib.
Raynaldus Rauenna princeps. designatus archiepiscopus. 1322. n. 4. ex insidijs cæsus,
Raynaldus Passarinus, vid. *Passarinus.*
Raynaudus archiep. Bituricensis. a Ioanne XXII. pro conciliandis Belgis internuntius missus. 1318. n. 23.
Recinetenses, in pontificium præsidem rebellionem moueut. 1319. num. 7. latronum societas apud eos instituta B. Virginis fucato sodalitio insignita. ibid. eorum ciuitas episcopalis sedis dignitate exuta, 1320. num. 18. accusantur idololatriæ crimine. 1321. n. 38. in eos indicta cruceata expeditio. ibid. funditus delentur. 1322. n. 3.
Redemptio captiuorum. vid. *Captiuorum redemptio.*
Reges. Regnum, confirmata archiepiscopo Cantuariensi sacrandorum Regum Angliæ auctoritas. 1308. nu. 18. tenentur Reges suas lites Pontificis iudiciariæ sententiæ submittere. 1312. num. 19. quia sunt inobsequentes tot mala redundant in Christianos, ibid. Francorum Rex inunctione regia delibutus officia regia Pontifici defert. 1317. nu. 1. vetus Regum Francorum cultus. num. 4. regno Siculo renuntiauit S. Ludouicus Tolosanus. nu. 11. Romanus Pontifex, si quempiam regio nomine appellet, non illi nouum ius comparat. 1320. nu. 41. iustorum natalium dignitate donari concedit Ioannes XXII. Orosium ad gerendum regios Seruiæ honores. 1323. n. 18. cur Reges inunctione & diademate insigniantur. 1329. n. 79. Robertus Scotiæ Rex apostolica auctoritate sacrari postulat, ibid. pijs eius votis obsecundat Ioannes Papa. ibid. vid. *Principes.* Regibus data monita, vid. *Principibus data monita a Romanis Pontificibus.*
Regia dignitas, diu intermissa apud Polonos reuocata. 1319. n. 5.
Reginaldus archiep. Bituricensis. creatus presb. Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei. 1320. n. 49.
Regium nomen. nullum ius cuiquam principi accedit, etiam si a Pontifice regio nomine compelletur. 1320. num. 41. Clementis V. ea de re constitutio. ib.
Religio singulare principum ornamentum. 1310. n. 3.
Religiosi. Ioannes Aytonus, ex Rege Armeniæ Minorita, ardore fidei succensus, repetita re militari, Turcas profligat. 1306. n. 13. cæditur. ib. peracta apud religiosos confessio apud parochum repetenda non est. 1321. n. 20. &c. posse ijs a Papa excipiendarum plebis cōfessionum potestatem conferri, demonstratur. 1321. num. 26. vtiles eos esse parochis & plebi Christianæ, num. 27. soluuntur contraria Ioannis e Poliaco argumenta. num. 28. &c. ob graues causas religiosis cōmunicata est a Papa iurisdictio. num. 32. lites intentatæ religiosis a parochis ex quo fonte fluxerint. num. 33. religiosi ordines in suis cœtibus cōtrouersias fidei dirimere non debent. 1322. num. 55. vetiti religiosi sine superiorum venia inter infideles euangelium promulgare. 1325. num. 26. de iure parochorum & religiosorum controuersia sopita. 1327. num. 53. vid. *Parochi.*
Relinquere omnia propter Christum. vt intelligendum sit. 1329. n. 51.
Reliquiæ sanctorum. basilicæ Lateranēsis reliquiæ e medio ereptæ incēdio. 1308. n. 10. a Cardinalibus sigillis consignari iussæ. num. 11. reliquiæ S. Bertrandi episcopi Conuenarum a Clemente V. in locum honorificentiorem translatæ. 1309. nu. 1. & 2. reliquiæ non vulgo tractandæ. 1311. num. 77. permittitur Regi Siciliæ, vt eas honorifice in regia asseruet. ibid. reliquiæ S. Barnabæ Apostoli Florentiam translatæ. ibid. reperta vestis S. Albani viuido cruore aspersa. 1314. num. 27. de puluere sancti martyris prodigium. ibid. translatio partis reliquiarum S. Ludouici Regis in ædiculam regiam. 1317. num. 8. sanctorum reliquiæ dono missæ a Pontifice Regi Lusitaniæ. 1318. num. 40. a Beatrice Pontifici. ib. habenda in summo pretio ea munera. ibid. celebrata magna pompa translatio reliquiarum S. Ludouici episcopi Tolosani. 1319. num. 30. miracula ad illius nomen imploratum edita. ib. S. Thomæ Aquinatis corpus post decem menses suauem odorem efflat. 1323. num. 66. translatio capitis S. Martini. num. 67. reliquiarum S. Eleazari comitis Ariani. 1323. num. 69. S. Barbaræ lipsana ex Asia deportanda curat Alfonsus Castellæ Rex. 1328. num. 81. inuentæ S. Zenobij reliquiæ. 1331. n. 42.
Residentia. vid. *Præsules. Sacerdotia.*
Resurrectio carnis. negata a Matthæo Vicecomite. 1324. num. 9. infans a S. Hyacintho ad vitam reuocatus. 1331. num. 42.
Rhegium. in Ioannis Regis Boemiæ potestatem se confert. 1331. num. 19.
Rhodus. oppugnata ab Hospitalarijs. 1306. num. 12. expugnata. 1310. num. 43. Rhodij magnis damnis affecti a Madachia Saraceno, Genuensibus instigantibus. 1311. num. 74. tentata irrito conatu ab Orchane Rege Turcarum. 1322. n. 47.
Richardus Senensis Cardinalis. defensor memoriæ Bonifacij VIII. 1312. num. 11. demonstrat ex iure ciuili petitis argumentis coram Philippo Francorum Rege ipsius Bonifacij innocentiam. n. 16.
Richardus Anglicus. ad Græcos in gremium ecclesiæ reuocandos missus. 1333. num. 19. institutus in Gochia Cersonensis episcopus. num. 37. Millenum Alanorum principem & Vetsacht Regem Zichorum ad coniunctionem cum Romana ecclesia adducit. ibid. patriarcha Constantinopolitanus, disceptare cum eo non ausus, Nicephorum Gregoram immittit. 1334. num. 4. quis rei exitus. ibid.
Riuensis episcopatus. conditus a Ioanne XXII. 1317. n. 12.
Rizardus Cremonensis. negat contrahi censuras inflictas a Pontificibus ijs, qui merces Ægiptijs inuehunt. 1326. num. 24. damnatur hæreseos. ibid.
Robertus Flandriæ comes. pacem a Philippo Rege Francorum magno auri pondere redimit. 1306. num. 1. intentatum anathema admittit, si rebellarit. 1307. num. 8. mittit oratores ad Clementem, qui obiectas a præsulibus censuras eo casu firmas esse iubeat. 1310. num. 36. negat clientelarem sponsionem Ludouico Hutino præstare. 1315. num. 2. bello ingenti, sed mox dissoluto, appetitur. ibid. aduersus Philippum, extincto Hutino, coitionem init. 1316. num. 16. monetur a Ioanne XXII. Gallica arma in Saracenos vertenda. ibid. corripitur ab eodem Pontifice, ipsum bellum diuturnum cum Philippo gerere. 1318. num. 21. proposita ei mala ingentia ex eo bello oborta. num. 22. intentata illi diuini iudicij seueritas. num. 23. fratrem Ioannem comitem Namurci insectatur. num. 24. pacem conficit cum Philippo Rege. 1319. num. 16. firmat cum eo affinitatem. 1320. num. 20. inde Belgium Atrebatensi & Burgundico comitatibus auctum. ibid. moritur. 1322. num. 21.
Robertus Calabriæ dux, postea Rex Siciliæ. patris Caroli II. nomine clientelarem sponsionem sacramento nuncupat apud Clem. V. 1306. num. 6. excitatur a Clemente, vt in perduelles ecclesiæ consurgat. 1308. num. 13. Carolo II. patri in Neapolitano regno succedit. 1309. nu. 18. sceptrum pontificia liberalitate acceptum profitetur. num. 19. confirmatur in regno a Clemente Papa. num. 22. remittit illi Pontifex

tristi translationis sedis præsagio versum. A. 1308. n. 10. ostensa cœlo prodigia, cum Templariorum scelera dict cta sunt. 1311 nu. 53. equus S. Georgij depictus horrendis hinnitibus Cōstantinopolitani imperij excidium præsagit 1321. num. 16. item & columna multis diebus agitata. ib.

Præsules. ecclesiæ rectoribus destitutæ. 1311. num. 60. granibus inde affectæ damnis. ibid. mala ex residentiæ præsulum defectu. num. 62. cur electiones rite non fiant. num. 63. & ecclesiæ nōn probe administrentur. ibid. indigni ad dignitates irrepunt. ibid. mala ex præsulum indignitate manantia. num. 64. vid. *Episcopi. Sacerdotes. Sacerdotia.* an & quomodo obediendum nefario præsuli. 1312. num. 17. §. Tertius error. præsules carere auctoritate, affirmant pseudominoritæ. 1318. n. 47.

Preces. indictæ a Clemente V. pro re strenue gerenda aduersus Saracenos. 1308. num. 34. item pro expeditione Granatensi feliciter obeunda. 1309. num. 30. excitati ab eo religiosi viri, vt cœlestium opem precibus suis pro Christiano nomine in Syria dimicantibus conciliarent. num. 34. Beguardi damnant orandi laborem. 1312. num. 17. §. Secundus error. confutantur ex Apostolo. ibid. se orare semper aiunt, & orandum negant. ibid. §. Isti miseri. fundens preces B. Henricus Taruisinus, effuse cadente imbre non perluitur. 1315. num. 4. dedignatur Deus intendere oranti, qui orationi non attendit. 1317. n. 4. precum vi ereptus incendio iuuenis. 1320. num. 51. preces publicæ indictæ pro Lusitaniæ bellis suscipiendis. 1322. num. 16. & pro reuocanda in Castellā publica concordia. 1322. num. 17. & pace Gallos inter & Anglos componenda. 1326. num. 12. indictæ a Ioanne XXII. ad extinguendum schisma. 1328. n. 46. repente tum diuinitus conuersis rebus, hæreticorum & schismaticorum potentia concidit. num. 47. 48. religiosæ familiæ ad fundendas pro ecclesia preces excitatæ. 1329. num. 69. indictæ solemnis diuina res ac preces pro cælesti ope, ad liberandam e Mahometanorum manibus terram sanctam imploranda. 1331. n. 30. & 1333. num. 11.

Presbyteri. vid. *Sacerdotes*.

Primatus Romani Pontificis. vid. *Pontifex Romanus. Romana ecclesia. Iurisdictio*.

Principes. religio singulare principum ornamentum. 1310. n. 3.

Principibus data monita a Romanis Pontificibus. paterna ad Henricum Regem Romanorum exhortatio. 1305. num. 14. a Ioanne XXII. Clementiæ Francorum Reginæ. A. 1316. num. 14. & Philippo Regi. 1317. nu. 2. &c. vt Pontificum, Regum, & principum literas suis perlegat oculis. num. 5. salubribus præceptis Robertum Regem Siciliæ imbuit Pontifex. num. 25. & Eduardum Regem Angliæ. num. 45. & 46. & 1319. num. 19. & 20. & 1331. num. 35, & 36. Carolum Francorum Regem, 1322. num. 24. & 25. Iacobum Regem Balearem. 1324. num. 37. §. vlt. Eduardum Angliæ Regis filium. 1325. n. 13. Dauidem Regem Scotorum. 1329. num. 82. principes Corsicæ insulæ viros. num. 38. pontificia ad principes dissidentes monita. 1334. nu. 15.

Priuilegia. contra sedis Apostolicæ dignitatem priuilegia non valere, decernitur. 1327. n. 53.

Proprietas. Proprium. rerum proprietatem habuisse veteres fideles, probatur aduersus Michaelem Cæsenatem. 1329. num. 25. proprietarius non fit monachus ex rei vsu, quo iure adhibetur. num. 29. proprium in communi non contrarium paupertati euangelicæ, nec voto repudiatum ab Apostolis. 1329. n. 38.

Prussia. a Lituanis vastata. 1311. num. 72.

Psalmodia. abusus in ea. 1311. n. 65.

Pseudoapostoli haretici. matrimonia dissoluunt. 1318. n. 51.

Pseudominoritæ. exusti. 1318. num. 55. nonnullorum inter diuina scurrilitas. 1326. nu. 22. iniunctæ ijs a Pontifice pœnæ. ibid. nonnulli in decreta apostolica inuehuntur. num. 23. comprimi iubentur. ibid. Michaelis Cæsenatis, Ochami, & aliorum lapsus in hæresim. 1328. num. 60. ad 67. Prædicatores & Carmelitæ in pseudominoritas excitati. 1330. num 43. pseudominoritarum hæresis de simplice vsu facti absque iure conficto in Christo & Apostolis. 1331. num. 1. Marsilij & Ianduni hæreses haustæ a pseudominoritis. num. 2. ij a Minoritarum comitijs damnati. num. 15. & 16. Reginæ Siciliæ eorum errores propositi. nu. 17. transmissus aduersus illos a Pontifice commentarius. ibid. ipsorum fundamenta conuelluntur. ib. actionem iudiciariam in pseudominoritas exerceri iubet Pontifex. 1332. num. 29. & 30. pseudominoritæ calumniandi Pontificis occasionem auide arripiunt Neapoli. 1334 num. 31. & 32. fidei & ordinis Franciscani studio ductus Ioannes XXII. pseudominoritas est insectatus. num. 43.

Purgatorium. negatur a nonnullis Græcis. 1326. n. 28. in hos censura fidei a Pontifice exerceri iussa. ibid. purgatorio igne expiantur criminum reliquiæ. 1321. num. 11. cuiusdam defuncti anima regressa in domum mira de pœnis purgatorijs narrat. A. 1324. n. 54.

R

Radulphus præfectus Aquitaniæ. bellum inter Anglos & Gallos sua temeritate accendit. A. 1324. n. 38.

Raimundus e Gotho. nepos. Clementis V. inter Cardinales ascriptus. 1305. n. 14.

Raimundus Guillelmi de Fargis nepos Clementis V. creatus ab eo Cardinalis diaconus. 1310. n. 46.

Raimundus abbas S. Seueri. creatus Cardinalis tit. S. Pudentianæ. 1312. n. 54

Raimundus Aspellus Clementis V. nepos. cæsus, eiusque thesaurus expilatus. 1314. n. 6.

Raimundus Lullus. a Mauris in Africa odio fidei saxis gladijsque necatus. 1315. num. 5. de eius doctrina variæ sententiæ ib

Raimundus Lullus rabbinus. pestiferi eius libri te[illegible]ori Lullo attributi. 1315. n. 5.

Raimundus Cardona Roberti Regis Siciliæ dux. Friderici Trinacrij classem Ischia propulsat. 1320. num. 17. a Roberto submissus cum exercitu in Vicecomit. s. 1321. num. 24. aliquas vrbes Galeatio eripit. 1323. num. 26. ad Mediolanum castra promouet. num. 30. a Gibellinis propulsatur. ibid. a Bauari ducibus acie victus, captusque. 1324. n. 12.

Raimundus e Ruffo. creatus diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin. 1320. n. 49.

Raimundus ordinis Prædicatorum. Petro in patriarchatu Ierosolymitano suffectus. 1324. num. 44. iussus censuram fidei exercere in Cypri accolas Nestorianos, Iacobitas, Græcos purgatorium & infernum negantes, & alios hæreticos. 1326. n. 28.

Raimundus Ruthenensis episc. S. Pauli. creatus Cardinalis a Ioanne XXII. 1327. n. 55.

Raimūdus patriarcha Ierosolymitanus. moritur. 1329. n. 94. successit illi Petrus Paludanus. ib.

Rainerius episc. Cremonensis. data illi a Clemente V. prouincia insectandi Dulcinianos. 1311. n. 66.

Rambertus Malatesta. Ariminum in perduellionem aduersus Pontificem trahit. 1327. n. 16.

Rascia. illius Rex Vrosius ad Romanæ ecclesiæ obsequiū procumbit. 1308. num. 26. &c. a Carolo Rege Vngariæ peragrata victorijs. 1322. num. 15. in eam Apostolici nuntij pro redintegranda coniunctione cum Romana ecclesia missi. 1323. n. 16. proposita Rascijs fideī orthodoxæ norma. ibid.

Raynaldus Atestinus. Ferrariam Pontifici eripit. 1317. nu. 30. ob auersa ad imperium suprema Ferrariæ iura dam-

docetur in rebus ecclesiasticis ad sedem Apostolicam confugiendum, A. 1321. nu. 7. vnicam esse ecclesiam & vnum eius caput, figuris illustratur. num. 8. argumenta ex euangelio petita, *vnicum ouile & vnus pastor*. num. 9. Christo summo pastori vnicus in terris pastor subrogatus, ibid. illius ac successorum fides deficere non potest. ibid. soluendæ omnes circa fidem a Rom. Pontifice controuersiæ. num. 10. varius ordo relationis curari ad episcopum, & episcopi ad Papam. num. 24. Papa & episcopus plus habeat auctoritatis in parochianos, quam parochi. ibid. Papæ iurisdictio ordinaria in episcopatibus & parochijs demonstrata. num. 26. Papa de iure diuino habet auctoritatem vltra alios episcopos. num. 30. vniuersalem iurisdictionem accepit a Christo, eamque per gradus deriuat in alios. ib. & num. 34. Apostoli pares non fuere, sed Petro subditi. ibid. obiectiones de beatis Paulo & Iacobo soluuntur. ibid. vnicum caput esse ecclesiæ illustratur. num. 35. a Romano Pontifice omnis iurisdictio ecclesiæ dimanat. num. 36. Græcorum de eius auctoritate testimonia, ib. & Latinorum. ibid. cur Pontificum testimonia in propria causa maximi fieri debeant. ibid. summa Romani Pontificis in principes potestas. num. 48. principes Pontificum hostes infelices. ibid. Pontificis preces implorat Rex Francorum moriens. 1322. num. 32. ille pio non deest officio. ibid. Orosius Seruiæ Rex natalium dignitati pontificia auctoritate restitutus. 1323. num. 18. Lithuaniæ & Ruthenorum Rex professus est, se in pueritia accepisse, Rom. Pontificem esse patrem ac dominum Christianorum. num. 20. exauctoratus a Ioanne XXII. Ludouicus Bauarus. 1324. num. 22. Pontifex in edendo decreto fidei errare non potest. num. 31. figmentum de translatione pontificatus in Fraticellos. 1325. num. 23. & 27. refellitur. num. 24. & 25. Robertus Siciliæ Rex auctoritate pontificia promulgatur Florentiæ vacantis imperij administrator. 1326. n. 3. papatum ad Ludouici Bauari gratiam oppugnant Marsilius & Iandunus hæresiarchæ. 1327. num. 27. contendunt Christum ex necessitate Cæsari tributum pensitasse, atque ideo pendendum a Romano Pontifice. nu. 29. & Petrum Apostolum primatem non fuisse. nu. 30. & ad Imperatorem spectare Pontifices instituere & deturbare. num 31. id falsum esse probatur. ibid. an fuerit concessa aliquibus Impp. Pontificis institutio. ibid. § Quod, ostenditur non concessam. ibid. Imperatorum testimonia, ab ipsis Pontifices non posse exauctorari. ibid. §. Theodosius. insana hæreticorum probatio ad confirmandam hæresim. ibid. refellitur. ibid. nefandus error contra hierarchiam ecclesiasticam, nimirum sacerdotes, episcopos, & Pontificem in pari gradu esse. num. 33. & ecclesiam neminem punire posse. num. 33. refelluntur grauissimis argumentis. ibid. & nu. 29. ad 36. finxit Marsilius Pontifici succedere Cæsarem vacante sede. num. 36. & clerum temporalia habere non posse. ibid. refellitur. ib. Pontificem in edendo fidei decreto errare non posse probatur. A. 1328. n. 13. ad eum iterum pertinet fidei articulos definire. nu. 15. decreta fidei a prædecessoribus, vel a se edita non potest rescindere. ibid. temeritas Bauari in damnando Pontifice ostenditur. num. 17. Pontificis causa Deo reseruata. ibid. non spectare ad Cæsarem in reum Pontificem ferre sententiam, ostenditur. ibid. & nu. 18. nec potuisse Papæ legem irrogari, ne ex Vrbe abeat sedemue transferat. num. 21. ad quem spectet ius eligendi Pontificis. num. 22. sola papalis potestas immediate a Deo pendet, regia vero a Deo medijs hominibus. num. 23. temporalis potestas papali obnoxia, vt ab ea dirigatur ad finem vltimum. num. 24. papalis, quauis terrena, sublimior ostenditur. nu. 25. dat illi principium eamque iudicat. ibid. & num. 26. eius opera nobiliori modo exercet. ibid. Papa potest Christianis perduellibus bellum sacrum inferre. num. 27. spectat ad Pontificem confirmare Cæsarem. num. 28. imperium esse a Deo non excludit, quin medio Pontifice. ibid. magis Pontifici obnoxius Imperator, quam sint cæteri Reges. num. 29. non exinde ijs inferior, sed sublimior. ibid. non potest Pontifex papali solio deturbari, neque a synodo œcumenica, nisi esset hæreticus. num. 30. a quo habeat suam auctoritatem Papa. ibid. eam non habet ab homine, sed a Deo. num. 31. & 32. dona Petri alia personalia, alia in successores transmissa. n. 32. Pontifex potest Imperatorē exauctorare. n. 36. quo iuris ordine. ibid. quid viri pij de Ludouici, Papam exauctorantis, temeritate senserint. nu. 37. vt maximum in se concitarit odium. num. 42. principes electores creare nouum Cæsarem iussi. num. 39. Ioanna Regina, suscepto Nauarræ regno, se suaque Pontifici defert. 1328. num. 69. Robertus Scotiæ Rex apostolica auctoritate sacrari postulat. 1329. num. 79. pijs eius votis obsecundat Pontifex. ibid. vetus mos, vt Pontifex anathematis eis non scribat. 1329. num. 92. Michael Cæsenas hæreticus contendit Pontifices sine cōcilio œcumenico in ferendis fidei decretis errare posse. A. 1331. n. 11. refellitur. ibid. non errauit Anastasius II. vt obijcit. ibid. Liberius errauit in externo actu, non in ferendo fidei decreto: iterumque Pontificatum adeptus. ibid. inania similiter sunt, quæ de Leone obijciuntur. ibid. inculcat Geraldus Otho in Michaelem Cæsenatem hæreticum exemplum S. Francisci in Pontificem obseruantissimi. 1331. num. 14. Papa reuocare potest conciliorum generalium & antecessorū Pontificum constitutiones, quæ non sunt decreta fidei. n. 17. Stetini es duces sui principatus supremum imperium Pontifici addicunt. num. 23. Papa tanquam summus Christianorū hierarcha principum bella, imperatis inducijs, dirimit. num. 28. Aragonius Rex acceptæ Sardiniæ ergo vectigal soluit. 1333. num. 21. Pomerania Romani Pontificis vectigalis. 1334. n. 24. vid. *S. Petrus Apostolus. Romana ecclesia.*

Pontificatus, vid. supra, *Pontifex Romanus*, *Papatus*, *Iurisdictio ecclesiastica*.

S. Pontij episcopatus, excitatus a Ioanne XXII. 1317. n. 12.

Pontius Morentaina Nauarræ præfectus, fusus a Cantabris. 1321. num. 28.

Popinarij, decretum concilij Salisburgensis de clericis popinarijs. 131[?]. num. 42.

Potestas regia. non est immediate a Deo vt papalis, sed media humana potestate ab eo pendet. 1328. n. 2[?].

Potestas spiritualis. ob crimina non deperditur. 1328. n. 33. potest temporalem exauctorare, & quo iuris ordine. n. 36.

Potestas temporalis. spirituali obnoxia ostenditur, vt ab ea in vltimum finem dirigatur. 1328. n. 24. 25.

Potestas imperialis. vid. *Imperium*.

Prædicatorum ordo. ex eo plures ad inferendum gentibus euangelium transmissi. 1318. num. 4 &c. instituere gymnasia in Armenia iussi ad tradendas Latinas literas, fidemque corroborandam. num. 15. hæresim de paupertate detegunt, & insectantur. 1322. num. 54. quinquaginta ad gentes euangelio collustrandas ex comitijs Tolosanis mitti iussi a Ioanne XXII. 1328. num. 84. & 85. in pseudominoritas excitantur. 133[?]. num. 53. episcopi ex eodem delecti missi ad Nascarinos, ad Montis [...] bors accolas, & ad Persas 133[?] num. 56. &c.

Præsagium. malorum ex translata in Gallias sede Apostolica triste auspicium. 1305. num. 13. Otho dux Bauariæ amissurus regnum Vngariæ [...] sacram coronam amittit 1305. num. 16. Lateranensis basilicæ incendium Clemente V. in Gallijs [...],

vetiti, Intentato anathemate, regnum Neapolitanum adoriri. num. 31. eo spreto instant bello. num. 32. sublato Henrico Imperat. eorum conatus dissipati. num. 29. præturam Pisanam Friderico Trinacrio offerunt, repulsamque passi. ibid. præficiunt sibi Vgutionem Fagiolanum. ibid. ab ijs Sardiniam Iacobus Rex Aragonum repetere molitur. num. 30. Lucam expugnant Vgutionis opera. A.1314. num. 6. Florentinos ingenti prælio delent. 1315. nu. 1. ecclesiarum in oriente condendarum, & in ijs sacrorum exercendorum ius a Ioanne XXII. obtinent. 1321. num. 14. cæduntur in Sardinia. 1323. num. 37. maxima ex parte insulæ imperium amittunt. ibid. & 1324. num. 34. pontificias partes aduersus Ludouicum amplexi. 1327. num. 2. propulsant Castrucium. ibid. premuntur obsidione a Ludouico Bauaro. num. 17. exorto tumultu, illi se dedunt. ibid. coguntur ad nefariam concionem in Pontificem. 1329. num. 2. abeunte Bauaro, pellunt Germanos & antipapam. num. 5. & 1330. num. 1. ad Pontificis obsequium redeunt. eod. anno 1330. num. 7. veniam poscunt & impetrant. n. 8. Robertum Regem de pace exorant. n. 9.

Pistorium. Castrucio ereptum. 1328. num. 48. ab eodem recuperatum. num. 53. Pistorienses damnant schisma Corbarianum, veniamque poscunt a summo Pontifice. 1329. n. 6.

Placentia. a Vicecomitum tyrannide ad pontificias partes traducta. 1322. n. 12

Placentini. de Gregorij X. miraculis institui iudicium postulant. 1325. n. 32.

Pœnitentia sacramentum. extremo supplicio afficiendis conferri iussum a concilio Viennensi. 1312. num. 24. contemptum a Lollardis hæreticis. 1318. num. 44. post baptismum a lapsis vsurpandum. 1321. num. 11. semel quolibet anno repetendum. ibid. error Ioannis e Poliaco, contendentis sacras confessiones apud sacerdotes factas non recte expiare conscientias, nisi fideles eadem crimina suis parochis iterum aperirent. 1321. num. 20. confutatur. ibid. proprius sacerdos intelligendus ille est, qui potestatem habet absoluendi. n. 25. S. Eleazarus comes in extremo morbo omnium nexarum exomologesim edit. 1323. n. 51. pœnitentiæ sacramentum profanare nituntur Fraticelli. 1331. n. 6. vid. *Parochi*.

Pœnitentia publica. imposita a Clemente V. Nogareto Bonifacij VIII. persecutori. 1311. num. 50. & a Ioanne XXII. Rogerio Bonito, qui episcopum Frequentinum interfecerat. A.1319. num. 13. & Magdeburgensibus, qui archiepiscopum suum necarant. 1326. num. 8. & Castellæ Regi ob contractas veritas nuptias. 1329. num. 92. pœna publica ad expiandum crimen in archiep. Treuerensem admissum imposita. 1330. n. 51. & 52. iniuncta schismatico ad ecclesiæ catholicæ gremium reuerso. 1331. n. 3.

Politica. studio politicæ fingunt plures hæreses Marsilius & Iandunus. 1327. n. 1. 27. &c.

Poloni. missis oratoribus a Pontifice regiam dignitatem intermissam reuocari flagitant. 1319. num. 1. &c. ob Regis Boemiæ contentiones significatum ipsis, vt iure suo vtantur. n. 4. in solemnibus comitijs regios apices suæ genti restituunt. nu. 5.

Pomerania. iuris Polonici a Ioanne Rege Boemiæ Pruthenis equitibus attributa. 1319. n. 5. Romani Pontificis fiduciaria. 1334. n. 24.

Poncellus Vrsinus. rebellium Picentum dux. 1308. n. 12.

Pontifex Romanus. noua de eligendo Pontifice conuentio. 1305. num. 2. illi Iacobus Rex Aragonum fidem sacramento deuincit. 1305. num. 8. Philippus Francor. Rex alijque principes obequitantis Pontificis equi fræna tenent. num. 13. in eum & præsules insurgit Dulcinus hæresiarcha. num. 18. Robertus Calabriæ dux parentis Caroli II. Regis nomine Siciliam pontificali liberalitate & beneficentia teneri profitetur. 1306. num. 6. eiusdem Caroli rem habentis ratam literæ. ibid. Iacobus Rex Aragonum iterum Clementi Sardiniam Corsicamque acceptas refert. num. 10. publica ea de re documenta. ibid. de Papæ dignitate. num. 14. Glasguensis episcopus, iura illi reseruata sibi arrogans, in iudicium accersitus. ibid. controuersia de regno Vngarico inter Carolum & æmulos a Pontifice dirempta. 1307. n 15. &c. gesta pontificia ante susceptas papales infulas eadem vi pollere, qua quæ post eam aceptam, decernitur. num. 27. Vrosius Rex Rasciæ oratores ad Clementem V. pro obtinenda ecclesiæ Romanæ coniunctione mittit. 1308. num. 26. indictum Rascis, vt Rom. Pontificis primatum profiteantur. num. 27. Robertus Rex Siciliæ regia iniunctione a Clemente V. linitur, & in illius verba iurat. 1309. num. 18. &c. desponsam sibi a Roberto fidem admittit Pontifex. num. 22. conuentas in regni donatione leges confirmat. ibid. sacramentum, quo Romanorum Rex se obstringit Italiam non ingressurum. 1310. num. 3. &c. Romanorum Rex a principibus electus confirmatur a Pontifice. 1310. num. 11. Armeniæ & Cypri Reges Pontificem controuersiarum arbitrum deligunt. A. 1311. num. 77. Beguardi negant, se obnoxios summo Pontifici. 1312. num. 17. is summus ecclesiæ hierarcha demonstratur. num. 19. ad eum spectat Regum lites sedare. ibid. supremam in imperium auctoritatem obtinet. 1313. num. 16. rescindit edictum imperiale. ibid. promulgatur, Imperatores occidentales sacramento fidei Pontifici vere obstringi. n. 28. Franciscus Dandalus pro impetranda a Clemente V. venia, iniecta collo catena, ad eius pedes præclara cum Christianæ demissionis laude se proijcit. num. 33. vacuo imperiali solio, Pontifex ius regale episcopo Leodiensi confert. num. 37. Cameracensem episcopum excipi iubet, quamuis Henrico Cæsari fidem non obstrinxisset. ibid. Eduardus II. Romanum Pontificem supremum Angliæ & Hiberniæ dominum agnoscit. 1316. num. 24. 25. Iacobus Rex Sardiniæ & Corsicæ acceptarum ergo Ioanni XXII. fidem obstringit. ibid. Philippus Francorum Rex sacra inunctione delibutus officia regia Pontifici deferr. 1317. num. 1. Ioannes Papa Siciliæ ac Trinacriæ Regum arbiter est. num. 20. præstita ei a Roberto Siciliæ Rege clientelaris sponsio. num. 23. vacuo augustali solio administratio imperij ad Pontificem spectat. n. 27. & 1319. n. 46. primatus Romani Pōtificis Regi Armeniæ inter fidei capita propositus. 1318. num. 11. Ioannes Papa muneribus afficitur a Regibus. num. 40. primatus pontificius negatur a Fraticellis hæreticis. num. 45. vt ij ecclesiæ carnalis, non spiritualis primatum concesserint. num. 46. Romani Pontificis auctoritas contra eorum errores stabilitur. ibid. & num. 47. hæreticorum figmentum de exauctorato diuinitus Pontifice. num. 53. Papa non potest aliquid contra sacram scripturam decernere. num. 53. nec potest condere canones contra concilia œcumenica quoad decreta fidei. nu. 55. neque contra decreta fidei a Pontificibus, vel a se edita. ibid. potest condere decreta contra dicta patrum, quæ non sunt fidei decreta. ibid. cur non possit contra dicta Pauli, siquidem Paulo gradum altiorem tenet. ibid. quamuis ij præcellant scientia, inferiores tamen sunt auctoritate ad decernendum. ibid. reuocare potest decreta aliorum summorum Pontificum & sua, itemque conciliorum œcumenicorum, quæ non sunt decreta fidei. num. 56. sæpe mutantur magna prudentia. ibid. summa Pontificis potestas in creandis Regibus & Imperatoribus. 1319. num. 5. archiepiscopus S. Thadæi do-

monetur, vt oratores ad rem agitandam mittat. num. 18. affinitatem astringit cum Belga. A.1320, nu.20. Pastorellis, seductus, fauet. num. 23. retardatur morbo ab expeditione Asiatica. 1321. num, 44. pie moritur. 1322. num, 22. & 23. succedit in regnis Carolus frater. ib.

Philippus Rex Francorum eius nominis VI. antea comes Cœnomanensis Caroli Valesiorum ducis filius. 1320, num. 9. missus cum exercitu ad gerendum in Insubria Roberti Regis nomine vicariam imperij præfecturã ib. adductus in locum iniquum cum Vicecomitibus fœdus init. num. 11, oppletus pudore redit in Gallias. ibid. bello sacro in Saracenos arma denouere cogitat. 1326. num. 21. laudatur eius consilium a Pontifice, ibid. Carolo IV. sine prole mascula decedenti succedit. 1328. num. 68, aduersus Eduardum ex lege salica secundum illum pronuntiata sententia. ibid. solemni ritu inungitur. ibid. Ioannæ Ludouici Hutini filiæ Nauarram cedit. num. 69. suscipit expeditionem in Belgas. num. 70. Ludouicum comitem principatui restituit. ibid. gratulatur illi Pontifex de parta victoria. ib. Pontificem flectit, vt Belgas ob perduellionem censuris deuinctos soluat. num. 70. animatum se ad iniurias ecclesiæ vlciscendas præsefert. ib, solicitatur, vt scribat Italis, ab eo causam ecclesiæ susceptum iri, ibid. monetur, vt Regem Anglum affinitate sibi conciliet, & monita respuit. nu. 72. reuerso ex Syria Ioanne e Ianuilla oratore de bello sacro Palæstinæ inferendo deliberat. num. 85. fœdus armorum cum pluribus principibus in Turcas init. ibid. in controuersia de iure ecclesiastico secundum clerum pronuntiat aduersus Petrum e Cunerijs. 1329. num. 77. actæ illi a Pontifice gratiæ. num. 78. Eduardus III. Aquitaniam illius beneficentiæ acceptam refert. ibid. Pontificiæ ad eum literæ de antipapæ resipiscentia. 1330. num. 26. pontificem adit Auenione, & arcana cum eo consilia agitat. num. 49. ab eodem Robertus Atrebas deficit, & cum Anglo coniurat. ibid. auctor illi est Pontifex, vt Eduardum affinitate sibi deuinciat. 1330. num. 49. consilium de excindendis Mauris Granatensibus concipit. 1331. num. 29. Leonis Armeniæ Regis oratores, auxilium in Saracenos flagitantes, ad eum a Pontifice missi. num. 30. poscit a Pontifice expeditionem in Palæstinam indici. 1331. num. 30. obstringit se kalend. martij Anni MCCCXXXIV. traiecturum in Asiam. ibid. in celeberrimis cœtibus votum nuncupat. ibid. iniqua postulat a Pont. ibid. repulsam passus refrigescit in primo ardore. ibid. monetur Melgorij & Montisferrandi comitatus ecclesiæ Romanæ vectigales esse. num. 31. quam importunus fuerit in promouendis ad cardinalatum Gallis. num. 33. Ioannem XXII. orat, vt B. Iuonem in SS. catalogo reponat. num. 58. eundem a restituenda Italiæ sede Apostolica retardat. A.1332. nu. 1. cum Ioanne de expeditione in orientem suscipienda paciscitur. nu. 2. &c. illius hac de re literæ. ibid. aduentum Regis Boemiæ ad curiam denuntiat Pontifici. n. 10. de Ludouico Bauaro ipsi conciliando agitat. ibid. de bello in Turcas gerendo consilia voluit. num. 23. Armenij eius auxiliari aduentu deliniti. num. 25. obiurgatur, Anglum lacessere. ibid. monetur, vt cum eo fœdus sanciat. ibid. deterretur, ne Brabantino bello se implicet. num. 26. Brabantinum Boemo conciliat. ibid. de suscipiendo bello sacro consilia agitat. 1333. num. 1. solicitatur ad constantiam. ibid. laudatur, vectigalium acerbitatem temperasse. ibid. solemnes oratores pro vrgenda belli sacri denuntiatione mittit. num. 3. crucesignatorum dux creatur. ibid. præfixa mouendi exercitus dies. num. 4. quæ fuerint eius exceptiones. ibid. sacramento spondet, decumas se in alios vsus non auersurum. num. 5. monetur, vt impedimenta præcaueat. num. 6. nouas difficultates comminiscitur, nouasque pactiones init. num. 7. eius regnum in clientelam apostolicam acceptum. num. 9. obiectum anathema, dum in Syria fuerit, illud bello petituris. ib. laturis opem indulgentię propositę. ib. varia subsidia pro gerendo bello illi concessa. ibid. intentatum anathema ijs, qui a suscepta mente ipsum abduxerint. num. 10. cum Venetis de paranda classe paciscitur. ibid. optat descendere in colloquium cum Siculo Rege. ibid. petit vt præsules ficte crucem induant. ibid. intentatæ illi cœlestes minæ, si fictione vtatur. ib. de reprimendis Turcis agitata cum eo consilia. num. 14. decumæ Italicæ ipsi attributæ. num. 15. Ioannem XXII. a restituenda sede Apostolica Italiæ reuocat. num. 24. spargentes opinionem erroneam de reseruata post iudicium visione beatifica reprimit. num. 45. apud illum Pontifex de impacta sibi calumnia se purgat. num. 46. monetur ne Sorbonicos doctores impediat, quin controuersiam de visione excutiant. num. 47. solicitatur a Pontifice, vt mittat oratores Constantinopolim ad Græcos a schismate abducendos. 1334. num. 3. & ad stimulandum Imperatorem ad crucem aduersus infideles induendam. ibid. classi in Turcas Ioannem e Cepeyo præficit. num. 10. parta est a fœderatis de Turcis victoria. ibid. Ludouicum Borbonium classi mittendæ contra soldanum Ægiptium præficit. num. 12. consulit Pontificem, an cum Tartaris aduersus Saracenos sit fœdus coniuncturus. num. 13. ad sopiendum exoriens inter Flandrũ & Brabantinũ bellum operam adhibet. n. 16. vrget Pontificem, vt Ligures cum Catalanis & Balearibus conciliet. ibid. significat Pontifici, Ludouicum Bauarum pro impetranda ecclesiæ gratia cedere imperio velle. num. 20. annititur vna cum Rege Boemiæ, vt Henricus dux Bauariæ consequatur imperium. ib.

Philippus princeps regiæ Castellanæ. Legionem vi occupat. A.1321. nu. 26. Compostellanæ ecclesiæ iura infringit. num. 27. religione motus veniam petit. ibid. pro tutoria Regis Alfonsi pueri bellum gerit. 1322. nu. 17. inducias paciscitur. ib.

Philippus archiep. Bituricensis. miraculis clarus. 1323. num. 67. de ijs instituta religiosa actio plurium Pontificum iussu. ibid. illius in aduersariũ insigne specimen clementiæ. ib.

Philippus e Maioricis. ob susceptum sacerdotium fratri Regi non succedit. 1324. nu. 36. Iacobi nepotis tutelam corripit. ib. poscit, vt ipsi nouum ordinẽ, qui obseruet S. Francisci instituta, vt vocũ puritas sonat condere liceat. 1328. n. 82. eius de ea re supplex libellus. ib. repulsã patitur. n. 83.

Philippus e S. Ginceto Roberti Regis Siciliæ dux. Pistorium intercipit. 1328 num. 48.

Philippus Rex Nauarræ, ante dux Eboroicum. Ioannæ vxoris iure Nauarræ regnum adeptus. 1328. num. 69. in Mauros iungere cum alijs Regibus arma meditatur. 1330. nu. 47. domi se continet. n. 48.

Philippus princeps Tarentinus iunior. Philippo patri in principatu Tarentino & iuribus in Græciam succedit. 1332. num. 18. Ioannes princeps Achaiæ patruus illi fidem addicere denegat. ibid.

Philosophicæ nugæ. e theologica scola ablegari iussæ. 1317. n. 15.

Picentes. rebellant in Clementem V. 1308. nu. 12. ob secutas Ludouici Bauari & antipapæ partes veniam poscunt. 1333. n. 12.

Pileus Fortis episcop. Riuensis. creatus presbyrer Card. tit. S. Anastasiæ. 1320. num. 49.

Pileus cardinalitius. non dandus nisi in curia Romana. 1316. num. 19. interdum gerentibus legationem mittitur. ib. Ioannis XXII. ea de re literæ. ibid.

Pisani. Henrico VII. Cæsari Romæ afferre auxilia moliuntur. 1313. n. 13. eorũ naues a Roberti Regis præfecto captæ. ibid. classem Henrici auspicijs in eundem comparant. num. 20. ve-

Petrus archiep. Rotbomagensis, postea in pontificatu dictus Clemens VI. ad Ioannem a Philippo Rege missus pro vrgenda belli sacri in Saracenos denuntiatione. A. 1333. num. 1. & 3. Philippum Regem & Gallos principes crucis symbolo induit. nu. 11. ad eum libellum in controuersia de visione beatifica transmittit Pontifex. n. 47.

Philibertus Vvaldensis. affectus supplicio. 1320. n. 19.

Philippus Pulcher Rex Francorum eius nominis IV. corrupti Cardinalis opera pontificiam creationem confundit. 1305. num. 2. eius arbitrio Pontificis creatio ex arcano dolo permissa. num. 3. cum archiepiscopo Burdegalensi de illo ad pontificatum euehendo paciscitur. num. 4. Lugduni stratoris munus Clementi V. thyara redimito exhibet. n. 13. Pontificis fratrem equestri baltheo donat. ibid. periclitatur ex muri ruina. ibid. censuris omnibus soluitur. num. 14. Columnenses Cardinalatui restituendos curat. ib. templum S. Ludouico ponit. ib. Clemens ad illius gratiam decernit, Galliarum regni libertati ex Bonifaciana constitutione non detractum. 1306. n. 1. cum Roberto Flandriæ comite pacem init. ibid. & 1307. num. 8. conuenit cum fratribus Clementem Pictauij. num. 1. concordiam cum Rege Angliæ firmat. num. 9. Isabellam filiam Eduardo iuniori locat. ibid. vltionis cupidine iudicium ad damnandam Bonifacij VIII. memoriam institui postulat. num. 10. eius filius natu maximus Ludouicus Nauarræ regni corona redimitus. num. 14. Gallicæ genti occidentale imperium restituere affectat. 1308. n. 20. accusatũ Bonifaciũ indignatus Clemens eum deludit. num. 21. litem instructam calumnijs persequitur aduersus eundem Bonifacium. 1309. num. 4. omnium gentium odia sibi conflat. ibid. filium Ludouicum Regem Nauarræ immittit cum exercitu aduersus Lugdunenses. 1310. num. 33. Stephanus & Landulphus Cardinales pro re componenda ad eum missi. num. 34. Belgas pro firmanda pace adigit, vt poscant sibi censuras infligi, si illam infregerint. num. 35. Templariorum ordinis spectatissimos equites flammis tradi iubet. num. 40. a Clemente solicitatur, vt accedat ad concilium. num. 41. quos excusationum fucos ad patrata in Bonifacium VIII. scelera coloranda attulerit. 1311. num. 26. quid a Bonifacij defensoribus illi obiectum. num. 27. pronuntiatur a Clemente, pio studio egisse in Bonifacium. num. 29. declaratur innocens a capti Bonifacij thesaurique expilati crimine. ibid. ad eius gratiam gesta Bonifaciana rescissa. num. 31. omni calumniæ nota vna cum posteris liberatur. num. 31. Bonifacianæ sanctiones in Philippum iussu Clementis Papæ e regesto pontificio expungi iussæ. num. 32. aliqua earum exempla seruata. ibid. literæ Bonifacij quibus Philippus fuit admonitus, vt noxas obiectas emendaret. num. 33. aliæ literæ, quibus anathema contraxisse denuntiatur. num. 39. aliæ, quibus contempta iniqua eius ad concilium prouocatione, in ius vocatur. num. 40. & nn. seqq. sententia in eundem anathematis concepta, qua Galli eius imperio soluti renuntiantur. num. 44. & seqq. interest Viennensi concilio. 1312. num. 1. refelluntur calumniæ ab eo obiectæ Bonifacio Papæ. num. 13. 14. 15. tres Cardinales coram ipso demonstrant argumentis ex theologia, ex iure ciuili, ex canonico petitis Bonifacianæ causæ æquitatem. num. 16. duo equites prouocationem ad singulare certamen indicunt coram ipso ijs, qui Bonifacio calumniari voluerint. ibid. liberatur a concilio pœnis ob gesta in Bonifacium. ibid. obstringit se ad ducendam expeditionem Syriacam. num. 22. Lugduni imperium ex pactione cum Petro archiep. sibi asserit A. 1312. nu. 29. petit ab Henrico VII. Arelatense regnum, tractumque Rhodani vsque in Germaniam. num. 32. poscit a Clemente diem induendæ crucis extrahi, vt maiori pompa res celebretur. num. 50. decumæ pro conficienda expeditione illi attributæ. ib. filios baltheo equestri donat. 1313. num. 6. cum ijs a legato Cardinali symbolum crucis accipit. ibid. Clementem solicitat, vt Henricum ab oppugnãdo Roberto Siculo abducat. n. 20. exponit necessario a se pro eodem tuendo bellum suscipiendum. ibid. commendatur a Clemente, puras manus seruasse a Templariorum bonis. 1313. num. 38. magistrum ordinis Templariorum, confessionem suam reuocantem, flammis exuri iubet. num. 39. moritur. 1314. num. 26. variæ de eius mortis genere sententiæ. ibid. Ludouico Regi Nauarræ sceptrum transmittit. ib.

Philippus princeps Tarentinus. parat expeditionem in Græciam contra schismaticos pro asserenda Achaia. 1312. num. 48. concessæ illi a Clemente V. decumæ. ibid. multis ab eodem Pontifice sacris beneficijs afficitur. ibid. solutæ ad eius gratiam canonicæ leges, vt abneptem Balduini II. vxorem ducat. num. 49. profligatur in Etruria ab Huguccione. 1315. num. 1. filium fratremque amittit in acie. ibid. certiorem facit Pontificem, Seruiæ Regem Vrosium ad ecclesiæ gremium reuerti velle. A. 1323. nu. 15. Blancha eius filia in vxorem ab Vrosio expetita. num. 17. consulitur a Pontifice pro conciliandis ecclesiæ Græcis. 1326. num. 26. ad fœdus ineundum in Turcas solicitatus a Pontifice. 1328. num. 85. moritur. 1332. num. 18. succedit illi filius eiusdem nominis. ib.

Philippus Longus Rex Francorum eius nominis V. antea comes Pictauiæ. symbolum crucis accipit a Cardinale legato. 1313. num. 6. Cardinales dissentientes Lugdunum euocat. 1316. num. 1. ad creandum Pontificem dolo adigit. ibid. regiæ Gallicæ, mortuo fratre, procurationem init. num. 12. extincto nepote Ioanne, in regno succedit. num. 15. in eum coniurationes a proceribus factæ. num. 16. monetur a Pontifice, vt ad pacandum ciuile bellum incumbat. num. 17. Nauarræ regnum capessit. num. 18. sacris pluribus beneficijs afficitur. ibid. omnia sua studia addicit Pontifici. num. 20. officijs Pontificem in Gallijs detinet. num. 22. Neapoleonem Cardinalem date Balneolensi castro abducit a transferendæ curiæ consilio. ibid. regium insigne solemni ritu accipit. 1317. num. 1. regia obsequia ac studia defert Ioanni XXII. ibid. & num. 2. salubribus præceptis imbuitur. nu. 3. Sancium Regem Balearium accepti Montispessulani dominatus ergo sacramento fidei obligat. num. 5. in eum coitiones principum factæ. n. 6. confirmatur in aduersis a Pontifice. ibid. monetur, vt clementia subditos deliniat. ibid. conciliat sibi aduersarios. num. 7. ex filij morte dolore conficitur. ibid. propositæ pro eo oraturis indulgentiæ. num. 8. pluribus sacris beneficijs a Ioanne XXII. afficitur. ibid. S. Ludouici abaui sui reliquias in regiam ædiculam transferendas curat. ibid. solicitatur ad sanctorum Ludouici Regis & Ludouici episcopi Tolosani domestica exempla æmulanda. num. 9. graui bello a Roberto Flandriæ comite vrgetur. 1318. num. 18. datum illi a Pontifice pro firmanda pace consilium. num. 19. nauata ab eodem ad efferendam eiusdem dignitatem opera. num. 21. &c. Mathildim principatui Atrebatensi asserit. num. 23. cum Odone duce Burgundiæ affinitatem firmat. ibid. præceptis salubribus instruitur a Pontifice. num. 24. munera Pontifici aduersus veneficorum insidias transmittit. num. 40. discrimen vitæ adit. 1319. num. 15. monetur, vt caduca spernat, diuina sectetur. ibid. cum Roberto Flandriæ comite pacem firmat. num. 26. in Armeniam arma vertere cogitat. ibid. retardatur ob eo consilio a Pontifice ob occidentis bella ciuilia. num. 17. &c.

mo-

Petrus Gradenicus Venetiarum dux. defixus anathemate ob Ferrariam ereptam Romanæ ecclesiæ. A.1309. num.6. in eum coniurat Boamundus Theupulus. 1310. num. 30. liberatus feliciter ex eo discrimine. ib. coniurationis eiusdem narratio ab ipso edita. ibid. oratores pro impetranda censurarum remissione ad Clementem V. decernit. n.31. moritur. num.32. succedit in ducatu Marinus Georgius. ib.

Petrus episc. Rhutenensis. creatus a Clemente in Rhodia expeditione. A. S. L. 1309. num. 33. ampla auctoritate munitus. num. 34. Rhodus capta. 1310. num.43. in patriarchatu Ierosolymitano Antonio Dunelmensi successor datus. 1314. n. 12.

Petrus archiep. Lugdunensis. de vrbis illius imperio cum Philippo Rege Francorum certat. 1310. num. 34. Ludouicus Hutinus in eam exercitum ducit. ibid. ipsam accipit in deditionem. ibid. consulit Clementem, an ex pactione cessurus sit dominatu Lugdunensi. 1312. num. 29. suo permissus arbitrio cum Philippo paciscitur. ib.

Petrus Ioannis Oliui pseudominorita. eius hæreses damnatæ. 1312. nu. 18. damnari eius commentarij ob sparsas hæreses. 1325. num. 20. illius monumentum dissipatum. ibid. eius delirium, quod regula Minorum sit euangelium. ibid. nonnulli ipsius articuli iussu pontificio discussi. nu. 21. confictus ab eo sextus ecclesiæ status, & de S. Francisco encomium temerarium. num. 22. fingit, pontificatum deuolutum ad Minoritas, ibid. blasphemat, ecclesiam esse meretricem Babyloniam affirmans. ibid. aliæ eius in ecclesiam blasphemiæ. ib.

Petrus dux Emboli. a Roberto Rege Florentinis cum equestri agmine auxilio submissus. 1314. n.6.

Petrus episcop. Ruthenensis. in patriarchatu Ierosolymitano Antonio Dunelmensi successor datus. 1314. nu. 12.

Petrus Roberti Regis Siciliæ frater. in acie a Gibellinis cæsus. 1315. n.1.

Petrus de Arreblayo, creatus presbyter Card. tit. S. Susannæ. 1316. n.20. illius in quæstione paupertatis euangelicæ scripta. 1322. n.50.

Petrus regiæ Castellanæ princeps, strenue in Granatenses bellum gerit. 1316. num. 26. & 1317. num. 38. Ioannis principis inuidia, optima eius consilia disiecta. ib. bello Granatensi arma deuouet. 1318. nu.37. bellum sacrum redintegrat. 1319. num. 27. Tisarum expugnat. ib. maxima clade a Granatensibus cæsus, ibid.

Petrus Textor. missus internuntius a Ioanne XXII. in vtramque Siciliam. 1317. num. 17. censuras Friderico ob non restituta Calabriæ occupata loca incutit. num. 18. creatus Cardinalis tit. S. Stephani in Cœlio Mõte. A.1320. nu.49. eius scripta in controuersia de paupertate euangelica. 1322. n.59.

Petrus e Palude ordinis Prædicatorum. insignis theologus. 1318. num. 18. conciliandæ Belgas inter & Gallos paci operam nauare iussus. ibid. vocatus in crimen, ipsum Belgas in pertinacia obfirmasse. num. 20. scribit insignes commentarios de potestate ecclesiastica. 1321. num. 33. creatus archiepiscopus Ierosolymitanus. 1329. n.44 successit Raimundo, ibid. ex soldani aula responsum Pontifici refert. 1331. n. 30. legationem apud soldanum obierat. ibid. iubetur Gallos pro recuperanda Palæstina cruce insignire. ibid.

Petrus Minorita. a Saracenis ob fidem cæsus. 1319. n.31.

Petrus e Prato, creatus presbyter Cardinalis tit. S. Pudentianæ. 1320. n. 49.

Petrus Friderici Regis Trinacriæ filius. insigni regio a Patre Friderico Panormi exornatur. 1321. num. 14. ad Ludouicum Bauarum se confert, pro bello in Robertum Regem vertendo. 1328. num. 52. in reditu tempestate laniata eius classis. ib.

Petrus Paschalis Minorita. cæsus ab hæreticis. 1321. num. 17. miraculis fulget. ib.

Petrus e Mortuomari episcop. Antissiodorensis. creatus Cardinalis a Ioanne XXII. 1327. n.55.

Petrus e Capis episc. Carnotensis. creatus Cardinalis a Ioanne XXII. 1327. n. 55.

Petrus Toletanus episc. Carthaginensis. creatus Cardinalis a Ioanne XXII. 1327. n.55. in Castellam legatus ad ciuiles discordias sopiendas. 1328. num. 80. pileus rubeus, vt maiori polleret auctoritate, ad eum missus. ibid.

Petrus e Corbaria. tinctus hæresi inuitam dimittit vxorem, vt se Minoritis aggreget. 1328. num.42. pseudopontificatum Ludouici Bauari studio inuadit. ibid. quam improbe monachatum gesserit. ibid. creat pseudocardinales. nu. 43. simoniam publice exercet. ibid. thyaram a Ludouico accipit. num. 44. pseudolegatos creat. num. 44. persecutionem in clerum catholicum indicit. num.44. & in populos catholicos. n. 45. ex Vrbe fugere cogitur. nu.49. eius acta publice exusta. ibid. ipsius administri bonis exuti, eorumque ædes dirutæ. ib. a Romanis ad mortem deposcitur. num.50. Viterbium trepidus se confert. num.51. versus in latronem sacram templorum gazam expilat. ibid. indignatur, se a catholicis maledictis conscindi. n.51. eosdem tanquam hæreticos pœnis afficiendos decernit. ib. concionatur in Pontificem, nomenque illius execraturis indulgentias proponit. A. 1328. num. 1. in eundem fictitium anathema & cæteros catholicos iaculatur. ib. vero percellitur anathemate a Pontifice. ib. pseudolegatos in orientem mittit. ib. comprimi illi iussi a Pontifice. num.3. vt antipapa vxorem haberet, iussusque fuerit iudiciaria sententia ab ordinario ad eam redire. ibid. creat in Insubria Ioannem Vicecomitem legatum. num.4. promulgari in eum hæreseos & schismatis sententia iussa. ibid. abeunte Pisis Ludouico, consurgunt in antipapam Pisani. num.5. ille meriti supplicij terrore latebras captat. ibid. & num.9. a Bonifacio comite in custodia clandestina tenetur. nu. 11. execrationi est ipsis etiam Gibellinis, qui ad veri Pontificis obsequium redeunt. n. 12. Pisanorum ad ecclesiam redeũtium metu in latebris se continet. 1330. nu. 1. detinetur a Bonifacio comite. ibid. diligentissime quæritur. nu. 2. detectus veniam supplicibus literis poscit. nu.3. pontificiæ ad eum literæ, quibus veniæ spe demulcetur. num.4. præcipua eius scelera quænam fuerint. num.5. cautum eius viræ. nu.7. repulsæ nonnullæ pactiones ab eodem petitæ. num.8. iubetur publice Pisis damnare hæresim. num.9. & 10. ad Pontificem adducitur. n.10. blandis verbis ad hæresim & schisma damnanda erigitur. num.10. pendente e collo laqueo, supplex ad Pontificis pedes procumbit. ibid. dum in consistorio primo coniurationis formulam repetit, interclusa ex pudore voce, conticescit. ibid. in alio consistorio eandem iterat formulam. ib. conscripta ea de re publica documenta. ibid. &c. pontificia in eum clementia. ibid. de ipsius reditu ad ecclesiam fideles fiunt certiores. num.26. detinetur in custodia, ne tumultus nouos pareret. num.27. in ea moritur. ibid. illius in antipapatu capellanus publice schisma & hæresim damnat. 1331. n.3.

Petrus Ripacurtiæ comes. ab Alfonso Rege Aragonum missus, vt profiteretur Sardiniæ & Corsicæ regna pontificia beneficientia accepta. 1328. n.81.

Petrus Cunerius. oppugnat libertatem ecclesiasticam. 1329. num.75. refellitur a Bertrando episcopo Eduensi. Ibid. & num. 76. pronuntiatum a Franco Rege secundum ecclesiasticos. num.77. nomini suo infamiam parit. ib.

Petrus Geraldus. creatus episcopus Seuastopolensis a Ioanne XXII. 1330. n. 57.

Petrus de Gadineto pseudominorita. Sanciam Reginam Siciliæ subornat. 1332. n.20.

Passio Christi. Begardorum impietas aduersus Christi passionem. A.1312. n.18. §. Octauus. pie recolendam esse ostenditur. §. Quod autē Christo mortuo vera aqua & sanguis e latere fluxere. ib. §. Fidei. in recolenda Christi passione S. Eleazarus pie afficitur. 1323. num. 68. eiusdem de ea egregium dictum. ibid.

Pastorelli. grassantur in Gallijs. 1320. nu. 21. reprimi iussi a Pontifice. nu. 22.

Patauini. *Patauium*. bellum infert Patauinis Canis Scaliger. 1317. n. 32. magna clade Patauio propulsatus Scaliger. 1320. n. 13. post aliquot annos Marsilij proditione co potitus. 1328. n. 58.

Patriarchae Constantinopolitani. veluti theatrales habiti ludibrio ab Imperatoribus schismaticis. 1311. num. 73.

S. *Paulus*. B. Petro fuit obnoxius. 1321. n. 33. damnatur ab Innocentio X. error doctoris Parisiensis negantis illud. ib. discussa ante a Petro Paludano ea quaestio, an scilicet S. Paulus B. Petro par fuerit. num. 34.

Paulus Minorita. factus anticardinalis. 1328. n. 43.

S. *Pauli eremitarum ordo*. confirmatus ad Caroli Regis Vngariae preces. 1328. n. 83.

Pauperes alere. vid. *Eleemosyna*.

Paupertas Christi, & euangelica. temere de ea ferunt sententiam Franciscani in Perusinis comitijs. 1322. num. 54. oborta inde haeresis. num. 55. de mota circa paupertatem euangelicam controuersia agitatur. 1323. num. 38. vsque ad num. 61. consulti Parisienses doctores de mota circa eam controuersia. num. 38. eorum scripta. ibid. aduersariorum argumenta. ibid. refelluntur. num. 54. paupertas alia informis, alia formata. num. 55. & 56. qua ratione Christus Ioanne Baptista pauperior fuerit. eod. num. 56. interpretatio textus: *Ecce nos reliquimus omnia, &c.* num. 58. an perfectio in paupertate consistat. n. 50. falsum est, Christum & Apostolos, dum gerebant personam perfectorum, nil habuisse. ibid. damnati haereseos affirmantes pertinaciter, paupertatem euangelicam sitam in carentia iuris rerum, Christumque & Apostolos nil iuris in rebus, quibus vtebantur, habuisse. num. 61. & 1324. num. 31. error de paupertate propugnatus a Ludouico Bauaro aduersus Pontificem. 1324. num. 31. & 1327. num. 20. 21. scripta Ioannis Petri Oliui, plura circa paupertatem euangelicam nouantis, damnata. 1325. num. 20. Beguini ob haeresim de paupertate exusti. ibid. figmentum de translatione pontificatus in Fraticellos ob paupertatem. num. 23. Christum non fuisse messiam, si rerum quibus vsus est ius habuerit, inepte concludit Bauarus. A.1327. nu. 19. Vvaldensium & aliorum haereticorum errorem instaurat Marsilius, clerum nimirum temporalia habere non posse. num. 37. Michael Caesenas, suam de paupertate sententiam praeferens decreto fidei a sede Apostolica edito, vocatur in iudicium. num. 47. haereses Fraterculorum de paupertate haustae a Lud. Bauaro. A.1328. n. 12. refelluntur ib. vsum in consūptibilibus a iure nō separari ostenditur. ibid. non abiectum in consumptibilia ius ex vocibus, *Reliquimus omnia*, ostenditur. ibid. verba, *Nolite possidere*, non fuisse praeceptiua demonstratur. nu. 14. perfectionem non sitam esse in paupertate ostenditur. 1328 nu. 34. 35. ad paupertatem euangelicam non spectat habere simplicem vsum facti sine iure, praecipue in rebus vsu consumptibilibus. 1329. num. 23. refelluntur Michaelis argumenta. ib. & seqq. num. probatur aduersus Michaelem, veteres fideles habuisse rerum proprietatem. num. 25. cur Iudaei fideles bona sua vendiderint. num. 26. Apostoli vestium suarum veri fuere domini. 1329. num. 30. vera explanatio illius sententiae, *Reliquimus omnia*. ib. curae relinquuntur praecipue in paupertate euangelica. num. 32. Apostoli non vouere paupertatem siue abdicationem rerum, sed Christi sequelam. num. 34. non vouerunt non habere in communi. ibid. paupertas euangelica non in carentia, sed in animi affectu consistit. num. 36. falsum est affirmare, Apostolos dominium rerum, quibus vtebantur, non habuisse. num. 49. perfectio non constat in abdicatione iuris vel dominij. nu. 50. ius & dominium rerum a sanctis religionum conditoribus non excluditur. num. 51. an fuerit praeceptum Apostolis, ne haberent aurum missionis tempore. num. 60. an habuerint post Christi passionem. num. 62. Petrus e Corbaria pseudominorita idemque antipapa profitetur, haereticum esse dicere Christum & Apostolos non habuisse in rebus nisi simplicem vsum facti. 1330. num. 19. constitutiones papales de proprio admittit. num. 23. confictae haeresi de simplice vsu facti rerum absque iure in Christo & Apostolis addunt pseudominoritae Marsilij & Ianduni haereses. 1331. num. 42.

Peccata punit Deus. vid. *Iustitia diuina*.

Peregrinus Castellanus Minorita. creatus episcopus ad euangelium Tartaris inferendum. 1307. n. 29.

Perfectio. in quo consistat. 1322. n. 67. pseudominoritarum error, eam in abdicatione omnium rerum collocantium. n. 68. non constat in abdicatione iuris vel dominij. A.1329. n. 50. inepta Michaelis Caesen. perfectorū definitio. n. 63. in quo consistat perfectio euangelica. 1328. n. 34. Ludouici obiectio, Christum non futurum perfectissimum viatorum, si ius rerum habuisset. n. 35.

Perusina academia. condita a Clemente V. 1308. num. 17. amplificata a Ioanne XXII. 1321. nu. 45.

S. *Petrus Apostolus*. eius reliquiae & altare, in quo diuina peregerat, in medijs flammis diuinitus seruantur illaesa. 1308. num. 10. iussa de ijs a Clemente V. data. num. 11. vid. *Lateranensis basilica*. Christo summo pastori vnicus in terris pastor subrogatus, nimirum Petrus. 1321. nu. 9. Christi ea de re testimonium. ib. vni Petro soluendi & ligādi in caelo data auctoritas. ib. S. Paulus ipsū conuenit, vt de euangelio conferret. ib. claues caelorum vni Petro traditae. ib. eius ac successorum fides deficere non potest. ibid. vt Petrus caeteris Apostolis praesset. 1321. nu. 31. 34. &c. Paulum Apostolum Petri imperio liberum nō fuisse ostenditur n. 33. &c. decretum ea de re Innocentij X. eod. num. 33. Petri primatus illustratur. num. 35. eundem primatum negabant Marsilius & Iandunus. 1327. num. 30. refelluntur ex scripturae oraculis. ibid. praecellere Petrū reliquis Apostolis ostenditur. ib.

S. *Petri denarius*. exactus in Anglia a Ioanne XXII. 1317. n. 49. & in Suecia, Norvvegia, Dania, & Polonia. ibid. & in Scotia. 1329. n. 82.

S. *Petrus e Murrone*. vid. *Caelestinus V*.

Petrus e Capella episcop. Tolosanus. creatus Cardinalis a Clemente V. 1305. n. 14.

Petrus Columna. senatui Cardinalium a Clemente V. restitutus. 1305. nu. 14.

Petrus Arnaldi. inter Cardinales relatus a Clemente V. 1305. n. 14.

Petrus Aichspadius episc. Basiliensis. ad sedem Moguntinam traductus. 1306. num. 18. sanato Clemente, id fastigium assecutus. ib. Henrici VII odia propterea contrahit. ibid. eundem ad caesareum solium euehit. 1308. num. 19. 20. Ioannem Henrici eiusdem Imper. filium Boemica corona exornat. 1310. num. 1. eligit discordibus suffragijs Ludouicum Bauarum. 1314. num. 17. iubetur, Brunsuicensem ducem ad restituenda quae eripuerat monasterio Pisouiensi adigere. 1318. n. 42. moritur 1320. nu. 8. succedit illi Matthias e Bucheke. ib.

Petrus episc. Ostiensis. in Angliam missus. A. S. L. pro firmando foedere inter Philippum & Eduardum. 1307. n. 9.

narræ sibi debitū contendit.A.1316. num. 18. & 1317. num. 6. Philippo conciliatur, iuncta affinitate. n. 7. & 1318. n.8.

Odo Cardinalis. eius sententia aduersus thalmudicos libros. 1320. nu. 30.

Oleum. vana opinio de quodam cœlesti oleo iniecta Eduardo Anglorum Regi. 1319. num. 20. quid circa illud responderit Anglorum Regi Ioannes XXII. ibid. oleum infirmorum ab episcopis sacrandum. 1321. n. 7. & 11.

Olgetucam Rex Tartarorum. oratores mittit ad Clementem V. pro iungenda societate armorum aduersus Saracenos. 1308. n.30. centum millia equitum adducturum se spondet. n.31. monetur a Clemente, vt Christo nomen det. ib.

Oliuetani montis ordo. eius initia. 1320. n. 50. ipsius conditor. ibid.

Olyssiponensis academia. Coimbricam traducta. 1308. n.17.

Opizo Atestinus. Ferrariam Pontifici eripit. 1317. num. 30. ad illius obsequium redit, iterumque rebellat. 1320. num.18. ob auersa ad imperium suprema Ferrariæ iura vocatus in ius a Pontifice. 1324. num. 19. & ob Comaclum & Adriam expugnata. ib. redit ad obsequium ecclesiæ. 1328. n. 54. &c.

Oratio. vid. *Preces*.

Oratio angelica. vid. *Aue Maria*.

Orchanes Rex Turcarum. irrito conatu Rhodum tentat. 1322. n.47. terrestri maritimoque prælio vincitur. ib. Nicæam Bithyniæ Græcis eripit. 1330. num. 53. Asiam reliquam sibi subijcit. ibid. Græcos atterit. 1334. nu. 1. sumpta inde vrgendi Græcos occasio, vt ad coniunctionem cum Romana ecclesia redeant. ibid. in Orchanem Pontifex, Gallus, Siculus, Venetus, Cyprius, Rhodius, Græcus armorum societatem ineunt. num. 7. eundem magna clade afficiunt. n. 11.

Ordelaffus. Flaminiam aduersus Pontificem in rebellionem conijcit. 1318. n. 42.

Ordinis sacramentum. ordo matrimonium contrahendum irritat, non dirimit autem susceptum. 1322. nu.71. statutæ in coniugatos pœnæ, qui ordinibus initiantur. ibid. coniugatus initiatus sacris, repetēte illum vxore, redire ad ipsam iussus. ibid. non promoti rite sub conditione sacrandi. 1330. n. 57. ordines sacri in dubio qua forma conferendi. 1333. n. 42.

Ordines religiosi. institutus in Valentino regno. 1317. n. 40. ordo militiæ Christi in Lusitania conditus. 1317. num. 40. ordo equitum S. Iacobi disgregatus, a Io. XXII. ad vnius principis Castellani obsequium reuocatus. 1317. num. 40. S. Pauli eremitarum ordo confirmatus ad Caroli Regis Vngariæ preces. A. 1328. n. 83.

Orlandus Rubeus. illius factio Parmam a pontificijs partibus ad Ioannis Regis Boemiæ obsequium traducit. 1331. num. 19.

Orosius Rascia Rex. vid. *Vrosius*.

Oscula. stulta de ijs & actu carnali Begardorum sententia. 1312. n. 18. §. Septimus. quando oscula sint peccatum, & quando non. ibid.

Osinius Rex Armeniæ. succedit Leoni fratri. 1311. num. 77. controuersiam cum Rege Cyprio habitam Pontificis arbitrio committit. ibid. oratores legat in occidentem ad sollicitandos principes ad sacrum bellum. 1317. num. 35. & 1318. num. 8. fidem orthodoxam coram Ioanne XXII. profitentur. ib. transmissa illi fidei formula. ib. sollicitatur, vt populos ad fidem alliciat. ibid. monetur, vt sacramentum confirmationis ab episcopis conferendum curet. nu. 11. & chrisma extremæ vnctionis ab episcopis tantum conficiendum. ibid. cum Cyprio Rege discordiam exercet. n. 17. indictæ illum inter & Cyprium induciæ. 1320. n. 47. Osinio Leo succedit. ib.

Otho dux Bauariæ. ab Alberto Imp. ad Regem Boemiæ deficit. 1305. n. 16. sacram coronam a Vvenceslao eblanditur. ib. ea redimitus. ibid. pergit in Transiluaniam. ibid. vt coronam amiserit, & reinueuerit. ibid. illū iure fultum nō fuisse ad Vngaricum sceptrum capessendum, decretoria sententia pronuntiat Clemens V. 1307. num. 19. &c. intentatum illi anathema. num. 20. vocati in ius episcopi, qui illum diademate cinxere. num. 21. captus traditusque vinculis a Transiluaniæ vvayuoda. ibid. aufugit in Poloniam. ibid. agnitus a Glogouiēsi duce interceptusq; eius filiam ducit vxorem. ib. eius ope in Bauariam cum vxore reuertitur. ib.

Otho Basiliensis episcopus. ab Henrico VII. ad Clementem V. orator pro imperialibus apicibus postulandis missus. 1309. n. 10.

Otho dux Austriæ. a Ludouico Bauaro concitatus Boemiam tentat. 1331. num. 19. arguitur a Pontifice, Ludouico sententia hæreseos damnato fidem obstrinxisse. n. 20.

Otho dux Stetinensis. principatum Romanæ ecclesiæ beneficiarium constituit. 1331. n. 23.

Ozminius Rex Algezira. Regem Granatæ necat. 1322. n. 19.

P

PAlæstina. indicta pro ea liberanda expeditio. A. 1331. n. 30.

Pallium. a Romano Pontifice accipere debent archiepiscopi. A. 1308. n. 27. priuilegium de pallij vsu concessum archiep. Auxitano a Clemente V. A. 1312. num. 26. missum archiepiscopo Soltaniensi. 1318. n. 5. & 6. designati dies, quibus pallium gerere debeat. eod. n. 6.

Papa. vid. *Pontifex Romanus*.

Papatus. ad S. Francisci sequaces ipsum deuolutum, somniat Petrus Ioannis. 1325. n. 23. vt Fraticelli contenderint, Pontifices auctoritate pontificali exutos. num. 27. vid. *Pontifex Romanus*. *Iurisdictio ecclesiastica*.

S. Papuli episcopatus. conditus a Ioanne XXII. 1317. n. 12.

Paradisus. stulta Begardi cuiusdam de paradiso & inferno sententia. 1312. n. 17. §. Quod vero.

Parisiensis academia. literaria eius disciplina suo splendori restitui iussa a Ioanne XXII. 1317. nu. 15. & 1318. num. 26. peregrina dogmata ab ea ablegari iussa. ibid. præsules Galli moniti, conferenda sacerdotia sacerdotibus in Parisiensi academia emeritis. ibid. ipsa scribit de paupertate euāgelica aduersus Fraticellos. 1323. nu. 38. huiusmodi commentarius datus Pontifici. ibid. & num. seqq.

Parma. in pontificias partes traducta. 1322. num. 12. Parmenses publica sponsione imperij administrationem, vacuo augustali solio, spectare ad Pontificem agnoscunt. 1322. num. 13. ad Ioannem Regem Boemiæ, pulsis pontificij legati copijs, deficit. 1331. n. 19.

Parochi. de sacris confessionibus apud sacerdotes religiosos factis, necessario apud parochos repetendis, error Ioannis e Poliaco. 1321. n. 20. &c. sunt adiutores episcoporum, non prælati. 1321. num. 24. Papæ & episcopi habent plus auctoritatis in parochianos, quam parochi. ibid. parochi non inuidere debent religiosis, cum illi parochis sint vtiles & plebi Christianæ in excipiendis sacris confessionibus. nu. 27. soluuntur Ioannis e Poliaco argumenta. num. 28. &c. constituuntur parochi ab episcopis, non autem immediate a Christo. num. 29. comunicata est a summo Pontifice religiosis iurisdictio in parochianos. num. 32. lites a parochis intentatæ religiosis ex quo fonte manarint. n. 33. Armacananus primas Hiberniæ parochorum litem contra religiosos instaurat. num. 37. asserta religiosis pristina auctoritas. ibid. de iure parochorum & religiosorum controuersia sopita. 1327. n. 53.

Passarinus. Mantuæ ab Henrico VII. præfectus. 1311. num. 23. ob correptam sine pontificia auctoritate eam præfecturam anathemate damnatus. 1320. nu. 13. redit ad obsequium ecclesiæ. 1323. num. 27. a Ludouico Gonzaga obtruncatus. 1328. num. 53.

Christianæ diebus, interesset. A.1334. n.26.

Mitra, Aquino Regi Norvvegiæ concessum, vt regiorum sacellanorum præcipuus mithra coram Rege vtatur. 1311.n.77.

Modœcia. antiquitus apud ipsam Imperatores ferrea corona cingebantur. 1311.num.1. decernit Henricus VII. non referre, an Modœciæ, an Mediolani ea celebritas peragatur. ibid.

Molephatani. ad constantiam in fide solicitati a Ioanne XXII 1330. nu. 55.

Monachi. vagi coercendi. 1311.n.58. vid. *Religiosi*.

Monarchia. Dantis scripta de monarchia confutata. 1321.n.48.

Monarchia ecclesiastica. vid. *Pontifex Romanus*.

Moneta. eius pretia corrupisse Philippum Francorum Regem, obiecit ei Bonifacius VIII. 1311.n.36.

Moniales. emendati a concilio Viennensi earum excessus. 1312. num. 24.

Montispessulani comitatus. vectigalis regiæ Gallicæ, iurisque Balearici. 1317. num. 5. sedis Apostolicæ clientelæ addictus. 1318. num. 25. duas marchas auri pro censu soluit. ib.

Montalbanensis episcopatus. conditus a Ioanne XXII. 1317. n. 12.

Montesia equitum ordo. institutus in Aragonia. 1317. num. 40. rubra cruce linea candida interfecta insignitur. ib.

Mors. recolenda mortis memoria. 1322.n.24.

Mors sanctorum. eam non lugendam, sed vt felicem suscipiendam, monet S. Vvenceslaus Rex Boemiæ. 1309. num. 15. S. Nicolaus Tolentinas in morte cœlestes concentus audit. 1306. n. 19. moriente Taruisij B. Henrico, campanæ diuinitus suauissimos concentus edunt, plebemque ad funus euocant. 1315. n. 4. S. Thomæ Aquinatis pia mors. 1323. num. 49. & S. Eleazari comitis Ariani. 1323. n.68. & 69.

Mors peccatorum. eccclesiarũ deprędatores diuina vltione pereunt. 1305. n. 17. vid. *Iustitia diuina*.

Mortui. infans ad sepulchrum S. Hiacinthi ad vitam excitatus. 1331. n. 42.

Mulieres. vid. *Fœmina*.

Mutina. a Pontificio legato erepta Passarino. 1327.n.16. a Ioanne Rege Boemiæ parta. 1331. n. 19.

N

N*Ankerus episcop. Cracouiensis*: Vvladislaum Regem Poloniæ corona redimit. 1320. nu.4. magnis operibus Cracouiense templum extruit. ib.

Nascarini. fidem Christianam amplexi. A.1330.n.50. confirmantur a Romano Pontifice. ib. ad eos Iordanus episcopus missus. ib.

Natalium gratia. eam facit Ioannes XXII. Orosio ad gerendum regios honores. 1323.n.18.

Nauarra. morte Caroli IV. a Francorum regno diuulsa. 1328. num. 69. Ioanna Ludouici Hutini filia auiæ iure id regnum adepta. ib.

Neapoleo Cardinalis Vrsinus. fauet Gallo Regi pro creando amico illi Pontifice. 1305. num. 2. Bononiensem legationem gerit. 1309. num. 5. rebelles varijs pœnis mulctat, redigitque ad officium. ibid. cæsareis legatis sacramenti formulam Hen. VII. nomine Põtifici addicendi proponit. num. 11. Ioanni XXII. ad pontificatum euehendo studet. 1316. num. 3. fertur ab illo delusus. ibid. Ioannem ad restituendam Romæ sedem vrget. 1316. nu. 22. accepta a Gallo Rege Balneolensi castro a pristino consilio absistit. ibid. subornatus a Ludouico Bauaro de conciliabulo aduersus Ioannem cogendo agitat. 1334. num. 31. idem Ludouico auctor est, ne cedat imperio. nu. 32. detrectauit Ioannis XXII. exequijs interesse, n. 40.

Neopatriæ & Athenarum ducatus. a Catalana societate delatus Friderico Regi Trinacriæ. 1314.n.8.

Nestoriani. vt apud Indos inualuerint. 1305. num. 19. & apud Cyprios. 1326. num. 28. duas in Christo personas astruunt. ibid. Christum filium Dei tantum adoptiuum aiunt, ibid. in hos censura fidei a Ioanne XXII. exerceri iussa. ib.

Nicæa Bithyniæ. ab Orchane Rege Turcarum Græcis erepta. 1330. n. 54.

Nicolaus Cardinalis Pratensis. Bonifacianæ factionis Cardinales deludit. 1305. num. 2. archiepiscopum Burdegalensem ad pontificatum euehit. num. 3. consulit Philippo Regi, vt cum eo paciscatur. ib. accusatũ a Philippo Bonifacium VIII. indignatus odio Clementem instruit ad Gallorum spes de imperio affectato deludendas. 1308. num. 21. decretus cum alijs Cardinalibus ad coronandum Henricum VII. A.1311. n.6. & 7. Brixienses frustra hortatur ad Henrici obsequium. n. 22.

S. *Nicolaus Tolentinas ordinis Eremitarum S. Augustini*. in pueritia Christum in Eucharistia intuetur. 1306. num. 19. in extremo morbo cœlestes audit concentus. ibid. cœlestibus visis pascitur. ib. pie moritur. ib. post mortem miraculis coruscat. ib. de ijs sacrum examen institutum. ib.

Nicolaus e Bantra Minorita. creatus episcopus ad fidem inter Tartaros amplificandam. 1307.n.29.

B. *Nicolaus eremita*. pie moritur. 1310. n.47. diuina in illius homicidam vltio. ib.

Nicolaus Farinula ord. Prædicatorum: postulatus iudicio a Bonifacio VIII. 1311. num. 39. creatus Cardinalis tit. S. Eusebij a Clemente V. 1305. num. 14. missus in Gallias legatus ad Reges sacro crucis symbolo insigniendos. 1313. n.1. munere strenue fungitur. ib.

Nicolaus patriarcha Constantinop. Latinus. iussus censuras distringere in Catalanam societatem Athenarum & Neopatriæ ducatus opprimentem. 1314. num. 8. 10. collata eidem Negropontensis ecclesia. n. 11.

Nicol III. Papa. eius decretalis, *Exijt*, non est decretum fidei. 1323. nu. 63. quæ dixit circa paupertatem Christi, dixit opinatiue, non decretorie. ib. eius sententia explicatione indiget, non in sensum rigidum fuit detorquenda. num. 63. memorata decretalis, *Exijt*, circa abdicationem proprietatis omnium rerum declaratur. 1322. num 65. vt concilietur cum euangelio. num 66. & 1329. nu. 39. non est confirmata in concilio Viennensi, vt fingunt Fraticelli. ibid. quid in ea constitutione proprie significet *vti*. num. 40. illa de vsu loquitur, vt a dominio distinguitur. num. 41. Nicolai constitutio conciliatur cum decretali Ioannis XIII. nu.45.

Nicolaus Augustinianus Fabrianensis. creatus anticardinalis. 1328.n.43.

Nicolaus V. antipapa. vid. *Petrus e Corbaria*.

Nicolaus Minorita. creatus archiepiscopus Cambaliensis. 1333.n.31.

Nicolinus Fliscus. missus orator ad Hugonem Regem Cypri ad componendas cum eo Genuensium controuersias. 1328.n.86.

Nipho Cyzicenus. intrusus ab Andronico Imp. in patriarchatum Constantinopolitanum. 1311.n.73. iussus cedere Logothetę dromo. ib.

Nitela. eius auctor veteres hæreticos perperam defendit. 1322.n.35. refellitur. ib. & 1328.n.61. & 67.

Noruegi. a Fumarianis ethnicis infestati. 1323.n.21. in eosdem ethnicos propositis indulgentijs, concitati. ibid.

Nuptiæ illicitæ. pœnæ eas contrahentibus obiectæ. 1329.n.90. vid. *Matrimonij sacramentum*.

O

O*Bizo Verusius*. pulso Azone Vicecomite. Placentiam in pontificias partes trahit. A.1320. num. 12. Mediolanensium copias profligat. ibid.

Ochamus. vid. *Guillelmus Ochamus*.

Odo dux Burgundiæ. Ioannæ neptis clientelam suscipit, regnumque Nauar-

miserit, num. 62. commentarium pro tuenda hæresi scribit, ibid. vt spe antipapatus fuerit delinitus. ib. pontificia sententia percellitur, n. 63. illius commentariorum compendium promulgatū a Bauaro. A. 1328. num. 65. contendit Papam tenendum hæreticum, ib. plures calumnias publice euomit in Pontificem, num. 66. Ludouico exauctorare annitenti Pontificem, & antipapæ adhæreſcit. ibid. pontificia ob impios conscriptos commentarios sententia percellitur, num. 21. plures suæ nefariæ sectæ socios in varijs prouincijs nanciscitur. nu. 22. scribit aduersus illius errores commentarium Pontifex. n. 22. &c. venenata commentaria cudit Michael Monachij, 1331. nu. 8. &c. Geraldus Otho Minoritarum magister illius imposturas redarguit. num. 8. infanda Michaelis arrogantia traducitur, n. 9. prouocat ad ecclesiam, eamque lapsam contendit. ibid. arguitur manifestis hæresiarchis se consociasse. num. 10. contendit impie, Pontifices in ferendis fidei decretis sine concilio œcumenico errare posse, num. 11. plures calumnias veteres in nonnullos Pontifices repetit. ibid. refellitur. ibid. obiurgatur manifesto, antipapæ se coniunxisse, ib. appellationē eius Minoritarum nomine conceptam repudiant Minoritæ. num. 12. fictus illius pietatis ardor traducitur. num. 13. eius scripta pugnare cum sacra scriptura, demonstrantur. ibid. inculcatur illi exemplum S. Francisci in Pontificem obseruantissimi. num. 14. obiurgatur, paupertatis votum infringere. ibid. institutum a Minoritarum præposito aduersus illum iudicium. num. 15. quatuor hæreses illi a Minoritis obiectæ. ibid. item crudelitas in veros Minoritas. ibid. lata in eundem & socios sententia in Perpinianensibus comitijs. num. 16. communita aduersus huius venena Regina Siciliæ. num. 17. occulta coniuratio a Michaele Cæsenate ad conciliabulum aduersus Ioannem cogendum conflata. 1334. n. 31.

Militia Iesu Christi. equester ordo religiosus institutus in Lusitania. 1319. n. 29.

Millenus princeps Alanorum. ad coniunctionem cum Romana ecclesia redit. 1333. n. 37.

Minoritæ. in factiones diuiduntur, sibique mutuo litem intendunt. 1310. num. 46. nonnulli Minoritæ creati episcopi & ad Tartaros missi. 1311. num. 74. permissum Regi Armeniæ, vt Minoritas in aula teneat. num. 77. vertebatur in dubium, an Minoritæ ad omnia consilia euangelica tenerentur. 1312. num. 23. quid definitū a Clemente V. ib. plures Minoritæ in Fraticellorum sectam lapsi. n. 61. exuti a Pontifice priuilegijs. ibid. Minoritarum ordinis elogium. A. 1318. nu. 45. vt discordia inter eos oborta fuerit. ibid. plures sub Henrico Ceua e schismate in hæreses lapsi. num. 45. &c. eiusmodi pseudominoritarum impietate nulla labes veris Minoritis aspergitur. num. 56. eorum commendatio. ibid. Minoritarum religiosorumque aliorum instituta mutari possunt a Romano Pontifice. 1318. num. 56. Minoritæ quatuor affecti martyrio in India. 1319. num. 31. & 32. in medijs flammis illæsi. eod. num. 32. Minoritę duo ab hæreticis trucidati. 1321. num. 17. clarent miraculis. ibid. de eorum veritate inquiri iubet Pontifex. ibid. Minoritæ in Perusinis comitijs temere dirimunt controuersiam de paupertate Christi agitatam apud sedem Apostolicam. 1322. num. 54. ipsi alienas opes affectare accusati. num. 69. dominium rerum illis a Ioanne XXII. restitutum. ibid. ea re exulcerati scandula grauia concitant. num. 70. calumnia aspersa Minoritis a Ludouico Bauaro. 1323. num. 36. argumenta Minoritarum de simplice vsu facti contra Ioannis Papę constitutiones confutata. 1324. num. 31. non spectat ad fidem, Minoritas non habere nisi simplicem vsum facti. ibid. Ioannes Papa Regem Sicilię docet, ecclesiam nil contra Minoritas statuere; sed in impios tantum illos, qui se spirituales iactant. 1325. num. 27. plures Minoritæ resipiscunt ab hæresi. 1327. nu. 47. calumnia ab Auentino impacta Minoritis. 1328. nu. 36. iudiciariæ actiones in Minoritas schismaticos. num. 66. conflata Minoritarū ordini ex aliquorum lapsu ingens inuidia. nu. 67. qui Minoritarum susceperint clientelam. ibid. plures Reges ordini patrocinati. ibid. conciliatus Minoritanæ familiæ Pontifex. ibid. plures ex eo ordine creat episcopos. ibid. suam in illum beneuolentiam ostendit. ibid. suaque opera sustentatum ordinem, ne deperiret. ibid. Philippus regia stirpe Baleari satus Minoritis se addicit. num. 78. nouam condere familiam religiosam meditatus. ibid. puram S. Francisci regulam seruandam deposcit, ibid. dat signa pertinaciæ, ibid. iustissimis de causis repulsam patitur. ibid. plures Minoritæ iussu Pontificis ad gentes profecti. num. 84. qualis Minoritarum in rebus vsus, & quale dominium Pontificis circa ipsas. 1329. num. 50. ob illud Pontificis dominium non fuere pauperiores Minoritæ. ibid. paucis exceptis, vniuersus Minoritarum ordo in fide Romani Pontificis perstat. num. 69. Ioannes Papa pristinum in illum amorem non mutat, sed auget. ibid. laudat constantiæ in rebus asperrimis Minoritas. ibid. tutatos esse ecclesiæ dignitatem. ibid. datum Minoritis monitum, ibid. appellatio Michaelis Cæsenatis heretici edita nomine Minoritarum ab ipsis repudiata. A. 1331. nu. 12. in publicis comitijs sacer Minoritarum ordo Michaelem Cæsenatem, Ochamum, & alios damnat. A. 1331. num. 15. decretoria in illos Minoritarum sententia. num. 16. idem sacer ordo fide & constantia ecclesiæ coniunctissimus, ib. illorum lapsus eiusdem ordinis splendori non magis officit, quam luciferi & sequacium lapsus angelorum beatorum dignitati. ibid. lapsi, qui sacram Franciscanam familiam turbarunt. vid. *Michael Cæsenas. Ochamus. Fraticelli. Petrus e Corbaria antipapa.* & *Pseudominoritæ*. Sancia Regina Siciliæ Fraticellos protegit, & veros Minoritas lædit. 1332. nu. 20. monetur a Pontifice. ibid. Stephanus & Guillelmus Minoritæ martyrio affecti. 1333. num. 44. Dominicus Minorita diuinas laudes in tormentis celebrat. ibid. perperam vocatus in inuidiam Ioannes XXII. a nonnullis Minoritis. 1334. n. 41. ipse optime meritus de Minoritis in reprimendis eorum factionibus. ibid. veros Minoritas auxit honoribus. ibid. paupertatem Franciscanam tutatus est. num. 42. obstitit, ne Geraldus Otho suis interpretationibus disciplinā solueret. ib. fidei & Franciscani ordinis studio permotus pseudominoritas est insectatus. num. 43. Minoritæ pro fide cæsi. 1333. num. 44.

Miracula sanctorum. institui solita actio a Pontificibus de eorum veritate. 1330. n. 58.

Missa. Rex Indus indutus regijs vestibus, diuinis mysterijs inseruit. 1305. num. 19. Roberto Siciliæ Regi, ac Reginæ Galliarum datum, vt diuinis ante lucem intersint. 1311. num. 77. & 1316. num. 18. cur sacra noctu fieri non deceat. ibid. monitus a Ioanne XXII. Rex Francorum, ne dum diuina mysteria peraguntur, sermones misceat; sed recolat diuina mysteria. 1317. num. 3. & 1318. num. 24. S. Ludouicus Tolosanus, adepto sacerdotio, sacra singulis diebus peragebat. 1317. num. 10. cur aqua in calice admiscenda. 1318. num. 13. quid significet ea mixtio. ibid. missæ sacrificium a Lollardis spretum. num. 44. modica aqua sacrando vino immiscenda. 1321. num. 13. Abuscanus Tarrarus, quoties illi interesset, viginti dierum indulgentia donatus. 1322. num. 44. aliquorum indigna scurrilitas inter diuina. 1326. nu. 22. inflicta ijs pœna a Pontifice. ibid. ornatus Carolus Rex Vngariæ sacro beneficio, cum rei diuinæ, recurrentibus solemnibus mysteriorum fidei Chri-

tum transmittit. ibid. vt a Marino abruptus fuerit concordiæ cum Clemente tractatus. A.1313. num. 32. toto eius ducatu Veneti sacrorum vsu interdicti. ibid.

Marinus Sanutus. pro reconciliandis ecclesiæ Romanæ Græcis interpretem agit. 1324. num. 39. & pro expeditione sacra promouenda. num. 40. consulit Cardinalibus, admittendum in gratiam Ludouicum Bauarum, inclinantibus in eum Italis. A. 1327. n.2.

Marsilius e Padua, & Ioannes e Ianduno hæresiarchæ. ad Ludouici Bauari gratiam ad euertendam ecclesiam fingunt hæreses. 1327. num. 1. eorum clientelam suscipit Ludouicus. num. 21. ab Aristotele, non Christo, hierarchiam ecclesiasticam componi volunt. num. 27. decretoria in eos sententia. num. 28. editus ab ijs liber refertus hæresibus in gratiam Ludouici. ibid. commoniti non resipuerunt. ibid. blasphemant, Christum ex necessitate tributum Cæsari pensitasse, atque ideo, non maiorem Christo Pontificem Cæsaris esse vectigalem. num. 29. falso inferebāt res ecclesiasticas ad Cæsarem spectare. ibid. effutiebant Petrum cæteris Apostolis non præfuisse. num. 30. affirmabant, spectare ad Cæsarem instituere & exauctorare Pontifices. num. 31. Pontificem, episcopos, & sacerdotes pares esse auctoritate. num. 32. neminem ab ecclesia puniri posse coactiua punitione. num. 33. confutatæ eorum hæreses a num. 29. ad 34. vt iudicio postulati fuerint. num. 34. propositum publice in eos edictum. ibid. conuicti contumaciæ. ibid. damnatæ ipsorum hæreses. num 35. inflictæ vtrique pœnæ. ibid. finxit idem Marsilius, Cæsarem Pontifici vacante sede succedere, ac refellitur. num. 36. clerum temporalia habere non posse. num. 37. confutat singula eius argumenta accurate Albertus Pighius. ibid. Marsilij scripta in lucem edita a Lutheranis. ibid. creat Ludouico Bauaro suo fautori Marsilius summam inuidiam. 1328. n.7. Marsilius & Iandunus Romam se conferunt, vt fideles hæresibus inficiant. num. 9. Marsilius exercet tyrannidem in clerum. num. 9. vicarij munus sibi arrogat. num. 10. ambos capi iubet Pontifex. num. 9. & 10. Marsilij in conflando schismate atrox scelus. num. 10. eius hæresim Ludouicus Bauarus, exauctorato temere Pontifice, in opus adducit. ibid. formulam secundæ sententiæ componit in Pontificem, farcitque hæresibus. num. 23. refellitur. ibid. eiusdem & Ianduni hæreses haustæ a pseudominoritis. 1331. n.2. queruntur Mediolanenses, multa a Marsilio in Pontificem conficta. 1332. num. 15.

Marsilius Carraria. proditione Patauium dedit Cani Scaligero. A. 1328. num. 58. pauperum & ecclesiarum bona in præmium perfidiæ accipit. ibid.

S. Martinus. eius caput pretiosissima theca inclusum a Carolo IV. Rege Francorum. 1323. n.67.

Martyres Minoritæ. vid. *Minoritæ*.

Mathildis comitissa. Atrebatensi comitatui restituta. 1318. n.23.

Matrimonij sacramentum. negatum vel spretum a pseudoapostolis. 1318. num. 44. &c. ab ijsdem dissolutum. ibid. multiplicitas vxorum viro, aut fœminæ virorum prohibita. 1321. n. 11. secundæ nuptiæ licitæ. ib. B. Elisabethæ Lusitanæ rarū in virum adulterum coniugalis amoris exemplum 1322. num. 16. matrimonium non consummatum per ingressum in ordinem religiosum editamque in eo professionem dirimi posse pronuntiatur. 1322. num. 71. statutæ pœnæ in matrimonio iunctos, qui ordinibus initiantur. ibid. expositæ pœnæ aduersus contrahentes vetitas nuptias. 1329. num. 90. Castellæ Regis nuptiæ ob publicam pacem confirmatæ. n.92. soluta lex de coniugijs ad neophytorum gratiam. 1333. nu. 43. conuersi ex idololatria quo gradu permanere permissi. ib.

Matthæus Vrsinus Cardinalis. aduersatur Gallo Regi in creando Pontifice. 1305. nu. 2. prædicit Cardinali Pratensi sero Apostolicam sedem in Italiam reuectum iri. n.12.

Matthæus Vicecomes. vid. *Maphæus*.

Matthæus Westmonasteriensis. eius historia desinit. 1307 n.13.

Matthæus palatinus. percussus anathemate a Cardinale legato ob perduellionem in Regem Vngariæ. 1312. num. 52. fusus cruento prælio. ibid.

Matthæus Vrsinus ordinis Prædicatorum. a Romanis orator missus ad Ioannem XXII. vt eum in Vrbem alliciat. 1327. num. 6. ex archiepiscopo Sypontino creatur Cardinalis ab eodem Pontifice. n.55.

Matthias e Buchcke. creatur archiepiscopus Moguntinus. 1320. num. 8.

Matthias archiep. Moguntinus. pontificio iussu comitia pro creando Cæsare aduersus Ludouicū cogere molitus, impeditur. 1328. n.41. virtutibus & castitatis laude insignis. 1329. nu. 73.

Mauri. vid. *Granatenses*.

Mauritius e Pagnaco. a Rhodijs equitibus seditione creatus ordinis princeps, exauctorato Fulcone Villareto. 1317. n.35. gradu dimotus. 1319. nu. 11. in Cypro & Armenia equitibus præest. 1323. n.13.

Mediolanenses. ad Henrici VII. Cæsaris obsequium allecti a Clemente V. 1310. nu.15. excusso Guidonis Turriani iugo pontificij legati opera, Henricum mœnibus excipiunt. n.17. aduersus Henricum seditionem mouent. A.1311. num.2. ob non susceptum Robertum Regem vicarium imperij censuris percussi. 1320. n.12. vita functo Matthæo Vicecomite, Galeatium ducem renuntiare coacti. 1322. num. 11. illum pellunt vrbe. ibid. cum legato pontificio de pace agitant. num. 12. in Galearij seruitutem recidunt. ib. ob secutas Ludouici Bauari & antipapæ partes veniam poscunt. 1332. num. 14. excusant non obstitisse, ne Ludouicus ferream coronam acciperet. ib.

Melgorij & Montisferrandi comitatus. a Romana ecclesia Magalonensi attributi. 1331. nu. 31.

Merces. rogati principes, vt subditos ab inferendis mercibus Saracenis arceant. 1308. num. 35. Itali mercatores ab eo scelere deterriti. num. 36. intentatæ pœnæ. ibid. Ioannes XXII. merces Saracenis inferre vetat. 1317. num. 36. censuræ in merces vetitas Saracenis inferentes renouatæ. 1320. n.48. Cyprij, merces vetitas Saracenis inuehentes, coerceri iussi. 1324. num. 43. pontificia in ausuros illud facinus sententia. ibid. illatæ a Romanis Pontificibus censuræ reuocatæ. ibid. Rizardi Cremonensis doctrina de commercio cum infidelibus, damnatur ab Apostolica sede. 1326. num. 24. data Genuensibus facultas, vt cum infidelibus merces commutarent. n.25.

Messana. a Carolo duce Calabriæ frustra obsessa. 1325. num. 11. soluta obsidione, pars murorum corruit. ib.

Michael Palæologus Imp. vt a Martino IV. deuinctus fuerit anathemate. 1306. n.3.

Michael e Becca Normannus decanus S. Quintini. creatus Cardinalis tit. S. Stephani in Cœlio monte a Clemente V. 1312. n.54.

Michael Andronici senioris filius. moritur. 1321. n.14. secuta inde bella ingentia. ib.

Michael Cæsenas supremus Minoritarum præfectus. controuersiam, apud sedem Apostolicam agitatam de paupertate Christi, temere dirimere in comitijs sodalium nititur. 1322. num. 54. præcipites eius ea de re litteræ. ibid. turbas mouet aduersus Ioannis XXII. decretum. n.70. ipsius, negantis Christum & Apostolos ius habuisse in rebus, inepta argumenta. 1323. num. 62. confutantur. ibid. in ius vocatur, cum sententiam suam fidei decreto præferret. 1327. n. 47. primum moras & fugam molitur, dein anceps animi paret. ibid. & 1328. num. 60. vt a Pontifice fuerit increpitus. eod. num. 60. gloriatur, restitisse Pontifici. n.61. restringitur eius impudentia a Geraldo Minorita. ibid. vt Ludouicus Bauarus ad eum excipiendum triremim sub-

scopo comiti Flandriæ diuendita. A. 1334. num. 14. orta inde inter Flandrum & Brabantinum bella. ib.

Madachias princeps Saracenorum. in Rhodios equites a Genuensibus cōcitatus. 1311. n. 74.

Magalonensi ecclesia. a Pontifice accepit beneficiarios Melgorij & Montisferrandi comitatus. 1331. num. 31.

Magi, coniurant in Pontificem & Cardinales. 1317. num. 52. & 53. eorum artes diuinitus elusæ. eod. n. 52. variæ pestiferæ magorum artes. num. 53. & 1318. num. 51. ij ad supplicium vocati. 1318. num. 57. vt eo tempore dæmonum cultus inualuerit, ibid. magica pestis grassata in Gallia Narbonensi. 1320. num. 31. exectanda magorum opera. ibid. eorum abusus circa sacramenta. ibid. censores fidei in eos inquirere iussi. ibid. pontificiæ ad eiusmodi mala abolenda curæ ibid. Leopoldus dux Austriæ, magi opera viso dæmone, misere perit, 1326. nu. 7. structæ magicis artibus Carolo Francorum Regi insidiæ. 1327. num. 44. inquiri iussum a Pontifice in nōnullos clericos mali auctores. ib. plures magicis artibus infecti. nu. 45. queritur Ioānes Papa magos immolare dæmonibus, eosque in speculis, in phialis, & in annulis consulere & vincire, ibid. sacra in illos inquisitio instituta. ibid. & statutæ pœnæ. ib. Franciscus Asculanus magus. nu. 46. ficta ab eo hæresis. ibid. exustus, ibid. magicæ artis tristis exitus in Edmundo Cantij duce. 1330. num. 50. fallacia & periculosa dæmonum responsa. ibid. consilium datum a Ioanne XXII. Reginæ Aragonum ad superandas magicas insidias. 1331. n. 37. adhibita ab ipso remedia, ibid.

Magnus filius Birgeri Regis Sueciæ, ad Ericum Daniæ Regem fuga lapsus ex patruorum manibus. 1306. num. 15.

Magnus ducis Erici filius Rex Sueciæ. expeditionem in Careleos & Rhutenos Sueciam infestantes meditatur. 1326. num. 10. attributa illi a Ioanne XXII. dimidia sexennalium decumarum pars. ibid. Hollandiam, Schoningiam, & Blechingiam suo adijcit imperio. 1331. num. 41. priuilegium sacrum illi a Pontifice datum. ib.

Mahomades Rex Granatæ, ingenti clade ab Alfonso Rege Castellæ affectus. 1330. num. 48. amissis nonnullis arcibus, inducias auro redimit. ibid. Afros in Hispanias allicit, & ingenti bello petit Christianos. 1332. n. 21. Castellam adoritur. 1333. n. 20. a suis trucidatus. ibid.

Mahometes. illius signa prælata a nonnullis Genuensibus, A. 1317. nu. 36.

Mahumetana superstitio. ad illam in Granatæ locis eripiendis Mauris reprimendam obstringitur a Pontifice Alfonsus Castellæ Rex, 1328. num. 78.

Maladinus Bossinensis princeps. aduersus hæreticos concitatus. 1319. nu. 14.

Malchaita. fidem Christi colunt. 1329. nu. 96. ad eos episcopus Gemiscatensis missus. ib.

Malleacensis episcopatus. a Ioanne XXII. institutus. 1317. n. 12.

Manfredus Salutiarum comes. Robertum Siciliæ Regem Pedemontio bello vexat. 1317. n. 34. a Pontifice ad pacem solicitatur. ib.

Manfredus episcop. Feltrensis. a Guecelone Gibellino ex insidijs cæsus. 1323. n. 23. auctor sceleris defixus anathemate haud diu superfuit. ibid.

Maphæus siue *Matthæus Vicecomes*. pulsus Mediolano a Guidone Turriano, 1310. n. 17. Henricum VII. in vrbem pro corona ferrea adipiscenda inducit, ibid. Guidonem Turrianum pellit, æmulosque cædit. 1311. num. 2. præficitur ab Henrico Mediolano. num. 23. a Guelfis magna clade fusus. 1314. num. 5. Turriani eum Mediolano pellere nituntur. ibid. Roberti Regis duces auro corrumpit, seque eximit periculo. ib. Brixienses bello appetit. 1317. n. 34. solicitatur a Pontifice, vt bello abstineat. ibid. ob Genuam bello pressam Pontificem in se exasperat. 1320. num. 9. in eum immissus Philippus comes Cœnomanensis irrito exitu. ibid. & num. 11. Vercellenses sibi subijcit. ibid. pontificia imperia spernit. num. 12. notatur anathemate. ibid. intenditur illi actio de hæresi. 1320. num. 13. edicta apostolica conculcat. num. 14. in eum Fridericus Austriacus concitatus. 1322. n. 5. damnatur hæreseos ob negatam carnis resurrectionem. num. 6. eius flagitia describuntur. ibid. indicta in eum religiosa militia. num. 7. accusatur quæsiuisse responsa dæmonum. num. 8. in Henricum Austriacum subornat, sibique conciliat. num. 11. moritur, ibid. Galeatium filium tyrannidis successorem relinquit. ibid. eius tyrannis in ecclesiam. 1324. num. 5. & n. 6. 7. varia ipsius flagitia. ib. eius stirps inquinata hæresi. n. 9. carnis resurrectionem negauit. ib.

Marcha argentea. eius valor. 1326. num. 8.

Marcus Vicecomes. magna clade profligatus. 1323. n. 26. coniectus in carcerem a Ludouico Bauaro, ac deinde dimissus. 1327. nu. 3. plura in eum gerit. n. 7. solemni ritu schismа damnat. num. 15. a nepote proditione necatur. ib.

Marsorianus Iacobitarum. ad coniunctionem Romanæ ecclesiæ solicitatus. A. 1330. n. 57.

Margareta Dulcini hæresiarchæ concubina, membratim concisa. 1308. num. 9.

Margarita Henrici VII. Cæsaris vxor. cum viro Mediolani ferrea corona redimita. 1311. num. 1. Genuæ moritur. num. 23. eius laudes. ib.

Margareta filia Philippi Longi Francorum Regis. nupta Ludouico Niuernensi. 1320. num. 20. inde comitatus Burgundiæ & Attrebati coniuncti Belgio. 1320. num. 20.

B. Maria virgo Deipara. ecclesia Auinionensis eius dicata nomini pluribus miraculis insignita. 1316. num. 22. data eidem Deiparæ a Ioanne XXII. elogia. 1316. num. 22 virginitatem Deiparæ negant impij Lollardi. 1318. num. 44. propositæ indulgentiæ ijs, qui sub vespertino crepusculo ter angelicam orationem repetunt. 1318. num. 58. & 1327. num. 54. amplissima Deiparæ elogia. ibid. & 1320. num. 51. impia societas B. Virginis nomen sibi asciscit. 1319. num. 7. B. Bernardo congregationis montis Olиueti conditori se videndam obijcit. 1320. num. 50. adolescens Virginis ope e rogo saluus exit. num. 51. conditum in eo loco sacellum. ibid. miraculum ingens ope Deiparæ editum prope Aueniōnem. 1331. num. 42. sacellum eo in loco a Ioanne XXII. conditum. ibid. Carolus princeps Morauiæ diuinitus edoctus de Viennensis Delphini misera morte templum Virgini in Parmensi agro ponit. 1333. n. 32.

Maria Regina Siciliæ. Vngarici regni iura illi asserta. 1307. n. 26. ipsius nepos Carolus ex filio natu maximo Vngaricum regnum assequitur. num. 21. Ludouicum filium coruscare miraculis, deque eo sanctis annumerando agitari suspicit. num. 22. gratulatur ipsi Pontifex decretos filio sanctorum honores. 1317. n. 9.

Maria Regina Castellæ. discordiam inter Dionysium Lusitaniæ Regem & Alfonsum illius filium conciliare nititur. 1319. num. 29. moritur. 1322. n. 18.

Maria Lucemburgensis. ob illius gratiam Boemus eius frater cum patruo Treuerensi electore imperium ad Gallorum Regem transferre molitur. 1324. n. 26.

Maria Regina Aragonum. consulit Pontificem quomodo sint superandæ magicæ insidiæ. 1331. num. 37. datum illi consilium. ib.

Marinus Georgius. Petro Gradenico in ducatu succedit. 1310. num. 32. paulo post Ioanni Superantio principatum

ta in eum in ipsa Vrbe, in qua erat præsens, edicta pontificia. num. 20. legem impiam fert, ne Pontifex Vrbe absit, intentata pontificatus abrogatione. nu. 21. alia eiusdem in Pontificem sententia. num. 23. eius errores refelluntur. ibid. & num. seq. eiusdem obiectio de bello sacro indicto in tyrannos Gibellinos redarguitur. nu. 27. contendit, Cæsaream electionem pontificia confirmatione non egere, & confutatur. num. 28. non accepisse a Deo gladium in Pontificem conuincitur. num. 29. fucus per eum ab Othonis exemplo petitus detergitur. num. 33. si Christus ius in res habuerit, non fuisse perfectissimum viatorum, cum Fraticellis somniat. num. 34. refellitur is error. ib. illum potuisse exauctorari a Christi vicario ostenditur. num. 36. edicit, Pontificem afficiendum supplicio. ibid. suorum odia eo facinore contrahit. ibid. damnatur a bonis tam atrox facinus. n. 37. solicitantur frustra a Pontifice electores, vt nouum creent Cæsarem. num. 39. & seq. Petrum Corbariam creat antipapam, num. 42. exinde deiectæ illius res. ib. vanæ sunt id scelus excusantium artes. ib. sententias Henrici VII. in Robertum Regē & Florentinos confirmat. n. 43. insanis in Pontificem legibus secundas res corrupit. num. 48. plura aduersa patitur. ibid. in Campaniam tentat irrumpere. num. 49. ex Vrbe fugatur. ib. eius acta publice a populo exusta. ib. Romani illum atque antipapam ad mortem deposcunt. num. 50. confert se Viterbium. num. 51. expeditionem in Florentinos cogitat. num. 52. ad eum Petrus Trinacriæ Regis filius accedit, & in reditu classis illius naufragium passa. ibid. Pisas se confert. ibid. eius fœderati infeliciter pereunt. num. 53. Atestini marchiones ab eodem desciscunt. n. 54. ab eodem dificiunt octingenti equites. num. 59. vt Michaëlem Cæsenatem hæresiarcham ex pontificia curia ad se traxerit. nu. 62. impiam illius prouocationem ad concilium vna cum suis edictis promulgat. num. 65. iterum exauctorare Pontificem nititur. num. 66. percellitur ab eo sententia hæreseos. ibid. cogit Pisanos ad nefariam concionem aduersus Dei vicarium & catholicos, A. 1329. num. 2. damnatur a Pontifice anathemate die cœnæ Domini. num. 2. frustra Florentiam proditione tentat. num. 5. asperioribus in dies rebus factis, Pisis abit. nu. 5. mox ab eo Pisani aliique finitimi populi defecere. ibid. & num. 6. 7. collapsæ illius in Etruria res, ibid. & in Insubria ob conflati schismatis odium. num. 12. Mediolano repellitur. nu. 13. Mediolanensem agrum vastat. num. 16. Ticinum ad deditionem compellit. ibid. ex Italia recedit. num. 16. Rupertus dux Bauariæ idemque Palatinus aduersus eius impietatem sentit cum ecclesia. ibid. Pisæ ab eo deficiunt. A. 1330. num. 1. eiusdem antipapa latebras captat. ibid. ex gestis Romæ contendit, cæsareos se adeptum apices Ludouicus. num. 27. Rupertus & Henricus principes Bauari, ac Saxo in eum solicitati. num. 28. aliqui principes electores de eo Pontifici conciliando, & afferendo ipsi imperio agunt interpretes. ibid. & nu. 29. quæ a Ioanne Papa responsa fuerint, & obiecta Bauaro. num. 27. &c. annitentibus contra principibus repulsam iterum tulere a Pontifice. num. 36. Boemiæ Regem administrandæ Italiæ præficit Ludouicus. num. 39. gesta a Romanis cum Ludouico reuocata. num. 41. suspicionem in Ioannem Regem Boemiæ ob res gestas in Italia concipit, in eumque Othonem Austriacum concitat. 1331. num. 19. noua edicta in Bauarum a Ioanne Papa promulgata. num. 22. Pontificem ipsum, missis oratoribus, de fœdere postulat. 1332. num. 11. cur non fuerit admissus. ibid. Picentes ob secutas illius partes veniam poscunt. n. 12. Mediolanenses se excusant, quod illi non obstiterint, ne Mediolani ferream coronam acciperet. num. 15. duos comites pro flagitanda a Pontifice præteritorum venia mittit. 1333. nu. 28. quid responsum ab illo sit. ibid. cessurum imperio ad obtinendam ecclesiæ gratiam præfert. ibid. Albertus dux Austriæ rogat Ioannem, vt Ludouicum retento imperio in gratiam recipiat, sed repellitur. 1334. num. 19. decernit Bauarus pro obtinenda ecclesiæ gratia cedere imperio. num. 20. Gallus & Boemus Reges de eo Pontificem certiorem faciunt. ibid. datæ a Ioanne ad illum ea de re literæ. ibid. missi apostolici ad ipsum internuntij. num. 23. agitatum de imperio in Henricum ducem Bauariæ traducendo. ib. suorum consilijs resilit ab eo consilio. ib. Henricum ducem insequitur. ib. intrudit præsules schismaticos. ibid. iussa in eum edicta pontificia vrgeri. ibid. subornat Neapoleonem Vrsinum Cardinalem pro cogendo conciliabulo in Pontificem. num. 31. affectat Neapolitanum regnum subijcere imperio. nu. 32. dissipata ea consilia. ib.

Ludouicus Niuernensis comes primogenitus Flandriæ comitis. in Philippum V. coitiones init. 1317. num. 6. eidem conciliatur. ibid. Margareta Philippi Longi filia ducta in vxorem, auget Belgicum principatum. 1320. n. 20. moritur. 1322. n. 21.

Ludouicus Niuernensis iunior. auo Roberto in Belgio succedit. A. 1322. n. 21. profligatur a coniuratis populis. 1325. num. 14. capitur. ibid. eius senatores præcipui capite plexi. ibid. a Gallo Rege restituitur libertati. ibid. Macliniam a Leodiensi episcopo emit. 1334. num. 14. ortum inde bellum cum Ioanne duce Brabantiæ. ib.

Ludouicus Bauari exauctorati filius Brandeburgensi marchionatu ope Cruciferorum potitur. 1328. num. 41.

Ludouicus comes Claromontanus. creatus primus Borboniorum dux. 1333. num. 14. præficitur classi, a Pontifice & Gallo Rege mittendæ contra Ægiptios. 1334. n. 12.

Ludouicus Caroli Vngariæ Regis primogenitus postea Rex. ad eius gratiam indultum, vt impedito Strigoniensi archiep. a Colocensi corona cingi possit. 1333. n. 27.

Lugdunum. Clemens V. Lugduni pontificia tyara solemni pompa insignitur. 1305. num. 12. de illius imperio inter Philippum Regem Francorum & Ludouicum & Petrum archiepiscopos Lugdunenses certatum. 1310. num. 34. immissus a Philippo Ludouicus Hutinus cum exercitu aduersus Lugdunenses. ibid. missi a Clemente V. duo Cardinales pro componenda controuersia. ib. ex pactione ab archiepiscopo Lugduni dominatus ad Reges Gallos deriuatus. 1312. nu. 29.

Lumen gloriæ. ad visionem Dei necessarium. 1312. num. 18. §. Quintus error.

Luna. tres lunæ crucesignatæ conspectæ. 1314. insi.

Lundense concilium. eius statutum pro tuenda episcopali libertate. 1331. n. 40.

Lundensis archiepiscopus. conferendæ Regibus Daniæ coronę prærogatiua insignitus. 1320. n. 7.

Lutra. vid. *Franciscus e Lutra*.

Luxuria. a Dulcino hæresiarcha vocata actus charitatis. 1305. num. 18. Beguardi scortationem virtuti, matrimonium vitio ascripsere. 1306. nu. 18. Dulcinus conciditur mēbris, qui in ijs felicitatem locarat. 1308. nu. 9. impudica Dulcini propago libertatatis spiritus nomen sibi arrogat. 1311. num. 66. eam insectatur Clemens V. ibid. proiecta hæreticorum in Boemia pullulantium luxuria. 1318. num. 53. nonnulli ob luxuriam dæmoni exhibent seruitutem. 1327. n. 45.

M

Macerata. sede episcopali decorata. A. 1320. nu. 18.

Maclinia. ab Adolpho Leodiensi episco-

chiones, ac Mantuanum & Veronensem præfectos a pontificijs partibus ad suas reuocat. A. 1323. nu. 28. Galeatij Vicecomitis patrocinium arripit. ibid. misso oratore, Cardinalem legatum ab illo exagitando reuocare nititur. ibid. arguitur hæretici patrocinium suscepisse. ibid. Galeatium ad speciem exauctorat, ac Bertoldum præficit Mediolano. num. 30. eiusdem opera propulsat pontificium exercitum. ibid. postulatur iudicio a Pontifice. 1323. num. 31. reprehenditur, ante impetratam pontificiam confirmationem regium munus sibi vendicasse. num. 31. contulisse marchionatum Brandeburgensem filio. num. 32. sensisse cum Galeatio hæretico. num. 33. imperatum, vt his abstineret. ibid. vetiti ecclesiastici illi studere. num. 33. primum oratores mittit ad componendam litem, deinde eos reuocat iudiciorumq; ordinem temnit. ibid. & num. 34. nouare nititur aduersus vetera sedis Apostolicæ iura. num. 35. respondet ad obiecta. ibid. & num. 36. obijcit, falso foueri Minoritarum magistrum, sociosque præcipuos de hæresi suspectos. ibid. deinde eorum sectatur hæresim. ib. prouocat ad concilium œcumenicum. num. 36. missis oratoribus, extrahi iudicij diem ad semestre poscit. 1324. num. 1. obiectum illi est a Ioanne Papa, ipsum sine pontificia confirmatione Regem se dixisse, gessisseque. num. 3. perduelles Ferrarienses texisse. ibid. Roberto Regi traditam Insubriæ atque Etruriæ administrationem turbasse. ibid. monetur, vt præsumpta corrigat. ibid. præfixum ad id trimestre. ib. contemnit Ludouicus die statuta comparere. num. 4. fucatas officiorum sponsiones iactat. ib. verba operibus euertit. num. 5. vt primus læserit Pontificem. ibid. impiorum in ecclesias tyrannidem exercentium susceperit clientelam. ibid. eius imprudentia in ea re, & perfidia in tuendo Galeatio Vicecomite. nu. 6. Bochardus archiep. Magdeburgensis ab illius sequacibus trucidatus. num. 8. fundit pontificium exercitum. num. 12. eius duces ob defensos Vicecomites defixi anathemate. ibid. contemnit indictum iudicium. ibid. accusatur contumaciæ. num. 13. denuntiatur contraxisse anathema. ibid. monetur, vt non se dicat Regem, sed electum Regem. ibid. Vicecomites deserat. ibid. vsurpato in Ferrariam iure cedat. ibid. prohibiti clientes imperij ipsi obsequi, antequam a sede Apostolica confirmatus sit Rex. ibid. prouocat Ludouicus ad concilium œcumenicum a Pontificis sententia. num. 14. acerbissime in illum inuehitur. ibid. argumenta suæ causæ producit. ibid. confutat electionem Friderici. num. 15. fucata diffugia obijcit. ibid. iure Regem se dixisse, & administrasse imperium contendit. ibid. eiusdem querelæ. num. 16. variæ ipsius artes ad creandum Pontifici odium. num. 17. fictionibus conciliare sibi Austriacum nititur. nu. 18. iungit cum eo affinitatem Danus. ibid. apud Pontificem pro Ludouico deprecatorem agit. ibid. Ludouicus decretoria sententia a Ioanne exauctoratur. num. 21. eiusdem sententiæ formula. num. 22. & seqq. intentata illi principatuum priuatio, ne Regem electumue se dicat. num. 23. soluti sacramento fidei Germani. num. 25. Carolus Rex Francorum affectat illi eripere imperium. num. 26. postulatur Bauarus crimine hæreseos, iterumque damnatur a Pontifice. num. 27. prouocat ad concilium. ibid. librum impium in Ioannem promulgat. num. 28. impiorum consilio se hæresi Fraticellorum implicat. num. 29. decretum fidei de paupertate Christi damnat hæreseos. num. 30. ob id damnatur iudicio hæreseos, & exauctoratur obtenso imperij iure. num. 31. adhæret hæresiarchæ Michaeli Cæsenati. num. 32. frustra ab Hervvarto excusatur. ibid. Fridericum Austriacum cedere iure cæsareo cogit. A. 1325. num. 1. grauibus illum legibus deuincit. ibid. Leopoldum Austriacum ad suum obsequiū allicit. n. 3. annitente ad imperium Gallo, nouo fœdere conciliat sibi Fridericum, & cum eo imperium partitur. num. 6. a Polono graui bello appetitur in Brandeburgico principatu. num. 8. contendit aduersus eundem Pontifex, ipsum non potuisse tradere filio Brandeburgicum marchionatum. ibid. creat Bauarus Castrucium in Etruria cæsareum legatum. num. 9. eius sequaces Gibellini cum Guelfis vario euentu certant. 1326. num. 3. & 4. noua fœdera cum Leopoldo & Friderico Austriacis paciscitur. num. 7. aduersatur ipsi Pontifex, ne collata in eum a Friderico cæsarea iura rata habeant principes electores. ibid. arguitur archiepiscopus Treuirensis, ipsum edicta pontificia in Bauarum non promulgasse. ibid. Magdeburgensis prouincia ob secutas eius partes a Bochardo archiepiscopo censuris percussa. num. 8. Bochardum insidijs capiendum, & necandum ab æmulis curat. num. 9. a Gibellinis in Italiam pellicitur. 1327. num. 1. Tridenti suorum conuentus agit. ibid. Marsilius & Iandunus ad eius gratiam fingunt hæreses. ibid. intentatur Ludouico iudicium hæreseos. num. 3. Vicecomites vinculis mancipat. ibid. Mediolani ferrea corona cingitur. ibid. Romani se Ludouicum admissuros Pontifici denuntiant, nisi in Vrbem venerit. num. 8. Ludouici factio Romæ, signifero Sciarra Columna, inualescit. ib. & n. 11. Viterbienses in Bauari partes deficiunt. n. 15. item plures Rom. ecclesiæ cliētes. ib. penetrat in Etruriam. num. 17. Pisas obsidet. ibid. in deditionem accipit. ibid. Henrici VII. capitalem sententiam in Robertum Sic. Regem renouat. nu. 18. in hæreses Pontificis odio transuersus agitur. num. 19. Christum, non fuisse verum Messiam inepte concludit, si ius rerum, quibus vsus est, habuerit. ibid. refellitur. ibid. pontificiæ in eum sententiæ formula. num. 20. obijcitur ipsi, hæresim negantium ius rerum in Christo amplexum. ibid. non professum modo, sed Germanos & Italos in eam sententiā adducere conatū. n. 21. Marsilij & Ianduni hæresiarcharum librum recepisse. ibid. permisisse eorum disseminari hæreses. ibid. violasse ecclesiastica interdicta. num. 22. vt iudicium hæreseos illi fuerit intentatum. num. 23. damnatur tanquam fautor hæreticorum. num. 24. 25. quæ pœnæ illi inflictæ. ibid. vetiti fideles illi parere. ibid. mouet versus Romam exercitum. num. 38. aduersus illum Iacobus Rex Aragonum suam Pontifici defert operam. num. 39. Franciscus Asculanus magus plura de Ludouici versus Romam progressibus præsagit. num. 46. vocatur Romam a factiosis Gibellinis. A. 1328. num. 1. eo ingrediente, cleri potior pars aufugit. num. 2. a populo Romanorum Rex salutatur. ibid. fit ad annum senator & copiarum dux. ibid. a populi Romani sindicis insigne augustale accipit. num. 3. inunctus a Castellano exepiscopo. ibid. latæ ab eo leges. ibid. indicta aduersus ipsum a Pontifice cruceata militia. num. 4. causæ, ob quas indicatur. ibid. & num. seq. inflictæ eius fœderatis censuræ. num. 5. obijcit illi Ioannes Papa, hæresiarchas suo texisse patrocinio. num. 7. eius potentia fretus Marsilius hæresiarcha exercet tyrannidem in clerum. num. 9. legem promulgat Bauarus in hæreticos, quo nomine Pontificem Guelfosque principes intelligit. num. 11. fert in Ioannem XXII. sententiam. ibid. ad id scelus ab hæresiarchis & pseudominoritis impellitur. ibid. concepta ea fuit ab Vbertino Casalio hæretico pseudominorita. ibid. refelluntur eius errores & hæreses. num. 12. & seqq. exauctorare & morti addicere pertentat Pontificem. num. 16. id facinus boni execrantur. num. 17. ostenditur, non spectasse ad ipsum ferre sententiam, quamuis vera fuissent ex falsa hypothesi Pontificis crimina. ibid. plura in eo obstabant, etiam si ad eum spectasset. num. 19. promulga-

ta-

Libido. spurca hæresis in omne libidinum genus effusa. A.1311. nu. 66. &c. 1312. num. 18. §. Septimus error. libertatis spiritus vocata. 1311. nu. 66. &c. Begardorum argumenta pro laxando libidini frœno. 1312. num. 17. §. Quod vero Lollardorũ mores impuri. 1318. n. 44. insanum responsum meretriculæ Lollardæ. ibid. obiecta cælitus species de Guigonis delphini impudici morte. 1333. num. 22. vid. *Luxuria*.

Licentia vtendi. si iusta est, non est sine iure. 1329. n. 47.

Linguæ siue *idiomata*. de necessario ad promulgandum euangelium linguarum vsu. 1318. n. 15.

Lites. *Litigare*. an Apostolis litigare licuerit. 1329. num. 63. perfectis etiam & fidelibus licer. ibid. non vetita litigia, quæ fraude non fiant. num. 65. agere iudicio, cum sanctitate non pugnat. ibid. habentibus commune pro communi licet litigare. num. 66. refellitur Michaelis Cæsenatis delirium, quod perfectis non liceat. ibid. licere episcopis demonstratur. ibid.

Lithuani. *Lithuania*. excurrunt in Prussiam. 1311. num. 72. sacrilege tractant Euharistiam. ib. cæsi extrema internecione. ibid. ad Christum redit Lithuania. 1323. num. 19. Christianæ fidei amplectendæ speciem præseferunt Lithuani. 1324. num. 45. missi ad eos a Ioanne XXII. internuntij pro ijs fide instruẽdis. n. 48. resiliunt a cœptis. num. 52. vastant marchionatum Brandeburgensem. 1325. n. 8.

Loculi. vt Christus in loculis personam infirmorum acceperit. 1322. num. 60. non est ea infirmitas quoad virtutis defectum, sed quoad naturæ statum. ibid. Christus in persona imperfectorum gerenda perfectissimus fuit. num. 63. habere loculos non arguit imperfectionem in genere moris. 1322. num. 63. qua ratione dicantur imperfecti loculos habere. n. 68.

Lollardi. quando exorti. 1318. nu. 44. Vuicleffi sequaces dicti primum Lollardi. ibid. Lollardorum princeps Vvalterus, & huius hæreses. ib. vt Lollardi dæmonem coluerint, diuinaque attributa impugnarint. ibid.

Lombiensis episcopatus. institutus a Ioanne XXII. 1317. n. 12.

Lorcbani. oppugnati a Granatensibus. 1321. num. 41. excitati ad constantiam. ib.

Luca. ab Vgutione Fagiolano proditione capta direptaque. 1314. nu. 6. in Ioannis Regis Boemiæ potestatem, depulsis obsidione Florentinis, redacta. 1331. n. 19.

Lucas e Flisco S. Mariæ nouæ Cardinalis. ad sociandum Henricum Cæsarem pro pacanda Italia creatus legatus. A. 1310. nu. 17. Mediolanenses ad eiusdem Henrici obsequium adducit. ib. pro conferenda illi corona cum alijs quatuor Cardinalibus a Clemente V. legatus decernitur. 1311. num. 6. & seqq. Brixiam Henrico conciliat. num. 23. Henricum ipsum Genuam deducit. ib. profitetur, non sponte, sed coacte in basilica Lateranensi augustalia insignia Henrico conferri. 1312. nu. 36. legatus in Angliam a Ioanne XXII. 1317. n. 42.

Luchinus Vicecomes. coniectus in vincula a Ludouico Bauaro. 1327. num. 2. auro libertatem coactus redimere. ibid. conciliatus ecclesiæ. 1330. num. 26.

Lucifer. cultus a Lollardis hæreticis. 1318. num. 44.

Lucionensis episcopatus. a Ioanne XXII. conditus. 1317. n. 12.

Ludi. cruenti ludi Neapoli edi soliti. 1327. n. 13. ad eos abolendos nauata a Pontifice opera. ibid.

S. *Ludouicus Galliarum Rex*. sacra ei ædes a Philippo Francorum Rege excitata. 1305. num. 14. illam adituris propositæ indulgentiæ. ibid. eius reliquiarum translatio in regiam ædiculam Parisijs. 1317. num. 8.

S. Ludouicus episcop. Tolosanus. miraculis ccruscat. 1307. num. 22. de eo in sanctorũ album referendo agitat Clemens. ibid. de cœlestibus virtutibus ab eo editis inquiri iubet. ibid. agitatur in concilio Viennensi de SS. honoribus illi decernendis. 1312. num. 25. decernuntur illi a Ioanne XXII. solemni ritu. 1317. num. 9. confertur cum altero S. Ludouico. ibid. de illius ingentibus miracullis. ibid. & nu. 11. rara Mariæ Reginæ felicitas, filium sanctis annumeratum intueri. nu. 9. gratulatoriæ ad eam Pontificis literæ. ibid. sancti filij. elogia. ibid. principes affines sancti episcopi ad virtutum imitationem excitati. num. 10. præcipua illius vitæ acta. ib. septennio in custodia Regis Aragonum fuit. ibid. a Minoritis scientijs imbutus. ibid. quo pietatis sensu diuina perciperet. ibid. adepto sacerdotio sacra singulis diebus peragebat. ibid. eius castimonia. ibid. corpus voluntarijs pœnis macerabat. ibid. vt voto ingrediendæ Franciscanæ familiæ se obstrinxerit. n. 11. susceperit, accepta a Bonifacio VIII. venia, Franciscanam vestem. ibid. voti religione prius se exoluit, quam susciperet episcopatum. ibid. cesserit iure primogenituræ, ac regno Siculo. ibid. episcopatus vectigalia in pauperes effuderit. ibid. vestem suam nudo tradiderit. ibid. pauperes in sua domo refecerit quotidie, ipsisque flexo genu inseruierit. ibid. vt post mortem ingentia miracula ediderit. ibid. propositæ eius sepulchrum veneraturis indulgentiæ. ibid. eius reliquiarum rtanslatio magna religione celebrata. A. 1319. n. 30. miracula ad ipsius nomen inuocatum edita. ibid.

Ludouicus Hutinus Philippi Galliarum Regis filius postea Rex Francorum. sceprrum Nauarræ corripit. 1307. n. 14. ad eius gratiam interdictum ecclesiasticum Pompeiopoli abrogatum. ibid. a Philippo cum exercitu aduersus Lugdunenses immissus. 1310, num. 33. 34. interest concilio Viennensi. 1312. num. 1. ad expeditionem in terram sanctam ducendam se obstringit. num. 22. symbolum crucis a legato Cardinale accipit. 1313. num. 6. patri Philippo in Galliarum regno succedit. 1314. num. 26. in Robertum ducem Belgij ingentem expeditionem ducit euentu irrito. 1315. num. 2. vxore Blancha damnata adulterij seu vi seu morbo sublata, Clementiam ducit. ibid. Iudæos, accepto auro, turpiter reducit in Gallias. ib. Engerranum Marinium laqueo necari iubet. num. 3. Cardinales dissentientes Philippi fratris opera ad creandum Pontificem Lugduni congregat. 1316, nnm. 1. moritur, relicta Regina prægnante. 1316. num. 11. submurmuratum veneficio ipsũ perijsse. ib. indulgentiæ pro illius anima oraturis propositæ. num. 12. nascitur illi filius posthumus Ioannes nomine breuis æui. num. 13. succedit in regno Philippus Longus. num. 18.

Ludouicus Sabaudus. a Clemente ad Henrici Cæsaris gratiam creatus Vrbis senator. 1310. n. 21.

Ludouicus archiep. Lugdunensis. multas contentiones cum Philippo Rege Francorum de Lugduni imperio exercuit. 1310. n. 34.

Ludouicus comes Ebroicensis. crucis symbolum a legato Cardinale accipit. 1313. num. 6.

Ludouicus Bauarus. creatus discordibus suffragijs Romanorum Rex. 1314. num. 17. qui principes ipsi studuerint. ibid. eorundem ad Pontificem futurum literæ. num. 18. &c. vt dissentio inter electores grauissima oborta sit. num. 19. ibid. creationis Ludouici forma. num. 21. & 22. vt dubia fuerint Ludouici ad imperium iura, iudicioque sedis Apostolicæ dirimenda. num. 25. Rudolphus frater dux Bauariæ ipsi est aduersatus. ibid. Aquisgrani corona argentea redimitur. ibid. solicitatur a Ioanne XXII. vt pacem ineat cum Friderico Austriaco. 1316. num. 10. ingenti prælio Fridericum fundit, capitque cum Henrico fratre. 1322. num. 14. solicitatur a Pontifice, vt ipso interprete pacem cum æmulo ineat. num. 15. Atestinos mar-

alijs, vti religiosis viris, committere. num. 26. soluuntur contraria Ioannis e Pollaeo argumenta. nu. 29. &c. Iurisdictionem vniuersalem accepit a Christo Papa, eamque per gradus deriuat in alios. num. 30. communicata est iurisdictio ab eodem Pontifice ob graues causas religiosis in parochianos. num. 32. iurisdictio ecclesiastica defensa ab Herueo magistro ordinis Prædicatorum. nu. 33. & a Petro Paludano. ibid. iurisdictio omnis ecclesiastica a Papa dimanat. num. 36. Græcorum & Latinorum patrum de ea re testimonia. ib. iurisdictio ecclesiastica defensa aduersus Petrum e Cunerijs. 1329. n. 75.

Ius Iustum. iuris carentia non stat in re, cuius vsus est in præcepto. A. 1323. n. 58. iuris carentiam in vsu rerum non vouere Apostoli. ibid. ius verum habuere in rebus. num. 60. damnati hæreseos id negantes num. 61. ius rerum, quo iustus fit vsus, aliud est quam ciuile & mundanum. 1329. num. 46. ius vtendi non est ius agendi. ibid. licentia vtendi, si iusta est, non est sine iure. num. 47. non datur vsus, qui nec iustus sit, nec iniustus. ibid. fas non est medium inter iustum & iniustum. ib. ius non peccato, sed iure diuino inductum. num. 53. non iure Regum inductum, quod ante Reges erat. ibid. & num. 54. non ius, sed iuris formulæ a Regibus in iudicio inductæ. ib. quo pacto ius humanum dicatur iniquum, vel inductum per iniquitatem. ib.

Iusiurandum. etiam rite nuncupatum a Vvaldensibus & Fraticellis damnatum. 1318. nu. 48. vera de eo doctrina. ib.

Iustitia diuina, diuinæ vindictæ exemplum cernitur in sacrarum imaginum violatore. 1305. n. 15. in ecclesiarum prædatoribus. nu. 17. vid. *Ecclesiæ persecutores*. Albertus Rex Romanorum, qui Adolphum Regem necarat, trucidatus. 1308. nu. 19. homicida, qui B. Nicolaum eremitam occidit, loco diuinitus aufugere non potuit. 1310. nu. 48. vltionis diuinæ exemplum in barbaros Eucharistiæ contemptores. 1311. nu. 72. Græci exauctorati imperio, qui sacerdotium redegerant in seruitutem. num. 73. Ferdinandus Rex Castellæ in ius vocatus ad diuinum tribunal ab ijs, quos temere supplicio affici iussit, dicta die moritur. 1312. num. 53. iustitiæ exemplum in satorem discordiæ aduersus Bonifacium VIII. 1315. n. 3. in prædonem sacrilegum. 1321. nu. 43. in Fridericum Montisferetri comitem iurium ecclesiæ inuasorem. ibid. in Recinerenses idololatras. 1322. nu. 2. Armeniorum excidia diuinæ iustitiæ ascripta. 1323. num. 6. & nu. 12. Christiani a Saracenis, quibus contra canonicas leges arma intulere, oppressi. ibid. Græci ob schismata & hæreses a Tartaris atteri. A. 1324. n. 39. Andronicus senior die sacro Spiritus sancti, cuius processionem e Filio negarat, exutus imperio a nepote. 1327. n. 52. diuinæ in ecclesiæ hostes vltionis plura exempla. 1328. nu. 53. impletum episcopi Morinensis oraculum, Philippum Pulchrum Regem Francorum, ac filios perituros misere, nec sceptrum posteris transmissuros ob persecutionem ab illo in Bonifacium VIII. excitaram. n. 68. præfectus militum, qui Pisanos ad nefariam concionem aduersus Pontificem coegerat, eodem die exustus. 1329. nu. 2. obiecta cœlitus species de obitu Guigonis delfini impudici. 1333. nu. 22. aliud visum de Florentia ob crimina in discrimen adducta. n. 26.

L

Ladislaus vvayuoda Transiluaniæ. Othonem generum Vngarica corona redimitum excipit, traditque vinculis. A. 1307. nu. 21. coronam sacram intercipit, negatque reddere Carolo Regi. 1309. num. 16. decernitur a legato Cardinale eam futuram profanam, quandiu a Ladislao tenta fuerit. ib.

Laiazium Armeniæ vrbs insignis. euersum ab infidelibus. 1322. num. 30. instaurari iussum per Babylonios a Tartaris ex fœdere. 1323. n. 9.

Landulphus Card. S. Angeli. ad Philippum Regem missus pro componenda Lugdunensi controuersia. 1310. n. 34.

Lateranensis basilica. consumpta incendio. 1308. num. 10. in illo sanctorum reliquiæ & altare ligneum, in quo S. Petrus diuina peregit, diuinitus seruantur. ibid. eandem basilicam refici iubet Clemens V. n. 10. & 11. effusa populi Romani in eo casu comploratio. eod. num. 11. iratum Numen pijs operibus placat. ib. illius in basilica Lateranensi instauranda feruor. ibid. peractæ solemnes supplicationes. ibid.

Lateranensis concilij statutum, Omnis vtriusque sexus. quis verus illius sit sensus. 1321. nu. 25.

Lauda. se Pontifici dedit. 1330. num. 39. 40.

Legitimatio. Orosius Rex Seruiæ natalium macula expiata, a Pontifice dignitati asseritus. 1323. n. 19.

Leo Rex Armeniæ. a Saracenis oppressus 1306. nu. 13. auxilia ipsi pollicetur Clemens V. ib. moriens regnum fratri Osinio relinquit. 1311. n. 77.

Leo iunior. in Armeniæ regno Osinio succedit. 1320. num. 47. renouatæ illum inter & Henricum Cyprium induciæ. ib. Ioannam Osinij nepotis vxorem incestis nuptijs ducit. A. 1322. n. 32. inde Armenia euastata. ibid. iuuatur a Pontifice auro subsidiario. A. 1323. nu. 4. Tartarorum Imperatoris clientelam suscipit. num. 9. fœdus cum soldano Babylonio sancit, vectigalque pendit. num. 10. accusatur apud sedem Apostolicam, ipsum defecisse ad schismaticos. 1330. de ea re iubet inquiri Ioannes XXII. ibid. oratores pro impetranda ope in Saracenos mittit ad Pontificem, qui ad Gallum Regem legati fuere. 1331. num. 30. Antiochetam & Siquinum Rhodijs donare constituit aduersus barbaros defendenda. 1332. num. 24. Regis Francorum aduentus spe mulcetur. ib. iterum oratores ad obtinenda auxilia mittit ad sedem Apostolicam. 1333. num. 12. decernitur classis a Pontifice & Gallo Rege pro tuenda Armenia. 1334. num. 12.

Leo. Ioanni XII. subrogatus ab Othone Imp. fuit antipapa. 1328. num. 33.

Leonardus episcop. Albanensis. decretus a Clemente V. cum alijs Cardinalibus ad coronandum Henricum VII. 1311. n. 6. & seqq.

Leopoldus Austriacus. solicitatur a Pontifice, vt fœdus pactum inter Fridericum fratrem & Ludouicum Bauarum discutiat. 1325. num. 2. arguitur, ipsum appellasse Ludouicum Regem. num. 3. apud Confluentiam colloquium init cum Gallo Rege, vt illum eueheat ad imperium. num. 7. misere perijsse fertur, viso dæmone magica arte euocato. 1326. n. 7.

Leprosi. corrupti pretio a Saracenis aquas inficiunt veneno. 1321. n. 44.

Liberalitas. Clementis V. in Carolum Regem Francorum alieno ære onustum insignis. 1307. n. 24.

Liberius Papa. hæreticus non fuit, sed præsumptus hæreticus ob communionem cum Semiarianis. 1331. n. 11. propterea fuit exauctoratus. ib. successit iterum Felici Papæ & martyri. ib.

Libertas. spiritus libertatem vocant impij spurcissimam hæresim. 1311. nu. 66. & 1312. num. 17. §. Quod vero. vesanæ illius libertatis execratio. 1311. num. 68. &c. quæ vera sit libertas, quæ falsa, demonstratur a Clemente V. contra hæreticos. ibid. libertatis impiorum auctor dæmon. num. 69. libertas euangelica non in effrenata carnis licentia, sed in integritate constat. num. 68. ostenditur fideles liberos esse. num. 71. quæ vera libertas iterum ostenditur. 1312. num. 17. §. Isti sunt. libertatis spiritus inductus a nonnullis hæreticis hypocritis. 1317. num. 59. hominum libertatem astrorum vi cogi effutit Franciscus Asculanus magus. 1327. n. 46.

menta. num. 28. apostolica aduersus eius errores sententia. num. 37. eidem a Ioanne e Poliaco paritum. ibid.

Ioannes Balua ordinis Prædicatorum. iudicio hæreseos persequitur Bizochum, asserentem Christum nil proprij neque in communi neque in speciali habuisse. A. 1322. nu. 53. inde exorta controuersia de proprio. ibid.

Ioannes Iacobi Regis Aragonum filius archiepiscopus Toletanus. ob ereptam Regum Castellæ scrinij præfecturam in patris regnum e Castella abscedit. 1323. n. 37.

Ioannes Vrsinus Cardinalis S. Theodori. creatus a Ioanne XXII. in Etruria legatus & pacifer. 1326. num. 1. honorifice habitus a Pisanis. ibid. a Castrucio de pace postulatur. num. 2. latam a Pontifice in Ludouicum sententiam de hæresi promulgat Florentiæ. 1327. num. 3. iubetur in Vrbem ad eam aduersus Ludouicum defendendam proficisci. num. 14. a Romanis repulsam patitur. n. 15. Irrumpit noctu in Vrbem, ac propulsatur. ibid. reuocatam ad Pontificis obsequium Vrbem confirmat. 1328. num. 50. Veronicam in suum locum reportat ingenti pompa. ib. arguitur, Columnenses bello infectatum. 1333. n. 25.

Ioannes archiep. Toletanus. concilium Compluti celebrat. 1326. num. 20. quæ in eo decreuerit. ibid. aliam Toleti synodum prouincialem celebrat. 1327. n. 40. quæ fuerint in ea constituta. ib.

Ioannes regiæ Castellanæ princeps. de Mauris insignem refert victoriam. 1327. nu. 41. gratulatoriæ ea de re Pontificis literæ. ibid. cœptis absistit. ib.

Ioannes Cantabriæ princeps. in conuiuio ab Alfonso Rege Castellæ obtruncatus, eiusque principatus occupatus. 1327. num. 41.

Ioannes e Conuenis Tolosanus archiep. creatus Cardinalis a Ioanne XXII. 1327. n. 55.

Ioannes Columna Romanus. creatus Cardinalis a Ioanne XXII. 1327. num. 55.

Ioannes Vicecomes Mediolanensis. creatus ab antipapa pseudocardinalis. 1328. num. 43. & pseudolegatus. 1329. num. 4. hæreseos & schismatis sententia damnatus a Pontifice. num. 4. in sinum ecclesiæ redit. n. 36.

Ioannes Arlotus. pseudocardinalis Petri e Corbaria. 1328. n. 43.

Ioannes e Ianuilla. orator missus ad soldanum Babylonium, vt ab eo terram sanctam repeteret. 1328. nu. 85. repulsam patitur, deliberatumque est de bello gerendo a Philippo VI. ibid.

Ioannes patriarcha Alexandrinus. pontificio nomine sacramento adigit Alfonsum Regem ob acceptum iure fiduciario Sardiniæ & Corsicæ regnum. A. 1329. n. 83.

Ioannes episcop. Tephelicensis in Georgia creatus. 1329. n. 94.

Ioannes Hannoniæ comes. quingentis succinctus equitibus in Mauros proficiscitur. 1330. nu. 48. metuens strui sibi insidias Pontifex retro illum abire iubet. ib.

Ioannes Core archiepiscopus Soltaniensis. 1330. n. 57.

Ioannes dux Britanniæ. Pontificem orat, vt de miraculis B. Iuonis inquiratur. 1330. n. 58.

Ioannes Dux Normanniæ postea Francorum Rex. obstringit se ad expeditionem Asiaticam conficiendam, si eam pater intermiserit. 1333. nu. 1.

Ioannes e Cepeyo Beluacensis. præfectus a Gallo Rege classi in Turcas. 1334. num. 10. victoriam refert vna cum socijs. n. 11.

Ioannes dux Brabantiæ. de Maclinia certat cum Flandro. 1334. n. 14.

Iordanus episcop. Columbensis. ad Nascarinos missus. 1330. n. 55.

Iousbertus Castellinoui vicecomes. Septam expugnat. 1309. n. 27.

Ira. vindictæ cupido religioni non parcit, vt iras satiet. 1311. n. 74.

Ira diuina. vid. *Iustitia diuina*.

Isabella filia Philippi IV. Regis Francorum. Eduardo iuniori pro firmanda concordia Gallos inter & Anglos nubit. 1307. num. 9. reuocata a viro Rege, vt in Angliã redeat, redituram se negat, ni Spenserius pellatur aula. 1326. vocatur in crimen turpis cum Mortimerio consuetudinis. ib. viro bellum infert. num. 16. Londinum occupat. ibid. fugientem Regem comprehendit & carceri mancipat. ib. Vgonem Spenserium tristi supplicio afficit. ibid. eius vir regio nomine exutus in publicis comitijs, ac deinde diro mortis genere extinctus. 1327. nu. 43.

Isabella Achayæ principatus heres. Ioanni Grauinæ comiti desponsata. 1318. n. 34.

Isabella Amalrici Tyri principis, qui Cypri tyrannidem affectarat, vidua. cum filio in carcere Armenico extincta. 1323. n. 13.

Isaias. ad patriarchatum Constantinopolitanum, pulso Gerasimo, intrusus ab Andronico Imp. 1311. num. 73.

Ismael Rex Granatensis. Christianos magna clade delet. 1319. n. 27. ex insidijs cæsus. 1322. n. 19.

Isnardus Thebanus archiep. ad Lateranensem basilicam pristino restituendam splendori transmissus a Clemente V. 1308. num. 10. data illi ab eodem Pontifice potestas excipiendi dicta testium, qui aduersus Bonifacium VIII. testimonium attulerint. 1310. num. 37. transfertur ad sedem Anthiochenam, tradita illi Papiensis ecclesiæ administratione. A. 1311. n. 76. in pontificiam & Guelfam partem coniurat. 1319. num. 8. ob scelera in ius vocatus. ib. exauctoratur decretoria sententia. ibid. intenditur ipsi actio hæreseos. 1320. num. 19. comprehenditur, ducique ad sedem Apostolicam iubetur. ib. accepta venia restitutus Thebano archiepiscopatui promouendo armorum fœderi in Turcas operam dare iussus. 1328. n. 85.

Italia. ciuili bello ardet. 1317. num. 32. internuntij apostolici ad illud componendum missi. ibid. Italos ad mutuam pacem hortatur Clemens V. n. 32. &c.

Iudæi. Christianum omnibus supplicijs, quibus Christus affectus est, Pragæ excarnificant. 1305. num. 15. exuti omnibus bonis pulsique e Gallijs. 1306. num. 18. inuadit eorum opes Philippus Rex. ibid. in Gallias reuocati a Ludouico Hutino. 1315. num. 2. exagitati a Pastorellis, & crudeliter trucidati. 1320. num. 23. susceptum eorum patrocinium a Pontifice. ibid. plures ex ijs ad fidem Christianam conuersi. ibid. iussi præsules a nefario Iudæorum cõmercio fideles deterrere. num. 24. respuentes imperia coercere. ibid. Clementis IV. contra Iudæos constitutio. ibid. de illorum ob Christum enecatum dispersione. num. 25. cæcitate & ingrati animi vitio. ib. Iudæi thalmud lectioni addicti. nu. 26. & 28. id flammis tradi iussum. eod. num. 23. eorum fraudes ad Christianos ad Iudaismum pelliciendos. num. 29. impudicitia in ijs contaminandis. ib. impietas in enomendis blasphemis vocibus. ib. Honorij IV. Papæ ad eiusmodi mala abolenda pius ardor. nu. 30. Iudæi a Saracenis subornati aquas ad necandos fideles in Gallijs inficiunt. 1321. n. 44. fideles Iudæi cur bona sua vendiderint. 1329. num. 26. perfossa sacra hostia pueri vagitum audiunt. 1330. num. 53. sola Iudæa ex ijs conuersa. ibid. tinctam cruore hostiam sepeliunt, quæ demum reperta. ibid. sacrilegij dant pœnas. ib.

Iudicia. die dominico exerceri vetita. 1317. nu. 4. contendere iudicio non pugnat cum sanctitate. 1329. num. 65.

Iudicium supremum. recolenda eius memoria. 1322. n. 25.

B. *Iuo Haelori*. de illius sanctitate & miraculis inquiri iubet Ioannes XXII. 1330. n. 58.

Iurisdictio ecclesiastica. iurisdictio ordinaria Papę in episcopatibus & parochijs demonstrata. 1321. num. 26. potest summus Pontifex parochianos absoluere, eamque potestatem

barbaros suscipiant . num. 24. Genuenses & Pisanos ad mutuam concordiam hortatur . num. 25. obiurgat Philippum Francorum Regem bello Anglico se implicantem . ibid. ne Brabantino etiam se inuoluat, auctor est. num. 26. Carolum Alenconij comitem Mercolij sedis Apostolicæ vectigalis nomine sacramento adigit. ibid. delitescentes in Balearico regno hæreticos insectatur. num. 28. de Bandino pseudominorita supplicium sumi iubet. num. 29. pseudominoritas inficientes Germaniam vinctos ad se perduci iubet. num. 30. in Vualdenses, grassantes in Pedemontio, inquiri præcipit. num. 31. creat Philippum Regem Fran. Asiaticæ expeditionis ducem. 1333. n. 1. bellum sacrum indicit Mahometanis. num. 3. de pactionibus cum Philippo initis literæ . ibid. quæ præfixa ad expeditionem dies. num. 4. pactiones nouæ institutæ, obtrudentes nouas difficultates Philippo. num. 7. Francorum regnum in clientelam apostolicam suscipit. num. 9. indulgentias defensuris Gallias, si hostes, agente in oriente Philippo, ipsas inuaserint. ibid. pluribus prærogatiuis transfretaturos afficit. ibid. intentat anathema Philippum a suscepta mente abducentibus. num. 10. crucis symbolo fideles insigniri iubet. ib. Robertum Sic. Regem ad colloquium cum Philippo ineundum inuitat. num. 11. Philippo crucesignato gratulatur. ibid. admonet fictionem in tanta re defugiendam. num. 12. ad comprimendas Turcarum excursiones vertit studia. num. 13. Turcis non domitis difficillimam Asiæ expeditionem futuram ait. num. 14. Italicas decumas Gallo Regi attribuit. num. 15. Gallum, Siculum, Venetum, Cyprium, Rhodium, Græcum fœdere coniungit in Turcas. num. 16. Bertrandum archiepiscopum Ebredunensem ea de causa mittit. ibid. Andronicum Imperatorem ad instaurandum ecclesiarum fœdus vrget. num. 17. datæ eodem argumento ad patriarcham literæ. num. 18. decernit legatos ad Græcos. num. 19. Angliæ Regem hortatur, ne Scotum affinem bello petat. num. 23. internuntios legat ad eos conciliandos. ib. sedem Italiæ restituere meditatur. num. 24. Ioannem S. Theodori Cardinalem insectantem Columnenses acriter redarguit. ib. designat alium antistitem, impedito Strigoniensi, ad cingendum corona Vngarica Ludouicum. num. 28. Treuirensem archiep. a Moguntino archiepiscopatu affectando sibi temperare iubet. num. 29. Nicolaum archiep. Cambaliensem creat apud Tartaros. num. 31. Tartarorum Imperatorem ad fidem amplectendam sollicitat. nu. 32. & Regem Corum. num. 35. & Vsbechum. ibid. Vosprensem episcopatum in Gazaria condit. ib. & in Gochia Cersonensem. ibid. Milleno Alanorum principi de eiurato schismate gratulatur. ib. & Versachto Regi Ziccorum. ibid. Tartaros ad colendum Christum hortatur. num. 41. euangelicos præcones amplissimis munit prærogatiuis. num. 42. legem de gradibus consanguinitatis ad neophytorum gratiam soluit. num. 43. apostatas a Mahometismo redeuntes in gratiam recipit. num. 44. quæstionem de visione beatifica agitat. num. 45. adducitur in inuidiam a maleuolis. ib. purgat se contra eorum calumnias. ib. eiusdem ea de re literæ ad Regem Francorum datæ. num. 46. vt suam in ea controuersia non depromserit sententiam, sed dicta sanctorum patrum tantum collegerit. ib. Durandi scripta in examen adduci iubet. num. 58. ad reuocandos ad obsequium ecclesiæ Græcos incumbit. 1334. num. 1. hortatoriæ ea de re ad Andronicum scriptæ literæ. num. 2. & ad Imperatricem. num. 3. sollicitat Gallum, vt ea de causa Constantinopolim oratores mittat. ibid. de bello Turcis inferendo plura constituit. num. 7. Robertum Siciliæ Regem ad iungenda in Turcas arma vrget. num. 11. Armeniæ Regem auxilij spe sustentat. num. 12. ad sopiendum bellum Brabantinum internuntios mittit. num. 14. & ad Sabaudum Delphinum quem conciliandos. num. 17. & ad Italos proceres ad concordiam redigendos. ib. rebellat in eum Bononia. ib. insectatur Fraticellos. num. 18. petentem veniam Bauarum ea lege, vt retineret imperium, respuit. num. 19. eundem ad amplectendam pœnitentiam hortatur. num. 20. Polonos & cruciferos ad pacem redigere annititur. num. 24. Vngaro Regi eumque secuturis aduersus infideles indulgentias proponit. num. 26. quæstionem de visione in vtramque partem agitat. num. 27. si quid in ea agitanda contra veritatem dixerit, reuocare se id velle profitetur. num. 28. scripta assertiuam sententiam propugnantium legi in senatu iubet. num. 29. refellit eorum calumnias, qui ipsum Minorum supremum præfectum ad disseminandam opinionem erroneã misisse aiebant. num. 30. pseudominoritæ illi calumniantur. n. 31. in eundem Neapoleo Card. Vrsinus coniurat. ib. agitatum de cogendo in ipsum conciliabulo. ib. & num. 32. parata hæreseos calumnia ob dicta in quæstione de visione. num. 33. professio fidei ab eo edita in extremo vitæ flexu. num. 36. moritur. num. 38. Caluini in eum calumniæ. ib. confutatur huius impudentia. ib. vt sacramenta rite receperit. num. 30. sedis tempus. ib. oriens in Ioannis obitu grauissimam iacturam passus. num. 40. de ingenti illius thesauro. ibid. calumniæ ipsi aspersæ refelluntur. ibid. singulis noctibus ad diuinas laudes repetendas surgebat. ibid. perperam a nonnullis Minoritis in inuidiam vocatur. num. 41. optime de eorum ordine meritus, repressis factionibus in eo exortis. ibid. veros Minoritas auxit honoribus. ib. paupertatem Franciscanam tutatus est aduersus Minoritas aliquos nefarijs interpretationibus instituta S. Francisci deprauantes. num. 42. pio tuendæ fidei, & ordinis Franciscani ab erroribus vindicandi studio pseudominoritas est insectatus. num. 44. pontificio officio ad id fuit obstrictus. ibid. cur plures in Minoritarum litibus constitutiones ediderit. ibid. Ioannis elogium. ib.

Ioannes Ludouici Hutini filius posthumus. breuis æui Galliarum & Nauarræ Rex. 1316. nu. 13.

Ioannes Gaytanus. creatus Cardinalis diaconus S. Theodori. 1316. n. 21.

Ioannes episcop. Magalonensis. translatus ad Tolosanum archiepiscopatum recenter institutum. 1317. n. 13.

Ioannes regiæ Castellanæ princeps. ex inuidia sacrum Granatense bellum disturbat. 1317. num. 38. bellum in Mauros suscipit. 1318. num. 36. attributæ illi decumæ. ibid. ad egregie cœpta accenditur. ibid. sacræ indulgentiæ eum secuturis propositæ. ib. Petri principis æmulatione ad Granatam castra promouet, ac vincitur. 1319. num. 27.

Ioannes Angliæ Rex. vt Angliam & Hiberniam Romano Pontifici vectigales constituerit. 1317. n. 47.

Ioannes Barraut pseudominoritarum signifer. iussus comprimi vna cũ socijs a Minoritarum præfecto. 1317. n. 61.

Ioannes Namurci comes. fidem datam fraternæ amicitiæ præfert. 1318. nu. 24. vrgetur bello a fratre Roberto. ibid. rem dignam laude fecisse pronuntiatur. ib.

Ioannes Muscata episcopus Cracouiensis. increpitus ob segnitiem, iussusque consurgere in hæreticos. 1318. num. 43.

Ioannes Manuel regiæ Castellanæ princeps. tutorium Regis munus inuadit. 1320. num. 34. ortæ inde turbæ. ibid. intentatæ illi censuræ. num. 35.

Ioannes e Poliaco. eius errores. 1321 num. 20. & num. 37. refelluntur. num. 25. &c. soluuntur eius argumen-

num. 84. cum Gallo Rege de Syria recuperanda agitat consilia.num.85. poscit ab eo Armenius, vt Antiochenum principatum nepoti confirmet. ib. bellum Cypro imminens discutere tentat. ib. principum Christianorum fœdus in Turcas promouet. ib. antipapa Ioannis XXII. nomen execraturis fictitias indulgentias proponit. A. 1329. num.1. inficere orientem annititur. num. 3. in eius sequaces animaduerti iubet Pontifex. ibid. & in eius anticardinales. num.4. Pistorienses e schismate ad ecclesiæ obsequium reuersos absoluit. num. 6. Pisani, damnato schismate pulsoque antipapa, ad eum redeunt. num. 7. & seq. item Mediolanenses & plures Insubriæ vrbes. num. 13. Romani se suaque aduersus antipapam deuouent Ioanni. num. 18. confert Atestinis marchionibus beneficiarium toparchatum Ferrariæ. num. 20. proponit redituris a schismate veniam. num. 21. Michaelem Cæsenatem hæresiarcham damnat. ibid. scribit aduersus eius errores commentarium. ibid. & num. 22. &c. laudat constantiæ Minoritarum ordinem, nimirum ferme vniuersum, paucis exceptis, cum ipso stetisse. num. 69. damnat errores Echardi. num. 70. imperat Coloniensi archiep. vt eos a suo grege abigat. num. 73. gratulatur Philippo Regi ipsum tutatum esse ius ecclesiasticum. num. 78. decernit, Robertum successoresq; Reges Scotiæ apostolica auctoritate ab episcopo S. Andreæ sacrandos. num. 79. Dauidem Roberti successorem præceptis optimis informat. num. 82. sacrorum vsum Scotis restituit. ibid. denarium S. Petri ab ijs exigit. ibid. ab Alfonso Rege ob acceptū iure fiduciario Sardiniæ & Corsicæ regnum sacramentum exigit. num. 83. &c. obiurgat Aragonem dixisse, vetitas a fratre pro adipiscendo regno nuptias initum iri. num. 90. pœnas contra huiusmodi contrahentes exponit. ibid. & seq. ad Castellæ Regis gratiam pro publica pace legem de gradibus consanguinitatis soluit. num. 92. Armenios auro subsidiario iuuat. num. 94. Petrum e Palude creat patriarcham Ierosolymitanum. ibid. Tephelicensem episcopatum condit in Georgia. ibid. Trapezuntinum Imperatorem ad coniunctionem cum Romana ecclesia sollicitat. num. 95. Vngaros, Scythiæ Malchaytas, & Alanos in fide confirmat. ibid. mittit ad eos sacerdotes & episcopos. num. 96. Elchigadam Imperatorem Tartarorum ad fidem inuitat. num. 97. Pisæ ad illius obsequium redeunt. 1330. n. 1. Petrum e Corbaria antipapa, latebras captantem quæri diligenter iubet. num. 2. Bonifacium comitem admonet, vt scelestum hominem tradat. ibid. eiusdem Petri supplices literæ ad Pontificem datæ. num. 3. Ioannis responsum. num. 4. cur misericordia potius, quam seueritate vsus sit. num. 5. pactiones cum antipapa initæ. num. 7. cautum eius vitæ. ibid. præscribit modum damnandi ab eo schismatis. num. 9. satellitio stipatum ad se adduci iubet. num. 10. spe veniæ demulcet. ibid. pendente e collo laqueo, antipapa se ad illius pedes pronum abijcit, & schisma eiurat. num. 11. & seqq. parcit illi Ioannes. num. 25. censuris soluit. ibid. principes ac præsules de resipiscentia antipapæ facit certiores. num. 26. Bonifacium comitem ornat muneribus. ibid. Tudertini & alij ad eius obsequium reuersi. num. 40. Romani gesta cum Ludouico Bauaro dissoluūt. num. 42. pœnas ecclesiæ perduellibus incutit. num. 43. Castellæ Rex, missis oratoribus, subsidia ab eo in Mauros poscit. num. 44 similia postulat etiam Rex Aragonum. nu. 46. quas cum eo pactiones iniuerit, ib. Nauarræ Regis arma in barbaros sociare parantis consilium laudat. num. 47. Philippum Francorum Regem hortatur, vt Robertum Atrebatensem sibi conciliet. num. 49. pœnam irrogat ijs, qui Balduinum archiep. Treuirensem interceperant. num. 51. Achaicam expeditionem inituris proponit indulgentias. nu. 54. Nascarinos in fide orthodoxa confirmat. num. 55. & Montisalbors accolas. ibid. episcopum & fidei formulam ad eos mittit. ibid. Iacobitas ad catholicam fidem suscipiendam solicitat. num. 57. sacram actionem de miraculis & sanctitate B. Iuonis instituit. num. 58. distringi legum vim iubet in pseudominoritas Marsilij & Ianduni hæreses propugnantes. A. 1331. nu. 1. & 2. antipapæ capellanum donat venia, & crimen cum publice Romæ damnare iubet. num. 3. Fraticellos publice anathemate desigendos decernit. num. 4. 5. sacramenta profanantes insectatur. nu. 6. Angelum eorum principem iudicio hæreseos subijci iubet. ibid. Reginam Sic. instruit aduersus pseudominoritarum errores. num. 17. Regi Boemiæ, Italici regni administrationem suscipienti, se opponit. num. 18. dein cum eo fœdus paciscitur. num. 19. Germanos principes a Ludouico Bauaro abducere nititur. num. 20. iudicium hæreseos & schismatis instaurat in eundem. num. 22. Stetinenses duces suprema sui principatus iura in Io. Papam transferunt. num. 23. ijsdem ipsorum ditio iure fiduciario a Ioanne restituta. num. 24. Vngaro Regi de victis Tartaris gratulatur. num. 25 inter Balearem Regem, & Fuxensem comitem inire curat inducias. num. 18. Castellano in Granatenses decumas attribuit. num. 29. refert illi patriarcha Ierosolymitanus, soldanum Palæstinam restituere denegasse. A. 1331. nu. 30. indicit bellum sacrum ad liberandam Palæstinam. ibid. iniquis Philippi Francorum Regis postulatis repulsam dat. ib. Leonis Regis Armeniæ opem flagitantis oratores excipit. num. 30. eosdem ad Philippum Regem Francorum mittit. ibid. eundem admonet, Melgorij & Montisferrardi comitatus Magalonensi ecclesiæ a Romana ecclesia attributos. num. 31. quæ dotes in episcopis desiderentur, docet. nu. 32. Cardinalium senarum auget. num. 33. Angliæ Regem salutaribus præceptis imbuit. num. 35. 36. Reginam Aragonum instruit, qua ratione magicæ insidiæ superandæ sint. num. 37. Corsos apostolicis documentis ad vitam Christianam ducendam informat. num. 38. Sueciæ Regem sacris indulgentiarum beneficijs afficit. nu. 41. aliqua sacella condit. num. 42. controuersiam de visione beatifica agitat. num. 43. cur argumenta contraria congesserit. num. 44. quæ illi a coniuratis hostibus obiecta sint. ib. eorum sincera interpretatio. nu. 45. pia Ioannis consilia. 1332. num. 1. deliberat Italiæ restituere sedem Apostolicam. 1332. num. 1 a Rege Francorum retardatus diem extrahit. ibid. cum eo paciscitur de expeditione orientali conficienda. num. 2. data a Philippo ea de re ad Ioannem literæ. ibid. Bononienses Pontifici, Bononiam transferre sedem cogitanti, Vrbis imperium suaque addicunt. ibid. Romanorum dissensiones sedare studet. num. 9. in eum ob fœdus cum Boemo initum Guelfi coniurant. num. 10. conuenitur a Rege Boemiæ. ibid. Ludouicus ad eum oratores mittit pro excusandis superioribus gestis, poscendisque cæsarei apicis confirmatione. num. 11. Picentes, schismatis veniam orantes, absoluit. nu. 12. & Mediolanenses schisma damnantes. n. 22. excusant illi non obstitisse Ludouico, ne Mediolani ferream coronam acciperet. n. 15. Regem Trinacriæ ad sinum ecclesiæ reuocare studet. n. 17. Ioannem principem Achaiæ admonet, vt Philippo nepoti, sponsionem clientelarem addicat. num. 18. Regem Vngarum cum Roberto conciliat, iuncta affinitate. num. 19. Reginam Siciliæ contra Fraticellorum insidias præmunit. num. 20. Genuenses cum Baleari & Aragonio Regibus in concordiam redigere molitur. ibid. arguit Venetos, tolerari ab ipsis schismaticos & hæreticos. num. 23. Rhodios equites solicitat, vt Antiochetam & Siquinum in Armenia defendenda contra bar-

cipe celebrandis rescindit. num. 19. insignem aliquorum religiosorum inimicam scurrilitatem plectit. num. 22. pseudominoritas & pseudoapostolos persequitur. num. 23. merces Ægiptijs inferentes damnat, num. 24. de Græcorum imperio ad ecclesiæ sinum reuocando agit. num. 26. Iacobitas, vnam tantum in Christo naturam fingentes, insequitur, num. 28. & Nestorianos. ib. & Græcos negantes infernum & purgatorium. ib. & affirmantes animas sanctorum vsque ad finem iudicij cælo non excipi. ib. & porrigentes Eucharistiam iumentis. ib. Bononienses ad constantiam aduersus Ludouicum confirmat. A. 1327. n. 2. iudicio hæreseos postulari eundem, significat. ib. Italos, vt se aduersus illum communiant, admonet. num. 3. vrgetur a Romanis, vt sedem Vrbi restituat. num. 4. iterum iterumque. num. 5. 6. eludit petita Romanorum. num. 7. denuntiant Romani, ut veniat, Ludouicum accepturos. num. 8. iterum prætexit excusationes. num. 10. Romanos arguit, se dicere acephalos. num. 12. Ioannem S. Theodori Cardinalem in Vrbem proficisci iubet. num. 14. plures ditionis ecclesiasticæ clientes ab eo deficiunt. num. 16. Mutina eius partes amplexa. num. 17. percellit Ludouicum decretoria hæreseos sententia. num. 19. obijcit illi hæresim negantium, Christum ius in rebus, quibus vtebatur, professum. num. 20. 21. conatum Germanos & Italos in eam inducere. ibid. Marsilij & Ianduni libellum hæresibus inquinatum recepisse. ibid. permisisse eas hæreses disseminari. ibid. violasse interdicta ecclesiastica. num. 22. anathematis laqueis solui non curasse. num. 24. quas illi pœnas inflixerit. num. 25. fideles illi parere vetat. num. 26. Marsilium Patauinum & Iandunum hæresiarchas postulat iudicio. num. 27. 28. refellit damnatque eorum hæreses, nempe Christum ex necessitate tributum pensitasse Cæsari. num. 29. Petrum non fuisse primatem Apostolorum. num. 30. spectare ad Cesarem instituere Pontifices, & exauctorare. num. 31. nullam hierarchiam ecclesiasticam a Christo institutam. num. 32. neminem ab ecclesia puniri coactiue posse. num. 33. inflictæ hæresiarchis pœnæ. num. 35. Iacobus Rex Aragonum Ioanni suam aduersus Ludouicum Bauarum defert operam. num. 39. gratulatur Pontifex Ioanni principi de parta de Mauris victoria. num. 41. S. Elisabetham in piorum operum studio confirmat. num. 42. pacare Aquitaniam studet. num. 44. insectatur magos. n. 45. Michaelem Minoritarum præfectum in ius vocat. num. 47. Regem Vngarum ad abolendos hæreticos inflammat. num. 48 ducem Russiæ ad fidem tentat allicere. num. 49. Ludos cruentos, Neapoli fieri solitos, intermitti iubet intentato anathemate. num. 50. priuilegia contra sedem Apostolicam non valere decernit. num. 53. indulgentiarum præmia fidelibus angelicam orationem ad vespertinum crepusculum repetentibus confert. num. 54. Cardinalium numerum auget. num. 55. sacram in Ludouicum militiam indicit. A. 1328. num. 4. quæ ab eo causæ adductæ. ibid. & num. 5. fœderatis Ludouici censuras intentat. ibid. illum inuasisse Italiam queritur. n. 6. fouere hæresiarchas arguit. n. 7. clerum eius commercium defugientem commendat. num. 8. hortatur ad constantiam. ib. Marsilium & Iandunum hæresiarchas capi iubet. nu. 10. audet in eundum Ludouicus ex hæresiarcharum consilio impiam ferre sententiam. num. 11. tres primæ obiectiones de distinctione vsus & iuris, & vocum vti & abuti, & de carentia iuris in fraterculis ineptæ demonstrantur. num. 12. aduersus quartam obiectionem demonstratur illum errare non potuisse. num. 13. recte dixisse verba, *Nolite possidere*, non fuisse præceptiua. num. 14. & ad definiendum fidei articulum scientiam non sufficere. num. 15. præcipuæ partis sententiæ Ludouici formula. num. 16. Bauari temeritas in eo ostenditur. num. 17. 18. vt contra iuris formulas id facinus præsumptum sit. num. 19. Ioannis sententia in Ludouicum Romæ diuulgata, eodem ibi agente. num. 20. nefarium aliud edictum in Ioannem a Ludouico latum. num. 23. confutantur illius errores. ib. obiectum Ioanni, cũ in Gibellinos bellum sacrum indixisse. n. 27 potuisse iure id agi ostenditur. ib. multis criminibus oneratur a Ludouico. num. 28. ob ea etiam, si vera essent crimina, non modo a Ludouico, sed ne quidem a synodo œcumenica exauctorari potuisse ostenditur. num. 30. exemplum Othonis Imp. petitum a Bauaro refellitur. num. 33. itidem dissoluitur obiectio, quod Christus non fuisset perfectissimus viatorum, si ius rerum habuisset. num. 34. Ludouici in Ioannem facinus damnatum a pijs. ib. solicitatur Ioannes ab Alberto Austriaco, vt Fridericum confirmet. num. 38. respondet, decretum electionis illius sibi non oblatum. ib. solicitat principes electores, vt nouum creent Cæsarem. num. 39. & 40. sancit, alibi quam Francofurti fieri electionem posse. ib. res frustra tentata. num. 41. cruciferis iudicium intendit ob Ludouici fœdus. ib. creatur a Ludouico Romæ aduersus Ioannem antipapa. num. 42. Ioannis imago straminea exusta. ib. Ludouicus inde bonorum odia contrahit. ib. antipapa edicta Ioannis præsumit rescindere. num. 45. cum eo sentientes catholicos damnat hæreseos. ib. indictæ a Ioanne publicæ preces. num. 46. exinde deiectæ schismaticorum res. num. 47. fugato Bauaro, Roma ad Ioannis obsequium reuocata. num. 49. Ioannis hostes principes Gibellini diuinitus extincti. num. 53. marchiones Atestini ad Pontificis obsequium redeunt. num. 54. supremum Ferrariæ imperium pontificij iuris esse profitentur. n. 55. Taruisini se Ioanni dedunt nu. 58. Robertum Regem Sic. filij vnici morte consternatum ad constantiam excitat. num. 59. vt Michaelem Cæsenatem obiurgarit. num. 60. molitum apostasiam vna cum socijs damnat num. 62. 63. ab eo Michael hæresiarcha ad concilium prouocat. num. 65. renouata Pisis a Ludouico in Ioannem impia sententia. num. 6[illegible]. damnat Ludouicum hæreseos. ib. pseudominoritas insectatur legibus. ib. profitetur, se paterna charitate pios Minoritas complecti. num. 6[illegible]. plures ex ijs creat episcopos. ib. de nonnullis alijs insanientibus in sedem Apostolicam conqueritur. ib. Ioannam Francorum Reginam viri Regis morte afflictam solatur. num. 66. Reginæ Nauarræ de sceptri successione gratulatur. num. 69. & Philippo Regi ob partam de Belgis victoriam. ib. eundem solicitat ad causam ecclesiæ suscipiendam. num. 70. litem inter Anglum ac Philippum de sceptro Gallico sopire nititur. num. 72. suadet Philippo, vt fœdere Anglum sibi deinciat. ib. spretum illud ingenti malo consilium. ib. Scotiæ Regis, censurarum veniam poscentis, oratores excipit. n. 73. soluit eum anathemate, addito imperio, ne Angliam bello vexet. ib. Castellæ Regis, flagitantis subsidia in Mauros, literæ ad Pontificem datæ. num. 75. quibus legibus decumas sacras illi concesserit. num. 76. obstringit ad ecclesias in partibus de Mauris locis constituendas. num. 77. reprimendam superstitionem Mahumeticam. num. 78. Petrum Cardinalem Carthaginensem legat in Castellam. num. 80. pileum rubeum ad eum mittit, vt maiori auctoritate pacem publicam resarciat. ib. Philippi regis Balearis principis postulata de religiosa familia, quæ S. Francisci instituta ad literam obseruet, repellit. num. 82. ordinem Eremitarum S. Pauli confirmat. num. 83. quinquaginta sacerdotes ex ordine Prædicatorum mittit ad gentes euangelio collustrandas. num.

scopi Feltrensis interfectorem sententia percellit, num. 23. in cum plures Italici clientes ecclesiæ rebellant. n. 24. cum Galeario Mediolanensi ob correptam ab illo Insubriæ præfecturam bellum gerit. num. 26. Scaligerum ad partes ecclesiæ redeuntem censuris absolui iubet, modo vacuo imperiali solio illius administrationem ad sedem Apostolicam spectare profiteatur. num. 27. & Passarinum Mantuanum. ib. Marchiones Arestinos in gratiam recipit. ib. Ludouicus Bauarus eos ab ecclesiæ obsequio aliosq; Gibellinos auertit. n. 28. Pontifex in Ferrarienses perduelles bello parat decernere. num. 29. eius copiæ Mediolano a Ludouici Bauari duce propulsatæ. n. 30. in Ludouicum iudicio agit. ib. lata in eundem sententia. num. 31. rescindit sacramenta Ludouico præstita, donec a sede Apostolica confirmatus sit. n. 34. ab eo ad concilium generale prouocat Bauarus. nu. 35. & seqq. fouere Franciscanos in hæresi accusatur. num. 36. Lusitanum Regem ob necatos in carcere duos sacerdotes censuris deuinctum absoluit. num. 37. controuersiam de paupertate, adhibito theologorum cœtu, diligenter discutit. 1323. num. 38. &c. consulit academiam Sorbonicam, quisue transmissus ad eum commentarius fuerit. ib. alia doctorum responsa ipsi data. n. 58. &c. post grauissimas theologorum, episcoporum, Cardinaliumque concertationes definit, Christum & Apostolos ius habuisse in eas res, quibus vtebantur vel in speciali vel in communi. num. 61. Cardinales & episcopi, qui aduersam tenuerant sent tentiam, parent illius decreto. at Minoritarum supremus præpositus cum Ochamo & aliquot pertinacissimis sodalibus illi obluctatur. ib. indicit Guillelmo Ochamo iudicium de errore peruicaciter defenso. num. 62. demonstratur, errare non potuisse Ioannem in explananda Nicolai decretali. num. 63. impios fuisse, qui decretum fidei ferenti contradixere. ib. decernit Thomæ Aquinati sanctorum honores. num. 64. præcipua illius admiranda gesta promulgat. ib. & num. seqq. indulgentias proponit recurrentibus nonis martij eius reliquias veneraturis. num. 66. de Philippi archiepiscopi Bituricensis miraculis inquiri iubet. num. 67. Ludouico Bauaro, supplice libello diem iudicij extrahi efflagitanti, plura obijcit. A. 1324. nu. 1. & 2. semestre spatium postulanti bimestre tantum indicit. num. 3. ab eo appellat Ludouicus. num. 4. Matthæum Vicecomitem Mediolanensem & filios iudicio persequitur. num. 6. & seq. & eorum fautores Germanos. num. 12. pronuntiat, Bauarum deuinxisse se anathemate. num. 13. vetat Regem se dicere, sed electum. ib. & ius ecclesiasticum lædere. ib. appellat ab eo Ludouicus, quæue ipsi obiecerit. num. 14. spernit prouocationem Ludouici. ib. præmonet Ioannes electores aduersus Ludouici calumnias. num. 17. confutat eiusdem figmenta. num. 18. Arestinos marchiones ob Ferrariam occupatam damnat. num. 19. Guidonem episcopum Aretinum ob tyrannidem in clientes ecclesiæ damnat. nu. 20. Cortoniensem episcopatum instituit. ib. decretoriam sententiam fert in Ludouicum. n. 21. iubet, eum trimestri labente Regis nomen ponere. num. 22. vetat, ipsi regia deferri obsequia. num. 24. ab hac sententia prouocatum ad concilium a Ludouico. n. 37. proscinditur ab eo conuitijs. num. 30. damnat hæreseos oppugnantem decretum fidei de paupertate Christi. num. 31. Sardici vectigalis partem dimidiam ad decennium remittit. nu. 35. Anglum monet, vt præsumpta a suis in Aquitania emendet. n. 38. aliquam pecuniæ vim Armenijs auxiliatem submittit. nu. 43. inuehentes Saracenis merces censuris percellit. n. 44. mittit in Lithuaniam ad fidem amplificandam legatos. nu. 45. Gedeminnum Regem Lithuanum hortatur ad Christi cultum. nu. 48. cruciferos vetat vexare Lithuanos. num. 51. in ius vocatos obiecta, si vera sint, emendare iubet. nu. 53. Gallorum Regem ad imperium euehere nititur. A. 1325. n. 1. pactiones inter Ludouicum Bauarū & Fridericum Austriacum damnat. n. 2. Leopoldum Austriæ ducem ab ijs firmandis abducere nititur. ib. vergere in dedecus ecclesiæ & electorum ait. ibid. queritur, ab eo Ludouicum appellatum Regem. nu. 3. flagitantibus Austriacis, vt Fridericum Cæsarem renuntiet, respondet vt decretum electoris ostendant. n. 5. laturum se æquam sententiam cum postulatum ius fuerit. ibid. Germani in eum concitati. ibid. sollicitat Gallorum Regem, vt intrepide & ardenter viam sibi ad imperium muniat. nu. 6. eius increpitat segnitiem. ib. mittit oratorem ad promouendam apud Germanos Galli Regis electionem. num. 7. eius consilium dissipatum. ibid. Polonum in Ludouicum Bauarum concitat. num. 8. euastati a barbaris Brandeburgici principatus inuidiam sibi conflat. ibid. Genuenses ad tundendam Vicecomitum potentiam sollicitat. num. 9. ingentibus curis confectum se profitetur. ibid. ducem Calabriæ instruit, vti se in Trinacria expeditione gerere debeat. num. 10. gratulatur Roberto ob addictum rebus diuinis animum. num. 11. pacem Gallos inter & Anglos componere nititur. num. 12. Eduardum Regem Angliæ salubribus præceptis informat. num. 13. Belgas dissentientes conciliare studet. num. 14. S. Elisabetham Lusitaniæ Reginam de viri morte solatur. num. 15. sollicitat, vt filium virtutibus excolat. num. 16. acceptum Pontifici refert Aragonum Rex Sardicum regnum. nu. 17. iuri Pontificio cauet, remisso dimidio censu decennali. num. 18. in ius vocat Vbertinum e Casali pseudominoritam. num. 20. Petri Ioannis Oliui scripta damnat. ibid. eius monumentum dissipari iubet. ibid. summa consilij maturitate id actum. ibid. plures eiusdem nouatoris articulos discuti a doctoribus iubet. num. 21. edicit, ne religiosi inconsulta sede Apostolica orientem petant. n. 26. profitetur, se non Minoritas insectari, sed impios nouatores a Minoritarum statu deficientes. num. 27. Vngariæ Regem sollicitat, vt hæresim in Bosnia exscindat. nu. 28. Vngarum aduersus infideles securis indulgentias proponit. num. 29. Ioannem Boemiæ Regem ad constantiam in suscepto ineundæ expeditionis Syriacæ consilio hortatur. num. 30. de miraculis Gregorij X. Pontificis inquiri iubet. num. 33. Cardinalem S. Theodori legatum in Italiam mittit. A. 1326. num. 1. creat in Etruria paciferum. ibid. Castrucium, si ficte non agat, recipi in gratiam iubet. num. 2. Guidonem exepiscopum Aretinum defixum censuris promulgari mandat. nu 4. partem ditionis ecclesiasticæ amittit. num. 5. concordiam inter Bauarum & Austriacum initam damnat. num. 6. impetrat Treuirensi archiepiscopo, ne differat edicta in Ludouicum pronuntiata euulgare. ibid. Bochardo archiepiscopo Magdeburgensi potestatem confert, vt discedentes a Ludouico conciliet ecclesiæ. num. 7 Bochardi interfectores insectatur. num. 8. Sueco Regi dimidiam sexennalium decimarum partem aduersus infideles attribuit. num. 10 monet Gallorum Regem, ne acerbitate iuris in Anglum vtatur. num. 11. sopire inter eos renascentem discordiam studet. num. 12. ob id publicas preces indicit. ibid. consulit Eduardo, vt paci se accommodet. num. 14. a principibus Anglis vexandis absistat. num. 15. monet Spenserium Angliæ Regis amicorum principem, ne in se aliena odia concitet. ibid. inter delphinum ac Sabaudum impetrat inducias. nu. 17. Pedemontium pacare nititur. ibid. de pace inter Siciliæ & Trinacriæ Reges agitur. ibid. Ilerdensis episcopi decretum de baptismo & nuptijs in ecclesia tantum loci principe

cipe

narum contemptum diuinarumque amorem hortatur. ib. censurarum obiecto metu Belgas ad pacem adigit. num. 16. Philippum Regem ab expeditionis Asiaticæ consilio ob occidentis tumultus reuocat. num. 17. &c. rem prudenter decernendam auctor est. num. 18. respondet Regi Angliæ, prius bellum Anglicum sopiendum, quam suscipiatur Asiaticum. num. 19. consulitur ab Eduardo Anglorum Rege, an balsamo, quod a Deipara Thomæ Cantuariensi archiepiscopo datum ferebatur, inungendus foret. num. 20. respondet, si nulla insit superstitio, clam eo liniri posse. ib. præcipuos Scotiæ præsules ad se euocat. n. 21. actionem Roberto Regi intendit. num. 22. Alfonsum Cerdam principatui restituere nititur. nu. 24. &c. Compostellanum archiepiscopum ipsius ditioni asserere nititur. nu. 28. ordinem militiæ Christi in Lusitania instituit. nu. 29. ad celebrandam S. Ludouici episcopi translationem sex Cardinales mittit. num. 30. acceptas de nonnullis Minoritis in India martyrio affectis literas in consistorio legit. num. 31. Fridericum Austriacum ad ferenda contra Rascios auxilia Vngaro solicitat. A. 1320. n. 2. & Boemum, & Polonum, & Carinthium. ib. iura Lundensis archiepiscopi in Dano Rege coronando asserit. num. 5. extrahi regiam inunctionem iubet. ib. Robertum Siculum in Insubria interregem creat. num. 9. iubet Insubres Philippo comiti Cœnomanensi Roberti legato obsequi. ib. Bertrandum e Poieto Cardinalem Apostolicæ sedis legatum renuntiat in Italia. num. 10. & pacis seruatorem. ib. obsistunt illi Gibellini duce Matthæo Vicecomite. num. 12. hunc anathemate percutit. ib. actione hæreseos insectatur. num. 13. item Passarinum Mantuæ præfectum. ibid. & Scaligerum. ib. periurij notam ob indictum Roberto Regi bellum Friderico inurit. n. 15. eum vetat, Robertum bello petere. ib. marchiones Atestinos ob Ferrariam occupatam in ius vocat. num. 18. in perduelles ditionis ecclesiasticæ legibus agit. ib. Isnardum patriarcham exauctoratum, spernentem censuras, hæreseos iudicio persequitur. nu. 19. Pastorellorum factionem in Gallijs comprimendam curat. num. 22. thalmud flammis aboleri iubet. nu. 24. Clementis IV. Honorij IV. & Odonis Cardinalis legati edicta contra thalmudistas confirmat. n. 25. &c. pacandæ Lusitaniæ dat operam. num. 33. sparsos falsos rumores de abroganda Alfonso successione confutat. ib. periclitanti ex dissensionibus Castellæ opem fert. num. 35. Guillelmum episcopum Sabinensem in eam legat. ib. Ioannem Manuelem regiæ procuratione abire admonet. ib. præsules Scotos venire abnuentes, ferit anathemate. nu. 36. & Robertum Brusium. ib. illius oratores excipit. num. 37. concordiam Anglos inter & Scotos redintegrat. nu. 39. regio nomine Robertum appellat, oratoresque vt regios colit. nu. 40. Clementis V. constitutionem renouat de regio nomine possidenti, sine alterius fraude deferendo. num. 41. Eduardo facti rationem reddit. n. 42. censum ab Eduardo exigit. ib. Thomam Herefordensem sanctorum catalogo apponit. num. 44. Genuensium cum Cyprijs, Cypriorumque cum Armenijs componendæ controuersiæ dat operam. num. 47. inter Leonem Armeniæ & Henricum Cypri Reges inducias imperat. num. 48. tertiam Cardinalium creationem edit. num. 49. Abuscano principi Tartarorum de suscepta fide gratulatur. A. 1321. nu. 2. Mussaydan Imperatorem Tartarorum studet ad fidem pellicere. num. 2. & Zopan Begilay Regem. ib. euangelicos præcones ad laborum constantiam hortatur. num. 4. & neophytos ad perseuerantiam. ib. Caphensem episcopum contra Genuensium iniurias tutatur. num. 5. præsules non rite promotos a catholico archiepiscopo promoueri iubet. ib. docet archiepiscopum S. Thadæi, confirmationem a solis episcopis conferendam. num. 6 oleum extremæ vnctionis ab ijsdem sacrandum. ib. confugiendum in rebus ecclesiasticis ad Romanum Pontificem. nu. 7. illos ad reuocandos ad gremium ecclesiæ fideles iubet incumbere. ib. Regem Georgianorum ad redintegrandam veterem cum ecclesia Rom. coniunctionem solicitat. num 8. plura argumenta pro asserendo illius primatu asserit. ib. & num. seqq. pollicetur celebradum concilium œcumenicum pro instauranda ea coniunctione. ib. fidei orthodoxæ formulam exponit. n. 10. Armenios maioris Armeniæ docet, baptismum non repetendum. nu. 11. post baptismum lapsos sacramento pœnitentiæ Deo conciliandos. ib. iuuari pijs operibus fidelium animas in expiatorijs flammis versantes. ib. puras ab omni labe euolare in cælum. ib. lethali noxa infectas deijci ad inferos. ib. sacramentorum ritus proponit. ib. sanctorum recolendam memoriam. ib. admonet, vt Saraicensem episcopum catholicum suæ sedi restituant. num. 13. Pisanis condendarum in Asia & Græcorum imperio ecclesiarum, & sacra in ijs exercendi potestatem dat. num. 14. de miraculis cæsorum ab hæreticis Minoritarum inquiri iubet. nu. 17. aduersus Fraticellos seu Bizochos actionem iudiciariam institui iubet. num. 18. & Beguinas sontes plecti insontes vero absolui. nu. 19. Ioannes non concitatus est a sathana in Minoritas, sed a Spiritu sancto in pseudominoritas, ordinem Minoritarum erroribus inficientes. A. 1321. num. 19. Ioannis Poliaci de exomologesi repetenda necessario apud parochum errores damnat. num. 20. & num. 37. Recinetenses idololatras insectatur. num. 38. promulgat in eos sacrã militiam. ib. Assisinates & Fanenses edictis vrget. ib. vetat clientes ecclesiæ mutuo se bello impetere. num. 39. gesta contra iura Rom. ecclesię rescindit. ib. Romanos admonet, ne Vrbis imperiũ ad seditiosos deriuent. ib. imperat Trinacrio inducias. ib. Aragonios afferre Trinacrio Regi auxilia vetat. num. 40. Iacobi Regis Aragonum redimendi captiuos pium opus promouet. ib. Lorchanis aduersus barbaros auxiliarem cruceatam militiam comparat. num. 41. Legionensem ecclesiam in arcem commutatam restitui episcopo iubet. ib. Compostellanæ ecclesiæ iura firmat. ib. Balearem Regem Tarraconensis ecclesiæ iura labefactare vetat. num. 42. ob aduersam Philippi Regis Francorum valetudinem expeditionis Asiaticæ indicendæ diem extrahit. num. 44. synagogam Iudaicam in ecclesiam conuertit. ib. inter delphinum & Sabaudum inducias imperat. ib. item inter alios. ib Perusinam academiam amplificat. num. 45. de miraculis B. Thomæ Aquinatis inquiri iubet. num. 46. Vsbech Imp. Tartarorum ad fidem Christianam allicere nititur. A. 1323. nu 2. queritur Christianorum templa a Saracenis in Soldaya profanata. n. 3. Armenijs subsidiarium aurum transmittit. n. 4. illos ad constantiam contra barbaros hortatur. num. 5. admonet ob vitia cœlitus castigatos. num. [illegible] Armeniæ inferioris populi ab eo fidei normam dari exposcunt. nu. 7. [illegible] eos transmittit archiepiscopum. [illegible] Cyprium Regem admonet, ne diuinas in se iras prouocet. n. 11. Saracenis vetitas merces inuehentibus pœnas infligit. num. 13. Orosio Seruiorum Regi, ad ecclesiæ coniunctionem redire meditanti, nuntios mittit. num. 15. & 16. proponit ei orthodoxæ fidei formulam. ib. hortatur, vt Seruios ad ecclesię gremium reuocet. num. 17. Gedemini Lithuaniæ & Ruthenorum Regis, sacra baptismalia flagitantis, oratores excipit. num. 19. fœdus illum inter & Pruthenos equites firmat. nu. 20. Noruegos ad paganos retundendos solicitat. num. 21. Magnopolensem ducem, intentatis censuris, a bello Regi Daniæ inferendo absistere iubet. num. 22. Guccionem episco-

Sancio Baleari Regi contra Afros decumas attribuit. num. 37. & Castellanæ regiæ procuratori contra Granatenses. num. 38. Templariorum bona sita in Aragonia addicit Hospitalarijs. nu.40. Montesianam militiam in Valentino regno condit. ib. & alium equestrem ordinem in Lusitania, cui a Christo nomen est. ib. equites S. Iacobi Lusitanos Castellano magistro parituros decernit. ib. Lusitanos ad Dionysij Regis obsequium redire intentatis censuris præcipit. num. 41. eundem Regem Portugalensis vrbis imperium episcopo restituendum monet. ib. Cardinales legatos in Angliam decernit. num. 42. Scotis ob Angliam & Iberniam infestatas anathema percutit. ib. Eduardum monet, ne Hibernos acerbioribus vexet imperijs. num. 43. Anglos principes illi conciliare nititur. num. 45. præceptis eundem informat. ib. &c. admonet, vt legatis clientelarem sponsionem præstet. n.47. Anglicum & Hibernicum censum accipit. n.48. censuras ab Honorio III. Cardinales iniuria afficientibus incussas instaurat. ib. afficit nonnullis prærogatiuis Eduardum Anglum. n.49. denarium S. Petri e pluribus regnis colligit. ib. Regem Ruthenorum & ducem Lithuaniæ ad ecclesiæ Romanæ coniunctionem prouocat. nu. 50. nonnulli Cardinales in eum conspirant impulsore Bernardo Artigia. nu. 51. veneno pluries Ioannes appetitur, deinde magicis execrationibus. num. 52. in veneficos inquirit, tresque ex imaginibus mortiferis in suam potestatem redigit. ib. magorum scelera exponit. num. 53. Hugonem episcopum Caturcensem exauctorat, carcerique addictum foro seculari permittit. num. 54. B. Claræ e Montefalcone miracula iudiciario ordine discussa in publicas tabulas redigi iubet. num. 55. Neapoleoni Cardinali de illis cognoscendi prouinciam imponit. ib. Vsbech Tattarorum Imperatorem ad fidem Christianam allicere nititur. A.1318. num. 2. Soltaniensem sedem in Perside excitat. num. 4. suffraganeos illi episcopos creat. n.6. plures viros religiosos ad gentes mittit. num. 7. Armenios in sacris ritibus instruit. num. 8. docet non conferendum a sacerdotibus confirmationis sacramentum. num. 9. non conficiendum ab ijsdem chrisma. ib. fidei formulam transmittit. ib. Ossinium solicitat, vt populos ad eam amplectendam pelliciat. num. 10. Armeniorum catholicon ad dogma orthodoxum asserendum adhortatur. num. 12. docet archiepiscopum Armeniorum Caphensem, in Eucharistia transubstantiationem fieri. num. 13. miscendam in calice vino aquam. ib. eius rei mysteria explicat. ib. gymnasia in Armenia ad docendas Latinas literas a Prædicatoribus instituenda curat. num. 15. discordias inter Cypri & Armeniæ Reges sopire studet. num. 17 conciliandis cum Francorum Rege Belgis nauat operam. num. 18. corripit Flandriæ comitem de reiecta pace. num. 20. labentis in oriente rei Christianæ statum exponit. num. 22. intentatis censuris Belgas ad officium redigit. num. 23. pronuntiat, Namurcensem comitem recte in seruanda pace se gessisse. num. 24. præceptis Philippum Regem imbuit. ib. partas male opes in sacrum bellum deriuari iubet. num. 25. Montispessulani ciues in patrocinium sedis Apostolicæ accipit. num. 25. vetera de ea re priuilegia confirmat. ib. peregrina dogmata a Parisiẽsi academia amandari iubet. num. 26. præsules ad conferenda sacerdotia in Parisiensi academia emeritis hortatur. ib. Cantabrigianam academiam excitat. ib. Robertum Scotiæ Regem anathemate feriri iubet. nu.27. gratulatur Eduardo de parta in Hibernia victoria. ib. & num. 28. monet, ne ius ecclesiasticum in collatione sacerdotiorum inuadat. ib. modum petendæ ascriptionis Roberti archiep. Cantuariensis inter sanctos exponit. num. 29. sacram actionem iudiciariam de miraculis B. Thomæ Aquinatis institui iubet. n.30. de Roberto Rege ob ductas Genuæ moras expostulat. n.30. ad componendum Genuense bellum incumbit. num. 31. Gibellinos arguit, vacante imperio non confugisse ad sedem Apost. n.32. Robertum Siculum arguit, Genuensem dominatum Pontifici sibique delatum accepisse. num. 33. vectigal a Friderico Rege Trinacriæ exigit. n. 34. censuris ob id non persolutum susceptis liberat. ib. Rasciæ proceres fidei ardore in Vrosium schismaticum conspirantes animat literis. num. 35. Ioannem principem Castellanum ad gerendum Granatense bellum decumis iuuat. num. 36. patrocinium apostolicum illi pollicetur. ib. indulgentias cruceatam militiam professuris proponit. ib. Cæsaraugustanam ecclesiam archiepiscopali apice auget. num. 38. Tarraconensem archiepiscopatum disgregat. ib. ciuile Lusitanum bellum pacare studet. num. 39. Alfonsum principem corripit, in patrem arma sumpsisse. ib. B. Elisabetham ad concordiam inter virum & filium reuocandam hortatur. ib. transmittit sacrum reliquiarum munus Regi Lusitano. num. 40. ab eo & alijs principibus varijs muneribus afficitur. ib. internuntios ad repetendam Ferrariæ possessionem mittit. num. 41. in Ordelaffum Æmiliam inuadentem, iudicio agit. nu. 42. & in Fridericum comitem e Monteferetro. ib. Scaligeri & Gibellinorum grassationes comprimere nititur. ib. Vngarum Regem hortatur, vt Iauriense oppidum episcopo restituat. ib. episcopum Cracouiensem ob gliscentem hæresim inertiæ arguit. num. 43. principes ad eam excindendam e Polonia, Boemia, & Misnia excitat. num. 44. Bizochos & Biguinos insectatur. ib. nouorum hæreticorum, e claustris Minoritarum erumpentium, errores confutat. num. 45. magos iudicio persequitur. num. 51. emergentes in orientis oris Latino nomini subditis hæreticos coercendos curat. nu. 52. in fœminas, quæ vt nuberent schisma vel hæresim abiecerant, iterumque redibant ad vomitum, lege agi iubet. ib. Xanctonensis ecclesiæ pium morem de signo ad repetendam ter orationem angelicam, inclinante vespere, dando confirmat indulgentijs. num. 53. varias pseudoreligiosorum siue Fraticellorum sectas damnat. num. 56. &c. petunt ab eo Poloni, vt regiam dignitatem intermissam Poloniæ restituat. A.1319. num. 1. ob Regis Boemiæ cum Lokteko contentionem rem extrahit. num. 4. delatum a Tarnisinis patrocinium arripit. num. 5. administrationem vacantis imperij ad se spectare docet. num. 6. imperat Gibellinis, vt obsidionem soluant irrito exitu. ib. plures in Piceno aduersus eum rebellionem mouent. n.7. Bertrandum tit. S. Marcelli presbyterum Card. legatum mittit in Italiam. num. 8. Isnardo patriarchæ Antiocheno Papiensis ecclesiæ administratori actionem intendit. ib. illum exauctorat. ib. Florentinos oratores, intentatis censuris, a Philippo Sabaudæ regiæ principe liberandos curat. num. 9. ad eum se confert Robertus Rex. ib. ad componendam vetus inter Genuenses & Cyprios bellum incumbit. nu. 10. deligitur controuersiæ arbiter. ib. inducias imperat. ib. equitum Rhodiorum ciuilem dissentionem, vtroque æmulo deiecto, componit. n. 11. Helionũ a proceribus Rhodij ordinis designatũ magistrũ confirmat. ib. Achaicos contra Catalanam societatem animat. num. 12. in vtramque Siciliam ad iura Romanæ ecclesiæ exigenda nuntium mittit. ib. pœnas publicas episcopi interfectori imponit. num. 13. statutas in hæreticos pœnas renouat. num. 14. Maladinum principem Bossinensem ad hæreticos abolendos excitat. ib. ab Vngarico clero legationem excipit. num. 15. consulit Regi Francorum, ne suis diffidat. ib. ad rerum huma-

Ioannes Rex Boemiæ Henrici VII. Imp. filius. creatus a patre Rex Boemiæ. A. 1310. num. 1. Elisabetham Vvenceslai sororem ducit. ib. a Petro Moguntino archiep. corona redimitus. ib. de regno Poloniæ cum Vvuladislao Lokteko contendit. 1319. num. 4. Dobrinam & Vvladilauiensem tractum subigit. nu. 5. in Lithuanos bellum gerit, ib. ex nebuloso aere oculum amittit. ib. Pomeraniam Pruthenis equitibus attribuit. ibid. querenti Vvladislao insultat. ibid. ob eius dicterium reuocata a Polonis diu intermissa regia dignitas, ib. excitatur a Pontifice, vt pullulantes in Boemia hæreticos comprimat. 1318. num. 44. eos flammis damnat. ib. solicitatur ad coniungenda cum Vngaris in schismaticos arma. 1320. num. 3. Silesiam sibi subijcit. nu. 4. munitur pontificijs monitis, ne sparsis a Bauaro mendacijs circumueniatur. 1324. nu. 17. fauet Gallò ad imperium in eum transferendum. 1324. num. 19. mortua Maria sorore, cœptis absistit. ib. aduersatur eidem, ne renuntietur Cæsar, eiusque consilia difflat. 1325. num. 7. oratores ad Pontificem mittit pro Asiatica expeditione suscipienda. 1325. n. 30. firmatur in suscepto consilio a Pontifice. ib. solicitat cum nonnullis principibus Pontificem, vt Ludouicum Bauarum afferat imperio. 1330. num. 37. & 28. quid ipsi responsum. ib. & num. 29. rogatur, vt de nouo creando Cæsare cogitet. num. 33. Ludouici partibus obnixe adhærescit. num. 34. iterum concordiæ formulam pro Bauaro conciliando ecclesiæ proponit. ib. obijcitur illi, molitum ipsum pellicere ad partes Ludouici Azonem. n. 36. a partibus ecclesiæ Austriacum & alios diuulsisse. ib. obiecta ei ingrati in ecclesiam animi labes. num. 37. ipsius patrem Clementis V. opera adeptum imperium. ib. arguitur hæretici hominis fautorem esse. nu. 38. in Italiam expeditionem suscipit. nu. 39. a Brixianis & Bergomaribus excipitur. ib. fingit, se consentiente Pontifice venisse in Italiam, ac refellitur. 1331. num. 18. Lucam in suam potestatem redigit. n. 19. Parma, Regium, ac Mutina illi se subijciunt. ib. init cum pontificio legato fœdus, ib. in vtrumque Guelfi & Gibellini coniurant. ib. non in Italia modo, sed in Germania plures in eum hostes consurgunt. ib. in Germaniam redire coactus. ib. Alfonso Regi Aragonum operam aduersus Mauros Granatenses defert. 1331. n. 30. controuersiarum Italicarum Pontificem arbitrum designat. 1333. num. 26. re male in Italia gesta Germaniam repetit. ib.

Ionnes e Molans Apostolicæ sedis internuntius. Henricum VII. pontificio nomine Apostolicæ sedi sacramento fidei obstringit. A. 1310. n. 3.

Ioannes Murrensis Cardinalis. coram Philippo Francorum Rege demonstrat petitis ex theologia argumentis, Bonifacium VIII. fuisse Pontificem, insontemque. 1312. n. 12.

Ioannes Grauinæ princeps Roberti Regis frater. Romam submissus ad intercludendos Cæsari aditus. 1312. n. 32. frustra pontem Miluium occupare nititur. num. 33. Henrici VII. copias cædit, aditumque ad basilicam S. Petri arcet. num. 34. Isabellam Achaici principatus heredem vxorem ducit. 1318. n. 34. Peloponeso potitur. 1325. num. 31. mittitur a Roberto Rege ad Romam aduersus Ludouicum Bauarum defendendam. 1327. num. 5. propulsatur. ib. irrumpit noctu & eijcitur. ib. solicitatur ad fœdus incundum in Turcas. 1328. n. 86. nepoti paternis in Græciam iuribus succedenti sponsionem clientelarem addicere subterfugit. 1332. n. 18.

Ioannes Sabellus. post conuiuium addictus ab Henrico VII. custodiæ. 1312. num. 34. ex ea lapsus Cæsareum exercitum infestat. n. 47.

Ioannes XXII. prius dictus Iacobus Arnaldi de Ossa Caturcensis, episcopus Auinionensis, creatus Cardinalis episcopus Portuensis a Clemente V. 1312. num. 54. vid. *Iacobus Arnaldi de Ossa Caturcensis episcop. Auenionensis.* renuntiatur Pontifex. 1316. num. 2. illius pater Arnaldus sutor veteramentarius. ib. eius primitiæ & virtutes, ib. refellitur fabella, quod seipsum elegerit. num. 3. quod sacramentum repetendæ Italiæ eluserit. ibid. Lugduni pontificium insigne accipit. num. 5. eius literæ encyclicæ de parto pontificatu. nu. 6. de expeditione Asiatica conficienda agit. ib. Ludouicum Bauarum ad concordiam cum Friderico Austriaco solicitat. nu. 10. orantibus pro Ioanne Francorum Rege indulgentias proponit. n. 13. Clementiam Reginam ex morte filij Regis dolore cōfectam ad Christianam constantiam erigit. nu. 14. internuntios ad pacandas res Gallicas mittit. num. 15. proceres Gallos ad concordiam hortatur. nu. 16. & Philippum principem. num. 17. eundem ornat prærogatiuis. num. 18. Lugduno Auenionem petit. num. 20. creat plures Cardinales. ibid. constabiliendæ sedis Auenione consilium init. num. 21. creat Robertum Regem Romæ senatorem. num. 23. Regis Angliæ oratores, profitentes Angliam beneficiariam sedis Apostolicæ, admittit. nu. 24. 25. Iacobus Rex Aragonum Sardiniam & Corsicam Ioannis beneficentiæ acceptas refert. num. 27. &c. Philippum Regem Francorum, obsequia deferentem, monitis informat Pontifex. 1317. n. 2. 3. 4. iudicia artemque tonsoriam diebus dominicis exerceri vetat. n. 4. Sancium Regem Gallo Regi conciliare nititur. num. 5. ad constantiam in rebus asperis Gallum hortatur. n. 6. coniuratos ad officium adducit. ib. & num. 7. pluribus illum prærogatiuis afficit. num. 8. Ludouicum episcopum Tolosanum sanctorum catalogo adijcit. nu. 9. ea de re Mariæ Reginæ eius matri gratulatur. ib. eiusdem sancti consanguineos ad virtutes sectandas hortatur. num. 11. Tolosanam ecclesiam archiepiscopali apice insignit. num. 12. plures in Gallijs condit episcopatus. ib. canonicorum collegia in pluribus oppidis instituit. ib. clericos sontes priuilegijs exuit. num. 13. Basiliensem episcopum, iniustum gerentem bellum, censuris ab illo reuocat. n. 14. clericos mercatores & iudices pœnam sanguinis infligentes prærogatiua clericali orbat. ib. decernit ecclesias asylum hæreticis non futuras. ib. Clementis constitutiones in academijs euulgat. num. 15. Parisiensis academiæ corruptelas tolli imperat. ib. alias curat academias. num. 16. Guillelmum ep. Trecensem, & Petrum Textoris ad vtriusque Siciliæ Reges conciliandos mittit. nu. 17. Friderico Rhegium & alia Calabriæ loca restitui iubet. num. 17. censuris ad id adigit. num. 18. &c. Fridericum, Regis Siciliæ nomen affectantem, obiurgat. num. 21. oratorem Roberti, regio nomine clientelarem sponsionem exhibentem, admittit. nu. 23. & seq. salubribus præceptis Robertum imbuit. nu. 25 & Sanciam Reginam. num. 26. admonet castitatis votum, viro non consentiente nuncupatum, non esse Deo acceptum. ib. vacantis imperij administrationem sibi debitam ostendit. num. 27. vetat, obiecto anathemate, vrbium administrationem alia, quam pontificia auctoritate corripi. num. 28. sacramenta contraria præstita rescindit. ib. vicariam imperij præfecturam in Italia Roberto pollicetur. num. 29. Ferrariam amittit administrorum vitio. ib. Ferrariensibus intendit iudicium. num. 30. sacrorum vsu eos interdicit. num. 31. Beneuentanos reprimit. ib. Bertrandum ac Bernardum viros religiosos insignes ad sedandas Insubriæ ciuiles discordias legat. num. 32. exponit ciuilium bellorum mala. ibid. & 33. Gibellinos principes admonet, vt bello abstineant. num. 34. imperat inducias. ibid. Genuenses ab inferendo Cyprijs bello deterret. num. 35. vrget ad ipsorum ciues, Mahometis signa præferentes coercendos. n. 36.

San-

legato Philippo obsequi iussi. A. 1320. nu. 9. dissidentibus in eligendo Cæsare principibus, ad Romanum Pontificem spectat dirimere æquitate controuersiam. ib. & 1323. n.30. Bertrandus Cardinalis creatus in terris imperij pacis seruator. 1320. nu. 10. obiectum anathema proceribus Gibellinis sine pontificia auctoritate publicam administrationem corripientibus. ib. imperium translatum ab Apostolica sede. 1321. nu. 48. Imperator a Papa deponi potest. ib. monetur Ludouicus Bauarus, vt ab imperij administratione absistat, donec a sede Apostolica confirmatus sit. 1323. nu. 32. pœnæ respuenti imperia intentatæ. ib. vid. *Ludouicus Bauarus*. a Francorum Rege affectatur imperium. 1324. num. 19. & 1325. num. 1. &c. Ioannis XXII. & aliorum consilium de imperio ad Gallos transferendo. 1325. num. 5. 6. & 7. ad Imperatorem non spectare Pontificem instituere ac deturbare. vid. *Pontifex Romanus*. Robertus Siciliæ Rex administrator vacantis imperij pontificia auctoritate promulgatur. 1326. n. 3. efferendi imperij specie confictæ infandæ hæreses a Marsilio & Ianduno ad Pontificem & ecclesiam euertendos. 1327. nu. 29. refelluntur illæ a Pontifice. ib. finxit Marsilius Pontifici succedere Cæsarem vacante sede. n. 36. refellitur. ib. Imperator Pontificem iudicare non potest. 1328. n. 17. imperialis potestas non est ita independenter a Deo, vt ab hominibus proxime non pendeat. num. 23. pendet imperium a Pontifice. nu. 24. imperialis potestas a spirituali dirigenda. ib. & n. 25. ab eadem ducit principium. ib. ab ea iudicatur. ib. spectare ad Pontificem confirmare Cæsarē ostenditur. n. 28. imperium esse a Deo non excludit quin medio Pontifice. ib. magis Pontifici obnoxius Imperator, quā sint cæteri Reges. n. 29. non exinde ijs inferior, sed sublimior. ib. allatum a Bauaro exemplū de Othone Imper. Ioannem XII. exauctorante, refellitur. nu. 33. Imperator a Pontifice potest exauctorari. nu. 36. principes electores nouum Cæsarem creare iussi. nu. 39. Pisani ad ecclesiæ Romanæ obsequia reuersi profitentur neminem Imperatorem esse posse, nisi confirmatum a sede Apostolica. 1329. n. 6.

Imperatrix. quo ritu coronanda. 1311. n. 13.

Impostores, sine sacerdotio sacras confessiones excipiunt. 1332. n. vltimo indulgentias fictas impertiunt. ib. coerciti a Ioanne XXII. ib.

Incarnatio Verbi diuini. negata a Vvaldensibus. 1332. n. 31.

India. in ea propagatu euangelium a Ioanne e Monte Coruino. 1305. nu. 19.

Indulgentiæ. pro Regis Francorum Ludouici anima precaturis propositæ. A. 1316. nu. 12. fundentibus Deo preces pro Rege Francorum concessæ. 1317. num. 8. sepulchrum B. Thomæ Herefordensis veneraturis propositæ indulgentiæ. 1320. n. 46. pro Christo contumelias patientibus indulgentias impertit Ioannes XXII. 1321. num. 4. concessæ Christifidelibus preces pro pace obtinenda porrecturis Deo. 1322. nu. 16. & oraturis pro Regis Francorum anima. nu. 22. & pro nouo Rege preces porrecturis. n. 26. indulgentiæ futiles a Fraticellis suis sequacibus promissæ. 1331. num. 6. vid. *Cruceata* siue *Crucesignata militia*.

Indulgentia Saracenica. 1319. num. 32.

Infantes. ad Saracenorum terras deferri vetiti. 1331. n. 29.

Infernus. stulta cuiusdam Begardi de inferno & paradiso sententia. 1312. nu. 17. §. quod vero negatur a nonnullis Græcis Cypri incolis. 1326. n. 28. in hos censura fidei exerceri iussa a Ioanne XXII. ib.

Infideles. cum ijs fœdera sancire vetat Clemens V. 1311 nu. 75.

Iniurias remittere. vid. *Clementia*.

Innocentius X. Cardinalium ac doctorum vocato cœtu damnat errorem de primatu S. Pauli vna cum beato Petro fuisse. 1321. n. 33.

Inquisitores. vid. *Censores fidei*.

Intercessio sanctorum. eam contemnunt Lollardi hæretici. 1318. n. 44.

Interdictum ecclesiasticum. constitutio de eo religiosissime seruando. 1310. num. 45. religiosi templa iussi claudere, principe loci ecclesia interdictum seruante. ibid. violatum a Matthæo Vicecomite. 1323. nu. 8. & a Galeatio eius filio. ib. & a Ludouico Bauaro. 1327. nu. 21.

Inuidia. sacrum Granatense bellum inuidia principum disturbatum. 1317. n. 38.

B. *Ioachimus ordinis seruorum*. pie moritur. 1305. n. 21.

Ioanna Regina Nauarræ. moriens sceptrum filio Ludouico natu maximo transmittit. 1307. nu. 14.

Ioanna Ludouici Hutini & Blancha Reginæ Francorum ob adulterium necatæ filia. Nauarræ regnum affectat paterno iure. 1316. num. 18. ob incertum partum regno exclusa Nauarræ, & ob legem salicam Gallico. ib. moriente Carolo IV. Francorum & Nauarræ sceptrum Nauarræ adepta. 1328. n. 69.

Ioanna S. Ludouici episcopi Tolosani neptis. Ossinio Regi Armeniæ nupta. 1317. n. 10.

Ioanna Regina Franciæ & Nauarræ. Consolatoriæ ad eam ob Caroli IV. viri mortem literæ. 1328. nu. 68. suscepta ab ea filia regno exclusa. ib.

Ioanna Regina Francorum. commendat Minoritarum ordinem Ioanni XXII. A. 1328. nu. 67. quid illi a Pontifice responsum. ib.

Ioanna Sabauda stirpis Constantinopolitana. solicitatur a Benedicto XII. vt virum ad coniunctionem cum Romana ecclesia adducat. 1334. n. 3.

Ioannes dux Britanniæ. dum adstat equitanti Pontifici, ruina muri obtritus. 1305. n. 13.

Ioannes e Monte Coruino Minorita. in India fidem prædicat. 1305. n. 19. migrat ad Tartaros Cataynos. ib. ipsos ad Christi fidem allicit. ib. condit Cambaliensem ecclesiam. ibid. Georgium Regem Indiæ secta Nestorianum ad fidem orthodoxam traducit. ibid. socios ad euangelium disseminandum vocat. ib. creatur archiepiscopus Cambaliensis a Clemente V. 1307. n. 29. & 30. missi plures suffraganei episcopi ad illum in opere euangelico adiuuandum. ib. nu. 29.

Ioannes Minorita moderator Armeniæ. auxiliorum contra Saracenos spe a Clemente V. sustentatur. 1306. nu. 13.

Ioannes Cumeinus. Robertum Brusium apud Anglorum Regem affectari regni Scotiæ crimine accusat. 1306. n. 15. a Roberto confoditur. ib.

Ioannes episc. Pragensis. extincto Rodulfo Austriaco, contendit regnum ad Annam Vvenceslai sororem iure spectare. 1307. num. 26. eius virum Henricum Carinthium in solium euehit. ib. Ioanni Regi Boemiæ regia inunctione liniendo suffragatur. 1310. n. 1.

Ioannes nepos Alberti Regis Romanorum. illum ob Austriæ partem sibi præreptam obtruncat. 1308. num. 19.

Ioannes Superantius Veneti exercitus dux. Ferrariam eripit ecclesiæ. 1309. num. 6. anathemate percellitur a Clemente V. ib. Marino Georgio in ducatu succedit. 1310. num. 32. Franciscum Dandalum ad Pontificem liberationem a censuris petiturum mittit. ibid. & 1313. num. 32. vt expiatus censuris, & vna cum Venetis pristinis iuribus restitutus fuerit. num. 33. Iaderam ad Venetam ditionem reuocat. 1321. n. 31. affectat ecclesiasticæ ditionis iura. 1322. nu. 13. monetur vt ab ijs abstineat. ib.

Ioannes Delphinus Viennensis. missus orator ab Henrico VII. pro imperiali diademate efflagitando. 1309. num. 10.

Ioannes comes e Saraponte. missus ab Henrico VII. ad Clementem V. orator. 1309. n. 10.

in flammas iniectus. A.1319.n.31. in ijs illæsus Deum laudat.ib. ferro necatur.ib.
Iacobus Nouellus Furnerius episcopus Mirapiscensis Cardinalis. scribit in pseudominoritas & Fraticellos. 1323. num. 63. creatur presbyter Cardinalis tit. S. Priscæ a Ioanne XXII. cui postea, accepto Benedicti XII. nomine, in pontificatu successit. 1327. num. 55. Ioannis literæ ad ipsum tum datæ. ibid. de pluribus quæstionibus iussu Ioannis XXII. scribit. 1333. nu. 59. &c. vt parto pontificatu scripta discuti a theologis voluerit. n.69. ea censuræ ecclesiæ subiecerit. ib.
Iacobus Rex Balearis. succedit Sancio in regno illo. 1324. num. 36. eius principatus affectatus ab Aragone. ib. eiusdem clientela suscepta a Pontifice. ibid. a magnate Aragonio prouocatur in certamen singulare. 1327. nu. 39. Pontifex scelus disturbat. ib. fœdere iunctus Aragonio aduersus Ligures. 1331. num. 27. cum Gastone Fuxi comite bellum gerit. ib. imperatæ inter vtrumq; induciæ a Pontifice. num. 28. varijs excursionibus ab Astis vexatus. n. 29.
Iacobus princeps. Balearicum regnum religiosæ vitæ amore abijcit. 1324. num. 36.
Iacobus Peyt latronum princeps. Flandriam fœdat cædibus, & clerum crudeliter insectatur. 1326. n.4. obtruncatur. ib. eius memoria damnata hæreseos. ib.
Iacobus Sabellus. Ludouico Bauaro fauet, vt Vrbe potiatur. 1328. n.1.
Iacobus Albertus Castellanus episcop. exauctoratus. imperiali inunctione linit Ludouicum Bauarum. 1328. n. 3. creatur ab antipapa pseudocardinalis. n. 43. in Germania pseudolegatum agit. n.28.
Iacobus Columna. præsente in Vrbe Ludouico Bauaro, pontificiam in eum sententiam promulgat. 1328. n.20.
Iacobus Duglassius. cor Roberti Regis Scotiæ, vti cauerat testamento, secum defert in prælio aduersus Saracenos. 1329. n.81. in prælio occumbit. ib.
Iadera. a Venetis deficit ad Vngaros. 1311. n.73. datum Regi Vngaro de iure controuerso a Petro Gradenico responsum. ib. ad Venetam ditionem reuocata a Ioanne Superantio duce. 1322. n.45.
Iandunus hæresiarcha. vna cum Marsilio plures hæreses ad Cæsarum gratiam fingit. 1327. nu.1. eius patrocinium arreptum a Ludouico. nu.21. quæ fuerint eæ hæreses, vtque a Pontifice confutatæ. n.29. &c. damnatur decretoria sententia. num.35. comparatur bestiæ ex abysso prodeunti. 1328. n.7. data legato illius comprehendi prouincia. num 10. vid. *Marsilius e Padua, & Iandunus*.
Idola. nonnulli idolorum & dæmonum cultui in Italia se mancipant. A. 1321. n.38. promulgata in eos sacra militia. ib. Templarij idololatria se contaminant. 1308. nu. 2. & Recinetenses. 1321. n.38. funditus delentur. 1323. n.3. vid. *Dæmones*
Ieiunium. damnatum a Begardis. 1312. n.17. §. *Secundus error*. quadragesimale spretum a Lollardis. 1318. nu.44. quam infames alios errores addiderint hi hæretici. ib.
Ierarchia. vid. *Hierarchia*.
Iesu Christi militia. instituta in Lusitania. 1319. n.29.
Ignis. igne ereptus iuuenis, qui se Deiparæ commendarat. 1320. n.51.
Imagines sanctorum. violator imaginis VVenceslai pie functi cæcitate percussus. 1305. n.15. Ioannes e Montecoruino ecclesiæ Cambaliensis conditor ob sacras imagines neophytis in templo propositas commendatur. 1307. n.30. imago S. Georgij præsagia excindendi Constantinopolitani imperij dat. 1321. nu. 16. imagines magico carmine confictæ ad necandum Pontificem & Cardinales. 1317. n.52. & 53. item ad necandum Carolum IV. Regem Francorum. 1327. n. 44. in magos huiusmodi imagines structores inquiri iussum. n.45. imagines baptizatæ a magis. 1318. n.57.
Impeccabilitas. ficta a Beguardis. 1312. n. 17. insana erroris probatio. ibid. confutatur ea conficta impeccabilitas. ib.
Imperator. Imperium. confirmata a Clemente V. Henrici Imperatoris electio. 1309. n.11. &c. publicæ de eo ritu perfecto literæ. ib. coronatio dilata. ib. perspectis Henrici virtutibus, Pontifex cum Regem Romanorum pronuntiat. n. 13. iubet imperij clientes ipsi obtemperare. ib. sacramentum a Cesare de tuenda ecclesia exigi iubet. 1310. n.2. pollicetur Henricus fidem catholicam se defensurum. n.3. hæreticos perditurum. ib. cum hostibus ecclesiæ fœdera non initurum. ib. Romanos Pontifices tutaturum. n.4. illorum iura seruaturum. ib. concessa a superioribus Imperatoribus confirmat. ibid. spondet ecclesiasticam ditionem non inuasum iri. n. 5. præcipuas illius vrbes ac prouincias designat. ibid. agnoscit ab Imperatoribus donatas, iterumque donat. n. 6. ad patrocinium ecclesiæ contra hostes suscipiendum se obligat. ib. clientes ecclesiæ clementer habendos. n. 7. accepto insigni imperiali nuncupatum sacramentum renouare promittit. ib. Romanorum Rex a principibus electus confirmatur a sede Apostolica. nu. 11. Henricus Rex Romanorum Mediolani ferream coronam accepit. 1311. n.1. disceptatum, an Mœdeciæ, an Mediolani ritus celebrandus. ib. quinque Cardinales ad conferendum Henrico insigne imperiale a Clemente V. decreti. n. 6. Ostiensis & Sabinensis episcopi de corona imponenda certant. ib. ritus coronandi Imperatoris descriptus a Clemente Papa. n. 7. vt compartita inter Cardinales coronandi Cæsaris munera absente Pontifice. nu. 9. & A.1312. n. 36. & 37. qua forma veniens ad portam Collinam Romanorum Rex excipiendus. 1311. n.10. vt deducendus ad basilicam S. Petri. ib. qua cum pompa Romanus Pontifex expectet in porticu. ib. vt Rex Pontificis pedes sit osculaturus. nu. 11. profecturus cum ipso ad S. Mariam in turribus. ib. deuincturus se sacramento ad tuendam ecclesiam. ib. sacramentum aliud in coronatione imperiali renouandum. ib. Rex a canonicis S. Petri in sodalem ascitus imperialibus insignibus ornatur. nu. 12. preces pro Rege Romanorum fundendæ. ib. ritus, cum in ecclesiam S. Petri ingreditur, seruandi. ib. brachio dextro & scapulis inungitur. ib. vt diaconus admittitur ad osculum. n. 12. preces habendæ a Pontifice inter conferenda insignia imperialia. ibid. festæ acclamationes. ibid. calicem & ampullam more subdiaconi offert. n. 13. Pontifici in equum assilienti stratoris munus exhibet. ib. de muneribus erogandis ab Imp. ib. eius sacramentum de Romanorum bonis consuetudinibus tuendis. ib. vt Cæsar ob Pontificis absentiam se gesturus sit. n. 14. quo ritu aurum sit oblaturus in gradibus basilicæ. ib. Cardinalibus sua officia in consecrando Imperatore dispertita. n. 15. Sabinensi episcopo ob legationis dignitatem datum, vt coronam imponat. n. 16. soli Pontifici exhiberi solita omitti iubentur. nu. 17. vt fuerint omissa. 1312. n.38. exigit ab Henrico Clemens, vt promulget, nil damni ex ijs prætermissis Romano Pontifici obuenturum. 1311. nu. 18. & 1312. n.38. id declaratum postea publicis literis ab Henrico Imp. 1312. nu. 39. præstita olim ab oratoribus sacramenta renouat. n.40. Cardinalium ijs de rebus literæ ad Pontificem datæ. nu.42. & 43. Robertus Siciliæ Rex creatus a Pontifice imperij in Italia vicarius. 1314. nu. 2. &c. ante electionem Imperatoris missa de Spiritu sancto celebratur. n. 19. electionis Regis Romanorum forma. n.21. & 23. vacantis imperij administratio ad Pontificem spectat. 1317. num. 27. & 1319. n. 6. obiectum anathema ijs, qui vrbium præfecturas ab aliquo tum, quam ab eodem Pontifice accipiunt. 1317. num. 28. Scaligero & socijs imperat Pontifex, ne Taruisium bello vexent. 1319. n. 6. Insubres Roberto Regi eiusque lega-

bis episcopus. A.1322. nu. 45. eius episcopatus limites. ib.

Henuphrius decanus Meldensis pontificius internuntius. Venetos a Ferraria occupanda absterrere nititur. 1309.nu.6.

Hospitalarij equites S. Io. Ierosolymitani. eius ordinis magister excitus a Clemente. V. pro agitandis Syriacæ expeditionis consilijs. 1306. num. 11. Rhodum Hospiralarij inuadunt. num. 12. missi cum exercitu a Clemente pro ferendis Armeniæ & Cypro suppetijs, muniendoque in terram sanctam expeditioni itinere. 1308. num. 32. &c. transfretant in orientem. 1309.n. 35. excipiendæ eos sequentium multitudini classis nō suffecit. ib. aduersis ventis repulsi in Sicilia hybernant.ib. Rhodum expugnant. 1310. num.43. intercipiunt Genuenses, vetitas merces Saracenis spe quæstus inferentes. 1311. n.74. a Madachia Saraceno ob id, instigantibus Genuensibus, magnis damnis affecti. ib. Templariorum bona addicta Hospiralarijs. 1312. num.6. excepta eā, quæ in Hispanijs erant. ib. pro recuperandis Templariorum bonis pristinas opes profundunt. num..7. eorum bona ad calculos redigi iussa a Clemente Papa, discussumque quot equites sustentare possent. num. 8. Balearica Templariorum prædia ijs attributa. 1313. num. 37. iussi munera, ad quæ obstricti erant Templarij, obire. ib. coniurant in Fulconem Villaretum ordinis principem.1317.n.35. Mauritium e Pagnaco illi opponunt. ib. Helionus eorum magister designatus. 1319. n. 11. ad Antiocheram & Siquinum in Armenia dono accipienda defendendaque in barbaros solicitati. 1332. num. 24. fœdus ineunt cum Pontifice, Gallo & Siculo Regibus, Venetis & Cypri Rege aduersus Turcas. 1333. num. 14.

Hostasius. Rauennæ tyrannidem, cæso Raynaldo, inuadit. 1322. nu. 4.

Hugo Rex Cypri. monitus a Ioanne XXII. vt censorem fidei fulciat aduersus Nestorianos, Iacobitas, & Græcos, negantes infernum & purgatorium, vel sanctorum animas cælo excipi vsque ad finem iudicij, vel porrigentes Eucharistiam iumentis ægris. 1326. num. 28. controuersiam cum Genuensibus exercet. 1328. nu. 86. pontificia opera, discussa expeditio, quæ in eum parabatur. ib. componit lites suas cum Rhodijs. ib.

Humbertus archiep. Neapolitanus. iussu pontificio inquirit de miraculis S. Thomæ Aquinatis. 1321. n.32.

B. Humilitas. pie moritur. 1310. nu. 47.

Humilitas. Franciscus Dandulus orator Venetus iniecta collo catena se ad Clementis V. pedes abijcit. A.1313.n.33.

Humanitas Christi. vid. *Christus.*

Hunifridus comes Arundeliæ. ob nimiam Spenseriorum gratiam coniurat in Eduardum. 1322.n.20. hasta perfossus perit. ib.

S. Hyacintus. infans eius ope ad vitam reuocatus. 1331.n.42.

Hypocrita. duorum hypocritarum fraudes. 1312. num. 17. §. secundus. error alterius. ibid. §. Begardi ergo isti. de alio qui Eucharistiam non adorabat. ibid. num. 18. §. In Vrbe. de meretrice ecstases diabolicas patiente. ibid. §. Insignis, de hypocritarum eius temporis spurcitijs. §. seq. simulata hypocritarum virtus in vitia degenerans. 1317.nu. 58.59.

I

Iacobitæ. negant in Christo duas naturas. A.1326. nu. 28. censura fidei in hos exerceri iussa a Ioanne XXII. ib. ad dogma orthodoxum amplectendum solicitati. 1330. n.57.

S. Iacobi equester ordo. cum redintegrare studet Ioannes XXII. 1317. n. 40.

Iacobus Rex Aragonum. mittit ad Clementem V. oratorem pro sanciendis regni Sardici iuribus. 1305. n.8. repulsam passo oratore, præsens apud Montempessulanum in pontificis verba iurat. ib. literas regias de re gesta conscribit. ib. eiusdem tituli. ib. decumas sacerdotiorum a Pontifice eblanditur. num. 10. clientelarem sponsionem iterum Clementi post acceptum insigne sacrosanctæ potestatis nuncupat. 1306. num. 10. missi ab eo procuratores ea de causa. ib. confirmata illi Sardiniæ & Corsicæ iura. ib. Templarios, qui in arces confugerant, ad deditionem compellit, cogitque pontificium iudicium subire. 1309. nu.3. queritur, Bonifacium VIII. a Franco Rege iudicio hæreseos postulari. num. 4. comparat se ad comparandam Sardiniam. 1309. num. 24. retardatur muneribus ab ea expeditione. ib. paciscitur cum eo Pontifex de Pisis illaque Pisanis assentientibus iure fiduciario tradendis. ib. aduersus Granatenses vertit impetus. ibid. decumas triennales in illius belli sumptus obtinet. num. 25. Septam præfecti opera expugnat. num. 27. Almeriam obsidet. ib. obsidionem soluere cogitur. num. 32. ad Sardiniam bello comparandam biennales decumas a Clemente Papa obtinet. num.36. rogatur ab eo, vt regio edicto Catalanam societatem grassantem in catholicos ex Attica diuellat. 1314. num. 8. missis oratoribus clientelarem sponsionem Ioanni XXII. acceptæ Sardiniæ & Corsicæ apostolica beneficentia ergo exhibet A..1316.n.27. interpretem concordiæ se gerit ad conciliandos vtriusque Siciliæ Reges. 1318. num. 31. Fridericum fratrem cum Roberto Rege conciliare nititur. 1321. num. 40. liberandis captiuis piam dat operam. num. 16. Alfonsi filij virtute Sardiniam ex parte occupat. 1323. num. 37. vniuersam, excepta Calari, sibi subijcit. 1324. num. 34. parta Sardinia, censu liberari postulat ab Apostolica sede. ibid. & num. 35. ingratus eius in ea re animus. ib. remissa ei ad decennium census pars. num. 36. Balearicum regnum, mortuo Sancio, affectat. num. 36. acceptam Pontifici Sardiniam refert. 1325. num. 17. de remisso ad decennium dimidio censu gratias agit. num. 18. cauet iuri pontificio, id beneficium successoribus Pontificibus fraudi non futurum. ib. armorum vim aduersus Ludouicum Bauarum Pontifici defert. 1327. num. 39. monitus de tuendis iuribus ecclesiæ Taraconensis. ib. obstet ne Rex Balearis cum magna re Aragonio certamine singulari dimicet. ib. Iacobi mors. ib. idem sanxit Cataloniam, Valentiam, & Aragoniam non diuidendas. ibid.

Iacobus Columnensis. Cardinalium cœtui a Clemente V. restitutus. 1305. n. 14.

Iacobus Arnaldi de Ossa Caturcensis episcop. Auinionensis. ad Philippum Regem a Clemente missus. 1310. n.33. data illi imperia excipiendi dicta testium, qui Bonifacium VIII. hæresis accusarint. num. 38. creatus Cardinalis episcopus Portuensis a Clemente V. 1312. num. 54. renunriatur Pontifex. vid. *Ioannes XXII.*

Iacobus Molai Templariorum magister. ob reuocatam confessionem in tormentis editam flammis exustus. 1313.n.39.

Iacobus de Via Ioannis XXII. nepos. creatus Cardinalis tit. SS. Ioannis & Pauli. 1316. nu. 20. breui extinctus. ib.

Iacobus episcopus Cabanensis. missus in occidentem ab Ossinio Rege Armeniæ pro implorandis suppetijs. 1317. nu. 35. fidem orthodoxam a Ioanne XXII. propositam profitetur. 1318. num.8. docetur, sacramentum confirmationis ab episcopis tantum conferendum. n.9. ab ijsdem tantum conficiendum sacrum chrisma.

Iacobus sceptri Aragonici heres. transfusis in fratrem Alfonsum regni iuribus, Calatrauæ disciplinam profitetur. 1319.n.29.

Iacobus Minorita. a Saracenis ob fidem in

licam expeditionem. ib. pollicetur, fidem catholicam se defensurum, ac perditurum hæreticos. num. 3. ditionis ecclesiasticæ iura asserit. n. 4. & 5. iterumque confert. num. 6. clientes ecclesiæ tuendos spondet. num. 7. solemni ritu hæc sacramento confirmat. ib. ea de re ipsius literæ. ib. & sup. num. 3. &c. solicitatur a Gibellinis. num. 8. oratores ad Italos mittit, ingentique spe mulcet. ib. & num seq. Pontifex illi vniuersos clientes imperij conciliare annititur. num. 9. &c. Arnaldum Card. legatum, vt faciles aditus illi muniat, decernit. n. 15. præsules fauere Henrico iubet. ib. Thomas Card. Arnaldo pro coronando Henrico suffectus. n. 16. aduentu suo Italiam turbis miscet Henricus. ib. de Florētinis oratores Lausanam non mittentibus queritur. ib. Mediolano Lucæ Flisci Cardinalis opera potitur. num. 17. Guido Turrianus se illi submittit. ib. Insubria ferme vniuersa ad ipsius procumbit obsequium. ib. Mediolani ferrea corona redimitus. A. 1311. nu. 1. ob extorsiones Gibellinorumque studia odia ac seditionem in se concitat. n. 2. passim apud Insubres in eum coitiones factæ. num. 3. suos proceres ob auersa nimia acerbitate populorum studia castigat. num. 4. bellum Cremonensibus indicit. num. 5. Paduam Clementis Papæ opera ad suum reuocat obsequium. num. 5. a Venetis subsidia ac munera pro coronatione celebranda accipit. ib. a Clemente impetrat quinque Cardinales legatos ad imperiale diadema solemni pompa ipsi imponendum. num. 6. qui ritus in ea celebritate decreti sint a Clemente. nu. 6. &c. monitus sacramenta, quibus ante Italicam expeditionem Treuirensi archiep. & Molano internuntio se deuinxerat, post coronationem repetere. num. 19. datus illi comes legatus ad populos in eius obsequium adducendos. num. 21. Brixiam Lucæ Flisci Cardinalis opera in deditionem accipit. num. 23. Genuæ excipitur, ac Ligures restituit imperio. ib. monitus, vt Genuenses cum Saracenis sentientes contra Rhodios reprimat. num. 76. obstringit se ad expeditionem Syriacam conficiendam. 1312. num. 22. magno suo malo Roberti Regis affinitatem fœdusque repellit. num. 32. Robertus in eum Guelforum patrocinium suscipit. ib. quæ vrbes paruerint Henrico, & quæ rebellarint. ib. Genua Pisas classe applicat. ib. Romam ingreditur. num. 33. potitur Vrbis parte. ib. oratores ad Robertum ad impetrandum aditum ad S. Petri basilicam mittit, repulsamque patitur. ib. Romanos proceres exceptos conuiuio, oratione sibi deuincire nititur. num. 34. horum aliquos addicit custodiæ, ab alijs obsides exigit. ib. plura cum Vrsinis confert prælia. ib. ab ijs magna strage propulsantur. ib. solicitat Cardinales, vt ab ipsis in basilica Vaticana insigni augustali exornetur. nu. 36. reluctantes, commota in seditionem plebe, cogere vi parat. ib. Romanis tributa imponit. ib. ijs ad seditionem pronis, sibi temperat & a Iudæis tantum exigit. ib. profitentur Cardinales, se non sponte, sed vi illi imperialia insignia in Lateranensi basilica conferre. ib. augustalibus ornamentis Laterani redimitur. ib. literas de correpto augustali insigni spargit. nu. 37. cauet publicis literis iuri Romanæ ecclesiæ ob omissos ritus Pontifici tantummodo in coronationis celebritate exhibendos. num. 39. alijs literis ante Italiæ ingressum promissa, ac nuncupata sacramenta confirmat. num. 40. vid. *Imperator*. monetur a Pontifice vi sacramenti fidei præstiti, vt pacem cum Roberto Rege componat. nu. 44. profitetur palam sacramentum fidei se Pontifici non præstitisse. ib. arguitur perfidiæ suis verbis & literis. ib. & num. 45. 46. iussus a Clemente Roma excedere. nu. 47. cinctus angustijs copias in Etruriam mouet. ib. ab Aretinis magnifice excipitur. ib. in ius vocat Robertum Regem. ib. monetur a Clemente Papa, vt Genuenses a Cypro inuadenda abducat. A. 1313. n. 11. iudicio agit in Florentinos. ib. sententiam in Robertum Regem Siciliæ pronuntiat. num. 12. dissensionis causam in eundem deriuat. ib. illatas a Roberto iniurias recenset. num. 13. & seq. capitali damnat sententia. num. 15. eiusdem sententia rescissa a Clemente. n. 16. & seq. ingentem classem adornat. num. 20. vetatur intentato anathemate oppugnare Neapolitanum regnum. n. 21. spreto anathemate accingit se inuadendæ citeriori Siciliæ. num. 22. in ipso conatu diuinitus opprimitur. nu. 24. refellitur fabella de veneno in Eucharistia ei propinato. ib. causę mortis naturales. num. 25. eius elogium. n. 26. alij næui. ib. perfidia in affectando Vrbis dominatu. ib. periurium multiplex in præstitis sacramentis infringendis. num. 27. cupiditas in inuadendis alienis. ib. doli insignes. ib. impudentia in negando præstitum a se fidei sacramentum Pontifici. num. 18. eius obitus maximos animorum motus attulit. n. 29.

B. Henricus Taruisinus. pie moritur. 1315. n. 4. campanæ diuinitus pulsatę, suauissimo edito concentu, plebē ad eius funera, euocant. ib. coruscat miraculis. ib. fundens preces imbre effuse cadente nō perluitur. 1315. n. 4.

Henricus magister cruciferorum. multa cū Lithuanis bella gerit. A. 1317. n. 50

Henricus Cena. hæresiarcha & Franciscanæ disciplinę apostata. 1318. n. 45. fœdi eius errores. ib.

Henricus Austriacus. a fratre Friderico Cæsare electo cum expedito equitatu missus aduersus Mattheum Vicecomitem. 1322. num. 10. abnuit pugnare pro asserenda Roberto Siciliæ Regi vicaria præfectura imperij apud Insubres. ibid. abscedit in Germaniam. ib. cum Friderico fratre a Ludouico Bauaro capitur. n. 14.

Henricus dux Magnopolensis. Rostochium Christophoro Regi restituere abnuit. 1323. num. 22. intentatæ illi, flagitante Christophoro, censuræ. ib.

Henricus Goritiæ comes. Taruisio potitus inter nuptiales epulas veneno sublatus. 1323. n. 23.

Henricus archiep. Coloniensis. succedit Matthiæ. 1329. n. 73. iubetur Echardi hæresiarchæ errores excindere. ib. aduersus Treuirensem ope Pontificis principatui assertus. 1333. num. 29.

Henricus dux Bauariæ. a Gallo & Boemo mulcetur imperij spe. 1334. n. 23 illum insectatur Ludouicus Bauarus ib. defertur iactasse, se vna cum Gallo & Boemo Ludouicum ad cedendum adacturum. n. 33.

Heraclea. a Mauris erepta Hispanis. 1333. n. 20.

Heruaeus ordinis Prædicatorum magister. defendit religiosos & iurisdictionē ecclesiasticam aduersus Ioannem e Poliaco. 1321. nu. 33. consultus a Pontifice scribit de paupertate euangelica aduersus Fraticellos. 1323. n. 58.

Heruuartus. frustra Ludouicum Bauarum excusat. 1324. n. 32. refellitur pag. 1325. nu. 6. traducendi Ioannis XXII. & commendandi Bauari partes arripuit. 1328. n. 36.

Hiberni. *Hibernia*. sedis Apostolicæ beneficiaria Hibernia. 1316. nu. 24. & 25. & 1320. nu. 42. Eduardus II. paciscitur cum Pontifice de soluendo deinceps censu a patre, & a se non soluto. 1316. num. 24. & 25. Hiberni sentientes cum Roberto Brusio censuris percussi. 1317. n. 42. respondent, ob Eduardi II. tyrannidem arma sumere se compulsos. nu. 44.

Hierarchia ecclesiastica. nefandus error Marsilij & Ianduni contra illam ad Ludouici Bauari gratiam. 1327. nu. 32. confutatur grauissimis argumentis. ibid. defensa a Bertrando episcopo Eduensi aduersus Petrum e Cunerijs. 1329. n. 75. vid. *Romanus Pontifex*.

Hieronymus episcopus Caphensis. conuersioni infidelium egregiam dat operam. 1320. num. 4. primus eius verbis

latus iudicio a Ioanne XXII. A.1323. nu.62. ad Ludouicum Bauarum & antipapam fugit. 1328.n.62. refertis hæresibus libris Michaelis Cæsenatis subscribit. ib. vocatur hæresiarcha a Pontifice,& scripta referta hæresibus edidisse arguitur.1330.n.30. obijcitur Ludouico Bauaro, fautorem se hæreticorum in eo homine fouendo præbere. ib. institutum aduersus illum a Minoritis iudicium in Perpinianensibus comitijs.1331.n.15.obiecta illi crudelitas rabida in sodales Minoritas. ib. obiectæ item quatuor infandæ hæreses. ib. lata in eundem sententia.ib. refellantur recentiores, qui hominis hæretici patrocinium suscipiunt. ib.

Guillelmus archiep. Bituricensis. vrget apud Ioannem XXII. consecrationem memoriæ B.Philippi prædecessoris sui 1323.n.67.

Guillelmus archiep. Viennensis. ad pacem inter Gallos & Anglos conciliandam missus.1326.n.11.

Guillelmus designatus episcop.Lucensis. illi indagandi antipapæ latibola data prouincia. 1330.n.2.& illius adigendi ad hæresim & schisma damnanda. n.9. & eius censurarum nexu liberandi.ib.

Guillelmus e Cigijs episc. Taurisiensis. missus ad Persas.1330.n.56.

Guillelmus sacerdos Taurinensis. cæsus a Vvaldensibus.1332.n.31.

Guillelmus Minorita. apud Tartaros affectus martyrio. 1333.n.44.

Gundisaluus archiep. Toletanus.creatus a Clemente V. in Granatensi expeditione.A.S.L. 1309.n.26.

Gymnasia. de ijs constituendis agit Ioannes XXII. cum Armenijs.1318. n.15.& 16. vid. *Academia*.

H

HAbere. vid. *Dominium*.

Habitus supernaturales. an infundantur pueris in baptismo, controuersum in concilio Viennensi. A.1312.n.20.

Hæreses. Hæretici.Dulcinus hæresiarcha plures inficit. 1305. num. 18.vid. *Dulcinus*. Nestoriani apud Indos. num.19.Beguardorum hæresis damnata in synodo Coloniensi. 1306. n. 18. fœdi illius errores. ibid. fidem catholicam se defensurum,& hæreticos perditurum pollicetur nouus Romanorum Rex. 1310. n. 3. Arnaldus e Villanoua errores disseminat. nu. 39. metu inquisitorum in Trinacriam fugit. ibid. fluctibus perit. ibid. spurca hæresis ex Dulcini propagine in omne libidinum genus effusa. 1311. num.66. dicebatur libertatis spiritus. ibid. Clementis V. ad illam excindendam studium. num.66. &c. de exordio huius hæresis.n. 71. & 1312. n.17. §. Quod vero.propagata quo auctore. ibid. aucta a Segarello. ibid. hæresis, quod lex euangelica non sit lex veræ libertatis. A.1311. nu. 71. decreta inquisitio in hæreticos in concilio Viennensi, 1312. num. 21. hæreses Marsilij e Padua. 1313. nu. 19. Pontificis auctoritatẽ euertere conatur. num. 19. variæ Fraticellorum sectæ. 1317. num. 56. vid. *Fraticelli*. hæretici ad ecclesias perfugientes priuilegio asyli carent. 1317. n. 61. Arnaldi e Villanoua errores damnati. num. 62. nouę hęreses in Boemia & Polonia serpunt. 1318. num.43. pontificia studia in ijs excindendis. ibid. episcopus Cracouiensis inertiæ de ea re a Ioanne XXII. perstrictus. ibid. & num. seq. Reges excitati ad illos euertendos. eod. nu. 44. Rex Boemiæ hæreticos flammis damnat.ibid. nonnulli Lollardi similiter exusti. num.44. hæreses pseudominoritarum. n. 45.&c. Henricus e Ceua hæresiarcha.eod.n. 45. quatuor pseudominoritæ flammis traditi. num. 53. culti a sequacibus vt martyres. ibid. alij etiam addicti incendio. ibid. serpentem in Græcis hæresim excindi iubet Pontifex. num.57. renouatæ in hæreticos veteres leges. 1319. nu. 14. hæresis in Bosnia grassatur pastorum inertia. ibid. præcipui errores, qui ibi serpebant. ibid. Pontificis in ijs excindendis studia. ibid. suspecta scripta rigide interpretanda. nu.24. Philibertus Vvaldensis apud Auxitanos affectus supplicio. 1320. n. 19. de Bizochiorum secta. 1321. nu. 18. vid. *Bizoehij*. Guillelma meretricula fingit Spiritum sanctum in ipsa incarnatum. 1324. num.9. flammis exusta Mediolani. ib. sequaces habuit. ib. Manfreda, quæ in eam crediderat,exusta. ib. carnis resurrectio negata a Matthæo Vicecomite. ib. impia inter Minoritas spiritualium secta excindi iussa. 1325. num.27. Bosnia contaminata hæreticis.num. 28. expurgandæ illi dat operam Pontifex. ibid. Cypriorum variæ hæreses. 1326. num. 28. Marsilij & Ianduni hæresiarcharum hæreses. 1327. num. 27. &c. confutatæ & damnatæ a Ioanne XXII. ib. vid. *Marsilius e Padua*. hæresis Francisci Asculani. 1327. num. 46. ipse exuritur. ibid. Carolus Vngariæ Rex hæreticos insectatur. num.48. Echardus hæresiarcha. 1329. n. 70. damnati eius errores. ibid. pontificię in excindendis hæresibus curæ. 1331. num. 1. & 1332. nu. 28. vid. *Iacobus Peyt*. vid. *Petrus Ioannis Oliui*. *Pseudominorita*. & *Tertij ordinis S.Francisci fratres*.

Hastiludia. vetita a Clemente V.1313. num. 6. viri nobiles eiusmodi ludis addicti. n. 8. secuta inde mala ingentia. ibid. ludicris ijs certaminibus affuturis pœnæ obiectæ. nu. 8. vetita hastiludia Auinione. A.1327. n. 50.

Hebraica lingua. linguę Hebraicæ scholæ aperiri iussæ a concilio Viennensi. 1312. n.21.

Heduuiges Regina Poloniæ. religiosæ vitæ se addicit. 1333. n.30.

Helionus. princeps Rhodiorum equitum in consistorio designatus. 1319. nu. 11. componit suas cum Hugone Rege Cypri controuersias. 1328. n. 86.

Henricus Rex Cypri. publicæ rei administratione deijcitur. 1306.num. 5. dissidia cum fratre Almarico exercet. 1308. n. 37. pro componenda controuersia in iudicium vocatus.ib. Famagustam firmare propugnaculis decernit. num. 38. pellitur in Armeniam. ib. in regnum reuocatur. ib. bellum gerit cum Rege Armeniæ. 1318. num. 17. Genuenses veriti in eum parare classem. ib. illum inter & Genuenses agitatum concordiæ colloquium. 1319. nu. 9. Armenijs a soldano oppressis opem fert. 1322. n. 35. & 1323. num. 21. eiusdem barbari iras in se concitat. ib. iuuatur a Pontifice decumano auro. ib. cum Leone Rege Armeniæ de nouo fœdere paciscendo agit. n. 13.

Henricus dux Carinthiæ. eligitur Rex Boemiæ.1306.n.16. ab Alberto Rege Romanorum regno depellitur. ib. diuina in illum vindicta ob Tridentinam ecclesiam oppressam. nu. 17. Boemiæ regnum extincto Rodulpho recuperat.1307. n. 26. pellitur a Ioanne Lucemburgensi. 1310.n.1.

Henricus dux Glogouiensis. a nonnullis Polonis ad regnum vocatus. 1306. n.17.

Henricus archiep. Coloniensis.synodum Coloniæ aduersus Beguardos cogit. 1306. nu. 18. damnat eorum errores. ib.

Henricus Lucemburgensis. creatus Rex Romanorum. 1308. num. 19. &c. vt Clementis V. industria id fastigium sit assecutus. num. 20. Aquisgrani a Coloniensi archiep. corona redimitus. 1309. num. 9. solicitatur a Gibellinis, vt in Italiam accedat. ib. mittit ad Clementem oratores pro asserendo cæsareo iure, poscendoque imperiali diademate. nu. 10. eius literæ ad Pontificem. ib. fidem oratorum opera illi obstringit. n. 11. quibus verbis ea sacramenti formula concepta fuerit. num. 12. confirmatur Cæsar a Clemente. num. 13. constituta illi pro diademate excipiendo dies. ib. pontificiæ ea de re literæ. ib. iussi clientes imperij ei obtemperare. ib. admonitus mutuam gratiam reponere ecclesiæ. n. 14. Ioannem filium Regem Boemiæ creat. 1310. num. 1. pellit Henricum Carinthium. ib. Germaniam pacat. num. 2. meditatur Italicam

animas cælo excipi vsque ad diem iudicij. ib. aliqui Eucharistiam, nisi Constantinopoli deferatur, dedignatur recipere. ib. nonnulli iumentis ægrotantibus eam porrigunt. ibid. data aduersus impios apostolica imperia. num. 29. ex Græcorum discordia Turcæ potentia aucti. 1327. num. 52. Trapezantinus Imp. & alij Græci ad ecclesiæ coniunctionem a Ioanne XXII. excitati. 1329. num. 95. Græci a Turcis diuexati. 1330. num. 53. & 1332. num. 22. Imperator Græcorum Andronicus a Turcis oppressus. 1333. num. 17. redeundi ad ecclesiam Romanam consilium concipit. ibid. sollicitatus a Ioanne Papa, vt schisma & errores abijciat. ibid. pontificia ad patriarcham Græcorum adhortatio. num. 18. collapsum ob schisma imperium orientale. ibid. propositæ impendentes calamitates, ni resipiscant. ibid. nonnulli abbates Græci ad schismatis abrogationem procliues. ibid. decreti in Græciam apostolici legati. nu. 19. Turcæ in Græcos incurrunt. 1334. nu. 1. Ioannis Papæ pro Græcis ad ecclesiæ gratiam reuocandis studium. ibid. pontificiæ ea de re literæ. num. 2. sumpta a Pontifice ex illatis cladibus conuertendi Græcos occasio. num. 3. decreti ab eo apostolici internuntij. n. 4. quid ij egerint. ibid. Græcorum sacerdotum inscitia. ibid. schismaticorum insana pertinacia. n. 5. proposita ex ecclesiarum coniunctione bona. ibid.

Granatenses. decretum in eos sacrum bellum duce Ioanne Castellanæ regiæ principe. 1318. num. 36. in Murciam incurrunt. 1321. nu. 41. insigni prælio a Ioanne regiæ Castellanæ principe obtriti. 1327. nu. 41. in eos armorum societatem coeunt Castellæ, Lusitaniæ, Aragoniæ, & Nauarræ Reges. 1330. nu. 44. decreta ijs a Pontifice subsidia. ib. & nu. seq. infestant Regem Aragonum. 1331. num. 29. Gallus & Boemus Reges de ijs delendis consilium capiunt. ib. excitis Afris Christianos bello ingenti petunt. 1332. n. 21.

Gratia. an sit terminus, vltra quem augeri gratia quis non possit. 1312. nu. 17. probatur non dari eiusmodi terminum. ibid.

Gregorius X. miraculis clarus. 1326. n. 32. Placentini in sanctorum catalogo eum annumerandum postulant. ibid. institutum a Ioanne XXII. de illius miraculis religiosum examen. ibid.

Gregorius patriarcha Armeniorum. spe auxilij sustentatus a Clemente V. 1306. n. 13.

Gualcherus Castilioneus. Athenarum ducatus procurator institutus, cæso Gualtero Benna. 1314. n. 10.

Gualterus Brenna dux Athenarum. a Catalana societate dolo victus, cæsusque. 1314. n. 8.

Gualterus dux Athenarum. præmissus a Carolo duce Calabriæ ad Florentiam administrandam. 1326. nu. 3. promulgat, Robertum Regem vacantis imperij in Italia administratorem. ib. Athenas recuperare meditatur. 1330. n. 54. indulgentiæ cum secuturis propositæ. ib.

Gualterus dux Brenensis. in Achaiam expeditionem ducit. 1331. num. 30. nulla re gesta recedere coactus. ib.

Gualterus pseudominorita. arcanæ coniurationis in Ioannem XXII. administer. 1334. n. 31. & 32.

Guecelo e Camino. Manfredum Feltrensem episcopum ex insidijs necat. 1323. num. 23. desigitur anathemate. ib. breui perit. ib.

Guelfi. id factionis nomen professi cæsi Mediolani. 1311. n. 2. in Henricum VII. rebellant. n. 3. Arnaldus creatus legatus ad eos Henrico conciliandos. n. 21.

Guibertus Corrigianus. Parmæ ab Henrico VII. præfectus. 1311. n. 23.

Guido Flandrensis. ab Henrico VII. ad Clementem missus pro imperiali corona poscenda. 1309. n. 10.

Guido Turrianus. Mediolanensi tyrannide potitus Vicecomites exagitat. 1310. n. 17. tergiuersatur Henricum VII. venientem pro corona ferrea excipienda in vrbem admittere. ib. volens nolensque vrbis potestatē illi restituit. ib. concitata seditione post asperam pugnam pellitur. 1311. n. 2. incensum inde bellum n. 3.

Guido episcop. Ferrariensis. Ferrariensium nomine pontificium in eam vrbem imperium profitetur. 1310. n. 23. ius vrbis potestatemque noua pactione in Pontificem transfert. n. 25.

Guido episcop. Cameracensis. a Clemente V. iussus excipi a ciuibus vacuo imperiali solio, quamuis Cæsari fidem non obstrinxisset. 1313. n. 37.

Guido Tarlatus episcop. Aretinus. crucem argenteam & duo angelorum signa argentea transmittit Pontifici. 1318. nu. 40. commendatur illi in somnis a Virgine congregatio recens S. Mariæ Montisolitueti. 1320. n. 50. primis ordinis conditoribus amictum album tribuit. ib. tuendi iuris cæsarei specie ecclesiam oppugnat. 1324. num. 20. promulgari iussa edicta in eum confecta. 1326. nu. 4. vetera scelera in ecclesiam nouis cumulat. ib. exauctorato suffectus Vbertinus. ib. Sacconi opera Tifernum eripit Pontifici. 1324. nu. 20. coniurat cum perduellibus Gibellinis. ibid. damnatus iudicio. ibid. Cortonensis episcopatus ipsius odio ex Aretino diuulsus. ibid. damnatus a Pontifice. 1327. n. 2. Ludouicum ferrea corona Mediolani cingit. n. 3. coram Ludouico a Castrucio proditionis accusatur. num. 18. concepto ex dedecore dolore, morbo letali corripitur. ib. pœniter illum acerbissime rebellasse Pontifici. ib. & n. 53.

Guido Polentanus. tyrannidem Rauennæ, cæso Raynaldo cum fratre, inuadit. 1322. n. 4.

Guido. Carmelita episc. Maioricæ scriptor. ad Elnensem in Catalonia episcopatum traductus. 1331. n. 7. Bernardum Fuscerium pseudominoritam plurium hæreseon reum comprehendit. nu. 8. censor fidei acerrimus. 1332. nu. 28. insectatur Fraticellos. nu. 31.

Guigo delphinus Viennensis. bellum gerit cum Sabaudo. 1333. nu. 22. indictas a Pontifice inducias infringit. ib. misere perit. ib. ostenditur diuinitus, puniri ob adulteria. ib. Robertus frater illi succedit. ib.

Guillelma meretricula. fingit, Spiritum sanctum in ipsa muliebres artus induisse. 1324. num. 9. vna cum Manfreda flammis exusta. ib. sequaces habuit. ib.

Guillelmus Arrufati. purpura sacra ornatus a Clemente V. 1305. num. 14.

Guillelmus Villanouanus Minorita creatus episcopus ad fidem inter Tartaros amplificandam. 1307. nu. 29.

Guillelmus Nogaretus. varijs fucis patratum in Bonifacium VIII. scelus excusat. 1311. nu. 29. multis ecclesiasticis pœnis affectus ad scelus expiandum. n. 50.

Guillelmus Petri ordinis Prædicatorum. creatus presbyter Cardinalis tit. S. Cæciliæ a Clemente V. 1312. n. 54.

Guillelmus e Mandagoto Aquensis archiepiscop. creatus Card. episcopus Prænestinus a Clemēte V. 1312. n. 54.

Guillelmus Testa. creatus Card. tit. S. Cyriaci in Thermis. 1312. n. 54.

Guillelmus episcop. Trecensis. missus nuncius a Ioanne XXII. in Siciliam vtramque. 1317. nu. 17. censuras Friderico Regi ob non restituta Roberto Calabriæ loca occupata incutit. nu. 18. a Friderico controuersas arces Pontificis arbitrio tenendas accipit. n. 19. Roberto restituit. ib.

Guillelmus Cardinalis episcop. Sabinensis. in Hispanijs legatus. 1320. n. 41. censuras Ioanni Manueli principi, vt tutorium Regis munus exueret, intendere iussus. ibid. pacem adducit. 1322. nu. 17. 18. Vallisoletanum concilium celebrat. ib. præcipua eius statuta. ib.

Guillelmus Soltaniensis archiep. creatus archiepiscopus ad Armeniæ inferioris populos erudiendos. 1323. n. 7.

Guillelmus Ochamus Minorita. postulatus

sit Christiana sacra. A.1324.nu.45. apostolici internuntij ad eum fide instruendum missi. n.46. excitatur ad constantiam a Pontifice in suscepto fidei amplectendę consilio. n.48. vt primatum Romanæ ecclesiæ agnouerit. ib. docetur a Pontifice.ib. &c. resilit a cœptis,& pontificios nuntios dimittit. n.52.

Gentilis Cardinalis A. S. L. Carolum Regem Vngariæ sacra corona redimit. 1308.nu.22. decreto suo Carolum Regem confirmat, promulgatque iure vero illum niti. nu.23.&c. plures fert constitutiones. 1309. nu. 15.pœnas graues in conspirantes aduersus Reges Vngaros sancit. ibid. decernit, retenta vel deperdita sacra corona, aliam a Romano Pontifice deposcendam. n. 16. testatus est literis, Bonifacium pie vitam clausisse.1312. n.13. demonstrat coram Philippo, petitis ex iure canonico argumentis, Bonifacium fuisse Pontificem, insontemque ab impositis calumnijs. n.16. desigit anathemate Matthęum Palatinum.n.52.

Genua.Genuenses. solicitari hi a Clemēte V. vt socia arma cum Carolo Valesiaco aduersus Andronicum Imp. iungant. 1306.n.3. iussi Henricum Cæsarem excipere, illique obsequi. 1310. nu. 10. sese illi submittunt, excipiuntq; ipsum magnifice.1311.n.23. veritas merces ad infideles spe questus submittunt. nu.74. interecepti a Rhodijs equitibus in eos Madachiā Saracenum concitant. ib. iubentur a cœptis absistere. n. 75. Paphon Cypri vrbem vastant. 1313.nu.10. Cyprum parant inuadere. ibid. moniti ab eo bello absistere.ibid. in Robertum Regem Neapolitanum classem educunt. n.20. intentato anathemate prohibiti a Pontifice Siciliam adoriri. nu.21. cauillo eludunt censuras, atque ad bellum incumbunt. n.22. perculsi censuris. n.23. dissipata eorum classis, mortuo Henrico VII. Imp. nu. 29. delata vicaria imperij præfectura Roberto, excepti Genuenses. 1314.n.3. vt eos Henricum excepisse pœnituerit, seque liberos imperiali seruitute professi sint.ibid. cum Cyprio Rege controuersias exercent. 1317. n.35. nonnulli ex ijs Genuense nomen, Mahometis signa præferentes,dedecore contaminant. nu.36. veriti Cyprium Regem inuadere. 1318. nu.17. in factiones scissi mutuo se bello appetunt. n.32. præturam deferunt Roberto Regi. ibid. Gibellini Genuenses magna clade Genua propulsati.1319.n.9.Genuam iterum obsidione vrgēt.ib. Genuenses & Cyprius Rex controuersiæ arbitrum Pontificem deligunt. nu.10. Gibellinos & Friderici classem propulsant. 1320.n.17.Genuenses piratæ a tyranno Turcarum iuste oppressi. 1323.n.12. Genua, profligatis Gibellinis,obsidione soluta.num.25. moniti Genuenses, vt Vicecomitum potentiam ipsis periculosam fundant.1325.n.9. classem parant in Hugonem Regem Cypri. 1328.n.86. a Pontifice retardari oratorem mittunt. ibid. vexati Catalanorum excursionibus intestina ponūt odia, vt in communes hostes consurgant. 1331. nu. 27. latæ a Roberto Rege concordiæ leges. ibid. conciliantur Cyprijs.n.30. Cataloniam infestant. 1332. n.21. agitata a Pontifice inter eos & Aragonium concordia. ibid.

Georgia. Tephelicensis episcopatus in ea conditus. 1329. n.94.

Georgiani. ad coniunctionem cum Romana ecclesia redintegrandam solicitati. 1321. num. 8. offert Ioannes XXII. ipsis in ea causa œcumenicum concilium. n.10.

S. *Georgius*. eius equus depictus Constantinopolitani imperij excidium præsagit. 1321.n.16.

Georgius Rex Indiæ. a secta Nestoriana ad fidem orthodoxam traductus. 1305.n.19. minores ordines suscipit. ib. peragenti diuina sacerdoti regijs indutus vestibus inseruit. ib. construit ecclesiam ad honorem S.Trinitatis, & Papæ. ib.

Georgius Rex Georgianorum. ad instaurandum pristinum ecclesiarum fœdus prouocatus.1321.n.8.

Geraldus episc. Caturcensis. ob immania in Pontificem flagitia exauctoratus, nudatus cute,& flammis exustus. 1317.n.54.

Geraldus Otho Minoritarum generalis præpositus. Michaelis Casenatis errores & hypocrisim confutat. 1331. n.8. in eundem & socios pro tribunali in Perpinianensibus comitijs fert sententiam. nu.15. quatuor hæreses nefarias illi obijcit.ibid. missus vna cum Arnaldo Prædicatore ad Scotiæ & Angliæ Reges conciliandos.1333.n.23. prædicat Parisijs,animas sanctorum ante iudicium diuinam essentiam non intuituras. n.45. conflata inde Pontifici inuidia,quasi eius iussu hæc prædicaret. ibid. peruersis interpretationibus Franciscanæ paupertatis disciplinam laxare nititur. 1334. n. 41. illi resistit Ioannes XXII. ib.

Gerardinus Spinula. Lucensem principatum emit a Ludouici Bauari militibus. 1329.n.5.

Gerardus Minorita. creatus episcopus ad euangelium apud Tartaros Cataynos disseminandum.1307.n.29.

Gerardus e Pinibus ordinis Hospitalariorum vicarius. Orchanem Regem Turcarum maritimo prælio vincit. 1322. n.47.

Gerasimus. intrusus in patriarchatum Constantinopolitanum ab Andronico Imp. 1311. n.73. iussus cedere Isaiæ.ibid.

Geribardus episc. Vladislauensis. orator ad Ioannem XXII. missus pro reuocanda regia Polonica dignitate. 1319. n.2. &c. responsum elicit, vt Poloni suo iure vtantur. n.4.

Germani. succensent Pontifici,exauctoratum Ludouicum; Fridericum vero non admitti ad imperium. 1325.nu. 5. fauent aliqui Gallo, vt imperium ad vitam arripiat. num.7. decernunt demum illud Germanicæ nationi asserere. ib.

S.Germanus Altissiodorensis episc. massam terræ sanguine S. Albani adhuc rubentem asportat in Gallias.1314. n.27.

Gibellini. sæuiunt Mediolani in Guelfos.1311.n.2. commoti inde in Henr. VII. aduersæ factionis Guelfi. nu.3. Spoleti Guelfos flammis exurunt. 1320 n.18.

Goleramus Henrici VII. Cæsaris frater. in obsidione Brixiensi extinctus. 1311. n.23.

Gonsaluus Garcias. missus orator pro sanciēdo Sardici regni iure non admissus. 1305. n.8.

Gorritia arx. occupata a Cantabris. 1321.n.42.

Græci. expeditionem in illos promouere cogitat Clemens V. 1306. nu. 2. & 3. & 1307.num.6. Templarij eos classe infestant. 1306. n. 5. erepta ipsis Thessalonica. ibid. misera Græcæ ecclesiæ sub schismatico Imp. seruitus. 1311. num. 73. patriarchæ Constantinopolitani temere instituti deiectique. ibid. Achaiam opprimunt. 1312. num. 48. in eos Philippus Tarentinus princeps expeditionem parat. ibid. serpentem in Græcia hæresim exscindi iubet Pontifex. 1318. num. 57. ob intestinas dissensiones præcipites in exitium Græcorum res. 1321. num. 15. Andronicus senior Imp. schismatis fautor imperium orientale in ruinam adduxit. 1321. n. 15. exitij Græcis imminentis præsagia. num. 16. Græci inter se dissentiunt. 1322. num. 50. Andronicus senior Turcas aduersus nepotem euocat. ibid. Andronicus iunior auo vniuersam imperij administrationem permittit. ibid. immanis Tartarorum in Græciam excursio. 1324. n. 39. Andronicus de Græcis ad ecclesiam reuocandis agitat. ibid. & nu. 40. ab Albanensibus magnis cladibus attriti Græci. 1325. n. 31. mari a Turcis vexantur. ibid. Andronicus Imp. reuocandæ ad Romanam Græcorum ecclesiæ desiderium præsefert. 1326. nu. 26. oratorem ideo ad Regem Francorum mittit. ibid. Rex Siciliæ ea de re consultus. ibid. missus ad Andronicum a Pontifice internuntius. num. 27. Cyprij Græci male de fide sentiunt. ibid. aliqui infernum negant & purgatorium. num. 28. negant etiam sanctorum ani-

eodem Clmente, quæ iniusto bello pepererat, A.1309.n.23.concordiam cum Roberto Rege, interprete Pontifice, sancit, ib. de Tunetano vectigali cũ eodem contendit, caditque causa, ib. Ierosolymitani regni iura armis comparanda deposcit, ib. quibus legibus cum ipso Robertus pacisci voluerit, ib. cum Henrico Imp. aduersus Robertum Regem fœdus sancit. 1312.n.32. & bellum in eundem parat. 1313. num. 20. obiecto anathemate vetatur Robertum adoriri. num. 21. Calabriam inuadir. ib. cauillo eludit pontificias censuras. num. 23. Robertus Siciliæ insulam, extincto Henrico, repetere apparat. num. 30. Pisana pretura a Friderico spreta. ib. in eum Robertus validissimam expeditionem comparat. 1314. num. 7. in arcibus se continet Fridericus, Drepanumque firmat præsidijs. ib. frangit mora hostiles conatus. ib. paciscitur cum Roberto inducias. ib. promittit Calabria abstinere. ib. Neopatriæ & Athenarum ducatuum suprema iura a Catalana societate accipit. num. 8. monetur a Ioanne XXII. vt pacem cum Roberto componat. 1317. num. 17. restituat illi Rhegium & alia Calabriæ loca occupata. ib. solicitatur, vt veniat ad aulam pontificiam. ib. censuris ab internunrijs pontificijs percellitur. nu. 18. graui bello a Roberto Rege atteritur. ibid. recipit legatos apostolicos, num. 19. Rhegium aliasque arces pontificiæ fidei committit. 1317. nu. 20. oratores legat ad Pontificem. ib. iniqua in vlteriorem Siciliam iura prætendit. nu. 21. corripitur ob affectatum Regis Siciliæ nomen, num. 22. mittit oratores pro tractanda cum Roberto Rege pace. num. 31. a factione Gibellina defertur illi Genuæ prætura. num. 34. pendit vectigal Pontifici. ib. soluitur censuris, quas eo non persoluto contraxerat. ib. monetur, vt Zachariam Genuensem a Catalana societate captum restituat libertati. ib. vtque Fraticellos legibus persequatur. nu. 51. expeditionem Tunetanam suscipit. 1319. num. 12. aduersantes barbaros auro emungit. ib. pendit vectigal Pontifici. ib. Roberto Regi bellum indicit. 1320. n. 14. periurij nota a Pontifice aspergitur. ib. inrenratis censuris vetatur Robertum adoriri. ib. Genuam irrito euentu immissa classe tentat. num. 17. sceptrum in posteros transfundere contra initas pactiones molitur. 1321. num. 40. Petrum filium Panormi Trinacria corona exornat. ib. Rhegium frustra tentat. 1322. n. 14. mittit Petrum filium ad Ludouicum Bauarum, vt cum eo Neapolitanum regnum inuadat. 1328. n 52. eius classis laniata fluctibus. ib. de eo Pontifex vt iniquo in ecclesiam conqueritur. A.1329. nu. 89. clientelarem sponsionem non præstitisse. ib. non soluisse censum ib. vexatum ab eo ius ecclesiasticum. ib. detrectat propterea ad illius filiæ gratiam legem de gradibus consanguinitatis soluere. num. 90. vxoris opera solicitatur, vt redeat ad gremium ecclesiæ, a quo discessit. 1332. n. 17.

Fridericus dux Austriæ. creatus Rex Romanorum discordibus suffragijs. 1314. num. 17. qui principes ipsi fauerint, qui Ludouico. ib. & num. 25. vt dubia admodum fuerint eius iura, & iudicio apostolico dirimenda. eod. num. 25. Aquisgrano propulsatur. ib. Bunnæ corona Germanica redimitur. ib. solicitatur a Ioanne XXII. ad pacem ineundam cum Ludouico Bauaro. 1316. n. 10. Taruisium in suas partes trahit. 1319. n. 6. solicitatur a Pontifice, vt iungat arma cum Rege Vngariȩ aduersus schismaticos. 1320. nu. 2. exercitum ostentat aduersus Ludouicum Bauarum. num. 3. paciscitur cum Pontifice ad Matthæum Vicecomitem deturbandum præfectura Mediolanensi. 1322. nu. 5. Henricum fratrem cum expedito equitatu submitrit. num. 8. mutata sententia, mox illum reuocat. n 10. in prælio vna cum Henrico capitur a Ludouico Bauaro. num. 14. pro eo liberando ex fœdere intercedit Pontifex apud eundem Bauarum irrito exitu. num. 15. cedere cæsareo iure ad Ludouici gratiam cogitur. 1325. nu. 1. grauibus oneratur legibus. ib. rescinditur illius fœdus a Pontifice n. 2. instantibus Austriacis, vt Fridericus confirmetur Rex, responsum illius electionis decretum non fuisse oblatum. num. 5. Galli annitentis ad imperium metu a Ludouico Bauaro ad societatem imperij admittitur. num. 6. laxatur vinculis. 1326. num. 7. noua cum Ludouico fœdera sancit. ibid. aduersatur Pontifex, ne collata ab ipso in Ludouicum cæsarea iura rata habeantur a principibus electoribus. ib. poscente Alberto Austriaco, vt frater Fridericus confirmetur Rex Romanorum, respondetur iterum, illum suæ electionis decretum non obtulisse. 1328. num. 38. obijcitur non iure, sed vi affectasse imperium. ib.

Fridericus comes Montisferetri. Vrbinum tyrannide occupat. 1318. num. 42. Spoletum inuadit. 1320. nu. 18. Guelfos tentos in vinculis flamnis exurit. ib. idololatriæ crimine damnatur a fidei censoribus. 1321. nu 38. ab Vrbinatibus tristi supplicio afficitur. 1322. nu. 1.

Fridericus Treutdingen. dux cæsareus. ob defensos Vicecomites in ius vocatus. A. 1324. num. 12.

Priscus Atestinus spurius. Ferrariæ principatum affectat. 1308. num. 14. obortæ inde plurimæ clades. ib. &c.

Fulco Villaretus equitum Ierosolymitanorum princeps. Rhodum capit. 1310. num. 43. insula Con dicta Lango potitur. 1315. n. 3. sese in delitias soluit. ib. in eum coniurant equites. 1317. n. 35. exauctoratur equestribus comitijs. ib. vocatur a Pontifice vna cum æmulo in ius. ib. cedit principatu. ib. & 1319. n. 11. Helionus illi successor datus. ib.

Fumariani ethnici. in Noruuegos Christianos grassantur. 1323. n. 21. in eos sacrum bellum promulgatum. ib.

G

Galeatius Maphæi seu Matthæi Vicecomitis filius. sumpta ex seditione occasione, crudelitatem exercet in æmulos. A. 1311. n. 2. in ius vocatur ob præfecturam sine pontificia auctoritate occupatam. 1322. nu. 8. se ad annum Mediolani ducem renuntiandum curat. nu. 11. pellitur a Mediolanensibus. ib. eosdem in suam redigit seruitutem. n. 12. Placentiam amittit. ib. & Parmam n. 13. & alias plures vrbes. 1323. n. 26. eius frater profligatus in acie. ib. ipsius patrocinium susceptum a Ludouico Bauaro. nu. 28. obsessus Mediolani pontificium exercitum propulsat. n. 29. hostis pontificius. 1324. n. 5. &c. Pontificis in illum acta iudiciaria. num. 6. de parentis eius tyrannide in ecclesiam. nu. 7. vt ipse Galeatius ecclesiasticum ordinem oppresserit. nu. 8. alia eius flagitia. ib. Guillelmam Spiritum sanctum in ipsa incarnatum effutientem sit secutus. nu. 9. vt postea iudicio hæreseos damnatus sit. nu. 10. indicta in eum sacra expeditio. nu. 11. in vincula a Ludouico Bauaro compingitur. 1327. n. 3. insequenti anno moritur. 1328. nu. 53.

Galbardus de Mota. creatus diaconus Card. tit. S. Luciæ. 1316. num. 21.

Galbardus e Carceribus. ad Polonos cũ cruciferis conciliandos missus. 1334. n. 24.

Gasto Fuxensis comes. cum Iacobo Rege Baleari bellum gerit. 1331. n. 28. imperatæ a Pontifice induciæ. ib.

Gaucelinus. creatus presbyter Cardinalis tit. SS. Marcellini & Petri. 1316. nu. 20. a Ioanne XXII. in Angliam legatus missus. 1317. nu. 42. inter Philippum Regem & Belgas pacem firmat. 1319. nu. 16. & 1320. num. 20.

Gedenninus Lithuaniæ & Rhutenorum Rex. ad fidem Christianam conuersus. 1323. nu. 19. pacem cum cruciferis equitibus conficit. n. 30. poscit

solagay. & Misserquis principes Tephelicenses. A. 1329.n.94. fides amplificata apud Nascarinos. 1330.nu. 55. & apud accolas Montisalbors.ib. & apud Persas. n.57. & apud Tartaros. 1333.n.31. vid. *Tartari.* prouocatur Rex Tartarorum ad fidem amplectendam. n.32. fidei Christianæ elogiũ. n.34. Alanorũ princeps a schismate ad fidẽ catholicã conuersus.n.37.& Zichorum Rex.ib.ad constantiam in suscepta fide a Pontifice excitatus.n.39. vid. *Euangelium.*

Firmum. ab Auximanis vastatum. 1326. n.5.

Flandri. *Flandria*. auro pacem redimunt a Philippo Rege Francorum. 1306.nu.1. consentiunt sibi anathema infligi, si pacem vnquam intregerint. 1307. nu.7. cum Philippo V. bellum gerunt. 1318. n.18. nauara ad eos conciliandos a Ioanne XXII. opera.ib. Ludouicum comitem, fuso eius exercitu,capiunt. 1325.n.14.restituere eũ libertati Galli Regis iussu coacti. ib. Flandria a Iacobo Peyt seditionum incentore fœdata. 1326. n.11.

Florentini. Pontificio legato auxiliares copias pro recuperanda Ferraria submittunt. 1309. num. 8. iussi a Clem. V. in Henrici Cæsaris obsequium procumbere. 1310. num.9. sinistras de Henrico suspiciones concipiunt, & a mittendis ad illum oratoribus absistunt.n.16.queritur de ijs Henricus.ib. Robertum Sic.Regem suæ vrbi præficiunt.n.21.Lucæ expugnatione conterriti reipublicæ Robertũ Regem iterũ præficiunt.1314. n.6.Petrum eius fratrem auxilio venientem excipiunt. ibi. maxima clade a Pisanis attriti. 1315. num. 1. se dedunt Carolo duci Calabriæ. 1326. num.3. cum eo postea diffident. num.3. eo mortuo reipublicæ formam mutant. 1328. num. 59. renouata in eos a Ludouico Bauaro Henrici VII. edicta. 1328. num. 45. in eosdem expeditionem mouet Ludouicus. nu. 52. Lucensi obsidione depulsi a Ioanne Rege Boemiæ. 1331.n.19.

S. Flori episcopatus. conditus a Ioanne XXII. 1317. n.12.

Fœdera. ea cum infidelibus & schismaticis sancire vetat Clemens V. 1311. n. 75.

Fœmina. de diuinis temere disserere vetitę a concilio Viennensi. 1312. n. 24. cum nulla muliere sola solus loquebatur S. Ludouicus Tolosanus. 1317. n. 10.

Fornicatio. eam vetitam ostenditur. 1312. n.18. §.septimus error.

S. Franciscus. eius prophetia in contrarium sensum detorta a pseudominoritis. 1321. num. 19. ipse dogma pseudominoritarum circa paupertatem non tenuit. 1322. n. 55.

Franciscus Caietanus Cardinalis. factionis auctor pro creando Pontifice Bonifacianarũ partium.A.1305.n. 2. a Nicolao Pratensi deluditur. ib. defendit Bonifacij memoriam. 1312. n. 11.

Franciscus Atestinus Azonis extincti frater. de Ferrariæ principatu cum Frisco Azonis spurio disceptat.1308. n.14.

Franciscus Dandalus. orator legatus a Petro Gradenico pro flagitanda a Pontifice censurarum expiatione. 1310. num. 31. & 32. Iterum a Ioanne Superantio missus. 1313. nu. 33. iniecta collo catena ad Clem.V. pedes se abijcit.ib.flectit illum ad misericordiam. ib. cognomen canis refert,sed ducatu postea ornatur.ib.

Franciscus S. Luciæ in Silice Card. decretus a Clemente V. pro augustalibus insignibus Hen.VII.cõferendis. 1311. n. 7.&c. 1328. n. 85. fœdus in Turcas cum pluribus principibus sancit.eod.n.85.

Franciscus e Lutra Minorita apostata. Sarabaytarum sectam instaurare nititur. 1322. nu. 53. conijci iussus in carcerem a Spirensi episcopo. ib.in Germania errores spargit. 1326. nu. 23.

Franciscus episcop. Florentinus. consultus a Ioanne XXII. Petri Ioannis Oliui scripta discutit, exponitque errores.1325.n.21. iussus inducere vi & armis Vbertinum in Aretinum episcopatum aduersus Guidonem. 1326. n.6.

Franciscus Manfredus. a filio principatu depulsus. 1327.n.16.

Franciscus Asculanus magus. fingit spiritus in cœlesti sphæra gigni, qui ad opera admiranda possint adigi.1327. nu. 46. cogi ab astris hominum voluntates. ib. vi astrorum Christum natum inopem,& cruci affixum. ib. antichristum eadem vi imperaturum orbi. ib. prædicit Bauarum feliciter Romam penetraturum.ib.exuritur Florentiæ. ib.

Franciscus primus Vosprensis episcop. vna cum Richardo episcopo Cersonensi ad Græcos in sinum Romanæ ecclesiæ reuocandos mittitur. 1333. n.19. vt Millenum Alanorum principem, & Versacht Regem Zicchorum ad coniunctionem cum Romana ecclesia reuocarit. n. 37. 38. quid egerit Constantinopoli.1334.n.4.

Francorum Reges. indulgentiæ pro Francorum Regibus oraturis propositæ. 1317. n.8. Francorum Reges in locis interdictis, si occasionem interdicto non dederint, diuinæ rei possunt interesse. ib. communi anathematis formula, nisi eorum nomen designetur, deuincti non censentur. ib. Nauarræ regnum a Francico diuulsum post mortem Caroli IV. 1328.n. 69. vid. Reges Francor. *Philip.IV.V.& VI. Ludouicus Hutinus & Carolus IV.*

Franeus, alias *Franciscus ordinis Prædicatorum*. primus Soltaniensis archiepiscopus.A.1318.n.4. cedit archiepiscopatu. 1323.nu.8. insignijs episcopalibus vti permissus. ib.

Fraticelli. de varijs eorum sectis. 1317. n. 56.&c. execranda Armanno auctore Fraticellorum hæresis. eod.nu. 56. eorum ignaua segnities. n.58.& cultus sordidus. ib. simulata virtus in vitia degenerans. ib. paupertatis euangelicæ specimen sibi arrogant. n.59. addictos se contemplationi fingunt. ibid. intoleranda eorum arrogantia. ib. profanant sacramenta.ib. ad diffugiendum laborem monachalem laruam induunt. nu. 60. eorundem inertia.ib.damnantur a Ioanne XXII. ib. triplex eorum genus. n.61. quinam præcipue Fraticellorum nomine indicentur. ib. plures Minoritæ in eam sectam lapsi.ib. exuti priuilegijs a Pontifice. ibid. Fraticellorum, se veros S. Francisci discipulos fingentium,exordia. 1318. n.45. hæreses. ib. &c. Fraticellorum præcipui errores. n. 46. nonnulli ex ijs exusti Massiliæ. n.51. effutiunt, potestatem ecclesiæ non manere apud Papam, neque apud præsules, quod non imitentur vitam Christi & Apostolorum,nihil habendo in proprio vel in communi.1322.n.60. eorum princeps Petrus Ioannes Oliui damnatus. 1325. n.20. eorum figmentum de translato ad ipsos pontificatu. n. 23. refellitur. n. 24. blasphemant in ecclesiam.ib. orientem inficiunt. nu. 26. Romanos Pontifices externa tantum specie gerere pontificatum effutiunt.n.27.in eos actum legibus. n. 43. hæresim de simplice vsu facti confingunt. 1331.n.1. illi Marsilij & Ianduni hæreses adijciunt. n.2. Fraticellorum descriptio.n.4. quibus in locis sint grassati. ib. vt professi sint pura seruare instituta S.Francisci.ib. prætexuerint a Cœlestino V. se fuisse confirmatos.ibid. non valuerit is prætextus ob contrarium Bonifacij VIII. decretum. ib. quam iuste Ioannes XXII. damnarit Fraticellos. ib. adhibuerit in consilium Minoritas. ib. vetus decretum in Fraticellos instauratum. n. 5. iussi a præsulibus publice anathemate desigi. ib. non initiati sacerdotio absoluendi auctoritatem sibi arrogant. ibid. Angelus e valle Spoletana eorum signifer. nu.6. Sancia Regina Siciliæ decepta Fraticellos fouet, & Minoritarum præfectum persequitur. 1332. nu. 20. pontificiæ ea de re ad Robertum Regem datæ literæ. ib. ipsamet a Pontifice monetur. ib. in Fraticellos districtæ leges. 1334. nu. 18.

Fridericus Rex Trinacriæ. mittit oratores ad Clementem V. pro impetranda ob non persolutum censum venia. 1305.n. 10. condonata illi ab

eo-

Fraticelli. A.1322. nu. 60. Bochardus archiep. Magdeburgensis necatus a suis, 1326. num. 8. Pontifex in parricidas animaduertit. ibid. de suffraganeorum consecratione decretum synodi Complutensis. n. 29. quod omnes sacerdotes, siue sit Papa siue episcopus siue sacerdos simplex, sint auctoritatis & iurisdictionis aequalis, Aerij haeresis instaurata a Marsilio & Ianduno, 1327. nu. 32. consutatur grauissimis argumentis, ibid. episcopalis muneris partes. 1331. num. 32. pares in episcopis, praecipue archiepiscopis, quam in Cardinalibus dotes desideratae. ibid. statutum synodi Lundensis pro tuenda libertate ordinis episcopalis. nu. 40. vid. *Praesules*.

Ericus dux. fratrem Regem Sueciae capit, vincitque, 1306. n. 15.

Ericus Rex Daniae, Sueciae pro liberando Rege Birgero bellum infert. 1306. num. 15. Christophoro fratri sceptrum tansmittit, 1320. n. 7.

Ericus dux inferioris Saxoniae. ecclesiae aduersus Bauarum fauet, 1334. n. 23.

Error. defensor erroris magis peccat quam errans. 1322. nu. 59.

Esteuses, vid. *Atestini*.

Euangelium. disseminatum a Ioanne e Montecoruino apud Indos, 1305. num. 19. apud Tartaros Cataynos, ib. Cambaliensis archiepiscopatus apud eos conditus a Clemente. V. 1307. num. 29. missi plures suffraganei episcopi, ib. apud Tartaros euangelium propagatum, & apud Persas, 1318. nu. 2. & 4. suffraganei episcopi transmissi. n. 5. & 6. item ad alias gētes. n. 7. vid. *Episcopatus*. quatuor Minoritae in India ob euangelium martyrio affecti. 1319. nu. 31. amplificatum in Tartaria euangelium. 1333. n. 31. in Gazaria. n. 36. in Gochia. num. 37. apud Alanos & Zichos. num. 38. datae euangelij praeconibus praerogatiuae, num. 42. tres Minoritae ob euangelium affecti martyrio. num. 44. vid. *Fides*.

Eucharistia. S. Nicolaus Tolentinas puer Christum in ea conspicit. 1306. num. 19. Rascijs permittit Clemens V. vt corpus Christi in fermentato conficiatur, 1308. nu. 29. Eucharistia conculcata a barbaris. num. 72. diuina in eos vltio, ibid. Beguardorum insania circa dignitatem & adorationem Eucharistiae, 1312. n. 18. S. Septimus. demonstratur eam adorandam, ibid. S. Octauus. argumentum haereticorum dissoluitur, ib. S. seq. de transubstantiatione edisserit Ioannes XXII. 1318. n. 13. & 1321. nu. 11. blasphemae Lollardorum voces in Eucharistiam. 1318. num. 44. aqua vino miscenda in sacramento altaris. 1321. n. 11. & n. 13. vid. *Missa*. quam pie Eucharistiam perceperit S. Thomas Aquinas morti proximus. A. 1323. n. 66. anima cuiusdam defuncti ad domum regressa cognoscit delatam clam Eucharistiam. 1324. n. 54. nefandum sacrilegium de Eucharistia animalibus porrecta a Graecis. 1326. n. 28. in eos animaduerti iubet Ioannes XXII. ib. aliqui recipere nolunt Eucharistiam nisi Constantinopoli deferatur. ib. auditus ex Eucharistia a Iudaeis pugionibus confossa velut infantis vagitus. 1330. nu. 53. aliud similiter a Iudaeis patratum sacrilegium. ib. miracula a sacra Eucharistia edita. ibid.

Excommunicatio. vid. *Anathema*.

Exempti. impugnantur a Ioanne e Poliaco. 1321. n. 21.

Extrema vnctio, illius chrisma a sacerdotibus Armenijs confici solitum. 1318. n. 9. docet Ioannes XXII. ab episcopis tantum conficiendum. ib. & n. 11. extrema vnctio a Lollardis spreta. 1318. n. 44.

F

Famagusta. ab Henrico Rege decretum, vt propugnaculis firmetur. A. 1308. n. 38. indulgentiae propositae opus proquecturis, ib. Famagustae orta ingens dissensio inter ciues & Ianuenses. 1313. n. 10.

Fas. non est medium inter iustum & iniustum. 1329. n. 47.

Fauentia. ab ecclesia deficit, 1327. nu. 16.

S. *Felix Papa martyr*, coepit esse Pontifex, cum Liberius ob communionem cum Semiarianis exauctoratus est. 1331. num. 11. damnato Constantio tulit palmam martyrij. ibid. successit illi secundo Liberius. ib.

Ferdinandus Rex Castellae. conqueritur Bonifacij VIII. nomini iudicium haereseos intendi. 1309. num. 4. bellum in Granatenses suscipit. nu. 26. multis subsidijs a Clemente V. auctus ib. Tariffa potitur. num. 27. Algeziram obsidet irrito conatu. nu. 32. distrahitur ab eo bello ob suorum principum dissensiones. ib. expeditionem Granatensem redintegrat. 1310. num. 44. intentatum anathema illum ab eo sacro bello distrahentibus. num. 44. Alcaudetem oppidum amittit. 1312. nu. 53. foedus init cum Lusitano & Aragonio in Mauros. ib. Alcaudetem recuperat. ib. in ius vocatur apud diuinum tribunal ab ijs, quos temere rapi ad supplicium iusserat. ib. die dicta moritur. ib. Alfonso filio sceptrum transmittit. ibid.

Ferdinandus Balearis princeps. Peloponesum sibi vendicare nititur. 1316. num. 26. in praelio caesus. ib.

Ferraria. extincto Azone Atestinorum iugum excutit. 1308. n. 14. ad ecclesiae imperium illam blande reuocat Clemens V. ib. & num. 15. Veneti illi occupandae inhiant. ib. illam expugnant. nu. 16. & A. 1309. num. 6. deuixi propterea anathemate. num. 6. demonstratur Ferrariam esse iuris ecclesiastici. ib. recuperatur Venetis ingenti praelio deletis. num. 8. Ferrarienses solemnes oratores mittunt ad obsequium Clementi addicendum. 1310. num. 22. vt Ferraria condita sit a Rom. Pontifice in ecclesiae solo. num. 23. erepta ex Desiderij tyrannide a Carolo Magno. ib. redacta in seruitutem Salinguerrae. ib. restituta a legato apostolico pristinae libertati. ib. occupata iniuria ab Atestinis. num. 24. oppressa a Venetis. ib. ex nouo iure sese Romanae ecclesiae tradit. num. 25. traditio Ferrariensium nouo sancita diplomate. num. 27. & seqq. Ferrariam Salinguerra sibi subijcere molitur. pellitur a legato. num. 29. Ferrariae admiuistratio credita Roberto Regi Siciliae. 1313. num. 36. administrorum culpa amissa. 1317. num. 29. Ferraria, vocatis Atestinis, rebellat. ib. iudiciorum seueritas illi intentata. num. 31. ad pontificia obsequia redit. ib. & 1318. num. 41. iterum a marchionibus Atestinis in rebellionem coniecta. 1320. num. 18. suprema Ferrariae iura Ludouicus Bauarus affectat. 1324. num. 13. ob id vocatus in ius a Pontifice. ib. intentatum Raynaldo & Opizoni iudicium. num. 19. profitentur Atestini Ferrariam esse iuris ecclesiastici. 1328. nu. 55. iure beneficiario illius toparchatum ad decennium accipiunt. n. 20.

Festi dies. corruptelae circa eos. 1311. n. 57. iudicia & tonsoria ars die dominico exerceri vetita. 1317. nu. 4. spreti a Lollardis haereticis. 1318. nu. 44. qui praecipue festi dies peragendi. 1321. n. 12.

Fides catholica. propagata apud Tartaros. 1305. nu. 19. &c. fidei norma a Clemente V. Vrosio Regi Rasciae proposita. 1308. num. 26. & a Ioanne XXII. Ossinio Regi Armeniae. 1318. n. 9. &c. Armenijs & alijs. 1321. n. 11. & 12. pollicetur nouus Romanorum Rex, fidem catholicam se defensurum & haereticos perditurum. 1310. n. 3. fides in medijs ignibus sine vlla laesione a B. Iacobo martyre praedicata. 1319. n. 31. Romanum Pontificem in edendo fidei decreto errare non posse, Christi oraculis & sanctorum auctoritatibus demonstratur. 1328. n. 13. ad fidem amplificandam quinquaginta Praedicatores in orientem mitti iussi a Ioanne XXII. 1328. n. 85. solicitati ad fidem orthodoxam profitendam Rascij. 1329. n. 94. & Tephelicensium in Georgia Rex. 1329. n. 94. & Choracicensium Rex. 1329. n. 94. & So-

regio nomine conseruetur. ib. Vvarvicum amittit Eduardus. ib & n. 23. imprudētia ipsius dissoluta Vvaruicensis obsidio. ib. inducias init cum Roberto. ib. difficili ab eodem Roberto Scoto bello exercetur. A. 1320. num. 36. monetur ex regio nomine compellato Roberto ipsius iuri non detrahi. nu. 41. inducias cū Roberto paciscitur. n. 42. mille marcharum cēsum Angliæ & Hiberniæ vectigalis nomine pendit Ioanni Papæ. ib. facta in eum a proceribus coniuratio. 1321. num. 43. Spenserios mulctare exilio ex fœdere cogitur. ib. coniuratos proceres profligat. 1322. num. 20. gratulatoriæ ad eum Pontificis literæ. ib. fœdat crudelitate victoriam. ib. mouet in Scotiam. num. 21. commeatuum inopia dissoluit exercitum. ib. a Carolo Francorum Regi clientelarem sponsionem præstare Aquitanici ducatus nomine iussus. 1322. nu. 32. detrectat, exauctoraturque iure illius ducatus. 1323. num. 46. imprudenter periculosissimo bello se implicat. 1324. num. 38. maximo suo damno pontificia monita respuit. ib. partem Aquitaniæ amittit. ib. pacem cum Gallo redintegrat. 1325. n. 12. filium Eduardum creat ducem Aquitaniæ, vt Gallo sponsionem clientelarem præstet. ib. in vxorem Isabellam & filium iras concipit. ib. cum Gallo Rege iterum exercet inimicitias. 1326. n. 13. & cum vxore & filio. ib. monetur a Pontifice, vt paci se accommodet. num. 14. ne principes Anglos in se exasperet. num. 15. non vsus consilijs pontificijs ab vxore victus capitur. nu. 16. carceri mancipatur. ib. deturbatur gradu regio. 1327. nu. 43. in vinculis extinguitur diro supplicij genere. ib.

Eduardus Roberti Regis Scotiæ frater. Hiberniam sibi subijcere molitur. 1317. nu. 45. prosternitur magna clade. 1318. num. 27. truncatur capite ob raptam Hibernicam coronam. ib.

Eduardus III. Rex Angliæ. creatur a patre dux Aquitaniæ. 1325. n. 13. informatur præceptis a Pontifice. ib. partem Aquitaniæ amissam bello repetit a Gallo Rege. 1326. n. 11. monitus Gallus, ne acerbitate iuris cum nepote vtatur. ib. Philippam comitis Hannoniæ filiam ducit. nu. 16. eius pater ab Isabella Regina fugatus, & trusus in carcerem. ib. in parentis regio gradu pulsi, ac deinde diro mortis genere sublati locum sceptrum arripit. 1327. num. 43. inutilem in Scotiam expeditionem suscipit. ib. extincto Carolo Rege Francorum auunculo sceptrum Gallicum affectat. 1328. num. 68. pronuntiatum ex lege salica secundum Philippum Valesium. ib. exinde orta ingens bellorum seges. ib. cum Rege Scotiæ pacem affinitatemque init. num. 72. Aquitaniam, Philippi VI. beneficentia acceptam, solemni ritu profitetur. 1329. num. 75. Edmundum patruum Cantij comitem capitis sententia damnat. A. 1330. num. 50. Rogerium e Mortuomari, antea administratorem Angliæ, supplicio affici iubet. ib. monetur, ne suos intempestiua seueritate abalienet. ib. Pontificem consulit, vt se gerere debeat. 1331. nu. 35. quibus præceptis informatus fuerit. ib. deterretur ab Hibernica profectione. ib. fauet Baliolo aduersus Sororium Regem Scotiæ. 1333. num. 23. monetur a Pontifice de colenda affinitate. ib. victoriam refert de Scotis. ib. Vvaruicum sibi subijcit. ib.

Ekardus hæresiarcha: Damnati eius errores a Pontifice. 1329. num. 70. & seq. data Coloniensi archiep. imperia, vt illius errores euelleret. num. 73.

S. Eleazarus Ariani comes. virginitatem colit vna cum S. Dalphina vxore sua. 1323. nu. 68. pie affectus in recolenda Christi passionis memoria. ibid. scribit absenti vxori, vt illum in vulnere lateris Christi quærat. ib. vt informarit ad virtutes Carolum ducem Calabriæ. ib. pauperum patrocinium in aula suscipit. ibid. legationem obit in Gallia pro adducenda ad eundem Carolum vxore. ibid. Sacramentis ante mortem rite procuratus. num. 69. pia eius mors. ibid. tentatur tum a dæmonibus, victorque euadit. ibid. moriens lasciuum iuuenem conuertit. ib. Parisijs sepultus, deinde ipsius reliquiæ Aptam translatæ. ib. in sanctorum albo repositus ab Vrbano. V. ib.

Electores principes. maxima inter se dissensione in creando Rege Romanorum disciſsi. 1314. num. 17. & 25.

Eleemosyna. S. Ludouicus episcop. Tolosanus episcopatus opes, reseruata sibi ad vsus necessarios parte, in pauperes effundit. 1317. num. 11. vestem suam nudo confert. ib. viginti quinque pauperes quotidie reficit, ijsque flexo genu inseruit. ib.

Elgerus archiep. Lundensis. 1330. n. 6.

Elisabetha Rudolphi Regis Rom. vidua. illius patrocinium a Clemente V. susceptum. 1305. n. 14.

Elisabetha. Vvenceslai II. Regis vidua. nupta Rodulpho nouo Regi Boemiæ. 1306. nu. 16.

Elisabetha soror Vvenceslai iunioris. nupta Ioanni Regi Boemiæ. 1310. nu. 1.

S. Elisabetha. monita a Ioanne XII. vt filium Alfonsum Dionysio Regi viro conciliandum curet. 1318. num. 39. & 1322. num. 16. insigne in ea coniugalis amoris exemplum. ib. a viro quamuis adultero, & spurium legitimo praeferente, non discessit. ib. eius filius Alfonsus Dionysio in Lusitaniæ regno succedit. A. 1325. n. 15. ad eam de morte viri consolatoriæ Pontificis literæ. ib. monetur, vt filium virtutibus excolat. ib. diuinis rebus se totam addicit. ib. extruit Clarissarum monasterium. 1327. num. 42. & xenodochium. ib. fouet eius pia studia Pontifex. ib. de ea re literæ ib.

Elisabetha Vvladislai Regis Poloniæ filia. Carolo Regi Vngariæ nupta. 1320. nu. 4.

Engerrannus. Marinius. felicitatis vanæ triste documentum. 1315. n. 3.

Entenza Catalanæ societatis dux. plura egregia facinora edit in Turcas. 1314. num. 8. versis in Græcos armis, opprimitur. ib.

Episcopi. Episcopatus. non obstricti ad dissoluenda prædecessorum nomina. 1308. num. 18. si res in ecclesiæ vtilitatem versa, tenentur. ibid. pœnæ in cædentes, capientes, aut in exilium pellentes episcopos statutæ. 1312. nu. 24. episcopi tractare arma vetiti. 1317. n. 13. eorum arma esse debent lachrymæ. ibid. episcopus ob susceptum iniustum bellum corripitur a Ioanne XXII. num. 14. quo ritu munere episcopali exauctoratus Geraldus episcopus Caturcensis. n. 54. episcopatus in plures alios diuisi a Ioanne XXII. eod. 1317. n. 12. cōditi alij ib. Montalbanensis. ib. Rutenensis. ib. Lombiēsis. ib. S. Papuli ib. Mirapiscensis. ib. Vaurensis. ib. Electensis. ib. S. Pontij. ib. Castrensis. ib. Condomiēsis. ib. Tutellensis. ib. Sarlatensis. ib. S. Flori. ibid. Malleacensis. ibid. Lucionensis. ib. Cassinensis. 1319. num. 33. Caffensis. 1322. n. 45. Tephelicensis conditus in Georgia. 1329. nu. 94. Vosprensis Cortonensis. 1326. n. 32. Cersonensis in Gazaria. 1333 n. 36. Cersonensis in Gothia. n. 37. Soltaniensis vrbs apud Persas metropolitana erecta. 1318. n. 4. archiepisc. Soltaniensis designatus. ib. adiungūtur ei sex episcopi suffraganei. num. 5. pallium nouo archiepiscopo transmissum. ibid. & num. 6. designati dies, quibus pallium gerere debeat. eod. n. 6. Cæsaraugustana episcopalis sedes in archiepiscopalem erecta. num. 38. Tarraconensis archiepiscopatus in duos diuisus. ibid. imposita pœnitentia ob episcopum Frequētinum interfectum. 1319. num. 13. varius ordo relationis curati ad episcopum, & episcopi ad Papam. 1321. num. 24. episcopus plus habet auctoritatis in parochianos, quam parochus, ita & Papa plus quam episcopus. ib. iurisdictio Papæ in episcopatibus demonstrata. nu. 26. Apostoli pares non fuere Petro, sed subditi. num. 34. episcopos auctoritatem ob diuitias amisisse effutiunt

resis. A.1305.n.17. se Christi apostolum prædicat.ib. plures inficit. n.18. & 1308. n.9. sacrum bellum contra Dulcinianos gestum. 1308.n.9. parta de ijs victoria. ib. capitur cum concubina sua. ib. concisis a carnifice membris perit. ib. eius sequaces extincti, dissipatiue. ib. spurcissima hæresis in omne libidinum genus effusa ex Dulcini propagine. 1311. n.66.& dicebatur libertatis spiritus. ib. Clementis V. ad illam exscindendam studium. ib.

Dulia. quid sit, quid hyperdulia, quid latria. 1333.n.62.

Durandus episcop. Meldensis. in controuersia de visione beatifica pro parte vera affirmante, sanctos ante iudicium ea potiri, commentarium scribit. 1333.n.49. obiectum illi est, nonnullos errores in ipsius commentario sparsos. n. 58. qui fuerint ij.ib.discussi illi sunt a theologis, Pontificis iussu. n. 59.

E

E*Cclesia*. placere Christo non potest, qui eius sponsam ecclesiam lædit. A.1318.n.28. duas fingunt ecclesias Lollardi. num. 45. 46. demonstratur, vnicam ecclesiam esse, cuius vnicum caput est. 1318. n.46. eius integritas ob fidei puritatem. ibid. in ipsa sancti & peccatores continentur. ibid. non illi officiunt diuitiæ, quibus vt Dei creaturis vtitur. ibid. vnicam esse ecclesiam & vnicum illius caput figuris illustratur. 1321. n. 8. ex cœlesti hierarchia sumptum exemplum. ibid. ecclesia vnica Christi sponsa in Adamo & Eua adumbrata. ibid. in arca Noe expressa. ibid. argumenta ex euangelio petita. n. 9. vnicum ouile & vnus pastor. ibid. ostenditur vnicum esse caput ecclesiæ. n. 35. Seruia ab Orosio ad ecclesiæ obsequium adducitur. 1323. n. 14. & seqq. Lithuania & Russia a Gedennino. n. 19. blasphemiæ Petri Ioannis & Vvaldensium in ecclesiam 1325. n. 23. & 24. refelluntur eod. n.24. illius hierarchiam euertere nititur Marsilius hæresiarcha ad Ludouici Bauari gratiam. 1327. num. 27. refellitur & damnatur. ibid. & n.seq. eius error, neminem ab ecclesia puniri cogi- tue posse, consutatur. 1327. num. 33. oppugnatur ecclesia varijs impietatum telis. ibid.

Ecclesia bona. susceptum ab ecclesiarum præsulibus alienum æs non dissoluendum a successoribus, nisi in rem ecclesiæ versum constiterit. 1308. nu. 18. prouentus ecclesiastici, reseruata sacerdoti parte in vsus necessarios idonea, in pauperes partiendi exemplum in S. Ludouico episcopo Tolosano. 1317. num. 11. diuinæ vltionis exemplum in sacrilegũ militem, qui in monasterio prædas agere cœpit. A.1321. nu. 43. vid. *Templa.* & *Ecclesiæ persecutores.* falso interebant Marsilius & Iandunus, res ecclesiasticas ad Cæsarem spectare. 1327.n.29.

Ecclesia immunitas seu libertas. illius oppressor Birgerus Rex multis oppressus calamitatibus. 1305. nu. 17. exauctorari imperio Græci, qui ecclesiam illam manciparant seruituti. 1311. n. 73. synodi Complutensis decretum de tuendo iure ecclesiastico. 1326. n. 20. in Gallijs Petrus Cunerius ius ecclesiæ oppugnat. 1329. n. 75. &c. ipsum confutat Bertrandus tum episcopus Eduensis postea Card. ibid. & n.77. gladij vtriusque potestatem suam penes ecclesiam ostensum. ib. responsum obiectionibus. ib. inusta Cunerio infamia. ib. lata a Philippo Rege pro iure ecclesiastico sententia. ibid. actæ ideo a Pontifice ei gratiæ. n. 78.

Ecclesia iurisdictio. vid. *Iurisdictio ecclesiastica*.

Ecclesiæ persecutores. ecclesiasticorum bonorum prædatores male pereunt. 1305. nu. 17. Birgerus Rex Sueciæ innumeris oppressus malis ob vexatas ecclesias. ib. traditus vinculis. 1306. n. 15. dum Eduardus Rex Angliæ Cantuariensem archiepiscopum insectatur, Scotia ab illius imperio discedit. num. 15. Henricus dux Charinthiæ, dum Tridentinam ecclesiam opprimit, Boemiæ regno pellitur. num.17. vid. *Iustitia diuina.* & *Templa*.

Ecclesia orientalis. miser eius status. 1305.n.7. vid. *Græci*.

Ecclesia Romana. vid. *Romana ecclesia*.

Ecclesia præsules vid. *Præsules*.

Ecclesiastici. eorum mores cultusque emendandi. 1311. nu. 65. vt clerici facinorosi certis in casibus a secularis fori satellitio capiendi. 1317. n. 13. qui exuendi clericalibus priuilegijs. n. 14. negauit Marsilius hæresiarcha clerum temporalia habere posse. 1327. n. 37. exploditur ea hæresis. ibid.

Echardus. vid. *Ekardus*.

Ecstasis. de meretrice ecstases diabolicas patiente. 1312. num. 18. §. Insignis.

Edmundus Cantij comes Regis Eduardi frater. Aquitaniam aduersus Carolum Valesium propugnat. 1324. nu. 38. a nepote Eduardo Rege damnatus capitali sententia. 1330. n. 50. stulte fide dæmoni adhibita supplicium sibi peperit. ib.

Eduardus I. Rex Angliæ. suppellectilem auream Clementi V. dono mittit. 1305. num. 13. vocat in iudicium apud eundem Pontificem Robertum archiepiscopum Cantuariensem. 1306. nu. 14. Robertum Brusium in Scotiæ regno æmulum patitur. num. 15. pacem cum Philippo Rege Francorum affinitatemque init. 1307. num. 9. expeditionem ingentem adornat aduersus Scotos. num. 13. dysenteria correptus, mortique proximus cadauer per Scotiam circumferri iubet, donec subacta sit. ib. votis frustratur. ib. decreuerat expeditionem Syriacam inire. ib. eiusdem elogium. ib.

Eduardus II. Rex Angliæ. Isabellam Philippi Regis Francorum filiam vxorem ducit ad firmandam concordiam. 1307. num. 9. & num. 13. sceptrum ex parentis in Scotica expeditione extincti manibus corripit. ibid. ad expeditionem in terram sanctam ducendam se obstringit. 1312. num. 22. grauissimas cum proceribus exercet discordias. n. 28. decreti a Clemente V. ad eas sedandas duo Cardinales. ib. repulsi Angliæ ingressu. ib. cum socero Rege Francorum symbolum crucis a legato Cardinale accipit. 1313. n. 6. Scotiam recuperare molitus maxima clade profligatur. 1314. n. 27. S. Albani martyris vestem adhuc viuido cruore purpuratam reperit, ac veneratur. ib. oratores ad Ioannem XXII. clientelarem sponsionem exhibituros mittit. 1316. num. 24. illius ea de re literæ. ib. de non soluto a patre, vel a se sub regni exordio censu veniam deprecatur. num. 25. de eo soluendo statis temporibus paciscitur. ib. oratorum eiusdem literæ. ib. illum Pontifex aduersus Robertum Brusium tuendum suscipit. 1317. n. 42. Hiberni rebellionis causam in eius tyrannidem deriuant. num. 43. vrgetur graui bello. num. 45. Thomas Lancastriæ comes cum ipso graues inimicitias exercet. ib. proposita illi a Ioanne XXII. præcepta optima. nu. 45. 46. monetur, vt clientelarem sponsionem Cardinalibus legatis exhibeat. num. 47. maiorum promissa non esse violanda. num. 48. nonnullis a Pontifice beneficijs ornatur. num. 49. ingenti victoria Eduardum fratrem Roberti Brusij prosternit in Hibernia. 1318. num. 27. gratulatur illi Pontifex. ib. monetur, ne iura Romanæ ecclesiæ labefactet. num. 28. præsefert ingens desiderium Asiaticæ expeditionis conficiendæ. 1319. num. 19. monetur, intestina bella prius sopienda. ib. consulit Pontificem, an quodam balsamo cœlitus dato, vt quorundam sermone ferebatur, inungendus foret. num. 20. responsum a Pontifice, de re sibi non constare, permittique, vt clam pro eius arbitrio inunctio fiat. ib. solicitatur ad sectandas virtutes. ib. male rem bellicam gerit. 1319. num. 21. negat cum eo fœdus pacisci Robertus Brusius, nisi re-

Ioanne XXII. A. 1325. num. 32.
Curum Rex. ad fidem Christi inuitatus a Ioanne XXII. 1333. n. 35.
Cracouiensis episcop. coronandi Reges Poloniæ ius nanciscitur. 1320. n. 4.
Cremona. rebellat in Henr. VII. 1311. num. 4. a Scaligero occupata. 1318. n. 42.
Cruceata, seu *Crucesignata expeditio*. indicta a Clemente V. in Græcos schismaticos. 1307. num. 6. & 7. in Dulcinianos hæreticos. 1308. nu. 9. indicta etiã pro terra sancta expeditio in concilio Viennensi. 1312. n. 22. Reges ac principes ad eam suscipiendam se obligant. ibid. indicta in Hispanijs contra Mahometanos Granatenses. nu. 53. indicta quoq; in Saracenos Asiaticos pro terra sancta &c. 1313. n. 1. &c. tres Reges crucis symbolum accipiunt. ibid. indicta in Hispanijs in Mauros Granatenses. 1317. n. 38. in nouam superstitionem in Italia exortam. 1321. n. 38. in Vicecomites. 1322. n. 7. 1323. n. 25. & 1324. num. 11. in Atestinos. 1324. n. 19. in Ludouicum Bauarum. 1328. nu. 4. &c. in Mauros Granatenses. num. 75. & 1330. n. 44. &c. in Græcos schismaticos. n. 54. in Mahometanos ad liberandam ex eorum manibus Palestinam. 1331. num. 30. & 1332. n. 1. &c.
Cruciferi. Victenem ducem Lithuanorum, ingenti victoria diuinitus parta, profligant. 1311. num. 72. Gedenninum Regem Lithuaniæ & Russiæ ad fidem adducunt. 1323. num. 19. cum eo paciscuntur fœdus. ib. & n. seq. ob vastatum marchionatum Brandeburgensem in ius vocati. 1328. n. 41. cum Polonis fœdus ineunt. 1332. n. 27.
Crudelitas. exercita a Iudæis in Christianum. 1305. n. 15.
Crux. conspui solita a Templarijs. 1308. nu. 7. Carolus Roberti Belgij comitis filius crucem humero impressam ferens natus. 1322. n. 21.
Curatus. vid. *Parochus*.
Cyprus. ad ferendam illi opem submissus cum exercitu Hospitalariorum ordinis princeps. 1308. num. 32. discordijs intestinis Cyprus laborat. num. 37. Rex & dominus Tyri pro dirimenda controuersia in ius vocatus. n. 37. soldanus Babylonius Cypro subijciendæ inhiat. 1322. n. 35. & 1323. nu. 11. infecta Cyprus Nestorianis, duas in Christo personas esse contendentibus, Iacobitis vnicam naturam in eo affirmantibus, Græcis infernum & purgatorium negantibus. 1326. n. 28 in hos iussa a pontifice intendi actio iudiciaria. ib.

D

Daemones. includi in speculis, in phialis, in annulis vt consulatur, assentitur dæmon. A. 1317. n. 53. persuadent suis cultoribus dæmones, se vna cum ipsis aliquando saluatum iri. 1318. num. 44. iniuriam iniq; passos. ib. dianæ specie magis illudunt. 1318. n. 57. vt dæmonũ cultus inualuerit. ibid. vt dæmoni addictus Matthæus Vicecomes. 1321. n. 7. quę fierat illius responsa. ibid. nonnulli a dæmone in idololatriam abducti. n. 38. funestus exitus Friderici comitis Montisferetri oraculis dæmonum addicti. 1322. n. 2. acerrime S. Elcazarum in agone mortis tentat dæmon ac vincitur. 1323. n. 52. Leopoldo duci Austriæ horrida forma sese obijciens, illum in phrenesim conijcit, e qua dux perit. 1326. n. 7. a magis se adorandum curat. 1327. n. 45. dæmones in sphæris cœlestibus gigni, qui ad opera admiranda cogi possint, docet Franciscus Asculanus magus. 1327. n. 46. Edmundus dux Cantij fidem adhibens dæmoni sibi supplicium parit. 1330 n. 50. fallacia dæmonis responsa, tristesq; consulentium exitus. 1330. n. 50.
Dalphina. cum viro S. Eleazaro virginitatem colit. 1323. n. 51.
Damordas Rex Tartarorum. Armeniam triginta equitum millibus atterit. 1322. nu. 33. promissum illi a Saracenis infame Mahometis nomen, si Christianos exscinderet. ib.
Dantes Aligerius. eius obitus. 1321. n. 48. ipsius scripta de monarchia confutantur. ibid.
Dauid Roberti Regis Scotiæ filius. ducta in vxorem sorore Eduardi III. pacem Scotiæ restituit. 1328. num. 72. succedit parenti in regno. 1329. nu. 82. solatur mœrentem Pontifex, & consilijs instruit. ib. S. Andreæ ecclesiam vexat. 1530. num. 50. a Baliolo petitur bello. 1333. nu. 23. & ab Eduardo Angliæ Rege. ib. profligatur ad Vvaruicum. ib. in fugam vertitur. ib.
Decima. laici illas a clero exigentes deuincti anathemate. 1306. n. 1.
Defensor erroris. magis peccat, quam errans. 1322. num. 59. S. Euangelium.
Denarius S. Petri. colligitur in Anglia. 1317. num. 49. & in Vvallia. ib. & in Hibernia. ib. & in Suetia. ibid. & in Polonia. ib. a Scotis exactus. 1329. n. 82. vid. *S. Petri denarius*.
Deus. vt principium & finis adorandus. 1333. n. 64.
Diabolus. vid. *Lucifer*. *Damones*.
Diana. dæmones succubi. 1317. n. 53. & 1318. n. 57.
Dietherus archiep. Treuirensis. ob crimina a Clemente VI. in ius vocatus. 1307. n. 26. morbo oppressus in itineris apparatu moritur. ib. succedit illi Balduinus. ib.
Dionysius Rex Lusitaniæ. nimio in spurium studio filium e S. Elisabetha vxore progenitum in se prouocat. A. 1317. n. 41. perduelles censuris percuti obtinet. ib. monetur, vt crimina fletu deleat. ib. accusat episcopum Vlyssiponensem seruisse discordiam in regia familia. 1318. nu. 39. rogata a Pontifice S. Elisabetha, vt virum filio concilier. ib. donatur Dionysius a Pontifice sanctorum reliquijs. nu. 40. mutuis muneribus Pontificem afficit. ib. attributæ illi decumæ ad arcendos Afros. 1320. n. 32. Alfonsus filius in eum coniurat. ib. eam discordiam sopire Ioannes nititur. n. 33. monetur, ne spurium tam effuso studio prosequatur. 1322. nu. 16. archiepiscopi Compostellani nuntij pontificij opera conciliatur filio. ib. censuras contrahit ob necatos inopia nonnullos clericos. 1323. n. 37. earum nexu soluitur. ib. moritur. 1325. n. 15. Alfonso filio regnum relinquit. ib. ad S. Elisabetham eius coniugem de ipsius morte consolatoriæ Pontificis literæ. ib.
Dominica dies. iudicia & tonsoria ars die dominica exerceri vetita. 1317. n. 4.
Dominicani. vid. *Prædicatorum ordo*.
Dominicus Minorita. martyrio affectus apud Tartaros. 1333. n. 44.
Dominium. rerum dominium a Ioanne XXII. restitutum Minoritis. 1322. nu. 69. dominium minus late patet, quã ius. 1323. n. 40. non distinguitur dominium ab vsu in rebus vsu consumptibilibus. 1329. n. 23. &c. contrarium ad fidem spectare contendit Michael Cæsenas. ib. refellitur. nu. 24. &c. domini veri vestium suarum fuere Apostoli. 1329. nu. 30. primos parentes non simplicem vsum facti, sed dominium rerum habuisse, ostenditur. n. 37. si non proprium, saltem commune. n. 38. dominium rerum quibus vtebantur, habuere Apostoli. n. 49. quale sit dominium Pontificis circa res Minoritarum. n. 50. ob illud Pontificis dominium non sunt pauperiores. ib. dominium Christi in rebus temporalibus quale fuit. n. 55. figmentum est, Christum renuntiasse dominio rerum, quas habuit. n. 56. an Apostoli aliquod rerum dominium habuerint. n. 58.
Donatus Augustinianus pseudoepiscopus. Pistorij interceptus. 1328. n. 48.
Drepanum. a Roberto Rege frustra obsessum. 1314. n. 7.
Dubia. in constitutionibus papalibus oborta dubia non a religiosis licet doctrina florentissimis, sed a Romano Pontifice dirimenda. 1324. nu. 33.
Duellum. vid. *Singularis pugna*.
Dulcinus hæresiarcha. spurca eius hæ-

vetieremitæ & veri religiosi esse non potuerunt. A.1331. n. 6. & 7.

Coimbricensis academia. Vlyssipone eo traducta. 1308. n.17.

Columnenses. Cardinales Columnenses dignitati restituti a Clem. V. 1305. n. 14. Columnenses Vrsinos magna clade afficiunt. 1310. n. 21. Henricum VII. inducunt in Vrbem. 1312. n. 33. illi aduersus quoscumque se suaque deuouent. nu. 34.

Comaclum. ab Atestinis ereptum ecclesiæ. 1324. num.24.

Commendæ. religionis aculeos in graui morbo sentit Clemens V. ob ecclesias in commendam traditas. 1307. n. 28. eiusmodi commendas reuocat Clemens V. 1307. nu. 28.

Commercium, cum Ægiptijs vetitum a Pontificibus contendit licitum Rizardus Cremonensis. 1326. num.24. damnatur hæreseos. ib. vid. *Saraceni*.

Complutense concilium. 1326. n. 20. quæ in eo decreta. ibid.

Compostella, iuris archiepiscopalis est. 1319. num. 28. Compostellanæ ecclesiæ iurium violator Alfonsus tristi mortis genere perit. 1321. num. 41. motus inde religione Philippus princeps illius ecclesiæ iura restituit. ib.

Concilium. œcumenicum concilium pollicetur Ioannes XXII. Georgianis se celebraturum pro redintegranda ecclesiarum coniunctione. 1321. num. 10. concilium œcumenicum Romanum Pontificem iudicare non potest. 1323. num. 30. is non habet a concilio auctoritatem. nu. 31. impia Michaelis Cæsenatis ad concilium prouocatio in Pontificem. n. 65.

Concilium Viennense. quæ illius indicendi causæ fuerint. 1307. n. 11. extractum in alium annum a Clemente V. 1310. n. 41. ad illud vocari Reges. ib. de quibus agitatum sit in concilio. 1311. n. 54. prima eius sessio. ib. patrum numerus. ib. habitæ ad patres a Clamente orationis argumentum. ib. de vitijs in eo emendandis a quodam præsule proposita. n. 57. &c. In eo Templariorum ordo abolitus. 1312. n. 1. de Bonifacij pontificatu & innocentia lata sententia. n. 15. damnatæ Beguardorum hæreses. num. 17. instaurata celebritas corporis Christi. num. 18. §. Nonnulla Petri Ioannis Oliui errores damnati. ibid. & nn. seqq. sancita inquisitio in hæreticos. nu. 21. indicta expeditio in terram sanctam. nu. 22. plura ad ecclesiasticam disciplinam sanciendam constituta. num. 23. septem menses tenuit id concilium. n. 25. interdicti ecclesiarum ingressu præsules, qui vocati ad concilium abfuere. n. 27.

Concilium Salisburgense. 1310. num. 42. præcipua illius statuta. ibid.

Concilium Bononiense. A. 1317. nu. 55. præcipua illius statuta. ibid.

Concilium Vallisoletanum. 1322. n. 18. eius statuta. ib.

Concilium Complutense. 1326. n. 20. quæ in eo decreta sint. ib.

Concilium Toletanum. 1326. num. 21. & 1327. n. 40.

Conclaue. diuturnum post Benedicti XI. obitum. 1305. nu. 1. noua eligendi Pontificis conuentio. num. 2. scrutinij ritus. num. 6. Cardinales Carpentoracti conclaue ingrediuntur. 1314. num. 16. & 1316. n. 7. inde, non designato nouo Pontifice, egrediuntur. ibid. magno ecclesiæ damno ad conclaue non redeunt. 1315. num. 1. de Lugunensi conclaui. ibid. & n. 8.

Condoiensis episcopatus. institutus a Ioanne XXII. 1317. n.12.

Confessio. vid. *Pœnitentiæ sacramentum*.

Confirmationis sacramentum. ab Armenijs sacerdotibus confertur. 1318. n. 9. docentur ab episcopis tantum conferendum. ib. & n. 11. & 1321. n. 6. & 11. a sacerdote iussu Pontificis potest conferri. 1318. n. 9.

Coniugalis amor. exemplum eius insigne in S. Elisabetha Lusitaniæ Regina. 1322. n.16.

Conradus archiep. Salisburgensis. concilium prouinciale celebrat. 1310. n. 42.

Consiliarij. sapientissimos in consilium sibi asciscere debent principes. 1317. n. 25. & 46.

Consolari. Clementiam Francorum Reginam, ex morte filij Regis dolore confectam, ad Christianam constantiam erigit Ioannes XXII. 1316. num. 14. S. Elisabetham Reginam Lusitaniæ de viri morte solatur. 1325. num. 15. Robertum Siciliæ Regem, filij vnici morte consternatum, ad constantiam excitat. 1328. n. 59. & Sanciam Reginam. ib. & Ioannam Francorum Reginam viri Regis morte afflictã. n. 68. & Dauidem Scotorum Regem in Roberti patris morte. 1329. n. 82.

Constantinopolis. patriarchæ Constantinopolitani temere instituti deiectique. 1311. n. 73. solicitatur patriarcha Cõstantinopolitanus a Ioanne XXII. ad abolendum schisma. 1333. nu. 18. missi ad eum legati. ib.

Constantinopolitanum imperium. vid. *Græci*.

Constantinopolitanus patriarcha. vid. *Constantinopolis*.

Constantinus magnus Imperator. inconueniens ait, vbi principatus sacerdotum & Christianæ religionis caput ab Imperatore cœlesti institutum fuerat, videlicet Romæ, illic Imperator terrenus haberet potestatem. 1327. n. 31.

Constantinus Andronici senioris filius natu secundus. dum in hunc Andronicus, prætermisso nepote, imperiũ parat trãsfundere, ciuili bello laniatur Græcia. A. 1321. num. 15.

Constantinus patriarcha Armeniorum. solicitatus ad iungendam cum archiepiscopo Soltaniensi pro interioris Armeniæ conuertendis populis operam. A. 1323. n. 7.

Constitutio. sancitur, Pontifices ad sumptus bellicos pro asserendo Regibus vectigalibus Siciliæ regno non teneri. 1307. n. 23. eorum gesta ante papale insigne solemni ritu susceptum pollere ea vi, qua post illud acceptum valeant. n. 27. constitutio Clementis V. de reuocatis commendis. n. 28. constitutiones Gentilis Cardinalis in Vngaria legati. 1309. nu. 15. 16. constitutiones discrepantes pro temporum ratione eduntur. 1321. nu. 27. contenta in constitutionibus papalibus non sunt fidei decreta, nisi illa de fide esse decernantur. 1324. n. 32. constitutioni, *Exijt*, Ioannes non aduersatur, sed obscurum illius sensum distinguit. n. 33. conciliorum generalium antecessorum Pontificum constitutiones, quæ non sunt decreta fidei, possunt a Pontifice reuocari. 1331. n. 17. vid. *Clemens V.* & *Io. XXII.*

Consumptibilia vsu. vsus rerum consumptibilium, quomodo vsurpandus a religiosis. 1324. n. 35. in ijs ius vsus a dominio non separari demonstratur. 1323. num. 53. & 1324. nu. 35. & 1329. n. 23. contendit stulte Michael Cæsenas, contrarium ad eundem spectare. ib. refellitur. ib. & seqq. Nicolaus Papa in extrauag. *Exijt*, non est locutus de consumptibilibus vsu. n. 39.

Contemptus rerum terrenarum. S. Ludouicus Tolosanus episc. regno Siculo renunciauit. 1317. n. 11. ad illum excitatus Francorum Rex a Ioanne XXII. 1319. nu. 15. vid. *Vanitas rerum*.

Corona. Vngariæ sacra corona amissa ab Othone Bauaro, iterumque inuenta. 1305. n. 16. olim transmissa a Romano Pontifice ad S. Stephanum. 1309. nu. 15. sancta vocata, & cur. ib. ea deperdita vel tenta ab hoste, decernitur aliam a Romano Pontifice postulandam. num. 16. incussum anathema illã inuadentibus. ib. coronam ferream accipit Mediolani Rex Romanorum. 1311. n. 1.

Corporis Domini celebritas. instaurata a Clemente V. 1312. n. 18. §. Nonnulla.

Corsi. *Corsica*. Iacobus Rex Aragon. iura Corsicæ sedis Apostolicæ beneficio se accepisse profitetur. 1305. num. 8. edita ea de re insignia documenta. ib. & num. 9. & 1306. nu. 10. Corsi a Ioanne XXII. saluberrimis præceptis ad Christianam vitam ducendam informati. 1331. n. 38.

Cortonensis episcopatus. institutus a Ioan-

Genuenses fœdera cum Saracenis & schismaticis inire vetat .n.75.controuersiæ inter Cypri & Armeniæ Reges arbiter deligitur.n.77.permittit Roberto Regi , vt diuinis corā se ante lucem peragendis intersit. ib. abolet Templariorum ordinem . A.1312.n.1. 2. &c. eorum bona Hospitalarijs addicit. nu.6. sancit ea ad recuperandam Syriam conuersum iri. num. 8. plura statuit de Templarijs non conuictis vel insontibus . n. 9. pronuntiat Bonifacium VIII. iustum fuisse Pontificem. nu.16.damnat Beguardos. num. 17. celebritatem corporis Christi instaurat. num. 18. Petri Oliui errores damnat. ib. definit, animam rationalem esse formam corporis organici.n.19. opinionē, paruulis habitus fidei,spei,& charitatis cū gratia infundi in baptismo docentem alteri præfert . num. 20. infœneratores animaduertit . n. 21. inquisitionem in hæreticos sancit . ib. Saracenos in Hispania iubet reprimi. ib. Hebraicam , Chaldaicam, & Arabicam linguas in scholis doceri iubet . ib. sexennales decimas pro recuperanda Syria indicit. n. 22. plura ad restituendam ecclesiasticam disciplinam decernit . num. 23. exorta circa formulam Franciscanæ disciplinæ dubia dirimit. ib. moniales ad regularem normam reuocat . num. 24. reis pœnitentiæ sacramentum conferri iubet. ib. de Ludouico Tolosano episcopo sanctorum catalogo ascribendo agitat . num. 25. septimum post mensem concilium Viennense dissoluit . ib. præsules ad suas ecclesias reuersuros indulgentijs exornat. num. 26. alios, qui vocati non interfuerant, ecclesiarum ingressu interdicit. num. 27. duos in Angliam Cardinales ad concordiam reuocandam legat. num. 28. insectatur hæreticos . num. 29. dum Auenionem repetit, Valentiæ periclitatur. num. 30. Italicas res negligit , vnde oborta grauiora mala . num. 31. Henrici Imperatoris de suscepto augustali insigni ad Pontificem datæ literæ.n.39. aliæ eiusdem ad eundem, quibus sacramenta fidei præstita , & iura Romanæ ecclesiæ confirmat. num. 40. Cardinalium ad Clementem literæ de repetito ab Henrico fidei sacramento . num. 42. Henricum ac Robertum monet, vt redeant in concordiam . num. 44. Henricum perfidiæ arguit. num. 45. iubet Henricum & Robertum ex Vrbe discedere. num. 48. promulgat, in Vrbem se iter ornare . ib. reliquijs Latinorum in Græcia laborantibus fert opem . num. 48. parantem in Achaiam expeditionem Tarentinum principem subsidijs fulcit. ib. abneptem Balduini II. illi in matrimonio locandam promouet . num. 49. prorogat Philippo Regi Francorum diem induendi crucis symboli. num. 50. auget Cardinalium senatum , num. 54. Cardinalem legatum ad crucis symbolum militiam sacram professuris Regibus exhibendum mittit. A. 1313. num. 1. hastiludia pœnis obiectis vetat . num. 7. 8. in perduelles Anglos animaduertit . nu. 8. Genuenses Cyprum inuadere vetat . num. 10. rescindit cæsaream in Robertum Regem sententiam ex suprema in imperium auctoritate. num. 16. iniquam multis capitibus arguit. num. 17. 18. 19. rogatur a Gallo Rege , vt Henricum a Siciliæ oppugnatione auertat . nu. 20. constituit tres Cardinales ad eum mittere , num. 21. anathema Robertum oppugnaturis intentat. num. 21. cauillo eludentes pontificia rescripta defigit censuris.num.23. declarat Imperatores Pontificibus fidei sacramento obstringi. num. 28. Iacobo Regi pro comparanda Sardinia biennales decimas attribuit. num. 30. Venetos in ecclesiæ gratiam restituit . num. 31. dissoluit incussas ijs censuras . num. 33. &c. priuilegia, quibus Ferrariæ fruebantur, potitis rerum Atestinis, confirmata ijsdem Venetis . num. 36. vacuo imperiali solio ius regale episcopo Leodiensi confert . num. 37. doctorum Salamanticensis academiæ stipendia auget . num. 37. Balearica Templariorum bona addicit Hospitalarijs. ib. commendat Philippum Regem a Templariorum opibus sibi temperasse . ib. Cœlestinum V. sanctorum catalogo apponit . num. 40. creat Robertum Regem Siciliæ in Insubria & Etruria vicarium imperij . 1314. num. 2. hortatur illum ad iustitiam administrandam . ibid. dat imperia Insubriæ , Etruriæque proceribus, vt eum excipiant. num. 5. thesaurum Italicum a Gibellinis direptum amittit. num. 6. eius nepos Raimundus Aspellus cæsus , ipsiusq; thesaurus expilatus . ib. Iacobum Regem Aragonum Catalanos ex Attica reuocare iubet . num. 8. Catalanam societatem defigit anathemate . num. 10. præmia indulgentiarū contra schismaticos & Tartaros pugnaturis proponit.nu.13. promulgat in sacro senatu cōstitutiones in concilio Viennensi editas. nu.14. moritur apud Roccham Mauram . ib. sepelitur Vzestæ . ib. eius corpus postea exustum ab hæreticis . ib. calumniæ illi aspersæ confutantur . num. 15. post eius mortem secutum diuturnum interpontificium . ib.

Clementia . non dandam illā obliuioni in exercenda vltione , memorabat Vvenceslaus II. Rex Boemiæ. 1305. num. 15. egregia eiusdem de ea re sententia . ib. Vvenceslaus III. ob iactatas temere minas cæsus in ipso adolescentiæ flore. A.1306. nu. 16. clementiæ commendatio. 1317. nu. 6. Ioannis XXII. in Petrum Corbariam clementia . 1330. num. 25. B. Philippus archiep. Bituricensis non prius e pedibus Innocentij III. assurgit, quam veniam æmulo impetrasset . 1323. n. 50.

Clementia Regis Vngariæ soror. nupta Regi Ludouico Francorum . 1315. num. 2. cum viro diademate redimita . ibid. prægnans viduata relinquitur. 1316. num. 11. Ioannem filium Regem breuis æui parit . num. 13. erigitur a Pontifice ad Christinam constantiam . nu. 14. & eius causa aduersus Philippum Longū suscipitur. ib. a procerum coniuratorum fœdere abstinere iussa . ib. eidem, recepta dote, conciliata. nu. 7.

Clementinæ. in senatu sacro promulgatæ. 1314. nu. 14. & a Ioanne XXII. 1317. n. 15.

Clerici . Clerus . laici exigentes a clero decimas deuincti anathemate . 1306. n. 1. solutus clerus Bonifaciana censura quamuis illas exigenti persoluat. ib. quę fuerint proposita in concilio Viennensi circa clericos emendanda. 1311. n. 58. &c. plura ad clericalem disciplinam sanciendam constituta a Clemente V. in eodem concilio . 1312. num. 23. &c. clerici facinorosi a forensi satellitio , ne elabantur, comprehendi permissi. 1317. n. 13. clerici iudices pœnam sanguinis infligentes prærogatiua clericali exuti. n. 14. itidem mercatoriam exercentes . ib. clericorum arma sunt lachrymæ . ib. ob ea gestata correptus episcopus Basiliensis . ib. vt clerici, cēsus ecclesiasticos possidentes, se Christum nudum nudos sequi dici possint. 1322. n. 59. & nihil præter Christum habere. ibid. clerum temporalia habere non posse , fingit Marsilius Patauinus . 1327. n. 37. in eo veterem hæresim instaurat. ib. refellitur. ib.

Cœlestinus V. sanctorum catalogo appositus a Clemente V. 1313. nu. 40. festus eius dies institutus . ibid. de illius vitæ austeritate admirabili . ibid. rigidissimis ieiunijs . ibid. continuo in fundendis Deo precibus studio . nu. 41. labore manuum . ib. morum suauitate , factisque animarum conuersionibus . ibid. sodalitio instituto . ibid. vocatione ad Pontificatum . ib. seruata in eo pristina vitæ forma . ibid. abdicato papali fastigio . ib. vt ad cœlestium rerum tractationem ad obitum vsque incubuerit. ibid. eius ecclesiam adituris indulgentiæ propositæ. n. 42. Cœlestini V. pauperes eremitæ , dum a Bonifacio VIII. & Ioanne XXII. alijsque Pontificibus damnati fuere

manorum. ib. Vrosij Rasciæ Regis oratores ipsum adeuntes pro repetendo ecclesiæ gremio admittit. nu. 26. fidei normam illi proponit. ib. edicit, vt vox, *Filioque*, addatur symbolo, & inter sacra decantetur. nu. 27. profiteatur primarum Romani Pontificis. ib. patriarcham Gradensem virosque religiosos in Rasciam mittit. num. 28. dat ijs partes, vt Regem in sinum ecclesiæ admittant. num. 29. vexillum ecclesiæ illi tradant. ib. Olgeucan Regis Tartarorum literas excipit. n. 30. promittenti, coniuncturum se Christianis cum centum millibus equitum aduersus Saracenos, gratulatur. n. 31. hortatur ad Christiana sacra amplectenda. ib. expeditionem instruit in orientem. n. 32. fideles ad eam obeundam excitat. ib. &c. Hospitalarios illius duces creat. num. 34. Regem Francorum rogat, vt ijs faueat. n. 35. vetat merces Saracenis inferri. ibid. & n. 36. controuersiam inter Henricum Cypri Regem & Almaricum Tyri dominum componere nititur. num. 37. ambos ad dicendam causam in ius vocat. num. 38. ecclesiam Burdegalensem exornat indulgentijs. num. 39. egregio opere instaurat. ib. exauctoratis monachis, in eam canonicos inducit. ib. S. Bertrandi Conuenarum episcopi translationem celebrat. 1309. num. 1. & 2. præsules custodiæ bonorum ad Templarios spectantium præficit. n. 3. Reges rogat, ne ea dissipari patiantur. ib. accusandi Bonifacij potestatem publico edicto permittit. n. 4. Aurelianensi academiæ restituendæ dat operam. n. 5. & Bononiensi. ib. ducem senatumque Venetum ob ereptam Ferrariam desigit anathemate. num. 6. grauissimas alias pœnas ijs infligit. num. 7. Arnaldum legatum bello in eos præficit. num. 8. Ferrariam recuperat. ib. Regis Romanorum imperiale diadema postulantes excipit. n. 9. Henrici ad eum literæ. nu. 10. ius regni Romanorum Henrico asserit. num. 11. fidei sacramentum ab Henrici oratoribus exigit. nu. 12. vertente biennio coronam auream illi se impositurũ spondet. ib. & n. 13. ipsius literæ ad Henricum ea de re vniuersa. ib & n. 14. preces diuino Numini porrecturis pro anima Caroli Franc. Regis indulgentias pollicetur. n. 17. Robertum, Siciliæ regnũ Apostolicæ liberalitati referentem, fidei sacramento adigit. n. 19. illi quinquaginta millia marcharum remittit. num. 21. publico edicto suprema ecclesiæ in Siciliam iura sancit. n. 22. Roberto, quod reliquum erat ex susceptis a patre auoque nominibus condonat. num. 23. Friderico Regi Trinacriæ parta iniusto bello superiori remittit. ib. controuersiam inter vtrumque componit. ib. cum Iacobo Rege de Ilba ac Pisis illi iure fiduciario tradendis paciscitur irrito exitu. num. 24. sacrum bellum aduersus Saracenos Granatenses indicit. num. 25. illud inituros indulgentijs priuilegijsque prosequitur. ib. Castellæ Regi decumas & male partos quæstus contra infideles attribuit. num. 26. auxilia comparare studet. nu. 29. sacras preces indicit pro crucesignatis. n. 30. Iacobum Regem insigni elogio exornat. n. 31. exercitum crucesignatum ducibus Hospitalarijs conficit. n. 33. Ruthenensem episcopum legatum creat. ib. prærogatiuis afficit. n. 34. Cistercienses ad fundẽdas preces hortatur pro impetrando a Numine felici expeditionis orientalis exitu. ib. internũtios creat ad Cæsarem Italiam ingressurum sacramento Romanæ ecclesiæ obstringendum. 1310. num. 2. & seq. Henrici literæ ad Clementem datæ, & quibus sacramentis se illi deuinxerit. num. 3. & seqq. Genuenses, Mediolanenses, Florentinos, aliosque imperij clientes Henrico obtemperare iubet. num. 9. scriptæ ad illius commendationem literæ. num. 10. & seqq. Arnaldum Pelagruam Henricum in expeditione Italica comitari iubet. num. 15. alijs districto negotijs Thomam tit. S. Sabinæ subrogat. ib. huic extincto sufficit Lucam e Flisco. nu. 17. Mediolanenses & alij Insubres Clementis opera ad Henrici obsequium adducti. ibid. Æmiliæ præsidem creat Robertum Regem. num. 18. 19. actæ illi a Roberto gratiæ. num. 20. ad Henrici gratiam Ludouicum Sabaudum Romæ senatorem creat. n. 21. iniurias pro beneficijs illi reponit Henricus. ib. Ferrariensium oratores Clementis & Romanæ ecclesiæ obsequijs se addicunt. num. 23. & seqq. editam ab ijs obsequij professionem publico sancit diplomate. num. 27. Venetos oratores censurarum expiationem flagitantes in consistorio audit. n. 32. Auinionensem episc. ad Philippum Galliar. Regem mittit. num. 33. pro componendis Lugdunensibus turbis recenter obortis Stephanum & Landulphum Cardinales mittit. ib. & n. 34. Belgicam pacem firmat. num. 35. sancit (poscentibus Belgis) anathemate, si rebellarint, deuinctum iri. num. 36. quæsitores ad excipienda testium dicta in causa hæreseos impactæ Bonifacio VIII. constituit. num. 37. vetat, intentato anathemate, testes vlla affici iniuria. ib. Villanouæ physici opera medica quæri, sibique afferri iubet. num. 39. ad exscindenda vitia incumbit. ib. concilium Viennense in annum alium extrahit. num. 41. prouinciales synodos celebrari iubet. n. 42. Rhodus Clementis auspicijs capta. n. 43. percelli iubet anathemate illos, qui Castellanum redintegrantem bellum Granatense disturbarint. n. 44. constitutionẽ de interdicto ecclesiastico arctius obseruando edit. n. 45. restituendæ Frãciscanæ disciplinæ dat operam. n. 46. auget Cardinalium senatũ. ib. Henrico VII. ad Italicum regnum assequendum fauet. 1311. n. 4. Patauium ad illius obsequiũ reuocat. n. 4. quinque Cardinales pro imponenda illi solẽni ritu corona decernit. n. 6. ritus in ea celebritate obseruandos præscribit. n. 7. &c. vsque ad 19. exigit ab Henrico, vt post suscepta insignia imperialia repetat sacramenta, quibus ante iter Italicum se deuinxerat. num. 19. Arnaldum ad clientes imperij in eius obsequium adducendos legatum creat. num. 21. Brixiam Flisci Cardinalis opera Henrico subijcit. num. 23. ad pacandam ditionem ecclesiasticam incumbit. n. 24. accusatoribus Bonifacij VIII. & defensoribus concordiam paciscentibus, controuersiam dirimendam in se suscipit. num. 25. Philippi Regis excusationes & fucos adducit. n. 26. annectit exceptiones defensorum. num. 27. ad has Philippi responsa subiungit. num. 28. adhibitam in ea causa consilij maturitatem proponit. num. 29. decernit ad Philippi gratiam, neque illum neq; alios ad Bonifacium accusandum maligne sed pie descendisse. ib. eundem a capti Bonifacij crimine immunem pronuntiat. ib. Bonifacianas constitutiones detrahentes regni Gallici iuribus abrogat. num. 31. eiusdem acta iudiciaria in Gallos rescindit. ib. Benedicti XI. sententias in prædones, qui cœperant Bonifacium, thesaurumque expilarant, conuellit. ibid. omnem maculam abolet, quæ Philippo posterisque ob gesta in Bonifacium VIII. allini posset. ib. Bonifaciana edicta contra Philippum e regesto pontificio euelli iubet. num. 32. nonnullæ ex ijs Bonifacij literis ex alijs. M. S. restitutæ. num. 33. ad 50. Guillelmum Nogaretum & præcipuos sceleris in eundem Bonifacium Papam patrati socios ecclesiasticis pœnis mulctat. n. 50. fidelibus accusandæ defendendæque Bonifacij memoriæ ius tribuit. num. 51. præsules Viennam vocat ad concilium. num. 52. veritatem a Templarijs exprimi tormentis iubet. n. 53. concilium celebrat. n. 54. Libertinos hæreticos confutat. n. 66. in eos legibus agi iubet. n. 70. sacrilegos, episcopale munus sine præuia consecratione sibi arrogantes, insectatur. num. 71. submittit in Tartariam episcopos ad disseminandum euangelium. n. 74. Isnardum Thebanum archiep. ad Anthiochenam sedem traducit. ib.

ratur . n. 63. vt angelis minor fit, & maior . ibid. quo sensu sit vita æterna videre Christum . n. 64. an angeli desiderent prospicere humanitatem Christi . ibid. concluditur affirmatiue. nu. 65. plura lumina ab ea accipiunt. ibid. & gratias. nu. 67. vid. *Angeli*. de illius excellentia dignitatis. ibid. omnia subiecta humanitati Christi. ibid. quam claritatem post resurrectionem humanitas sit adepta. nu. 68.

Citatio. publico edicto proposita citatio adstringit absentes, ne ad ipsos illa perueniat. 1306. n. 1.

B. *Clara e Montefalcone*. miraculis conspicua. 1317. n. 55. cognoscendi de ijs data potestas a Ioanne XXII. ibid.

Clareni. eorum congregatio Minoritis a Pio V. adiuncta. 1331. nu. 7.

Clarenus. vid. *Angelus Clarenus*.

Clauium potestas. error circa eam, quemlibet a quolibet sacerdote absolui posse, damnatus. 1321. n. 25.

Clemens V. ante pontificatum dictus Bertrandus de Gotto, in colloquium vocatus a Rege Francorum. 1305. n. 3. cum eo paciscitur pro adipiscendo pontificatu . nu. 4. eius patria & genus . nu. 5. & primitiæ . ib. ex archiepiscopo Burdegalensi creatur Pontifex. ib. Cardinalium de collato illi pontificatu decretum . n. 6. Cardinalium ad eum literæ & legatio, vt veniat in Italiam . n. 7. illius ex Burdegala discessus, & varia itinera. nu. 8. respuit a Iacobi Regis oratore clientelarem pro Sardiniæ regno sponsionem accipere . ib. eundem Regem in sua verba sacramento adigit. ibid. & nu. seq. decumas illi attribuit . num. 10. Friderici Trinacriæ Regis oratores ac literas ad eum mittit . num. 10. Lugdunum proficiscitur, eoque Cardinales iubet accedere . num. 11. & 12. transalpinos Reges ad suæ coronationis celebritatem vocat . eod. num. 12. ingenti pompa pontificale insigne accipit num. 13. infausto casu excussa ex eius capite thiara. ib. Francorum Rex fræno illius equum duxit aliquandiu . ib. fraternam cædem luget Clemens . ib. donatur aurea supellectili ab Anglorum Rege . ib. Iacobum & Petrum Columnenses cardinalitiæ dignitati restituit. n. 14. plures alios purpura sacra exornat . ib. Bonifacij VIII. acta in Philippum abrogat . ib. ædiculam S. Ludouico sacram indulgentijs exornat. ib. Elisabethæ Augustæ patrocinium suscipit . ib. consulit Balearibus . ib. Gallici regni dignitatem contra Bonifaciana statuta asserit . 1306. nu. 1. laicos exigentes a clero decumas anathemate damnat . ib. Bonifacij sanctionem de citationibus temperat . ib. decernit expeditionem in Græcos schismaticos . num. 2. Andegauensem comitem sacri in Andronicum belli ducem creat. ib. decumas ei confert . ib. Venetos ad illius belli societatem prouocat . num. 3. & Genuenses. nu. 4. inducias inter Sabaudum ac Viennensem imperat . ib. Robertus dux Calabriæ sacramento suprema regni Siciliæ iura patrio nomine Clementi sancit . num. 6. Lugduno Burdegalam repetit . n. 9. Sardiniæ & Corsicæ iura Regi Aragonum asserit . num. 10. ab illius oratoribus clientelarem sponsionem accipit . ib. magistrum equitum S. Ioannis Ierosolymitani ad agitanda consilia pro recuperanda Syria euocat. n. 11. Armenios spe auxiliaris exercitus confirmat . num. 13. patriarchæ Ierosolymitano extra prouinciam pallij vsum concedit . n. 14. Glasguensem episcopum in iudicium vocat . ib. Aurelianensem academiam prærogatiuis exornat . nu. 18. Petrum episcopum Basiliensem ad sedem Moguntinam transfert. ib. Pictauium se confert . 1307. num. 1. in ea vrbe Regum & principum cœtus pro recuperanda Syria celebrat . ib. Aytonum, vt de rebus orientalibus scribat, incitat. ib. expeditioni in Græcos instruendæ dat operam . num. 6. prædicit, Constantinopolitanum imperium a Turcis inuadendum, ni Græcis eripiatur . ib. indulgentias comitem Andegauensem secuturis proponit . ibid. Andronicum & illi s. socios percellit anathemate . num. 7. fœdus inter Francorum Regem comitemque Flandriæ astringit . num. 8. inter Anglos Francosque concordiam firmiore nexu sancit. num. 9. sollicitatur a Philippo ad Bonifacij VIII. damnandam memoriam . n. 10. iniqua Regis petita eludit . num. 11. decernit concilium Viennense celebrare . ib. Pampilonensibus sacrorum vsum restituit . nu. 14. Vngariæ regnum Carolo & Mariæ adiudicat . nu. 15. Antonio episc. Chamadiensi ob redimitū corona Othonem Bauarum iudicium intentat . num. 21. Gentilem tit. S. Martini in montibus presbyterum Cardinalem ad sententiam mandandam operi in Vngariam mittit . ibid. de Ludouici episcopi Tolosani sanctorum cathalogo annumerandi miraculis inquiri iubet . num. 22. promulgat, Romanam ecclesiam ad tuendum in regni possessione Regem Siciliæ non teneri . num. 23. tertia parte nominum Carolum leuat . num. 24. de reliquis paciscitur . ibid. actæ illi a Carolo gratiæ. ib. Blancham filiam S. Ludouici indulgentiarum beneficijs afficit . nu. 25. Dietherum archiep. Treuirensem in ius vocat. num. 26. illi defuncto Balduinum Lucemburgensem subrogat. ib. decernit, gesta ante papales infulas susceptas pollere eadem vi, qua cætera polleant post eas acceptas . num. 27. in ancipiti morbo conscientiæ aculeos sentit ob ecclesias aliquot in commendam redactas . num. 28. commendas illas abolet . ib. in Tartaria Catayna Cambaliensem archiepiscopatum pluresque episcopatus condit . num. 29. Minoritas plures ad infideles sacris Christianis imbuendos mittit. ib. Ioannem e Monte Coruino multa auctoritate ad euangelium propagandum instruit . num. 30. magnum Chamum Tartarorum ad Christi cultum allicere nititur . ib. In Templarios iudiciariam actionem instituit. 1308. nu. 1. in synodis prouincialibus in ipsos iudicia exerceri iubet. num. 2. abolendi ordinis causam ad concilium Viennense defert . num. 4. fatetur ipsi Templarius eques multæ existimationis, Christi fidem eiurare solitos eos, qui Templariorum militiæ nomen dabant . num. 5. septuaginta duo Templarij adacti sacramento imposita crimina fatentur . n. 6. tres Cardinales ad ordinis Templariorum principem, aliosque duces interrogandos mittit, iudiciariaque documenta superioribus consentanea reperit . n. 7. ad kal. octobris anni MCCCX. concilium indicit. num. 8. inquiri iubet quæ in Christiano orbe censuræ egeant. ib. sacrū bellum aduersus Dulcinistas hæreticos indicit . num. 9. mittit Isnardum archiepiscopum Thebanum, vt Lateranensem basilicam flammis exustam instauret . num. 11. decernit, altare ligneum S. Petri pristino loco suis manibus restituere . ib. plures in Piceno rebellant . num. 12. in eos Siculæ regiæ principes concitat . n. 13. trecentos equites grauioris armaturæ ex conuentis, in Siculi regni beneficiaria largitione initis, submitti postulat. ib. Ferrarienses post eiectos marchiones Atestinos ecclesiastico restituere imperio molitur . num. 14. mittit internuntios, qui Ferrariæ possessionem ineunt. num. 15. Venetis Ferrariam subijcere affectantibus censuras ecclesiasticas intentat . nu. 16. eos officij admonet . ib. Perusinam academiam condit . num. 17. Vlysiponensem academiam traducit Coimbricam. ib. sancit, susceptum a prælatis alienum æs, nisi in rem ecclesiasticam versum sit, non soluendum . nu. 18. Cantuariensi archiep. imponendæ Anglo principi regiæ coronæ ius asserit. ib. Philippo Regi, ne imperium transferatur ad Francos, aduersatur accusati Bonifacij odio. n. 21. curat Henricum Lucemburgensem eligendum Regem Ro-

na-

tas S. Thomæ episcopi Herefordensis. A.1320. n.46. & S.Thomæ Aquinatis, 1323. n. 65. S.Eleazarus comes cum Dalphina vxore virginitatem colit. n.68. egregium castitatis exemplum ab archiepiscopo Moguntino editum. 1329. nu. 73.

Castrensis episcopatus. conditus a Ioanne XXII. 1317. n. 12.

Castrucius Lucensium prætor. Guelfos bello fatigat. 1320. n. 16. Florentinos fundit fugatque. 1321. nu. 24. Spinetam marchionē Lunensi agro pellit. nu. 24. Florentinos bello vexat. 1323. pag. 25. creatus a Ludouico Bauaro in Etruria cæsareus legatus, 1325. n. 9. Pontificis gratiam exambit. 1326. num. 2. iubetur admitti, nisi astu id fiat. ib. ea arte tempus redimit, sociasque vires expectat. n. 3. Caroli ducis Calabriæ copias Lucensi agro propulsat. ib. Pisanum castrum adoritur, ac propulsatur. 1327. num. 2. recuperato Pistorio, potitusque Pisis ex culmine felicitatis speratæ agitur præceps in sepulchrum. 1328. n. 53. delusa contrario exitu illius iactantia. ib.

Catalana societas. plura egregie gerit in Turcas. 1314. n. 8. arma auertit in Græcos, ib. a Græcis muneribus delinita in Athenarum ducatum irruit, subigitque. ib. illius imperium Friderico Regi addicit. ibid. iussa inde abduci a Rege Aragonum. ib. eius scelera exposita a Clemente V. n. 9. defixa anathemate. n. 10. atrocia eius scelera. 1322. n. 49.

Catalanus Fabri Minorita. cæsus ab hæreticis. 1321. n. 17. fulget miraculis. ib.

Catayni Tartari. euangelica fide a Ioanne e Monte Coruino informati. 1305. n. 19. 20. conditi apud eos plures episcopatus. 1307. n. 29.

Catharina Balduini II. neptis. Caroli viri opera iura imperij Constantinopolitani repetere ab Andronico parat. 1306. n. 2.

Cayton Tartarorum insignis ciuitas. in ea cathedralis sedes instituta, 1326. n. 31.

Censores fidei. collata ipsis a concilio Viennensi plurima auctoritas. 1312. n. 21.

Censuræ ecclesiasticæ. sine iusta causa sæpe vibratæ. 1311. n. 58. grauia inde exorta mala. ib. Henricus Imp. dum eas spernit, diuinitus oppressus. 1313. nu. 24. Franciscus Dandalus orator Venetus pro impetranda earum expiatione, iniecta collo cathena, ad Clementis V. pedes magna cum Christianæ demissionis laude se abijcit. 1313. n. 33. decretum concilij Toletani contra clericos censuras spernentes. 1327. n. 40.

Cerabi Sypontinus satrapa. Genuenses piratas Christianos barbarosque æque spoliantes spoliat officij spe- cie. A. 1323. num. 13.

Cersonensis episcopatus in Gothia. a Ioanne XXII. conditus. 1333. num. 37.

Cessatio a diuinis. seruanda. 1310. num. 45.

Cham Imperator Tartarorum. euangelico præconi fauet. 1305. n. 19. eius potentia. ibid. solicitatur a Clemente V. ad amplectenda Christiana sacra. 1307. n. 30.

Charitas. charitatis in patriam insigne exemplum in Francisco Dandalo pro impetranda suis venia. 1313. nu. 33. charitas est apex perfectionis. & 1328. n. 34. 35.

Chrisma. pro extrema vnctione chrisma conficitur ab Armenijs sacerdotibus. 1318. n. 9. ab episcopo tantum sacrandum. ib. & 1321. num. 7. & 11.

Christiani. summum habent ierarcham Romanum Pontificem. 1312. n. 19.

Christophorus Rex Daniæ. sceptrum capessit. 1320. n. 6. coronarionis pompam ad Elgeri archiepiscopi Lundensis aduentum differre cogitur. ib. in gratiam ecclesiæ restituitur. n. 7. pontificiam opem aduersus Henricum Magnopolensem ducem, contra fas Rostochium detinentem, implorat. 1323. n. 22. monetur a Pontifice, ne Ludouico Bauaro adhæreat. 1324. n. 18. iungit affinitatem cum Ludouico. ib. solicitat Cardinales, vt Ludouicus in gratiam admittatur. ibid. Burglauensem episcopum intercipit, indeque percussa interdicto ex Lundensis concilij decreto Dania. 1331. n. 40. regno pellitur, magnosque ad illud recuperandum labores subit. ib. Hallandia, Schoningia, & Blechingia a Danico diuulsæ regno, & Suedico adiectæ. ib.

Christus. definitum, veram aquam & sanguinem ex latere Christi mortui fluxisse. 1312. num. 18. eius mysterij significatio. ib. Christi militia in Lusitania condita. 1317. n. 40. & 1319. n. 29. Arnaldi e Villanoua, Christi humanitati omnipotentiam diuinam, & infinitam diuinitatis scientiam tribuentis, hæreses damnatæ Terraconæ. 1321. n. 62. Christus habuit proprium. 1322. n. 56. habuit verum ius ciuile. num. 58. non tantum ob imperfectos, sed etiam ob perfectos loculos habuit. n. 63. an ius & dominium rerum, quibus vtebatur, habuerit. 1323. nu. 38. argumenta aduersariorum, contendentium non habuisse. ib. concluditur ius habuisse, inquantum homo. n. 41. de infuso illi omnium rerum conditarum dominio in ipso conceptionis instanti. ib. petitur illud titulo paternæ donationis. ib. de titulo redemptionis. ib. de titulo dignitatis. n. 42. de titulo inquantum est caput hominum. n. 44. de alio sumpto ex potestate iudiciaria omnium hominum. n. 46. vt alijs modis ius acquisierit. n. 47. quomodo habuerit loculos propter infirmitatem. n. 48. explicatur quomodo condescenderit infirmis, habendo loculos. ib. ostenditur, non vsum iure & dominio suo, nisi in paucis. n. 49. respondetur obiectionibus aduersariorum. n. 54. &c. quomodo Christus Ioanne Baptista pauperior fuerit. n. 56. damnantur hæreseos asserentes pertinaciter, Christum & Apostolos non habuisse ius in rebus, quibus vtebantur. n. 61. & 1324. n. 32. & 1327. n. 20. ob eam hæresim damnatur Ludouicus. nu. 21. &c. idem Christum messiam non fuisse inepte concludit, si ius rerum, quibus vsus est habuerit. n. 19. contendit Marsilius hæresiarcha, illū ex necessitate Cæsari tributum pensitasse. nu. 29. blasphemat Marsilius, Pilatum fuisse iudicem Christi ordinarium. n. 31. refellitur. ibid. clerum temporalia habere non posse Christi exemplo. num. 37. in Christo duas personas astruunt Nestoriani. 1326. num. 26. eundem tantum filium adoptiuum per inhabitantem gratiam aiunt. ib. in eo Iacobitæ duas naturas negant. ib. in hos censura fidei exerceri iussa a Pontifice. ib. Franciscus Asculanus magus effutit, Christum certo astrorum influxu natum inopem, & in crucem actum. 1326. n. 46. obiectio Ludouici Bauari, quod Christus non fuisset perfectissimus viatorum, si ius rerum habuisset, refellitur. 1328. num. 35. Christus ius rerum temporalium habuit. 1329. num. 55. regnum suum de mundo non habuit, sed a Deo. ib. habuit inquantum homo. ib. non Israelitarum modo, sed omnium dominus fuit. num. 56. multiplices modi, quibus habuit. ib. omnium dominium habuit, sed paucorum quantum ad vsum. ib. figmentum est, Christum renuntiasse dominio rerum, quas habuit. ib. Danielis de Christi regno testimonium. ib. Christus non carentia dominij pauper fuit, sed quia dominio non est vsus. num. 57. confirmatur exemplo. ibid. vsus simplicis facti rerum absque iure aliquo in Christo damnatus hæreseos. 1331. num. 1. huic errori addidere pseudominoritæ Marsilij & sandum hæreses. nu. 2. quis sensus sit Apostoli dicentis: *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum*. 1333. num. 61. animæ separatæ vident intuitiue Christi humanitatem glorificatam. ibid. an adoranda. ibid. si separetur mente a Verbo Christi humanitas, cultu latriæ non est adoranda. n. 62. si coniuncta Verbo suspiciatur, coniunctim adoratur. ibid. relatiue tantum ad Verbum cultu latriæ adora-

A.1312.n.52.eius religio in muniendo sacramentis exercitu. ib. In Tartaros & schismaticos sacrum bellum parat. A.1314.n.13. in Vrosium Regem Rasciæ schismaticum signa attollit. 1318. n. 35. monitus Iauriense castrum episcopo restituere. n.42. insignem victoriam de Rege Rasciæ reportat. 1320. n. 1. solicitati ad coniungenda cum eo arma finitimi principes. ib. Vvladislai Regis Poloniæ filiam sibi thoro iungit. num. 4. Iaderam illi eripiunt Veneti. nu. 45. Seruiam percurrit victorijs. 1322.n. 15. cum Rege Rasciæ fœdus iungit ob Austriacorum cladem. ib. rogatur a Pontifice, vt exscindat hæresim e Bosnia. 1325. n. 28. pugnat feliciter aduersus infideles. n. 29. propositæ eum secutis indulgentiæ. ib. insectanti hæreticos in Dalmatia & Bosnia gratulatur illi Pontifex. 1327. n. 48. obtinet a Io. Papa confirmationem ordinis Eremitarum S. Pauli. 1328. n. 83. cruenti sicarij manus vix euadit. 1331. n. 15. paulo ante de Tartaris triūphara t. ib. Salerni paternum principatum a Roberto Rege patruo repetit. n. 26. interpretem cōcordiæ Pontificē adhibet. ib. filios suos Roberti neptibus despondet. 1332. n. 19. Rhutenos schismaticos bello appetit. 1332. n. 27. de indicto ad recuperandam Palæstinam bello sacro fit certior a Pontifice. 1333. n. 11. patruum Siciliæ Regem adit, ac filium Andream in spem regni Ioannæ despondet. nu. 27. Ludouico primogenito Vngariæ sceptrum reseruat. ib. poscit a Pontifice, vt ab alio, quam a Strigoniensi archiepiscopo corona redimiri possit. ibid. cadenti in acie aduersus infideles indulgentiæ propositæ. 1334. n. 26. item Vngaris eum secutis. ib.

Carolus II. Rex Siciliæ. cum Templarijs inita societate, classem in Græciā immittit. 1306. n. 5. Robertum filium ad Siculi regni suprema iura cum Clemente V. sancienda adhibet. nu. 6. sponsionem datam ratam habet. ib. de ea re eiusdem literæ. ib. impetrat præteritorum censuum solutionem extrahi. n. 8. conuenit Clementem Pictauis. 1307. n. 2. obstringit se ad expeditionem Syriacam. n. 4. impertata illi a Clemente subsidia. ib. eius filius Ludouicus episcopus Tolosanus coruscat post mortem miraculis. 1307. n. 22. disceptat, obstrictos fuisse Pontifices ob supremum in Siciliam ius ad sumptus bellicos ex parte tolerandos. nu. 23. contrarium a Clemente decernitur. ib. leuatur tertia parte susceptorum ab ecclesia nominum. n. 24. de reliquis duabus paciscitur. ib. gratias de accepto beneficio agit Pontifici. ib. solicitatur a Clemente, vt reficiendæ exustæ basilicæ Lateranensi e siluis idonea ligna accommodet. 1308. n. 11. consurgat in rebelles ecclesiæ. n. 13. trecentos equites cataphractos ex conuentis mittat. ib. moritur. A.1309. n. 17. eius virtutes & vitia. ib. propositæ a Clemente oraturis pro illius anima indulgentiæ. ibid. Robertus filius in regno succedit. n. 18.

Carolus Marchiæ comes, postea Rex Francorum. accipit symbolum crucis vna cum patre, fratribus, & patruis. 1313. n. 6. abalienatus a fratre Philippo V. 1317. n. 6. eidem conciliatur. ib. succedit in regnis Galliæ & Nauarræ. 1322. nu. 22. salubribus monitis instruitur a Pontifice. n. 24. &c. sua officia Pontifici defert. n. 26. vrget ipsum, vt matrimonium cum Blancha adultera initum dissoluat. n. 28. ob impedimentum canonicum, quod intercesserat, obtinet. ib. Mariam Regis Boemiæ sororem ducit. nu. 29. solicitatur ad submittenda Armeniæ auxilia. n. 30. mittit oratorem ad Pontificem pro paciscendis in eam expeditionem subsidijs. n. 31. prætermisso bello sacro, implicat se Anglico. n. 32. denuntiat Regi Angliæ, vt Aquitaniam Gallici iuris fiduciariam coram se profiteatur. ib. ostentata Armenijs eius auxilia. 1323. n. 10. oratores ad Pontificem pro expeditione Asiatica conficienda mittit. 1323. n. 43. & 44. quid responsum a Pontifice. n. 45. in Eduardum Anglum, clientelarem sponsionem ducatus Aquitanici ergo præstare detrectantem, fert sententiam. n. 46. caput S. Martini pretiosissima theca includit. n. 67. exauctorato a Ioanne Ludouico Bauaro, affectat imperium. 1324. nu. 26. & 1325. n. 1. extincta coniuge Maria Lucemburgica, Germani ab eo auersi. ib. Aquitaniæ partem, immisso Carolo Valesio cum exercitu, sibi subijcit. 1324. nu. 38. fauet illi Pontifex in comparando imperio. 1325. n. 1. fit certior, vt Ludouicus & Fridericus inter se sint partiti imperium. n. 6. solicitatur, vt strenue ad illud iter sibi muniat. ib. segniter rem agit. n. 7. celebrādos cœtus curat apud Confluentiam pro eblandienda electione. ib. nonnulli Germani fauere, vt ad vitam corriperet imperium. ib. Boemo & Treuerensi illi aduersantibus res disiecta. ib. fœdus paciscitur cum Eduardo Rege Angliæ. num. 12. Ludouici comitis pulsi a Belgis clientelam accipit. num. 14. nouas cum Anglo discordias exercet. num. 11. suadet illi Pontifex, vt partas bello in Aquitania terras nepoti Eduardo restituat. ibid. indictæ pro eo & Eduardo conciliandis publicæ preces. n. 12. Isabellam sororem iuuat ad Eduardum Regem deijciendum. n. 16. adhibetur ab Andronico Imperatore interpres pro Græcis ad obsequium Romanæ ecclesiæ reuocandis. n. 26. ad id operam adhibet. ibid. magico carmine confictis imaginibus structæ eius vitæ insidiæ. A.1327. n. 44. de clericis eius facinoris auctoribus cognoscendi demandatum munus nonnullis Cardinalibus. ib. moritur. 1328. nu. 68. in eo Philippi Pulchri proles deficit. ib. consolatoriæ de morte Caroli literæ ad eius vxorem. ib. posthumā filiam reliquit. ib. sceptrum Gallicum non Eduardo Anglo nepoti ex sorore, sed Philippo Valesio transmissum. ib.

Carolus Philippi principis Tarentini filius. cæsus in acie a Pisanis. 1315. n. 1.

Carolus dux Calabriæ. classe Trinacriam infestat. 1322. n. 14. a S. Eleazaro pædagogo ad fugienda obscœna verba instruitur. 1323. num. 68. idem sanctus pro accersenda Carolo vxore in Gallias legationem obit. ib. præficitur a Roberto patre expeditioni in Trinacriam. 1325. n. 10. præceptis informatur a Ioanne XXII. ib. Panormum & Messanam frustra tentat. n. 11. Gualterum ducem Athenarum Florentiam præmittit cum parte exercitus aduersus Gibellinos Etruriæ. 1326. nu. 3. Senas accedit, & vrbis imperium ad quinquennium accipit. ib. Ioannes Achaiæ princeps illum in ea expeditione sociat. ib. propulsatus Lucam Caroli exercitus. ib. nocuere Carolo cum Florentinis discordiæ. ib. structas ab hostibus insidias feliciter effugit. n. 18. nonnullas arces eripit Castrucio. 1327. n. 16. petente Romam Ludouico, in regnum Neapolitanum se confert, vt illi aditum intercludat. n. 38. morbo oppressus moritur. 1328. nu. 59. eius corpus post plures annos corruptionis expers inuentum. 1332. n. 19.

Carolus princeps Morauiæ, postea Imperator. a patre Ioanne Rege Boemiæ in Germaniam redituro Parmæ relinquitur. 1331. n. 19. ostensum illi diuinitus, Guigonem Delphinum ob adulteria puniri. 1333. n. 22. inde a vitio sibi temperat, templumque B. Virgini ponit. ib.

Carolus Alenconij comes frater Philippi Regis Francorum. Turcici belli dux creari a Ioanne XXII. flagitat. 1333. n. 13. Pontificis ad eum responsum. n. 14.

Caruaialij fratres. rapti temere ad supplicium, Ferdinandum Regem Castellæ apud diuinum tribunal in ius vocant non irrito exitu. 1312. n. 33.

Casimirus Rex Poloniæ. patri Vvladislao succedit. 1333. n. 30.

Cassinensis episcopatus. institutus. 1319. n. 33.

Castitas. egregia S. Ludouici Tolosani. 1317. n. 10. solus cum muliere sola non loquebatur. ibid. castitatis votum non assentiente marito non acceptum Deo. n. 26. insignis castitas

tas

nata a Clemēte V.A.1307. n. 29. plures episcopi suffraganei ab eodem missi. ib. regia est Tartarorum sedes. 1326. n. 30. extincto Ioanne, suffectus illi Nicolaus. 1333.n.31.

Campana, queritur Ioannes XXII. Imperatorem Tartarorum in prohibendo campanarum vsu ab impijs fuisse subornatum.1318.n.3.& 1323. n. 3.

Canis Scaliger. Veronæ præfectus ab Henrico VII.1311. 23. solicitatur a Pontifice, vt pacem colat.1317.n.34. Patauinis bellum infert. 1317. n.32. Montemsilicem expugnat. ib. Cremonam sibi subijcit. 1318. n. 42. intentatis censuris Taruisino bello abstinere iussus, 1319. num. 6. tuente Taruisinos Friderico Austriaco, Ludouici Bauari partes amplectitur.ib. ob Veronensem præfecturam sine pontificia auctoritate arreptam censuris defixus. 1320. n. 13. Patauio propulsatur magna clade.ib. ad Pontificis obsequium redit. 1323. n. 26. asseritur suæ dignitati, modo acceptam Romanæ ecclesiæ eandem dignitatem referat. n. 27. mox deficit ad Ludouicum Bauarum. n. 30. potitur Patauio proditione Marsilij Carrariæ. 1328, n. 58. ecclesiastica & pauperum bona in Marsilium congerit, ib. Taruisium ad deditionem compellit, 1329. n. 19 paulo post morbo opprimitur. ib. Albertus Mastinusque illi in principatu succedunt.

Canonizatio sanctorum. de S. Ludouico episc. Tolosano sanctis annumerando actum. 1312. n. 25. sanctorum catalogo adiectus. 1317. n. 9. plurium populorum precibus flexus Ioannes XXII. duobus episcopis prouinciam dat, vt sacrum de miraculis B. Claræ e Montefalcone examen, & publicas tabulas rite cōficiant, nu. 55. de Roberto archiep. Cantuariensi sanctorum numero adijciendo agitatur.1318.n.29. item de B. Thoma Aquinate. nu.30. quæ maturitas consilij in huiusmodi rebus seruanda. ib. duobus Cardinalibus data prouincia de miraculis ad sacrum collegium referendis. ib. de ijs cognosci iubet Pontifex. ibid. & 1321. nu.46. & 47. B. Thomas episc. Herefordensis in sanctorum numero collocatus. 1320. nu.43. insistitur apud sedem Apostolicam, vt Philippo archiepisc. Bituricensi miraculis claro sanctorum cultus decernatur. 1323.n.67. de iisdem miraculis examen iam ante institutum ab Vrbano. IV. & Clem. IV. & Clemente V. ib. qua maturitate consilij ecclesia illa discutiat. ib. duo episcopi vitæ illius gesta & patrata prodigia adducere in examen iussi. ib. institutum a Ioanne XXII. de Gregorij X. miraculis religiosum examen. 1326, num. 32. excitatur idem Pontifex a Gallo Rege, duceque & clero Britannico, vt patrata B. Iuonis meritis miracula in religiosum examen adduci iubeat, A.1330.nu.58. pontificiæ eā de re literæ.ib. rogatus iam ante Clemens V. vt de iis inquiri iuberet.ib. repetitæ apud Ioannem ipsum eæ preces. ib. quæ maturitas consilij adhibita. ib.

Cantabrigiana academia. instituta a Ioanne XXII. 1318.n.26.

Cantuariensis archiepisc. ei cingendi corona Regis Angliæ ius confirmatum. 1308.n.18.

Captiuorū redemptio. Iacobi Regis Aragonum in redimendis Christianis pietas. 1321.n.40.

Caput ecclesiæ. vnicum esse demonstratur. 1321.n.35.

Carasanchor Christianus princeps in Syria. concitat Tartaros in Saracenos. 1313.n.9.

Carbanda Tartarorum Rex. oratores ad Pontificem Regesque mittit. 1307.n.3. socia arma pro recuperanda Syria spondet. ibid. in Saracenos suscipit expeditionem, in qua decies centena millia equorum ducit. 1313. n.9.

Carbonarij cruentus ludus. Neapoli exhiberi solitus. 1327.nu.50. intentato anathemate prohibitus. ib.

Cardinales. scissi in contrarias partes in conclaui diu altercantur. 1305. num. 1. pontificatum ad Gallos traducunt. ibid. qui aduersarum factionum signiferi. num. 2. internuntios cum decreto creationis ad Clementem V. transmittunt. num. 6. hortantur eum literis alijs, vt in Italiam se conferat. num. 7. exciti in Gallias culpam suam agnoscunt. num 13. insignis Cardinalium creatio a Clemente facta. num. 14. nomina Cardinalium, qui Clementi V. assidebant. 1307. num. 23. Cardinalium numerus auctus a Clemente Quinto. 1310. num. 46. Cardinalis episcopo præpositus ab eodem Pontifice, & cur. 1312.n.28. absente Pontifice Cardinalibus data prouincia, vt insigne imperiale Cæsari imponant. vid. *Imperator*. auctus tertio Cardinaliū numerus a Clemēte.1312.n.54 xxiii. post obitum eiusdem Pontificis Carpentoracti cōclaue ingrediūtur.1314.n.16. diffidentes diuturnum interpontificiū inuexere. ib. cōclaue egressi.ib. magno ecclesiæ damno ad conclaue non redeunt. 1315. nu. 1. Cardinalium Pontificem creare detrectantium pertinacia. 1316. nu. 1. Lugdunum Regis Francorum fratris opera conueniunt, ib. Vasconum Cardinalium ambitio dissidij causa. ibid. geminam Cardinalium factionem potestatem Pontificis eligendi in Iacobum episc. Portuensem contulisse, rem fabulosam esse ostenditur, nu. 3. pileus Cardinalitius non dandus, nisi in curia Romana. n. 19. interdum gerentibus legationem mittitur.ib. Ioannis XXII. ea de re lit.ib. Cardinales ab eodem Ioanne creati. n.20. & 21. quas virtutes ipse in Cardinalibus desideraret.n.21. nonnulli Cardinales a Ioanne Papa abalienati. A.1317.n.51. alij Card. ab ipso creati. 1327. nu. 55. virtutes in Cardinalibus desideratæ.ib. alij Cardinales duo creati a Ioanne ipso 1331. n. 33. & 34. Philippus Francorum Rex Cardinalium collegium Gallis impleri optabat. eod. nu.33. creatio Cardinalium in consistorio tantum fit. n.34. Cardinales doctrinæ laude erant conspicui Ioannis tempore. ib. ex ijs sexdecim Galli, sex Itali, vnusque Hispanus.ib.

Carelij infideles. Sueciam infestant. 1326. n. 10. Magno Regi in eos ducturo exercitum dimidia sexennalium decumarum pars attributa. ib.

Carolus Valesiorum dux comesque Andegauensis. conciliatur Bertrando archiepiscopo Burdegalensi creando Pontifici. 1305. num 4. læsus, dum pontificem sociabat. num. 13. ad recuperanda Constantinopolitani imperij iura dotalia præsidijs apostolicis instruitur. 1306. n. 2. solicitati Veneti & Genuenses ad iungenda cum illo socialia arma. n. 3. Pictauij Clemente conuenit. 1307. n. 1. propositæ secuturis illum aduersus Andronicum indulgentiæ. n. 6. idem occidentale imperium affectat. 1308. n. 20. accusati a Philippo Bonifacij VIII. nominis odio deluditur. n. 21. interest Viennensi concilio. 1312. n. 1. a Nicolao Cardinale legato sacrum crucis symbolum accipit.1313. n. 6. a nepote Philippo V. abalienatus. 1317. num. 6. ei reconciliatur. ibid. Aquitaniæ partem Anglis eripit. 1324. nu. 38. eius mors. 1326. n. 21. in extremo vitæ discrimine procuratæ Enguerranno necis illum pœnitet. ib.

Carolus Rex Vngariæ. illum Otho dux Bauariæ Vngarico regno spoliare nititur. 1305.n.16. adiudicatum illi a Clemente V. regnum Vngariæ. 1307. n. 15. pontificia de eo sententia.ib. &c. vt Venceslaus iunior contra ipsum fuerit electus. ib. exauctoratusque a Bonifacio VIII. n. 16. &c. æmulo Othoni duci Bauariæ intentatæ censuræ. n. 20. pro asserendo Carolo regno Vngarico missus in Vngariam Gentilis Cardinalis legatus. ib. capto Othone Bauaro, in solio Vngarico constabilitur. ib. ab omnibus regni ordinibus, etiam ab aduersarijs, Rex salutatur. 1308. n.22. sacra corona redimitur. n. 25. de Iaderæ imperio cum Venetis disceptat. 1311. n. 75. de Matthæo palatino cruentam victoriam refert.

A.1312.

multa secunda prælia gerit aduersus Galeatium Vicecomitem. A. 1323. nu. 26. repellit Ludouici oratores exorantes, ne Galeatio cæsareo clienti bellum inferret. n. 28. Mediolano propulsatur. nu. 30. Mutinam eripit Passarino. 1327. nu. 17. Ludouico Bauaro ex Insubria in Etruriam iter abrumpere non audet. ib. creatur episcopus Ostiensis & Velletrensis. n. 55. Azonem Mediolani principem ad ecclesiæ obsequium reuocat. 1330. nu. 26. cum Ioanne Rege Boemiæ fœdus sancit. 1331. nu. 19. exinde in eum vt suspectum socij Guelfi & hostes Gibellini coniurant. ibid. pellitur a Bononiensibus. 1334. n. 17.

Bertrandus e Turre. missus in Insubriam internuntius apostolicus. 1317. n. 32. & creatus Cardinalis tit. S. Martini in montibus. 1320. num. 49.

Bertrandus e Baucio. clientelarem sponsionem Ioanni XXII. Pontifici Roberti Regis Siciliæ nomine addicit. 1317. n. 32. &c. libellum de gestis, ac factionibus Longobardorum conscribit. n. 33.

Bertrandus episcop. Eduensis. tuetur ius ecclesiasticum coram Philippo Rege Francorum. 1329. nu. 75. gladij vtriusque potestatem penes ecclesiam esse ostendit. ib. secundum illum a Philippo Rege pronuntiatum aduersus Petrum e Cunerijs. n. 77. creatur Cardinalis. 1331. num. 34.

Birgerus Rex Sueciæ. ob direptas ecclesias diris calamitatibus implicitus. 1305. n. 17. ab Henrico & Vvaldemaro fratribus vna cum vxore & maxima filiorum parte captus, vinctusque. 1306. n. 15.

Bizochi, siue Bichini. actio hæreseos a Ioanne XXII. illis intendi iussa. 1321. n. 18 quæ fuerint eorum exordia. ib.

Blancha S. Ludouici filia. donata centum annorum indulgentia. 1307. n. 25.

Blancha ducis Burgundiæ filia Regina Franciæ & Nauarræ. ob adulterium in carcere necata. 1315. nu. 2.

Blechingia. a Danico diuulsa regno, & Suedico adiuncta. 1331. n. 40.

Boamundus Theupulus. in ducem senatumque Venetum coniurat. 1310. n. 1. 30. oppressi eius conatus. ib.

Bochardus archiepiscopus Magdeburgensis. pontificia in Ludouicum Bauarum edicta promulgat. 1326. n. 8. illi adhærentes censuris percellit. ib. eosdem ad pontificis obsequium reuocare nititur. ib. ab aduersarijs immani mortis genere afficitur. ib. in eius interfectores districtæ censuræ. ib.

Boemia. Romani imperij beneficiaria. 1306. n. 16. ib. Rodulphus ab Alberto Cæsare, eiectis Vvenceslai fororibus, creatus Rex Boemiæ. ib. extincto Rodulpho, Ioannes ab Henrico Cæsare Boemica corona donatus. A. 1310. n. 1.

Boleslaus dux Russiæ. a Ioanne XXII. sollicitatus, vt schisma Græcorum abijciat. 1327. n. 49.

Bonagratia pseudominorita. prouocat Minoritarũ nomine a Ioannis XXII. edicto ob restitutũ Minoritis dominium rerum ad eos spectantium. 1323. n. 70. Pontificem postulat crimine hæreseos. ib & 1328. n. 62. defigitur pontificia sententia. n. 63. prouocationi nefariæ a Ioanne ad concilium a Michaele Cæsenate editæ subscribit vna cum Ochamo. n. 65. commentarium nomine Treuerensis archiepiscopi cudit in Pontificem. 1334. n. 31.

Bonifacius VIII. eius memoriam damnari flagitat Philippus Rex. 1307. n. 10. concilium Viennense ad eam caussam dirimendam indictum. n. 11. data a Clemente V. potestas omnibus accusandi Bonifacij VIII. 1309. nu. 4. exaratum ea de re diploma. ib. fideles ob id scandalum passi Philippo Regi infensi. ib. instituti a Clemente quæsitores, qui dicta testium contra Bonifacium in publica documenta redigant. 1310. n. 37. data omnibus contra Bonifacium afferendi testimonij facultas, veritumque eos a quoquam lædi, vel impediri. n. 38. promulgatur Philippus non maligna, sed pia mente in illum egisse. 1311. nu. 29. accusatores Bonifacij & defensores pacti inter se concordiam, litis decisione sedi Apostolicæ commendata. n. 30. Bonifacij gesta in Philippum rescissa. n. 31. eiusdem sanctiones in eundem e regesto dispungi iussæ. n. 32. nonnullæ ex ijs restitutæ. ib. monitoriæ Bonifacij ad Philippum literæ. n. 33. & seqq. aliæ eiusdem, quibus Philippum anathema contraxisse promulgari iubetur. num. 39. aliæ, quibus conceptam ab eodem ad concilium prouocationem damnat, iudiciumque ipsi intentat. 40. & seqq. aliæ quibus anathemate defixum promulgat, Francosque fidei illi addictæ sacramento liberat. n. 44. & seqq. vt hanc sententiam interceptus ab hostibus pronuntiare non potuerit. n. 49. Nogaretus alijque præcipui prædones, qui Bonifacium ceperant, pœnis ecclesiasticis affecti. n. 50. data a Clemente V. fidelibus accusandi defendendique Bonifacij potestas. n. 51. eius causa agitata in concilio Viennensi. 1312. n. 11. vt de illius pontificatu disceptatum. n. 12. obiectæ illi calumniæ dissoluuntur. n. 13. 14. 15. pronuntiatur a concilio, fuisse creatum legibus Pontificem. eod. n. 15. tres Cardinales argumentis ex theologia, ex iure canonico, ex ciuili petitis demonstrant Bonifacianæ causæ æquitatem. n. 16. duo equites illam, obiecta ad pugnam singularem prouocatione, tuentur. ib. condonatum a concilio Philippo & accusatoribus. ib.

Bonifacius Dominicanus anticardinalis. A. 1328. n. 43.

Bonifacius e Donoratico. antipapam flagitiosum in custodia detinet. 1329. n. 11. & 1330. n. 1. monetur a Pontifice, vt illum tradat. nu. 2. interpretem agit pro restituendo antipapa in gratiam cum Pontifice. n. 7. ab eodem plura exposcit ad antipapæ gratiam, repulsamque patitur. ib. monetur, vt inuitum etiam ac reluctantem tradat. ib. pontificijs imperijs obsequitur. n. 9. ornatur muneribus, & castro Peretano donatur. n. 27.

Bononia. rebellat in Neapoleonem Cardinalem legatum. 1309. n. 5. pacata seditione, redit ad officium, ac pristina priuilegia recuperat a Clemente V. ibid. Bononiensis academia priuilegijs exornata ob rem in recuperanda Ferraria præclare gestam a ciuibus. ib. celebrati laudibus Bononienses ob virtutem militarem. n. 8. edicto vetant cæsarea imperia a quouis excipi. 1310. nu 17. ad constantiam aduersus Ludouicum Bauarum excitari. 1327. nu. 2. se suaque Pontifici addicunt. 1332. n. 8. pulso Bertrando legato, rebellant in Pontificem. 1334. . 17.

Boyssetan Tartarorum Imperator. sollicitatus, vt Armeniam in suam clientelam accipiat. 1322. nu. 41. ad Christiana sacra amplexanda prouocatur. ibid. Armeniæ opem fert. 1323. n. 9.

Brandeburgensis marchia. a Ludouico maiori Ludouici Bauari natu filio occupata. 1328. n. 41.

Brixia. rebellat in Henricũ VII. 1311. n. 22. angustijs pressa Lucæ Flisci Cardinalis opera Henrico se dedit. ibid

Burdegalensis ecclesia. ab illius regimine ad sedem Apostolicam vocatus Clemens V. 1305. nu. 5. exornata indulgentijs. 1308. n. 39. propositæ indulgentiæ illius molitionem operis prouecturis. ib. abactis monachis, in eam inducti canonici. ib.

C

Cachanes archiepiscopus S. Thaddæi. rite non promotos pontificio nomine instituere iussus. A. 1320. n. 5.

Caffa. episcopalis sedis dignitate insignita. 1322. n. 45. Hieronymus primus illius episcopus. ib.

Caluinus. eius impudentia in mendacijs de Ioanne XXII. confingendis. 1334. n. 38.

Cambaliensis ecclesia. condita a Ioanne e Montecoruino. 1305. num. 18. sedis archiepiscopalis fastigio exorna-

Henrici nomine, fidei Sacramentum exigit. A. 1311. n. 5.

Aymo dux Sabaudiæ, bello certat cum Guigone delphino. 1333. n. 22. Pontifex eos conciliare nititur. ib.

Aytonus princeps Curchi. Præmonstratensi ordini nomen adscribit. 1305. n. 21. ex pontificio imperio orientalem historiam scribit ibid. & 1307. n. 2.

Azarus Maurus. fratrem Regem cœcum trucidat regnandi spe. 1309. n. 32.

Azo Atestinus. eo extincto, ob fratris & spurij contentionem Ferraria ad ecclesiæ imperium reuocata. 1308. n. 14.

Azo iunior Atestinus, Ferrariam inuadit. 1317. n. 30. illius iura restituit Pontifici. 1320. n. 18. iterum in rebellionem conijcit. ib. ad ecclesiæ obsequium redit, 1328. n. 54. &c. Ferrariæ toparchatum ad decennium iure beneficiario vna cum fratribus accipit. 1329. n. 20

Azo Vicecomes. Placentia pellitur. 1322. n. 12. a Ludouico Bauaro coniectus in vincula auro libertatem redimit. 1327. n. 3. præfectus Mediolano ab eodẽ Ludouico Bauaro. 1329. n. 4. Ludouicum Mediolano propulsat. n. 13. Marcum patruum post conuiuium proditione obtruncat. num. 15. Mediolani ac Insubriæ principatum sedis Apostolicæ nomine auctoritateque gerit. 1330. n. 36. vna cum Ioanne & Luchino absoluitur. ib. Boemo, illum ad partes Ludouici reuocare annitenti, resistit. n. 37. Ticinum sibi subijcit. 1332. n. 9. Cremonam tentat. ibid. cum Gibellinis & Guelfis in Boemum & fœderatum Pontificem coniurat. n. 10. respuit pacem cum Boemo. 1333. n. 26. Ticinensem arcem expugnat. ib.

B

BAlduinus *Lucemburgensis designatus archiep. Treuerensis*. confirmatur a Clemente V. A. 1307. n. 27. soluitur religione, ne suscepta a prædecessore nomina dissoluat, nisi in rem sacram versa sint. 1308. n. 18. fratrem Henricum euehit ad imperium. n. 19. illum Italiam ingressurum fidei sacramento Apostolicæ sedi obstringit. 1310. n. 3. &c. eligit discordibus suffragijs Ludouicum Bauarum. 1314. n. 17. & seqq. fauet Gallo Regi pro adipiscendo imperio. 1324. n. 19. mortua Maria nepte, cœptis absistit. ibid. Galli consilia disijcit. 1325. n. 7. arguitur, pontificia edicta in Ludouicum Bauarum non promulgasse. 1326. n. 6. de Moguntino archiepiscopatu cum Henrico Virneburgensi contendit 1329. n. 73. interceptus ab aduersarijs. 1330. n. 31. pœnæ auctoribus flagitij irrogatæ. n. 52. de vexato Moguntino archiepiscopatu arguitur. A. 1333. n. 29. ad eum reuocandum a cœptis internuntius apostolicus missus. ib. pertentatur a pseudominoritis, vt aduersus Ioannem XXII. coniuret. A. 1334. n. 31. & 34.

Baliolus. de regno Scotiæ certat cum Dauide Rege. 1333. n. 23. iuuatur ab Eduardo Rege Angliæ. ib. Dauidem profligat, & in fugam vertit. ibid.

Balsamum. cœlitus datum esse Regi Angliæ confingitur, vt Asia Mahometanos excindat. 1319. n. 20.

Banda sodalitium militare, ab Alfonso Rege Castellæ institutum. 1332. n. 21.

Baptismus. aquę e Christi mortui latere manantis mysterio significatus. 1312. n. 18. in baptismo pueris virtutes habituales infundi, definitum non est in concilio Viennensi, sed ea laudata opinio. n. 20. contemptus baptismus a Lollardis hęreticis. 1318. nu. 44 baptismus iterandus non est. 1321. n. 11. in dubio qua forma conferendus. 1333. n. 42.

S. Barbara. eius lipsana ex Asia deportanda curat Alfonsus Castellæ Rex. 1328. n. 81.

S. Barnabas. illius reliquiæ ab Arnaldo Pelagrua Card. Florentiam transmissæ. 1311. n. 77.

Bartholomæus episcop. Electensis. missus in Lithuaniam internuntius apostolicus. 1324. n. 45.

Beatitudo. vid. *Visio beatifica*.

Beatrix drocensis comitissa. soluta voto trãsmarinæ expeditionis. 1307. n. 25.

Beatrix comitissa Lucemburgensis. reliquias sanctorum Pontifici dono offert. 1318. n. 40.

Beatrix Regina Lusitaniæ. reliquiæ sacræ cum particula crucis dominicæ ad eam a Ioanne XXII. transmissæ. 1326. n. 19.

Beguardi. in synodo Coloniensi ab Henrico archiep. damnati. 1306. n. 18. fœdi ipsorum errores. ib. vna cum suis hæresibus damnati in concilio Viennensi. 1312. n. 17. octo eorum errores confutati ab Aluaro Pelagio. ib.

Beguinæ. quæ pie sentirent præsulibus commendatæ, sontes plecti iussæ. 1321. n. 19.

Belgæ. in Philippum VI. rebellant. 1328. n. 70. censuris deuincti pronuntiantur. ib. bello domiti veniam poscunt. ib. vid. *Flandri, & Flandria*.

Bellum ciuile. exortas ex eo calamitates exponit Io. XXII. 1316. n. 32. 33.

Benedictus XII. vid. *Iacobus Nouelli*.

Beneuentani. rebellionem in magistratus mouent, ac reprimuntur. 1317. n. 31. & 1318. n. 42.

Berardus. pater Clementis V. 1305. n. 5.

Berengarius Fredoli episcop. Biterrensis. creatus Cardinalis a Clemente V. 1305. n. 14.

Berengarius Fredoli iunior episcop. Biterrensis. creatus presbyter Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei a Clem. V. A. 1312. n. 54.

Berengarius archiep. Compostellanus. Salamanticensis academiæ stipendia augenda curat. 1313. nu. 37. graues discordias cum Compostellanis pro tuendo archiepiscopali in Compostellam iure exercet. 1319. n. 28. eius causam tuetur Ioannes XXII. ib. pristina iura recuperat. 1321. n. 27. in Lusitaniam mittitur ad componendum ciuile bellum. 1322. n. 16.

Berengarius Landora magister ordinis Prædicatorum. missus a Ioanne XXII. pro componenda pace inter principes Gallos. 1316. n. 15. & pro conciliandis Belgis. 1318. n. 23.

Berengarius Tolom. pseudominorita. Christum nil habuisse proprium in communi vel speciali sustinet, nouæque hæreseos iacit semina. 1322. n. 54.

Bernardus e Garno. creatus Card. diaconus a Clemente V. 1310. n. 46.

Bernardus de Castaneto episcopus Aniciensis. creatus Cardinalis Portuensis. 1316. n. 20.

Bernardus Artigia. nonnullos Cardinales in Pontificem asperat. 1317. n. 51.

Bernardus Senensis. conditor sacræ familiæ Montisolueti. 1320. n. 49. illi cæleste visum. ib.

Bernardus e Gardiola episcopus Diagorganensis. in orientem ad euangelium propagandum missus. 1329. n. 94.

Bertoldus comes. denuntiat pontificio legato, ne imperij terras infestet. 1323. n. 28. repellitur a legato. ibid. Mediolanensem præfecturam ad speciem accipit. n. 30. Vicecomites tuetur. 1324. n. 12. defixus a Pontifice anathemate. ib.

Bertoldus Vrsinus. ad Romam in Pontificis obsequium reuocandam iungit operam contra Ludouicum Bauarum & antipapam. 1328. n. 50.

Bertrandus de Gotho. vid. *Clemens* V.

S. Bertrandus episcop. Conuenarum. illius translatio celebrata a Clemente V. 1309. n. 1. illius elogium. nu. 2. de ea translatione, Clementis literæ. ib.

Bertrandus e Bordis episcop. Albiensis. creatus Cardinalis a Clemente V. 1310. n. 46.

Bertrandus e monte Fauentio creatus diaconus Cardinalis S. Mariæ in Aquiro. 1316. n. 20.

Bertrandus de Poieto. creatus presbyter Cardinalis tit. S. Marcelli. 1316. n. 20. legatus designatus a Ioanne XXII. in Italiam. 1319. n. 8. creatus pacis seruator. ib. iussus intendere iudicium Gibellinis proceribus de correpta publica administratione sine pontificia auctoritate, interregni tempore. ib. confirmatur publicæ pacis Italicæ seruator. 1320. nu. 10. mul-

aperiri iussæ a concilio Viennensi. A.1312. n. 21.

Aracbiel arcbiep. in Gazaria. ob fidem exagitatur. 1321. n. 13.

Aramanus Turcomannorum princeps. Armeniam populatur. 1322. n. 33.

Archiepiscopatus instituti. vid. *Episcopatus.*

Arelatense regnum. petit illud Philippus Rex ab Henrico VII. 1312. n.32.

Aretinus episcopatus. in Cortoniensem disgregatus. 1324. n. 20. & 1326. n. 32.

Argenta. expugnata ab Atestinis. 1324. n. 19.

Armandus archiep. Aquensis. missus a Pontifice internuntius ad imperandas inter Ioannem Balearem & Gastonem Fuxensem inducias. 1331. n. 28.

Armenia. & Armenij. Saracenos extrema internecione delent Armenij. 1307. n. 5. cum ijs inducias paciscuntur. ib. Hospitalariorum ordinis principem cum exercitu submittit Clem.V. in Armeniorum auxilium. 1308.n.32. a Saracenis maximis cladibus affecti. 1312. num. 51. occidentales ad bellum sacrum instigant. 1317. n. 35. & 1318. n. 8. profitentur eorum oratores fidem orthodoxam. ib. docentur, sacramentum confirmationis ab episcopis tantum conferendum. n.9. chrisma a sacerdotibus tantum conficiendum. ib. fidei formula ad Armenios transmissa. n.9.& 11. docentur, aquam in calice miscendam vino. n. 13. gymnasia a Prædicatoribus ad tradendas Latinas literas, fidemque confirmandam instituenda curat Ioannes XXII. n. 16 Armenia a Saracenis euastata. 1322.n.30. Carolus Rex Francorum frustra ad eam tuendam solicitatus. ib. Aramanus Turcomannus illam populatur. n. 33. Damordas triginta equitum millibus eandem atterit. ib. Babylonius soldanus eandem peragrat cædibus. n. 34. ducenti Armenij octo millia Saracenorum cædunt. n. 35. decreta a Pontifice ad Armeniorum preces auxiliaris expeditio. n. 37. confirmantur a Ioanne ad constantiam Armenij. n.40. & 1323. n. 5. iuuantur auro subsidiario ab eodem. 1323. n.4. monentur, vt resectis vitijs diuinā sibi clientelam conciliare studeant. n. 6. Armenia inferior ad Christianam fidem reuertitur. 1323. n.7. a Romana ecclesia fidei formam accipit. ib. Guillelmus ordinis Præd. soltaniensis archiepiscopus in eam missus. ib. Tartarorum Imperatoris patrocinio tecta Saracenorum excursionibus liberatur. n. 9. Armeniæ Rex mittit oratores ad Ioannem XXII. vt expeditio in terram sanctam suscipiatur. 1328. n. 85. poscit ab eo nepoti Antiochenum principatum confirmari. ib. missi a Leone Rege ad Pontificem & Gallum Regem oratores pro impetrandis auxilijs. A.1331.n.30. Armenij suis defendendis arcibus non sufficiunt. 1332.n.24.

Armenia minor, olim Cilicia. a Saracenis attrita. 1306. n. 13. Laboranti opem ferre parat Clemens V. ib.

Arnaldus Garsias comes Leomaniæ frater Clementis V. cinctus militari baltheo a Philippo Rege Francorum. 1305. n. 13. præficitur Spoletano ducatui ab eodem Pontifice. 1306. n. 9.

Arnaldus e Cantalupo electus Burdegalensis. creatus Cardinalis a Clemente V. 1305. n. 14.

Arnaldus e Pelagrua. donatus sacra purpura a Clemente V. 1305. n. 14. sacro bello aduersus Venetos ad recuperandam Ferrariam præficitur. 1309. n. 8. hostes ingenti prælio delet. ib. Henricum Italiam ingredientem sociare iussus. 1310.n.14. excusāti se ab eo labore suffectus Thomas tit. S. Sabinę Card. ib. & n.17. Robertum Regem creatum Æmiliæ præsidem sacramento fidei pontificio nomine adigit. n. 18. & 20. Ferrariam contra coniuratos liberat, asseritque ecclesiæ. nu. 29. Florentiam S. Barnabæ reliquias mittit. 1311. nu. 77.

Arnaldus abbas Tutellensis pontificius internuntius. Venetos a Ferraria inuadenda dehortatur. 1309.n.6.

Arnaldus e Villanoua. plures serit errores. 1310.n.29. eius opera medica inquiri iubet Clem.V & ad se perferri. 1312. n.60. hæreses Arnaldi e Villanoua damnatæ. 1317.n.62.

Arnaldus Nouelli abbas Fontisfrigidi. creatus Cardinalis a Clemente V. 1310.n.46.

Arnaldus Flenguerius archiep. Arelatensis. creatus Cardinalis Sabinensis. 1315.n.46. ad coronam imperialem Henrico VII. imponendā designatur. 1311. n. 6. creatur legatus ad Italos in Henrici obsequium adducendos. n.21. profitetur non sponte, sed coacte a se augustalia insignia in basilica Lateranensi conferri Henrico. 1312. n. 36. certiorem facit Pontificem, singula quæ iussa erant ab Henrico coronando exigi, fuisse exacta. n. 42.

Arnaldus tit. S. Priscæ presbyter Cardinalis. mittitur a Clemente V. ad pacandas Angliæ discordias. 1312. num. 28. repellitur a perduellibus. ibid.

Arnaldus episcop. Pictauensis. missus a Philippo ad pacandas Angliæ dissentiones. 1312. n.28. arcetur ingressu a perduellibus. ibid. creatus a Clemente V. Cardinalis Albanensis. 1312. n. 54.

Arnaldus e Via. creatus Cardinalis diaconus S. Eustachij. 1316. n.20.

Arnaldus e S. Michaele. in Scotiam missus internuntius ad eam pacandam. A.1333.n.23. mox reuocatus. ib.

Atestini marchiones. deiecti Ferrariæ principatu. A. 1308. n. 14. eundem principatum Ioanni XXII. eripiunt. 1317.n.29. &c. restituunt Ferrariam ecclesiæ. 1320. n. 18. iterum ipsam in rebellionem conijciunt. ib. postulantur actione hæreseos. ib. redeunt ad obsequium ecclesiæ. 1323. n. 27. iterum ab ea deficiunt ad Ludouicum Bauarum. num. 27. paciscuntur cum ipso. ib. pontificiæ de his querelæ. num. 29. redeunt ad Pontificis obsequium. 1328. n. 54. Ferrariam iuris esse pontificij profitentur. n.55. maiorum suorum in ecclesiam studia exponunt. n. 56. excusant se ab imposito crimine hæreseos. n. 57.

Athanasius patriarcha Cōstantinopolitanus. iussus ab Andronico Imp. Niphoni Cyziceno locum dare. 1311.n.73.

Athenæ. a Catalana societate occupatæ. 1314.n.8. Athenarum ducatus addictus Friderico. ib.

Auaritia. Genuenses ex auaritia piraticam exercent in Christianos, eosque Saracenis diuendunt. 1317. nu. 36. Mahometis signa nauibus præferunt. ib. moniti, ne Cyprum bello adoriantur. 1318. n. 17. per fas nefasque Christianos & barbaros diripiunt. 1323. n. 13. specie amicitiæ a Turca spoliati damnatique ad triremes. 1323. n. 13. aliquorum auaritia eo prorumpit, vt Christiani pueros Christianos fidem Christi eiuraturos Saracenis vendant. 1331. n.29.

Aue Maria. mos Xanctonensis ecclesiæ, pulsandæ vespere ad salutationem angelicam ter repetendam campanæ, laudatur a Ioanne XXII. 1318. n. 58. propositæ ab eo oraturis indulgentiæ. ib. idem mos Romæ instauratus a Ioanne XXII. 1327. n.54.

Auentinus. eius insignis perfidia conuincitur in veteribus monumentis afferendis. 1328.n.36. Lutherana deliria ijs inserit, de quibus veteres non somniarunt. ib.

Auinionensis ecclesia. pluribus miraculis diuinitus in ea editis celebris. 1316. n. 22.

Aurea corona. Romæ Augustis datur. 1312.n.36.

Aurelianensis academia. instaurata a Clemente V. 1308. n. 18. & 1309. n. 5. & a Ioanne XXII. 1318.n. 26.

Aurum. verba Christi: *Nolite possidere aurum.* ad tempus prædicationis contrahenda. 1323. num. 59. an fuerit præceptum Apostolis, ne illud haberent missionis tempore. 1329. n. 60.

Auximum. ad ecclesiæ imperium reuocatum, iterumque amissum. 1332. n. 3.

Aycardus archiep. Mediolanensis. pontificias in Ludouicum partes tuetur. 1327.n.3.

Aymo Geneuensis episcop. a Patauinis

iunctionem cum Romana ecclesia expetit, A. 1333. n. 17. pontificiæ ad illum hortatoriæ literæ, vt rem perficiat. ib. aliæ ad patriarcham. ib. in eodem conatu a Pontifice persistum. 1334. n. 1. aliæ eiusdem ad Andronicum literæ. n. 2. & ad Ioannam Imperatricem. ib. quid actum fuerit. n. 4. sollicitatur Andronicus a Gallo Rege ad crucem aduersus infideles induendam. n. 5.

Angeli. concentus angelicos audit Nicolaus Tolentinas. 1306. n. 19. quomodo sentiant corpora, iisque afficiantur. 1333. n. 59. & 60. an angeli desiderent prospicere humanitatem Christi. 1333. n. 64. concluditur affirmatiue, & probatur. n. 65. angeli plura a Christo lumina accipiunt. n. 66. plures ab eo gratias hauriunt. n. 67. vt angeli humanitatem Christi duplici cultu adorant. n. 68.

Angelica salutatio. vid. *Aue Maria*.

Angelus e Valle Spoletana. Fraticellorum sacramenta profanantium signifer. 1331. n. 6. in eum animaduerti iussum. ib. in pluribus coincidit cum Angelo Clareno. n. 7.

Angelus Liberati in condenda Fraticellorum secta socius, fuit impius apostata. 1331. n. 7.

Angelus Clarenus. auctor congregationis Clarenorum. 1331. n. 7. vtrum Liberati socius fuerit an non, incertum. ib.

Anglia. sedis Apostolicæ beneficiaria. 1316. n. 24. & seqq. & 1320. n. 42. Eduardus II. non persolutum a patre censum pendere paciscitur. 1316. n. 25.

Anibaldus Sabellus. post conuiuium ab Henrico VII. Imp. addictus custodiæ. 1312. n. 34. lapsus e custodia eius copias infestat. n. 47.

Anibaldus Gaitanus archiep. Neapolitanus. creatus Cardinalis a Ioanne XXII. 1327. n. 55.

Anima. definitur contra hæreticos animam rationalem esse formam corporis. 1312. n. 19. quanta impietas latuerit in contraria assertione. ibid. anima defuncti hominis ad hunc orbem reuersa, mira de altera vita narrat. 1324. n. 54. disceptatur, an ante iudicium diuinitatis intuitiua visione potiantur animæ sanctorum. 1331. n. 41. oppositum est a negantibus, futurum frustra iudicium, si ante sententiam præmio sint affectæ. ib. soluitur ea obiectio. ib. cur Ioannes XXII. in aduersam sententiã plura sanctorum dicta compilarit, exposueritque pro concione ad Cardinales & theologos. n. 44. vt inde conflata sit ipsi inuidia. ib. quæ vera eius dictorum interpretatio. n. 45. vt variæ fuerint in illa controuersia sententiæ. 1333. nu. 46. rogatus Philippus Rex, ne Sorbonicos doctores impediat, quo minus veritatem discutiant. num. 47. Durandus episcopus Meldensis pro parte affirmante commentarium scribit. n. 49. &c. quomodo animæ separatæ sentire corporea iisque possint affici. n. 59. & 60. vt intueantur humanitatem Christi glorificatam. n. 61. calumnias sibi in quæstione de visione animarum obiectas refellit Ioannes XXII. A. 1334. n. 27. vt puram in ea controuersia velle sectari veritatem professus sit. ib. falsum est a Ioanne XXII. missum Geraldum Minoritarum præfectum Parisios, vt contrariam opinionem doceret. ib. profitetur Ioannes in extremo vitæ flexu, se eam sententiam, quæ diuinam essentiam ante iudicium a sanctis animabus videri asserit, amplecti. n. 36.

Anna Wenceslai Regis Boemiæ soror. fratri defuncto succedit, & in virum ducem Carinthiæ sceptrum transfundit. 1306. n. 16. a Rodulpho Austriaco pellitur solio. ib. post huius mortem restituitur. 1307. n. 26. iterum a Ioanne Lucemburgensi pulsa. 1310. n. 1.

Antipapa. vid. *Petrus e Corbaria*.

Antonius episcop. Dunelmensis. patriarchatu Constantinopolitano a Clemente V. donatus. 1306. n. 14. sacræ militiæ pro recuperanda Syria nomen dat. ib. pallio extra prouinciam vti permissus. ib. imperio archiepiscopi Eboracensis solutus. ib. iussus Glasguensem episcopum in iudicium apud sedem Apostolicam accersere. ib.

Apostoli. nonnulli hæretici de Apostolis detrahunt, seque iis præferunt. 1311. n. 71. eos S. Petri imperio liberos non fuisse. 1321. n. 33. &c. vid. S. *Petrus*. habuisse Apostolos aliqua mobilia ante passionem Domini probatur. 1323. n. 50. item post passionem possedisse aliqua in communi. n. 52. vestium suarum veri domini fuere. 1329. n. 30. eos aliqua habuisse demonstratur. n. 31. 32. Apostolicæ vocis, *Reliquimus omnia*, vera interpretatio. eod. n. 31. habuisse postea Apostolos demonstratur. ibid. non vouere abdicationem rerum omnium, sed Christi sequelam. n. 34. non vouere non habere in communi. ibid. an Apostoli aliquod verum dominium habuerint. n. 58. distinguntur varia eorum tempora. ibid. probatur eos habuisse ante missionem ad populos. ibid. & discipulos habuisse aliquarum rerum dominium. n. 59. an fuerit præceptum Apostolis, ne haberent missionis tempore. n. 60. quid senserit S. Augustinus. ibid. item præceptum illud fuit temporale. ibid. & n. 61. an habuerint post Christi passionem. n. 62. probatur habuisse in communi inter Iudæos. ibid. an licuerit Apostolis litigare. ibid. damnata hæreseos assertio, ipsos habuisse vsum simplicis facti in rebus sine iure aliquo. 1331. n. 1. vid. *Paupertas*.

Apostolica sedes. quanto ecclesiæ & Christiani orbis detrimẽto in Gallias traducta. 1305. n. 11. 12. 13. & 1308. n. 12. vt Cardinalium culpa ea res contigerit. ib. Matthæus Card. Vrsinus prædicit, illam sero Italiæ restitutum iri. 1305. n. 12. tristia eius translationis præsagia. n. 13. sedis Apostolicæ dignitas. 1306. n. 14. Glasguensis episcopus, reseruata Pontifici iura inuadens, iudicio postulatus. ib. archiepiscopus Treuirensis, appellationi ad sedem Apostolicam non deferens, in ius vocatus a Clemente V. 1307. n. 26. Cambaliensis archiepiscopatus & episcopatus plures ab eodem in Tartaria conditi. 1307. n. 29. 30. vid. *Episcopatus*. primatus Apostolicæ sedis ab Vrosio Rege Rasciæ agnitus. 1308. n. 26. &c. Rex Cypri & dominus Tyri, de Cyprii regni administratione disceptãtes, in ius ab Apost. sede vocari. n. 37. de eius dignitate, quæ honorum apicem Imperatoribus confert. 1311. nu. 7. vt eam auctoritatem a Deo acceperit. ibid. Apostolicæ sedis in Galliis retinendæ auctor Francorum Rex. 1316. n. 21. priuilegia contra ius sedis Apostolicæ non valent. 1327. n. 53. omnes ab illa iustitiam repetere debent. ibid. actum sæpe a Pontificibus de reducenda in Italiam sede. vid. *Roma* & *Romani*. primatus sedis Apostolicæ inter fidei capita propositus Regi Armeniæ. A. 1318. n. 11. eadem sedes contra omnes cæsareas leges transferri potest. 1328. n. 21. Ioannis XXII. suscepta & retardata consilia de sua Bononiam profectione. 1332. n. 1. & 8. & 1333. n. 24. vid. *Pontifex Romanus*, & *Romana ecclesia*.

Apostolici. ita dicti hæretici Beguardis affines. 1317. n. 59. duodecim apostoli in secta ab hæreticis designati. 1318. n. 44.

Aqua. vera aqua & sanguis e latere Christi mortui fluxit. 1312. num. 18. eius mysterii significatio. ibid. aqua miscenda vino in calice. 1318. n. 13. mysteria huius rei explicantur. ib.

Aquinus Rex Noruuegiæ. eo donatus priuilegio, vt clericos regiæ familiæ a quouis antistite Noruuego sacris initiandos curare posset. 1308. num. 18. vt etiam regiorum sacellanorum princeps mithra vteretur, a Clemente V. obtinet. 1311. nu. 77.

Aquitania. a Carolo Valesio ex parte erepta bello Anglis. 1324. n. 38. tradita Eduardo iuniori, vt Gallo Regi sponsionem clientelarem præstet. 1325. n. 12.

Arabica lingua. linguæ Arabicæ scholæ ape-

18. de Mauris refert victoriam suorum ducum opera. A. 1327. n. 41. Ioannem Cantabriæ principem obtruncat in conuiuio, eiusque principatum occupat. ib. poscit auxilia a Pontifice pro expeditione Maurica obeunda. 1328. n. 75. ipsius de ca re ad Pontificem literæ. ib. promissa subsidia, & quibus legibus. n. 76. &c. trahit in societatem armorum alios Hispaniæ Reges aduersus Mauros. 1330. n. 44. Ad quindecim millia eorum cædit. n. 48. inducias init cum barbaris. ibid. appetitur bello a Granatensibus. 1332. n. 21. militiam, cui Bandæ nomen est, instituit. ib. regium insigne accipit. ib.

Alfonsus Dionysij Regis Lusitaniæ & S. Elisabethæ filius. 1317. n. 41. in patrem arma corripit. ib. & 1318. n. 39. monetur grauissimis literis, vt a bello patri inferendo absistat. ib. Berengarius archiepiscopus Compostellanus ad eam controuersiam sopiendam missus a Ioanne XXII. 1322. n. 16. illius opera parenti conciliatur. ib. S. Elisabetha rogata a Pontifice, vt Dionysio conciliet filium. ib. & 1322. n. 16. is eidem Dionysio patri in Lusitaniæ regno succedit. 1325. n. 15. edicit, ne iustitia ferro, sed legibus petatur. 1326. n. 19. societatem armorum init cum Castellæ Rege aduersus Granatenses. 1330. nu. 44. petit a Pontifice subsidia. ib. quingentos equites auxiliares submittit Alfonso. n. 48.

Alfonsus eques. ecclesiæ Compostellanæ iura inuadit. 1319. n. 28. tristi mortis genere perit. 1321. n. 27.

Alfonsus Sugerius. graues dissensiones cum Berengario archiep. Compostellano exercet. 1319. n. 28.

Alfonsus Cerda. a Rege Ferdinando exutus principatu a Regibus arbitris attributo. 1319. n. 24. pro eo pristinæ ditioni restituendo nauat operam Pontifex. ib. & n. seq. intentatæ Castellanis censuræ, ni eum suæ ditioni restituerint. n. 26.

Alfonsus Sancij spurius Dionysij Regis Lusitaniæ. dum regnum affectat, ciuile bellum parit in Lusitania. 1322. n. 16.

Alfonsus Catalanus pirata. Christianos Turcis vendit. 1322. n. 49.

Alfonsus Rex Aragonum Iacobi Regis filius. Sardiniam Pisanis maxima ex parte eripit. 1323. n. 37. reliquam partem sibi subijcit, excepta Calari. 1324. n. 54. potitus paterno regno, Petrum fratrem mittit, vt Sardiniæ & Corsicæ regnum pontificiæ beneficentiæ acceptum referat. 1328. num. 81. id præstat solemni ritu. 1329. num. 83. illius literæ rei gestæ testes. num. 85. &c. arguitur a Pontifice de temeraria voce soluẽdarũ contra fas canonicarum legũ. n. 88. & 90. cum Hispanis Regibus fœdus init in Mauros. 93. bellum aduersus eosdẽ Mauros parat. A. 1330. n. 46. quas pactiones cum Pontifice inierit. ib. in Sardinia aduersus ipsum concitati graues motus. n. 48. intermissa propterea Maurica expeditio. ib. Sardicum censum soluit. A. 1333. n. 21.

Algezira. a Fernando Rege Castellæ cincta irrito exitu. 1309. n. 32.

Alienora Regina Trinacriæ. admonita a Pontifice, vt virum Fridericum a schismate abducat. 1332. n. 17.

Allandia. a Danico diuulsa regno, & Suedico adiecta. 1331. n. 40.

Almaricus Tyri dominus. publicæ rei a Cyprijs præficitur. 1306. n. 5. de Cypri administratione cum Henrico Rege disceptat. 1308. n. 37. in ius a Clemente V. vocatus. ib. pellit Henricum in Armeniam, vicissimque pellitur. n. 38. eius vxor & filius extincti in carcere. 1323. n. 13.

Almeria. obsidione pressa a Iacobo Rege Aragonum. 1309. n. 27. a Mauris liberata. ib.

Altare ligneum S. Petri. e medio Lateranensis basilicæ incendio ereptum. 1308. n. 10. illud suis manibus pristino loco restituere Clemens V. deliberat. n. 11.

Aluarus Pelagius Minorita. Roma aufugit, cum Bauarus ibi Pontificem tyrannice exauctorauit. 1328. n. 20. creatus episcopus primo Coronensis, postea Siluensis. 1332. n. 30. eius elogium. ibid. circa paupertatem priuatam opinionem tuetur. ibid. sua scripta censuræ ecclesiæ subijcit. ibid. quando scripserit de planctu ecclesiæ. ibid.

Ambitio. Azarus fratrem suum Regem Granatensem regnandi spe trucidat. 1309. n. 32. & Azo Vicecomes Marcum patruum. 1329. n. 15.

Amedeus comes Sabaudiæ. a Clemente V. iussus bellum cum Delphino intermittere inducijs. 1306. n. 4. orator missus ab Henrico VII. pro imperiali inunctione flagitanda a Clemente V. 1309. n. 10. Rhodum tuetur aduersus Ottomannum Turcarum Regem. 1310. n. 43. in Pedemontio Robertum Regem bello vexat. 1317. n. 34. cum Delphino Viennensi bellum gerit. 1321. n. 30.

S. *Amphibalus*. magister S. Albani martyris. 1314. n. 27.

Anastasius II. *Papa*. a calumniatoribus perperã erroris accusatus. 1331. n. 10.

Anathema. anathematis reis Pontifex ex veteri more non scribit. 1329. n. 92.

S. *Andreas episcopus*. pontificio edicto decernitur, vt ipse Scotiæ Reges inungat. 1329. n. 79. eo impedito suffectus episcopus Glasguensis. ib.

S. *Andreas Apostolus*. pars eius reliquiarum in ecclesia principe Burdegalensi recondita. 1308. n. 39. celebratur in eadem ecclesia earum translatio. ib.

Andreas Perusinus Minorita. creatus episcopus ad inferendum Tartaris Cataynis euangelium. A. 1307. n. 29. fidem inter illos amplificat. 1326 n. 31. eius literæ de Tartaricæ ecclesiæ statu. ib.

Andreas de Galiano pseudominorita. Michaelis Cæsenatis fautor. 1332. n. 20.

Andronicus Imperator Constantinopolitanus. ad eum deturbandum Carolus Valesianus apostolicis præsidijs instructus. 1306. n. 2. sacrum bellum in eum decretum. ib. Veneti & Genuenses in eum solicitati. n. 3. Rasciæ Rex in ipsum cum Carolo & Venetis armorum societatem paciscitur, dein deficit. 1308. n. 29. Andronicus patriarchas Constantinopolitanos veluti theatrales imponit, deponitque pro libidine. 1311. n. 73. magna clade deletur a Turcis. 1312. n. 50. eius imperialia ornamenta ab ijs capta. ib. Cathalanam societatem delinitam muneribus auertit in catholicos Achaicos. 1314. n. 8. orbatur filio primogenito Michaele. 1321. n. 15. imperium, prætermisso nepote, in filium secundum natu transfundere molitur. ib. appetitur bello ab Andronico iuniore. ib. partitur cum eo imperium. ib. euocat Turcas in Europam. ib. præcipiti ruinæ obijcit imperium. ib. turbatur depicti in pariete equi hinnitibus. n. 16. iterum cum nepote bellum gerit, ac vincitur. 1322. n. 50. ab Albanensibus terra, mari a Turcis opprimitur. 1325. n. 31. filium Andronicum corona redimiri iubet. ib. prouoluitur equo in ea pompa; ex quo sumptum triste præsagium. ib. ad Gallorum Regem oratorem mittit, vt concordiæ interpretem agat pro Græcis ad Romanæ ecclesiæ coniunctionem reuocandis. 1326. n. 26. magnis cladibus attritus a Turcis. 1330. n. 53. Nicæam Bithyniæ amittit, & reliquã Nicææ ditionem. ib. diadema cucullo mutare coactus. 1332. n. 22. euadit cœcus. ib. in latrina moritur. ib.

Andronicus iunior. in auum Andronicum consurgit. 1321. num. 15. inde imperium Græcorum in præceps versum. ib. iterum cum auo bellum gerit, vincitque. 1322. n. 50. imperij vniuersi administrationem illi permittit. ib. Tartarorum in Græciam irruptio. 1324. n. 39. de Græcis Romanæ ecclesiæ coniungendis agitat. 1324. n. 39. Constantinopoli noctu potitur. 1327. num. 52. auo imperij administrationem eripit. ib. cum principibus catholicis armorum fœdus in Turcas init. 1328. n. 86. ad soluendam Nicææ Bithyniæ obsidionem prouolat. 1330. n. 53. fusus a Turcis Nicæam amittit. ib. Turcicis vexatus grassationibus con-

INDEX
IN TOMVM DECIMVMQVINTVM ANNALIVM ECCLESIASTICORVM.

A

Abdicatio; abdicatio proprietatis rerum omnium non tam in speciali, quam etiam in communi, meritoria est & sancta, A. 1322. n. 65. vt illud Nicolai Papæ dictum intelligendum sit, ib. vera a Ioanne data illius interpretatio, ib. quæ a Minoritis aliquibus confictа, ib. abdicatio proprij quoad immobilia commendata, non quo ad omnia mobilia. 1324. n. 33. nõ vouerunt Apostoli rerum abdicationem, sed Christi sequelam, 1329. n. 34. proprietatis abdicatio solicitudinem non excludit. 1329. n. 36. perfectio non constat in abdicatione iuris vel dominij, n. 50.

Abomelicus Regis Marrochitani filius. in Hispanias incurrit, 1332. n. 21. & 1333. n. 20.

Aborrabes Maurus. Granatenses ciuili bello implicat, 1309. n. 24. Christianorum auxilia sibi adiungit, ib. Septa potitur, n. 27.

Absoluere, peccata sine clauium auctoritate absoluere audent Fraticelli. 1331. n. 6.

Abuscanus Tartarus Regis Cosogani filius, Christiana sacra amplectitur, 1321. n. 1. viginti dierum indulgentia, quoties sacris interesset, donatur, 1322. n. 44.

Abusus, & Abuti, abuti definitio explicatur a Ioanne XXII. aduersus Michaelem Cæsenatem, 1329. n. 34. abusus pro rei consumptione in scriptura sacra interdum acceptus. n. 43. item in legibus, ib.

Academia, Aurelianensis instaurata a Clemente V. & pluribus priuilegijs aucta, 1306. n. 18. Perusina instituta. 1308. nu. 17. Vlissiponensis instituta a Nicolao IV. Coimbricam a Clemente V. traducta, ibid. priuilegia academiæ Bononiensi concessa, 1309. n. 5. Salmanticensis academia instaurata, 1313. n. 37. consultum est ab Ioanne XXII. academijs Parisiensi, 1317. n. 15. Aurelianensi. n. 16. Tolosanæ, ibid. Oxoniensi, ibid. de instauranda academia Parisiensi agitur. 1318. n. 26. a vanis doctrinis in ea abstinendum, ib. Cantabrigiana academia priuilegijs exornata, ibid. Perusinum gymnasium scholarum numero auctum. 1321. n. 45.

Achaia. Frustra tentata a Gualtero duce Brenonsi. 1331. n. 30. asserta a Catalanis fœderatis Guillelmo Regis Trinacriæ filio, ib. Achaici Latini cum Græcis schismaticis communicant. A. 1322. n. 48. censuris percelli iussi, ib.

Adolphus Rex Romanorum. eius cædes, Alberto cæso, diuinitus vindicata, 1308. n. 19.

Adolphus episcop. Leodiensis. vacante imperio a Clemente ius regale accipit, 1313. n. 37. Machliniam comiti Flandriæ vendit, 1334. n. 14. orta inde inter Brabantinum & Flandrum bella, ib.

Adorare. an Christi humanitas adoranda sit, 1333. n. 63. distinctio cultus latriæ, & duliæ & hyperduliæ, ib. Deus vt principium & finis adorandus, n. 63.

Adria, erepta ecclesiæ ab Atestinis, 1324. n. 19.

Aduersæ res, mel e petra sugitur, cum in aduersis diuinæ nos accommodamus voluntati, 1316. n. 14. S. Ludouicus episcop. Tolosanus in custodia Catalana suæ sanctitatis fundamenta iacit, 1317. n. 10.

Adulterium, ob id Guigonem Delphinum puniri diuinitus ostensum est Carolo postea Imperatori. 1333. n. 22.

Ægidius patriarcha Gradensis. in Rasciam a Clemente VI. missus pro Vrosio Rege & subditis ecclesiæ conciliandis. 1308. n. 27. vexillum Romanæ ecclesiæ eidem Regi conferre iussus, n. 29.

Æmulatio, ex vnius Prædicatoris & alterius Minoritæ æmula contentione ad vtrumque ordinem propagata: hæresis & schisma, grauesque ecclesiæ vniuersæ tempestates principium sumunt. 1322. n. 54.

Aerius hæresiarcha. sacerdotes & episcopos pares gradu & auctoritate fingit, quæ hæresis a Marsilio & Ianduno instaurata. 1327. n. 32. refellitur. ib.

Aethiopum Imperator. ad coniunctionem cum Romana ecclesia a Ioanne XXII. solicitatus. 1329. n. 98.

Afri. irrumpunt in Hispanias. 1332. n. 21.

Agnes Regina Vngariæ. dum manu vibratum in virum gladium auertit, quatuor manus digitos amputatos amittit. 1331. n. 25. in texendis sacris vestibus sacerdotum otia ducere erat solita ib.

Alani. fidem Christi colunt. 1329. n. 96. ad eos episcopus Gemiscalensis missus. ib. ipsorum princeps Millenus vna cum clero populoque ad Romanæ ecclesiæ coniunctionem redit. A. 1333. n. 37.

Albanenses. Græcos magnis cladibus atterunt. 1325. n. 31.

Albania. proceres Albani fidei orthodoxæ studio in schismaticum Regem arma corripiunt. 1318. n. 35.

S. Albanus. de eius reliquijs Elienses & Santalbani disceptant. 1314. n. 27. explorata ab Henrico Rege rei veritas, ib. reperta ab eodem martyris caracalla sanguine corruptionis expete conspersa. ib. prædo, sacrum eius nomini monasterium diripiens, se ipsum discerpit. 1321. n. 43.

Alberghettinus. Fauentinos in defectionem trahit. 1327. n. 16. Franciscum Manfredum parentem deturbat principatu. ib.

Albertus Rex Romanorum. Boemiæ regnum Rodolpho filio ascribit. 1306. n. 16. pulso Henrico duce Charinthiæ, armis illud comparat. ib. extincto Rodolpho filium alium in solio Boemico subrogare molitur. 1307. num. 26. trucidatur a nepote. 1308. n. 19. succedit illi in imperio Henricus Lucemburgensis, ib. &c.

Albertus Pighius. scribit de hierarchia ecclesiastica aduersus Marsilij hæreses. 1312. n. 19. & 1327. n. 37.

Albertus dux Austriæ. ob Friderici electionem, non confirmatam abalienatur a Pontifice. 1325. n. 7. poscit iterum, vt confirmetur. 1328. n. 38. responsum, non fuisse oblatum decretum electionis Friderici. ib. interpretem agit, vt Ludouicus Bauarus, retento imperio, in gratiam ecclesiæ admittatur. 1334. n. 19. repellitur a Pontifice. ib.

Albertus episcop. Pataniensis. adhibitus pro reuocando ad ecclesiam Ludouico Bauaro. 1334. n. 19.

Alborsmontis accolæ. fidem Christianam amplexi. 1330. n. 56. Guillelmus e Cigijs ad eos missus. ib.

Alcaudetes. oppidum captum a Mauris iterumque cultui Christiano restitutum. 1312. n. 53.

Alfonsus Rex Castellæ. adhuc puer in cunis vagiens in regno Castellæ parenti Ferdinando succedit. 1312. n. 53. de ipsius tutela Castellæ principes bello disceptant. 1320. n. 34. & 1322. n. 17. Castellæ gubernacula capessit, sopitque principum, tutelam affectantium, bellum. 1322. n. 18.

religione officij ad submouendos abusus, qui oboriebantur, & coercendos blasphemos pseudominoritas, ab eodem Ioannis constitutionum defensore, ita demonstratur a: *Dominus enim summus noster Pontifex summopere habet intendere, non solum, vt sacros condat canones, quibus vniuersalis ecclesia salubriter gubernetur, immo vt ab omnibus obseruentur, & ora blasphemantium obstruantur: vnde Bernardus lib. III. cap. I. dicit sic: Generaliter super vniuersum ecclesiæ statum intendat consideratio tua, si plebs clericis, clerici sacerdotibus, sacerdotes* Domino *ea, qua oportet, humilitate subiecti sint; scilicet in monasterijs & religiosis locis seruetur ordo, vigilet disciplina: si super praua opera & dogmata censura ecclesiastica vigeat, si floreant vineæ honestate & sanctimonia sacerdotum, si flores fructus parturiat obedientia fidelium populorum; si communiter vestra apostolica mandata instituta ea, qua dignum est, solicitudine obseruentur, ne quid in agro Domini aut neglectu incultum, aut fraude subreptum inueniatur. Et Nicolaus Papa clero Constantinopolitano sic scribit: Si decreta* Romanorum *Pontificum non habetis; de neglectu atque incuria estis redarguendi: si habetis, & non obseruetis, de crimine estis corripiendi, vt habetur in decretis. XXVI. q. I. c. Violatores, dicitur sic: Violatores canonum voluntarie grauiter a sanctis patribus iudicantur, & a Spiritu sancto, cuius instinctu & dono dictati sunt, damnantur, quoniam blasphemare Spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem canones aliquid aut partiarie agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt.*

a Id M.S. 4869. pag. 19.

Cur plures in Minoritarũ litibus cõstitutiones ediderit.

45 Postremo attexam hic eiusdem doctoris elogium quo Ioannem exornat, alludens ad nomen Ioannis, quod gratiam significat a: *Teste,* inquit, *conscientia, audeo dicere, ipsum copiosissimis gratijs venustatum, & quantum ad intellectus illustrationem, & quantum ad affectus inflammationem. Quantum ad intellectus illustrationem; quod patet & propter ingenij viuacitatem, & propter eloquij suauitatem, & propter memoriæ tenacitatem, & propter scientiæ profunditatem, & propter prudentiæ multiplicitatem, vt merito sit ille Ioannes Aquilæ comparatus, qui cæteris altius diuinitatis patefecit arcanum.* Et infra: *Quantum ad affectus inflammationem; nunquid est plenus gratijs, in quo conspicimus feruorem gratiæ & dilectionis, decorem placidæ conuersationis, nitorem munditiæ & incorruptionis, dulcorem medelæ & correptionis, vigorem constantiæ & roborationis, decorem famæ & bonæ opinionis?* Et infra: *Superintendit toti ecclesiæ in hæreticorum extirpatione, in tyrannorum rebellium mulctatione, in iurium & libertatum ecclesiæ defensione, in fidei dilatatione, in bellorum sedatione, in pacis seminatione, in bonorum & litteratorum promotione, in beneficiorum ecclesiasticorum digna retributione, in simoniæ, pompæ, & rapinæ & aliorum vitiorum a curia relegatione: in dubiorum declaratione, in filiorum nutritione, in istius vniuersitatis,* nempe Auenionensis, *speciali affectione, in multorum eiusdem vniuersitatis ad cardinalatum, archiepiscopatus, & episcopatus sublimatione.* Hæc de Ioanne suffecerint.

a Ead. pag. 19.

Ioannis elogium.

LAVS DEO.

cue pater, hæc a lenibus susurronibus iactata ad inuidiam; idoneam autem defuisse suspicionis causam, cum Ioannis hostis infensissimus Ludouicus in illis suis virulētis satyris prætermiserit; maxime cum amplissimus in Bertrandum legatū, cum quo gerebat bellum, declamandi campus patuisset: quare Heruartus pueriliter dictum Villani ad obscurandam Ioannis famam repetijt. Vt vt vero se gesserit ante pontificatum Ioannes, certe dum illum tenuit, narrat Villanus a ipsum singulis fere noctibus ad diuinas laudes celebrandas stratis surgere consueuisse, quod non mollem & effœminatum animum, sed diuinis addictissimum & corporis deliciarum contemptorem ostendit. Addit idem auctor nonnulla eiusdem Pontificis elogia, nimirum modestum fuisse, sobrium, cibisq; communibus potius, quam exquisitis vti solitum; in sumptibus sui causa faciēdis parcum, studio addictissimū, adeo vt nocte illius causa consurgeret; in audiendis causis expediendisq; promptum, doctrina insignem, acutum ingenio, ac spiritus ingētes in exiguo corpore ad magna quęque agitanda gessisse, proniorem tamen ad iras extitisse, factis operatum singulis pene diebus operam.

a Io. Vill. l. 11. c. 20.

Singulis noctibus ad repetēdas diuinas laudes surgebat.

41 Quod porro nonnulli recentiores Minoritæ Ioannem veluti Franciscano ordini aduersatum traducunt, culpanda sane eorum videtur sententia, cum optime de vniuersa sacra illa familia meritus sit, cuius verba ad Francorum Reginam repetenda visa sunt: *Si fratres*, inquit b, *vellent agnoscere quanto periculo dictus ordo subiacebat tempore, quo assumpti ad statum huiusmodi fuimus, credimus quod nequaquam in dubium reuocarent, quod ex quo cœpit ipsorum ordo, nullus efficacius, quam nos pro eorum statu pacifico laborauit: nec adhuc recusamus laborem.* Hæc Ioannes, quæ vera comperiet, qui reuoluerit Minoritarum annales. Ex tricipiti sane pseudominoritarum factione ea quæ se arroganter spiritualem appellitabat, defendendæ paupertatis euangelicæ specie aperta latrocinia exercebat, dum monasteria vi inuadebat c, ac veros Minoritas pellebat. Alia secta ex subreptitio confictoue d Cœlestini diplomate Minoritas solicitabat, vt excusso præpositorum iugo ad se deficeret, ac nisi Ioannis Papæ studio fuisset repressa, ordinem dissoluisset. In tertia vero, quæ duce Michaele Cæsenate emersit debellanda, magna laude eundem Ioannem pontificali officio perfunctum patet ex antea dictis. Adde ipsum sæpius professum, se nil contra Minorum ordinem constituere; sed aduersus sectarios in eo exortos. Et quidem veros Minoritas amplissimis prosecutum beneficijs, atque in obeundis legationibus ad gentes propagando euangelio, administrandisq; ecclesijs vsum eorum opera constat; idque a Vvadingo fuse demonstratur.

Perperā vocatur in inuidiā a nonnullis Minoritis.

b To. 6. p. 3. ep. secr pag. 201.

Optime meritus de Minorit. in reprimēdis eorum factionibus.

c Marc. Olyss. l. 7. c. 31.

d Id. l. 5. c. 27. & l. 7. c. 34.

Veros Minoritas auxit honoribus.

42 Quinetiam Franciscanam disciplinam extremo pontificatu aduersus præpositum Minoritarum Geraldum & alios qui ad explanandam formulam præceptorum S. Francisci temere se ingesserant, Ioannem asseruisse, illibatamque in spectantibus ad paupertatem esse voluisse, testatur Aluarus Pelagius his verbis e: *Quatuordecim*, inquit, *sigilla ministrorum partim voluntariorum, partim timidorum (quorum aliquos ad contrarium de eo, quod agebant, diu & efficaciter confortaui, & eos non potui reuocare, quia a fratre Geraldo generali ministros tunc minis & iniurijs arctabantur Auinione tempore prædicti domini Papæ Ioannis XXII. & tempore meo) cum sigillo prædicti generalis ministri fratris Geraldi de Aquitania, qui fuit auctor & principalis glossator trium glossarum extortarum, prædictam regulam destruentium, in vna chartula pependerunt, & eam dictus generalis cum quibusdam de prædictis ministris domino prædicto Ioanni Papæ præsentauit, assistentibus multis Cardinalibus. Dominus autem Papa prædictus Dei vicarius lumine claritatis Spiritus sancti infusus, iustus index veritatis, zelatorum suorum prædecessorum regulam declarantium sequens vestigia, nolens impinguari, psal. XXII. in suo capite, quod est caput ecclesiæ corporis mystici, XXIII. q. III. Pro membris, & q. V. de Liguribus ecclesiæ XXII. di. c. II. Militantis, oleo dictorum ministrorum, vere coram Deo & eius ecclesia peccatorum, dixit generali prædicto fratri Geraldo, qui tres prædictas glossas, quas supra proxime posui, sceleratissimas anathemate perpetuo feriendas confecerat, credens placere ipsi Papæ Ioanni, & a quo capellum rubeum expectabat*, suspicacem in hoc sugillatorem agit auctor, *in illorum præsentia ministrorum: Generalis, intellectus iste, quem in duobus prædictis capitulis regulæ das, extortus est, & contra regulam est, & non credimus, quod de mille fratribus, vnus de ordine tecum in intellectu huiusmodi concordaret. Cardinales autem, domino Papæ adsistentes, glossas prædictas prædicti Geraldi contra regulam dicentes, & ipsum concorditer deridebant, cognoscentes de qua radice pestifera fuerant fabricatæ, 1. q. 1. Fertur & c. Quibusdam. Dixit mihi tunc quidam Cardinalis: Vere hodie nobiscum, cum essemus cum Papa, fuit S. Franciscus; quasi diceret ad defendendam regulam suam.*

Paupertatem Franciscanam tutat' est.

e Alu. Pel. de planct. eccl. l. 2. c. 67.

Obstitit ne Geraldus suis interpretationibus disciplinā solueret.

Postquam prædictus generalis minister & alij ministri, contra sacram regulam coniurantes, sui pessimi conatus non habuerunt effectum, composuerunt malitiæ malitiam adiungentes, quod postquam declarationes non poterant facere reuocari, nec suas glossas autenticare, de declaratione domini Clementis, Exiui de paradiso, certos articulos procurarent auferri: sed in hoc succubuere etiam coram Christi vicario & eius reuerendissimis dominis Cardinalibus, manu Altissimi eos B. Francisci meritis repellēte.

43 Ex his itaque perspicuum est, non fuisse Ioannem paupertatis Franciscanæ hostem, quam aduersus Geraldum ac nonnullos alios Minoritas defenderit: pseudominoritas autem de euangelica paupertate delira comminiscentes, verosque hostes & corruptores sacri instituti Franciscani insectatus tantum est, qui vt ait eius temporis doctor a, *constitutionibus cum summa deliberatione & maturitate digestis, & de dominorum Cardinalium consilio promulgatis, detrahere nitebantur; & veritatem, quam continent, per falsas insanias obfuscare.* Pium autem fuisse Ioannis consilium in edendis in controuersia de paupertate constitutionibus, probat idem auctor hisce verbis: *Vt qui sic desipuerant resipiscant, sic auersi ad vnius matris gremium reuertantur, sic peruersi ad rectitudinem ordinentur, sic subuersi ad veritatis semitam reuocentur; sicque corrupti, infecti, & morbidi auctoritatem & facultatem perdant simplices subuertendi, & ne de tam pestifera doctrina gloriari valeant.*

a MS. bibl. Vat. sign. n. 4869. pag. 18.

Zelo fidei & ordinis pseudominoritas est insectatus.

44 Quod vero queruntur, illatam a Ioanne sacro ordini in reuocanda Martini IV. concessione de procuratoribus lites pontificio nomine ad Minoritarum gratiam disceptaturis; nullam ipsis irrogatam iniuriam ostendit, *quia*, inquit, *prælatis & ecclesiarum rectoribus fuerunt molesti nimium atque graues.* Adductum autem fuisse

reli-

intueri ante iudicium, post dirémptam controuersiam instaurare annisus est a. Verum mendacissimi hæresiarchæ, quem accurate refellunt Card. Bellarminus b & alij, latratibus contemptis redimus ad Ioannem Papam, quem cum nonnulli carpant, fauisse erroneæ sententiæ, ac Valesium ordinis Prædicatorum e sacro pulpito contra declamantem carceri mancipasse; aduertendum est, illum concionatorem iuste addictum vinculis, cum defigeret anathemate & hæresis nota contrarium sentientes, nondum lata a sede Apostolica sententia; atque imprudens eiusmodi zelus merita percelli pœna debuit, ne turbis ecclesiam misceret. Deniq; quamuis ea falsa statuatur hypothesis, Ioannem illo fuisse errore tinctum, haud tamen, vt impudentissimi pseudominoritæ pauci cõtenderunt, hæreseos labes illi aspergi potest, sed tantũ errasse ex imbecillitate humani intellectus cum ijs patribus sanctis, quorum opinionem secutus esset. Non desunt inepti qui velint, ipsum diuinitus e vita præreptum, ne in decernenda controuersia aberraret. Sed quid miraculi mors in homine nonagenario habet? quidue periculi suberat, cum a Spiritu sancto regendus esset, in ferendo decreto fidei, illius vt præcipui auctoris administer tantum futurus?

a Calvin. inst. l. 3. c. 20. §. 24. b Bell. l. 4. de Rom. Pont. c. 14

Sacramẽtis rite procurat. Ioannes obijt.

39 Pie admodum ipsum in extremo vitę actu se gessisse, docet Ioannes Villanus c & insequenti a superiori sententiæ suæ edita declaratione die ex diarrhœa, qua vniuersum corpus diffluere visum est, cum decreta præterita de sacerdotiorum sedi Apostolicæ reseruata collatione rescidisset d, Auenione nonagenarium obijsse, cum sedisset annos octodecim & menses fere quatuor: renunciatus enim fuit summus Pontifex vt suo loco dictum est, die augusti septimo anno Domini MCCCXVI. obijt vero quarto decembris, vt Ioannes Villanus e eius temporis scriptor alijque testantur, quorum dicta confirmat M. S. Vaticanum hisce verbis f: *Anno Domini* MCCCXXXIV. *Papa Ioannes obijt in Auinione die* IV. *mensis decembris, qua fuit dies dominica, litera dominicali currente* B, *pontificatus sui anno* XIX. *cuius corpus fuit in maiori Auinionensi ecclesia cum honore debito traditum sepulturæ. Vacauitque sedes post mortem eius diebus* XVI. His consentanea refert Ptolemæus g Lucensis, qui plura digna memoria coniungit.

c Io. Vill. l. 11. c. 19. d Ib. 4. 20. e Io. Vill. l. 11. c. 19. f M. S. bibl Vat. sign. n. 2040. in Io. XXII. pag. 51. g Ptol Luc hist. eccl l. 24. c. 42.

Anno, inquit, prædicto MCCCXXXIV. *cum Papa Ioannes duabus arduis causis valde diligenter intenderet, scilicet creationi Imperatoris noui, in quo facto Rex Philippus Francorum & Ioannes Rex Boemiæ filius* Henrici *Imperatoris sibi multum fauebant; & determinationi quæstionis visionis, an scilicet sancti in patria ante resurrectionem haberent visionem essentiæ diuinæ: & dum prædictis & alijs causis solicitus intenderet, & quarto nonas decembris consistorium mandasset, vt aliquas prouisiones quibusdam faceret, in nocte præcedenti nonis prædictis post cœnam & primum gallicantum inuasit eum morbus. Et omisso sic consistorio illa die* IV. *nonas decembris nihil fecit, sed* III. *nonas die sequenti post vesperas fecit vocari omnes Cardinales, qui erant in Auinione. Hoc dico propter Ioannem Gaitani, qui non erat præsens tunc in ciuitate, & propter dominum Napulionem Romanum diaconum Cardinalem, qui erat in cardinalatu antiquior omnibus Cardinalibus, qui licet in ciuitate esset & vocatus per Papam, ipse tamen noluit venire, nec interesse exequijs, nec testamento* Papæ: *& præsumitur quod ex eo fecerit, quia Papa in sua electione, qua apud Lugdunum celebrata fuit, iurauit se nunquam ascensurum equum vel mulum, nisi iret Romam: quod & seruauit, quia nauigio iuit vsque ad Auinionem, & pedes ascendit palatium, de quo postea nisi intrando ecclesiam maiorem, quæ contigua palatio est, non exiuit; & sic suum sacramentum seruauit, quia post sacramentum præstitum, sicut fecit, nunquam equitauit, vnde prædictus Cardinalis sibi non fauit.* Verum alia, quam suprà attigimus, fuisse videtur, nimirum conspirationis, quam Neapoleonem. Pergit Ptolemæus cõflasse cum Bauaro ferunt a: *Sed Papa nihilominus coram alijs Cardinalibus disposuit rite & legitime testamentum suum: recõmendans sanctam ecclesiam & nepotes suos Cardinalibus: & sic secundo nonas decembris post auditam missam in aurora diei, & communione percepta, orando migrauit ad Dominum de hoc seculo hora tertia & dominica die, quæ erat tunc* II. *nonas decembris. Sepultus est autem Auinione in ecclesia cathedrali nonis decembris. Sedit autem annis* XVIII. *mensibus* IIII. *minus duobus diebus, & vacauit sedes* XVII. *diebus. Sed* XIII. *kal. ianuarij elegerunt Cardinales, vt infra sequetur.*

Neapoleo Card. a Ioanne auersus.

a M S bibl Vat. sign. n. 4009. pag. 169.

Quanto tempore sederit Ioannes.

40 Grauem in eius obitu res Christiana iacturam fecit: sed præcipua orientalis ecclesia, quæ assurgere, & triumphare de Turcis Ioannis studijs cœperat, afflicta est: valebat enim apud Reges auctoritate, eosque sibi deuinctos habebat; firmarat cum Francorum, Siciliæ, Cypri, Armeniæ, Andronico Imperatore, Venetis, equitibus Rhodijs, fœdus aduersus infideles; ac repressis hoc anno Turcis, sequenti classem Armenis erat submissurus in Syriæ Saracenos, neque expeditionem Asiaticam, cuius erat auctor, dissolui esset passus. Affluebat etiam ad tolerandos belli sacri sumptus opulento ærario; quod in id se cogere dictitabat, atque etiam Regi Francorum in sacro bello consumpturum spoponderat b: in quo aureorum signatorum decies octies decem cẽtena millia & eo amplius, infecti vero auri pretium quod in alia gaza gemmisque & ornamentis constabat, ad septies alia decem centena aureorũ millia ascendisse scribit Ioannes Villanus c reperta; cuius rei fides sit penes auctorẽ. Neque vero auaritia ex eo ipsi impingi potest, cum hæ opes, ex ecclesiarum vectigalibus collectę, ad Turcas & Babylonios reprimendos essent consumendæ: quem sæpius afflictis Armenis subuenisse, atque ad muniendas arces contra infideles magnam vim auri collocasse vidimus. Plurimam etiam pecuniæ sũmam aduersus Italiæ tyrannos profuderat: si vero nepotes ex inferiori sorte ad opulentiorã assurrexere, Regum Francorum potius beneficio, quam prodiga illius liberalitate ad eam sunt excitati; quos etiam, nimirum Arnaldum e Dueza e Caramanno, & Arnaldũ e Cæsianno e Talardo vicecomites, ac Petrũ e Via Villemuri & Caluineti dominum Benedictus successor Regi Francorum commendauit d. Cæterum bellum, quod cum Ludouico Bauaro gessit, magna attulit impedimenta, ne orienti citius consuleret: in quo licet parum extiterit felix, adeo vt Robertus Rex Siciliæ, cui ob interregnum præfecturam Insubriæ concesserat, illum abiecerit, ipseque partem ecclesiasticæ ditionis amiserit; haud tamen vocari in crimen iure potest, cum in eo ecclesiæ iura defenderet.

Oriens maximã in eius obitu iacturam passus.

b Math. Vill. l. 7. c. 2.

c Io. Vill. l. 11. c. 20. Ant. 3. p. tit. 21. c. 6. §. 15. & alij.

De ingẽti illius thesauro cõtra infideles effundendo.

d Bened. ep. secr. 14

Inuecta a Lud. mala Ioanni nõ tribuẽda.

41 Quam porro iniuste impudicitiæ notam illi aspersa sit, dũ ait Io. Villanus e Bertrandum Poggietum nepotem Cardinalem illius filium, nempe ob similitudinem oris existimatum, ex eo perspicue

e Io. Vill. l. 11. c. 6.

Calũnia illi obiecta refellitur.

forma: *Ne quis sinistre interpretari possit, nos sensisse aliquid, aut sentire, quod sacræ scripturæ obuict, aut fidei orthodoxæ, dicimus & protestamur expresse, &c.* [repetitur superior allata a nobis a Ioannis protestatio, ijsdem concepta verbis, cui hæc subjicit Benedictus.]

In quem sensum accipienda dicta ab eo in quæstione de vis. beat.

a Super n. 28.

36. Demum quoque idem prædecessor decumbens in lecto infirmitatis, de qua decessit, intentionem quam super præmissis habuerat & habebat, volens clarius & seriosius aperire, anno a natiuitate prædicto, die videlicet tertia mensis decembris proximo præteriti, nobis tunc nominato Iacobo tit. S. Priscæ presbytero Cardinali, & venerabilibus fratribus Petro Penestrino; Bertrando Ostiensi, Gaucelino Albanensi, Ioanne Portuensi, & Anibaldo Tusculano episcopis; ac dilectis filijs nostris Matthæo tit. sanctorum Ioannis & Pauli, Raimundo tit. S. Eusebij, Petro tit. S. Martini in montibus, Petro tit. S. Stephani in Cælio monte, Petro tit. S. Praxedis, Imberto Basilicæ XII. Apostolorum Talayrando tit. S. Petri ad vincula, & Petro tit. S. Clementis presbyteris; ac Iacobo S. Georgij ad velum aureum, Luca S. Mariæ in via lata, Raimundo S. Mariæ nouæ, Galhardo S. Luciæ in silice, Bertrando S. Mariæ in Aquiro, Arnaldo S. Eustachij, & Ioanne S. Angeli diaconis Cardinalibus, & nonnullis prælatis, & tabellionibus publicis præsentibus, & propterea specialiter euocatis, quandam literam grossatam sub eius nomine legi fecit, ac se credidisse, & credere declarauit; & confessionem, reuocationem, & submissionem fecit, de quibus in ipsa litera agebatur sub his verbis b.

Eius professio in extremo vitæ flexu

b Ext. etiā apud Nic. Minor. M. S. bibl. Vat. sign. n. 4008. pag. 172.

37 *Ne super ijs, quæ de animabus purgatis, separatis a corporibus, an citra resumptionem corporum diuinam essentiam, illa visione videlicet quam vocat Apostolus facialem, videant, tam per nos, quam per nonnullos alios in præsentia nostra recitando & allegando sacram scripturam, ac originalia & dicta sanctorum, vel alias ratiocinando, sæpius dicta sunt aliter, quam per nos dicta & intellecta fuerant, & intelligantur ac dicantur, auribus fidelium valeant inculcari; ecce quod nostram intentionem, quam cum sancta ecclesia catholica circa hæc habemus & habuimus, serie præsentium, vt sequitur declaramus. Fatemur siquidem & credimus, quod animæ purgatæ separatæ a corporibus sunt in cælo, cælorum regno, & paradiso, & cum Christo in consortio angelorum congregatæ, & vident Deum, ac diuinam essentiam facie ad faciem clare, in quantum status & conditio compatitur animæ separatæ: si vero alia vel aliter circa materiam huiusmodi per nos dicta, prædicata, seu scripta fuerunt quoquo modo, illa diximus, prædicauimus, seu scripsimus recitando dicta sacræ scripturæ & sanctorum & conferendo, & non determinando, nec etiam tenendo, & sic & non aliter illa volumus esse dicta, prædicata, seu scripta. Insuper siqua alia sermocinando, conferendo, dogmatizando, docendo, seu aliter quouis modo diximus, prædicauimus, vel scripsimus circa præmissa, vel alia quæ fidem concernunt catholicam, sacram scripturam, vel bonos mores, ea in quantum sunt consona fidei catholicæ, determinationi ecclesiæ, sacræ scripturæ, ac bonis moribus, approbamus: aliter autem illa habemus & haberi volumus pro non dictis, prædicatis, & scriptis, & ea reuocamus expresse: ac ea, quæ de prædicta visione, et omnia alia dicta, prædicata, et scripta nostra de quacunque materia, vbicunque et in quocunque loco, ac in quocunque statu, quem habemus vel habuerimus hactenus, summittimus determinationi ecclesiæ et successorum nostrorum.*

Animas SS separatas frui visione beatifica.

Verum licet idem prædecessor super huiusmodi contentis in dicta litera grossata voluerit, & mandauerit fieri publica instrumenta, ipsamque literam bullæ suæ munimine roborari; quia tamen superueniente obitu eius, huiusmodi litera bullata non extitit, nos volentes, quod huiusmodi eiusdem prædecessoris declaratio, & omnia alia supradicta ad communem fidelium notitiam deducantur, super contentis in dicta litera & alijs suprascriptis de præfatorum Cardinalium fratrum nostrorum consilio præsentes literas, bulla nostra munitas, fieri mandauimus in testimonium præmissorum. Nulli ergo &c. nostræ voluntatis & mandati infringere, &c. *Dat. Auinione XVI. kal. aprilis anno primo.*

Eius professio ad fideles missa.

38 Editam fuisse a Ioanne eandem de visione beatifica animarum fidei professionem, consentiunt ipsius aduersarij; inter quos Nicolaus pseudominorita schismaticus hæc refert a: *Anno domini MCCCXXXIV. de mense decembris die III. decembris præfatus dominus Ioannes XXII. graui infirmitate detentus, de qua quarto die dicti mensis mortuus est*, & infra, *quamdam constitutionem seu ordinationem morti propinquus fecit, formam huiusmodi continentem.*

Ioannis hostes eā nō negat.

a Id. Nic. M. S. bibl. Vat. sign. n. 4008. pag. 172.

Ioannes, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Ne super ijs, quæ de animabus purgatis, &c. vt supra vsque nostrorum. Nulli ergo &c. *Dat. Auin. III. non. decembris pontificatus anno XIX.* Affertur etiam a Ioanne Villano b, Italicis verbis redditum superius Ioannis XXII. diploma, quo cū pie sensisse conspicuum est, adeo vt Ochamus c eius hostis fateri coactus sit, Ioannem sententiam suam edendo ab ecclesia de ea controuersia decreto catholice subiecisse. Ex quibus impostor Caluinus d refellitur; qui ex odio in Romanam ecclesiam, meraque mentiendi, vt a patre mendacij diabolo edoctus erat, libidine obijcere non erubuit, Ioannem XXII. sensisse, animas esse mortales vsque ad extremum iudicij diem, illumque ideo in hæreticorum catalogo reponere: quo quid impudentius fingi potest? quidue magis a Ioannis sententia alienum? Cumulat hoc mendacium alio Caluinus, dum Gersonem (quem imperite Ioanni coæuum fingit, cum nondum natus esset, vt ex eius gestis videbitur tempore schismatis Auinionensis) testem appellat negatæ a Ioanne animæ immortalitatis. At is nullatenus id dixit, sed tantum ex adepta a latrone mox post mortem beatitudine arguit, falsam fuisse Ioannis doctrinam (quam nempe falso supponebat fuisse Ioannis) animas sanctorum non nisi post iudicium lata decretoria sententia, *Venite benedicti etc.* diuinitatem intuituras, eo quod plurium sanctorum patrum, qui eam sententiam secuti videntur, re nondum definita, quorum argumentis suse respondet in suo libro Benedictus, dicta compegisset. Qua in re non probro, sed laude dignus fuit Ioannes, qui in discutienda controuersia, antequam eam decideret, diligentissime sanctos patres consuluerit. Fœtidissimum etiam est tertium Caluini mendacium, nullum Cardinalium Ioannis sententiæ restitisse: extant enim insignia in bibliotheca Vaticana Iacobi tit. S. Priscæ Cardinalis e, & episcoporum f, doctorumque g edita tunc in aduersam partem erudita commentaria. At memoratus impostor Caluinus illum ipsum errorem, sanctorum animas diuinitatem facie ad faciem non in-

b Io. Vill. l. 11. c. 19.

c Ocham. in dial. tract. p. 2. c. 9. 10. & auctor. notar. ad S. Ant. p. 3. tit. 21. c. 7. §. 5.

Caluini impudentissimę calumnię.

d Calu. l. 4. inst. c. 7. §. 28.

e M.S. bibl Vat. sign. n. 4008.

f In eod. M. S.

g M. S. sign. n. 4005.

vestræ omni conamine, quo valemus, quatenus si aliquid aliud nobis per nos faciendum vel fiendum videatur, hoc excellentiæ nostræ curetis vestris literis intimare. Insuper de facto Regis Roberti latori præsentium fidem adhibeatis credulam in dicendis. *Dat. in oppido nostro imperiali Vberlingæ III. kal. iulij regni nostri anno XX. imperij vero VII.*

Solicitat' arch. Treuir. ad societatem sceleris.

32 Assensisse ferunt huic conspirationi Neapoleonem Cardinalē, deq; nefarijs hisce consilijs literas dedisse ad Balduinum archiepiscopum Treuirensem, cuius ac Treuirensis ecclesiæ nomine prouocationis formulam ad concilium pseudominorita hæreticus concepit, atque in eadem deliras Fraticellorum hæreses compegit. Horum vero scelerum administer Gualterus proditor pseudominorita, Michaelis hæresiarchæ emissarius, significauit eidem Michaeli [a], prouocationem Bonægratiæ ad concilium aduersus Ioannem Neapoleoni Cardinali placuisse, atque a Ludouico Bauaro alias literas mitti ad curiam pontificiam ad plures in eiusdem concilij societatem trahendos; tum addidit: *Mittit & vobis literam Cardinalis*, nempe Neapoleonis, *signatam, vt possitis eam mittere in Italiam, & vbicumque videbitur pro bonore imperij: & placet sibi, vt per mundum diuulgetur & publicetur. Insuper domino Neapoleoni Cardinali intimauit per suas literas, quod cum Rege Roberto de consilio suo faciet libenter pacem, dummodo velit recognoscere regnum suum ab imperio. Item significat eidem domino Neapoleoni per me, quod si domini Cardinales concilium dare noluerint, si tunc dominus Neapoleo poterit aliquos alios Cardinales inducere ad recedendum secum, tunc dominus Imperator vult omnes episcopos & archiepiscopos & alios prælatos totius Alamanniæ conuocare, & adducere vbicumque voluerit dominus Neapoleo, si ipse cum suis concilium celebrare voluerit.*

Pseudominoritæ harum fraudium artifices.

a Sup. M.S sign. 4009. pag. 169.

Ludouici præsumptio de Sicilia ecclesiastico imperio eripienda.

Malus animus ad cogendam pseudosynodū

33 Quæ porro Neapoleo Cardinalis responderit Gualtero, quasue pactiones inierit cum Ludouico, vt conciliabulum aduersus Pontificem cum suis sequacibus conflaretur, ita describit idē M. S. *Frater Gualterus iuit ad curiam, & literas Imperatori præsentauit, & Imperatori retulit ex parte dicti domini Neapoleonis infrascripta. Primo quod dominus* Neapoleo *procurabit & faciet quod concilium fiat, velit nolit ille de Caturco, si Imperator fecerit infrascripta, quæ sibi scribuntur, videlicet. Quod duo nuntij habeantur per dominum Imperatorem, qui continue currant, qui sint informati per dictum Gualterum de literis præsentandis, & de via facienda. Item quod mittat vnam literam collegio Cardinalium ad petendam fidantiam pro nuncijs, quod venient ex parte eius ad curiam, quamuis credat quod non dabunt. Item quod fiat pax inter Regem Robertum & Imperatorem. Item de magistro Marsilio, vt expediatur, etc.* Hoc postremū laude dignum fuit, tanta einm infamia laborabat scelestus hæresiarcha, vt schismaticos se illius societate inquinare puderet. *Itē quod custodiat se a Rege Boemiæ et duce Henrico, et quod non confidat eis, quia dixerunt, quod cogerent cum potentia Imperatorem ad renunciandum. Item quod Imperator scribat* Regi *Franciæ, quod falsa sunt, quæ dicuntur, quod ipse Imperator velit renunciare. Item quod Imperator faciat, quod prælati et principes Alamanniæ, de quibus dicitur in suis literis, petant concilium. Item quod Imperator mittat alias literas sub forma illa, quæ scribitur per literas domini Neapoleonis. Item dominus Neapoleo dixit, respondendo ad literam sibi missam, quod nullo modo intendebat se mouere de curia.* Et infra. *Item quod vna litera vniuersalis mittatur per Imperatorem omnibus Regibus, principibus, &c. Item quod vna litera appendatur ad fores palatij in Auinione. Item noua domini Treuirensis ac citatione & noua de Iperpoten. Item mittantur rationes, per quas probatur, quod Geraldus est bæreticus* (Is erat Minoritarum præpositus de quo antea actum est, qui temere plura Parisijs de visione animarum effutierat, dum nuntium apostolicum agebat) *Mittenda ad curiam sunt primo litera cum responsione, secundo tractatus factus contra protestationem illius de Caturco, tertio litera Imperatoris missa cum nouis & responsione reportata, quarto quod tenet habere sermones de animabus, qui missi fuerunt domino archidiacono, quinto quod scribat archidiacono, quod mittet tractatum domini de Verona.*

Neapoleonis Card. pactiones nefariæ.

Solicitat Germani ad petendum concilium.

Parata hęreseos calūnia ob dicta in quæst. visionis animarum.

34 Non passa est diuina prouidentia hanc coniurationem in Ioannem erumpere, & tāto turbine quassari ecclesiam: perhorruit enim Treuirēsis archiepiscopus suggestum a pseudominoritis facinus admittere, ac prouocationem ad concilium, quam illi confixerant, non edidit. Pontifex vero, cum in excutienda superiore de visione animarum controuersia affecto senio corpore studijs indefessis desudaret, lethali morbo implicitus, excitis Cardinalibus professus est, sentire se animas ab omni labe puras in cælo versari, & claro diuinitatis intuitu perfrui, ac si quæ contra eam sententiam attulisset, non ferendo sententiam, sed aliena scripta repetendo protulisse, dictaque omnia sua edendo ab ecclesia decreto fidei subijcere; qua de re III. non. decembris pontificatus sui anno XIX. diploma eius iussu exaratum: quod cum ob secutam illius mortem pontificia bulla munitum non esset, Benedictus anno proximo vna cum alijs publicis tabulis, quibus Ioannes aduersus calumniatores nullam ab ipso prolatam sententiam decretoriam, ac si quæ forte perperā dicta essent, illa a se reuocari professus erat, promulgauit [a], ne calumniatoribus sua in Ioannem venena fundere liceret.

a Bened. XII. an. 1. p. 1. ep. cur 13.

Benedictus, etc. ad perpetuam rei memoriam.

35 Sicut habet humanæ naturæ corruptio, quod dictum vnius facile sequitur multitudo, quodque minores dicta maiorum in deteriorem partem frequenter interpretari nituntur; sic habet rectæ rationis ordo, cui testimonium sanctorum patrum assistit, quod facilitati & interpretationi huiusmodi semper veritas prçualet rei gestæ. Sane cum iamdudum per nonnullos reuocaretur in dubium, an animæ a corporibus separatæ, ac a peccatis & pœnis peccatorum purgatæ ante resumptionem corporum videant diuinam essentiam, illa videlicet visione, quam vocat Apostolus facialem; & super hoc, tam in sermonibus quam in alijs collationibus & collocutionibus per felicis recordationis Ioannem Papam XXII. prędecessorem nostrum, & plures alios in eius præsentia multa dicta, recitata, scripta, & prædicata fuissent; volens idem prædecessor verbis & linguis malignātium obuiare, anno a natiuitate Domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto, indictione secunda, die tertia mensis ianuarij S. R. E. Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, multisque prælatis, & in sacra theologia magistris, alijsque personis & tabellionibus publicis in consistorio apostolico coram eo personaliter constitutis, dixit, asseruit, & protestatus extitit sub hac

Benedict' Ioannem purgat.

for-

expresse, quod quidquid in quæstione seu materia visionis animarum, videlicet an animæ a peccatis & pœnis peccatorum purgatæ videant diuinam essentiam illa visione, quam Apostolus vocat facialem; seu quacumque alia materia in sermonibus et collationibus nostris diximus, allegauimus, seu proposuimus, non intendentes aliquid determinare vel decidere seu credere, quod esset quouis modo scripturæ sacræ obuium, vel contrarium fidei orthodoxæ; sed illud solum tenere & credere, quod & scriptura sacra potest & poterat, & catholicæ fidei conuenire: & si forsan in prædictis sermonibus, vel collationibus aliqua, quæ vel scripturæ sacræ seu fidei orthodoxæ quouis modo essent vel viderentur obuia, ipsa præter intentionem a nobis fuisse prolata dicimus & asserimus, eaque reuocamus expresse, non intendentes illis adhærere, nec ea in præsenti defendere, nec etiam in futurum. Hactenus Ioannes.

Profitetur Ioannes in quæstione ancipiti, purà se velle sectari veritatem.

29 De Ioannis huiusmodi professione solemni edita in ea controuersia meminere etiam eius hostes infensissimi pseudominoritæ. Ex quibus Bonagratia hæc in suum commentarium intulit a: *Anno Domini* MCCCXXXIV. *de mense ianuarij in consistorio publice coram Cardinalibus, & maxima multitudine prælatorum & clericorum primo fecit legi allegationes, et rationes aliquorum, qui tenent, quod animæ sanctorum ex nunc clare vident faciem Dei, siue diuinam essentiam*; nonnullisque interiectis, quibus etiam contraria argumenta ex sanctis patribus decerpta, quibus contraria sententia, nimirum purgatas animas non videre Deum facie ad faciem, defendebatur, ait lecta fuisse, subijcit Ioannem hæc verba protulisse. *Quia nos studuimus in originalibus, ista proposuimus; nunquam tamen fuit nostræ intentionis dicere aliquid contra fidem: et si aliquid diximus, totum ex nunc reuocamus: et si quis magnus vel paruus aliquid habet pro conclusione affirmatiua, secure det nobis, et libenter recipiemus, et super hoc mandamus fieri publicum instrumentum.* His consentientia tradit historiæ Ptolemæus b Lucensis his verbis: *In consistorio protestatus fuit coram Cardinalibus, prælatis, et capellanis, quod in prædicta quæstione nihil definiendo sed recitando dixerat; et quod paratus esset reuocare, si qua enormia dixisset; & quæ plures auctores pro et contra collegerant, fecit tunc legi in consistorio quinque diebus.*

a Ext. in M.S. bibl. Vat. sign. n. 4009. pag. 164.

In consistorio vtramque sententiam perlegi iubet.

b Ptol. Luc. hist. eccl. M.S. l. 24. c. 42.

Ad reuocanda, si quæ male dixerit paratum se exhibet.

30 Quod vero his præmiserit Ptolemæus, permotum ideo Pontificem, quia in ea de visione beatifica ante iudicium vniuersale quæstione Parisiensis academiæ doctores & Francorum Rex ipsi restitissent; scripsit quæ ex publica fama hauserat: non enim defuere calumniatores, qui Ioanni eam labem falso asperserint, sensisse animas solutas corporeis vinculis & ab omni labe criminis liberas ante vniuersale iudicium claro diuinitatis intuitu non frui: cum enim Geral. dus Otho supremus Minoritarum præpositus internuntius apostolicus, quem ad sopienda Angliæ & Scotiæ bella transmiserat, illum errorem Parisijs pro concione sacra exposuisset, percrebuit rumor ipsum a Pontifice Parisios missum, vt eam opinionem falsam disseminaret; quam calumniam hisce verbis apud Regem Francorum purgauit Ioannes c: *Adhuc in eisdem literis regijs vidimus contineri, quod a pluribus dicebatur, quod nos miseramus dilectum filium Geraldum Othonis generalem ministrum fratrum Minorum Parisios ad docendum & prædicandum, quod animæ separatæ a corpore & a pœnis purgatæ diuinam essentiam vsque post resurrectionem corporum non videbant. Ad quod dicimus et asserimus coram Deo, quod nunquam hoc cor nostrum intrauit, nec exiuit ab ore, etc.* Subijcit veras causas, ob quas legatus fuerit vna cum Arnaldo e S. Michaele pœnitentiario ad aulam regiam, vt nimirum Francorum Regem consulerent, an oratores pro vrgenda Eduardi & Dauidis concordia mittere vellet; ac se opinatum, nuntios iussum iter aggressos: sed cum Parisijs consisterent, Dauidis Regis Scotiæ procuratorem ipsis significasse, irritos fore eorum labores, cum Rex Scotiæ Dauid, nec quisquam ab eo subrogatus, cum quo pacis tractatum agitaturi essent, in Scotia consisteret; eaque re tum a nuntijs tum a procuratore sedi Apostolicæ significata, nuntios ipsum a demandato munere reuocasse a: fecisse tamen Geraldo Othoni traijciendi in Angliam ad lustranda ordinis sui monasteria potestatem: denique Philippum Regem a Regis Scotiæ procuratore rei veritatem sciscitari iussit, nec patulas in posterum calumniatoribus aures præbere. Quæ literæ VI. id. martij pontificatus anno XVIII. consignatæ sunt.

Minoritarum præfectus erroneam circa eam sententiam disseminat.

c To. 9. p. 2. ep. secr. pag. 191.

Ioannis querelæ aduersus calumniatores.

Ob quas causas missus fuerit in Gallias.

a Ext. ib. eadē re lit. pag. 215.

31 Sedata quidem ita est in Gallijs ea calumnia: verum aucta in Bauaria, difflataque a pseudominoritis, qui stylum in Pontificem acuerunt: ac Bonagratia commentarium ad oppugnandam memoratam Pontificis professionem edidit b, & maligne eundem traduxit, quod patrum dicta, quibus sensisse videntur aliqui, animas sanctorum diuinitatem facie ad faciem ante iudicium non intueri, perlegi iussisset, quasi eam opinionem audientium animis imprimere voluisset. Qua in re improbitatem suam detegit; quid enim magis conueniens, quam vt in discutienda controuersia argumenta hinc inde contraria inter se conferantur? Non hic stetit improbitas: Michael enim pseudominoritarum signifer, qui plures sua nefaria secta irretierat in varijs regnis & prouincijs, conciltandi in ecclesiam noui turbinis consilia est molitus c: cumque Ludouicus Bauarus ira in Ioannem, cæsareum ipsi fastigium asserere detrectantem, immo nouum Cæsarem ad solium prouehere annitentem, esset incensus, & Neapoleo Vrsinus Cardinalis a Ioanne abalienatus esset, quod nimirum ille sedem Apostolicam Italiæ, vti præ se tulerat, non restitueret; conflata coitio est de congregando in Germania conciliabulo d, in quo de Ioanne veluti hæretico ob agitatam de visione animarum beatifica controuersiam exauctorando ageretur. Hac de causa Ludouicus Neapoleonem & si quos alios posset in eandem coniurationem pellicere adorsus est; pollicitus subiectis literis e Neapoleonis arbitrio superiores cum Roberto Rege Siciliæ controuersias compositum iri.

Pseudominoritæ calumniandi Pontifici occasionem aut de arripiunt. Neapol.

b Ext. in M.S. bibl. Vat. sign. n. 4009. pag. 164.

c In ead. M.S. pag. 196.

Card. Vrsini coniurat cum Lud. in Pont.

d ib.

e Ext. ib. ead. pag.

Ludouicus, etc. venerabili viro Neapuleoni diacono Cardinali tit. S. Adriani, amico suo diligendo gratiam suam, et omne bonum.

Nouerit vestra sinceritas, quod literas nostras publicas & solemnes sigillo maiestatis nostræ sigillatas transcribi iussimus & componi diligenter, per quas sacrum collegium Cardinalium studiosissime requirimus & hortamur, quatenus concilium in aliquo loco tuto procurent fieri, & de subito ordinari: in quo possimus personaliter, prout pro firmo volumus & intendimus, assumptis nobiscum principibus ecclesiasticis & secularibus Alemanniæ, fore constituti, altissimo Deo gratiosius annuente. Quas literas dilectioni vestræ totique collegio Cardinalium supradicto duximus transmittendas, supplicantes dilectioni ve-

Ludouici ad eum lit. de cōciliabulo congregādo.

formam dictarum literarum apostolicarum soluemus denarium beati Petri singulis annis in quadragesima moneta vsualis secundum modum, quem incolæ terræ Poloniæ etiam soluere consueuerunt eundem. Ita nos Deus adiuuet & sancta Dei euangelia. Et nihilominus bona fide promiserunt suo ac successorum suorum & nomine procuratorio, quo supra, supradicto domino Vuladislauiensi episcopo, nomine prædictæ Romanæ ecclesiæ præmissa omnia recipienti & stipulanti, quod ipsi dictum censum Romanæ ecclesiæ ex tunc, vt præmittitur, soluerent singulis annis in quadragesima, vel collectoribus ad eundem recipiendum ab ipsa sede deputatis seu deputandis; & non contrauenire vel facere aliqua ratione, verbo vel opere, de iure vel de facto, se & nomine procuratorio quo supra pro præmissis tenendis efficaciter & solemniter obligando. Acta fuerunt hæc vt supra anno, indictione, die, mense, ac loco supradictis, pontificatus sanctissimi patris & domini nostri domini Ioannis diuina prouidentia Papæ XXII. anno decimonono. Hæc prætereunda silentio non sunt visa, vt vetera Romanæ ecclesiæ in eas septentrionales oras iura obliuione non obscurentur.

Carolus Rex Vngarus ecclesiæ athleta.

26 Infestabant hoc tempore Vngariæ limitem eiusque vectigales prouincias Tartari, schismatici, infidelesque Scythiæ populi, ac varijs interdum excursionibus catholicis grauissimas infligebant calamitates. Contra quos cum plura gereret prælia Carolus Rex, inclytus athleta ecclesiæ, Pontifex vt pio illum ardore ad religionē propugnandam amplificandamque accenderet, amplissimam criminum, quorum rite ipsum pœniteret, veniam proposuit a, si in acie occumberet.

a An. 18. p. 1. ep. com. 1033.

Ioannes, &c. Carolo Regi Vngariæ illustri.

Cum, sicut ex parte tua fuit nobis expositum, fideles Christi per regnum tuum Vngariæ aliasque terras tibi subditas constituti a schismaticis, Tartaris, & paganis, alijsque permixtis infidelium nationibus impugnationes, depopulationes, seruitutes, & carceres, aliasque diuersorum generum pœnas & cruciatus multiplices patiantur, pro quorum & fidei catholicæ defensione te plerumque contra schismaticos, Tartaros, & paganos & alios prædictos bellum seu pugnam inire contingit; nos tuis supplicationibus inclinati de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi tibi, si in bello seu pugna huiusmodi aut ex vulneribus ibi receptis postmodum te mori contigerit, omnium tuorum, de quibus corde contritus, & ore confessus fueris, plenam concedimus veniam peccatorum; sic tamen, quod heredes tui de ijs, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, satisfactionem huiusmodi facere teneantur. *Dat. Auin. v. id. iulij anno XVIII.* Affecti etiam præmijs indulgentiarum fideles Vngari b, qui Carolum Regem aduersus fidei hostes in prælio sequerentur, vt proposita felicis immortalitatis spe intrepide quæuis discrimina penetrarent.

Plura cū infidelib' prælia cō ferit.

Propositæ occubituris in prælio indulgentiæ. b Ib. ep. 1031. c Ib. ep. 930. Concessū Vngaro Regi sacrum beneficium.

Ornatus etiam Rex c hoc sacro beneficio, cū rei diuinæ recurrentibus solemnibus mysteriorum fidei Christianæ diebus interesset: *Tuæ*, inquit, *celsitudinis supplicationibus inclinati, vt quando in diebus solemnibus et festiuis coram te missam contigerit solemniter celebrari, huiusmodi missam celebrans, si episcopus vel superior prælatus vnum annum ac centum et quadraginta dies, si vero abbas vel alterius ecclesiæ collegiatæ prælatus, centum, si autem inferior sacerdos fuerit sexaginta dies omnibus vere pœnitentibus et cōfessis, qui huiusmodi celebrationi præsentes extiterint, de iniunctis eis pœnitentijs auctoritate apostolica misericorditer relaxare valeat; tibi de speciali gratia auctoritate præsentium indulgemus, etc. Dat. Auin. v. id. iulij anno XVIII.* Soluit etiam ad Caroli gratiam legē de gradibus cōsanguinitatis, vt ipsius filij Andreas & Ludouicus cum Ioanna a & Maria Roberti Regis nepotibus connubio iungerentur: sed Carolus Dyrrachij princeps postea dolo Mariam sibi iunxit, quo facto & sibi necem peperit, & Andreæ mortem accersiuisse accusatus est; de quibus inferius. Nunc ad gesta hoc anno in difficillima quæstione properat historia.

a Ep. 1232.

Controuersia de visione beatifica. b M.S. bibl. Vat. sign. n. 3765.

27 Dirimendam susceperat Ioannes grauem controuersiam, quæ theologos & sanctos patres, re nondum ab ecclesia definita, in ancipites & contrarias sententias coniecerat b de sacro illo dogmate, an animæ beatæ ante vniuersale iudiciū facie ad faciem, vt loquitur Apostolus, Deum intuerentur. Vtque humanam diligentiam pro indaganda veritate adhiberet, antequam orthodoxum dogma Spiritus sancti illo singulari præsidio, quod Petri successoribus datum est, fretus statueret, Cardinales, præsules ac doctores, obiecta anathematis religione, quod iam antea a nobis ex Ioanne Villano indicatum, ad excutiendā controuersiam diligentissime iussit incumbere; ijsque libellum, in quo sanctorum patrum dicta in vtramque partem allata, & alia argumenta continebantur, porrexit. Qua de re Petrum archiepiscopum c Rothomagensem & Francorum Reginam d his literis certiorem fecit.

c To. 9. p. 2. ep. secr. pag. 192. d Eau. pag.

Reginæ Franciæ.

Quid circa quæstionem visionis animarum ordinauerimus, ad regalem notitiam credimus, diu est, peruenisse. Iniunximus quidē fratribus nostris scilicet S.R.E. Cardinalibus ac prælatis alijs, & doctoribus theologiæ ac iuris canonici præsentibus in curia, vt super illa cum diligentia studeant, nobisque quid eis videtur exponant; quod vt promptius possent facere, multarum auctoritatum tam canonis, quam originalium sanctorum pro vtraque parte collectorum copiam fecimus. Et vt hæc diligentius studerent facere, sententiā excommunicationis ipsos voluimus incurrere, qui præmissa nō adimplerent, absolutione nobis nostrisque successoribus reseruata. Gratia domini nostri Iesu Christi sit tecum, charissima filia, quæ in agendis te dirigat & protegat ab aduersis. *Dat. IV. id. martij anno XVIII.*

Agitata in vtraque parte quæstio.

Aspersa inde Ioanni calumnia.

Cum ad veritatem illustrandam patrum dicta, ac sacra diuinarum literarum oracula, atque argumenta theologica, quæ vtrique parti fauebant, allata sæpius a Pontifice atque excussa fuissent; indeque maleuolis porrigi occasio posset aspergendæ ipsi calumniæ aliquid fidei contrarium sensisse; Ioannes ineunte hoc anno die III. Ianuarij in publico Cardinalium consistorio, excitis tabellionibus, vt publicæ ac de re tabulæ afferendæ a nobis inferius conficerentur, euulgarenturq; in vniuerso orbe Christiano, est contestatus, in ijs, quæ agitata adductaque a se in huiusmodi controuersia fuissent, nunquam gessisse in animo decidere vel credere quidquam diuinis oraculis aduersum: ac si qua viderentur fidei contraria, a illa vt præter animum dicta a se reuocari. Concepta est hisce verbis publica illa Ioannis in sacro senatu professio. e

Ea confutata publicis documentis. e Ext. in M.S. perga. rep. in arc. Auin. sign. n. 118. leg. Onuph. Card. Aquauiua an. 1594. & Rom. allatæ. Ac apud Bon. an. 1 p. 1. vbi fert asp. cur. 12.

28 *Ne quis sinistre interpretari possit, nos sensisse aliquid aut sentire, quod sacræ scripturæ obuiet aut fidei orthodoxæ, dicimus & protestamur*

ex-

rabili fratri episcopo Vvladislauiensi salutem, & apostolicam benedictionem.

Dudum pro eo, quod ciues, habitatores, & incolæ ciuitatis & diœcesis Culmensis & terræ Pomeraniæ tuæ Vvladislauiensis diœcesis, in qua dilecti filij magister & fratres hospitalis beatæ Mariæ Theotonicorum temporale dominium exercere dicuntur, per processus auctoritate apostolica dudum factos moniti & requisiti legitime censum annuum, qui denarius beati Petri vulgariter nuncupatur, in eis partibus per ipsos ecclesiæ Romanæ debitum soluere, deductis in contemptum dictis processibus, damnabiliter non curarunt; personæ singulares ciuitatis & diœcesis ac terræ prædictarum, nec non communitates & vniuersitates earum supposita in terdicto ecclesiastico extiterunt.

Cum autem dicti ciues, habitatores, & incolæ ad cor reducti de dicto censu, per eos pro retroactis temporibus vsque ad annum a natiuitate Domini M. CCCXXX. inclusiue præfatæ Romanæ ecclesiæ debito, certo modo iuxta voluntatem & ordinationem nostram, cum camera nostra per dilectum filium Theodoricum de aureocapite fratrem & procuratorem ordinis dicti hospitalis in Romana curia generalem duxerint componendum, & intendant ac velint nihilominus, sicut pro parte dilectorũ magistri & fratrum nobis nuper expositum extitit, de dicto censu pro alijs tribus annis sequentibus & terminandis in festo natiuitatis dominicæ instanti proximo debito nobis & ecclesiæ supradictæ satisfacere, dictumque censum deinceps soluere perpetuis temporibus annuatim; ac humiliter petierint atque petant, sibi de absolutionis & relaxationis beneficio ab eisdem excommunicationis & interdicti pœnis & sententijs per sedem Apostolicam prouideri; nos compositionem huiusmodi, per quam præfatam cameram de huiusmodi censu pro toto effluxo ante dictos tres annos in eodem proximo instanti festo natiuitatis Domini terminandos tempore, volumus contentari, ratam & gratam habentes, & etiam approbantes. Et nihilominus nostris & eiusdem Romanæ ecclesiæ super ijs indemnitatibus, præfatorumque habitatorum & incolarum saluti animarum prouidere salubriter cupientes, fraternitati tuæ per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus postquam prælibati habitatores & incolæ terræ prædictæ, in tua Vvladislauiensi diœcesi cõsistentes, de dicto censu, pro tribus annis prædictis ab eis nobis & ecclesiæ memoratæ debito, vt præfertur, tibi nostro & eiusdem ecclesiæ nomine recipienti satisfactionem integram duxerint impendendam; & de soluendo integraliter censum ipsum inposterum annis singulis infra quadragesimam nobis & ipsi ecclesiæ seu collectoribus, per sedem deputatis seu deputãdis eandem, se per suos sufficientes procuratores & sindicos ad hæc legitime constitutos obligauerint solemniter & efficaciter; iuramento ab eisdem præstito nihilominus corporaliter, & confectis exinde instrumentis publicis, seriem præsentium continentibus, quæ tuo ac magistri & conuentus hospitalis prædicti, nec non communitatum ipsorum, in tua prædicta diœcesi consistentium, communita sigillis nobis per te vna cũ ijs, quę de dicto censu collegeris, quantocius fideliter transmittantur; eisdem habitatoribus & incolis prædictæ terræ, in tua diœcesi commorantibus, videlicet singularibus personis per te, vel alium, seu alios de absolutionis beneficio iuxta formam ecclesiæ ab eisdem excommunicationis sententijs prouidere auctoritate nostra; & interdicta in castra, villas, & oppida eiusdem terræ, prout in eadem tua consistunt diœcesi, eorumque communitates & vniuersitates propter hæc apposita relaxare procures, cum personis ecclesiasticis terræ & tuæ diœcesis prædictarum, quæ propter præmissa vel eorum aliqua irregularitatis maculam contraxerint, eadem auctoritate ac vice nihilominus dispensando, adiecto tamen specialiter & expresse, quod nos ex nunc prout ex tunc haberi volumus pro adiecto.

A Polonico diuulsa imperio consuetũ censum soluturã spondet.

Crucife-rorum ea de re spõsio.

Quod si præfati habitatores & incolæ aut communitates & vniuersitates terræ iam dictæ, in eadem tua diœcesi consistentes, in solutione dicti census singulis annis inposterum infra quamlibet quadragesimam collectoribus per nos ad eandem Romanam ecclesiam super deputatis vel deputandis deficerent, facienda compositio ac rati & grati habitio & appellatio supradictæ eo ipso ex tunc habeantur pro non factis, & nullius existant roboris vel momenti; dictique habitatores & incolæ, prout in eadem consistunt diœcesi, ad totalem & integram solutionem dicti census pro eisdem retroactis temporibus teneantur, & astricti remaneant sicut prius: & nihilominus in prædictas excommunicationis & interdicti pœnas & sententias recidant ipso facto, a quibus quidem pœnis & sententijs absolutionem & relaxationem obtinere nequeant, quousque plene de censu satisfecerint supradicto. Quod si secus forsitan præsumptum extiterit, id ex nunc irritum decernimus & inane. *Dat. Auinione id. decembris pontificatus nostri anno XVIII.*

Põtificio assensu cõfirmata.

25 *Quibus lectis & publicatis, Theotonicis in Theotonico & Polonis in Polonico etiam interpretatis & expositis, omnes & singuli ad hortationem dicti magistri prædicti, eleuatis in cælum manibus, clamauerunt dicentes, quod parati erant, volebant & promittebant sedi Apostolicæ obedire, & denarium beati Petri soluere secundum literarum prædictarum continentiam & tenorem: & tunc ibidem suos veros, certos, & legitimos sindicos & procuratores generales & speciales elegerunt & constituerunt, videlicet Kenconem de Bantouu, Nicolaum de Pizcebouuo, Gonsalium dictum Taditi milites, Ioannem Scobetum, de Dersoma & & Henricum de Gdausi & ipsorum quẽlibet in solidum ad obligandum efficaciter & solemniter pro ipsis constituentibus procuratorio nomine eorundem tenere, obseruare, & approbare ordinationem factam iuxta seriem & formam literarum prædictarum, dantes & concedentes eisdem & ipsorum cuilibet plenam & liberam potestatem præmissa faciendi, ratificandi, & iurandi in animas ipsorum, & omnia alia faciendi, quæ ad obligationem huiusmodi pertinent, prout ipsi possent facere, si essent præsentes iuxta ordinationem & literas supradictas. Tandem cum dicto censu seu denario beati Petri pro tribus annis incipientibus in anno Domini MCCCXXX. & terminantibus in anno eiusdẽ MCCCXXXIII. satisfecissent domino episcopo Vvladislauiensi supradicto, tactis corporaliter sacrosanctis Dei euangelijs ibidem coram dicto domino episcopo iurarunt & promiserunt super his verbis.*

Corroboratæ a Cruciferis primæ pactiones

Nos sindici & procuratores vniuersitatum & habitatorum seu incolarũ terræ Pomeraniæ partium diœcesis Vvladislauiensis, ditioni dominorum magistri & fratrum de domo Theotonica temporaliter subiectæ, promittimus & iuramus in animas nostras & in animas communitatum, quæ nos constituerunt, quod ab hac hora in antea in perpetuum secundum for-

Promissus census.

cum tanta multitudine tibi adhærentium de inimici eripueris faucibus, quantoque securius in die tremendi iudicij ante tribunal Christi, recepturus pro meritis, poteris comparere: & aduerte proinde si, quod concepisse diceris, ad partum vsque non produxeris, cum quanto tremore cum tibi adhærentibus, quorum damnationis actor extiteris, comparere poteris; quantisque pœnis interminabilibus tam pro tuis, quam ipsorum erroribus merueris te affligi.

22 Rumpe itaque moras, & fac cito quod diceris concepisse. Quid tardat ipsum quē iam concepisti, spiritum parturire salutis? Nil mortalibus, vel morte certius, vel incertius hora mortis. Noli quæsumus procrastinare vlterius, nec de die in diem differre tam salutaris inspirationis parturire spiritum, ne subito ira Dei in te desæuiat, & extincto spiritu in vindictæ tempore te disperdat. Verum quia super præmissis de tuo beneplacito aliam certitudinem non habemus, dilectos filios magistros Raimundum de Casse decanum ecclesiæ Lingonensis, & Bertrandum Cariti archidiaconum sancti Augij in ecclesia Rothomagensi, de quorum prudentia, puritate, ac fidelitate plenam in Domino obtinemus fiduciam, ad tuam destinamus præsentiam; per quos nobis velis rescribere plenius tuæ circa præmissa beneplacitum voluntatis, vt quid erga te habeamus agere certius agnoscamus. Spiritus ille, qui vbi vult spirat, omnesque saluos desiderat fieri, te dirigat in præmissis. Amen. *Datum IV. kalend. iulij anno XVIII.*

Missi a Pont. ad eum nuntij.

23 Data est apostolicis internuncijs Raimundo & Bertrando, de quibus in allatis literis memorat Ioannes, auctoritas a vt sacramenta a Ludouico & alijs Germaniæ principibus ac præsulibus nuncupanda, ac promissa ad honorem ecclesiæ præstanda admitterent. Sumptam autem eam concordiæ rationem refert Ptolemæus Lucensis b, vt Bauarus cederet imperio, quod in Henricum alterum Bauariæ ducem sanguine illi coniunctissimum transferendum foret, vt imperialis honos in præclarissima stirpe Bauara retineretur: *Anno*, inquit, *Domini* MCCCXXXIV. *circa quadragesimam incepit tractare cum septem Cardinalibus ex procuratione Regis Boemiæ, quod Ludouicus qui se Imperatorem intitulabat, deberet cedere, et quidam Henricus dux Bauariæ consanguineus prædicti Ludouici deberet eligi in Regem, et promoueri ad imperium: quod tamen fuit contra Regem Robertum, qui ex hoc cœpit Papæ indignari, cui Rex Vngariæ fauet cum Gibellinis tyrannis, qui iura imperij vsurparāt, et cum Guelfis maxime Florentinis, qui super hoc impediendo suos ambasiatores vna cum ambasiatoribus Regis Roberti et Regis Vngariæ ad Papam Ioannem direxerunt, ne ipse creationi noui Imperatoris consentiret. Rex autem Francorum vna cum Ioanne Rege Boemiæ laborabant, vt eligeretur Henricus dux Bauariæ, in Imperatorem promouendus.*

a Ead. to. 9 p. 2. ep. sec. pag. 221.
b Ptol. Luc hist. eccl. l. 24. c. 43.
Agitatum vt in Henr. Bau. transferretur imperiū.

Increbuisse tum rumorem, Ludouicum cedere correpto imperio, atque Henricum ducem Bauariæ successurum sceptris, confirmat Albertus Argentinensis: additque Ludouicum, mutata scilicet mente, iras ex eo in Henricum concepisse, eumque bello persecutum. Abduxere nimirum Ludouicum a consilio exuendi cæsarei nominis ipsius consultores, qui Henrici & Boëmi Regis, inuitum in ordinem redacturos iactantium aperuit consilia. Sparsus autem rumor conciliarum Ludouicū, ex quo cum ille potentiā magis confirmaret, Pontifex Bremensem, Magdeburgensem, Moguntinum, & Coloniensem archiepiscopos docuit a ab apostolicis in Ludouicum & sequaces decretis diuulgandis non supersedendum: *Non expedit*, inquit, *ab eadem publicatione dictorumque processuum executione desistere, cum idem Ludouicus ad ecclesiæ nequaquam redierit vnitatem.* Ericum pariter Hildesemensem episcopum ad fidei erga ecclesiam constantiam excitauit, certioremque fecit b, Ludouicum in gratiam non admissum; colligeret in hostem animos: excitatos a se in illius auxilium memoratos archiepiscopos, ac plures alios principes. Inter eos vero Ericus c dux inferioris Saxoniæ ob latam illi opem commendatus est: vexabatur enim bello episcopus ab episcopo schismatico intruso a Ludouico, qui contra pontificiam auctoritatem episcopos ecclesijs præficiebat; ac deturbabat catholicos, vt queritur Ioannes d. At de his hactenus.

Abijcit pristinum pium consilium Ludouic.
Apostolicæ in eū sanctiones promulgatæ.
a To. 9. p. 2. ep. secr. pag 225.
b Ib. super pag. 224.
c Ib. pag. 225.
Intrusi a Lud. episcopi schismatici.
d To. 9. p. 2. ep secr. pag. 215.

24 Quod ad cætera Ioannis gesta attinet; consulturus Poloniæ, Liuoniæ, atque alijs septentrionalibus terris Pontifex, ne in superiores bellorum fluctus reciderent, & barbarorum animi ad fideles obterendos efferrentur, cum suscepto recenter a Casimiro Rege Poloniæ sceptro, initæ a patre Vladislao cum Luthero magistro cruciferorum equitum Liuoniæ induciæ ad recurrentem hoc anno S. Ioannis diem extractæ e essent, apostolicum internuntium Galhardum e Carceribus in eas regiones misit, vt bellum imminens, quo de Pomerania a Ioanne Rege Boemiæ cruciferis diuendita certabatur, sopiret f. Tantum potuit apud Polonos & cruciferos pontificia auctoritas, vt armorum inducias extraxerint in longius tempus, donec sequenti anno a Carolo Vngariæ & Ioanne Boemiæ Regibus controuersiæ arbitris pacis leges pronuntiatæ g sunt, qua de re sermo recurret inferius in Benedicti XII. pontificatu. Addemus nunc, Pontificem tuendi iuris ecclesiastici solicitum adegisse h cruciferos, vt Pomerani & Culmenses consuetum vectigal ecclesiæ Romanæ penderent. Intermissum id fuerat aliquot annis, bello ijs regionibus ardentibus: demum cruciferi, vt censurarum religione soluerentur, de pendendo intermisso censu cum Pontifice pepigerunt: demandata est restituendi Pomeranis vsus sacrorum prouincia Mathiæ episcopo Vladislauiensi subiecto diplomate, quo in solemnibus cœtibus perlecto, Pomeraniæ ordines, qui a Polonorum imperio ad cruciferorum ditionem traducti fuerunt, iurati spopondere, se Romanæ ecclesiæ Polonico more censum persoluturos; de quo publica hæc documenta confecta sunt.

De pace inter Polonos & cruciferos agitatum.
e Michou. l. 4. c. 17. Cr. m. l. 12 in Casim.
f To. 9. p. 2 ep. secr. pag. 227. & 237.
g Michou. & Chro. vbi sup.
h Lib. cens. cam. M.S. arch. Vat. sign. lit. B. n. 145 pag 333.

In nomine Domini Amen. Anno a natiuitatis eiusdem MCCCXXXIV. *indictione secunda die X. mensis nouembris constitutus apud Grudent. Culmensis diœcesis coram reuerendo patre domino Mathia, diuina & Apostolicæ sedis gratia, ecclesiæ Vladislauiensis episcopo, in præsentia reuerendi patris domini Othonis eadem gratia Culmensis episcopi, ac venerabili & discreti viri domini Gualhardi de Carceribus licentiati in legibus Apostolicæ sedis nuncij, quædam apostolicæ literæ more solito Romanæ curiæ lectæ & publicatæ fuerunt, quarum tenor hic de verbo ad verbum est insertus, qui talis est.*

Pomerania sedis Apost. vectigalis.

Ioannes episcopus seruus seruorum Dei vene-

concidere audirent alacres, seruandæ tamen legati vitæ cupidi, missis oratoribus egere cum Bononiensibus, vt pacta legati ac militum salute arx ijs dederetur. Egressus itaque vigesimo octauo martij legatus cum ex tot bellicis in Italia laboribus non alios fructus quam tristia pericula collegisset, Auinionem se recepit. Potiti arce perduelles eam solo æquarunt, sensitque mox Bononia rebellionis suæ pœnas, quæ iusti principis excusso iugo a tyrannis, qui de vrbis principatu contendebant, laniari cœpit. Neque tumultibus caruit reliqua ditio pontificia magni enim motus Vrbeuetere concitati; a ac Roma contrarijs factionibus laborabat, quibus sopiendis Pontifex Robertum Siciliæ Regem adhibuit. b

Tyrannorum feritate laniatur.

a Io. Vill. l. 11. c. 19.

b To. 9. ep. ep. secr. pag. 253.

18 Dum magnates Itali rapinis, cædibus, alijsque vitiorum exemplis fœdabant Italiam, Venturinus Bergomas c Dominicanæ familiæ religiosus vir, zelo lucrandarum Christo animarum accensus pios motus in plurimis Insubriæ vrbibus concitauit, pluresque a vitijs abduxit; instituitque inter cætera ad limina Apostolorum peregrinationem, quam decem hominum millia & eo amplius peregere. Instructis agminibus religiosis crucem præferentes incedebant in veste candida pallioque ceruleo, assuto columbæ terna oliuæ folia præferentis symbolo: atque vbi vrbem aliquam erant ingressi, adibant Prædicatorum templum, & coram principe altari nudati pube tenus loris ad crimina expianda se cædebant. Vbi vero sacra Vrbis loca Venturinus cum suis perlustrauit, Auinionem se contulit, vt indulgentiarum præmia a Pontifice pro ijs, qui ipsum erant secuti, obtinerent: sed non defuere inuidi, qui ipsi nonnulla temere iactasse, ac plausus humanos captasse obiecerint; habendisque ad populum concionibus & exhomologesibus excipiendis interdictus est: cuius tamen opera postea Clemens VI. ad conscribendam in Turcas religiosam militiam vsus est. Acerbe vero propterea a Ioanne exceptus est, vt alij a rebus nouandis deterrerentur: cum maxime metus non abesset, ne a nonnullis sub pietatis specie impietas simplicibus afflaretur.

Venturinus magnos in animis pietatis motus cōcitat.

c Io. Vill. l. 11. c. 23.

Eiusdem ad sacra Vrbis loca peregrinatio.

In suspicionem nouitatis adductus.

Ex eo genere erant Fraticelli, qui licet a Pontifice exagitati, plures tamen peruertere non destitere. Extant plura apostolica diplomata hoc anno ad reprimendos pestiferos hosce hypocritas exarata: iussus d est enim, qui præerat vrbano monasterio Minoritarum, cui Aracœli nomen inditum, vt illorum signiferum, quem ministrum vocitabant, carceri addiceret: censoribus fidei in patrimonio B. Petri in illius sectæ homines inquirendi prouincia demandata e: renouatæ in eos aliosque cum ipsis sentientes editæ apostolicæ constitutiones f; atque Angelus episcopus Viterbiensis pontificius vicarius ad Vrbem ab huiusmodi labe liberandam diligentissime incumbere iussus. g

In Fraticellos districtæ leges.

d To. 9. p. 2. ep. secr. pag 252.

e Ib. pag. 240.

f Ib pag. 250.

g Ib. pag. 249. 251.

19 Nec minus studij operæque defixit Pontifex, vt reliquias Corbariani schismatis euelleret e Germania, ac Ludouici Bauari sequaces ab ecclesiæ coniunctione segregatos ad illius sinum reuocaret. Præcipuus inter eos erat dignitate dux Austriæ, quem superioribus annis Ludouicus in suas partes pellexerat: cuius reconciliatio cum magnas vtilitates rei catholicæ esset allatura, Pontifex Albertum Pataniensem episcopum excitauit, vt illum ad partes ecclesiæ traducere niteretur. Non solum autem præseferebat desiderium redeundi ad ecclesiæ gremium Austriacus, verum operam nauabat a, vt Ludouicus Bauarus in Apost. sedis gratiam reciperetur; sed cum eam legem adijceret, vt correptum Ludouicus retineret imperium, Pontifex qui rei Christianæ pontificiæque maiestatis plurimum interesse putabat, vt ille ob perperam gesta cæteris principibus exemplo esset, ne religionem ex vindictæ cupiditate euertere molirentur, ecclesiamque venerari discerent; neue ecclesiæ fœderati illi subijcerentur, apud Austriacum se excusauit, illius postulatis ad Bauari gratiā porrectis assentiri non posse. Cum igitur ecclesiæ gratiam adipisci, ac fidelium communioni restitui desperaret Bauarus, nisi iactura correpti imperij præterita facinora expiaret: diuini Numinis & ecclesiæ gratiam caducis sceptris præferre decreuit. Indicarunt Pontifici Ioannis Boemiæ tum Philippi Francorum Regum oratores pium a Ludouico susceptum consilium, lætitiaque ex felici nuntio Ioannes delibutus subiectas literas ad ipsum dedit. b

Pont. curę pro reuocando ad partes eccl. Austriaco.

a Ib. pag. 223.

Cur Pont. Bauaro imperiū confirmare noluerit.

Pręfert Lud. cælestes apices positurum pro eccl. gratia recuperanda.

b Ib. pag. 224.

Magnifico viro Ludouico de Bauaria gratiam in præsenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

20 Habet nuntiorum charissimorum in Christo filiorum nostrorum Philippi Franciæ & Ioannis Boemiæ Regum illustrium, ad nostram præsentiam transmissorum, admodum nobis grata * quod tu ad tuam, omniumque tibi adhærentium salutem dirigens vota tua, abiecto prorsus omni fermento schismatis & malitiæ, votiue redire desideras ad S. Romanæ ecclesiæ vnitatem, paratus statui regali ac imperiali, quem occupatum detines, ac nomini & omni regali & imperiali exercitio sub spe nostri amoris & gratiæ renunciare realiter & expresse. Profecto cum hæc vox auribus nostris insonuit, exultauit cor nostrum in Domino, & in salutari suo noster animus multa fuit lætitia dilatatus. Vtinam tua circumspectio patenter inspiceret quanta nos huiusmodi relatio iucunditate respersit, quantaque nobis, si de ea nobis constitisset plenius, exultationis & gaudij materiam abundantius ministrasset. Et quia salutem tuam, & tibi adhærentium plenis desideramus affectibus, de nostro fauore ac gratia, si præmissa impleueris, absque hæsitatione aliqua volumus te tenere, quod libenter extensis intimæ charitatis brachijs, & sinu pietatis aperto redeunti ad salutem filio Apostolicæ sedis benignitas fauorem suum & gratiam, quantum decenter cum Deo poterit, prompte & delectabiliter exhibebit. Hæc etenim, salutem videlicet animarum, in cunctis nationibus diuinitus humilitatis nostræ curæ commissis desideranter exquirimus, ac plenis desiderijs & totis visceribus accuratius affectamus.

Hortatur, vt ita meritū perficiat.

** relatio*

Ad amplectendam pœnitentiam monita.

21 Sane quia huic tuo proposito zizaniarum satorem non est dubium inuidere, proculdubio immissiones in cor tuum per angelos malos curabit immittere, per quas te a tam sancto proposito possit reuocare; nobilitatem tuam hortamur in Domino & rogamus attente, quatenus illi strenue cures resistere fortis in fide: quod si feceris, a te, teste Apostolo, fugiet, teque in pace dimittet. Vt autem ipsum promptius repellere valeas, considera quam cito huius mundi figura præterit, quam subito, quam facile hominis compago dissoluatur; & cum quanta celeritate poteris, perfice quod cœpisti. Adhuc attente recogita, quanta tuæ menti infundetur iucunditas, dum infra claustra tui reuolues pectoris, quod te

cum

tas partes ipsarumque valitores prædictos, quos in bellis animorum vigor & corporum virtuosos efficit, locum sibi congressiua collisio vendicaret, aliquis existimare non posset quantum illa Christiani effusionem sanguinis exhauriret, quas hominum strages ingereret, quæ animarũ pericula, quot damna rerum inferret, quot bella pareret, quot odia suscitaret, quantumque ex ijs partes prædictæ Deum offenderent, qui vindictæ sibi retributionem retinuit, si ipsi, ad quos non pertinet sibi ius in prædictis dicere, præsumerent vltionem; aduertentes insuper, quod si procederet dicta dissensio, cum totam quasi militiam Franciæ & Alamanniæ secum traheret, sic possent debilitari regna prædicta viribus & facultatibus, quas expensarum abyssi & quasi profluuia sumptuum apparatus bellici exigit exhauriri, quod tempus longum ad vires & facultates non sufficeret resumendas; sicque charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Franciæ illustris aliorumque laudanda deuotio, quos viuificæ crucis insigniuit signaculum, non posset prosequi in magnum fidei periculum negotium transmarinum; vrget nos officij debitum, vt tantis malis & tantis periculis occurramus.

Proposita mala ingẽtia ex eo bello emersura.

Sacram ex eo expeditionẽ disturbatum iri.

Ideoque monemus tenore præsentium, & rogamus præfatas partes, ac earum quemlibet, & vtriusque ipsarum valitores, & exhortamur per viscera misericordię Dei nostri, vt sedula meditatione considerantes prædicta; quodque non solum de malis, quæ quisque per se faciat, sed & de cunctis, quæ ab omnibus prædictis singulis fient in talibus congressibus habebit in districti examine iudicij reddere rationem; a bellicis prorsus cessantes congressibus, per vias pacificas, vel iustitiæ semitas super dissensionibus huiusmodi suam iustitiam prosequantur. Nos enim ad quamcumq; viam prædictarum offerimus nos paratos intendere, & non vitatis laboribus cum diligentia laborare, &c.] Addit cum forte plures ob iusiurandũ, quo se in ijs coitionibus faciendis adstrinxere, pacem cõficere detrectent, huiusmodi sacramentum rescindere, ne ad patranda scelera religione adduci se arbitrentur, neque vllam infamiæ notam, qui illud infregerint, suscepturos decernit. *Dat. Auin. XVI. kal. aprilis anno XVIII.* Promulgandi istiusmodi diplomatis prouinciam Ambianensi & Nouiomensi episcopis imposuit, ac decretum pontificium singulis principibus, qui se eo bello implicuerant, denuntiari iussit a.

a Ead. p. 2 pag. 202.

16 Optabat Philippus Francorum Rex conciliandæ pacis studio, vt Ioannes Papa superioribus precibus ad constringendos officij religione principes censuras adijceret, intentaretque ijs anathema interdictumque ecclesiasticum, qui bellum mouerent, & inducias apostolica auctoritate indiceret: at Pontifex, ea re cum Cardinalibus discussa, Regi respondit b, id consentaneum non videri, cum eo bello Ioannes Boemiæ & Philippus Nauarræ Reges, Coloniensis archiepiscopus, episcopus Leodiensis, alijque amplitudine ditionis conspicui principes impliciti essent, indeque periculum ingens immineret, ne plures prouinciæ magno rei catholicæ exitio ecclesiasticam mulctam incurrerent. Adhibitam vero a Philippo Rege ad sopiendam discordiam solicitudinem maximam, ex iisdem literis constat, quibus Pontifex ad sedem Apostolicam Hugonem Tricastrinum & Ioannem Massiliensem episcopos a se reuocatos apud Regem eundem excusat c: *Attendentes*, inquit, *quod sicut præfati nuntij nobis scripserant, pax inter ducem et comitem prædictos regio ministerio fuerat reformata, pro qua specialiter fuerant præfati nuntij illuc missi, et pro certo reformaretur inter alios satis cito.* Verum non ita pax coaluerat, vt periculum nouæ dissensionis abesset; atque ideo institerat Philippus, vt alij ab ijs episcopis mitterentur, cuiusmodi literis septima kal. iulij est ascripta. Demum sopita tunc ea discordia, quæ postea iterum recruduit.

Cur censuræ dimicaturis obiectæ non sint.
b Ead. ep.
c Ead. ep.

Sopita inter Flandrum & Brabantinum lis.

Vrgebat etiam Pontificem Francorum Rex, vt expeditionis Asiaticæ a se susceptæ causa Genuenses cum Regibus Aragonum & Balearium conciliaret: cui significauit a nonis martij Ioannes, se ad adducendam inter eos pacem incubiturum. Agunt de bello a Genuensibus cũ Aragonijs gesto auctores b, ac refert Surita Sardiniã ab ipsis in summum adductam discrimen, cum plures arces in ora maritima expugnassent. Ipsos vero ad pacẽ coeundam cũ Alfonso Aragonum & Iacobo Balearium Regibus animos precibus pontificijs flexisse; Pontifex Francorum Regem XIV. kal. augusti certiorem fecit c. Pari studio Ioannes exorientes nonnullas inter Robertum Siciliæ & Alfonsum Aragonum Reges dissensiones sopire studuit d. His adiungimus de censu ab vtroque Rege, Roberto e nimirum octo millium vnciarum auri, ab Alfonso f autem mille marcharum argenti pro Corsicę & Sardiniæ regnis soluto Apostolicæ sedi extare syngraphas.

De componenda inter Genuẽses & Catalanos pace actum.
a Ib. pag. 200.
b Io. Vill. l. 11. c. 17. Sur. l. 7. c. 22. Foliet. l. 6. hist. Genu. & alij.
c To. 9. p. 2 ep. secr. pag. 104.
d Ib. pag. 247.
e Ib. pag. 313.
f Pag. 315

17 Explicuit se pontificius in alijs principibus, quos discordia in mutuas cædes efferarat conciliandis zelus g: Imbertum enim Viennensem delphinum & Aymonem comitem Sabaudiæ, misso Brundusino archiepiscopo h, redigere in cõcordiam annisus est, atque in primis sopire Italica bella vniuersæ rei Christianæ exitialia; quamquam impiorum ambitio illius conatus infregit. Habiti autẽ sunt Lerice i Italorum fœderatorum conuentus, cumq; initæ a Pontifice ac Ioanne Rege Boemiæ cum Insubribus alijsque socijs induciæ effluerent, ac pontificio nomine, vt spe pacis producerentur, agitatum esset, assentientibus cæteris, Mastinus Scaliger tyrannus, ac Florentini tractatum discussere, & vndique ad arma concursum est. Lugebat Pontifex Italiam fuso toties Christiano sanguine imbutam nouo iterum cruore madere, atque archiepiscopum Ebredunensem transmisit, qui fœderatos principes ad pacem alliceret. Congregatis ijs Peschieræ archiepiscopus l perhonorificas leges concordiæ Pontificis nomine pollicebatur, ac tria flagitabat, vt Argentæ oppidi, quod spectabat ad Rauennatem ecclesiam; obsidio ab Atestinis marchionibus locata solueretur; comes Armaniacus restitueretur libertati. At fœdus inter ipsos aduersus ecclesiam Regemque Ioannem percussum rescinderetur disiecere iterum illum pacis tractatum Mastinus Scaliger & Florentini, qui expetiere, vt Ferraria Romanæ ecclesiæ ditionis, atque Argenta Rauennatis marchionibus Atestinis iure fiduciario traderẽtur. Interea dum archiepiscopus Ebredunensis abit apostolicum legatum consulturus, marchiones Atestini Argentam expugnant, eaque elati victoria in Bononiensem agrum excurrunt: dũq; hos reprimere Bertrandus Cardinalis parat Bononiæ coniuratio in legatum erumpit m: eius administri cæteriq; Galli ad necem postulati: arx in qua versabatur obsidione a perduellibus cingitur; intentabatq; illi necem furens populus, cum Florentini, licet ex inuidia pontificiam potẽtiam con-

Sabaudus & delphinus solicitati ad pacem.
g Ib. pag. 301. 302. & 304.
h Ead. pag. 301.
i Io. Vill. l. 11. c 5.
Habiti pro sopiẽdis bellis Italicis cõuentus.
Missi a Pont. legatio.
l Eod. l. c. 6
Bononia rebellat in Pont
m M. S. bib Vat. sign. n. 3765. in Io. XXII.

Ioannes subiectis literis sustentare est conatus a.

a T. 9. p. 2. ep. secr. pag. 305.

Leoni Regi Armeniæ.

Facta Leoni Regi promissa.

Ecce, fili charissime, quod deliberatione præhabita diligenti ordinatum est, vt anno sequenti tam hominum armatorum multitudo, quam certus galearum numerus pro Christicolarum partium illarum tuitione ac defensione, repulsioneque infidelium illuc debeant interesse: charissimus enim in Christo filius noster Philippus Rex Franciæ illustris zelo accensus catholicæ fidei ad generale passagium, per nos dudum ad ipsius Regis instantiam pro fidelium consolatione indictum, cuius capitaneatum & rectoriam generalem assumpsisse Rex ipse noscitur; potenter & viriliter se disponit: ita quod speramus in Domino, cuius in hac parte res agitur, regno tuo & eisdem Christicolis taliter subueniri, quod per crucis hostes blasphemos nominis Christiani non poterunt prægrauari. Quare, fili dilectissime, age viriliter & constanter, fiduciam habens in Domino, qui dat humilibus gratiam, & cornua conterit superborum; de nobis & eodem regno Franciæ spem tenens etiam indubiam, quod regno & Christicolis ipsis diuina suffragante gratia opportune, sicut præmittitur, intendimus subuenire. *Dat. non. martij anno XVIII.*

Qui Reges fœdus in Saracenos iunxerint.

13 Deliberauit prætérea Philippus Rex an præter Pontificem, Venetos, Rhodios equites, Robertum Siciliæ, Hugonem Cypri, Leonem Armeniæ Reges, Andronicum Imperatorem Constantinopolitanum, quos ad bellum illud trahebat, nouis fœderibus Reges infideles contra Babyloniũ Ægyptiumq; soldanum sibi cõciliaret. De Tartaris vero Philippũ intellexisse non leuis est coniectura, cum ij Saracenorum hostes essent, extiterintque olim Francis fœdere vincti. Consulenti porro ea de re Apostolicam sedem Ioannes rem maturius cum Cardinalibus discussum iri, respondit b: *Vtrum autem*, inquit, *nobis expediens videatur, quod excellentia regia requirat aliquem principem infidelem, ac cum eo fœdus ineat, ad præsens non possumus respondere: iniunximus enim nostris fratribus S.R.E. Cardinalibus, quod deliberarent super hoc an liceret, & quid sentirent super hoc nobis exponerent; quod adhuc non fecerunt: cum autem fecerint curabimus intimare. Formam autem, secundum quam dicto moderatori,* nimirum Andronico, *scripsimus, continet cedula præsentibus interclusa. Dat. non. martij anno XVIII.*

b Ead. p. 2. ep. secr. pag. 175. Deliberatum, an infideles aliqui in societatẽ asciscendi.

Retardata ea consilia noua discordia.

14 Dum agitabatur de cõciliandis ad promouendam sacram expeditionem nouo fœdere principibus orientalibus, periculosa inter occidentales ex leui occasione dissensio exarsit: ad quã sopiendã missi sunt a Pontifice Vgo Tricassinus & Ioannes Massiliensis episcopi apostolici internuntij, instructique ad illos in concordiam adducendos auctoritate. In pontificijs vero diplomatibus de munere ijs demandato, dissensionis illius causæ subiectis verbis sunt expressæ c: *Pacis æmulus, inuidus charitatis, antiquus ille humani generis persecutor occasione cuiusdam venditionis factæ per venerabilem fratrem nostrum Adolphum episcopum ac dilectos filios capitulum Leodiense de villa Machliniensi Cameracensis diœcesis, quæ ad præfatum episcopum ratione Leodiensis ecclesiæ pertinebat, dilecto filio nobili viro Ludouico comiti Flandrensi, inter episcopum & comitem prædictos suosque valitores, fautores, & coadiutores ex vna parte; & dilectos filios nobilem virum Ioannem ducem Brabantiæ, qui certa iura in eadem villa se habere asserit, nec non & scabinos ac commune eiusdem villæ, qui contra conuentiones, inter ipsum episcopum & scabinos & commune villæ prædictæ de non alienando villam eandem ac in alium transferendo initas, formamque non seruata debita in ipsorum ducis & scabinorum ac communis grande præiudicium venditionem huiusmodi asseruit attentatam; episcopo & comite præfatis ex aduerso asserentibus, dictam venditionem iuste ac obseruata forma debita esse factam, materiam grauis quæstionis iniecit, vsque adeo ipsos commouens dissidentes, quod iam ad congressus bellicos sic dicuntur mutuo processisse, quod strages horrendæ hominum, non absque animarum periculis, deprædationes rerum, & incendia terrarum varia subsecuta dicantur, &c.* Cum hæc discordia in totius rei Christianæ damnum vergeret atque expeditio Asiatica, quam Philippus Rex meditabatur, retardaretur, præcipit vt ad conciliandos dissentientes intercedant, ac fœdera contraria dissoluant. *Dat. Auin. kal. martij anno XVIII.*

Missi internuntij pro concilianda lite

c Ib. pag. 174.

Qui principes in Machliniã ius obtenderint.

De ea legatione scripsit Pontifex a ad Ioannem Brabantiæ ducem, vt se paci ineundæ accommodaret: tum etiam ei significauit, controuersiam de vendita Machlinia ad sedem Apostolicam spectare; atque a se æquitate diremptum iri b: *Cæterum*, inquit, *si viam iuris duxeritis potius eligendam, nos ad quos dicta causa cognitio, scilicet an dicta villa, quæ res erat ecclesiastica, per pactum in rei datione seu traditione appositum, et per iuramentum a præfato episcopo de rebus dictæ ecclesiæ non alienandis in sua promotione, prout asseritur, præstitum noscitur pertinere; offerimus nos paratos simpliciter et de plano per nos iustitiam exhibere: vel si elegeritis potius, quod causa illic debeat tractari, nos dictis nuntijs et eorum cuilibet causam audiendam simpliciter et de plano commisimus, et fine debito terminandam. Datum kalen. martij anno XVIII.* Solicitati c etiam ad pacem ineundam Coloniensis archiepiscopus & episcopus Leodiensis: cumque Brabantiæ dux solicitaretur, vt in ea controuersia iuri stare vellet, Adolphusque Leodiensis episcopus ad id paratum se exhiberet, Ioannes Ludouicum Flandriæ comitem monuit, sedem Apostolicam paratam ad dirimendam legum æquitate contentionem, obiurgauitque diutius in pertinacia obduratum perstare.

a Ib. pag. 205. 206.

b Ead. to. 9. p. 2. pag. 205. Pontifex se litis iudicem futurum offert.

c Ib. pag. 206.

15 Inijt porro sopiendæ periculosissimæ dissensionis eam rationem Pontifex, vt apostolico diplomate, quod internuntijs suis diuulgãdum, ac singulis principibus eo implicitis bello exponendũ dedit d, omnes Christianos principes per augustissimum Dei nomen, perque effusum pro nostra redemptione in cruce sacratissimum Christi cruorem ab armis temperare obsecrauit, cum id bellum ingens exitium vniuersæ rei Christianæ pareret, sacraque expeditio orientalibus Saracenis pro restituenda Syriæ religione indicta, quam Philippus Rex susceperat, disturbanda esset: permitterent sedi Apostolicæ eiusmodi controuersiam, quam æquitate se dirempturum pollicebatur.

Pontificia ad principes dissentientes monita.

d Ib. pag. 176.

Ioannes, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Attendentes paternæ solicitudinis studio, & intenta meditatione pensantes, quam sit præfata dissensio multis onusta periculis, magnisque plena dispendijs, & quam multorum discrimina secum trahat, quodque plura pia Dei negotia, si procedat, differat & vtinam non extinguat; considerantes insuper quod si, quod absit, inter præla-

tas

vsserijs seu vasis alijs æquipollentibus pro equis portandis, de quibus hominibus armorum obtulerint CL. *pro isto anno: Rex vero Cypri de sex galeis & centum hominibus armorum & quatuor vsserijs.*

A Cyprio.

Item supponitur quod Rex Siciliæ non omittet, quin faciat quatuor vsserios & quatuor galeas: immo ab eo multo maius auxilium expectatur.

A Siculo.

Item commune Venetorum faciet x. *galeas pro dicto anno futuro.*

A Venetis.

Item supponitur, quod Imperator Constantinopolitanus faciet etiam plusquam sex galeas, & adhuc homines in armis: & sic etiam posito, quod Imperator prædictus non faceret aliquem hominem in armis, non deficit de prædictis, nisi centum homines, qui multis modis satis faciliter supplebuntur: & si quid etiam deficeret, quod non compleretur ab aliquo de prædictis, adhuc restat, quod requirantur Ianuenses & Pisani & alij, quos potest negotium tangere, vt adiuuent ad prædicta. Et infra.

Ab Imp. Cõstanti. nopol.

Genuenses & Pisani in belli societatẽ vocati.

9 *Tractatum fuit etiam per dictum dominum nostrum Papam cum nuncijs ducis & communis ciuitatis Venetorum & cum gentibus hospitalis, tunc in curia existentibus, quod super galeis & hominibus totaque armata, quæ fieret anno isto, & etiam super alia maiori, quæ dante Deo fiet anno sequenti contra Turcos, esset capitaneus principalis & superior in omnibus, quæ tangerent factum guerræ, ille quem dominus Rex Franciæ in galeis, quas ibi transmittet, per suas literas deputaret: ita tamen, quod haberet prædicta, quæ guerram & factum armorum concernerent, facere cum deliberatione & consensu capitaneorum galearum, quos alij, qui mittent in suis galeis deputarent: vel vbi non concordarent omnes in vnum propositum, quod habeant sequi consilium maioris partis ipsorum. Super ijs autem, quæ iustitiam & correctionem delinquentium concernerent, faceret iustitiam quilibet capitaneorum de hominibus illis, qui erunt in galeis, quorum vnusquisq; ipsorum fuerit capitaneus constitutus.* Conceptam hisce verbis formulam initi in Turcas fœderis trãsmisit ad sacri belli socios Pontifex [a], atque inter cæteros ad Robertum Siciliæ Regem, vt quas instruere tenebatur triremes compararet.

Præficiendus a Gallo Rege classi sociali dux.

a Reg. post eand. ep.

10 Præfectus est a Pontifice & Gallo Rege fœderatæ classi Ioannes e Cepeyo dux strenuus, quem Ioannes fidelibus, vt opera illi in bello Turcico non deessent, commendauit [b].

Ioannes e Cepeyo.
b An. 18. ep. vlt. sup passagio terræ san.

Ioannes, &c. charissimis in Christo filijs nobilibus viris ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, senescballis, iustitiarijs, vniuersitatibus quoque & communitatibus ciuitatum, castrorum, villarum, terrarum, & aliorum quorumcumque locorum, & alijs vniuersis & singulis, ad quos literæ præsentes peruenerint, salutem.

Clamor validus, & rumor horribilis, qui de Romaniæ & alijs orientalibus partibus auribus nostris pridem insonuit, quod inundans Turcarum superbia suis non contenta finibus, sed in Christicolas partium ipsarum dire desæuiens, quosdam capere, & nonnullos trucidare immaniter, ac partes easdem vastare interpide præsumebat, nostræ mentis præcordia crudeliter sauciarunt. Quis enim orthodoxæ fidei zelo feruens non doleat, dum illos, quos mater ecclesia regenerauit in filios, impiorum gladijs lacerari, & hostium efferorum subijci conspicit seruituti?

Super tantis igitur angustijs eisdẽ Christicolis compatientes interne, nos & charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Francorum illustris certum galearum numerum in ipsorum Christicolarum subsidium ad partes ipsas deputauimus destinandam. Voluimus quoque quod ille quem idem Rex galearum suarum capitaneum deputaret, esset capitaneus & nostrarum. Cum itaque dictus Rex dilectum filium nobilem virum Ioannem dominum de Cepeyo militem Beluacensis diœcesis dictarum galearum capitaneum deputauerit generalem, & propterea idem nobilis ad partes ipsas cum dictis galeis in præsentiarum accedat; vniuersitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente quatenus, *& infra,* ad vindicandam tantum fidei præfatæ opprobrium, ac eorumdem Turcorum conterendam superbiam, & malignum propositum refrænandum vos vt Christi athletæ strenui per opportunam exhibitionem fauoris liberales exhibere curetis, &c. *Dat. Auin. XIV. kal. iunij anno XVIII.*

Fœderatæ classi contra Turcas præficitur.

11 Inuecta est feliciter contra Turcas classis Christiana, quam e triginta duabus triremibus conflatam Ioannes Villanus refert [a]. Ex quo facile colligitur, Andronicum Imperatorem promissis de coniungendis suis in hostem Christiani nominis triremibus defuisse. Exterrita nostrorũ aspectu infidelium infinita classis ad terram diffugere conata est: cæsa sunt quinq; Turcarum millia, nauium maioris alnei ducentæ quinquaginta incensæ: eaque parta victoria, Christiani Asiæ oram circumuecti maximas ex hoste prædas abegere, ac præteritas Turcarum excursiones vlti sunt.

Parta de Turcis naualis victoria.
a Io. Vill. l. 11. c. 18.

Relatum de crudelissimis hostibus Ioannis Pontificis solicitudine triumphum, narrat S. Antoninus his verbis [b]: *Paulo antequam moreretur, vna cum Philippo Rege Francorum & Venetis in adiutorium Græcorum & defensionem contra Turcos classem armauerat, & victoria habita, ipsos represserat.* Accepto gloriosissimæ victoriæ nuntio Pontifex, non intermittendum in Turcas bellum, sed generosius in illud incumbendum putauit: atque adeo Robertum Siciliæ Regem, vt vires in Turcico bello communicare pergeret, est adhortatus [c]: *Quamuis*, inquit, *sicut læto percepimus animo, quædam prospera partium illarum Christicolis contra Turcos infideles successerunt his diebus; non est tamen propter hoc a te, fili dilectissime, & alijs quos huiusmodi tangit negotium, a procurandis aduersus Turcorum ipsorum sæuitiam & fraudulentam malitiam opportunis remedijs desistendum.*

b Ant. 3 p. tit. 21. c. 6. §. 15.

Robert. Rex ad coniungẽdas vires suas solicitatus.
c To. 9. p. 2. ep. secr. pag. 230.

12 Destinarat ob id iam animo Ioannes aliam anno insequenti validissimam classem ornare non ad contundendos modo Turcas, verum ad Armeniam [d] contra Saracenorum impetus tutandã: cumque Francorum Rex suæ ac Pontificis, Venetorum & Rhodiorum equitum classi Ludouicum Borbonium ducem præfecisset; Pontifex Robertum Regem Siciliæ rogauit, vt eundem suis naualibus copijs, quas ex fœdere coniuncturus erat, præficeret: nec leuem ea re gratiam a sede Apostolica initurum, ni forte regiæ Siculæ principem illi muneri admouere vellet. Præmitti vero eas nauales copias ex sacri fœderis sociorum consilio decreuerat Pontifex, antequam Philippus Francorum Rex vniuersas copias ductaret, vt facilius iter secuturæ expeditioni muniretur; tum barbarorum impetus, qui Ciliciam infestabant retunderentur: eaque spe laborantem sub hostium mole Leonem Armeniæ Regem, qui ad maturãda auxilia oratorem miserat ad sedem Apostolicam

d Ead. p. pag. 235.

Lud. Borbonius classi præfectus.

De ferendis Armeniæ auxilijs agitatum.

facienda; at patres Græci antiquiores sanctitate & sciẽtia clarissimi, Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere, sunt professi, vt Nicephorus Blemmydes eleganti commentario, a nobis supra allato a, demonstrauit. Denique Gregoras scripturarum oracula obscura esse contendebat & perplexa, ex quibus nil certi statui posset. At si nonnulli textus obscuriores, ex alijs oraculis illustrantur, ac verus earum sensus ecclesiam catholicam non latet; & quæ vertebantur in controuersiam cum Græcis dogmata a concilijs œcumenicis, & antiquissimis patribus orientalis ecclesiæ fuerant explanata. Cæterum ad eam ecclesiarum coniunctionem magis magisque vrgendam hortatus est Pontifex b Philippum Francorum Regem, vt oratores Constantinopolim mitteret, qui Andronico exponerẽt, quantam sibi ex illa amplitudinem compararet, precibusque minas adderet, si in schismate obduresceret: *Et prouidentia*, inquit, *regia sibi scribat, & per certum inducat nuntium ad præmissa; exponens sibi commoda varia, quæ ex hoc poterit consequi & dispendia, quæ tam temporaliter quam spiritualiter incurreret, si tuis consilijs salutaribus contradicat. Dat. non. martij anno XVIII.* Optimas porro spes ab Andronico iniectas, ex literis pontificijs c ad Rothomagensem archiepiscopum colligitur; quibus e Græcia præclara noua affluxisse significat, rogatque vt arcana seruet.

a Ext. ad calcem to. XIV. annal.

b To. 9. p. 2. ep. secr. pag. 200.

Proposita ex ecclesiarum coniũctione bona.

c Ib. pag. 204.

6 Quod ad alia legationis ad Andronicum a Pontifice & Rege Francorum missæ capita attinet; hæc erant duo præcipua, vt vires contra Turcas, a quibus immensas clades acceperat, cum Latinis coniungeret: tum ad expeditionem Asiaticam pro recuperando Domini sepulchro alliceret. De Andronico quidem ad sacri belli societatem pro religione Christiana in Syria instauranda trahendo, hoc consilium Pontifex Regi Francorum suggessit d: *Si serenitas regia interim sibi intendat scribere, salua deliberatione regia, expediens videretur, quod sibi insinuet, quomodo ipsum ad transmarinum passagium inuitasset, cum multum desideret ipsum magnifice aggredi & prosequi negotium antedictum: sed quia ab vnitate sancta Romana ecclesiæ catholica dicebatur diuisus, hoc non potuerat adimplere; quare hortabatur in Domino & rogabat, vt ad gremium & vnitatem dictæ rediret ecclesiæ: quo facto ipse rogabat eundem, vt ad dictum passagium se disponeret in præfixo termino faciendum, tuaque procuraret excellentia, quod crux deberet in illis partibus & indulgentia prædicari. Dat. XV. kal. augusti anno XVIII.*

d Ib. pag. 204.

Andronicus a Gallo ad induendam crucem contra infideles solicitat*.

De alio vero fœdere in Turcas sanciendo meminit Gregoras subiectis verbis, vbi immanes excursiones Turcicas, de quibus antea egimus, describit: *Latinorum principes congressi ea de re inter sese, & cum Carolo * Italiæ Rege communicant, seque ad propulsandos barbaros paratos fore pollicentur. Missis etiam ad Imperatorem legatis, consensum suum exponunt, hortantes ne cõmunibus periculis deesset; sed summo studio in rem gerendam incumberet: intolerabilia enim esse quæ Turci Latinis & Romanis detrimenta in dies inferant, & in posterum illaturi sint. Adhæc absurdum & ignauissimi esse ingenij, cum liceret ea iactura & ereptione opum nostrarum, quibus inuiti a barbaris spoliemur, ad naualium copiarum apparatum & vltionem hostium vti, vltro cedere illis, & in euidens ac indubitatum discrimen nos ipsos vna cum facultatibus nostris vltro præcipitare. Legationi illud etiam appendicis vice adiecerunt, vt expergisceretur & vna secum communes hostes oppugnaret, & ipsum hostis loco futurum. Ita Imperator communis illius belli socius esse coactus, exhausto fisco, celerrime tributorum exactores in Thraciam & Macedoniam misit, quamuis iam crebris exactionibus exhaustas ob frequentes Turcorum & Bulgarorum impressiones. Interea & veteres naues reficiuntur, & aliæ nouæ per totam hyemem a fundamentis extruuntur. Sub veris exitum Imperator, viginti nauibus completis, e portu soluit, & ipse vltro classis præfectum agit, quamuis & vxore & cæteris omnibus prohibentibus, quod istiusmodi res ab Imperatoria maiestate alienæ essent. At ille vt cætera, ita hanc quoque rem sua præsentia & opera confici volebat alacritate & bellico impetu plenus; Latinarum tamen copiarum aduentum expectabat. Verum illi nuper inter ipsos ortis tumultibus occupati, ea quæ promiserant, fefellerunt.*

* Roberto

Oratorũ ad Andronicum oratio.

7 Quæ gesta sint gloriosissime in Turcas a Latinis, silentio obruit Gregoras: sed ipsos in inuidiam traducit, promissis nimirum Andronico factis non stetisse, intermisisseque expeditionem in Turcas. At historiæ veritas e pontificijs literis, scriptoribusque catholicis petenda est. In primis quidem de bellico in Turcas apparatu sancitum, vt quadraginta triremes egregie instructæ immitterentur, ac Pontifex, Philippus Francorum & Robertus Siciliæ Reges, Franciscus Dandulus Venetorum dux, Rhodiorum equitum magister Helionus, atque Andronicus Græcorum Imperator ad eam conflandam classem se obstrinxere; scriptæque hæ fœderis leges a.

Qui principes in Turcas fœdus cõiunxerint.

Super subsidio contra Turcos est tractatum de beneplacito sanctissimi in Christo patris domini nostri summi Pontificis, præsentibus nuncijs domini Regis Franciæ, scilicet nobili vero domino Hugone Guereri & magistro Guidone Baudeti decano Parisiensi; nec non & gentibus hospitalis & ciuitatis Venetiarum nuncijs, videlicet dominis Andrea Basterio & Ioanne Gradenico, in hunc modum. Primo quoniam propter temporis breuitatem non videtur possibile, quod hoc anno tempore, quo proficerent, possent haberi homines armorum in equis, ideo ad prouidendum, ne Turci noceant Christianis & ad nocendum eisdem, videtur quod pro hoc anno habeantur quadraginta galeæ pro quinque mensibus, quæ postquam, vt præfertur, propter causam prædictam homines armorum mitti non prodesset, dicuntur sufficere. Quæ quadraginta galeæ possunt per modum istum haberi, videlicet decem ab Hospitalarijs, decem a communi Venetiarum, sex a Rege Cypri, sex ad minus ab Imperatore Constantinopolitano, qui tamen debet ponere decem secundum conuentiones cum præfatis Hospitalarijs & Venetis habitas; & residuas octo supplebunt sanctissimus in Christo pater dominus noster Papa & dominus Rex Franciæ.

a Ext. apud Ioan. 9. p. 2. ep. secr. pag. 135.

Conferẽda a socijs principib' subsidia.

8 *Actum est etiam, quod XL. galeæ prædictæ debeant esse in insula Nigripontis infra totum mensem maij. Pro anno vero venienti, in quo magnus numerus hominum in armis secundum consilium illorum, qui plus de negotijs istis sentiunt requiretur, est tractatum, quod habeantur pro prædicto subsidio quæ sequuntur. Videlicet octingenti homines armorum in equis & ad minus XXX. galeæ & XXXII. vsserij, quæ per modum, qui sequitur habebuntur. Videlicet quod sanctissimus in Christo pater & dominus noster Papa & dominus Rex Franciæ tenebunt de quadringentis hominibus armorum in equis & de sexdecim vsserijs, hospitales de sex galeis & ducentis hominibus armorum, & de octo vsse-*

Instruendarum nauium numerus.

A Pont. & Gallo. A Rhodijs

ctio in consistorio deduceret rationis; non quidem, vt firmiter credimus, si hoc sedule facerct opus esset tuam excellentiam præueniri exhortationibus, vt ad vnionem Latinorum & Græcorum tuum inclinares animum, sed potius exhortantis officium præuenires. Et quia Rex Regum dominusque dominantium Christus Iesus redemptor noster te ad hoc per Turcorum & Catalanorum molestias inuitauit, magnificentiam tuam monemus, rogamus, & hortamur in domino Iesu Christo, per aspersionem sui pretiosi sanguinis obsecrantes, quatenus diligenter attendens, quantum tibi accresceret meritum, quamque accedet ad gloriam & exaltationem tui nominis ampliandam, si datum tibi desuper fuerit, vt oues, quæ perierant, tuæ diligentiæ studio ad ouile Domini reducantur, si tuis fiat laboribus, vt vnum sit ouile vnusque pastor Latinorum & Græcorum, populis tuis temporibus in vnitate orthodoxæ fidei adunatis; sic studeas habilitare materiam, sicque animos tuum tuorumq; disponere, quod Redemptoris nostri præfati beneplacitis te conformans, Dei patris heres & filius, ac ipsius Saluatoris coheres & frater dici & effici merearis. Quod tibi concedat qui peruersorum conuersionem desiderat, vt de morte ad vitam transire mereantur æternam. *Dat. VIII. kal. martij anno XVIII.*

3 Excitauit alijs literis Pontifex Ioannam Imperatricem, quæ institutis catholicis imbuta erat (Ioannes Cantacuzenus a ducis Sabaudiæ sororem eam fuisse ait, atque Annam vocat; cum vt norat Nicephorus Gregoras b, mutatum ab Imperatore illius nomen fuisset) vt studium ad virum ab schismate abducendum collocaret: acceptas iam a Turcis clades diuinæ iustitiæ ascribendas. Et quidem graues eas fuisse, deplorat Gregoras c: *Turci*, inquit, *plurimis nauibus ædificatis, non insulas tantum vexauerunt in Aegæo & vltra Aegæũ mare sitas, sed mercatorias etiam naues spoliarunt, & crebros exscensus in mediterranea fecerunt, non secus ac si in sua terra versarentur, obsistente nemine*. Ex ijs vero malis sumendam monuit occasionem Pontifex d ad Græcos excitandos, vt ecclesiæ catholicæ se aggregent; laudemque immortalem collecturam, si ex Apostoli oraculo infidelem maritum, id est schismaticum, ad fidem orthodoxam traduxerit.

Ioanna Imperatrix catholica.

a Crantz. l.1.c.42. b Niceph. Greg. l.9.

Infideliũ terra marique excursiones.

c l.4. Greg. l.11.

d To.9.p.2. ep. secr. pag.236. & 237.

Charissimæ in Christo filiæ Ioannæ Imperatrici Constantinopolitanæ.

Hortatur nos Apostolus & instruit, vt dum tempus habemus, bonum operari sedule studeamus. Profecto, filia charissima, si tempus præsens attente consideres, tempus est, quo erga virum tuum populumque sibi subditum bonum valeas operari: Deus enim per manum Turcorum, qua ipsum tuum virum eiusque populum ijs diebus præteritis afflixit satis grauiter, & veremur quod, nisi resipiscat, affligat adhuc grauius in futurum hoc videtur efficere, vt hæc vexatio sibi tribuat intellectum, scriptum est enim: *Imple faciem eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine*. Et alibi: *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt*. Cum igitur tibi adsit ad bene operandum temporis opportunitas circa ipsos, magnificentiam tuam rogamus per viscera Iesu Christi, vt sic sedule hoc cures peragere, vt illarum consortio, de quibus scriptum est: *Saluabitur vir infidelis per mulierem fidelem*; merito possis, & debeas aggregari, quod tibi dignetur concedere, cui cum volucrit subest posse. *Et infra*: Gratia domini nostri Iesu Christi te in agendis dirigat, & protegat ab aduersis. Amen. *Dat. VIII. kal. martij anno XVIII.*

Sumpta ex ijs cladibus cõuertendi Græcos occasio.

Præterea ad Græcos facilius ad coniunctionem ecclesiæ adducendos Pontifex Francorum Regis auctoritatem adhibuit, auctorq; extitit, vt oratores ad rem vrgendam mitteret; ac primum datis IV. idus martij literis vt hac ratione se gereret, consuluit a: *Si ad Imperatorem Græcorum*, inquit, *intendat aliquem mittere super eius reditu ad Romanæ ecclesiæ vnitatem regia celsitudo, expedit quod illa legatio sit secreta; alia vero esse poterit publica super passagio & facto Turcorum. Et quantum ad legationem illam, quod ad vnitatem ecclesiæ redeat, expediens videretur, quod excellentia regia offerret illis, quod uel per aquam pro illa apud ecclesiam offerens interponere partes suas, &c. Dat. IV. id martij anno XVIII.*

Gall' Rex ad mittẽdos Constantinopolim oratores sollicitatus.

a Ib. pag. 191.

4 Decreuerat porro Pontifex legatos ad Andronicum, qui ipsum ad redintegrandam ecclesiarum coniunctionem prouocarent: rogantique Philippo Regi, vt literis Imperatorem ad rem perficiendam hortaretur, respondit b se iam ea de re ad Andronicum scripsisse, iterumque literis eum ac nuncijs excitaturum. Applicuisse Constantinopolim pontificio nomine refert Nicephorus Gregoras duos c episcopos, sacrarum literarum peritia insignes, Franciscum Vosprensem & Richardum Cersonensem, quos Alanos & Zicchos a schismate abduxisse vidimus, qui patriarcham & clerum Constantinopolitanum ad theologicas concertationes, pro illustranda nimirum Spiritus sancti ex Patre Filioque processionis veritate prouocarunt; ac populum Constantinopolitanum studijs maximis applausisse, vt disputationes solemnes instituerentur: patriarcham vero Constantinopolitanum non parum, qua ratione præsulum illorum doctrinæ resisteret, æstuasse.

Decreti a Pont. Apostolici nuntij.

b Ib. pag. 200.

c Greg. l.10 Bar. in not. M. S. ad an. 1333.

Is, inquit, *cum nec linguam dicendi exercitatione instructam haberet, & suos episcopos maximam partem indoctissimos esse cerneret, tergiuersabatur ille quidem; sed quomodo populi tumultum sedaret nesciebat: quare & nos in id certamen mittendos putabat, qui linguam exercitatam haberemus, quamuis in sacrum catalogum inscripti non essemus*. Aduerte lector Græcos, qui dũ Romanæ ecclesiæ coniuncti fuere, sacrarum literarum gloria adeo floruerunt, vbi ab ea se discidere, pristinum scientiæ splendorem apud eos obsoleuisse adeo, vt in imperiali vrbe nemo, qui cũ internuntijs põtificijs in theologicum certamen posset descendere, reperiretur; atque Imperatoris historiographus, vir laicus, producendus esset, qui non sacræ scripturæ oracula, sed ineptias gentilitias afferret.

Græcorũ sacerdotũ inscitia.

5 Is vero fugiendam de dogmatibus inter Latinos & Græcos controuersis disceptationem astruere nisus est, vt qui Spiritui sancto in nuntijs apostolicis loquenti resistere posse diffideret. Non prosanandam theologiam atque in vulgus adducendam ex Platone vir schismaticus magno supercilio contendebat; quasi Christus dominus contra philosophorum arcana anilia, diuina mysteria palam & super tecta prædicari non iussisset: non tertium esse iudicem, qui de Latinorum & Græcorum controuersijs ferret sententiam; quasi Christus dominus sacris œcumenicis concilijs de dogmatibus certissime pronuntiandi non contulisset auctoritatem; Græcorum dogmata iam vetustate corroborata, nec post tot tempora labe-

Laici cũ nũtijs apost. disceptantis ineptiæ.

Schismaticorum in sana pertinacia.

dominum natum ex B. Virgine. Et aliquantulum supra dicta verba dicit: *Omnis illa caelestis ciuitas congratulatur & veneratur matrem, cuius super se adorat filium Regem, ante quem tremunt potestates, & curuatur omne genu, iuxta illud quod dicit Apostolus ad Philippen. II. Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum; vbi dicit glos. Nunc incipit de claritate eius secundum hominem, quam ab eius resurrectione sumpsit exordium: vt enim Christus resurrectione clarificaretur, prius humiliatus est passione: Humilitas claritatis est meritū, claritas humilitatis est praemium: sed hoc totum factum est in forma serui, in forma enim Dei semper fuit & erit claritas. Quid ergo & quantū humilitas mereatur, hic ostendens, dicit: Propter quod, scilicet quia tam humiliter Christus passus est merendo, & Deus Pater exaltauit illum, dando immortalitatem & impassibilitatem; & donauit per gratiam illi homini Christo nomen, quod est super omne nomen, id est honorificentiam, scilicet quod vocatur* Deus, *& hoc ante resurrectionem habuit: sed post resurrectionem quod erat in euidenti, positum est vt scirent daemones & homines. Cum ergo dicitur: Propter quod exaltauit illum; satis apparet propter quid exaltauit; id est propter obedientiam vsque ad mortem crucis. In qua ergo forma crucifixus est, in ipsa exaltatus est. Donauit ergo secundum hominem Christo secundum carnem mortuo, resurgenti, & ascendenti, vt in nomine Iesu flectatur omne genu caelestium, terrestrium, & infernorum; id est imperio eius fateantur subjici angeli, homines, & daemones. Cum ergo* Christi *humanitatem glorificatam angeli prospicere desiderent, & ab ipsa tam illuminationem scientiae, quam dona gratiarum accipiant, in cuius recognitionis beneficium ipsam adorant (quae licet sit angelis inferior per naturam, superior tamen omnibus eis est per gratiam & gloriam) idcirco patet, quod angeli in aliqua re corporali, & quae inferior est eis per naturam delectentur, & quaerunt feruenter eius conspectum & visionem, non quidem vt suum finem vltimum & optimum, sed vt ordinatum ad finem vltimum & optimum, &c.*

Quam claritatē post resurrectionem humanitas sit adepta.

69 Hactenus Iacobus tit. S. Priscae Cardinalis, qui postea adepto pontificatu hos commentarios, ab aliquibus theologis diligentissime discussos, in lucem edidit, professus haec a se tanquam priuato doctore, non papali decreto dicta, quae Romanae ecclesiae auctoritati subiecit, praefixo illi procemio, cuius partem decerpimus.

Vt Benedictus sua scripta excuti a theologis voluerit.

Tradidi, inquit, *dictam scripturam examinandam tribus doctoribus in theologia, vt diligenter viderent; si aliquid erroneum vel haereticum, aut non probabile in dicta scriptura inueniretur; etsi erat vtile quod dicta scriptura in mundum redigeretur: Quam cum vidissent, & diligenter examinassent, dixerunt mihi & coram multis Cardinalibus, quod dictam scripturam examinauerant, quae vt videbatur eis, erat catholica, nullū errorem circa ea, quae fidei sunt, includens: sed vel simpliciter dicta mea concludebant, vel probabiliter dicta erant; & quod videbatur eis esse expediens, quod in mundum poneretur: quod fieri feci, vtens consilio Augustini, qui de se loquens primo de Trinitate cap. III. dicit: Meditationes meas ne obliuione fugiant stylo alligo, sperans de misericordia Dei, quod in omnibus veris, quae certa mihi sunt perseuerantem me faciet. Si quid autem alter sapio, hoc quoque ipse mihi reuelabit siue per occultas inspirationes atque admonitiones, siue per manifesta eloquia sua, siue per fraternas sermocinationes.* Et infra: *Et quia quando incepi scribere, habui transumptum scripturae dicti episcopi* nempe Durandi, *in secundo loco posui eius verba, ex quibus videbantur dictae quaestiones esse formatae: & prout melius potui in dictis locis illa verba eius, quae poterant habere bonum intellectum & sanum, declaraui: in illis autem locis, in quibus non fuit mihi visum, quod bene vel rationabiliter dixisset, eius verba, vt melius potui, reprobaui per scripturam & dicta sanctorum: in locis autem, in quibus mihi visum fuit, quod non bene nec ad eius intentionem verba eius accepta fuerant per illos, qui dictos articulos extraxerunt, ostendi quod ipse non dixerat illa, quae ei per illos imponebantur.* Et infra: *Volo quod haec dicta mea, sicut & aliae scripturae meae, sic accipiantur sicut magistraliter dicta, & non sicut papaliter dicta, nec sicut demonstrata, nisi in quantum per dicta scripturae vel per illa, quae ex scriptura diuina deducuntur, concluduntur vel per rationem certam & euidentem, vel per dicta sanctorum doctorum per ecclesiam approbatorum: alia vero vt probabiliter dicta accipiantur. In omnibus autem tam praesentem scripturam, quam alias meas suppono correctioni & emendationi sanctae Romanae ecclesiae, volens ex nunc credere & tenere, quod ipsa decreuit esse credendum & tenendum: nec solum determinationi sanctae Romanae ecclesiae & successorum meorum suppono dicta mea scripta; sed etiam cuiuslibet sententiae, quae rationabilior vel probabilior videretur.*

Quia illi in scribēdo finis.

Scripta subjicit censurae ecclesiae.

IESV CHRISTI

Annus 1334.

IOANNIS PP. XXII. annus 19. VAC. IMP. OCCID. 21. ANDRONICI IVN. IMP. OR. 3.

1 VRgebat suscepta pro restituenda in Syria Christianae religione consilia Romanus Pontifex, soldanumque Babylonium religiosorum virorum opera solicitabat [a], vt consecratas dominico cruore terras fidelibus redderet; cum ad sacrum bellum felicius conficiendum anno a partu Virginis millesimo trecentesimo trigesimo quarto ind. secunda, cōprimendum meditatus Orchanē Regem Turcarū, qui Graecis & Latinis grauiores excursionibus suis clades inferebat; atq; in belli societatem alliciendum Constantinopolitanū Imperatorem arbitratus, altius & augustius consilium ad haec perducenda molitus est, intermissam orientalis cum occidentali ecclesia coniunctionem redintegrare. Apostolicis itaque literis Andronicum ad Graecos in gremium ecclesiae reuocandos hortatus, proposuit [b] inflictas diuinitus ob schisma inueteratū poenas, hinc a Turcis inde a Catalanis vexari imperium; illud vero ex funesta cum ecclesia dissensione attritum ad pristinum splendorem, si schisma sustulerit, excitatum iri.

a To. 94. 1 ep. secr. pag. 191.

Turcae in Graecos incurrunt.

Ioannis pro Graecis ad ecclesiae gremium reuocandis studium. b lib. pag. 236.

Magnifico principi Andronico moderatori imperij Graecorum illustri gratiam in praesenti, per quam obtineat gloriam in futuro.

2 Vtinam tua magnificentia consideranter attenderet damna tam spiritualia quam temporalia, quae iamdudum Latinorum & Graecorum dissensio peperit populo Christiano. Vtinam quae adhuc comminatur inferre, consideraret attente. Vtinam quae bona spiritualia, & temporalia ipsorum concordia produceret, tua circumspe-

Pontificis ea de re ad Andrō. Imp. lit.

cti

to meliorem angelis demonstrat, quanto seruis dominum constat esse meliorem; ideo secundum carnem iussit a cunctis angelis adorari, dicens: Adorent eum omnes angeli Dei; & iussioni eius obtemperant, & ideo iterum dicit Pater de Filio, hoc quidem ad angelos pertinens: qui, Filius, facit spiritus caelestes angelos, id est legatos suos: & etiam flammam ignis, id est seraphin, qui sunt de ordine superiori, facit ministros suos. Vel ita distingue, ut angeli dicantur quando leuia nuntiare mittuntur: quando vero mittuntur ad vindictam, dicuntur ignis ardens. Et super illud ad Hebr. 11. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, dicit glossa: Hoc opus est Christi, qui angelis, nobis superioribus, praecipit ad nostram salutem suum exhibere ministerium.

Angeli plura a Christo lumina accipiunt.

66 Haec autem adoratio & obedientia, quam exhibent humanitati Christi omnes angeli, manifeste ostendunt, quod a Christi humanitate maximum commodum & vtilitatem angeli consequuntur: purgantur enim etiam superiores angeli a nescientia per Christi humanitatem, & multa dona gratiarum consequuntur: vnde Dionysius VII. cap. de angelica hierarchia dicit, quod theologi quasdam caelestium essentiarum dispositiones introducunt a prioribus sacre eruditas: Dominum esse caelestium virtutum & Regem gloriae in caelo, qui est humanitatis receptus: quasdam vero apud ipsum Iesum quaerentes, & pro nobis suae diuinae actionis scientiam discentes, & eas ipsum Iesum immediate docentem, & praelargientem eis, manifestantem suam humanam benignitatem: Ego enim, inquit, disputo iustitiam & iudicium salutaris; vbi dicit Hugo: Actionem diuinam ipsius Iesu vocat passionem & mortem, quam pro nobis sustinuit, quae circa diuina dicitur, quia soli Deo possibile fuit, ut per mortem mortis destrueret potestatem. Huius ergo actionis scientiam caelestes essentias ab ipso Iesu quaerentes introducunt, vbi indumentum carnis assumptae sanguine passionis cruentatum cernentes, dicunt: Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? & deinceps: Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimentum tuum sicut calcantium in torculari? Ita ergo quaerentes, & discere appetentes introducunt. Introducunt etiam ipsum Iesum; eos immediate & per semetipsum docentem, & manifestantem eis suam humanitatem, id est clementem benignitatem, quam nobis exhibuit. Quam manifestationem eis confert praelargiens, id est ante omnes alios largiens, scientiam operationis suae: Ego, inquit, disputo iustitiam & iudicium salutaris. Et Ioannes Scotus dicit ibi: Quaedam caelestes virtutes a superioribus discunt, quomodo Iesus dominus est caelestium virtutum & Rex gloriae, & quomodo humanitas ipsius a diuinitate assumpta est, non ut assumptionis eius modum intelligant, superat quippe omnem intellectum, sed ut ipsam assumptionem supernaturaliter & ineffabiliter esse factam cognoscant: quasdam vero, id est excellentissimas essentias caelestes introducunt apud ipsum Iesum, quaerentes immediate, scilicet quaerentes & discentes ab ipso, siue pro nobis diuinae actionis, hoc est incarnationis, passionis, resurrectionis, & assumptionis in caelum scientiam: & introducunt ipsum Iesum docentem eas immediate & manifestantem eis praelargientem, hoc est prius quam caeteris largientem suam humanam, id est clementem, & ad salutem humani generis benignitatem. Sententia ergo scripturae approbat, quod dominus Iesus proximas sibi caelestes essentias semper doceat. Et super illud eiusdem lib. cap. 1. Ergo Iesum inuocantes; dicit Hugo: Inuocationem facit ad Iesum, qui est paternum lumen, quo mediante omnes spirituales illuminationes & dona gratiarum illuminandis distribuuntur.

Dionysij Areopag. sententia.

Hugonis interpretatio.

Alia Scoti.

Angeli plures a Christo gratias hauriunt.

67 Sic ergo a Christi humanitate purgantur angeli a nescientia multarum rerum, quae ante nesciebant, & etiam multa dona gratiarum ab eo accipiunt: propter quod & ipsa Christi humanitas caput est angelorum, dicente Apostolo ad Ephes. 1. Constituit illum ad dexteram suam in caelestibus super omnem principatum & potestatem & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quae est corpus ipsius. Vbi dicit glos. Constituit illum in caelestibus supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, id est supra dignitatem horum ordinum angelicorum; & non solum super hos quatuor, sed etiam super omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, id est super omne nominabile, quod vel iam scitur, vel in futuro scietur. Hoc dicit propter incarnationem Filij Dei, ut etiam homo factus super omnes caelos esse dicatur & super omnem creaturam, habens nomen Dei per naturam non per adoptionem. Et ne videretur praeesse omni creaturae dignitate tantum, & non potestate, subdit: Et omnia; quasi non solum praeest omnibus dignitate, sed & sub eo sunt &, id est quia omnia subiecit Deus Pater sub pedibus eius, id est subiecit ei plene, ut per pedes plena subiectio notetur: vel sub pedibus eius, id est sub humanitate eius, quae significatur per pedes, quia sicut pes est inferior pars corporis, ita in Christo inferior natura est humanitas, quam etiam angeli adorant. Et ipsi homini Christo omnia subsunt: vnde & Dionysius XV. cap. ecclesiasticae hierarchiae loquens de Iesu, dicit quod sanctarum substantiarum, super nos existentium, seraphin ordo suppositus in duodenario alarum significatur circa Iesum stans, & collocatus beatissimis ipsius visionibus, sicut est fas, intuitum figens, & intelligibili distributione sancte in castissimis successionibus adsuspiciens. Quod exponens Lincolniensis dicit: Ille ordo, qui in caelestibus suppositus est, videlicet seraphin stans, & collocatus seu firmatus circa Iesum, hoc est semper habens intentionem stabiliter in ipsum erectam & directam, apponens seu innitens, hoc est totis viribus inhians, ut fas est, quia non supra id, quod ei competit, enitens beatissimis visionibus ipsius, Iesu scilicet, & repletus sacre sic videt enitendo intelligibili distributioni, id est intelligibili distributione diuinarum illuminationum suauissime delectantium tanquam vaporum & fragrantiarum optime olentium in susceptibilibus, id est in viribus susceptiuis spiritualium odorum.

De illius excellentia dignitatis.

Omnia subiecta humanitati Christi.

68 Ex quibus verbis tam Dionysij & Hugonis & Apostoli, ac glossae & Lincolniensis patet, quod a Christo, secundum quod est homo, angeli etiam supremi purgantur a nescientia, & illuminantur donis gratiae perfectiuis, & ipsum nituntur intueri quantum fas est, ut ab eo suscipiant illuminationes & bonos vapores gratiarum; & ex hoc etiam, quia tot & tanta recipiunt a Christi humanitate, in signum subiectionis & reuerentiae ac recognitionis tantorum beneficiorum Christum adorant, non solum ut est Deus adoratione latriae, sed ut eius humanitas est plena gratia & veritate, a qua non solum ad homines, sed etiam ad angelos profluit riuus veritatis; et etiam gratiarum adoratione suprema hyperduliae. Vnde et Hieronymus in sermone de assumptione B. Mariae dicit, quod angeli venerantur et adorant super se Christum Regem de-

Vt Angeli eam duplici cultu adorent.

Humanitas Christi relariue tantũ ad Verbũ cultu latriæ adoratur.

ab aliquibus vocatur hyperdulia, semper constat quod vel non adoratur adoratione latriæ, sed hyperduliæ, vel si adoretur adoratione latriæ non adoratur propter seipsam, sed propter ipsum Verbum cui in persona est coniuncta: quod non fieret si ipsa Christi humanitas secundum se sumpta beatificare adorantem posset; tunc enim per se sumpta & propter se adoratione latriæ adorari deberet, vt supra dicebatur. Cum ergo inter omnes res creatas magis digna sit propter dona gratiarum & gloriæ Christi humanitas, vt probat Apostolus ad Hebræos primo: Tanto, inquit, melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditauit; vbi dicit glossa: Per hoc, quod dicit, effectus aperitur, quod hic loquitur de Christo secundum carnem, nam secundum hoc, quod Patris substantiæ consubstantialis agnoscitur, non est factus, sed natus de eo. Ergo sermo versatur secundum humanam naturam, secundum quam & minor fuit angelis passione, & maior ac melior gratiæ plenitudine, de qua etiam ipsi angeli ad mensuram accipiunt. Et ideo ait, quod ipse Christus tanto melior angelis est effectus, id est euidenter secundum hominem factus, quanto differentius nomen, id est differentiorem honorificentiam quam ante hereditauit, id est firmiter habuit quando surrexit & ascendit. Et quia hoc posset habere, & non præ illis, addidit: præ illis; nam dum mortalis fuit, differens nomen habuit, quia angeli ministrabant ei; postquam immortalis magis differens, quia honorabilior, atque præclarior illis per omnia extitit: cum Christi humanitas etiam post eius resurrectionem & ascensionem, si secundum se sumatur, vel propter se, non sit adoranda adoratione latriæ, manifestum est, quod Christi humanitas, & per consequens nulla alia creatura quantumcumque sublimis in gloria potest beatificare animam rationalem vel angelum: & per consequens nulla creatura potest quæri, dum non habetur, vel delectari in ea, dum habetur a creatura rationali vt eius finis beatificatiuus. Et infra.

Vt angelis minor & maior sit.

Nulla creatura potest esse finis beatificus alterius.

Deus vt principiũ, & finis adorandus

64 *Quod autem adoratio latriæ Deo debeatur soli, eo quod est creator et beatificator creaturæ rationalis, dicit Thomas II. summ. quæstione LXXXIV. artic. II. in positione, vbi dicit, quod anima se offert Deo in sacrificium sicut principio suæ creationis, & sicut fini suæ beatificationis: vnde cum secundum veram fidem solus Deus sit creator animarum nostrarum, in solo etiam eo animæ nostræ beatitudo cõsistat: ideo soli Deo debemus sacrificium spirituale, & soli etiam ei debemus offerre exteriora sacrificia in signum, quod recognoscimus nos ab eo esse creatos, et ab eo nos fore beatificandos: vnde sicut creator animarum nostrarum non est nisi Deus, ita beatificator animarum nostrarum non est nisi Deus: propter quod vt nostro creatori & beatificatori et soli offerimus sacrificium cordis interius, & sacrificium corporale exterius in signum recognitionis talium beneficiorum eius: propter quod ipse solus quærendus est a nobis vt finis noster beatificans, & nulla res alia tanquam finis beatificans. Nec obstat si dicatur, quod dominus Christus dixit Ioan. XVII. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum; vbi videretur, quod vita æterna, quæ est finis beatificans formaliter creaturam rationalem, consisteret non solum in visione deitatis, sed etiam quod consisteret in visione & cognitione humanitatis Christi cuius contrarium supra dictum est: bene enim obiectionem soluit Augustinus I. de Trin. cap. XIII. dicens: Quæ est autem vita æterna, nisi illa visio, quæ non conceditur impiis? Vt cognoscant te, inquit, vnum verum Deum, & quem misisti Iesum. Quomodo & ipsum Iesum Christum, nisi quemadmodum vnum verum Deum, qui seipsum ostendet illis? Non quomodo se ostendet etiam puniendis in forma filii hominis. Vnde non in visione humanitatis, quæ videbitur ab ipsis in iudicio, sed in visione diuinitatis Christi, quæ eadem est cum diuinitate Dei Patris, cõsistit vita æterna, sicut clare ibi dicit Augustinus. Et II. parte super Ioannem serm. II. exponens ista verba Domini: Hæc est vita æterna, &c. dicit: Ordo verborum est, vt te, & quem misisti Iesum Christum, cognoscant solum verum Deum, consequenter enim Spiritus sanctus intelligitur, quia Spiritus est Patris & Filii tanquam charitas substantialis & consubstantialis amborum. Et sic vita æterna vel beatitudo non consistit in cognitione humanitatis Christi, sed essentialiter consistit in aperta & faciali visione diuinitatis.*

Quo sensu sit vita æterna videre Christum.

Tit. Quod angeli desiderant videre Christi humanitatem glorificatam, & ab ipsa purgãtur a nescientia, & illuminantur suprema scientia, & perficiuntur donis gratiarum: propter quod & eam adorant & recognoscunt iam supra se ipsos esse, non quantum ad naturam, sed quantum ad gratiam; & sic delectantur in re eis inferiore per naturam, non sicut in vltimo fine, sed sicut in illo, quod est ad finem.

An angeli desiderẽt prospicere humanitatem Christi.

65 *Quod autem a angeli beati hoc etiam modo quærant aliqua corporalia, & in eis etiam delectentur; & quod etiam quærant & delectentur in aliquibus, quæ infra eos sunt per naturam, hoc modo scilicet, vt ad finem, manifestum est & ex iis, quæ iam dicta sunt, & etiam in sequentibus: constat enim, quod Christi humanitas est quædam res corporalis, infra angelicam naturam constituta per naturam, licet sit ei superior per gratiam & gloriam: hanc autem Christi humanitatẽ angeli prospicere desiderãt, iuxta illud, quod dicitur I. Petri I. Scrutãtes prophetæ in quod vel quale tẽpus significaret in eis spiritus Christi, prænuntians eas, quæ in Christo sunt passiones & posteriores glorias: quibus reuelatum est, quia non sibi ipsis, nobis autem ministrabant ea, quæ nunc nunciata sunt vobis per eos, qui euangelizarũnt vobis, Spiritu sancto misso de cælo, in quem desiderant angeli prospicere. Quæ verba exponens Beda super dictum locum, dicit: Constat pro certo quia tanta eius, qua passus est pro nobis hominis Iesu Christi posterior gloria successit, vt etiam angelicæ in cælo virtutes, cum sint æterna felicitate perfectæ, non solum immortalem deitatis magnificentiam, sed & assumptæ humanitatis eius claritatem semper aspicere gaudeant. Nec solum sunt contenti, quod desiderent videre humanitatis Christi claritatẽ; sed etiam eam adorant adoratione hyperduliæ, & ei obediunt quando mittit eos ad procurandam salutem hominum, in hoc mundo viuentium, dicente Apostolo ad Hebr. I. Cum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Vbi dicit glossa: Cum ipse Pater introducit primogenitum in orbem terræ, id est visibilem carne assumpta, fecit apparere in mundo qui ante inuisibilis erat in mundo, & ideo ait, iterum, quia assumptio carnis dicitur exitus a Patre & introductio in hereditatem, vbi iubetur adorari, vnde addit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Adorent eum, qui passus est & mortuus: non enim de Deo verba ista dicuntur, sed de homine suscepto: Adorent, inquam, eum omnes angeli Dei. Secundum humanitatem iubentur angeli adorare Christum. Ex quo cum tan-*

a In ead. quæst. a. 8.

Concluditur affirmatiue

Probatur Petri testimonio.

Et Bedæ interpretatione.

Et argumentatione Apostoli.

to

sti per præsentiam; nec visionem eius deitatis per fidem, vel demonstrationem ex effectibus quibuscumque, vel per scientiam, satiare humanam mentem, sed tantummodo eam visionem deitatis Christi, quæ est per eius præsentiam in ratione obiecti beatificantis. Demum pressius in examen adducit Durandi verba, ac primum arguit a sanctorum animas separatas non tantum per fidem, sed intuitiue Christum secundum humanitatem videre: *Animæ*, inquit, *sanctorum existentes cum Christo, non vident per fidem Christi humanitatem, sed vident eam intuitiue & præsentem, dum sunt in eius præsentia: quæ visio, cum non fiat per speciem alienam, sed per ipsiusmet rei præsentiam, nec sit obscura vel ænigmatica, non potest dici quod talis visio humanitatis Christi sit per fidem aut speculum & ænigma; sed est intuitiua vel facialis, quæ duæ visiones specie distinguuntur: videre autem sic humanitatem glorificatam multo maius lucrum est, quam videre eam solum per fidem, sic enim eam vident sancti angeli, & iam sic videntes multum gaudent, vt supra dicebatur: de quibus tamen constat, quod non vident eam spiritualiter per fidem, sed per rei præsentiam. Apostoli etiam post resurrectionem Christi eius humanitatem glorificatam viderunt, licet illa gloria vel claritas corporis Christi non eis appareret, vt alibi dicebatur per Augustinum xv. quæstione in lib. quæstionum ad Orosium: quam tamen claritatem viderunt non per fidem, sed per rei præsentiam & intuitiue Apostoli, qui cum eo fuerunt quando transfiguratus fuit in monte; quæ visio magnum lucrū eis attulit, vt alibi etiam declarabatur, & multo maius quam esset lucrum videre Christi humanitatem per fidem solum.* At quamuis ingens felicitas sit videre Christi humanitatem, iuxta illud Lucæ x. *Beati oculi qui viderunt, quæ vos videtis: dico enim vobis, quia multi Reges & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt*; maior etiam felicitas sit videre Christum fidei oculo, quam corporis, & etiam maior videre humanitatem collustratam diuina gloria, vt vident animæ segregatæ a corporibus; tamen concludit Iacobus Cardinalis cum Durando, Apostolum aliud longe præstantius lucrum spe concepisse, nimirum diuinitatis prospectum, cum quo visio humanitatis Christi radiantis gloria conferenda non sit. *Quia*, inquit, *sancti & glossa exponunt hæc verba Apostoli, quod ideo cupiebat dissolui, vt in Christi præsentia esset, non solum vt Christi humanitatem gloriosam præsentialiter videret, nec eam per fidem solum cognosceret; sed vt eius deitatem facie ad faciem videret, quod lucrum multo maius est quasi incomparabiliter, quam sint prima duo lucra, cum hoc solum lucrum faciat hominem simpliciter beatum, quod non faciunt alia duo lucra sine isto.* Cum etiam nonnulli Durandum carperent, scripsisse, habitationem cœlestem nihil sanctorum animabus profuturam, si diuina visione carerent, ipsum tutatus est Iacobus Cardinalis, eiusq; intelligenda verba, *non quod talis habitatio non prosit, sed quod non prosit ad illud, ad quod probandum Apostolus dicit: Scimus quoniam, si terrena, &c.* Cum vero Durandus dixisset, aduersus Bernardum disceptans, verba: *In quem Angeli desiderant prospicere*; non intelligenda de humanitate Christi, cui naturæ dignitate antecellerent; sed de diuinitate tantummodo, sententiam Durandi ita confutauit.

a Cap. 19.

Animæ separatæ vident intuitiue Christi humanitatem glorificatam.

Concluditur optasse Apostolum intueri diuinitatē.

Tit. Quod Christi humanitas non debet adorari adoratione latriæ, nisi ex eo, quod est vnita in persona personæ Verbi: sed si per intellectum diuidatur a Verbi persona, non debet adorari adoratione latriæ, sed adoratione suprema duliæ, quæ hyperdulia vocatur, quia ipsa Christi humanitas secundum se sumpta creatura est, quæ rationalem animam beatificare non potest; & minus quæcumque alia creatura debet adorari adoratione latriæ. Ex quo concluditur, quod vltimus finis creaturæ rationalis non debet poni in quacumque creatura.

An Christi humanitas adoranda sit.

62 *Christi a humanitas, si per se consideretur, & non vt est coniuncta in persona personæ Verbi, adoranda non est, nec ei cultus latriæ est exhibendus, & si adoretur vel exhibeatur ei talis cultus, hoc non fit propter ipsam, sed propter Verbum, cui coniuncta est in persona, dicente Damasceno* III. *lib. c.* XXXII. *Caro Christi secundum naturam quidem eius, si diuidas subtilibus intelligentiis, quod videtur ab eo, quod intelligitur, inadorabilis est, vt creatura: vnita autem Deo Verbo, propter ipsum & in ipso adoratur: quo enim modo Rex & nudus adoratur & vestitus, & purpura vt nuda quidem purpura conculcatur & proiicitur, regale autem facta indumentum adoratur & honoratur & glorificatur, & si quis hanc perforauerit, morte quam multoties condemnatur: sicut autem & lignum nudum neque est tactui inaccessibile, igni autem connexum & carbo factum non propter seipsum, sed propter copulatum ignem inaccessibile fit, & non ligni natura existit inaccessibilis, sed propter copulatum ignem inaccessibile fit, & non ligni natura existit inaccessibilis, sed carbo secundum ignitum lignum; ita secundum sui ipsius naturam quidem non est adorabilis, adoratur autem in incarnato Deo Verbo non propter seipsam, sed propter vnitum & secundum hypostasim Deum Verbum: non adoramus quando carnem adoramus nudam, sed carnem Dei, scilicet incarnatum Deum. Et Augustinus exponens illud psalmi nonagesimi octaui: Adorate scabellum pedum eius quoniam sanctum est; dicit: Conuerto me ad Christum, & inuenio quomodo sine impietate adoretur terra, sine impietate adoretur scabellum pedum eius. Suscepit enim de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit. Et ideo cum ad terram te inclinas atque prosternis, non quasi terram intuearis, sed illum sanctum, cuius pedum scabellum est, quod adoras, propter enim ipsum adoras, in cuius honore adoras scabellum pedum eius: & cum adoras illum cogitatione, ne remaneas in carne, & a spiritu non viuificeris: Spiritus est enim, qui viuificat; caro autem nihil prodest. Et glossa exponens dictum locum psalmi, dicit: Sciendum est, quia in Christo terra est, id est caro, quæ sine impietate adoratur; suscepit enim de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Maria carnem suscepit. Hæc sine impietate, a Verbo Dei, assumpta adoratur a nobis, quia nemo carnem eius spiritualem manducat, nisi prius adoret; non illam dico adorationem, quæ latria est, quæ soli Creatori debetur; sed illa, quæ in dulia dignior est: dulia enim adoratio est, quæ etiam creaturæ exhibetur, quæ duas habet species, vnam quæ indifferenter hominibus, alteram quæ soli humanitati Christi exhibetur.*

a In quaest. octauam, nonam, & decimam.

Si separetur mente a Verbo cultu latriæ non est adorāda.

Si coniuncta Verbo suspiciatur cōiunctim adoratur.

Damasceni de eo auctoritas

Alia Augustini.

Distinctio cultus latriæ duliæ & hyperduliæ.

63 *Sic ergo secundum prædicta Christi caro vel eius humanitas, si adoretur adoratione latriæ non propter seipsam, nec etiam si ipsa per se ipsam sumatur adoratur; sed propter hoc, quia vnita est in persona Deo Verbo, cui per se & secundum se adoratio latriæ debetur: vel etiam si non adoretur adoratione latriæ, sed duliæ excellentiori, quæ dulia*

ab

sequitur cognitionem intellectualem humanitatis Christi. Vnde non sequitur, quod si animæ separatæ a corpore oculo corporali non vident Christi humanitatem, & per consequens nec delectantur in tali visione delectatione corporali, quod propter hoc non videant Christi humanitatem oculo mentali, & quod non delectentur in tali visione delectatione spirituali, vnde & Damascenus II. lib. cap. XIV. loquens de lætitijs vel delectationibus dicit: Lætitiarum eæ quidem sunt animales, eæ vero corporales. Animales quidem sunt, quæcumque sunt solius animæ ipsius secundum se ipsam, quæcumque sunt circa disciplinas & contemplationem. Corporales vero sunt, quæ cum communione animæ & corporis fiunt, & propterea corporales vocantur; solius autem corporis nequaquam inueniet aliquis lætitias. Rursus lætitiarum eæ quidem sunt veræ, eæ vero sunt mendaces. Et quæ quidem solius mentis sunt secundum doctrinam & contemplationem: quæ vero cum corpore secundum sensum sunt. Et ita lætitiæ vel delectationes corporales fiunt ex communione animæ & corporis, quæ communio non est in animabus a corpore separatis; sed bene sunt in eis lætitiæ & delectationes, quæ sunt solius animæ, quæ secundum seipsam est.

Vident mentali oculo.

Habent mentes suas delitias.

Tit. Quod licet animæ humanæ a corporibus separatæ proprie non sentiant res corporales sensu corporeo, quia talem sensum non habent; dicuntur tamen illa sentire sensu intellectiue, vel per intellectum, qui vnus existens eodem sentit visibilia, & sic de alijs sensibus: & ex prædictis soluitur quæstio, scilicet quod animæ separatæ per intellectum sentiunt res corporales & sensibiles, quia talem cognitionem sequitur delectatio vel tristitia. cap. VIII.

Vt animæ sentire dicantur.

60 *Verum est tamen, quod animæ a corporibus separatæ sentire dicuntur, non accipiendo sentire pro actu sensus exterioris; sed accipiendo sentire pro percipere delectabile vel contristatiuū: quam perceptionem habet anima separata non per sensum corporis, sed per cognitionem mentis; vnde & Hugo II. lib. de sacramentis part. XVI. cap. III. exponens illa verba Gregorij de animabus damnatorum: In igne eo ardent, quo se ardere vident; dicit: Quid sibi vult, putatis, hoc quod dicit, quia animæ in eo ipso ardent, quo ardorem suum vident? In rebus corporalibus non ita est, vt ardorem sentiat quicumque ignem conspicatur. Quæ est visio illa animæ, quia sentit omne quod videt; vel si non omne, hoc certe quod ad pœnam videt? Et respondens subdit: An quia sensus animæ, quando per corpus egreditur, ideo diuersis modis percipit, & ob quædam eminus constituta corporali sensu non percipit, quia ad percipienda illa instrumentum corporalis sensus non sufficit? ibi enim sensus deficit, vbi amplius instrumentum non sufficit: propterea illi sensus, qui instrumenta magis sufficientia habent, maiorem in percipiendo vim habent. Oculus longe posita videt, tactus vero sentire non potest nisi immediate coniuncta: si instrumentum tangendi æque vt videndi perspicax esset, æque tactus vt visus eminus constituta perciperet.*

Quid igitur vbi instrumentorum nulla diuersitas erit, quare non omnis sensus æqualis erit, vt videlicet sit illic idem videre quod tangere, tangere quod dolere? Constat autem, quod cognoscere aliquid contristatiuum diuersis sensibus corporalibus non potest esse sine diuersitate instrumentorum sentiendi: instrumentum enim videndi, audiendi, tangendi, & olfaciendi non potest esse vnum & idem propter diuersitatem complexionum, quæ dicta instrumenta requirunt, vt sint apta potentijs sensitiuis ad suum proprium opus exercendum: & ideo vbi talis diuersitas instrumentorum nō est, non sunt actus sentiendi corporales diuersi. Quapropter cum in anima separata, secundum eum, non sit diuersitas instrumentorum sentiendi; sed eodem videat & tangat & alia opera, quæ sensibus attribuuntur, anima exerceat, non faciet hoc nisi per vnum intellectum, qui omnia, quæ distincti sensus percipere possunt, solus percipit, & multo plura quam diuersi sensus percipere possint: propter quod non per sensum corporalem, sed per intellectum anima a corpore separata dicitur sentire delectabilia vel tristia; in rebus enim spiritualibus idem est visus qui auditus, & idem auditus qui visus, & sic de alijs sensibus quia intellectus valet omnia ista, dicente Augustino XV. lib. de Trin. cap. X. Foris, cum per corpus hæc fiunt, aliud est locutio, aliud visio: intus autem cum cogitamus, vtrumque vnum est, sicut auditio & visio: duo quædam sunt inter se distantia in sensibus corporis, in animo autem non est aliud atque aliud videre & audire; ac per hoc, cum locutio foris non videatur sed potius audiatur, locutiones tamen interiores, hoc est cogitationes, visas dixit a Domino sanctum euangelium, non auditas. Augustinus etiam XV. lib. de Trinitate cap. V. loquens de Deo dicit: Illa vita quæ Deus est, sentit atque intelligit omnia, & sentit mente non corpore, quia spiritus est Deus; non autem sicut animalia, quæ habent corpora, per corpus. Sentit Deus, non enim ex anima constat & corpore, ac per hoc simplex illa natura sicut intelligit sentit, sicut sentit intelligit; idemque sensus qui intellectus est illi: vnde si in Deo, ex eo quod non est corpus nec constat ex anima & corpore, idem est sensus qui intellectus, & sicut intelligit sentit, & sicut sentit intelligit, non corpore nec per corpus, sed omnia ista dicitur agere sola mente; eadem ratione dicetur, quod animæ humanæ a corporibus separatæ, quia non sunt corpus nec sunt corporis forma actualiter corpus informantes, non per corpus nec per organa corporalia sentiunt illa, quæ sentiunt, sed per intellectum, & eodem sentiunt quo intelligunt, & quo intelligunt sentiunt, quia solo intellectu ista faciunt. Ex quibus videtur dicendum, quod licet anima a corpore separata oculo corporali non videat res corporales, quarum visione corporali delectetur vel tristetur; videt tamē mente et intellectu res corporales, quarum visione mentaliter delectatur vel affligitur, quia sunt ei vel delectabiles vel contristatiuæ: quas res corporales si intellectu non videret, cum eas oculo corporali videre non possit, in nullius rei corporalis visione delectaretur vel tristaretur, cuius contrarium supra ostensum est.

Solo intellectu percipit quæ nisi pluribus organis percipi poterant.

Illustratur id exéplo petito ex Deo.

61 His de animarum separatarum statu positis, quærit Iacobus Nouellus Cardinalis, an verba Apostoli ad Philippenses cap. I. *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Quid eligam ignoro: coarctor autem e duobus desiderium habens dissolui, & cum Christo esse, multo autem melius; permanere autem in carne necessarium propter vos;* ita intelligenda sint, vt Apostolus mortem optet, vt per fidem Christum videat, an vt eius humanitatem diuina exornatam gloria, an vt Christum secundum deitatem facie ad faciem intueatur; & concludit [a] conceptam a Paulo fuisse spem potiundi diuinæ essentiæ gloria; nec tamen negasse illum, quin glorificatam humanitatem intuiturus [b] esset: beatitudinem in diuinæ essentiæ visione sitam [c]; nec modo Paulum expetijsse humanitatem tantum circumfusam gloria, sed etiam diuinitatem intuitiue prospicere [d]: neque [e] enim, vt ait, visionem humanitatis Christi

Quis sensus sit huius vocis, Mihi viuere Christus, &c.

a Ib. c. 9.
b Cap. 10.
c Cap. 11.
d Cap. 12
e Cap. 13. 14. 15. 16. 17. 18.

sti

dum beatitudinis imperfecta, quam habet anima separata respectu beatitudinis, quam habebit resumpto corpore: tunc enim beatitudo erit maior extensiue, quia anima beatificabitur non quantum ad mentem & quantum ad intellectum & voluntatem, sed etiam quantum ad vires inferiores sensitiuis & appetitiuis, quae perficiunt corpus; & etiam intensiue secundum aliquos, quia anima clarius videbit Deum et feruentius diliget: quam opinionem videtur declarare B. Augustinus dicens, quod anima separata retardatur quodammodo ex naturali appetitu administrandi corpus, ne tota intentione feratur in Deum, quamuis aliqui non assentiant Augustino in hac parte. Subdit immo eosdē sanctos in alijs locis explicatius referre, animas ante generale iudicium diuina gloria potiri, & singulas stolas accepisse, quae stola felicitas est animarum. Ad auctoritatem vero apocalypsis de animabus, quae visae sunt sub altari, ex interpretatione S. Bernardi a respondet: *Est notandum, quod licet Bernardus fuerit vir magnae deuotionis in oratione & sermonibus; non fuit tamen magnae auctoritatis in expositionibus, & ideo in talibus qui vult potest eum tenere vel negare sine reprehensione: propter reuerentiam tamen eius discurramus per dicta sua.* Refellit deinde presse Bernardi verba Durandus, aduersarijs tamen, dum haec redarguit, in eum disceptandi occasionem dedit: *Dicit quod illud altare, sub quo clamabant sancti, corpus est domini Saluatoris: & istud potest tolerari accipiendo corpus pro humanitate, & quod subdit: Interim ergo felices animae sub Christi humanitate quiescunt, nimirum in quem desiderant angeli prospicere; non est bene dictum, nec secundum intentionem beati Petri 1. Petr. 1. de quo loco sumuntur illa verba: humanitas enim Christi secundum naturam inferior est natura angelica secundum illud psalmi, & allegatur per Apostolum ad Hebr. Minuisti eum paulo minus ab Angelis. Quomodo ergo angeli desiderant prospicere in humanitatem Christi? nequaquam, sed diuinitatem eius, quam habet cum Patre & Spiritu sancto, immo eandem. Quod autem dicitur, quod veniet tempus, scilicet in resurrectione, quando animae exaltentur super altare, id est super humanitatem Christi, non praelatione, sed visione & contemplatione, quia videbunt non solum humanitatem Christi, sed diuinitatem; si intelligatur, quod videbunt diuinitatem intensius & clarius, tolerari potest, cum de hoc sint opiniones inter doctores: si autem intelligatur, quod tunc videbunt & non prius, negandum est omnino, nec auctoritas Ioannis in apocalypsi, cuius sensum putat se habere & non habet, sic intelligenda est, sicut ipse eam exponit.*

Post iudicium sancti erunt beatiores extensiue.

a Bern. in serm. de omnibus SS.

Ad Bernardi auctoritatē respondet

58 Attigerat Durandus doctissime controuersae rei veritatem: at plures in contrariam abiere opinionem, atque commentarios b edidere, parati tamen Pontifici post discussam controuersiam decretoriam laturo sententiam adhaerere, & cogere intellectum in obsequium fidei. Cum vero Durandus vel in sententiae suae probationibus, vel in soluendis aduersariorum argumentis nonnulla erronea, vel ab aemulis in improbum detorta sensum permiscuisset, grauissimā est passus inuidiam; adeo vt etiam a fidei censore in ius vocatum fuisse, Gallorum tamen Regis patrocinio tectum, ferant. Constat certe eius scripta acerrime discussa c fuisse a theologis, qui in pontificia curia versabantur, ex quibus vnus praestans scientia haec Durando obiecit in suo commentario pro parte aduersa edito: *Prima, inquit, difficultas & error esse videtur, quia vult non esse lucrum, mori & esse cum Christo, nisi videatur Christi diuinitas facialiter: cum tamen maximum sit gaudium, maxima felicitas, & beatitudo videre Christum esse in gloria humanitatis, & scire eum esse dominum; quod isti doctori non est lucrum, cum dixerit Christus, quod hoc est vita aeterna, &c. & quem misisti, &c. Secunda difficultas & error est quia dicit, quod anima separata non habet oculos corporales, vt videat corporalia & in eis delectetur, quod est error pessimus, quia tunc anima non posset dicere: Delectasti me Domine in factura tua; nec diabolo fuisset ad poenam, quod eiectus est de caelo, nec Angelis ad delectationem esset cognoscere corporalia, nec anima separata delectaretur in cognoscendo corpora nobilissima: & incidit in errorem Auerrois, qui ponebat, quod substantiae separatae, & maxime nobilissimae non cognoscunt inferiora, quia intellectus eius vilesceret. Vult insuper iste doctor quod Christus non potest videri ab anima separata, quia nō habet oculos: ponit ergo quod humanitas videatur cum oculis, & non intellectu: cum tamen sit obiectum intellectus, & sit quadā substantia; et quod intueri nō potest quod non potest oculo corporali videri, quod est haereticum. Tertius error est quia dicit, quod si anima cognitione spirituali solum cognoscat Christi humanitatem, cum per fidem cognoscat eam, nullum esset ei lucrum mori, & esse cū Christo magis, quam viuere: & sic videtur ponere, quod in anima separata non possit esse cognitio humanitatis Christi nisi per fidem, quod est falsum, habent enim cognitionem facialem humanitatis Christi.* Cum haec a theologis obijcerentur Durando, ex ea occasione nouae controuersiarum turbae in pontificia curia obortae fuerunt: quas Ioannis XXII. iussu a doctoribus ventilatas refert Iacobus Nouellus tit. S. Priscae a.

a Ext. in bibl. Vat. M.S. sign. n. 4004 & aliud 5007.

Sparsi a Durando in eius cōmentario nonnulli errores.

Dissidii acerbe.

c M.S. bib. Vat. sign. 5007.

Quinam ij fuerint.

59 *De dicta, inquit, scriptura extraxerunt decem vel vndecim dubia, vt eis visum fuit, de quibus formantes decem vel vndecim quaestiones, quae propositae erunt in titulis earum, vtrum catholicum, an haereticum, vel erroneum sit dicere, dictum illud, quod dictus magister Durandus dixerat. Qui articuli per modum talium quaestionum propositi diuersis doctoribus, in curia tunc existentibus, traditi fuerunt per dictum dominum Papam ad examinandum; a quo etiam mihi, licet renitenti, traditi fuerunt.* Praecipuae harum quaestionum erant de angelorum & animarum separatarum statu, qua nempe ratione percipiant corporea, atque ex his voluptatem vel dolorem trahant: tum de Christi humanitatis visione, & num angeli eam, quamquam natura inferiorem, prospicere cupiant: quas Cardinalis Nouellus in suo erudito commentario ita discutit.

a M.S. lib. Vat. sig. n. 4006. pag. 208.

Card. tit. S. Prisc. eosdem ventilat.

Titulus. Quod in angelis & animabus separatis a corpore, in quibus non est potentia sensitiua quae non operatur nisi in organo corporali, non potest esse delectatio vel tristitia, quae sequatur cognitionem sensitiuam organicam in eis: sed quia per intellectum res corporales & sensibiles cognoscunt, idcirco in talium rerum cognitione delectantur.

Quaestio de cognitione quā habent animae separatae.

Quia animae à corporibus separatae possunt cognoscere res corporales, non per sensus corporeos, quos non habent, sed per mentem vel intellectum, idcirco & in cognitione humanitatis Christi, causata in intellectu eorum vel a praesentia humanitatis Christi, prout magis existimo, vel per aliquas species impressas menti, vt aliqui dicunt, multum delectantur, vt supra ostendebatur: non quidem delectatione sensuali, sed delectatione mentali, quae se-

De die autem illa nemo scit, neque angeli in cælo, sed tantum Pater; si tota merces nostra, scilicet beatitudo animæ & beatitudo corporis, differatur vsque ad diem illum, de quo nec angeli sciunt aliquid, nec reuelandum est Apostolis, nec Filius voluit aliquid reuelare, infirmi possent de facili scandalizari in fide, cogitantes quod merces paradisi sanctis promissa, est eis reddenda pro tempore sic distante, quod nullus scit de hoc aliquid dicere; sicut fuit dictum magistro Arnaldo Catalano, qui volebat præfigere tempus antichristi: Magister Arnalde, si vultis prudenter dicere, assignetis tantum tempus aduentus Christi. Et infra.

Et communi doctrina ecclesiæ.

55 *Item secundum doctrinam communem ecclesiæ post mortem hominis non assignatur nisi triplex status animarum decedentium, quia quædam detinentur in purgatorio, illa videlicet, in quibus erat aliquid purgandum; quædam vero descendunt in infernum, scilicet animæ damnatorum: aliæ vero ascendunt in paradisum, scilicet animæ sanctorum & purgatorum. Si autem animæ sanctorum non vident Deum vsque post resurrectionem corporum, tunc non essent in paradiso, nec in inferno, nec in purgatorio; sed haberent alium statum confictum. Et sic patet perquam periculosus error sit dicere, quod animæ beatorum non glorificantur ante resurrectionem corporum, neque animæ malorum puniantur quousque suis corporibus vniantur.*

Contrariorum argumentorum solutio. Primum est præmium nõ dari nisi post iudicium.

56 Soluit dein Durandus aduersariorum argumenta contendentium, animas sanctorum ab omni labe purgatas Deum nisi post generale iudicium nõ visuras; quem errorem hæreticorum Catharorum fuisse ait. Argumentũ primum id ponit: *Præmium vel pœna non reddentur bonis vel malis post mortem nisi per diuinum iudicium. Sed diuinum iudicium non fiet vsque ad finem post resurrectionem. Igitur vsque tunc non præmiabuntur boni, nec punientur mali.* Huius syllogismi minor de futuro in fine seculi iudicio multis auctoritatibus Isaiæ cap. III. Danielis XII. Ioelis III. Mat. III. XI. XXII. Marci XX. Apostoli I. ad Corinthios. V. II. Petri. V, tum multis alijs sacris oraculis confirmatur. Ad quam propositionem respondet Durandus, duplex esse iudicium; aliud generale futurum in orbis cõsummatione, de quo superiora oracula loquuntur: aliud *particulare & occultum*, inquit, *quod fit de quolibet homine post mortem, de quo dicitur eccles. XXXVIII. Memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie. Et isto iudicio iudicatur quilibet in morte sua non secundum totum hominem, quia desinit esse; sed secundum principalem partem, videlicet animam, quæ non desinit esse; & secundum quam solum aut principaliter attenditur totum meritum & demeritum: & de isto iudicio non est vera minor propositio, nec auctoritates scripturæ ad eius probationem adducta de isto iudicio intelligunt; sed solum de finali & generali.*

De duplici iudicio distinguitur.

Secundũ ex futilibus argutijs petitũ

Secundum argumentum hoc est: *Illi debetur præmium per se, cui competit per se mereri tale præmium; quia si per se præmietur qui per se non meretur, non est condigna retributio. Sed anima non meretur per se, quia tunc omnis anima separata posset mereri, nec corpus meretur sine anima. Ergo totius hominis constituti ex anima & ex corpore est mereri per se. Igitur & præmiari per se. Non ergo vnum sine altero.* Huic argumento respondetur, animam coniunctam corpori per actionem liberi arbitrij, supposita gratia, mereri per se & principaliter, quamuis non totaliter, sed vt quod: corpus autem mereri vt quo, scilicet organo, fiat actio: proinde post mortem præmio affici animam, quæ sine corpore præmij sit capax, non corpus, cum non sit capax nisi coniunctum animæ: integrum vero hominem, vtpote compositum ex corpore & anima coniunctis, præmio non donatum iri nisi post resurrectionem. Indirecte etiam retorto argumento in aduersarium respondetur, si solus homo per se præmio donandus, qui per se solus mereatur, sequi animam nullo præmio post mortem affectum iri; non itaque excipiendam cælo, non cæleste gaudium suscepturam, tum etiam animas separatas purgatorijs flammis non cruciari.

Tertium ex parabola euãg.

Tertium argumentum obijcitur: *Promittitur & datur denarius illi solum, qui in vinea domini laborauit. Sed anima non laborauit sine corpore, nec e conuerso, sed totus homo. Ergo toti homini solum debet dari præmium.* Ostendit Durandus fallax esse hoc argumentum, & mutare quid in quale: licet enim quis locarit operam certo indutus cultu, non colligi, si eam vestem exuat, mercede fraudandum; præcipue enim attendi id, quod meretur, ac minus principaliter id quo mereatur.

Quartum ex æquiuoca voce beatitudinis.

Quartum argumentum: *Perfecte beatus nihil amplius potest desiderare. Sed visio Dei nobis promittitur tanquam finis omnium desideriorum nostrorum. Ergo si anima videt nunc Deum nihil debet nec potest expectare. Sed naturaliter anima corpus expectat tanquam illud, sine quo perfecta non est, sicut pars separata a toto imperfecta est, perfecta tamen dum est in toto.*

Distinguitur de beatitudine partiali & totali.

57 Hæc ita soluuntur a Durando: *Cum dicitur quod perfecte beatus nihil amplius potest expectare, vel desiderare; dicendum quod beatitudo potest accipi dupliciter, vno modo prout includit omnem perfectionem homini possibilem, & sic Boethius dicit, quod beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, & qui habet talem beatitudinem nullum potest amplius desiderare; & sic nullus homo erit beatus vsque post resurrectionem. Alio modo accipitur beatitudo pro suprema & optima operatione hominis, & hæc consistit in visione diuinæ essentiæ facie ad faciem: & qui habet talem beatitudinem, adhuc potest plus desiderare & optare, quia beatitudo sic accepta est eligibilior cum quocumque alio bono sibi adiuncto: & isto modo anima separata habet beatitudinem, & potest desiderare vniri corpori, & habere beatitudinem corporis sibi vniti.* Et infra: *Item principale non dependet ex accessorio, sed e conuerso: quantum autem spectat ad præmium beatitudinis, anima quæ est ad imaginem Dei, est principatiua, corpus autem est accessorium tamquam illud, quod non gloriatur donec plene sit subditum animæ. Ergo ridiculum est dicere, quod anima non beatificetur quousque vniatur corpori, cum ipsa sit capax beatitudinis sine corpore, non autem corpus sine anima.*

a Aug. 12. sup. genes. ad lit. & XV. de Trin c. XXV.

Ad auctoritates vero sanctorum Augustini a & Bernardi, ab aduersarijs obijci solitas, ostendit nil ex ijs concludi posse, quam animas beatas non tanto impetu in contemplationem & fruitionem diuinæ essentiæ ob insitum appetitum in corpus ferri, quanto post resurrectionem ferentur, quæ aliquorum est opinio; quamuis alij contrarium sentiant; *Cum dicitur*, inquit, *quod animæ resolutæ a corpore constituuntur in placidis sedibus, donec recipiant corpora sua; non est intelligendum de sedibus corporalibus, quæ animæ separatæ pro statu illo non conferunt complacentiam vel displicentiam: sed* (errat in hoc auctor) *placidam sedem vocat gradum*

gati ex hoc mundo, dicit II. ad Corinth. v: *scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, sed æternam in cælis. Igitur spiritus & animæ iustorum & perfectorum, qualis fuit Apostolus, non habent nisi duplicem habitationem, vnam terrestrem in corpore mortali, aliam cælestem, ad quam transeunt dissoluta prima habitatione terrestri: habitatio autem cælestis, si accipiatur corporaliter solum, nihil proficit animæ separatæ, quæ in puris corporibus delectabile non habet, cum sit spiritus. Ergo oportet, quod accipiatur spiritualiter, ita videlicet, quod animæ sanctæ, dum absoluuntur à corpore, transeunt ad cælestem habitationem, quæ est visio, qua beati tam homines quam angeli vident faciem Patris, qui est in cælis.*

Quartum ex II. ep. ad Corint. ex qua probatur SS. animas cælo excipi.

Item apocal. VI. dicit Ioannes: Vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei et testimonium Iesu Christi, quod habebant, & clamabant voce magna, dicentes: Vsquequo Domine sanctus & verax non vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ; per quas intelligitur gloria animæ. Igitur iam habebant remunerationem, quantum ad animam, quamuis non totalem quantum ad totum compositum ratione corporis, quod glorificabitur solum in resurrectione generali: & ideo dictum est illis, vt requiescant, id est expectarent adhuc tempus modicum, donec impleatur numerus conseruorum, qui interficiendi sunt sicut & illi. Item apoc. VII. Vidi turbam magnam, &c. stantem ante thronum & in conspectu agni, amicti stolis albis; & in eod. cap. dicitur: Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. Ex quibus omnibus datur clare intelligi, quod sancti martyres statim post mortem glorificantur quantum ad animam, quæ gloria vocatur stola alba; licet expectent gloriam corporis in generali resurrectione. His duabus stolis finaliter vestientur omnes sancti, secundum illud prouerb. vltimo: Omnes domestici eius induti duplicibus.

Quintum ex apocalypsi.

52 *Item promptior est Deus ad remunerandum bonos, quam ad puniendum malos. Sed mali decedentes in peccato mortali statim puniuntur quantum ad animam, quantum anima separata capax est pœnæ. Ergo boni decedentes perfecte purgati remunerantur quantum ad animã, quantum anima separata capax est visionis beatæ, quæ est facie ad faciem, quia ad hoc corpus aut nihil operatur aut modicum. Minor probatur scilicet quod mali decedentes statim post mortem puniantur in anima, quantum ipsa capax est, dum est separata; dicitur enim Lucæ XVI. de diuite epulone: Mortuus est diues, & sepultus est in inferno; quod non potest intelligi quantum ad corpus, quod forte sepultum fuit in pulchro sepulchro; sed quantum ad animam, de qua dicitur ibidem ex persona Abrahæ: Et nunc hic consolatur, scilicet Lazarus, tu vero cruciaris. Item Iacobi I. dicitur: Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Sed tota probatio hominis est in hac vita. Ergo ea finita viri probati accipient coronam vitæ, quæ non est aliud quam visio Dei facie ad faciem.*

Sextum e ratione sumptũ.

Ad idem concurrit generalis ritus & auctoritas totius ecclesiæ, de Apostolis enim cantat ecclesia. sic: Isti sunt veri sancti, quos elegit Deus in charitate non ficta; & sequitur: Et dedit illis gloriam sempiternam. Hæc autem gloria, non est gloria corporis, quæ est in resurrectione; sed gloria animæ quæ consistit in visione diuinæ essentiæ.

Septimũ e ritu ecclesiæ.

Item de eisdem cantat ecclesia: Modo coronantur & accipiunt palmam; & sic idem quod prius. De martyribus vero cantat in hymno ecclesia: Terrore victo, &c. vsque, vitam beatam possident. Ergo beati sunt saltem quantum ad animam: beatitudo autem animæ consistit in beata visione, &c. interiectis pluribus alijs argumentis similibus, subijcit Durandus: *Ex quibus patet, quod generalis ritus ecclesiæ, qui in talibus maximam auctoritatem habet, confitetur Deum laudans, quod sancti post mortem & ante resurrectionem glorificantur quantum ad animam.*

53 *Beatus etiam Gregorius lib. IV. dialogorum cap. XXIX. dicit, respondens quæstioni Petri discipuli quærentis, si ante resurrectionem corporum in cælo recipiuntur animæ sanctorum: respondet, quod iustorum animæ, vt hac carnis claustra exeunt, in cælestibus sedibus recipiuntur, iuxta illud: Vbicumque fuerit corpus, &c. quia illa procul dubio, vbi Redemptor est corpore, illic & colliguntur sanctorum animæ; & Paulus desiderat dissolui & esse cum Christo. Qui ergo Christum in cælo esse nõ dubitat, nec Pauli animam esse in cælo negat qui dixit: Scimus quod si domus nostra &c. Sed quærit: Si igitur & in cælo nunc animæ sunt iustorum, quid est quod in die iudicij pro retributione sua iustitiæ recipient? Respondet Gregorius: Hoc eis nimirum restat in iudicio, quod nunc animarum sola, postmodum vero corporum beatitudine perfruentur. Datæ sunt illis interim singulæ stolæ albæ, & dictum est illis, vt requiescerent, &c. qui itaque singulas stolas acceperunt, binas in iudicio stolas habituri; quia modo animarum tantummodo, tunc autem animarum & corporum gloria lætabuntur. Item in eod. lib. cap. XXVIII. dicit sic: Esse sanctorum animas in cælo, sacri eloquij testificatione credidisti: oportet vt per omnia verum esse credas & iniquorum animas in inferno. quia ex retributione internæ iustitiæ, ex qua iam iusti gloriantur, necesse est, vt per omnia iniusti crucientur: nam sicut electos beatitudo glorificat, ita credi necesse est, quod à die exitus sui ignis reprobos exurit. Et ecce quam expresse & clare dicit Gregorius, quod animæ sanctorum postquam resolutæ sunt à corporibus stolam, quæ est beatitudo animæ, quæ in dicta visione consistit, recipiunt.* Interiectaque auctoritate Bedæ dicentis, pueros baptismo ablutos mox cælo excipi, addit Durandus argumentum ex ratione petitum: *Deus etiam, qui dicit: Non remanebit opus mercenarij apud te vsque mane; mercedem beatorum operariorum finito tempore non retardabit reddere operationem sine causa: cum autem perfecta merces, quam Deus promisit sanctis suis, sit beatitudo animæ, & beatitudo corporis necessaria est; quare beatitudo animæ retardetur ei statim postquam resoluta est à corpore, cum ipsa sit capax talis beatitudinis, nec ad eam recipiendam indigeat corpore, nec vt subiecto aut obiecto?*

Idem auctoritatibus SS. patrum confirmatur. Gregorij.

Bedæ.

Confirmatur ratione.

54 *De beatitudine autem corporis, quod non reddatur modo, iusta causa est, quia corpus non potest glorificari sine anima, sine qua non viuit, &c. & cuius organum fuit in merendo, & sine qua ad ipsum non potest pertinere meritum, pro quo reddendum est præmium, quod corpus non glorificabitur donec reuniatur animæ, quod erit in resurrectione: dicere autem, quod animæ sanctorum non glorificentur vsque post resurrectionem corporum, multum derogat sinceritati fidei; cum enim de die iudicij & resurrectione, quæ tunc erit, Christus saluator noster nihil voluerit reuelare Apostolis, immo dixit:*

ctionem vel iudicium generale essent Dei essentiam visura vel non, multi sapientes & doctores etiam in theologia de hac materia disquirentes, vt vel sic ad veritatem dictæ quæstionis pertingere possent, multa & diuersa ac aduersa dixerunt, & eorum etiam aliqui scripserunt: inter quos fuit bonæ memoriæ Durandus episcopus Meldensis famosus & antiquus magister in theologia, qui super dicta materia scribens, & illud quod scripserat mittens dicto domino Papæ, conatus fuit ostendere, quod error erat asserere, quod dictæ animæ a carne resolutæ & purgatæ non viderent diuinam essentiam ante resurrectionem & iudicium generale. Quæ scriptura per dictum dominum Papam tradita fuit ad videndum aliquibus magistris in theologia. Concepta illa erat subiectis verbis. a

Durādus pro parte affirmante scribit.

Libellus episcopi Meldensis.

a Ext. in M.S. bibl. Vat. sign. n. 4006. pag. 285. &c. Eiusdem hac de re commentarius.

49 *Prima facie videtur quod dicere, quod animæ sanctorum decedentium sine peccato mortali, & postquam purgatæ sunt a culpa veniali, si quam habent, vel a pœna cuiuscumque culpæ debita, non videant Deum facie ad faciem vsque post resurrectionem corporum, est negare articulum de descensu Christi ad inferos, quod patet sic:* Christus non *descendit ad inferos secundum corpus, quia illud totum triduum vsque ad resurrectionem iacuit in sepulchro; nec secundum deitatem, quia secundum illam est vbique. Igitur descendit secundum animam. Ad quem finem? Ad hunc, vt animas sanctorum patrum & aliorum, quæ erant in limbo inferni, liberaret secundum illud Zachariæ* IX. *Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu.* In inferno *autem non est nisi duplex pœna, pœna sensus & pœna damni: in limbo autem sanctorum non fuit pœna sensus, sed solum damni, quæ est carentia visionis diuinæ, a qua nullus potest liberari nisi per visionem diuinam, quia priuatio alicuius non tollitur nisi per actum oppositum. Ergo si descensus animæ Christi ad limbū inferni fuit propter liberationem animarum sanctarū, quæ tunc ibi erāt, necesse est quod liberauerit eas a carentia visionis diuinæ, quod nō potuit fieri nisi dando eis visionem beatam: & qui negat quod animæ sanctorū veteris testamenti, quæ fuerunt in limbo inferni, non videant Deum visione beata vsque post resurrectionem, negat articulum de descensu Christi ad inferos. Et confirmatur, quia Lazarus siue anima eius ante passionem Christi erat in limbo, siu in sinu Abrahæ in magna consolatione, vt euangelica testatur scriptura Luc.* XVI. *multo magis anima Abrahæ erat in magna consolatione & lætitia. Quid igitur contulit descensus animæ Christi ad inferos? Si dicatur, quod tunc perductæ sunt ad claram visionem & eius fruitionem, habetur propositum. Si vero dicatur, quod non, sed quod solum perducti sunt ad ampliorem lætitiam & consolationem: contra quia secundum prophetiam Zachariæ iam allegatam, quæ secundum sensum naturalem intelligitur de descensu animæ Christi ad inferos, Christus eduxit sanctos siue animas sanctorum de limbo, sic enim scribitur:* Tu *autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu; dare autem vnam consolationem magnam vel paruam de futura liberatione non est eos liberare de vinculis, nec educere de carcere. Ergo propter consolationem ampliorem datam sanctis in limbo existentibus non fuisset impleta dicta prophetia. Relinquitur ergo quod perducti fuerunt ad visionem* Dei.

Primum argum. ex vaticinio Zachariæ petitum.

Vrgetur.

50 *Item Lucæ* XXIII. *legitur, quod Christus existens in cruce dixit latroni iuxta se crucifixo: Mecum eris in paradiso. Istud autem non potest intelligi quoad corpus Christi & latronis, quia corpus Christi fuit in sepulchro & corpus latronis alicubi, & neutrum in paradiso. Oportet ergo quod intelligatur quoad animam, ita quod anima Christi & anima latronis fuerunt eodem die in paradiso: & cum paradisus sit duplex, vnus scilicet corporalis, scilicet cælum empyrium, & alius spiritualis scilicet visio beata, in primo paradiso scilicet cælo empyreo non fuerunt illo die anima Christi & latronis, tum quia anima Christi descendit ad inferos secundum articulum fidei, tum quia anima Christi non ascendit in cælum empyreum vsque ad diem ascensionis, scilicet cum corpore. Relinquitur ergo, quod anima latronis fuit illo die cum anima Christi in paradiso spirituali, qui est visio beata.*

Secundū idque validissimum ex verbis Christi ad latronem.

Item in epistola ad Philippenses I. *cap. dicit Apostolus: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum; & subdit: Quid eligam ignoro. Coarctor autem e duobus: desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter vos. Ex primo verbo, quod dicit: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum; potest argui: Si lucrum erat Apostolo mori, quid erit lucrum nisi illud quod subditur: Desiderium habens dissolui & esse cum Christo? Ergo intentio Apostoli erat, quod si dissolueretur a corpore, quod reciperet pro lucro quod esset tantum cum Christo. Et qualiter? Nunquid secundum visionem humanitatis Christi solum? Certe non, quia anima separata a corpore non habet oculos corporales vt videat corporalia, & in eis delectetur: & si cognitione spirituali solum per fidem cognoscat humanitatem Christi,* His verbis Durandum supponere errorem, nimirum animas separatas non percipere corporalia mentali intuitu, plures doctores arguerunt; qua de re inferius. Pergit ille, *nullum est ei lucrum maius, quam esset viuere, quia etiam dum Christus viueret ante resurrectionem & post conuersabantur cum eo, & ipsum corporaliter videntes & ipsum spiritualiter credentes non habuerunt ex hoc solo magnum lucrum tale, quale expectabat Apostolus a Deo: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum; subiungit enim, quod dissolui & esse cum Christo multo melius est, quam permanere in carne: istud autem non esset melius, si anima Apostoli resoluta a carne non videret Deum visione beata; sed solum crederet in ipsum, quia hoc habebat existens in carne, & vltra hoc augebatur eius meritum quotidie; quod non habet locum post mortem: & sic mori & esse solum illo modo cum Christo non esset melius, immo multo deterius, quam permanere in carne; & esset damnum magis quam lucrum. Et si dicatur quod immo, quia post mortem homo non potest peccare nec amittere gratiam, in qua decessit, sicut potest ante mortem; non valet propter duo. Primum est, quia homo existens in gratia ante mortem non potest amittere gratiam per peccatum nisi velit, quia omne peccatum est voluntarium. Secundo, quia, licet secundum legem communem homo non sit certus quin cadat a gratia; tamen Apostolus fuit de hoc certus per reuelationem, sicut ipse dicit* Rom. VIII. *Certus sum enim quia neque mors, neque vita, &c. Ergo propter certitudinem de non amittendo gratiam post mortem non dicebat Apostolus, quod mori esset sibi lucrum, vel dissolui & esse cum Christo esset multo melius, quam permanere in carne; sed solum propter visionem beatam, quam expectabat, & quam in raptu expertus est in transitu quodam.*

Tertium ex verbis Apostoli.

51 *Item Apostolus loquens de se & de consimilibus perfectis, qui totaliter exeunt perfecti & purgati*

Tartaros religione orationi coniungenda visa sunt.

Oborta cõtrouer. an diuina essentia conspiciatur. *a To.9.p.1. ep. secr. pag.108. Io. Vill. l. 10. c.230. M.S. bibl. Vat. sign. n.3764. in Io. xxII. Ptol. Luc. in hist. eccl. l.24. c.41. & alij.* Libellus in ea quæst. a Ioann. editus.

45 Agitari cœpta est a per hæc tempora apud sedem Apostolicam quæstio, an iustorum animæ a corporibus segregatæ, quibus nulla criminis labes expianda superest, diuinitatem facie ad faciem, vt loquitur Apostolus, ante extremi iudicij diem intueantur. Dissenserant ea de re doctores, neque huiusmodi controuersia adhuc ab ecclesia fuerat definita: quam cum Ioannes dirimi perciperet, in suis ad Cardinales collationibus scripturæ sacræ oracula ac patrum dicta in vtramque partem protulit, iussique sunt Cardinales, præsules, alijque doctores, obiecta anathematis religione, controuersiam diligentissime excutere, & quæ a sanctis patribus pronuntiata reperirent, conferre. Libellum etiam de ea scripsit Pontifex, quem Petro archiepiscopo Rothomagensi transmisit, in quo nil e suo, sed dicta tantummodo scripturę sacræ, vel patrum deprompsit b. Conflata est Ioanni a multis ingens inuidia, ipsum eam quæstionem mouisse, & contrariam catholico dogmati opinionem tueri, tunc demum ac non ante sanctorum animas diuinæ essentiæ aspectu potituras, cum Christus eam feret sententiam: *Venite benedicti patris mei, possidete regnum, &c.* ac plures Pontificis famam lacerabant.

Adducitur Ioann. in inuidiã a maleuolis. *b To.9.p.2. ep. secr. pag. 169.*

Cum vero Parisijs nonnulli doctores eam controuersiam agitarent, in quibus erat supremus Minoritarum præfectus, & in eam inclinarent sententiam, animas ante corporum resumptionem claro diuinitatis intuitu non frui; sparsaque esset calumnia, Pontificem eius opinionis auctorem & signiferum esse, Philippus Francorum Rex eiusdem opinionis sequaces durioribus verbis catholicæ fidei ardore succensus increpuit, mortem etiam vt hæreticis minatus c, ni dicta reuocarent. At Pontifex, vt calumniam a se propulsaret, pluribus literis apud Regem Reginamque Francorum questus est d, rem sibi a maleuolis affictam, nec se quidquam in ea statuisse quæstione, sed dicta patrum tantummodo veritatis indagandæ studio collegisse, quæ ab archiepiscopo Rothomagensi Gallicis verbis reddi, ac Regi exponi iussit e. Philippum vero rogauit f, ne quæstionem vtramque in partem agitari vetaret, quo ex ea disceptatione emicaret rei veritas.

c Io. Vill. sup. c.230 Purgat se contra eorum calũnias. *d To.9.p.2. ep. secr. pag.195. & 196. & p.1. ep. secr. pag.108. e Ead. p.2. pag.196. f Ib. pag. 195.*

Philippo Regi Francorum.

46 Regalem notitiam volumus non latere, quod dudum ad nostrum auditum relatio fide digna perduxit, quod nonnullos magistros in theologia audiueras asserentes quod, fili charissime, tua magnificentia illos induxerat, vt quod animæ sanctæ ante suorum resumptionem corporum videbant clare diuinam essentiam prædicarent; immo plus eorum aliqui seu aliquis asserebant seu asserebat, quod illum seu illos, qui hoc facere renuebant seu renuebat, capitulaueras satis dure. Ab alijs vero audiuimus, quibus fidem prorsus adhibemus, quod præceptum tale seu inductio ab ore regio non processit: sed vt princeps zelator veritatis, quam diligis & in tuo regno prædicari desideras & seruari, aliquibus qui forsan dicebant seu fingebant se propter metum aliquem non audere talia prædicare, dixisti quod metu cuiusquam personæ non sinerent veritatem in præmissis vel alijs prædicare. Hoc profecto dicere decebat, & decet regiam maiestatem. Cum autem hanc quæstionem B. Augustinus interdum in scriptis suis reputauerit valde dubiam, & circa eam variasse dicatur; & nedum ipse, sed & multi doctores alij circa istam materiam varient; propter hoc, vt veritas possit melius aperiri, nos interdum in nostris sermonibus mentionem habuimus, non proferendo verbum de nostro capite, sed dicta scripturæ sacræ & sanctorum, præcipue illorum quorum scripturæ ab ecclesia sunt receptæ; multique tam Cardinales, quam alij coram nobis & alibi in suis sermonibus pro & contra de ista materia sunt locuti: & nedum in sermonibus, immo publice, prælatis ac magistris in theologia præsentibus, est in curia pluries questio huiusmodi, vt sic plenius posset inueniri veritas, disputata.

Ostendit Augustinum & alios varie de ea quæst. sensisse.

47 Et quia, fili dilectissime, forsan tibi dicitur, quod nos non sumus in theologia magister, audi quid vnus sapiens dicat: *Non quis*, inquit, *sed quid dicat intendit*. Vtinam, fili, sicut & alias meminimus nos scripsisse, vellet audire quæ in nostris sermonibus diximus regia celsitudo, & vt superius prædiximus, vnum verbum de capite nostro nos nõ protulisse reperies; sed quæ vel Christus, vel Apostoli, vel sancti patres & doctores ecclesiæ protulerunt. Hæc venerabili fratri nostro Petro Rothomagensi archiepiscopo tradidimus, vt ea si tibi liberet intendere, duceret exponenda: cui & nunc scribimus, vt hæc impleat, si tuæ placuerit maiestati. Profecto, amantissime fili, si quæ circa istam materiam aliqui scripserint & dixerint sciret tua magnificentia, merito miraretur. Interdum quidam hoc scripserunt & dixerunt, quod hæc quæstio erat tua, quod tua prudentia per totum regnum partem illam prædicari tanquam veram faceret, & aliam vt hæreticam reprobari: multisque comminati sunt religiosis & secularibus sub vmbra tui culminis, si partem illam quod animæ separatæ diuinam essentiam non videant, & visionem quam vocat Apostolus facialem, quod de illa procedit quæstio, illos capi facerent per inquisitores hæreticæ prauitatis. Hæc, fili charissime, licet veritate vt supponimus careant, quamquam bene credamus, quod ad hæc facienda & dicenda tuam excellentiam duxerint stimulandam, ad honorem regium nequaquam pertinere noscuntur.

Vt suam non deprompserit sententiam.

Et quia, amantissime fili, scimus quod in his vel alijs, vt elucidetur veritas intendes, rogamus beneuolentiam regiam, vt per fidelem seu fideles nuncios magistris in theologia & baccalarijs Parisijs legentibus & degentibus facias nunciari, quod talibus minis illatis non obstantibus quilibet dicere & disputare & prædicare valeat, quod sibi iuxta doctrinam euangelicam & apostolicam disputandum videbitur & etiam prædicandum, donec aliud ordinatum per sedem fuerit Apostolicam, vel etiam declaratum: sic enim ad veritatem quæstionis prædictæ poterit promptius perueniri. *Dat. xiv. kalend. decembris anno xvIII.* Nulla ex his Ioanni hæreseos nota impingi potest, cum tantummodo quæstionem nondum ab ecclesia decisam expenderet; ac non sua sed sanctorum patrum dicta depromeret. Vt vero orthodoxam sententiam confirmauerit, sequenti anno dicetur.

Iubet indagandæ veritatis causa quæstionem ventilari.

48 Consultus est inter alios Durandus episcopus Meldensis, de quo hæc Iacobus Cardinalis tituli S. Priscæ a: *Cum tempore felicis recordationis domini Ioannis Papæ xxII. dubitatio apud aliquos esset mota, an animæ sanctorum purgatæ a peccatis & pœnis peccatorum ante resurrectio-*

a M.S. bib Vat. sign. n.208.

ctio-

image
not
available

animarum intendas; & nihilominus subditos tuos & alios de partibus ipsis, a veritate ipsius catholicæ fidei & vnitate sanctæ Romanæ ecclesiæ aberrantes, ad abnegationem errorum & schismatum prædictorum, & suscipiendum, cognoscendum, & tenendum veritatem fidei orthodoxæ, & ad vnitatem veram sanctæ Romanæ ecclesiæ, cui dominus noster Iesus Christus caput esse dignoscitur, veraciter redeundum horteris pariter & inducas: ita quod tu, per huiusmodi exhortationis & inductionis studium salutare lucrifaciens animas multas Deo, coronam potiorem gloriæ in excelsis percipere merearis. Nos enim te gratiose prosequi tanquam benedictionis alumnum intendimus, & more patris beneuoli fauorabiliter confouere, vt tu ei, cui seruire regnare est, liberius, familiarius, constantius ipsius beneplacito te coaptes. *Datum Auin. vi. non. iulij anno xvii.*

40 Excitauit præterea encyclicis literis [a] Pontifex omnes Tartaros ad Christi cultum suscipiendum, legemque euangelicam veram adipiscendæ felicis immortalitatis viam esse docuit, vbi primum de summa sacrorum administratione, populorumque totius orbis terrarum fide informandorum cura, sibi a Christo domino demandata, est præfatus.

[a] An. 18. ep. cur. 7. & M.S. arch. Vat. de reb. Tart. et pag. 27.

Ioannes, &c. vniuerso populo Tartarorum viam agnoscere veritatis.

Pontificis ad Tartaros literæ.

Saluator noster summus Pontifex in æternum, Rex Regum, & dominus dominantium, dominus noster Iesus Christus, beato Petro sanctorum Apostolorum principi claues regni cælorum tribuit, eique ligandi atque soluendi contulit potestatem, vt quodcumque per ipsum super terram ligatum & solutum foret, in cælis ligatum existeret & solutum. Hanc siquidem potestatem transfudit in Romanum Pontificem, suosque posteros Romanos Pontifices, eiusdem beati Petri vsque in finem seculi successores, constituens illos in sede ipsius beati Petri successiue sessuros suos vicarios super machinam mundialem. Vnde nos, qui licet immeriti præfato B. Petro succedimus, & in regno mundi vice fungimur cælestis pastoris & domini animarum, exigente officij nostri debito, tenemur & totis desiderijs affectamus, omnem humanam creaturam extra sanctam Romanam ecclesiam existentem, fideique Christianæ insciam & deuiam ab eadem, dominici gregis inducere, ac reducere in ouile vnire & reconciliare penitus ecclesiæ prælibatæ. [Nonnullisque interiectis, quibus ad eosdem populos cælesti doctrina excolendos Nicolaum archiepiscopum Cambaliensem, aliosque viros religiosos diuinis instructos literis transmisisse in eorum terras significat; ad supremum rerum omnium Conditorem adorandum, & Christianam legem amplectendam ipsos subiectis verbis cohortatur.]

Adhortatio ad colendum Christum

41 Vniuersitatem vestram attente requirimus, monemus, rogamus, & hortamur in domino Iesu Christo, quatenus diligenter vestram memoriam excitantes, & reducentes ad illam, quod protoplastus, ex quo genus humanum descendit, extitit diuinæ manus operatione formatus, in paradisi terrestris delicijs collocatus, sibique boni & mali cognitio data fuit, & quod homines estis ad imaginem Dei facti; quodque creatura non possit suo Creatori pro meritis respondere, leuetis ad Deum vestræ intelligentiæ oculos, & consideretis quod ipse vos creauit, & pascit assidue, ac viuitis per eundem, & quod cum vult, omnis carnis figmenta dissoluit: quodque sacræ scripturæ attestatione inducitur, quod omnis spiritus Deum laudet, omniaque animantia, & inanimata Dominum benedicunt; pro ipsius Creatoris reuerentia & honore, & vt sibi reddatis humanæ gratitudinis holocaustum, & contemplatione nostri, qui vos Deo viuo & vero coniungere cupimus & etiam laboramus; eosdem archiepiscopum & fratres recipere curetis, quotiens ad vos peruenerint, reuerenter, humiliter, & lætanter, eorumque prædicationibus & verbis salubribus vestrum attentum patefaciatis auditum: aperiatis solicitum intellectum, & quæ pro vestræ perfectione salutis vobis expresserint, in memoriæ vestræ tabulis tenaciter inscribatis; corda vestra omnimode disponentes ad suscipiendam sacri baptismatis gratiam, legemque Christi, doctrinam euangelicam, & fidem catholicam domini nostri Iesu Christi, quam dicta Romana ecclesia docet, prædicat, atque credit. Et cum fidem ipsam susceperitis, eam firmiter & perpetuo custodite, & cum alijs Christianis efficiamini de cætero fortia membra Christi; vt quibuslibet sathanæ, quibus decipimini erroribus, procul pulsis, ab eius sitis vinculis penitus liberati, & mereamini post vitæ præsentis exilium in æterna Domini tabernacula introire, cum alijs cælestibus ciuibus glorianter & feliciter collocandi. Et quia cæli & terra plena sunt diuina gloria, ipse manum aperit, suaque benedictione animal omne implet, dum in hac luce manebitis, & per dictam fidem Iesu Christi eritis coniuncti, abundabitis in bonis temporalibus per suam gratiam copiosam, &c. *Dat. Auin. kal. octobris anno xviii.*

42 Cæterum ad tollendas omnes difficultates, quæ propagationi euangelij obstare viderentur, tum salutem animarum promouendam Pontifex familiæ Dominicanæ religiosos viros, qui ad gentes orientales proficiscebantur, amplissima instruxit [a] auctoritate, vt ijs, de quibus esset controuersia, an rite baptismum vel sacros ordines suscepissent, expressa conditione, si nimirum initiati ijs sacris non essent, ea sacramenta conferrent.

Instructi amplissima auctoritate præcones euang.

[a] An. 18. ep. cur. 2. & ep. com. 2. M.S. arc Vat. de reb. Tart. &c. pag. 26.

Ioannes &c. dilectis filijs vniuersis fratribus ordinis prædicatorum in terras Saracenorum, paganorum, Græcorum, aliarumque non credentium nationum orientalium & aquilonarium, seu quarumcumque aliarum partium proficiscentibus, & pro Christo peregrinantibus.

Vt vestrum sanctum ministerium felicius auctore Domino prosperetur, & optatum de bono in melius suscipiat incrementum; intendentes quoque animarum prædictorum & aliorum fidelium partium earundem saluti vtiliter prouidere; vobis & singulis vestrum tam in sacerdotij quam diaconatus ordinibus constitutis, vt omnes & singulos partium prædictarum, de quibus dubitatur an fuerint baptizati vel non, baptizare iuxta prouisionem iuris in huiusmodi casu adhibitam valeatis, his verbis præmissis, videlicet: *Si baptizatus es, non te rebaptizo: sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti;* auctoritate apostolica tenore præsentium indulgemus.

In dubio qua forma confetendus baptismus.

Insuper eisdem fidelibus de partibus antedictis taliter ordinatis [scilicet non rite] qui diuina vt præmittitur celebrarunt, quod a vestri ordinis vel alijs episcopis, gratiam & communionem dictæ sedis habentibus & in partibus commo-

Conditæ inter infideles nouæ sedes episcopales. a An. 17. p. 2. ep. com. 32.

qui in Gazaria imperabat: cumque plures infideles in eius regno Prædicatorum & Minoritarum opera ad Christum essent traducti, ac schismatici in ecclesiæ sinum reuocati, Pontifex Vosprum vrbem insignem metropolim constituit [a], sanxitque vt ecclesia S. Michaeli archangelo sacra excitaretur, cui Franciscum e Camerino Dominicanæ familiæ religiosum virum præfecit.

Ioannes, &c. venerabili fratri Francisco de Camerino archiepiscopo Vosprensi.

De Vosprensi diploma pontificium

Nuper ex certis rationabilibus causis locum vocatum Vosprum, situm in terra Gazariæ, quæ in terræ Tartarorum vastitate consistit, populosum, insignem, aptum & accommodum, rerumque temporalium vbertate fæcundum, ad diuini nominis laudem & gloriam, honorem ipsius ecclesiæ militantis, & exaltationem fidei supradictæ de fratrum nostrorum consilio, & apostolicæ plenitudine potestatis in metropolim ereximus, & metropolis vocabulo curauimus insignire; auctoritate apostolica ordinantes, vt in dicta metropoli sub vocabulo Michaelis archangeli fundari & construi deberet ecclesia cathedralis; quodque metropolis ipsa ciuitas Vosprensis & dicta ecclesia metropolitana perpetuis futuris temporibus censerentur, nuncuparentur, & etiam haberentur, prout in nostris literis inde confectis plenius continetur. Verum quia, sicut habet relatio fidedigna nobis ac fratribus nostris exposita, & cum gaudio intellecta, in eadem terra Gazariæ multi schismaticorum & infidelium nationum ipsius terræ prædicatione verbi diuini fratrum Prædicatorum & Minorum ordinum, qui circa conuersionem eorum ad fidem Christi diutino tempore laborarunt fideliter & feruenter, fidem susceperant eandem, & in ea informati sunt & proficiunt per temporum incrementa, & quorumdam supponit deuota credulitas, multorum aliorum ad fidem ipsam processu temporis ibidem conuersio subsequetur; nos plenis desiderijs cupientes pro salute animarum & ampliatione fidei prælibatæ dare operam efficacem, vt tanti boni commodum valeat feliciter prouenire; considerantes quoque ad prosecutionem & promotionem eiusdem boni fore vtilem, quinimmo necessariam personam eruditam in sacra pagina & expertam, in te dicti Prædicatorum ordinis professorem, in sacerdotio constitutum, sufficienter instructum in dicta pagina, prout didicimus, & expertum; qui, sicut habet relatio supradicta, in nostris & eorundem fratrum nostrorum auribus instillata, in dicta terra Gazariæ alijsque adiacentibus partibus vna cum eisdem dictorum Prædicatorum & Minorum ordinum fratribus in conuersione schismaticorum, & aliorum infidelium prædictorum magno interstitio temporis indefesse ac solicite laborasti, & in eorum conuersione huiusmodi profecisti etiam fructuose; quique partes frequentasti præfatas, illorum hominum nosti mores, & qualitates atque conditiones partium earundem, aciem direximus nostræ mentis. Quibus omnibus attenta meditatione pensatis, de persona tua nobis & dictis fratribus nostris, consideratis præmissis, accepta dictæ Vosprensi ecclesiæ de fratrum nostrorum consilio prædictorum auctoritate apostolica prouidimus, teque illi præficimus, &c. *Dat. Auin. kal. augusti anno XVII.*

Francisc' Camers illi ecclesiæ præfectus.

Cersonæ episcopatus institutus.

37 Erecta etiam est alia in Gochia Cersonæ episcopalis sedes ac templum S. Clementis nomini sacrum excitari iussum, cui Richardus Anglus ordinis Prædicatorum episcopus datus. Collegerant autem hi duo euangelici viri ingentem Christo messem in illis oris, ac late euangelium propagarant, pellecto ad fidem orthodoxam Milleno Alanorum principe, qui mox operam ad subditos populos lumine catholicæ fidei collustrandos contulit: de quo præclaro facinore Pontifex illi est gratulatus, ac studia apostolica despondit. [a] Traxit ea Milleni conuersio Versachū Zichorum Regem ad ecclesiæ Romanæ gremium, cui redeunti Pontifex paternos amplexus explicauit, vt subiectæ literæ docent. [b]

Alanorū princeps a schismate conuersus

a An. 17. p. 1. ep. com. 6.

b An. 17. p. 2. ep. com. 1340. & MS. arch. Vat. de reb. Tart. &c. pag. 24.

Ioannes, &c. charissimo in Christo filio Versacht Regi Ziccorum illustri salutem.

38 Tam per literas tuas, quam ex relatione grata dilectorum filiorum Francisci de Camerino & Richardi Anglici ordinis Prædicatorū, de ipsis partibus ad nos & sedem Apostolicam venientium, coram nobis & fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus facta iucunde percepimus, quod ipsis olim in loco de Vospro in præsentia dilecti filij nobilis viri Milleni domini dicti loci euangelizantibus verbum Dei, & errores & schismata, quibus Græci ab vnitate sanctæ Romanæ ecclesiæ, matris ecclesiarum omnium & magistræ, fuerunt hactenus separati, & quorum schismata tu & subditi tui sectabamini & errores, eidem Milleno ac tibi & consiliarijs tuis ostendentibus euidenter; tandem dictus Millenus cum suis primo, & deinde tu cum consiliarijs antedictis illuminati a Deo, apertis mentis oculis, qui erant hactenus varijs tenebrositatibus obcœcati, & veritate agnita fidei orthodoxæ, omnibus Græcorum erroribus coram populi multitudine copiosa renunciastis, & abnegastis eosdem, ac veram fidem catholicam, quam præfata sancta Romana ecclesia tenet, docet, & prædicat, veraciter agnouistis, & redijstis ad eiusdem sanctæ Romanæ ecclesiæ vnitatem: tuque alios partium vicinarum in similium errorum prolapsos deuium, vt errores abnegarent eosdem, ac veram & catholicam fidem agnoscerent, & ad vnitatem redirent eandem, per tuas efficaces literas induxisti. De quibus gratias agimus largitori omnium gratiarum, qui sua misericordia & virtute per ministerium euangelizantium prædictorum te & dictos consiliarios de varijs errorum tenebris in lumen veræ fidei aduocauit, vt in agnitione & obseruatione catholicæ fidei a tantis errorum deuijs liberati, vias vitæ certissimæ ambulando, possitis in adoptione filiorum Dei merito gloriari, hereditatis æternæ præmium accepturi.

Et Zichorum Rex.

Gratulatur id ipsi Pontifex.

39 Et quia personam tuam gerimus in visceribus charitatis Iesu Christi, & speramus quod ipse, qui illuminauit oculos tuæ mentis, dabit tibi, veritatem catholicæ fidei agnoscenti, veram perseuerantiam, & in perfectione crescere charitatis; excellentiam tuam monemus & hortamur in domino Iesu Christo, eam per ipsius pretiosi aspersionem sanguinis obsecrantes, quatenus illuminatus per veram fidem, & vnitatem eiusdem ecclesiæ in via mandatorum Domini sicut lucis filius ambules; ac illuminationibus huiusmodi te dignum per effectum operis exhibens, cum omni timore Domini in agnitione veræ fidei eiusque obseruatione ac errorum prædictorum abnegatione perpetua, constanti, & immutabili proposito perseueres; dictorumque Francisci & Richardi aliorumque fratrum eiusdem ordinis, ad partes ipsas proficiscentium, salubribus monitis in ijs, quæ corroborationem catholicæ fidei, ac tuæ & subditorum tuorum salutem sapiant ani-

Ad constantiam in susceptа fide eum excitat.

33 Ecce igitur nos, qui tuā & totius regni tui salutem perpetuam sincera in Domino dilectione zelamus, eiusq; fructum salutiferum & perennem tibi & ipsi regno cupimus prouenire, vt hæc feliciter & efficaciter valeāt per misericordiam summi Patris succedere, venerabilem fratrem nostrum Nicolaum archiepiscopū Cambaliensem ordinis fratrum Minorum professorem, virum quidem in deuotione ac fide catholica feruidum, eminenter in sacra scriptura peritum, & expertum in opere ac sermone, virtutum comitiua stipatum, fama præclarum, a nobis ex multis bonis & idoneis religiosis electum, & ad Cambaliensem archiepiscopatum de fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio promotum, præsentium exhibitorem, cum decenti & sufficienti, honesta, & virtuosa comitiua fratrum dicti ordinis ad ecclesiam suam Cambaliensem, tuamque præsentiam, ac partes & loca & terras tui dominij prouidimus salubriter destinandum: vt ipse ac dicti fratres collaterales eidem more sanctorum Apostolorum (qui dispartiti ore dominico, & Spiritus sancti gratia illustrati, serendo verbum dominicum, cuncta mundi climata, prout eis adscripta fuerant peragrarunt) coniunctim & separatim, prout eidem archiepiscopo & fratribus visum fuerit salubrius expedire, regnum & terram prædicta, aliasque regiones adiacentes circumeant & frequentent, ac iuxta datam eis a Domino prudentiam verbum Dei euangelizare studeant cum diligentia operosa, medela prædicationis salutiferæ linientes illorum oculos, qui adhuc gloriam Domini non viderunt, eosque ad dictam fidem perfectam & lucidam, Christi, sanctorum, & sanctatum miraculis certissimis comprobatam, dulciter conuertentes; & tam ipsos quam alios ad fidem ipsam iam feliciter conuersos, & neophytos in eadem pascentes eruditionis salutiferæ nutrimento, etiam in fide prædicta cum infusione cælestis miserationis & gratiæ roborando.

Fidei Christian. elogium.

34 Hæc est enim fides recta, meritoria, & salubris, quam cælicus agricola seminauit & irrigauit, ad fructus copiosos perduxit, diffudit, & diuulgauit vsque ad terminos orbis terræ mundialis, & quam dicta Romana ecclesia mater cunctorum Christifidelium & magistra docet, prædicat, atque credit; extra quam non est penitus vlla salus: per istam innocens anima Christiana, quam fore pretiosiorem corruptibili corpore perpetuam ambiguum non existit, inter agmina collocatur ciuium cælicorum. Cum ergo sit thesaurus incomparabilis præmium beatorum, felix qui per temporalia sic pertransit, quod æternæ felicitatis brauium assequatur: hoc siquidem brauium per susceptionem & obseruationem dictæ fidei, bonorumque operum executionem acquiritur. Et quamuis per ipsius fidei callem recte incedere difficile videatur, mentalis tamen oculus, fide ipsa catholica media, dum eam credit, intellectualiter intuetur diuinam omnipotentiam & gloriam supernorum, sicut luce videt materiali carneus oculus mediante.

Porrectæ Tartaro preces.

Magnitudinem itaque tuam attente rogamus & hortamur in domino Iesu Christo, quatenus pro eius reuerentia & honore, qui te produxit ad esse, conseruat in esse, tibique imperanti super tam gloriosum, quamquam transitorium & pompale fastigium subiecit tantam & tam diffusam multitudinem populorum; prælibatos archiepiscopum & fratres, cum ad regnum & terram tuam iam dicta tuumque conspectum peruenerint, vultu sereno recipias, & a tuis subditis recipi iubeas, sincero & mansueto affectu pertractes & facias pertractari; habeasque tam illos quam eandem ecclesiam Cambaliensem, cunctosque Christianos in regno & terra prædictis manentes, necnon conuersos &, Deo propitio, conuertendos ad fidem eandem infra tuum dominium constitutos, cum pię humilitatis dulcedine affluente fauorabili et commendatos; eis in ijs, quæ circa suscipiendam per te, Deo viuo & vero inspirante, sacri baptismatis gratiam, legemque Christi, & alia tuæ salutis commoda duxerint exprimenda, prædicanda, & consulenda, benignum auditum aperiens, & attentum exhibens intellectum: illaque recipiens tanquam donum diuinitus missum tenaciter in tabulis memoriæ tuæ scribas, credas firmiter, operose, fideliter, & perpetuo exequaris, sisque alijs tuis subditis salutis exemplar, vt vna tecum tuique adinstar ad Dominum conuertantur, dictamque legem Christi suscipiant & obseruent, tecumque glorientur nomine Christiano, & salui fiant, nec pereant in æternum. Itaque misericordiarum Dominus, atque pater tui abundanter misereri dignetur, conferatque tibi iugiter in huius vitæ stadio plenitudinem pacis & gaudij, & post tui dissolutionem carneam ad æternæ iucunditatis ferias te perducat, & gloriantem collocet in excelsis. Nos nēpe, ac eadem Rom. ecclesia tibi copiam benedictionis vberrimæ pollicemur omni tempore prouenturam, & deuotis affectibus exorabimus miserantem clementiam summi patris, vt nunquam in te deficiat fides sua, quam in tuis præcordijs duxerit inferendam; sed pro bonis, quæ feceris, centuplum de polorum altitudine in terris percipias, & supernis. *Dat. Auin. kal. octobris anno XVIII.* [a]

35 Pellicere alios etiam Tartarorum Reges [a] ad Christi cultum enisus est Pontifex, maximeque Sochum e Chigista Regem Corum, quos nulla ratione facilius solium firmaturos monuit, quam si religionem Christianam in suis regnis tuerentur: tum ad cæleste consectandum imperium, ac fouendos euangelij præcones sollicitauit. Inscriptæ vero sunt Regi Corum pontificię literæ in regesto, subiectaque verborum forma conceptæ. [b]

Solicitat Rex Corū vt Christianos fo u c.

[a] lib. ep. cur 6.

*Magnifico viro Secede Chigista Regi Corum *, Deum diligere & timere.*

Deo viuo & vero, Regi Regum, & dominantium Domino gratum præstas obsequium, cum Christianos siue antiquos siue nouellos, in fide Christi commorantes in regno tuo, benigna humanitate prosequeris, & fauoris mansuetudine tractas illos; quod quidem lætanter audiuimus te fecisse. Vnde cum hoc nomini tuo bonam famam adijciat & honorem, tu leuans tuæ mentis oculos ad diuinæ omnipotentiam maiestatis, circa id benigne continues inposterum, quod hucusque laudabiliter effecisti: nam ab hoc in gloria firmabitur tuum solium dicti regni, & si credideris in dominum nostrum Iesum Christum, & fueris baptizatus, legemque Christianam, sine qua nullus saluatur, susceperis & impleueris, saluus eris]. Interiectisque nonnullis, quibus ex apostolico munere se præcones euangelicos in eorum regna ad imbuendos Christiana fide populos submisisse significat, hortatur eum, vt Nicolaum archiepiscopum Cambaliensem regijs studijs complectatur. *Dat. Auinione kal. octobris anno XVIII.*

[b] An. 18 ep. cur. & M. S. de tab. Tart. pag. 27. * al. Acetā

36 Solicitatus est simillimis literis ad fidem amplectendam fouendamque Vsbech Tartarus [c], qui

[c] lib. pag. 28 & an. 18 ep. cur 8

sperdat : sed potius te sibi reconciliatum ad æterna gaudia introducat, quod tibi clementer concedat, qui sine fine viuit & regnat. Amen.

Et ecce dilecto filio Geraldo de Bisturre decano Andegauensi capellano nostro, quem ad partes illas dirigimus, per alias nostras patentes literas committimus, vt ad vos in amoris & charitatis vniendos vinculo operosum studium interponat: cuius exhortationibus acquiescas salutaribus velut nostris. Et si forsan aliquid difficile se offerret, quod e vestigio expediri non posset, non differas propterea dictam Maguntinam ecclesiam eidem archiepiscopo expedire; sciturus pro certo, quod nos quæcumque rationabiliter petieris, tibi faciemus per dictum archiepiscopum expediri. Insuper iniunximus decano prædicto, vt ab eodem archiepiscopo iuratoriam & aliam recipiat cautionem, quod super prædictis nostris parebit omnino beneplacitis & mandatis. *Dat. II. kal. maij anno XVII.* Alijs vero literis apostolicis excitatus archiepiscopus Coloniensis a, vt Treuirensem ad pacem cum Moguntino ineundam adduceret, ac Moguntinus ipse b vt nuntij apostolici adhortationibus studijsque obsecundaret. Coalhisse demum feliciter illos inter optatam concordiam, refert ex Trithemio c Serarius d; ac Balduinum archiepiscopum Treuirensem iuribus, quæ se in Moguntino archiepiscopatu habere contendebat, coram nuntijs e apostolicis cessisse, de quibus suo loco.

a Ead. pag. 125.
b Ead. pag.
Conciliata Pontificio studio pax.
c Trit. in chr. Hirs. sub ann. 1328.
d Serar. l. 5 Mogunt. in Henr. III.

30 In Polonia obijt hoc anno Vvladislaus Loktekus senio, bellicisque laboribus aduersus cruciferos impensis attritus, quem Poloniæ intermissam regiam dignitatem contra Ioannẽ Regem Boemiæ, qui etiam Poloniæ Regem se dixerat, restituisse vidimus: eiq; subrogatus est communibus Polonorum votis Casimirus filius f, qui in extremo bello magna virtutis militaris exempla explicuerat; atque a Ianislao archiepiscopo Gnesnensi, sacris operantibus pluribus alijs episcopis, regia inunctione delibutus & corona redimitus, vt refert Michouias g: *Anno*, inquit, *Domini* MCCCXXXIII. *in festo S. Marci, quod in diem dominicum cadebat, dux Cazimirus in Regem, Anna vero consors ipsius in Reginam Poloniæ in ecclesia cathedrali Cracouiensi per Ianislaum archiepiscopum Gnesnensem, assistentibus ei Ioanne Cracouiensi, Ioanne Posnaniensi, Mathia Vvladislauensi, Stephano Lubucensi episcopis, & baronum ac nobilium Poloniæ magna copia, inuncti & coronati sunt.* Consentit Cromerus Michouiæ, & vterque addit, Reginam Hedvvigem viduam matrem Cazimiri aliquandiu repugnasse, ne Anna nurus corona vna cum viro cingeretur, eo nisam argumento vnum regnum duas Reginas non pati; demum filij precibus victam assensisse: calcasse mox regium fastum melioris regni spe, vtque liberius cœlestibus rebus vacare posset, veterem Sandaciam se recepisse, atque in cœnobio sacrarum Deo virginum præscripta a S. Francisco religiosæ vitæ formula solemni voto se astrinxisse, ac reliquam ætatem ieiunijs & orationibus sanctissime exegisse.

Vvladislai Regis Polon. mors.
e To. 9. p. 1. ep. secr. pag. 126.
f Crom. l. 12. & alij.
g Michou. super cap.
Succedit in regno Casimir.
Hedvviges Regina religiosæ vitæ se addicit.

31 Efflorescebat h his temporibus in Tartarorum imperio religio Christiana ad maximum decus, pluresque populi diuina luce collustrati Christiana sacra amplexi sunt, vt pontificiæ ad Leonem Armeniæ Regem docent literæ i: *Habet*, inquit Ioannes, *fidedigna relatio veritatis suffulta suffragijs, notumque tuæ celsitudini esse potest, quod in terra Tartarorum iamdudum per diuinæ miserationis gratiam & ministerium prædicationis verbi Domini, quod nonnulli fratres ordinis Minorum in terra prædicta exercuerunt & non desinunt exercere, multitudo indigenarum ad veram eiusdem fidei lucem de suorum errorum tenebris est conuersa, & multi alij, qui ab ipsius fidei rectitudine declinabant, ad eiusdem ecclesiæ gremium sunt reuersi; & sicut deuote creditur & verisimiliter speratur in Domino, terræ præfatæ hominum necdum conuersorum diffusioris multitudinis conuersio, Deo largiente, succedit.* De his secundis fidei progressibus libellum Pontifex ad Regem Francorum transmisit a, vt ipsum ad restituendum Syriæ Christi cultum magis accenderet. Illatum fuerat euangelium in remotissimas illas oras a Ioanne e monte Coruino primo Cambaliensi archiepiscopo, quem primum a Nicolao IV. b ad Argonem Regem Tartarorum missum, deinde a Clemente V. c creatum Tartarici imperij archiepiscopum triginta Saracenorum millia ad fidem conuertisse testatur Odoricus Foroiuliensis d, qui eas tunc regiones perlustrauit: ex quo quanta ethnicorum aliorum multitudo Christianis sacris initiata sit colligi potest. Cum vero Ioannem archiepiscopum, laborum præmia in cælo quæsiturum, ex hac vita abijsse ad sedem Apostolicam perlatum esset, consulturus orienti Ioannes Papa Nicolaum Minoritam virum virtutibus insignem creauit archiepiscopum Cambaliensem, & cum amplo virorum religiosorum comitatu, quos ad fundendum pro Christo sanguinem ac subeundos alacriter omnes labores diuinus amor inflammarat, in Tartariam misit: cumque per Armeniam iter habiturus esset, Leonem Armeniæ Regem, ac Iacobum Armenorum catholicon enixe rogauit e, vt perhumaniter ipsum ac socios acciperent; & impense magno Cham siue Imperatori Tartarorum commendauit, egitque gratias ipsum imperialem hactenus beneuolentiã in præcones euangelij, Christianosque neophytos explicuisse: hortatus est, vt baptismalia sacra susciperet; denique proposuit amplissima præmia, quæ in cælo fidelibus a diuina liberalitate essent reseruata. Exemplum apostolicarum literarum infra scriptum est. f

Fides in Tartaria amplificata.
h To. 9. p. 1 ep. secr. pag. 111.
i An. 18 p. 1. ep. com. 304.
a To. 9. p. 1 ep. secr. pag. 111.
b Annal. to. XIV. anno Chr. 1289 n. 60.
c To. XV. ann. 1305 n. 19.
d Vuadin annal. to. 3 hoc ann. n. 8.
Ioannis e monte Coruino Tartaror. apostoli mors.
Nicolaus Minorit. Cambaliensi eccles. præficitur
e An. 18. p. 1. ep. com. 304.
Commendatur Regi Tartarorum.

Magnifico Viro magno Cani Regi Tartarorum Deum diligere, ac timere.

32 Accedit ad tuæ magnitudinis laudem, gloriam, & honorem, quod sicut famæ præconium & fidẽ dignorum relationis affectus ad apostolatus nostri audientiam perduxerunt, tu iactans tuum in Domino cogitatum, & promereri cupiens apud eum, Christianis in regno, & terra tui dominij commorantibus, & alijs indigenis ad fidem orthodoxam conuersis, & in ea neophytis mansuetudinem fauoris impendis, & benignitate fauorabili tractas illos. Ad nos quoque, qui licet immeriti, domini nostri Iesu Christi vicariatus officium in orbe terrarum gerimus, habes & ostendis admodum affectum reuerentiæ filialis, ex quibus nomini & statui tuis titulus amplæ & dignæ commendationis attribuitur, tuque tibi proinde Creatoris cæli & terræ gratiam vendicabis, per quam in præsentis vitæ cursu dominij altitudo suscipiet firmitatem; & postquam carne solutus fueris, sicut naturaliter soluitur omnis caro, apud maiestatem Regis Regum æternam, qui potens est saluare rationalium & mortalium animas vniuersas, si credideris in eum & baptizatus fueris, legemque susceperis Christianam, requiem impetrabis sempiternam.

f An. 18. p. 1. ep. cur. 4 ext. etiam in M. s. arc. Vat. de reb. Tart. Arm. & al. insul. et sch. pag. 26
Pontificiæ ad Regẽ Tartaror. lit.
Prouocatur Tart. Imp. ad fidem amplectendã.

Ecce

tus per eundem Regem seu ex parte sua, si requisitionem huiusmodi in vita sua, seu per eundem primogenitum, vel ex parte ipsius, si eam post dicti Regis obitum fieri contigerit, idemque archiepiscopus, qui est, vel qui pro tempore foret, in loco existeret, vbi commode fieri non posset, ac remaneret vel differret loco & tempore ad hoc ordinandis ad coronationem prædictam procedere, vt tenetur, vel si forsitan alium de facto indebite coronaret; ex tunc, & etiam in casu vacationis eiusdem ecclesiæ Strigoniensis, vel infirmitatis, seu notabilis absentiæ archiepiscopi antedicti liceret Regi vel primogenito præfatis ad vos, quos regia sublimitas & ipsius primogeniti nobilitas esse credunt suos & domus suæ ad eiusdem regni prosperi & pacifici status feruidos zelatores, & quemlibet vestrum, de quo Rex, vel primogenitus iam dicti tunc temporis maluerint, recursum habere pro eadem coronatione dicto primogenito impendenda. Nos igitur ad supplicationem prædicti Regis vos, vestrumque singulos ad prosequendum & exequendum prædictæ coronationis negotium iuxta subscriptam moderationis seriem auctoritate Apostolica deputantes, fraternitati vestræ per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus quicumque vestrum, qui per Regem vel primogenitum antedictos, seu pro Regis vel primogeniti eorundem parte fuerit requisitus, ex tunc in prænominatis casibus & quolibet eorum auctoritate prædicta huiusmodi coronationis solemnia impendat primogenito memorato. Volumus autem, quod per huiusmodi dictæ coronationis impensionem eidem primogenito faciendam archiepiscopo, qui est & pro tempore fuerit ac ecclesiæ Strigoniensis iam dictis nullum in posterum, prout superius est expressum, preiudicium generetur, &c. *Dat. Auin. 11. kal. aug. anno XVII.*

Suffecti præsules pro corona imponenda, si Strigoniensis impeditus fuerit

28 Misit Ludouicus Bauarus ineunte hoc anno vel superiori exeunte, quo rem consignat Rebdorfius a, oratores suos, qui Ioannem Christi vicarium agnoscerent, deposcerentque ab eo in gratiam ecclesiæ restitui: solicitatum enim ipsum a Philippo Francorum Rege, vt in sinum ecclesiæ rediret, antea vidimus. Perfunctos ea legatione duos comites de Hals & Oetingen, refert memoratus auctor, ducesque Austriæ Othonem & Albertum intercessisse pro Ludouico apud Pontificem, sed parum ipsos proficere potuisse: repulsæ vero obiectas rationes Rebdorfius non aperit, quas nos ex pontificijs literis mox adducemus. Non instructi erant a Ludouico necessaria ad illius reconciliationem perficiendam auctoritate oratores: nec se Ludouicus ad rite expianda, quæ a se patrata erant, submittebat; immo vt ex eius literis b conspicuum est, verbisque obscuris innuit Pontifex, dum rationi minime consentanea ait flagitasse, in imperiali fastigio confirmari postulabat: quam dignitatem cur ipsi denegaret, in literis c ad Ioannem Regem Boemiæ explicuit, ac facile colliget, qui Ludouici contra rem catholicam ac Pontificum maiestatem gestorum meminerit. Vt vero erga Ludouici oratores se gesserit Pontifex, non inhumaniter, vt temere quidam effutiunt, sed paterne, ex eius literis ad Francorum Regem datis patebit.

Ludouici Bauari ad Ioannem legatio. d Rebdorf. in chron. ann. 1332.

Idoneis mandatis non instructa repellitur. a Ext. apud Heruuart. sub an. 1331. b Ext. an. 1330. n. 19 & seq.

Regi Franciæ.

Vt quæ nobiscum egerunt Bauari nuncij celsitudo regia non ignoret, ecce quod quia mandatum sufficiens non habebant, oblataque per ipsos erant insufficientia ad ea, quæ idem commiserat Bauarus comperta, & quæ petebant per nos sibi fieri erant omnino obuia rationi, tractatum cum eis habere renuimus; hoc eis benignius offerentes, quod si ipsi nobis sufficiens mandatum pro parte sua exhiberent, offerrentque nobis conuenientia, & peterent talia, quæ sine Dei offensa & iniuria proximi sint concessibilia, nos sic pie sicque clementer erga eundem Bauarum nos habere intendimus, quod se merito poterit commendare: quo responso recepto ad propria remearunt. *Dat. 11. kal. martij anno XVII.*

Pontificię de illa lit.

Emollitus salutari pœnitentiæ Christianæ spiritu paulo post Ludouicus a ex Christi oraculo, primo quærere regnum Dei in animum induxit, seque ad regios & imperiales apices deferendos ecclesiæ gratiæ promerendæ causa paratum exhibere; quæ Francorum & Boemorum Regum oratores Pontifici retulere b; famamque increbuisse narrat Rebdorfius c, ad Henricum inferioris Bauariæ ducem imperium deuolutum iri. Sed vt ab eo consilio fuerit reuocatus, sequenti anno dicetur.

Præfefert Ludou. se imperio cessurum. a To. 9. p. 2. ep. secr. pag. 224. b Ibid. c Rebdorf. in chron. hoc ann.

29 Interea cum nondum sopita esset inter Balduinum Treuirensem & Henricum Moguntinum archiepiscopos de principatu Moguntino controuersia, quæ plura hactenus grauiora mala in eam prouinciam inuexerat, Pontifex apostolicum nuntium Geraldum e Bisturre decanum Andegauensem capellanum pontificium in Germaniam misit d. Mouebat iniuste hoc bellum Balduinus e, qui ambitione ductus Henricum a Pontifice Moguntinæ præfectum ecclesiæ exagitabat, ac scelus ea excusatione colorabat, se a canonicis Moguntinis electum fuisse: cum tamen tempore constituto ex legibus canonicis parta iura non promouisset, sedique Apostolicæ præficiendi illi ecclesiæ pastoris cura esset reseruata, Balduinum itaque Ioannes grauissimis sententijs, ab inferendis Henrico vel eius clientibus iniurijs se continere iussit: nil iuuare, hominem totius orbis imperium animæ damno consequi: mulcendas potius diuinas iras, suasque rationes ita constituendas, vt apud diuini Numinis tribunal securus consisteret; neque adeo terrenorum amore se irretiri pateretur, vt ad cœlestia non aspiraret.

Nuntij missi pro restituenda Moguntinæ eccl. pace. d To. 9. p. 2. ep. secr. pag. 128. Balduin. Treuer. belli auctor. e Ib. pag. 135. Ab eo sibi temperare iussus.

Ioannes, &c. Balduuino archiepiscopo Treuirensi.

Sane, sicut tua nouit fraternitas, dudum vacante Maguntina ecclesia dispositioni apostolicæ reseruata, eidem ecclesiæ de venerabili fratre nostro Henrico archiepiscopo Maguntino duximus prouidendum, cui nescimus quorum seductus consilijs sub colore, quod nonnulli canonici te in administratorem eiusdem ecclesiæ ordinauerant, te opponens, ipsam in sua administratione multipliciter impedis, sibique adhærentes grauare modis varijs non omittis; ex quibus vtique fama tua multipliciter læditur, ac de ambitione damnabili ab amicis & æmulis iudicaris. Quare fraternitatem tuam hortamur in Domino & rogamus, quatenus illud verbum dominicum: *Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?* considerantes attendens, nec non & illud: *Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus sit venturus*; considerans diligenter, a tantis te periculis festines eripere, ne subito eius ira in te deseuiens animam a corpore separet, teque in tempore vindictæ disper-

Intentate ipsi exitiales iræ.

ex quibus dicuntur hinc inde secuta vulnera, mutilationes, & strages. Constat quoq; contra constitutionem nostram, per quam est, ne in terra prædicta patrimonij alicui ius sibi dicere liceat, interdictum sub pœnis grauibus, attentata præmissa. Nos insuper non leuiter offendisti, quod in terra patrimonij B. Petri præmissa tentaueris, a quibus debebas alios coercere. Attende insuper si talia ad Cardinalis Apostolicæ sedis legati officium in terra ecclesiæ, in qua nulla sibi temporalis iurisdictio est commissa, valeant pertinere. Et si dicas, te non fecisse præmissa, sed ea nepos tuus frater mortui perpetrauit; certe talis excusatio non est sufficiens reputanda, cum nec præmissa sibi liceant, nec posset ea sine tuo subsidio, consilio, & auxilio adimplere &c.] Addita imperia vt cœptis absisteret, seq; conferret in Etruriam ad legati munus exercendum. *Dat. XIII. kal. septembris anno XVII.*

Iubetur cœptis ab sistere.

26 Haud ita feliciter Pontifex Insubriæ bella extinguere potuit. Pepigerat a ob id anno superiori cum Ioanne Rege Boemiæ, dum ad sedem Apostolicam accessit, arcanum fœdus; Gallicisque, duce comite Armaniaco, succinctus copijs Boemus ad sumendam de Azone Mediolanensi Vicecomite & Alberto ac Mastino Scaligeris, qui nonnullas fidei & clientelæ regiæ addictas vrbes ipsi eripuerant, vltionem inhiabat; cum Pontifex vt attritam continuis bellis Insubriam leuaret, apostolicos nuntios Bernardum de Apiano sacristam Magalonensem. & Petrum Marini canonicum Xantonensem misit b, vt illum cum Azone & Scaligeris conciliarent, literisque apostolicis Ioannem, Azonem, Mastinum, Albertumque, ad amplectenda pacis consilia paterno zelo est adhortatus c. Cum vero Ioannes Rex Pontificem arbitrum cõtrouersiæ, quæ ipsi cum Azone intercedebat, excepto Bergomo, delegisset, Azonem monuit Pontifex d, vt oratores ad rem æquitate dirimendam ad sedem Apostol. legaret. Flecti ad pacis consilia Azo non potuit, ac Ticino superiore anno potitus arcem ab auo extructam expugnauit e, cumque Ioannes Roberti Regis factionem, ex qua tot antea bella accẽsa vidimus, sustentare desijsset, fœdusque cũ Boemo Rege pacisceretur, Robertus ob vetera odia in Henricum vna cum socijs Guelfis aduersus Pontificem coniurauit, etsi honestius erat vt ecclesiæ gratia simultates poneret, quam ecclesiæ sibi addictissimum, quamquam Roberti inimicum, a se abalienaret.

Pontificia pro Italia pacanda studia. a To. 9. p. 1. ep. secr. pag. 107. & 109. Io. Boemiæ Regis expeditio. Azo Mediol. ad pacis consilia solicitatus. b Ib. pag. 22. c Ead. pag. d Ead. pag. Respuunt pacem cũ Boemo fœderati Itali. e Io. Vill. 10. c. 221.

Ex ea coitione in legatum pontificium & Boemum Regem accepta f ad Ferrariam grauissima clades; nec modo amissæ recuperandæ Ferrariæ spes, verum collapsæ sunt res ecclesiæ: Franciscus Ordelaffus Forumliuium, Ariminum Malatesta ad defectionem traxere g, sæuitumque est in pontificios administros. Cæsena h similiter, iugum excussit, illiusque arx sequenti anno ineunte ad deditionem compulsa. Porro Boemus re male gesta vna cum filio Germaniam repetijt, cum Lucam oppignerasset, Parmæ Rubeos, Pios Mutinæ præfecisset. Restitutus vero est Lucæ i, Parmæ l, ac nonnullis alijs vrbibus, vt Saonæ m & Tuderto n, quæ iamdiu luxerant sub interdicto ecclesiastico, sacrorum vsus ad constitutum aliquod tẽpus, vt eo excurrente, Christiana demissione expiato crimine gratiã ecclesiæ recuperarent.

f Ib. c. 219 g Ib. c. 216 h Ib. c. 228 i To. 9. p. 2. ep. secr. pag. 258. l Ib. ep. 270. m Ib. pag. 264. 267. 269. n Ib. pag. 244. Restitut' nonnullis vrbibus sacrorum vsus. Ob aquarum eluuionem Florentia in discrimen adducta. o Io. Vill. 11. c. 1. & 2.

Cæterum intentatæ sunt hoc anno o mense nouembri cœlestes iræ in Florentinos adeo, vt horrenda aquarũ eluuione vrbs illa infelix mersa esset, nisi Deus clementia vindictam temperasset; vir enim pius Vallisumbrosanus eremita a ingentem quasi equestrium copiarum multitudinem tempore nocturno infremere inaudijt, apertaque cellæ fenestra, turmam dæmonum velut ad pugnam instructam vidit incedere: collectoque spiritu & appellato sanctissimo Dei nomine, eos adiurauit, vt ederent quid huiusmodi ostentum significaret; responsumque, ipsos procurrere ad mergendam aquis Florentiam, si Deus id sineret, ob ingentia ciuium crimina. Et quidem ea pars vrbis, in qua populus intemperanter eodem anno lasciuierat, est maxime deformata b.

a Ib. c. 1. Ostẽsum pio monacho de eremo visum ...

b Id. l. 10. c. 220. & l. 11. c. 1.

27 Tentauit Robertus eodẽ anno Trinacriam, ac Panormi arcem imminentem mari proditione cepit: sed antequam illam milite & commeatu posset, vt par erat instruere, Frederici Regis Trinacriæ diligentia recuperata, Robertique Regis triremes repulsæ. Is porro excepit c venientem hoc anno, exeunte iulio, in Siciliam Carolum Vngariæ Regem, atque inter Andream illius filium pronepotem suum & Ioannam neptẽ sponsalia celebrauit: solutæque sunt a Pontifice leges de gradibus consanguinitatis, vt controuersia de regni successione conciliaretur (Carolus enim Vngariæ Rex ex Caroli II. Siciliæ Regis maiore natu filio Carolo duce Calabriæ regnique herede satus erat) demumque regnum ad Vngari posteros deuolueretur: sed vt fallaces sunt humanarum rerum exitus, ignorabat Vngarus tantis hisce curis laqueum filio quæri. Alteri vero primogenito Ludouico Vngariæ sceptrum reseruabat vtque pericula dissensionum anteuerteret, a Pontifice precibus contendit, vt si filius a Strigoniensi archiepiscopo redimiri diademate non posset, alium præsulem designaret. Cuius votis assensit e Ioannes datis ad Colocensem archiepiscopum subiectis literis.

Tentatũ a Roberto Reg. Panormum. Vngari Regis in Siciliam aduẽtus. c Io. Vill. 10. c. 226. Andreas Ioannæ desponsus

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Colocensi, Varadiensi ac Zagabriensi episcopis salutem.

e. An. 17. epistol. com. p. 1. lit. dimiss. formata 181. 182.

Ex tenore petitionis charissimi in Christo filij nostri Caroli Regis Vngariæ illustris in nostram notitiam introductæ percepimus, quod dilectus filius nobilis vir Ludouicus primogenitus suus, dum ipse Rex egerit in humanis vel post suum de hac luce transitum, in Regem Vngariæ coronandus existat, ad obuiandum scandalis & periculis, quæ circa dicti primogeniti coronationem in Regem ipsius Vngariæ, vt prædicitur, coronandi multipliciter prouenire valerent, & maxime si per venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Strigoniensem, cum ad archiepiscopatum Strigoniensem, qui est pro tempore, pertineat Reges Vngariæ coronare, alter non coronandus forsan coronaretur, & impediretur legitime coronandus, seu casu aliquæ vacationis ecclesiæ Strigoniensis, vel absentiæ, seu infirmitatis archiepiscopi antedicti coronationem præfati primogeniti in huiusmodi suo regno Vngariæ sibi legitime successuri oporteret periculose differri; præfatus Rex nobis humiliter supplicauit, vt prouidere super præmissis de Apostolicæ sedis circumspecta clementia dignaremur. Nos itaque tam Regis & primogeniti, quam domus & regni prædictorum salutem, prosperitatem, & pacem zelantes in Domino, & paternis affectibus cupientes; votis quoque dicti Regis super ijs fauorabiliter concurrentes, eidem Regi auctoritate literarum nostrarum ea vice duximus cõcedendum, quod si dictus archiepiscopus, qui nunc est, seu qui pro tempore foret, tempore coronationis huiusmodi de dicto primogenito faciendæ requisitus

Ludouico Vngarici sceptrum reseruatũ.

Caroli pa. rentis curæ ad pericula ante uertenda.

bello implicari cœpit, quo demum expeditio Asiatica, quam vouerat, disturbata: ac nata illa crudelissima inter Anglos & Gallos, vt refert Ioannes Villanus a odia, quæ tantum sanguinis fuderunt: Dauide enim & Baliolo, qui superiori anno parta elatus victoria ad Sconam regnum inuaserat b, de sceptro Scotico certantibus, Eduardus Baliolum beneficio eius Scotiam acceptam se relaturũ pollicentem, tuendum suscepit; quem Pontifex ab inferendo bello propositis ingentibus, quæ inde emergerent, redundarentque in rei catholicæ exitium calamitatibus, abducere subiectis verbis est conatus c: *Regalem rogamus excellentiam, & in Domino attentius exhortamur, quatenus strages corporum, lapsus rerum, & animarum amplius plangenda pericula, innumeraque alia dispendiosa discrimina, quæ non sine diuina offensa dissensiones & guerræ præteritæ produxerunt, ac periculosiora, quæ secum si suscitarentur vlterius traherent, adducens in regiæ considerationis examine; & attendens nihilominus diligenter innumera ex eadem pace, si obseruetur, vt decet & expedit, tibi & eidem Regi, ac vtriusque subditis fidelibusque alijs, & maxime transmarino passagio: quod ad Dei laudem, exaltationem fidei, & animarum salutem procuratur his temporibus, prouentura; & insuper quanta, si pax sic facta solemniter, ac tantis & talibus affinitatis & parentelæ vinculis stabilita per te fili charissime violaretur, quod absit, tribueretur materia hominibus obloquendi; ad obseruationem pacis eiusdem inuiolabilem suum celsitudo regia studeat animum inclinare, non permittendo aliquid attentari in contrarium, & attentata pro parte regia vel subditorum eiusdem faciendo nihilominus reuocari: præsertim cum præfatus Rex Scotiæ paratus sit, vt intelleximus, facere illud idem. Dat. XVI. kal. aprilis anno XVII.* Nec minus operæ posuit d, vt ad colendam cum Anglo pacem Dauidem perpelleret, cui etiam obiecit e, ipsum bello causam præbuisse, cum promissa a parente Roberto Brusio non perfecisset, quæ vt abiecta omni mora in opus perduceret, est adhortatus. Dum hæc ad conciliandos Reges Auinione scribebat Pontifex, Reges validis succincti exercitibus (Dauid enim ad soluendam Vvaruici obsidionem aduolarat) infestis animis concurrere. Inclinauit ad Anglos victoria, & Vvaruicum Angliæ restitutum: moxq; decreti a Põtifice Geraldus Othonis summus Minoritarum præfectus, & Arnaldus e S. Michaele ordinis Prædicatorum religiosus vir apostolici nuncij, quo dissidentes Reges ad pristinam cõcordiam adducere studerent f. Susceperant illi iter ad aulam Gallicam, cum Dauidem Scotia discessisse acceperunt g: cumque Pontifici significassent, accessum suum in Angliam nullam vtilitatem allaturum, ad sedem Apostolicam sunt reuocati h. Dauidem porro Regem in Gallias cum vxore fugisse tradunt. i

Gallos inter & Anglos bellorum seminarium.
a Io. Vill. l. 10. c. 124.
Baliolo fauet Anglus aduersus Dauidem Scotum.
b Idib.
Sollicitat ad pacem Scotiæ restituendam.
c To. 9. p. 1. ep. secr. pag. 117.
Monitus de colenda affinitate.
d Ead. p. & pag. 17.
e Ib. pag. 142.
f To. 9. p. 2. ep. secr. pag. 208. & 209.
g Par. 1. ep. secr. pag. 219.
h Par. 2. ep. secr. pag. 191.
Scotus Rex in Gallias aufugit.
i Io. Vill. l. 10. c. 224.

24 Interea Ioannes restituere Vrbi Apostolicam sedem meditabatur l: ea enim de causa Philippo m e Cambarlhaco iniunxerat anno superiori, vt sacram stipem, a fidelibus altari S. Petri illatam, ad pontificias ædes instaurandas atque hortos excolendos deriuaret: verum a Philippo n Francorum Rege solitis verborum lenocinijs est ab eo consilio retardatus, cui rescripsit iter se nisi ipso consulto minime initurum: *Super recessu*, inquit, *nostro de Auenione versus partes Italiæ differendo celsitudinis regiæ literas meminimus recepisse: ad quæ tale damus tenore præsentium responsum, quod viam prædictam aggredi non intendimus, nisi ea ac eius causa antea excellentiæ regiæ intimata. Dat. II. kal. martij anno XVII.* Certabant officijs cum Ioanne Romani, vt ipsum ad Vrbem repetendam allicerent: atque ideo vrbanorum magistratuum ius auctoritatemque communibus suffragijs ipsi tradidere, restitutis nimirum ecclesiæ vetustis iuribus, quæ ob Pontificum diuturnam absentiam contra fas inuaserant. Delata admisit Ioannes, Vrbique Robertum Siciliæ Regem præfecit a, vt Romanos illius potentia atque auctoritate in officio contineret. At consuluisset felicius Italiæ sedisque Apostolicæ dignitati, si ipsemet, relicta Auenione, Vrbis atque Italiæ curam suscepisset, saluberrimaque consilia in opus perduxisset. Neglexit b enim rem Romanam Robertus Rex, ac Ioannes & Bertrandus sedis Apostolicæ legati, ruentem rem ecclesiasticam non sustentarunt. E Pontificis primum absentia Romani proceres, laxatis licentiæ habenis, quasi nullius imperijs essent obnoxij, Vrsini præcipue & Columnenses atroci inter se bello certabant.

Ioannes Italiæ sedem restituere meditatur.
l To. 9. p. 1. ep. secr. pag. 108.
m To. 8. p. 2. ep. secr. pag. 285.
Retardatur a Gallo Rege.
n To. 9. p. 1. ep. secr. pag. 108.
Illum Romani in Vrbem officijs allicere student.
a Ib. pag. 134.
b Ib. pag. 4.
Romani proceres mutuo se bello appetunt.
Vrsini cæsi.

25 Auxit malum Ioannes Vrsinus sancti Theodori diaconus Cardinalis Apostolicæ sedis in Etruria legatus: grauiore enim dolore ex Bertuldi & Francisci nepotum factione Stephani Sciarræ Columnæ filij interfectorum cæde percitus, Columnensium euersioni inhians contra sedis Apostolicæ dignitatem auctoritatemque pontificiam, prouinciam bello concussit, ac Stephanum Columnam & liberos est insectatus: quẽ Pontifex arma ponere, ipsumq; ab effrẽnata ira continere grauissimis hisce literis iussit c: partes enim iudicis se in ea causa suscepturum.

Io. Card. Vrsinus Columnenses insectatur.
c Ib. pag. 7.

Ioannes, &c. Ioanni S. Theodori diacono Cardinali A. S. L.

Displicenter nimis audiuimus, quod nuper recepta lugubri morte illorum nobilium nepotum tuorum, requisitis amicis & ciuitatibus omnibus conuicinis, grandique equitum ac peditum exercitu congregato, hostiliter castrum Iouis obsidens, in B. Petri patrimonio cõstitutũ, quod ad dilectum filium nobilem virum Stephanum de Columna seu, prout alij asserunt, ad dilectum filium nostrum Ioannem S. Angeli diaconum Cardinalem eius filium noscitur pertinere; quamquam nec dictus nobilis interfuerit stragi prædictorum nobilium, nec sit verisimile, quod ad id consilium, auxilium præstiterit, vel fauorem; ipsumque tamdiu obsessum tenueris, quousque ipso per violentiam habito ipsum dederis in ruinam. Adhuc ad nostram notitiam est deductum, quod præfatus exercitus Vrbem potenter ingrediens, præfatum Stephanum de Columna ac suos totamque illam regionem, in qua moram trahere noscitur, hostiliter est ingressus; nec his contentus, ad inuadendum castra alia & terras ipsius, & contra personas ipsorum Stephani liberorumque suorum & familiarium, Dei timore postposito & ecclesiæ prostrata reuerentia, se disponit.

Pontificie eadem re ad ipsum scripsit.

Attende, fili, & diligenter considera quantum Deum offenderis in hac parte. Ad ipsum quidem pertinet per se vel suos ministros illatas iniurias alicui vel aliquibus vindicare; tu vero non erubuisti eius officium vsurpare temere, cum nec per ipsum, nec per nos eius ministrum deputatus ad prædicta fueris perpetranda. Adhuc, fili, considera quantis per præmissa exposueris periculis statum tuum: constat equidem, quod obsidio, expugnatio, & demolitio dicti castri & præmissa aggressio contra iura scripta extiterint attentata,

regiam credimus non latere, quomodo Saraceni transmarini & cismarini regnum Castellæ atrociter inuaserunt, & quomodo se dicuntur disponere ipsum conflatis viribus cum Saracenorum innumerosa multitudine inuadere & vastare: propter quæ filius noster in Christo charissimus Alfonsus Rex Castellæ illustris misit ad curiam pro decimali & alijs subsidijs obtinendis, & idem faciunt charissimi in Christo filij nostri Alfonsus Rex *Aragonum & Alfonsus Portugalliæ Reges illustres, qui iamdiu miserunt ad curiam pro similibus subsidijs obtinendis, &c. Datum 11. kal. martij anno XVII.*

Petita a Regibus Hisp. subsidia.

Heraclea obsessa a barb. & capta.

Oppugnabat tum Heracleam, freto Gaditano imminentē omni telorum genere Abhomelicus Marrochitani Regis filius cum florentissimo Maurorum exercitu: Mahomades vero Granatæ Rex in Cordubenses agros inuectus præfecti perfidia Egabtum cepit, ac mox, abductis in seruitutem omnibus fidelibus, solo æquauit: qui vero præerat Heracleæ Vasco Peresius, cum arcem nec milite nec commeatu satis instruxisset, eam dedere coactus, in Africam fugit, vt regias iras euaderet. Cæterū Alfonsus Castellæ Rex adulta æstate contractis copijs Hispalim accessit, ad cuius signa Iacobus Exerica cum præclaro Aragonū agmine se contulit: cum accepto deditionis Heracleę nuntio Rex, antequam muniretur necessario commeatu illam cingere obsidione decreuit, metatusque castra, cum tardius Hispali veniret classis, laborare inopia victuum cœpit, ac milites, qui e castris discedebant, in hostium seruitutem cecidere: tantaque Christianorum, quos varijs excursionibus barbari cepere, multitudo fuit, vt ingenti nominis Christiani opprobrio singula capita nummo aureo venirent.

Diuenditi nummo a barb. Christiani.

Inter hæc mala, cum trepidaret Hispania, ne vt olim obtenta Heraclea Africanorum eluuio illam inundaret, maxime si Marrochitanus cum Tremiseno fœdus iunxisset, nonnulli impij Castellani proceres nimirū Emanuel, Ioannes Lara, Ioannes Harus Camerorum regulus, socijque factiosi, Castellæ fines deformarunt: quibus malis conflictatus Alfonsus, turpissimam sed necessariam pacem ad quadriennium confecit, retentis a barbaris arcibus, quas in eo bello ceperant, ac sublato vectigali, quod Reges Granatenses pendere Castellanis consueuerant. Verum Mahomades haud diu concitati in Christianos belli adhibitæque sæuitiæ pœnas effugit, a suis, qui illi communi mensæ cum Castellæ Rege Christiano accubuisse obiecerunt, mense augusto contrucidatus.

Turpis pax a Castellano inita.

21 Non potuit, vt refert Surita a, Alfonsus Aragonum Rex eo in bello bellicam suam virtutem, vt optabat, explicare cum hydripesi laboraret: cuius etiam vires Genuense bellum admodum distraxit, ne vniuersam armorum molem, duce Iacobo Exerica, in barbaros verteret. Impenderat superiori anno Pontifex ad illud sopiendum curas, ac Genuenses Catalanis & Balearibus conciliandos; cœptumque concordiæ tractatum promouere hoc anno meditatus b, IV. id. februarij Elionoram Reginam, vt maritum ad id adduceret, hortatus est. Coniungebat etiam cum Pontifice studium Robertus Siciliæ Rex; auctorque Ioanni extitit, vt Genuenses ad pacem vrgeret, dirimendamque litem susciperet. At Pontifex Aragonio & Baleari significauit c, a se in ea causa ipsis inconsultis sententiam non latum iri: vt vero Genuenses ad ineundam concordiam, quemadmodum ex Roberti Regis consilio constitutum erat, prouocaret, VI. kal. aprilis ipsis obtulit, se dirimendæ æquitate discordię munus paterno studio suscepturum, atq; ad pacem, pellicere, adductis in medium ingentibus malis, quæ inde erumpebant, conatus est. Non abhorrere a pacis consiliis Genuenses præse tulere, conuentumque est, vt Aragonij, Baleares, ac Genuenses oratores ad aulam Auenionensem mitterent.

a Sur. l. 7. c. 18.

Pont. solicitudo pro Catalanis & Liguribus conciliandis.

b To. 9. p. 1 ep. secr. pag. 153.

c Ead. p. 1. ep. secr. pag. 153. & p. 8 eand. ep.

Soluisse hoc anno Romanæ ecclesiæ in festo Apostolorum Petri & Pauli Alfonsum Regem Aragonum Sardiniæ & Corsicæ censùs mediam partem, cum alteram ad tempus aliquod Pontifex liberaliter remisisset, vti suo loco diximus, docet syngrapha pontificia a, mille nimirum marchas iustorum sterlingorum, quæ constabant, vt ait, *in quatuor millibus centum septuaginta duobus florenis auri vndecim solidis & quatuor denarijs coronatorum. Singulis marchis pro quatuor florenis auri duobus solidis & quatuor denarijs coronatorum computatis.* Sunt aliæ plures de illato in pontificium ærarium hoc b anno & sequenti c a Roberto Rege Siciliæ vectigali syngraphæ in pontificio regesto, quæ indicasse suffecerit.

Solutus a Rege Arag. Sardicus census.

a Par. 1. ep. secr. pag. 69.

b Ead. p. 1. pag. 69. & p. 2. pag. 308.

c Ead. pag. 313.

22 Interea recrudescentibus inter Aymonem comitē Sabaudiæ & Guigonem delphinum Viennēsem veteribus discordijs, Pontifex archiepiscopum Aquensem & Mimatensem episcopum XVII. kal. augusti inducias pontificio nomine illos inter indicere iussit d, atque ad censuras earum violatoribus incutiendas auctoritate instruxit. At delphinus spretis apostolicis monitis Sabaudiæ arcem, quam obsidione cinxerat, oppugnare non desistebat e; cum saxo ballista hostili contorto elisus ad diuinum tribunal raptus est. Infelix mortis genus impudicæ eius vitæ consensit: petulantem enim in struendis aliorum coniugibus insidijs fuisse, describunt auctores f. Significatam ferunt g diuinitus miserandam delfini mortem Carolo principi Ioannis Regis Boemiæ filio, qui postea imperium gessit: vidisse enim in somnis præstantem forma iuuenem raptum in sublime, atque genitalibus inhumaniter exsecari: interroganti vero cur tam eleganti forma iuuenis adeo atroci supplicio discruciaretur, responsum esse, damnatū a diuino Numine eo pœnæ genere, qui impudice aliena cubilia attrectasset: elapsis ab eo cœlesti viso paucis diebus relatum, Guigonem delphinum sub id tempus confossum, vt dictū est perijsse: Carolum porro, vt cœlestis moniti memor esset, ac ne infelici alterius exemplo lasciuiret, templum B. Virgini posuisse in Parmensi agro eo in loco, in quo per nocturnam quietem ea species obuersata erat, atque ad celebrandum in eo diuinum cultum vectigalibus locupletasse.

Delphini Sabaudi bello appetit.

d To. 8. p. 1 ep. secr. pag. 57.

e Io. Vill. 10. c. 11.

Collisus saxo perit.

f Paul. Aemil. in Philip. IV

Obiecta cœlestis species de illius supplicio.

g Car. IV. Imp. in vit. sua Aeneas Sylu. in hist. Boem. c. 33 Paul Aemil. in Ph. IV.

Positum a Carolo Morauo Virgini templum.

Cum vero tristem delphini casum audisset Pontifex, archiepisc. Aquensi & Mimatensi episc. prouinciam dedit h, vt si qua Christianæ pœnitentiæ signa in extremo vitæ actu dedisset, anathemate exoluerent. Cæterum interfecto delphino, ipsius exercitus dissipatus non est, sed arcis oppugnationem maiori ardore vrgebat i: qua impetu capta, ad tristem vindictam de Guigonis cæde satiandam præsidiarios milites in ea inuentos ballistis extra mœnia contorsere. Successit in principatu delphinatus Robertus Guigonis frater qui tum Neapoli cum Rege Siciliæ versabatur; ipsum autem cum Aymone Sabaudiæ comite pacem pepigisse, refert Ioannes Villanus. l

h To. 9. p. 1 ep. secr. pag. 57.

i Io. Vill. sup. cap.

Vindicata a suis delphini mors.

l Id. ib.

23 Inter hæc Philippus grauissimo externo bel-

rum de partibus ipsis literas per dilectum filium Leopardum capellanum tuum nobis oblatas, nec non relatione venerabilium fratrum nostrorum Francisci archiepiscopi Vosprensis & Richardi episcopi Cersonensis, pridem de dictis partibus ad sedem Apostolicam accedentium, grate percepimus noua prospera, & nobis ac fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus grata plurimum & accepta, reserantia bonam dispositionem Græcorum, & præsertim S. Basilij.. & S. Demetrij monasteriorũ abbatum, quam ipsi ad redeundum ad obedientiam S. R. E. matris cunctorum fidelium, & orthodoxæ fidei vnitatem habere, vt dictæ continebant literę, cõstanti proposito asserũtur. De quo laudes & gratias Altissimo referentes, tuęque solicitudinis studium in hac parte adhibitum, & quod in huiusmodi negotij consummatione felici adhibere proponis, dignis in Domino laudibus cõmendantes, discretionem tuam rogamus in Domino & hortamur, in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus præfatos abbates, & Græcos in huiusmodi laudabili eorum proposito corrobores & confirmes, ac eos ad illud realiter consummandum inducas, &c. *Datum Auin. 11. non aug. anno XVII.* Præter hos abbates Barlaamus abbas monasterij S. Saluatoris Constantinopolitani ad dissoluendum vetus schisma plurimam nauauit operam: de cuius legatione, scriptis, ac rebus gestis dicetur inferius.

Nonnulli abbates Græci ad schismatis abrogationem procliues.

19 Decreti vero sunt ad sanciendum orientalium cum Romana ecclesia fœdus nuntij, de quibus memoraui, Franciscus & Richardus ordinis Prædicatorum alumni, qui pontificalibus sacris initiati ad Zichos in orthodoxæ religionis cultu confirmandos erant reuersuri; ac subiecto diplomate [a] ad cœpta feliciter prouehenda auctoritate instructi.

Decreti in Græciã legati.

a Ib. ep. 1339. & in M.S. memor. pag. 23.

Venerabilibus fratribus Francisco archiepiscopo Vosprensi, & Richardo episcopo Cersonensi.

Arduis mens nostra iugiter occupata diuersis inter cunctas solicitudines, nostris humeris incumbentes, ad illud suspirat ardentius, illudque in solidæ charitatis ardore orationibus deuotis exposcit, vt lapis ille angularis, qui fecit vtraque vnum, suam sanctam & vniuersalem ecclesiam toto terrarum orbe diffusam, omnium schismatum scissura semota, misericorditer integrans in vnitate fidei orthodoxæ adunare dignetur: & præsertim vt Græcorum ecclesia, tam longis & deflendis temporibus ab eiusdem vniuersalis ecclesiæ corpore mutilata, antiquati iam schismatis seminarijs penitus amputatis, ad vnionem eiusdem corporis tamquam magnum & nobile membrum eius, auctore Domino, reducatur. Sane dum in mente reuoluimus innumerabilia animarum pericula cunctis deflenda fidelibus, incommoda personarum, rerumque dispendia, oppressiones innumeras, & depressiones immensas, quæ dicti Græci, ex quo ab vnione sanctæ Romanæ ecclesiæ matris omnium & magistræ, proh dolor! diuerterunt hactenus, vsque ad hæc tempora sunt perpessi, & quæ, sicut facti euidẽtia notum reddit, non vtinam augumentata fera paganitas & seueritas Saracenica in magnam & execrabilem Christiani nominis contumeliam ipsis nouiter intulerunt, & inferre sæuius machinantur; statui eorũ depresso & afflicto cõpatimur, & erga eos pietatis viscera, prout ex iniuncto nobis apostolatus incumbit officio, misericorditer aperimus: sperantes in misericordia Iesu Christi, vt ipse, cuius iudicia sunt abyssus, tempus reductionis eorum per vexationem huiusmodi aduenisse, ac Græcis ipsis per hoc cognoscendi suam omnipotentiam, & ad vnitatem catholicæ fidei ac obedientiam sanctæ Romanæ ecclesiæ firmo & constanti proposito redeundi rectum intellectum præbuisse ac præbere demonstret. Cupientes igitur oues dominicas, quæ sic spiritualiter & temporaliter pereunt, ad ouile Domini reuocare, vt secundum diuinam sententiam fit vnum ouile & vnus pastor, Latinorum & Græcorum populis in veritate orthodoxæ fidei congregatis, & in charitatis ardore coniunctis; vtilitates etiam innumeras, animarum salutem, nec non bonũ publicum, quæ ex redintegratione bonorum ipsorũ vnitati eiusdem S.R.E. speramus indubie Deo auspice prouenire, debita meditatione pensantes; credentes quoque firmissime, quod vos tanquam viri probatę vitæ, facundi eloquentia, & lingua diserti, circa huiusmodi nostrum desiderium exequendum vestros labores ac studia opportuna diligentia fideliter conuerteretis; fraternitati vestræ, de qua in ijs & alijs gerimus confidentiam in Domino specialem, per apostolica scripta in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus & mandamus, quatenus ad partes illas vos personaliter conferentes, in illius virtute, qui neminem vult perire, tam clero, quam populo Græcorum ipsorum præmissa animarum pericula, dispendia personarum, rerum & bonorum incõmoda, quę ipsis ex separatione huiusmodi iusto Dei iudicio contigerunt; nec non & grauiora dispendia, quæ eis, nisi redintegrentur vnitati eiusdem Romanæ ecclesiæ, a prædictis infidelibus præparantur; animarumque salutem & profectus immensos, ac publica commoda, quæ non solum eis, sed catholicæ fidei, ac toti vniuersali ecclesiæ ex membrorum suorum restitutione, auctore Domino, sunt firmiter prouentura, exponere iuxta quod vobis Dominus, cuius negotium agitur, ministrabit prudenter & solicite studeatis; ipsosque vijs & modis salubribus, ac inductionibus & exhortationibus opportunis inducere, vt catholicæ fidei puritatem, quam dicta sancta Romana mater ecclesia, cuius dominus noster Iesus Christus caput est & solidum fundamentum, firmiter tenet, docet, & prædicat, velint sincero & humili corde suscipere, eamque publice & firmiter profiteri, dictæ quoque S.R.E. primatum agnoscere & ad eius vnionem & salutarem obedientiam properare. Quæ si, vt speramus, Domino inspirante perfecerint, ipsa mater ecclesia filijs redeuntibus sinum largissimæ pietatis aperiet, consolationem & charitatem ipsis impendet, & in eorum opportunitatibus ipsos sicut charissimos filios gratiose, ac fauorabiliter pertractabit. *Dat. Auin. 11. non. aug. anno XVII.* De his præsulibus agetur inferius, cum de religione amplificata inter Tartaros dicemus. Elusit vero eorum zelum Græcorum in suscepto schismate pertinacia; quare Turcis tanquam carnificibus diuina iustitia ad plectendam eorum perfidiam vsa est.

Pontificię pro Græcis liberãdis curæ.

Legati monita inculcare iussi.

20 Neque intulere modo ex Asia Græciæ bellum Turcæ, verum ex Africa Marrochitani Hispanijs [a]: cuius terrore perculsi Castellæ, Aragoniæ, & Lusitaniæ Reges decimas sacerdotiorum ad belli sumptus tolerandos a Pontifice poposcere. Cum vero omnium regnorum decimas pro Syriaco bello conficiendo decreuisset, Philippum de exorto casu, qui votis obstaret, quod attinebat ad Castellæ, Aragoniæ, ac Lusitaniæ decimas, admonuit [b]: *Excellentiam*, inquit,

Maurorũ in Hisp. irruptio.

a To 9. p. 2 ep. secr. pag. 108. Io. Vill. l. 10. c. 223. Marian. de reb. Hisp. l. 16. c. 2. Sur l. 7 c. 18. b Ead. pag. 108.

dissolubilem vnitatem; quodque nisi vnio huiusmodi procuretur, imperio Constantinopolitano propter perfidos Saracenos, quorum praua intentio ad exterminium nominis Christiani, & ad occupandum specialiter partes ipsas, prout experientia facti docet, ardenter aspirat, magnum noscitur periculum imminere.

Nos igitur bonam voluntatem & intentionem huiusmodi, quæ nobis & eisdem nostris fratribus plurimum grata fuit, dignis in Domino laudibus commendantes; ac cupientes, prout ex iniuncto nobis officio apostolatus incumbit, vt catholica ecclesia toto orbe diffusa, cuius saluator noster dominus Iesus Christus caput esse dignoscitur, in vinculo dilectionis & pacis ac in identitate mentium adunetur, nec non vt animarum & alijs periculis, quæ ipsis partibus imminent obuietur; magnificentiam tuam rogamus in Domino, & hortamur, eam per aspersionem pretiosi sanguinis eiusdem domini nostri Iesu Christi obnixius obsecrantes, quatenus attente considerans qualia, quot, & quanta bona præter animarum salutem, quæ est principalius attendenda, tibi & subditis tuis & cuncto populo Christiano sint proculdubio prouentura, si Græcorum ecclesia redintegretur eidē sanctæ Romanæ ecclesiæ in charitatis glutino & veræ fidei vnione; tuamque intentionem salubrem deducens celeriter in effectum, pro bono & pacifico statu populi Christiani, & subditorum tuorum, & tuæ ac ipsorum animarum salute, nec non pro ampliatione catholicæ fidei animum tuum, repulsis persuasionibus contrarijs quibuscumque, ad *.. errores & schismata, quibus diabolica fraus te & Græcorum populum sic diutius obcœcauit, & ad veram obedientiam & vnitatem ipsius sanctæ Romanæ ecclesiæ redeundum, constanti & inuariabili proposito habilites & coaptes, & ad ouile Domini redeas properanter, tuosque subditos ad hæc inducas pariter & horteris, tempus præparatum ad bonum, & beneuolentiam Apostolicæ sedis oblatam tuæ magnitudini non permittens de manibus tuis excidere; sed ea cum gratiarum actione ac efficaci assumptione negotij plenis affectibus prosequaris, sciturus pro certo, quod facta redintegratione prædicta, sedes Apostolica te tanquam charissimum filium sic fauorabiliter & gratiose tractabit, & habebit in visceribus charitatis, quod gaudere poteris in ea matrem beneuolam in tuis opportunitatibus inuenisse. *Dat. Auin. II. non. augusti anno XVII.*

Solicitatur, vt id in opus perducat.

*Abiurandum schisma & errores abijciat.

18 Nec Andronicum modo, verum etiam patriarcham & clerum populumque Græcum ad restituendam pristinam incorruptæ fidei puritatem; & schisma, quod tot immanes non animabus modo, verum & corporibus clades intulisset hactenus, abolendum hortatus est a: cum huiusmodi felici cum ecclesia coniunctione imminens a Turcis seruitutis iugum depulsari essent.

Pont. ad patriar. & Græcos adhortatio. a lib. pag. 25 & An. 17 p. 1. ep. com. 1342

Dilectis in Christo fratri patriarchæ, ac viro magnifico Andronico Imperatori, nec non vniuerso populo Græcorum spiritum gratiæ salutaris.

Ad vnitatem fidelium & vniuersorum salutem, eorumque statum prosperum & tranquillum totis studijs, prout ex apostolatus nobis incumbit officio, intendentes, illud præcipue in mente gerimus, & ad hoc libenter partes nostræ solicitudinis impartimur, vt catholica ecclesia, toto terrarum orbe diffusa, in vinculo dilectionis & pacis charitatis glutino & identitate mentium adunetur, Christique oues per vicarij sui in terris vigilias rectitudine fidei & veræ doctrinæ directione pascantur. Nuper siquidem, non sine graui amaritudine cordis, multorum fide dignorum de partibus ipsis ad Apostolicam sedem venientium relatione percepimus, quod licet vobis & alijs partium vicinarum, ritum vestrum sequentibus, a tempore antiquati & perniciosi schismatis, quo vos ab vnione sanctæ Romanæ ecclesiæ cunctorum fidelium veræ matris, & rectitudine catholicæ fidei separastis, præter animarum pericula quæ, proh dolor! euenerunt in temporalibus continuato tempore male successit; ac multæ iniuriæ, iacturæ, & violentiæ sint illatæ, vesterque status decreuerit & depressus semper extiterit; nunc in persecutiones hostiles & aggressiones horrendorum Saracenorum hostium nominis Christiani & aliorum infidelium, qui ad occupandum vestras & alias partes Romaniæ inuicem colligati & confœderati fore dicuntur in exterminium vestrum, fortius solito sustinetis, & sæuiores in futurum pati verisimiliter formidatis; quodque vos, istis in debitæ considerationis libratis examine, disposuistis & properastis, prout venerabiles fratres nostri Franciscus archiepiscopus Vosprensis & Richardus episcopus Cersonensis ad nos & sedem prædictam de ipsis partibus venientium habet grata relatio facta nobis, animos vestros ad redeundum ad obedientiam ipsius sanctæ Romanæ ecclesiæ, ac orthodoxæ fidei vnitatem. Propter quod nos more patris beneuoli, qui oberrantes filios libenter reducit ad tramitem veritatis, erga vos sic depressos & afflictos cordiali compassione commoti; ac sperantes tempus reductionis vestræ ad rectitudinem vestræ fidei & vnionem vniuersalis ecclesiæ aduenisse, prouidimus bonam intentionem vestram apostolicis exhortationibus confirmandam & excitandam, vt deducatur celeriter in effectum.

Collapsū ob schis. maorem tale imperium.

Eapropter vniuersitatem vestram rogamus in Domino & hortamur, eam per aspersionem pretiosi sanguinis domini nostri Iesu Christi obnixius obsecrantes, quatenus considerantes attente depressiones innumeras & iacturas, quas estis a tempore separationis vestræ huiusmodi ab vnitate ecclesiæ prædictæ perpessi, ac animarum & personarum pericula vobis imminentia sæuiora; nec non quot & quanta bona, præter animarum salutem, tranquillitatem, pacem, & bonum statum, quæ nedum vobis, sed & vniuersali ecclesiæ sanctæ Dei cunctisq; fidelibus sit vestra redintegratio productura; ad vnitatem & obedientiam eiusdem sanctæ Romanæ ecclesiæ sine dilatione aliqua properetis, & ad ouile Christi redeatis, vestramque intentionem laudabilem in realem deducatis effectum, ac a vobis quælibet schismata & errores, quibus diabolica fraude fuistis hucusque decepti, penitus abigatis. Quæ si, sicut speramus, Domino faciente complenda duxeritis, ipsa mater ecclesia vobis ad eam redeuntibus sinum suæ largissimæ pietatis aperiet, consolationem & pietatem impendet, ac in vestris necessitatibus opportuna subsidia ministrabit. *Dat. Auin. II. non augusti anno XVII.* Solicitatus etiam est Ioannes Pisanus, qui plurimum in imperatoria aula gratia poterat, vt optatissimam illam Græcorum coniunctionem promoueret. a

Propositę impendētes calamitates, ni resipiscant.

a An. 17. p. 1. ep. com. 5

Dilecto filio Ioanni Pisano consiliario magnifici viri Imperatoris Græcorum salutem.

Cum tam per tuas quam quorumdam aliorum

15 Flagitauit Robertus Siciliæ Rex a Pontifice, vt in belli aduersus Turcarum irruptiones gerendi sumptus ecclesiasticæ in Italia coactæ decimæ conuerterentur: cui Ioannes rescripsit a, de ijs quidquam inconsulto Rege Francorum supremo Christianarum contra infideles copiarum duce, statui non debere, cui pro expeditione transmarina conficienda instaurandisque Syriæ rebus sexennalem decimam essent attributæ; fuique non esse consilij b, Turcici belli molem vniuersam in se suscipere: at si ille cæterique principes paribus studijs ac viribus concurrerent in fidei hostes, Regem Francorum belli socijs accessurum, & ecclesiam e Cardinalium consilio studio & opera non defuturam.

Italiæ decumæ Gallo Regi attribuitæ.

a Par. 2. ep. secr. pag. 231.

b Ib. pag. 232.

Agitata in Turcas belli sacri consilia.

Ioannes, &c. Regi Siciliæ.

Super facto Turcorum volumus tuam prudentiam non latere, quod nostræ intentionis nequaquam existit, quod ecclesia negotium illud assumat; sed si illi, qui timent per ipsos Turcos grauari in terris & subditis proprijs, assumant iuxta vires dictum negotium, parata erit ecclesia, sicut consueuit in similibus subsidia opportuna cum fratrum nostrorum consilio, dante Domino, ministrare. Et quia tuam excellentiam noscitur multum tangere negotium supradictum, non expedit, quod se subtrahat ab opportuno dicto negotio subsidio faciendo: quod si feceris, subtrahendi se a præbendo subsidio pro dicto negotio viam multis poteris aperire. Per literas autem filij nostri in Christo charissimi Philippi Regis Franciæ illustris percepimus, quod intendit præfato negotio manum porrigere adiutricem, quod intelligimus si illi, quos tangit principaliter præmissorum Turcorum aggressio, faciant quod debebunt: alias subsidium suum esset inutile, cum vix sufficere valeat cum omnibus subsidijs factis sibi per ecclesiam ad onus passagij, quod assumpsit. *Dat. XIII. kalend. decembris anno XVIII.*

Monitus Robertus ne illa ab ijciat.

At licet Turcæ graues Christianis calamitates intulerint, haud leuibus tamen cladibus a fidelibus affectos fuisse, demonstrat Pontifex alijs literis ad Robertum Regem v. idus septembris hoc anno datis c, dum ait: *Rursus quamuis, vt læto percepimus animo, quædam prospera partium illarum Christicolis contra Turcos infideles successerunt his diebus, non est tamen propter hos a te, fili dilectissime, at alijs, quos huiusmodi tangit negotium, a procurandis aduersus Turcorum ipsorum sæuitiam & fraudulentam malitiam opportunis remedijs desistendum.*

Gesta feliciter aliqua in Turcas prælia.

c Par. 2. ep. secr. pag. 130.

16 Cæterum ad promouendã illam sedis Apostolicæ ac Galliarum Regis cum Venetis, Roberto Rege Siciliæ, Hugone Cyprio, Græcisque in Turcas armorum societatem Ioannes Bertrandum archiepiscopum Ebredunensem in Italiam ad Robertum ipsum, & Franciscum Dandulum ducem Venetorum transmisit, subiecto de prouincia ipsi demandata diplomate exarato. d

Archiep. Ebredun. legatus.

d Par. 2. ep. secr. pag. 255.

Bertrando archiepiscopo Ebredunensi.

Habet rumor horribilis, nunciat clamor implacidus, qui his diebus matris ecclesiæ insonuit auribus eius, viscera sauciens, præcordia dure pungens, quod inundans Turcorum superbia suis finibus non contenta, collectis viribus, robore adunato, tam per mare quam per terram partes inuadens Græciæ & circumadiacentes insulas, in redemptos Christi pretioso sanguine crudeli immanitate grassatur. Dolet itaque, nec immerito, mater ecclesia, dum quos regenerauit in filios, efferus hostis lacerat: dum in fidei Christianæ cultores impiorum gladius dire sæuit: dum attente considerat, quod nisi celeriter occurratur, indictum transmarinum passagium impediri poterit, vel difficilius nimis reddi. Nos igitur sub spe Domini exercituum, qui bella conterens, cornua comminuit superborum, intendentes populi Christiani dispendijs, quæ tam perniciosus Turcorum ipsorum minatur aggressus, remedijs salutaribus obuiare, conamur vias & modos inquirere, per quos possimus hoc effectui promptius mancipare.

Sane quia viri illarum partium, qui iam & ipsorum Turcorum aggressibus varia sustinuerunt incommoda, quique grauiora verentur subire, nisi occurratur ocyus, circa hæc cogitasse creduntur profundius, & per consequens habere notitiam pleniorem; nos plenam de tuæ fidei puritate, virtutis constantia, ac circumspectione probata in Christo fiduciam obtinentes, tibi auctoritate præsentium committimus, in remissionem tibi peccaminũ iniungentes, quatenus ad partes illas te conferens, de modis & vijs nostro præmisso congruentibus desiderio te cures specialiter cum charissimo filio Roberto illustri Rege Siciliæ, & cum dilecto filio nobili viro duce Venetiarum suisque conciuibus, nec non & alijs, de quibus expedire videris, sedule informare; ipsos & alios, de quibus expediens fore cognoueris, iuxta prudentiam desuper tibi datam exhortationibus opportunis inducens, vt ad refrænandos Turcorum ipsorum malignos impetus, repellendos insultus, compescendam nequitiam, & conterendam superbiam manum porrigant adiutricem; operam quantum sedule poteris impensurus, quantum cuiuslibet vniuersitatis, quantumque singularium personarum, quibus te præmissa contingit proponere, erit subsidium, quod intendunt pro tam pio opere exhibere; nosque per tuas cures literas de omnibus, quæ circa præmissa egeris, præmissorumque responsionibus reddere certiores. *Dat. Auin. VI. id. octobris anno XVIII.*

Imposita ipsi iungẽdi fœdere principes prouinciæ.

17 Depressus ijs Turcorum grassationibus Andronicus, adducendæ ad Romanæ ecclesiæ coniunctionem & obsequium orientalis ecclesiæ pium desiderium præ se tulit, deque ea redintegranda cum duobus e Dominicana familia antistitibus, qui Christiana fide inter Zichos & Gochos longe lateque amplificata palmis onusti, ad sedem Apostolicam redeuntes, vt eam de Rege Zichorum conuerso, de quo agetur inferius, facerent certiorem, per Constantinopolim iter habuerant, sermones contulit. Quibus recreatus Pontifex, datis ad Andronicum literis a, paratum se ad eum apostolico sinu excipiendum significauit, eaque vnica re Græcos Turcatum tyrannidem euasuros.

Andronicus Imp. a Turcis oppressus.

a Ext. in M.S. arch. Vat. de reb. Arm. & alior. infidel. & schismat. pag. 24.

Viro magnifico Andronico Imperatori Græcorum illustri gratiam in præsenti, per quam obtineat gloriam in futuro.

Pridem venerabiles fratres nostri Franciscus archiepiscopus Vosprensis & Richardus episcopus Cersonensis ad sedem Apostolicam de ipsis partibus venientes, nobis & fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus in consistorio exponere curauerunt bonam voluntatem & intentionem deuotam, quam tu & alij de partibus ipsis habetis ad veritatem catholicæ fidei cognoscendum, & redeundum ad sanctæ Romanæ ecclesiæ, matris ecclesiarum omnium & magistræ (a cuius gremio fuistis tu & alij supradicti tam longis & deflendis temporibus separati) veram obedientiam, & indis-

Redeundi ad ecclesiam R. & consilium concipit.

ret, perdidit & perdit continue commoda; quantisque periculis circa salutem animæ perpetuam, si in tali statu, quod absit, decederet se exponit. Quocirca prudentiam rogamus regiam, & in Domino attentius exhortamur, quatenus tu benedictionis filia, quæ Deum times & salutem animæ tuæ perquiris, præfato Regi viro tuo suadere vijs & modis, quibus expedire videris, non postponas, vt prædictis periculis & alijs, quæ sibi possunt occurrere, consideranter attentis, a suis resilire cum effectu deuijs & ad sanctæ matris ecclesiæ redire properet vnitatem. Nos quidem ipsum si, vt tenetur, humiliter redire procurauerit, parati erimus cum gaudio recipere, & vt filium benedictionis & gratiæ condignis fauoribus & honoribus pertractare. *Dat. VI. id. septembris anno XVII.*

Proposita animæ pericula.

18 Sublatus a est hoc anno ex humanis Philippus princeps Tarentinus, cui funebres imperiales honores exhibiti, cum imperij Constantinopolitani iura dotalia obtineret Catharinæ vxoris nomine Balduini II. Imperatoris pronepotis, quam Pontifex indulgentem lachrymis ad Christianam constantiam excitauit b: *Sane*, inquit, *quia, benedictionis filia, mortis iactura restitutionis beneficium non admittit, sibique sua prodesse nequaquam possit mœstitia, nociuaque tuo posset existere corpori, & irritatiua diuina offensæ; magnificentiam tuam hortamur in Deo & rogamus, quatenus premissis in consideratione deductis & alijs, quæ tibi circa hoc Dominus ministrabit, diuino beneplacito te coaptans ad ea, quæ consolationem præfati viri tui possint afferre animæ, tuisque fore liberis profutura, te committere studeas & in his te viriliter exercere. Dat. v. kal. martij anno XVI.* Successit in Tarentino principatu, & matris ad Constantinopolitanum imperium iuribus Philippus filius, qui cum a patruo Ioanne Achaiæ principe fidem solemni ritu sacramento sibi obstringi deposceret, isque grauate ferret ad nepotis obsequium procumbere; cum maxime inanes tantum titulos, atque vmbram imperij leuem circumferret, exorta grauis discordia est inter eos principes: cuius componendæ studio Pontifex Ioanni principi suadere nisus est c, vt animum ad fidem nepoti deuinciendam flecteret, seque in ea re diuinæ voluntati accommodaret.

Philippi princ. Tarentini mors.
a To. 8. p. 2 ep. secr. pag. 243. Summont l. 3. hist. Neap.
b Sup. ep. secr. pag. 243.
Succedit in Constantinop. imperij iuribus Philipp. filius.
c To. 9. p. 1 ep. secr. pag. 142.

Ioanni principi Achaiæ.

Vtinam, fili, velle tuum diuinæ voluntati submitteres, hoc vtique faciens quod debes faceres, eique complaceres: si autem tuam diuinæ præposueris voluntati, Deum offendes grauiter, maculamque in gloriam tuam ponis. Hæc pro tanto præmisimus, quia, sicut intelleximus, homagium recusas facere, quod tamen, vt dicitur, te facturum in nostra præsentia iurauisti. Nobilitatem tuam itaque hortamur in Domino & rogamus, vt tuæ salutis non immemor dictum homagium facias, omni difficultate sublata. Licet enim Deus legatur pius & misericors, legitur etiam Deus vltionum: horrendum autem est in manus illius incidere, quæ nequeunt ab aliquo euitari. *Dat. III. non. decembris anno XVII.*

Achaiæ princeps fidē ei adducere monitus.

19 Ad elidendas alias dissensiones, quæ in Sicilia post Roberti Regis mortem de regni successione erupturæ timebantur, cum Carolus Vngariæ Rex Caroli Martelli maioris natu filij Caroli II. iure regnum sibi debitum contenderet, ex Bonifaciana vero constitutione d regni iura in Caroli ducis Calabriæ filias transfundenda essent, Pontifici ac Siciliæ & Vngariæ Regibus visum est, discordias omnes facile conciliatum iri, si Ludouicus & Andreas Regis Vngariæ filij Ioannæ & Mariæ ducis Calabriæ filiabus matrimonio coniugarentur: de quo fœdere inito apostolicæ extant literæ a. Inuentum porro Caroli olim ducis Calabriæ Ioannæ & Mariæ parentis, ad quē si Roberto superstes fuisset, Siculum regnum spectasset, corpus post plures annos corruptionis expers; cum sepulchrum apertum esset, vt in eo vxoris defunctæ hoc anno corpus conderetur: de quo Pontifex hęc ad Sanciam Reginam Caroli matrem, scripsit. b

Inter Vngarum & Siculum cōtrouersia.
d Ext. Anal to. XIV ann. Chr. 1297. n. 53
Quæ concordię ratio quæsita.
a To. 8. p. 2 ep. secr. pag. 241.

Ioannes, &c. Reginæ Siciliæ.

Læta mixta tristibus nobis his diebus geminæ literæ regię nunciarunt. Nunquid non tristitia plenum audire, illas infantulas inclytas filias quondam ducis Calabriæ matris priuatas cura & solicitudine extitisse? Vtique plenum earum charis tristitia & mœrore. Nunquid plenum lætitia corpus ducis præfati integrum post tanti temporis spatium reperisse? Vtique & hoc vnicuique fideli consolationis & gaudij materiam subministrat. Gloria sit illi, qui ducissam de huiusmodi miseria ad suam vocauit gloriam, corpusque ducis integrum tandiu voluit conseruare, &c. *Dat. kal. februarij anno XVI.*

b Ib. pag. 244.
Ducis Calabriæ corpus incorruptum.

20 Abripi c se finebat in exitium studio pietatis, cui addictissima erat, Regina: cumque Franciscanum ordinem singulari obseruantia complecteretur, vt ipsius literæ ad eiusdem sodalitij religiosos viros datæ indicant d, a nonnullis pseudominoritis labe Michaelis Cæsenatis inquinatis subornari se passa est: adeo, vt aduersus Geraldum supremum Minoritarum præfectum, vocantem in ius peruersos eos hypocritas plura tentaret, faueretque schismaticis & hæreticis, pios vero insectaretur. Quibus malis vt mederetur Pontifex, Robertum Regem docuit e, a pontificali constantia abhortere pestiferam patientiam, quæ alienis peccatis parcendo sibi non parcat, fraterculosque ad officium reuocandos esse.

c Ead. pag. 244. & pag. 299.
d Ext. apud Vuad 1331. n. 8.
Reginæ Siciliæ fraticellorū insidijs obsessa.
Minoritarum præfectū persequitur.
e Ext. de de his lit. in rotulo M. S. arch. Vat. Anno signat. n. 204.

Ioannes, &c. charissimo in Christo filio Roberto Regi Siciliæ illustri.

Receptis nouiter & perlectis literis regijs, in quibus inter cætera magnitudo regia processum citatoriū dilecti filij Geraldi Othonis ministri generalis Minorum contra Petrum de Cadeneto & Andream de Galiano sui ordinis habitum arguebat, non sufficimus nec adhuc sufficimus admirari. A regia siquidem memoria excidisse non credimus, quomodo dudum nobis repetitis etiam vicibus scripserit, quod exosam pariter & suspectam habebat admodum conuersationem & assistentiam dicti Petri circa Reginam filiam nostram charissimam in Christo, consortem suam, quod eam instrueret peruersis dogmatibus, & ipsa quoque id affirmaret, nec sperabat regia prouidentia, quod Regina ipsa sibi aut nobis esset obediens quandiu assisteret ille sibi: ideoque postulabat regalis excellentia, quod omnino ipsum procuraremus elongari ab ea. De Andrea vero præfato existit notorium, quod fautor & de sequela damnati Michaelis extitit & existit, & ex multis causis alijs de hæresi & schismate noscitur vehementer esse suspectus. Cur igitur moleste gerat tua serenitas, si eos nos velimus corrigere, sine dubio rationabiliter non videmus.

Protegit fraterculos.

In his, fili charissime, non decet nos nec ipsum talia conniuentibus oculis pertransire.

Abij-

populus, nec singulares personæ ipsius ciuitatis ipsius coronationi resistere potuissent: cumque huiusmodi multitudine & potentia sic esset stipatus, coronam assumpsit prædictam. Decursis vero postmodum aliquibus diebus, idem Ludouicus præfatum Galeacium duosque fratres & filium eius captiuauit, & in carcerem detrusit, & fortalitia omnia ciuitatis & diœcesis Mediolani sua tyrannidi plenarie subiugauit: & quendam Theutonicum ibidem constituit vicarium suum, eumque magna multitudine stipauit hominum armatorum, mandans vniuersis Mediolanensibus sub grauissimis pœnis personarum & bonorum, quod ipsi vicario totaliter, vobis autem, sanctissime pater, vel nuncijs, aut literis, vel præceptis, siue prohibitionibus vestris nullatenus obedirent. Quinimmo multa & mendosa, falsa & nefanda contra sanctitatem vestram, multaque erronea tam per dictum Marsilium quam plures alios diuersis temporibus prædicari, & libellos diffamatorios conscribi, diuulgari, et in publico appendi in ciuitate & diœcesi prædictis mandauit.

Queruntur multa a Marsilio Patau. in Pontificē conficta.

Subsequenter autem eum supradictus frater Petrus papatum & dictus Ludouicus imperium, vt præmittitur, inuasissent, idem Ludouicus dictusque vicarius vniuersis Mediolanensibus, quod præceptis, iussionibus, prohibitionibus, ordinationibus, constitutionibus, decretis, & literis ipsius fratris Petri tanquam Papæ, eiusque officialibus & ministris legatis & nuncijs in spiritualibus; & eiusdem Ludouici tanquam Imperatoris ipsiusque officialibus & ministris in temporalibus obedirent, & eos pro talibus nominarent, haberent, atque tractarent, sub pœnis prædictis districte præcipiendo mandauit: qui vero vos Papam nominarent, aut vestris præceptis, iussionibus, probibitionibus, ordinationibus, constitutionibus, decretis, literis, legatis, nuntijs, officialibus, vel ministris obedirent, aut vestram allegarent auctoritatem, flammarum incendio cremarentur. Quæ omnia clero, populo, & communitati Mediolanensium & eorum singularibus personis prædictis detestanda, abominabilia, & nefanda prorsus videbantur: sed ipsis resistere, vel ea compescere non audebant, neque poterant propter metum, tyrannidem, & potentiam Ludouici & vicariorum prædictorum. Addunt sub illa seruitute ingemuisse, donec regressis Vicecomitibus, collectis animis, durissimum illud iugum suis ceruicibus depulerunt. Veniam itaque flagitantibus Mediolanensibus, Pontifex subiecta verborum forma ignouit, ac pristinæ ipsos restitiuit dignitati.

Adactos se vi & tyrānide ad antipapæ obsequia.

Profitentur, capta occasione schisma abiecisse.

16 *Vos ab omnibus processibus, pœnis, & sententijs, quos & quas propter rebellionem prædictam & adhæsionem dictorum Ludouici de Bauaria & Petri de Coruaria, & alia præmissa, per eosdem procuratores, sindicos, & nuncios vestro nomine recognita & confessata, factis, latis, seu promulgatis ab homine vel a iure, quomodolibet incurristis, de dictorum fratrū consilio absoluimus, et in integrum restituimus ad famam, statum, honores, priuilegia, & bona quæcumque de apostolicæ plenitudine potestatis; ac a vobis omnem infamiæ maculam siue notam, ex præmissis vel eorum contingentibus & dependentibus ab eisdem obortam, penitus abolemus; imponendi & iniungendi per nos vel alium seu alios, nobis præsentibus vel absentibus, semel vel pluries, & etiam infligendi quascumque pœnas & pœnitentias, de quibus nobis videbitur, nihilominus potestate retenta, &c. Dat. IV. non. iunij pontificatus nostri anno XVI.* His gestis, legauit mox Pontifex apostolicos nuntios ad clerum & populum Mediolanensem censuris exoluendos, quos VII. kal. septembris Ioanni episcopo Nouariensi, Azoni, Luchino, & Ladozasio de Vercellino Vicecomitibus commendauit[a].

Soluūtur censuris, & pœnis a Pont.

a Ead p. 2. pag. 313.

Missi porro Mediolanum internuntij, ciues ex subiecto decreto [b] censuris soluere iussi sunt: *Ordinamus*, inquit, *quod vos ab eisdem clero, communi, & populo, nec non prædictis personis singularibus, quibus de dictarum absolutionis & restitutionis beneficio iuxta formam & tenorem aliarum nostrarum literarum vobis super hoc directarum duxerimus prouidendum, iuramentum recipere specialiter studeatis, quod ipsi Placentinam, Bononiensem, & Laudensem ciuitates, Cremam, Carduaclum Martinengum, Valentiam, Bassignanum, Castrum nouum, Bussedue, & Asulam castra seu terras, & districtus, vel pertinentias, seu homines, aut bona eorundem; vel quascumque ciuitates & terras alias, fortalitia vel quascumque habitationes alias hominum, seu districtus, dominia, iurisdictiones, pertinentias, seu portus vel passus terræ vel aquarū fluminum, seu descensus vel ascensus eorum, stratas, vias publicas seu priuatas quorumcumque locorum supranominatorum, aut quæcumque alia loca, quæ per nos & eandem Romanam ecclesiam, vel nostro & ipsius nomine reguntur, aut a nobis & ecclesia ipsa tenentur vel in futurum tenebuntur, vel dicto nomine gubernabuntur, qualiacumque sint & in quibuscumque consistant castris et locis, quæ a præsidentibus Mediolanensium infra dictos ciuitatē, comitatum, et districtum ad præsens tenentur et possidentur dumtaxat exceptis; aut personas ecclesiasticas vel seculares eorundem locorum et districtuum prædictorum, vel alicuius eorundem per se vel alium seu alios, directe, publice, vel occulte non inuadent, capient, vsurpabunt, impedient, vel deprædabuntur in toto vel in parte; nec talia facientibus dabunt seu præstabunt succursum, auxilium, consilium, vel fauorem, nec eis in personis vel rebus eorū irrogabunt iniurias vel offensas; quandiu in nostra et eiusdem ecclesiæ fidelitate et deuotione manebūt. Dat. non. octobris anno XVII.* Decreta hæc proximo anno, quæ ne repeterentur, coniungenda fuerunt. Verum Azone pontificias vrbes affectante, extracta est censurarum dissolutio, legesque additæ vt sacramentum a Mediolanensibus exigeretur, ipsos terras, quæ tum in Insubria parebant ecclesiæ, non populaturos; demumque octauo post anno missis oratoribus a Benedicto fidelium sacrorumque communioni restitutos, visuri sumus.

b T. 9. p. 1. ep. secr. pag. 12. 13. & p. 2. ep. secr. pag. 262.

Quæ vrbes in Insubria parerent Pontifici.

Mediolanenses eas inuadere vetiti.

17 Defixit etiam Pontifex apostolicum zelum pro adducendo ad sinum ecclesiæ Friderico Rege Trinacriæ, qui Ludouici pertinaciam æmulabatur, atque a fidelium communione segregatus in exitium agebatur præceps. Paternis itaque literis Alienoram Reginam est adhortatus [c], vt viri pectus emollire satageret: exponeret ei pericula, quibus se obijceret, bona ingentia, quæ infeliciter amitteret; nec satis æstimari precum, suffragiorum, & sacrorum, quorum cæteri fideles participes essent, beneficium posse.

Rex Trinacriæ ad communionem ecclesiæ solicitatur.

c T. 9. p. 1. ep. secr. pag. 141.

Ioannes, &c. Alienori Reginæ Trinacriæ.

Filia amantissima, non sufficimus admirari, quod princeps inclytus Fridericus Rex Trinacriæ vir tuus sic obstinatus & induratus in sua pertinacia tamdiu, non sine graui scandalo suique salutis animæ manifesto periculo extra vnitatem ecclesiæ permanserit & permaneat; non considerans, nec attendens quanta in orationibus, suffragijs, & sacrificijs, quæ in tota catholica ecclesia iugiter offeruntur Altissimo, quorum esset particeps, si infra communionem fidelium existeret,

Pontificis ea de re ad Reginam literæ.

quæ, quod multis mandatis, prohibitionibus, processibus, & sententijs apostolica, & legationis suæ ordinaria auctoritate contra ipsos communia & vniuersitates ac singulares personas eorum factis & latis non paruerunt temporibus supradictis, & interdictum seu interdicta in ipsis terris & diœcesibus earundem, quauis auctoritate prolata, aliquibus temporibus non seruauerunt. Fatentur etiam, quod crediderunt & confessi fuerunt, & credunt & confitentur omnes articulos fidei, quos sancta mater ecclesia tenet, confitetur, & docet; & dicunt & promittunt, quod non receptabunt supradictum damnatum Bauarum, eius nuncios, vel aliquem dominum, vel eius officialem, vel familiarem cuiuscumque tituli, dignitatis, præeminentiæ, status, conditionis, vel nominis sit; nec aliquos stipendiarios vel gentes suas, nec alicui rebelli ecclesiæ singulari vel vniuersitati dabunt auxilium, consilium, vel fauorem, publice vel occulte; sed pro posse eis resistent, & eos persequentur & impugnabunt. Et infra.

Pollicentur Bauari præfectū non excepturos.

Supplicant itaque humiliter sindici & ambaxiatores prædicti sanctitatem vestram, quatenus inspectis antiquis seruicijs Romanæ ecclesiæ impensis &, dante Domino, impendendis in posterum per ipsas terras, & damnis receptis ex deuotione & causa prædictis, & destructione ipsarum terrarum, dignemini misericorditer prouidere ita, quod supradicti constituentes inueniant gratiam in sanctitate vestra, quam sperant in omnibus & singulis supradictis tamquam filij deuij redeuntes ad misericordiam pij patris, offerentes se paratos vice & nomine prædictorum constituentium iurare et stare ac parere mandatis ecclesiæ et vestris, sanctissimi patris et domini, domini Papæ prædicti; et omne aliud iuramentum præstare, quod ad obtinendum vestram gratiam et absolutionem ab omnibus et singulis supradictis fuerit necessarium vel etiam opportunum; et omnem pœnitentiam atque pœnam portare, quam sanctitas vestra vel deputatus ab ea eis duxerit iniungendam. Repetita supplicis illius libelli formula, procuratores sacramento solemni Picentum nomine se deuinxere, Romanis pontificibus ipsos obsequentes fore, neque cum Ludouico, Petroue e Corbario sequacibus vnquam consensuros; qua de re publica documenta confecta sunt. Ac tum Ioannes in memoratos Picentes pontificiam explicuit clementiam, & censuras pœnasque apostolicis edictis inflictas aboleuit. Extat hac de re diploma, *Datum nonis augusti anno* XVI.

In gratiā cum ecclesia restitui efflagitant.

14 Inflexere [a] pariter ad sua vota pontificiam clementiam Mediolanensium oratores, qui cum iam ante ineunte superiori anno decreti fuissent, hoc demum votorum compotes facti, cum prius in sacro Cardinalium senatu solemni ritu præteritorum, aduersus dignitatem pontificiam gestorum, veniam subiecta verborum forma poposcissent [b].

[a] Ib. pag. 313. & 318.

Mediolanenses cōciliati ecclesiæ.

[b] Ead. pag. 318.

Supplicis eorum libelli formula;

Coram vobis sanctissimo in Christo patre et domino, domino Ioanne diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifice, ac eiusdem ecclesiæ reuerendorū patrum dominorum Cardinalium sacro collegio, nos deuoti sindici et ambaxatores cleri, populi, et communitatis Mediolanensis pro ipsis clero, populo, et communitate et singularibus personis ipsorum dicimus et proponimus infrascripta. In primis quod clerus populus, et communitas prædicta, et singulares personæ ipsorum ab eo tempore et citra continue, quo vestra, sanctissime pater, ad apostolatum assumptio apud ipsos extitit diuulgata, firmiter crediderunt et credunt, vos dominum Ioannem fuisse et esse prædictæ ecclesiæ verum et vnicum summum Pontificem et in terris Christi vicarium, et apud vos fuisse et esse apostolicam auctoritatem. Item cum sanctitas vestra contra Ludouicum de Bauaria, qui se primo Regem et deinde Imperatorem Romanum nominauit, processerit et ipsum reprobauerit, ac eidem vt tali obediri, vel ipsum pro tali haberi, siue nominari ante ingressum dicti Ludouici in ciuitatem, vel diœcesim, seu districtum Mediolanensem duxerit prohibendum, non crediderunt clerus vel populus et communitas antedicti nec singulares ipsorum personæ ijs temporibus, quibus idem Ludouicus diœcesim, districtum, et ciuitatem Mediolanensem intrauit, vel quibus moram traxit in eis, aut quibus fuit absens ab ipsis, ei vt Regi Romanorum fore obediendum aut fauendum, vel ipsum pro Rege Romanorum habendum aut nominandum.

Ioannem Christi vicarium agnoscūt

Lata rite in Bauarū edicta.

Item cum dictus Ludouicus post processus, reprobationem, et prohibitionem prædictas, et nonnullos alios processus etiam per vestram sanctitatem factos contra ipsum se coronari sine auctoritate vestra in Imperatorem Romanum fecerit, et Romanum imperium inuaserit, non crediderunt nec credunt eundem Ludouicum fore verum Imperatorem Romanum, aut ipsi vt tali obediendum vel fauendum, aut ipsum pro Romano Imperatore habendum seu nominandum. Item non crediderunt vnquam neque credunt fratrem Petrum de Corbario, qui B. Petri sedem inuasit et se Papam falso nominauit, fuisse vel esse Romanum Pontificem seu Papam, aut ipsi vt Romano Pontifici seu Papæ fore aliqualiter obediendum vel fauendum, aut ipsum pro Romano Pontifice habendum seu nominandum. Subdunt Mediolanensium oratores, nunquam ipsos credidisse Corbarij pseudocardinales ac legatos veras, sed adulterinas gessisse dignitates. Tū exposuere vt inter Turrianam familiam ac Matthæum Vicecomitem veteres inimicitiæ exarsissent adeo, vt inde plures cædes fuissent secutæ, ingrauescenteque Matthæi potentia Turrianus in carcerem fuerit coniectus; lataque in Matthæum pontificia sententia, falsus rumor increbuerit ideo ipsum defixum anathemate, vt eo depresso eiectoque, Turriani vrbis imperium adipiscerentur; deinde ille, inita cum pluribus Insubriæ populis ac proceribus armorum societate, conductisque maximis copijs, ciuitatem sua tyrannide oppresserit; Matthæoque e viuis sublato Galeatius, cum se magna peditum equitumque multitudine succinctum videret, Bergamensium, Laudensium, Vercellensium, Nouariensium, Ticinensium, Comensium, aliorumque viribus fretus dominatum Mediolanensium corripuerit: cumque metueret, ne ex eo submoueretur, Ludouicum induxisse Mediolanum. Tum subdunt.

Arreptos ab illo cōtra fas imperiales apices.

Et pontificios a Petro Corbario.

15 *Cum autem idem Ludouicus ipsam ciuitatem intrasset, & eiusdem dominium arripuisset, & stipendiarios ibidem inuentos, qui dicto Galeacio obedire consueuerant, quod sibi obedirent iurare fecisset, & ad susceptionem coronæ ferreæ, vt moris est in Reges Romanorum electis & per ecclesiam approbatis, festinaret; ob hoc magna multitudo equitum & peditum vltra stipendiarios prædictos, & eos, qui cum Ludouico præfato ciuitatem intrauerant sæpedictam de alijs ciuitatibus & locis ipsi Ludouico fauentibus & adhærentibus conuenerunt in ciuitate prædicta; & tanta equitum & peditum ibi multitudo fuit, quod nec clerus, nec po-*

Excusant non impeditū fuisse Lud. ne ferream coronam susciperet

appetiuerat, & capitali damnarat sententia, sanctissimum in Christo patrem sacrosanctæ ac vniuersalis ecclesiæ summum Pontificem appellauit: tum procuratores ad afferendas pro se Pontifici excusationes, inunctionem imperialem efflagitandam, & concordiam paciscendam mandatis instruxit. Afferuntur eæ literæ a ab Herwarto in Ludouici apologia, additque tanta hæc fuisse, vt Ioannes ad Ludouicum gremio ecclesiæ restituendum commoueri debuisset, nec tamen receptum conqueritur. Sed is auctor omnibus fucis causam quam tuendam suscepit colorare, Pontificis vero gesta, quamuis consona æquitati, traducere consueuit.

a Heruuart. to.1. ad an Chr. 1331 n.4.

Verę causę, cur Bauarus prorum co... sui non fuerit restitutus.

Si vero rei indagetur veritas, Ludouicum suo, non Ioannis vitio non fuisse ecclesiæ conciliatum patebit. Nam in primis ecclesiam magno reuocandi in sinum suum Ludouici arsisse desiderio demonstrāt plura documenta publica, quæ suis locis promentur: sed ea res rite fieri debuit, agebaturq; de Christi & ecclesiæ honore, vt qui hæresim publice erat professus, qui schisma conflarat, qui persecutionem indixerat in catholicos, tanta crimina ritu ecclesiastico expiaret, seque Apostolicæ sedis imperijs subijceret: ipse vero inanes tantum excusationes offerebat, scelerumq; præmia ingentia, imperiales nimirum apices deposcebat, cum iustissima sententia post vulgatam hæresim parto vtcumque iure cæsareo fuisset exauctoratus: & pessimi exempli foret, sponsæ Christi ecclesiæ dignitatem tam fœde conculcari, ac tot ab eo patrata facinora impune ferri, nec tutum videbatur, suscepto homini imperium committere; eiusque potestati fidissimos athletas, & clientes ecclesiæ subdere. Sed de huiusmodi Ludouici tractatu iterum agetur inferius.

Cæterum Pontifex ad reuocandos in viam salutis Bauari studiosos Cardinali legato munus imposuit b, vt eos omnes, qui Imperatorem illum appellauerant, censuris solueret, si ab eius partibus se discessuros pollicerētur; si quidem iustissime percussi erant anathemate, qui hominem, ob hęreseos & schismatis crimina rite a Christi vicario exauctoratum decretoria sententia, imperiali nomine contra edicta pontificia affecerant: pellectique ea misericordiæ significatione Firmani, Auximani, Vrbinates, Fabrianenses, Matelicani, ac plures alij, quos iam ante pœnituerat flagitij, missis ad sedem Apostolicam oratoribus, defectionis veniam poposcerunt. c

b To.8. p.2 ep. secr. pag. 299.

Liberati anathemate discedentes a Ludouico.

c Ib. pag. 304. et lib bull. select. to. xx11. sign. lit. A. pag. 155.

Picenum reconciliatio.

12 *Coram vobis sanctissimo in Christo patre et domino, domino Ioanne diuina prouidentia sacrosancta Romana & vniuersalis ecclesia summo Pontifice, ac eiusdem ecclesiæ reuerendissimorum patrum dominorum Cardinalium sacro collegio, nos deuoti vestri Zuctius de Bennegnatis, Hugolinus Pecoruccij, et Ioannes Nicoletti sindici et ambaxatores Firmanorum, Auximanorum, Vrbinatium, Aesinorum, Fabrianensium, Matelicæ, S. Elpidij, Scerræ, comitum Scirræ, S. Quirici et Barbaræ comitatuum, et vniuersitatum pro ipsis et nomine ipsorū dicimus et proponimus infrascripta. In primis quod communia et vniuersitates prædictæ et singulares personæ ipsorum ab eo tempore et citra continue, quo vestra, sanctissime pater, ad apostolatum assumptio ad ipsos extitit diuulgata, firmiter crediderunt et credunt, vos dominum Ioannem fuisse et esse prædictæ ecclesiæ verum et vnicum summum Pontificem et in terris Christi vicarium, et ipsorum in spiritualibus et temporalibus dominum singularem, et apud vos fuisse apostolatus auctoritatem. Item cum sanctitas vestra contra Ludouicum de Bauaria, qui se primo Regem, et deinde Imperatorem Romanum nominauit, processerit et ipsum reprobauerit, ac ipsi vt tali obediri, vel ipsum pro tali haberi siue nominari ante ingressum dicti Ludouici in Lombardiam duxerit prohibendum, non crediderunt ipsi communia et communitates nec singulares personæ ipsorum ijs temporibus, quibus idem Ludouicus Lombardiam intrauit, vel quibus moram traxit in ea, aut quibus fuit absens ab ipsa, ei vt Regi Romanorū fore obediendum vel parendum, vel ipsum pro Rege Romanorum habendum vel nominandum. Item cum dictus Ludouicus post processus, reprobationem, et prohibitionem prædictos, et nonnullos alios processus per sanctitatem vestram factos contra ipsum sine auctoritate vestra se in Regem et Imperatorem Romanum coronari fecerit, et Romanum imperium inuaserit, non crediderunt nec credunt eundem Ludouicum fore verum Regem vel Imperatorem Romanum, aut ipsi vt tali obediendum vel fauendum, aut ipsum pro Romano Imperatore habendum, seu nominandum. Item non crediderunt vnquam neque credunt fratrem Petrum de Corbario, qui B. Petri sedem inuasit, et se Papam falso nominauit, fuisse vel esse Romanum Pontificem seu Papam, aut ipsum pro Romano Pontifice habendum seu nominandum.* Et infra.

Profitentur Ludouicum nō esse iustū Imperatōrem.

Petrum e Corbario Pontificē non fuisse

13 *Item dicimus & proponimus, quod communia & vniuersitates prædicta, & ipsorum singulares personæ omnibus temporibus supradictis, & per ipsa tempora & ante fidem catholicam & vnam sanctam & Apostolicam ecclesiam firmiter crediderunt, nec erroribus alicuius haretici crediderunt, nec dictis temporibus vel ipsorum aliquo aliquid dixerunt vel egerunt, intendentes reuera deuiare a fide prædicta. Fatentur igitur sindici & ambaxiatores prædicti, quod fratrem Petrum de Corbario sæpedictum nominauerunt Papam, simulate tamen: ipsius anticardinalem & antilegatum Cardinalem & legatum nominauerunt, & receperunt aliquos antiepiscopos, & aliquos officiales & ministros eiusdem, & promotos per ipsum: & Ioannem de Claromonte antimarchionem nominauerunt & receperunt, ficte tamen, & alios nuncios damnati Bauari supradicti, vel nugatoria & ficta & falsa auctoritate ipsius & dicti fratris Petri, vt tales nominauerunt, & ipsis vt talibus simulate obediuerunt, & antiepiscopum & eorum literas vt talium receperunt, & ipsis vt talibus scripserunt; & ipsorum literis, & nugatoria, ficta, & falsa auctoritate vsi sunt. Hæc tamen omnia in hoc capitulo contenta, quæ fecerunt, vel ipsis fauentibus facta sunt, fecerunt & passi sunt simulate ac propter metum inimicorum suorum, & vt ipsis iniuriantibus possent resistere, non credentes ea fore licita, sed prorsus illicita & nefanda.*

Simulatione & vi illi adhęsisse;

Fatentur insuper, quod plures exercitus, caualcatas, & conflictus fecerunt contra terras & fideles vestros & sanctæ matris ecclesiæ, tanquam contra eorum æmulos & notorie inimicos cum terrarum captionibus, personarum occisionibus, & rerum dictarum terrarum & personarum captionibus, afflictionibus, grauium damnorum, atrocium iniuriarum illationibus, & plura alia his similia commiserunt & fecerunt contra mandata vestra & sanctæ matris ecclesiæ, & rectoris prouinciæ marchiæ Anconitanæ prædictæ. Quæ omnia & singula cordialiter pœnitet eos fecisse, perpetrasse, & amare dolent talia commisisse, recognoscentes in præmissis suas culpas & iniquitates enormes. Fatentur denique

De excursionibus in clientes ecclesiæ veniā poscunt.

que

set, cum ex illius ab Vrbe absentia conflandi recentis schismatis sumpta fuisset occasio, atque Vrbs continuis ciuium dissensionibus fluctuaret: ad quas componendas Philippus e Cambarlhaco hoc anno apostolicus nuntius,& Ioannes Vrsinus S. Theodori diaconus Cardinalis legatus operam nauare iussi a, dataque eidem nuntio Viterbiensium ad officium redeuntium præfectura b. Quod ad reliquas Italiæ prouincias, Etruriam præcipue, Insubriam, & Liguriam spectat; tristissima erat earum facies: in Etruria enim Pisani exules c cum Parmensibus & Genuensibus Gibellinis Pisas, conflato exercitu, tentarunt; atque in grauissimum discrimen adduxerant, cum Florentini opportunas suppetias attulere. Fœdabatur etiam contrarijs factionibus Insubria, in qua Ioannis Regis Boemiæ rebus depressis Brixiani, quos illum exciuisse vidimus, omnium primi eundem pellere sunt aggressi. Coniurasse Guelpharum partium ciues, ac Mastinum Scaligerum mille quadringentis succinctum equitibus in vrbem induxisse, refert Ioannes Villanus d, arx tamen aliquandiu obsidionem tolerauit: sed cum Ioannis Regis filius Carolus Parma discedere atque incerto discrimini se committere vereretur, ad deditionem mense iulio compulsa; Bergomum ad victorem pronum mox extitit. Azo Vicecomes Ticinum in suam potestatem redegit e, arcemque cinxit obsidione, qua sequenti anno potitus. Præterea parum fidei, quam ecclesiæ obstrinxerat, memor Cremonam, quæ in ecclesiæ partes iam diu concesserat, proditione occupare tentauit f: sed vrbe haud sine clade depulsus cum Gonzaga Mantuano Mutinensem agrum est populatus. Nutabat anceps Mutina, cui principi se addiceret, atque iam ante, vt vidimus, excusso Ludouici iugo,in ecclesiæ imperium concesserat, iterumque ab eo se subduxerat;& aliquandiu tutata libertatem,superiori anno Boemum in principem sibi asciuerat.

Dissensiones vrbanas sedare studet Pont.

a To.9.p.1 ep.secr. pag.7.

b Ib. pag. 35.

Etruria intestino laniata bello.

c Io.Vill.l. 10.c.200.

Insubriæ factiones variæ.

d Ib.c.205

Gesta ab Azone bella.

e Ib c.212.

f Cap.209

Mutinæ conuersiones.

g To.9.p.1 ep.secr. pag.19.

10 Vt ob superiores Etturiæ & Insubriæ motus Pontificem ad restituendam ijs prouincijs pacem ex eius literis h in meditato ad Vrbem itinere Bononiæ subsistere deliberasse vidimus, ita ob insperatam rerum conuersionem abduci a consilio potuit: refert enim Io.Villanus i, fidissimos antea Pontificis fœderatos, Robertum scilicet Siciliæ Regem ac Florentinos armorum societatem cum Azone Mediolanensi, Scaligeris Veronensibus, Gonzaga Mantuano, & marchionibus Atestinis aduersus Ioannem Boemiæ Regem illiusque socios, siue Ludouicus Bauarus siue Pontifex illi studerent, inijsse & quidem admodum rebus pontificijs iniquam: ex illius enim legibus constitutum, vt Mutina, cuius dominium recuperare conatum Pontificem vidimus, marchionibus Atestinis, S. Donini oppidum & Cremona, cuius imperio potiebatur ecclesia, Azoni Vicecomiti, Scaligeris Parma, Mantuano Rhegium, Florentinis Luca cederent. Ducebat hos suorum commodorum ratio: Robertum vero Regem veteres in Ioannis parentem Henricum Imperatorem, tum in Ludouicum Bauarum, a quibus sententia capitis damnatus fuerat, agebat simultates, abalienatusq; erat a legato ob arcanam cum Boemo habitam coniunctionem: ex quo fœdere hoc sane anno Ioannis Regis res corruere cœptæ, pontificiæ vero haud parum annis sequentibus labefactatæ. Cæterum ea in re ingrate admodum erga sedem Apostolicam eius fœderati se gessere.

h To 8.p.1 ep.secr. pag.312.

i Io.Vill.l. 10.c.205.

Italorum fœdus aduersus Pontificem.

Quam ingrate ea in re se gesserint.

Adijt porro Ioannes Rex sedem Apostolicã,vt cum Pontifice arcana consilia iniret: cuius imminentem aduentum significauit Ioanni Papæ Philippus Rex Francorum, addiditque eo tantum clientum ac satellitum numero,quem circumscripsisset Pontifex, illum accessurum; de quibus comitatis regiæ officijs actæ his verbis Philippo gratiæ a.

Rex Boë. Pontificẽ adit.

a Lib.bull select. Io. xxII.sign. lit.A.pag. 164.

Ioannes, &c. Regi Franciæ.

Tam humaniter, tam benigne pium propositum ac deuotum conceptum charissimi filij Ioannis Regis Boemiæ illustris ad nostram veniendi præsentiam literæ serenitatis regiæ deduxerunt, quod profecto in admirationem nostrum prouocauerunt animum, ac lætitia merito repleuerunt. Quis autem admirari non debeat, quod tantus princeps nobis aduentum Regis præfati sic dulci eloquio nobis nunciare curauerit, ac supra se recipere,quod idem Rex sic de tali gente,nec non & tali modo ac statu veniet sociatus, sicut nos duxerimus ordinandum? Profecto, fili, non est qui super hoc non debeat admirari. Ad hoc quidem regalem animum nullum impulit debitum, cum sine his eidem Regi liceret præmissa irreprehensibiliter adimplere: sed, vt tenemus indubie, ad hoc reuerentia, quam ad illum geris, cuius vices in terris, licet immeriti gerimus, sincera deuotio, qua ad eius honorem sponsæ sanctæ scilicet ecclesiæ affici nosceris, cuius cura nobis incumbit, regium animum inclinarunt, super quo deuotionem regiam plurimum in Domino commendantes eidem gratiarum exoluimus vberes actiones;&c.] Extant eo argumento ad Regem Boemiæ, qui suum aduentum ad curiam indicauerat, pontificiæ literæ b XII. kal. augusti anno XVI. exaratæ, quibus consulit ne eum laborem suscipiat,cum in rebus grauibus sine Cardinalium assensu consilia explicari non soleant, eaque res longiorem moram trahat: si tamen venerit peramanter exceptum iri pollicetur. Excusasse autem Boemum bella Italica in Guelfos colligitur, & concepta ad promouendam rem Christianam studia explicuisse, tum ex alijs pontificijs literis c graues illum aduersus Azonem Vicecomitem Mediolanensem querelas attulisse; controuersias tamen suas,excepta Bergomensi re, pontificio arbitrio permisisse. Dubrauius etiam refert d, Ioannem Regem rogatum a Bauaro, vt pro ipso in gratiam ecclesiæ restituendo intercederet, cum Pontifice ea de re egisse: iratum vero Ludouicum, cum res e voto non succederet, quasi Ioannes Rex cum Pontifice ipso ex composito collusisset.Sane quod ad Ludouicum Bauarum attinet, Philippus Rex Francorũ regios in Bauariam oratores misit, qui ipsum ad gremium ecclesiæ Christiana demissione repetendum prouocarent, ac Ludouicus legatos suos ad sedem Apostolicam ad illius gratiam comparandam missurum se responderat. Egit vero exeunte anno Pontifex Regi Philippo gratias e, studium suũ ecclesiæ pro fide asserenda ipsum explicuisse.

b Ib.pag. 162.

Quæ illũ causæ per mouerint

c To.9.p.1 ep.secr. pag.60.

d Dubra. hist.Boem. l.21.

Francor. Rex Bauarum Pontifici conciliandũ suscipit.

e To.9.p.1 ep.secr. pag. 106.

Monitus porro officij Bauarus, patrata quidem a se flagitia agnouit, ad ea tamen rite expianda non se comparauit; sed in id tantum incubuit, vt augendæ suæ amplitudinis & correptæ cæsareæ dignitatis asserendæ rationes conquireret. Missis itaque oratoribus Arnoldo Mumebacensi & Vdalrico Augustensi, qui ei a secretis erant,Ioannem Papam de fœdere postulauit, deque ea re publicas edidit literas, in quibus Ioannem ipsum, quem antea horrendis maledictis ap-

nostris regijs vel receptoribus, sed certis burgensibus ad hoc idoneis, per nos deputandis, dicta decima a collectoribus sedis Apostolicæ, & alia subsidia assignentur, quæ dicti burgenses recipere eaque fideliter conseruare debebunt, & de mandato quatuor dictorum prælatorum regni Franciæ modo prædicto deputandorum vtiliter ad ipsius viagij commodum dispensare. Quibus quidem prælatis, aut duobus ex ipsis modo prædicto deputandis receptores prædicti annis singulis de receptis & expensis, seu missis computum & debitam debebunt reddere rationem. Ipsi autem prælati prædicti, aut duo ex ipsis, vt prædicitur, deputandis ad mandatum nostrum seu ordinationem pro dicti passagij præparationibus, prouisionibus, & commodis absque eo, quod aliquid de prædictis conuertatur in vsus alios, solutiones fieri facient, & complebunt, nec aliquid, quod de prædictis receptum fuerit, conuertent in vsus alios, quam dicti passagij nec pro posse permittent. Item quod si per nos dictis prælatis contingeret præcipi vel mandari, vt ipsi de receptis aliquid soluerent, liberarent, aut solui facerent, seu etiam liberari, si videretur eisdem, quod illud non cederet ad vtilitatē passagij antedicti, dicti prælati aut duo ex ipsis, scilicet vnus deputatus per sedem Apostolicam & alius per nos, teneantur nobis rescribere fideliter seu referre, quid ipsis videbitur faciendum ad finem illum, quod iuxta rescriptiones seu relationes eorum super hoc per nos debeat ad vtilitatem dicti negotij maturius & commodius prouideri. Si vero pendente negotio aliquē seu aliquos dictorum decedere contingeret prælatorum, successores eorum, vel si forsan eorum vacarent ecclesiæ, alij loco eorum subrogabuntur idonei per illos, qui defunctos deputauerant antedictos. [Nonnullisque interiectis de ratione ab ijs prælatis reddenda quotannis sedi Apostolicæ, de sumptu in belli sacri rem verso addit.]

Accepti & expensi reddenda ratio.

7 Nos autem, heredes, & successores nostri super prædictis & aliquo præmissorum sedi Apostolicæ, vel deputandis ab ea, seu alij cuicumque non tenebimur, nec tenebuntur aliquam reddere rationem. Per hoc autē nolumus nec intendimus impediri, quin quatuor prædicti prælati nobis & successoribus nostris de collectis expēsis & residuo prædictis partes & particulas omnes & singulas exhibere & assignare teneātur, & reliqua reddere in vsus & vtilitatem dicti viagij, vt præmittitur, conuertenda in casibus, in quibus ad nos seu successores nostros spectabit distributio eorundem secundum ordinationem prædictam. Vt autem prædicta ad vtilitatem dicti negotij debeant inuiolabilius intemerata seruari, promittimus nos facturos & curaturos, quod charissimus filius noster Ioannes de Francia dux Normanniæ Andegauensis Cœnomanensisque comes, licet absens, per procuratorem suum ad hoc legitime constitutum super sancta Dei euangelia corporaliter tacta iurabit coram summo Pontifice prædicto & in eius præsentia, quod ipse in quocumque statu sit in præsenti, seu etiam deueniat in futurum, etiam si ad successionem seu regimen dicti regni venire contingat eundem; prædicta omnia & singula, quatenus concernunt & tangunt ordinationem eorum, quæ recepta fuerint de decimis vel alijs quocumque nomine censeantur, nobis per sedem Apostolicam pro dicto passagio concedendis, tenebit & firmiter obseruabit modo & forma superius expressatis; ratum & gratum habentes, & etiam perpetuō habituri quidquid per dictos procuratores & nuntios nostros quatuor, tres, aut duos ex ipsis in prædictis & quolibet prædictorum ac dependentium ex eisdem actum, promissum, iuratum, & obligatum fuerit ac etiam procuratum. In quorum testimonium & ad maiorem firmitatem nostrum fecimus apponi sigillum: *Actum & datum Aureliani* xx. *die mensis martij anno* MCCCXXXII. Obortæ sunt postea Philippo Regi ingentes difficultates circa huiusmodi conuenta, si is casus contingeret, vt improuisa rerum conuersione ab ea expeditione distraheretur. Superiores itaque leges, vti diximus, temperandas poscit; demumque suis tractatibus Armeniæ cladem accersiuit, neue a Ioanne Pontifice sedes Apostolica Italiæ restitueretur, importune obstitit, cum omnia ad eam rem comparata essent.

Obstringendus Ioannes dux promissa circa decimas seruatum iri

Exitiales ecclesiæ Philippi tractatus.

8 Admoniti a quidem Bononienses de suscepta a Pontifice & Cardinalibus traducendæ in Italiam aulæ Apostolicæ sententia, ac blanda prolectati spe, se suaq; omnia pontificijs imperijs & obsequijs subijcere b: missisque oratoribus ea de causa in publico consistorio Pontifici & sacro Cardinalium collegio studia sua addixere. Cum legatus munitissimam arcem, in qua Pontifex habitaret, excitare magnis operibus & sumptibus cœpit, æquatis ob id solo pluribus ciuium domibus, & palatia Cardinalium designare: suspensis vero rei expectatione Bononiensium animis, cum verbis opera non responderent, superiores morarum causas retexuit, atque huius spei illecebra permulsit Ioannes c.

Bononiensium in Pont. studia.

a To. 8. p. 2 ep. secr. pag 313.
b Io. Vill. l. 10. c. 201.

Nunc Dei misericordia eisdem sopitis negotijs, periculisque viarum plurimum diminutis, nostri & fratrum eorundem erat propositum dilectam sponsam nostram, Romanam scilicet ecclesiam, annuente Domino visitare: & quia Lombardiæ & Tusciæ prouinciæ reformatione ac consolatione in pluribus indigebant, quæ per nostram & ipsorum fratrum præsentiam sperabantur promotius adimpleri, nec totus occurrebat nobis & ipsis fratribus aptior ciuitate Bononiensi prædicta; nostri erat propositi, & in hoc nostrum & ipsorum consilium reputabat, vt ad ciuitatem eandem Bononiensem deberemus cum eadem curia, concedente Domino, nos transferre, ibique moram trahere, sicut prouinciarum prædictarum reformatio & consolatio postulabunt; exinde versus Vrbem dirigendo, diuina gratia præuia, gressus nostros. Dat. XIII. *kal. iulij anno* XVI.

c To. 8. p. 2. ep. secr. pag 312.

Pontificij aduentus expectatione mulcentur.

Peruasit metus Bononienses, ne ita aduentus Pontificis in Italiam ea occasione retardatus inani spe Italorum expectationem falleret. Intulerunt itaque, ni maturaret in Italiam iter, adeo hostium potentiam ingrauescere, vt grauis formido immineret, ne demum Bononia succumberet: proinde vt auxilio prōptissime accurreret flagitarunt. Quos Ioannes pontificij auxilij spe, vt bono essent animo excitauit d: *Respondemus*, inquit, *quod timor de his videtur nobis superfluus ingeri, cum ius & ratio ad tuitionem & defensionem vestram merito nos astringunt. Rursus si antequam ciuitatem & comitatum Bononiensem sub nostro et ecclesiæ Romanæ posuissetis dominio, defensioni tamen vestræ principalius quā cæteris terris ecclesiæ institerimus sicut rei euidentia manifestat, apertius et indubie debetis supponere, quod nunc debitores effecti studiosius, si casus se offerret, curaremus quod nobis incumberet, dante Domino, adimplere, etc. Dat.* XI. *kal. septembris anno* XVI.

Et Pontificij auxilij spe.

d Ib. pag. 313.

9 Edoctus erat Ioannes experientia quanta sedis Apostolicæ translatio mala ecclesiæ inuexisset,

tenta tam in istis quam in nostris alijs literis in suo robore duratura.

Sponsio regis, aurum bellis sumptibus factum in alios sumptus non auersum iri.

Damus insuper dictis procuratoribus, iuxta formam expressaram superius, plenam & liberam potestatem, ac speciale mãdatum pro nobis, & nostro nomine, & in animam nostram coram summo Pontifice & in eius pręsentia corporale iuramentũ præstandi, quod nos non accipiemus nec accipi scienter faciemus, seu consentiemus, quod alius aliquid de his capiat seu accipiat, quæ nobis per sedem Apostolicam in subsidium antedicti passagij concedentur ad hoc, vt in vsus alios quam in vtilitatem dicti passagij conuertantur: nec ea in vsus conuertemus alios, nec conuerti scienter a quouis alio patiemur. Et si forsan aliquid de prædictis pro vsibus alijs a nobis vel alijs contingeret accipi casu aliquo vel conuerti, illud ad locum pristinum & ad vsum dicti passagij, statim cum hoc ad nostram notitiam deuenerit, sine morosa dilatione reponi & restitui faciemus: ad quod heredes & successores nostros astringi volumus, & etiam obligari.

4 Et si forsan contingeret, nos infra dictum terminum impedimento perpetuo impediti, vel taliter, quod probabiliter appareret duobus prælatis, sicut præmittitur, per sedem Apostolicam deputatis, qui in prædicto termino vel alio per sedem Apostolicam ex causa aliqua prorogato, nec infra septem mensium spatium immediate sequentium iter arripere possemus & illud prosequi, volumus quod iuxta ordinationem sedis Apostolicæ potestas colligendi seu exigendi decimam & alia subsidia, in regno nostro Franciæ imponenda per sedem eandem, nobisque vt prædicitur concedenda, statim debeat expirare; nisi forsan per eandem sedem circa expirationem collectionis huiusmodi contingeret aliud ordinari: quo casu quidquid de decima & alijs subsidijs prædictis, nobis pro dicto passagio per sedem Apostolicam concedendis, penes nos heredesue nostros, aut quoslibet alios tũc restaret, & in dicti passagij præparationibus, aut pro eo de mandato nostro iuxta ordinationem sedis Apostolicæ infra contentam non esset expensum; nec non & galeæ & aliæ quæcunque res factæ, emptæ, seu quomodolibet prędicto passagio seu pro eo acquisitæ de dictis decimis & alijs nobis per sedẽ Apostolicam, vt præmittitur, concedendis & omnibus debitis, in quibus receptores infrascripti seu quicumque alij de concedendis huiusmodi collectis tunc vel non collectis quomolibet tenebuntur, debebunt per nos seu successores nostros quatuor prælatis regni nostri, quorum duo per sedem Apostolicam, alij vero duo per nos, vel duobus ex eis, quorum vnus per eandem sedem, alius vero per nos fuerint deputati, sine difficultate qualibet assignari. Qui quatuor seu duo ex eis, vnus scilicet per sedem Apostolicam, alius autem per nos, vt prædicitur deputati, omnia recipient, conseruabunt in locis regni nostri securis & cõgruis, nomine sedis Apostolicæ distribuenda per eandem sedem, & ad opus illorum, in quos distribuenda & expendenda fuerint, vt iuxta modum, qui sequitur in terræ sanctæ subsidium vtilius & commodius conuertantur.

Si distur-betur expeditio, decumarum exactionem intermissum iri.

Constituendi quatuor præsules decumani auri quæstores.

Vt decumæ administrandæ, si a Rege intermittatur expeditio.

5 Modus autem est iste: quod si postquam nos contingeret, vt præmittitur impediri, per sedem Apostolicam, indicatur generale passagium vel etiam particulare, si nos vel Rex Franciæ, qui tunc regnabit, vellemus seu vellet in illo passagio transfretare, debebunt nobis vel Regi Franciæ, qui tunc erit, omnia prædicta tam in pecunia quã in rebus alijs sub forma & modis circa conseruationem, distributionem, & ordinationem adiectis in præsenti prouisione, sub quibus pro dicto passagio conceditur, integraliter assignari. Si vero nos vel successor noster, qui pro tempore fuerit, nollemus vel nõ possemus, aut nollet seu nõ posset in illo passagio transfretare, aliqui tamẽ prælati, seu magnates aliqui, vel nobiles alij dicti regni vellẽt in illud passagium proficisci, iuxta statum & conditionem ipsorum & numerum bellatorum, quos secum ducerent, debebit illis de dicto residuo auctoritate sedis Apostolicæ prouideri.

Si vel aliqui Galli eã obeãt.

Si autem nollet aliquis prælatus vel nobilis de dicto regno in dicto passagio proficisci, vel essent illi adeo pauci, quod illis prouiso de collectis decimis & alijs subsidijs adhuc aliqua superessent; in prædictis casibus sedes Apostolica de toto eo, quod de decimis & alijs subsidijs esset collectum, vbi nec nos nec Rex Franciæ, qui pro tempore fuerit, nec aliqui prælati vel seculares, magnates seu nobiles prædicti vellemus seu vellent in dicto passagio proficisci, vel de illo quod restaret, prouiso illis, qui de regno Franciæ tunc voluerint transfretare pro vtilitate terræ sanctæ etiam in personis alijs, quam de regno, possit libere, prout sibi visum fuerit, ordinare. Si vero impedimentum infra dictum terminum occurreret temporale, ac tale, per quod crederetur probabiliter non debere nos a prosecutione itineris in supradictis terminis impediri, non expiraret decimarum & aliorum concedendorum prædictorum exactio, neque cesset. Sane si impedimentum occurreret in termino ad arripiendum iter statuto, siquidem esset tale, quod probabiliter infra septem menses immediate sequentes cessare deberet, non expiret exactio decimæ, neque cesset. Si autem impedimentum huiusmodi esset tale, quod infra septem menses prædictos probabiliter * ex tunc expirare debeat decimarũ & aliorum subsidiorum exactio supradicta, nisi per sedem Apostolicam dictus terminus ex causa aliqua fuerit prorogatus. Quo casu, si prorogatio termini annum non excederet, non cesset exactio decimarum: si vero ipsa prorogatio annum excederet, tunc statim expiret decimarum exactio; sed finito prorogationis tempore, dum tamen Rex ipse paratus fuerit negotium dicti passagij prosequi, vires resumat absque commissione alia commissio prius facta, possitque ex tunc per deputatos prius procedi commissarios ad exactionem prædictam, ac si continue ipsorum commissio in suo robore perstitisset. Si vero impedimentum huiusmodi arreptionem totam impediret, eo casu dictum residuum & cætera omnia, quæ tam in pecunia, quam rebus alijs quibuscumque prædictis tunc restarent, debebunt in manu sedis Apostolicæ, videlicet penes quatuor prælatos, quorum duo per sedem Apostolicam, duo vero per nos; aut duos ex ipsis, quorum vnus per eandem sedem, alius per nos deputati fuerint assignari per eos, sicut præmittitur, conseruandã & per eandem sedem disponenda, sicut in alio articulo superius continetur. De impedimentis autẽ prædictis duo prælati prædicti per sedem Apostolicam deputandi, seu eisdem modo, qui prædicitur, subrogandi se informabunt, & etiam declarabunt.

*non cessaret,

Si penitus abrumpatur expeditio, accepta restitutum iri.

6 Et vt vtilitati dicti passagij prouideatur vberius, volumus & etiam ordinamus, quod pecunia concedenda nobis per sedem Apostolicam in subsidium passagij antedicti non thesaurarijs no-

Qua integritate sacrum aurum collocandũ sit.

a Ibi. pag. XVI. eodem etiã die ad Regẽ Francorum scripsit, a discessus ex Auenionensi vrbe diem se nõ constituisse, donec Asiatici belli conficiendi prouinciam suscepisset. Iam tum regij oratores Aueniob Ib. pag. 311. nem peruenerant b, anceps tamen hærebat Pontifex, an Rex ijs, quæ ipse oratoribus responderat, assensurus esset, ac priora consilia perducturus. Obiectæ itaq; noue morandi causę, de quibus hęc legato tot morarũ impatiẽti rescriptum est: *Super mutatione curiæ pridem ordinatum extitit, sicut nosti: sed super recessu nostro de his partibus, & ad illas, Domino dirigente, accessu propter aduentum nuntiorum charissimi in Christo Philippi Regis Francorum illustris, qui tunc venturi erant ad curiam, certus non potuit, nec adhuc potest præfigi terminus, cum negotia, pro quibus iam dicti venerunt nuncij, sint ardua, nostram diutius in his partibus præsentiam exigentia forsitan, quam antea crederemus. Dat. kal. martij anno XVI.* Illustrat hæc Ioannes Villanus c, dum accurate percenset decretos primos a Francorum Rege oratores illius nomine plena inuidiæ postulata attulisse, flagitasse enim in primis opulentum illum, quem Ioannes cumularat, thesaurum: tum sexennales toto Christiano orbe decumas; & sacerdotia conferendi permutandiue in Gallijs ius: tum vt filius Viennensi & Arelatensi regno, frater vero Carolus Italico donarentur. Verum cum repulsam tulisset, atque a Pontifice responsum esset, ecclesiam expeditionem ei adorienti nunquam defuturam; obortam inuicem tacitam indignationem abalienationemque animorum. Prima itaque illa Philippi legatio caruit exitu: quare pactiones aliæ a Ioanne propositæ, quas cum disquireret, hyems effluxit.

(Marginal notes: Dudæ aliæ ex alijs moræ. — c lo. Vill. l. 10. c. 198.)

2. Decreti demum mense martio adulto a Philippo Rege alij oratores fuerunt ad sedem Apostolicam, additæque subiectæ literæ de Asiatica expeditione suscipienda, ea pactionum, quas sanxerat Pontifex, formula conceptæ d.

(d Extant apud Ant. XXII. an. 18. p. 1. ep. 7. sup pass. terræ sanctæ.)

Philippus Dei gratia Francorum Rex.

Notum facimus vniuersis, quod cum duxerimus sanctissimo patri in Domino Ioanni diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici per nostras alias literas supplicandum, vt indiceret passagium generale, quod per eundem indicendum speramus; nos ad manifestandam fidelibus quibuscumque sinceram intentionem, quam habemus ad dictum generale passagium assumendum, si illud per sedem Apostolicam contingat indici, & ad omnia & singula, nobis per sedem eandem in ipsius passagij subsidium concedenda, conuertendum in eiusdem vtilitatem passagij sine diminutione quacumque iuxta prouisionem inferius annotatam; facimus & constituimus dilectos & fideles consiliarios nostros Petrum Rothomagensem archiepiscopum, Ioannem Morinensem episcopum, Guidonem Baudeti decanum ecclesiæ Parisiensis, Henricum de Aualgoria, & Petrum de Castellis dominos milites procuratores nostros & nuntios speciales ad infrascripta, dantes eisdem, *& infra*, speciale mandatum supplicandi prælato sanctissimo in Christo patri sũmo Pontifici, quod pro pleniori succursu terræ sanctæ sibi placeat ad nostrã postulationem indicere passagium generale, & ipsum, postquam indictum fuerit, pro nobis & nostro nomine coram dicto summo Pontifice & in eius præsentia assumendi & præstandi in animam nostram corporale tactis sacrosanctis euangelijs iuramentum, quod nos iter arripiemus dicti passagij a kal. augusti proximo venturi ad tres annos, illudque prosequemur realiter & personaliter, iusto & legitimo impedimento cessante. Ita tamen & non aliter assumptionem passagij, iuramentum, & obligationem huiusmodi per procuratores nostros prædictos iuxta potestatem eis, vt præmittitur, datam fieri volumus, intendimus, & mandamus, quod si iustum ac legitimum impedimentum seu impedimenta huiusmodi nos, heredes, seu successores nostros super his allegare contingat, de illo seu de illis, an sint iusta & legitima vel non, duo prælati regni nostri archiepiscopi vel episcopi per sedem Apostolicam deputandi, se diligenter debebunt auctoritate apostolica absque cuiuslibet alterius partis vocatione simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicij informare; ac super impedimento seu impedimentis ipsis occurrentibus, an iusta & legitima vel non censenda sint, prout eis visum fuerit, iuxta informationem præhabitam declarare: cui declarationi omnino stari debebit absque eo, quod per sedem Apostolicam ex officio suo vel alias quomodolibet possimus nos, heredes, successoresue nostri possint super his trahi ad examen sedis Apostolicæ, seu ad eam super ipsis recursus haberi, seu alias in iudicio vel extra per eandem sedem, vel eius auctoritate, aut alias quomodolibet molestari: quodque potestas prædictis concedenda prælatis per eandem sedem re integra vel non integra reuocari non possit; & quod morte deputantis dictos prælatos, seu committentis eisdem potestas huiusmodi non expiret. Quæ omnia & singula in potestate & mandato datis nostris prædictis procuratoribus, nec non in assumptione dicti passagij iuramento & obligatione prędictis per eos pro nobis & nostro nomine, vt prædicitur, faciendis inesse volumus & ponimus in eisdem, alias non facturi assumptionem passagij, iuramentum, & obligationem prædictam.

(Qui oratores a Phil. ad Pont. missi. — Constitutus mouendi in orientem exercitus dies. — Si oboriantur impedimenta, constituti iudices, an ea sint iusta.)

3. Si vero dictos duos prælatos ad hoc a sede Apostolica deputandos, vel eorum aliquem interim transferri, cedere, aut decedere contingeret, antequam declaratio prædicta facta sit, loco illorum seu illius, quos vel quem transferri, cedere, aut decedere contingeret, alij seu alius prælati dicti regni ex nunc deputabuntur & subrogabuntur per sedem eandem, singuli in singulorum translatorum, cedentium, aut decedentium loco per ordinem, quo per dictam sedem fuerit ordinatum ad informationem & declarationem huiusmodi, vt præmittitur, faciendas. Per assumptionem autem, iuramentum, & obligationes prædicta, quæ facimus seu fieri mandamus ratione huiusmodi passagij generalis, non intendimus heredes successoresque nostros obligari seu teneri quomodolibet ad transmarinum passagium faciendum, vel ibi seu pro eo mittendum personas quascumque; nec ad mittendum, soluendum, seu ministrandum expensas, quas faceremus & subiremus, si dictum passagium per nos realiter & personaliter faceremus, & illud faciendo seu etiam prosequendo, vel aliquod aliud qualecumque subsidium facere vel iuuamen; nec bona nostra, heredum, vel successorum nostrorum ad hoc esse seu remanere obligata quomodolibet vel astricta: ordinatione tamen super colligendis, recuperandis, conseruandis & distribuendis, assignandis & reddendis in manu sedis Apostolicæ decimis & alijs subsidijs quibuscumque nobis pro dicto passagio per sedem Apostolicam concedendis, con-

(Adiectæ leges, si eos prælatos cedere vel decedere contingeret.)

Sumpta inde illi detrahendi occasio.

ea arguméta diligentius discuterét. Exinde a malevolis Bauarici nimirum schismatis sequacibus, & pseudominoritis hęreseos dānatis, quorū principes erant Michael Cæsenas, Guillelmus Ochamus, & Bonagratia, de quibus supra memoraui, laniata calūnijs est pontificia existimatio, quasi decretorie pronuntiatum fuisset a Ioanne, non videri ante iudicium diuinam essentiam; vnde mox ij improbo zelo formulas prouocandi ad synodum œcumenicam contra eum vt hæreticum conceperunt [a], in quibus hæc obiecere: *Dominus Ioannes anno Domini* MCCCXXXI. *in festo omnium sanctorum in sermone, quem publice fecit, qui incipit, Mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis, &c. & in alio sermone quem publice fecit eodem anno in dominica tertia de aduentu, qui incipit, Gaudente in Domino semper &c. & in alio sermone, quem publice anno Domini* MCCCXXXII. *in vigilia epiphaniæ, qui incipit, Surge, tolle puerum & matrem eius,* & infra, *dogmatizatus est, quod sancti in cælo non vident nec videbunt vsq; ad diem generalis iudicij & futuram corporum resurrectionem faciem Dei, siue diuinam essentiam; sed tantummodo vident & videbunt vsque ad futurum vniuersale iudicium humanitatem Christi.* Falsum erat hæc dicta definitiue a Pontifice, verum ita volebant dictum, & calumniabantur hostes pontificij. Aduersus quos scripsit Vlricus insignis doctor Germanus, ac post cōstabilitam pluribus argumentis veritatem de fruitione diuinæ essentiæ ante iudicium, demum in fine operis [b] aduersus calumniatores pontificios ostendit, quæ objiciebantur ab hostibus, dicta a Ioanne instar scholastici disceptatoris.

a Ext. in M.S. bibl. Vat. sign. n. 4009. pag. 180.

b Vlricus l. 4 c. vlt. M.S. bibl. Vat. sign. n. 4005. pag. 136.

Excusatio & pia interpretatio papalis sermonis.

Falsū est definiuisse Ioannē Deum ante iudiciū non videri a sāctis.

45 *Sane quæ iam in his tribus supradictis libris, & in tribus solutionibus superius de beata visione Dei ante diem iudicij percipienda dixi & posui, contra eos præcipue scripsi, qui sanctissimum Papam Ioannem in suo sermone dicunt, diffiniendo determinare, sanctorum animas ante diem iudicij non posse Deum beate videre; vel contra eos, qui hoc ipsum ex eius sermone præsumunt asserere determinate & diffinitiue, quasi ipse etiam videatur hoc diffiniendo & determinando sentire. Verum si sermo papalis pie & sane intelligitur, non proprie sermo, nec definitio, nec determinatio, seu prædicatio; sed magis quasi quædam scholastica disputatio, aut disputantium collatio aptius esse perpenditur. Non enim hoc habet sanctorum prædicatorum consuetudo ecclesiastica, vt publice in ecclesia prædicationes fiant per tales allegationes, sicut papalis sermo stipatur: sed in ecclesiasticis sermonibus ea, quæ dubia sunt, timore & magna cautela; & ea quæ certa & manifesta, sunt pro auditorum salute cum magna verborum simplicitate a sanctis prædicatoribus proponuntur: quam formam quia sermo papalis de beata visione non seruat, ideo non proprie ecclesiasticus sermo, nec recta prædicatio; sed congruentius scholastica disputatio, seu altercatio aut disputantium collatio, vel veritatis solicita inuestigatio existit. In scholasticis enim disputationibus & altercationibus, seu in disputantium collationibus & argumentis, auctoritatibus, similitudinibus, glossis & syllogismis, ac alijs subtilitatibus verborum multis cuiuslibet rei veritas magna solicitudine indagatur & inuestigatur: & non ibi sicut in ecclesiasticis sermonibus & prædicationibus simplex veritas audientium deuotis mentibus & auribus simplicibus verbis superseminatur.*

Disceptādo dictū, non decernendo.

Itaque sanctissima papalis mens, cupiens loqui de beata visione deitatis ante diem iudicij ab animabus sanctorum percipienda, deuitans formam & modum ac morem in ecclesia publice prædicantium, & sermonem de verbo Dei fidelibus cum simplicitate facientium; & assumens formam & modum atque morem per auctoritates, rationes, similitudines, argumenta, glosas, syllogismos, & per multas alias virtutes & subtilitates verborum, sicut fieri solet in scholis & in studijs disputantium, ostendit se magis personam disputatoris, quam ecclesiastici prædicatoris seu sermocinatoris, quando loquitur de beata visione deitatis, habere. Porro quoniam in scholasticis disputationibus quorundam magistrorum & doctorum est, diffiniendo quæstiones determinare; et quandoque interrogationibus, solutionibus, argumentationibus, et responsionibus, ac oppositionibus veritatem quæstionum indagare; ideo deuota mens papalis more saluatoris nostri Iesu Christi, in medio doctorum in Ierusalem sedentis et interrogantis ac respondentis, se humilians, loquendo et scribendo de beata visione deitatis ante diem iudicij percipienda, videtur habere personam scholastici disputatoris, cum ibi per rationes, argumenta, auctoritates, similitudines, et glossas arguit et soluit, et concludendo instructionem, et correctionem, ac ecclesiæ determinationem concupiscit, sicut expresse dicit; et in sua disputatione nihil certum definiendo et determinando relinquit, nec sua disputatione et sermone aliquod præiudicium veritatis facere intendit. Conflata est maior Pontifici inuidia proximo anno non in Germania modo, sed etiam in Gallia. At Pontifex aspersas sibi calumnias demum deleuit: ipsum enim professum videbimus in publico Cardinalium senatu quæcumque in controuersia de visione dixisset, collationis theologicæ instar, non asseueranter dicta fuisse; de quibus inferius suis locis.

Aucta progressu alicuius téporis inuidia.

IESV CHRISTI
Annus 1332.

IOANNIS PP. XXII. annus 17. VAC. IMP. OCCID. 19. ANDRONICI IMP. ORIEN. 49.

Pia & ardua Pontificis cōsilia.

1 INfestabant Africani & Granatenses Saraceni Hispanias [a], Turcæ Græciam [b], Armeniam [c] Ægyptij & Babylonij anno Christi millesimo trecentesimo indictione decimaquinta, cum Pontifex promouendæ sacræ aduersus impios expeditionis desiderio flagrans, vt pia consilia perduceret, dissentientes Christianos mutuo fœdere conciliare, sedemque Apostolicam restituere Italiæ meditatus est.

a Marian. l. 16. c. 2.

b To. 9. p. 1 ep. secr. pag. 130. & pag. 327.

Pōtificiæ pro conciliandis Christianis curæ.

Exposuerat [d] Gallicis principibus, exeunte superiori anno, Philippus Francorum Rex solemne de vindicanda ex infidelium seruitute Syria votum suum, cuius oratores mittendos Auinionem cum expectaret Pontifex, discessus ex vrbe Auenionensi diem præfigere distulit: mirantique Philippo Regi sibi consilium de transferenda Bononiam aula pontificia patefactum non fuisse, rescripsit [e] pridie kal. martij oratorum illius causa itineris suscipiendi diem extractam; quod etiam idibus aprilis Reginæ Ioannæ significauit [f], additque: *Multorum habet opinio, quod præter multa alia, quæ sperantur ex mutatione curiæ subsequi commoda ipsi transmarino passagio, ordinatis quæ ad nos pertinent, non minus Bononiæ, quam Auinione foret nostra præsentia opportuna. Gratia domini nostri Iesu Christi sit tecum, quæ te sit in via dirigat, quod ad desideratam cœlestem patriam sine deuio te perducat. Dat. Auin. id. april. anno* XVI.

c To. 8. p. 2 ep. secr. pag. 364.

Illius in Italiam aduentus retardat a Gallo.

d Io. Villa. l. 10. c. 198.

e To. 8. p. 2 ep. secr. pag. 216.

f Ib. pag. 217.

Ioannes, &c. charissimo in Christo filio Magno Sueciæ & Norvvegiæ Regi.

Tuis supplicationibus inclinati, vt quotiescumque in capellis tuis, vel quibuscumque ecclesijs regni tui in tui præsentia feceris missarum solemnia celebrari, & in eis proponi per prædicationis ministerium verbum Dei; proponens verbum huiusmodi possit auctoritate apostolica tibi & omnibus alijs personis ibidem præsentibus, dummodo tu & personæ prædictæ vere pœnitentes fueritis & confessi, si archiepiscopus vel episcopus fuerit, vnum annum, si vero alia persona ecclesiastica, cui alias tamen competat prædicare, fuerit sexaginta dies de iniunctis tibi & eis pœnitentijs misericorditer relaxare, deuotioni tuæ de speciali gratia tenore præsentium indulgemus, &c. *Dat. Auin. XII. kalend. augusti anno XV.*

Infans a S. Hyacintho ad vitam reuocatus. a Sur. in vit. S. Hyacin. l. 2. c. 31.

42 Hoc anno editum est S. Hyacinthi ordinis Prædicatorum suffragijs insigne miraculum a: infans enim, qui nondum baptismo lustratus mortem obierat, delatus ad illius sepulchrum vitæ est restitutus, moxque sacra vnda ablutus. Patrata etiam eodem anno Florentiæ plura miracula duorum piorum secularium laicorum opera, quorum alter Barduccius nomine apud S. Spiritum fratrum Augustinianorum, alter Ioannes Vespignanus apud S. Petri maius templum sepulti, refert Ioannes Villanus b, ac plurima ad eorum sepulchra donaria sacra appensa: additque inuentas reliquias S. Zenobij in eadem vrbe a Pisano archiepiscopo, & Florentino, Fesulano, & Spoletano episcopis, atque partem cranij in theca argentea in formam humani capitis eleganter elaboratam repositam, vt recurrente sacro illius sancti nomini die populorum venerationi exponeretur: Florentinos vero magno pietatis sensu delibutos ad eas colendas, ac S. Zenobij implorandas apud Deum preces concurrisse. In Auinionensi autem agro, cum ingens miraculum præsentibus multis fidelibus a Numine ad Deiparæ gratiam editum esset, Ioannes Papa sacellum excitauit; quæ etsi ante hæc tempora gesta, literarum pontificiarum ad Petrum Grossinum, quem illius capellanum instituit, occasione inserendum visum est: *Dudum*, inquit c, *ad honorem diuini nominis ac precelsæ genitricis Dei Mariæ dominæ nostræ, omniumque sanctorum quandam capellam in loco vocato de Bessel iuxta ciuitatem Auinionensem, vbi Deus precibus & intercessione genitricis eiusdem quoddam magnum miraculum in conspectu multorum fidelium astantium operatus extitit, eiusdem dominæ nostræ venerando vocabulo insignitam construi fecimus & fundari, &c. Dat. III. non. aprilis anno XV.* Conuersa etiam a Pontifice d in Castronou. Iudæorum synagoga in ecclesiam B. Mariæ, ac stipendia tribus presbyteris, qui ad diuinum cultum incumberent, attributa; Iudæi vero inde exturbati. His addimus monitum ab eodem Pontifice Iacobum Regem Balearium e, ne a Iudæis nouam synagogam in ipsius terris excitari pateretur.

b Io. Vill. l. 10. c. 179. Inuentæ S. Zenobij reliquiæ.

c To. 8. p. 1 ep. secr. pag. 177. Miraculū ingens ope Deiparæ editū prope Auinionem.

Sacellum eo in loco a Pont. conditū. d Ib. pag. 156.

e Par. 2. ep secr. pag. 263. Controuersiæ de visione beatifica initia. f M.S. bib. Vat. sign. n. 4009. pag. 180. g An. Chr. 1318. n. 10.

43 Agitari cœpta est f hoc anno in pontificia curia quæstio de visione animarum controuersa inter theologos eius temporis. Et sane Ioannes, dum fidei orthodoxæ, quam Romana profitetur ecclesia, a Clemente IV. conceptam ad Armenos, ad Cathainos, ad Persas, ad Tartaros, ad Alanos, ad Nascarinos, ad Lithuanos, ad montis Albors accolas transmiserat, hæc docuerat g: *Tenet & prædicat sacrosancta ecclesia*, & infra, *illorum animas, qui post sacrum baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quæ post peccati contractam maculam, vel in suis manentes corporibus, vel eisdem exutæ sunt purgatæ, in cælum mox recipi*. Hoc itaque fidei decretum nullatenus in dubium reuocatum est. Sed vtrum animæ illæ piorum omnis labis expertes cælo exceptæ, & empyreas adeptæ sedes, diuinæ essentiæ visione faciali, clara, & intuitiua potirentur: pars maior perfrui visione sentiebat; pars negabat, sed visionem beatificam dandam solummodo in extremo iudicio, cum decretoria illa sententia a Christo pronuntianda foret: *Venite benedicti Patris mei, possidete regnum, quod paratum est vobis a constitutione mundi*. Addebant eiusdem opinionis propugnatores, frustra in iudicio eam sententiam pronuntiatum iri, si iam ante sanctorum animæ visionem beatificam, quæ Dei regnum est, adeptæ essent. At pluribus validis rationibus ea soluebatur obiectio, vt ex peruetusto M. S. Vaticano constat, in quo hæc responsio affertur. a

Non dubitatum animas sanctorum cælo excipi ante iudicium: sed verū in empyreo faciali diuinæ essentiæ intuitu potiantur.

Oppositio futurum frustra iudicium, si noua præmia in eo nō decernantur. a M.S bib Vat. sign. n. 4009. pag. 171. Diluitur ea obiectio.

Ad illud, quod obijcitur, quod finale iudicium erit frustratorium, si animæ sanctorum ex nunc vident Deum; dicendum est, quod hoc falsum est: nam finale iudicium etiam secundum hoc habebit quadruplicem effectum. Primus est generalis separatio bonorum omnium a malis; & iste effectus competit solum finali iudicio vniuersali: at in particulari iudicio non omnes mali exterminantur, sed in bonorum exercitium relinquuntur. Secundus effectus est ostensio & propalatio diuinæ iustitiæ, quia omnibus de iusta retributione diuina constabit, & habebit diuina iustitia testimonium non solum ab illis, qui intus sunt per diuinam electionem, sed etiam ab illis, qui foris sunt per iustam reprobationem: & hoc non fit in particulari iudicio. Tertius effectus est gloriæ tā corporis quam animæ perfecta cōsummatio. Item ex inspectione miseriæ reproborū, ex cuius euasione plurimum exultabunt, nimirum iusti, *et gratias agent. Item ex speciali reuelatione multorum secretorū diuinorum, quæ nunc non reuelantur sanctis de communi lege. Item ex introductione etiam corporali in cælum empyreum, quod est proprie locus corporum beatorum: si enim secundum eos animæ beatæ nunc ex amœnitate cælestis habitationis iucundantur & delectantur, quæ proprie non afficiuntur ad loca corporalia, quid mirum si corpora glorificata ex cæli empyrei introductione & habitatione amœnissima amplius fouebuntur & delectabuntur? Quartus effectus est reproborum omnium tam angelorum, quam hominum perfecta & completa punitio, & quoad corpora & quoad animas: quæ pœna tanto erit maior, quanto in pluribus & cum pluribus gehennæ ignibus & supplicijs relegati erunt.*

Varij extremi iudicij fines

44 In ea theologorum contentione, cum maxima ex patribus testimoniorum strues, & moles argumentorum afferretur, pro ea parte quę sanctorum animas intueri Deum facie ad faciem ante iudicium affirmabat, & putaret Ioannes non ita diligenter excuti contraria argumenta, quod testatur Benedictus successor Ioannis; vt erat sacrarum literarum studio addictissimus, maxima solicitudine vndiq; argumenta pro parte negante conquirere b cœpit, & varia ex patribus testimonia (siquidem in ea re plures dissenserant, ac nonnulli etiam nunc hanc, nunc contrariam sententiam in suis scriptis tenuisse ferebantur c) contexere cœpit atque ea tanquam priuatus doctor in suis concionibus repetere, vt prǽsules doctoresque ea

Cur Ioannes contraria argumenta congesserit. b Ben. XII in præfat. vol. de visione animar. M.S. bibl. Vat. sig. n. 4006 c Id. in suo lib.

vobis debita persoluentes, & a subditis vestris facientes exolui; eosque indebitis quæstionibus non impetatis, nec per alios impeti permittatis: religiosos viros, qui pro reformatione morum & ædificatione animarum vestrarum ad dictam insulam interdum per sedem destinantur eandem, honeste & charitatiue tractetis: ecclesiarum bona, per negligentiam vel simplicitatem prælatorum vel violentiam illatam eisdem ab ecclesijs alienata, eisdem ecclesijs, quarum erant, restituatis & restitui faciatis, non ingerentes nec ingeri permittentes molestias super illis: mulieres fornicarias sacerdotum & aliorum clericorum in illis partibus ad requisitionem episcoporũ seu diœcesanorum vestrorum expelli ab eorundem presbyterorum & clericorum consortio & domibus faciatis, nullam iurisdictionem in eosdem presbyteros & clericos propterea vsurpantes; sed prædictis episcopis seu diœcesanis super his fauorabiliter assistentes, vt dicti presbyteri & clerici Deo vero & munditiæ amatori in mentis & corporis castimonia obsequantur: illegitimos quoque, qui a promotione ordinum sacrorum censura canonum repelluntur, per importunas preces vel minas non petatis, nec faciatis per episcopos promoueri: magistros quoque, seu viros alios eruditos in grammatica & alijs scholasticis disciplinis quærere, & habere in dicta insula studeatis, qui filios vestros in grammatica instruant, & moribus bonis informent, & doceant ecclesiam sanctam catholicam reuereri, & de ipsorum cordibus ignorantiæ nubem expellant.

Pẽdendis decumis.

Excipiendis humaniter religiosis.

Porrigenda ope præsulib9 in fornicarios sacerdotes.

Colendis literis.

39 Ad ædificandum quoque ecclesias & alia loca religiosorum, si quando ibidem, legitima super hoc obtenta licentia, ædificari contingant, manus studeatis porrigere adiutrices: filios & consanguineos vestros clericos & religiosos fieri permittatis, vt eorundem religiosorum salutati doctrina instruamini, gressus vestros dirigere in diuinorum semitas mandatorum; ab omnibus quoque vitijs, præcipue furto, fornicatione, periurio, & proditione, ac alijs criminibus, per quæ multum superna maiestas offenditur, abstinere curetis: acidiam quoque & otium, quod multum resoluere noscitur humanas mentes & corpora in illecebras voluptatum, per piarum actionum studia euitetis: ad ecclesias quoque audituri diuina officia & sacræ prædicationis eloquium deuotissime accedatis: cum consanguineis vestris pretextu pacis vel alio colore quæsito, seu alias clandestina matrimonia contra sacros canones minime contrahatis: pacem & concordiam inuicem habeatis: homicidia perpetrare, vel perpetranda consulere modis omnibus deuitetis: erga vassallos & subditos vestros humanitatem nõ tyrannidẽ exerceatis; sicque vos in bonis operibus & diuinis beneplacitis coaptetis, quod luceant vestra bona opera, & glorificetur in eis Altissimus, qui habitat in excelsis. Cæterum præsentes literas deuote suscipite, & contenta in eis sic aure cordis efficaciter intelligere studeatis, quod producant fructum Deo gratum & vestris proficuum animabus, dictasque literas, vt adj reformationem morum & ædificationem virtutum possint sæpius vobis legi, eidem Antonio episcopo restituatis, custodiendas salubriter in sua ecclesia Sagonensi. *Dat. Auin. 11. id iulij anno* xv.

Hauriẽda salubri doctrina.

Domãdis cupiditatibus.

Non fundendo humano sanguine.

40 In Dania Christophorus Rex Burglauensem episcopum addixit custodiæ: ex cuius facti inuidia, cum iam ante in Lundensi synodo ad asserendam episcopalis ordinis libertatem sancitum, sede Apostolica approbante, fuisset vt si Danus Rex præsulem quempiam iniuria caperet, sacrorum vsus negaretur populis, quo principem ad officium reuocarent; non modo Dani ex synodali decreto, verum etiam Hallandi, quia olim Daniæ contributi fuerant, celebratæ eiusdem synodi tempore sacra intermisere, quamuis a Danica ad Suedicam ditionem traducti essent. Permotus ea re Magnus Rex Sueciæ exposuit Pontifici, æquum non esse, vt sui subditi commissi ab extero principe criminis pœnas luerent: cui annuit Pontifex, & Hallandis aquilonaribus, si extra limites Daniæ siti essent, sacrorum vsum restitui iussit, data hoc ad episcopum Skarensem apostolico diplomate a.

Burglauẽsis episc. intercept9 a Dano Rege.

Venerabili fratri episcopo Skarensi.

a An. 15. p.3. ep. com.1455

Sincera deuotio, quam charissimus in Christo filius noster Magnus Sueciæ & Norvvegiæ Rex illustris ad nos & Apostolicam sedem gerere dignoscitur, promeretur vt petitionibus suis, quantum cum Deo possumus, fauorabiliter annuamus. Sane petitio dicti Regis exhibita continebat, quod olim in prouinciali concilio Lundensi inter alia ordinatum extitit & statutum, & demum per sedem Apostolicam confirmatum, vt quicumque episcoporum infra terminos regni Daciæ mala captione de mandato Regis Daciæ, siue eius conniuentia, seu assensu pro tempore caperetur, ipso facto; dummodo probabiliter præsumi posset hoc processisse ex volũtate Regis eiusdem, in toto dicto regno, quamdiu taliter detineretur captiuus, essẽt diuina officia interdicta: & pro eo quod terra Hallandiç aquilonaris, ad dictũ Regem Sueciæ & Norvvegiæ nũc pertinens, tempore dicti cõcilij erat infra, licet ad prẽsẽs sit extra, limites regni & dominium Regis Daciæ prædictorum eo prætextu, quod Christophorus Rex Daciæ venerabilem fratrem nostrũ Guichonem episc. Burglauensem detinet carceri mancipatũ, dictæ terræ clerus & populus timentes, ne occasione prædicta, eadem terra comprehenderetur sub statuto seu ordinatione concilij memorati, cœperunt obseruare interdictum huiusmodi & obseruant: quare nobis dictus Sueciæ & Norvvegiæ Rex humiliter supplicauit, vt cum terra præfata ac clerus & populus dictæ terræ extra limites & dominium prædicta consistant, prouidere super hoc eisdem clero & populo paterna diligentia curaremus.

Statutum synodi Lundensis pro tuenda libertate ordinis episcop.

Cur ab Hallandis seruatum interdictum.

Nos igitur eiusdem Sueciæ ac Norvvegiæ Regis supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apostolica scripta committimus & mandamus: quatenus si terra supradicta non subsit Regi Daciæ memorato, auctoritate nostra declares seu decernas ad terram, clerum, & populum prædictos statutum & ordinationem huiusmodi non extendi, eosque per consequens non teneri ad eiusdem obseruantiam interdicti. *Dat. Auin. x11. kal. augusti anno xv.* Agit de Christophoro Rege Daniæ Crantzius b, ipsumque plures proceres coniurationis conflatæ crimine accusatos sustulisse, contraxisse grauissima Danorum odia, ac regno depulsum, deinde ad illud recuperandum maximos labores pertulisse narrat.

Ea liberãtur pœnis si Daniæ non sint cõtributi.

b Crantz. Dan.l.7.c. 29.

41 Porro Magnum Regem Sueciæ non modo Hallandiam Gothico imperio asseruisse, verum & Schoningiam & Blechingiam illi adiecisse, arbitris earum prouinciarum præsulibus, referunt Gothorum Sueonumque monumenta c. Cum vero erga diuina egregie esset affectus, ad illius pietatẽ alendam, pelliciendosq; ad ea sacra studia clientes regios, hoc ipsum beneficio apostolico affecit. d.

c Magn. hist. Goth.l.21 c.2.

d Ib. ep. 1515.

Priuilegiũ SuecoRegi datum.

Schoningia, Hallãdia, & Blechingia adiectæ regno Gothico.

Ioan-

celſitudo regia excuſatos, &c. *Dat. vi. kal. octobris anno xvi.*

Concepta eadem verborum forma literæ a ad Philippum datæ, ſub cuius demum precibus ſuccubuit, cum aliorum Regum preces durius vel quæſitis fucis reijceret, vt ne quidem vnum ex eorum regnis in Cardinalium numerum aſcriberet. Inſignis porro virtutibus ac ſcientiæ gloria florentiſſimus is fuit, quem exeunte anno e gente Gallica inter Cardinales retulit, nimirum Petrus b Æduenſis epiſcopus, a quo libertatem eccleſiaſticam, a Petro e Cunerijs oppugnatam, ſtrenue defenſam conſcriptis duobus grauiſſimis commentarijs vidimus c. Extant datæ ad eum literæ XIII. kal. ianuarij, pontificatus anno XVI. conſignatæ, quibus ipſũ dignitate Cardinalitia ornatum ſignificat d, atque ab Æduenſis eccleſiæ onere exoluit: tum ad Philippum Regem Francorum ac Reginam, quibus ipſos votis compotes factos gratulatur. e

a Pag. 213

Petrus epiſc. Æduen. creatus Card.

b Contel. in elench. Card. in 6. creat. Io.

c An. Chr. 1329. n. 75.

d To. 8. p. 2 ep. ſecr. pag. 220.

e Ead. pag.

35 Inter hæc miſerat ad ſedem Apoſtolicam Eduardus Anglorum Rex oratorem ſuum, vt in nonnullis rebus dubijs optima ad temperandum moderandumque regnum conſilia eliceret: cui operam ſuam lubentiſſime detulit Pontifex, atque hæc inter cætera reſpondit. f

Anglus Rex Pontificem conſulit.

f To. 8. p. 1 ep. ſecr. pag. 42.

Ioannes, &c. Eduardo Regi Angliæ.

In primis ad id, quod de reformatione regni & ipſius ſalubri regimine quæritur, reſpondemus quod ante omnia prudentia regalis debet intendere, vt illi a quo bona cuncta procedunt, & per quem datur regnare principibus, placere ſtudeas, & quæ maieſtatis ipſius oculos poſſent offendere, omni ſtudio declinare. Et quia eccleſia Chriſti ſponſa, eiuſque ſponſus ea ſunt indiuiſibili vnione coniuncti, vt altero in honore non habito, reliquus honorari non poſſit; nec enim ſponſo irrogari poteſt iniuria, quin detrahatur & ſponſæ; nec ipſius ſponſæ honori ac libertati detrahi, quin & ſponſo eius, quantum in detrahente fuerit, derogetur; decet vt tu, fili chariſſime, ſi Chriſto placere deſideras, ab iniurijs eccleſiarum, quæ in regno tuo ſupra modum & ſingulariter irrogantur, miniſtros tuos & ſubditos retrahas, & ab ijs abſtinere compellas. [Et infra, ad adminiſtrandam probe iuſtitiam hæc monita addit:] Expediens videretur, cum ſcriptum ſit, quod vbi multa conſilia, ibi ſalus, quod circumſpectio regia non vni, nec duobus regni communicaret regimen, nec vnius nec duorum conſilio regeretur; ſed generali prælatorum, principum, & aliorum nobilium ac communitatum conſilio congregato, vigilanti ſtudio, non ex abrupto, via ſalubris tanto regimini quæreretur, eaque comperta executione non verbaliter nec ſimulato, ſed realiter ac veraciter mandaretur, iuramentis ab ipſis, quos velut conſiliarios vel vt rectores contingeret eligi, præſtitis quod ſuum commode & fideliter exequerentur officium, amore prorſus & odio relegatis; adiectis nihilominus pœnis formidabilibus, quas incurrerent non ſeruantes.

Docetur tueri immunitatẽ eccleſiaſticam.

Non ex vnius, ſed plurium conſilio regendã Angliam.

36 His itaque taliter ordinatis, quia in dicto regno multæ dicuntur conſuetudines, quæ nec iuri diuino, nec humano, nec rationi naturali ſunt conſonæ, ſed magis aduerſæ, quarum obſeruantia offenſa diuina incurritur, libertas eccleſiaſtica violatur, ius proximi læditur, viaque ad falſa proferenda teſtimonia panditur, & per conſequens materia ad proferenda peruerſa iudicia miniſtratur; multum expediens videretur, quod prouidentia regia viris Deum timentibus, ſcientibus de talibus, ſcilicet an tales ſint ipſæ conſuetudines, iudicare deliberatione præhabita diligenti, ſi tales repertæ fuerint, ad extirpandum ipſas vel taliter temperandum, quod earum ceſſaret iniquitas, procedere non omittat.] Conſuluerant etiam oratores, an ad pacem inter Hibernos adducendam eo Rex ſe conferre deberet: in quo Pontifex Eduardo auctor extitit, ne Anglia diſcederet, cum noui tumultus in ea poſſent exoriri; ſed viros prudentia ſingulares ad conciliandos diſſentientes mitteret, qui neutrius partis ſtudia amplecterentur. Quod vero demum de expeditione Aſiatica ſuggeſſerat, reſpondit omni ſe ſtudio in id incumbere, vt quantocius adornaretur. *Dat. kal. iulij anno xv.*

Tollendas improbas conſuetudines.

Reuocat ab Hibernica profectione Eduardũ.

37 Conſuluit Maria Regina Aragonum Pontificem, quibus remedijs quiſpiam magorum inſidijs appetitus ſe communire deberet: cui a Pontifice hoc reſponſum datum. a

a To. 8. p. 1 ep. ſecr. pag. 47.

Mariæ Reginæ Aragonum.

Tibi quærenti, chariſſima filia, quibus perſona illa in tuis literis nominata ſe iuuare poſſet remedijs contra multorum inſidias, qui magicis factionibus ſuam perſonam ſtudent in occulto lædere, cum hoc perficere nequeant in aperto. Breuiter reſpondemus, quod cum per illos diabolus noceat, cui nonnunquam a Deo iuſto iudicio poteſtas permittitur ſic nocendi, quam nequit exercere aliter quam fuerit a diuina maieſtate permiſſus; neſcimus aliud remedium in hac parte, niſi quod ad Deum tota mente recurrere debeat, ipſumque humiliter implorare, vt a talibus ipſam miſericorditer dignetur protegere, & immunem ſeruare. Et vt mereatur ſuper hoc exaudiri, caueat ne quid committat, quod ipſius oculos offendere valeat maieſtatis; & de commiſſis vera cordis contritione ac confeſſione integra, & ſatisfactione quam ſibi iudex ſuus imponendam duxerit, ſatisfacere non omittat. Per iſta credimus & hoſtis ille malignus nequaquam ſibi grauiter nocere poterit: nec ad alia remedia confugimus, nec quæſiuimus, Deo teſte, nos contra quos multa talia magica ſunt attentata. *Dat. xv. kal. februarij anno xv.*

Pontificis conſilium contra magicas inſidias.

Adhibita ab eod. remedia.

38 Inſtaurandæ etiam Chriſtianæ pietatis apud Corſos, in quibus illius dignitas defloruerat, ſolicitus Pontifex, paterne illos monuit, vt excinderent vitia, & virtutibus darent operam atque eccleſiaſticum ordinem, vt par erat, colerent. Sed hæc præcepta, quibus eos informat, ex apoſtolicis literis b audire præſtat.

Corſi ſalubribus præceptis imbuti a Pont.

b An. 15. p. 3. ep. com. 1254

Ioannes, &c. vniuerſis comitibus, marchionibus, baronibus, & alijs nobilibus inſulæ Corſicæ.

Cupientes vt præſules & miniſtri ac aliæ perſonæ eccleſiaſticæ, in inſula Corſicæ conſiſtentes, eo deuotius & nitidius obſequijs diuinis intendant, quo magis a vexationibus & moleſtijs ſecularium liberi fuerint & immunes, ac diuina maieſtas propterea, in ſuis honorata miniſtris, ſe vobis propitiam exhibeat & benignam; vniuerſitatem veſtram monemus, rogamus & hortamur attente, per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus obtentu eiuſdem Regis æterni, nec non ob ſedis Apoſtolicæ reuerentiam atque noſtram venerabiles fratres noſtros Antonium Sagonenſem & alios epiſcopos, nec non dilectos filios presbyteros alioſque clericos inſulæ ſupradictæ, gratiam & communionem eiuſdem ſedis habentes, reuereri & honorare curetis, eiſdem prælatis & eorum eccleſijs decimas & alia iura eis a vo-

De obſeruantia in clerum.

magno studio commendatus esset, tum ob alias virtutes, tum ob regij sigilli præfecturam, quam gerebat; & alium theologicę scientię laude pollentem prætulisse. Qua de re conquerenti hæc Pontifex de episcopalis muneris dignitate scripsit [a].

[a] To. 8. p. 1 ep. secr. pag. 27.

Ioannes, &c. Philippo Regi Franciæ.

Profecto, fili charissime, officium pontificum ab officio cancellarij multum distat, talisque potest idoneior ad cancellariatus reputari officium, qui non esset ad archiepiscopale seu episcopale etiam idoneior alijs reputari. *Et infra:* Nos quidem claræ memoriæ Caroli II. Regis Siciliæ concellarij fuimus, & scimus quæ ad illud officium pertinere noscuntur, quæ proculdubio sunt alia ab his, quæ ad pontificalem pertinent dignitatem. Pontificis quidem est officium pastorale, gregem scilicet sibi commissum verbo doctrinæ scripturæ sacræ, & exemplo vitæ pascere, & subsidio temporali. Hoc satis expresse Saluator noster docuit, dum B. Petrum suum constituit vicarium generalem, dicendo: *Pasce oues meas*, & *Pasce agnos*. Officium quoq; medici noscuntur habere, qui inter lepram & lepram, id est inter peccatum & peccatum debent cognoscere, & spirituales medicinas congruas, vt a suis sanentur infirmitatibus, ministrare. Habent quoque a sibi commisso populo extirpare vitia, & virtutes plantare. Constituuntur insuper pro hominibus in ijs, quæ sunt ad Deum, vt dona & sacrificium offerant pro peccatis. Habent insuper sacramenta ministrare ecclesiastica, quæ proculdubio sunt ab officio concellarij aliena. *Et infra:* Et si, fili charissime, quæ de ore nostro prodierunt, cum fuimus insimul, de memoria non exierunt regia, euidenter potuisti percipere, quod non minorem reputabamus in episcopis, præcipue in archiepiscopis, quam in Cardinalibus sufficientiam requirendam: vnde aliquem nominatum ad Cardinalatum, quantum in nobis fuit, admisimus quem non sic admisimus ad archiepiscopalis apicem dignitatis, &c. *Dat. IX. kal. martij anno XV.*

Episcopalis muneris partes.

Pares in archiepiscopis quam in Cardd. doctes desiderate.

33 Quod ad Cardinales hoc anno creatos spectat; cum Philippus Rex collegium sacrum Gallis impleri optaret, cæterisque duos aggregari cuperet, Pontifex ob ingentem Cardinalium Francorum numerum, cum e nouemdecim sexdecim e Gallijs originem traxissent, alterum ex ijs repulit [b], alterum nempe Talarandum episcopum Antisiodorensem in partem oneris vocauit, de quo ad Regem literas dedit. [c]

[b] Ib. pag. 32.

Talarand' episc. Antisiodorēsis creatus Card.

[c] Ead. pag. 32.

Regi Franciæ.

Licet cœtus venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ, numerosa illuminatus multitudine Cardinalium omni scientia probatorum & experientia ad regimen vniuersalis ecclesiæ opportunus, sit adeo insignitus, quod augeri nulla necessitas exigebat; sufficientia tamen dilecti filij nostri Talarandi S.R.E. presbyteri Cardinalis, olim episcopi Antisiodorensis attenta, ac affectione, quam ad eundem gerit excellentia regia, in consideratione deductis, eidem de ipsorum fratrum consilio cœtui duximus aggregandum, ipsum assumentes in presbyterum Cardinalem. Et vt in veniendo possit expensas habiliter supportare, eidem dictam Antisiodorensem ecclesiam de fratrum eorundem consilio vsque ad instans festum Magdalenæ duximus commendandam. Circumspectionem autem regiam volumus non latere, quod iam XX. Cardinales, de quibus XVII. de regno Franciæ originem traxisse noscuntur, existant in collegio memorato. *Dat.* VIII. *kal. iunij anno XV.* Creatum IX. kal. iunij Talarandum Cardinalem refert Bernardus. [a]

Pontificię ea de re lit.

[a] Bern. ch? Rom. Pont M.S. bibl. Vat. sign. n. 2043.

34 Lapsis paucis mensibus Philippus Rex & Ioanna Regina Francorum iniquis admodum Ioannem precibus vrsere, vt Gallici generis Cardinalem alium crearet, quibus rescripsit Pontifex [b], vt cœptis absisterent: inuidia enim res plena erat adeo Gallos sui generis amantes esse, vt adepto pontificatu vix ex alijs nationibus renuntiarent Cardinales, eaque ratione summum penes gentem suam sacerdotium retinerent.

Galli Regis importunæ preces.

[b] To. 8. p. 2 ep. secr. pag. 212.

Ioannes, &c. Ioannæ Reginæ Francorum.

Vtinam, filia charissima, mos seruatus in creandis nostris fratribus circumspectioni regiæ esset notus: ipsorum quidem creatio nunquam fit in camera, sed in consistorio, votis fratrum omnium exquisitis. Item non consueuit nisi ex causa creatio fieri eorundem; causæ autem consueuerunt existere vel paruus eorum numerus, vel ipsorum impotentia ad suum officium exercendum: quæ si ad præsens considerentur attente, profecto nec numerus paruus, nec ex parte illorum debet aliqua impotentia iudicari. Numerus quidem, attento numero qui ante tempus felicis recordationis Clementis Papæ V. prædecessoris nostri consueuit existere, non paruus iudicandus est, sed potius excessiuus: credimus enim, quod ante tempus ipsius numerus non adeo magnus fuerit, sicut est in præsenti. Defectus autem præcipue scientiæ, & interdum etiam corporalis virtutis creationem nouam requirere consueuit, qui per Dei gratiam hodie non vendicat sibi locum: tanta quidem tam scientiæ theologicæ & vtriusque iuris in nostro collegio, Dei gratia, viget sufficientia, quod pro casu aliquo extra eos non oporteat nos aliorum suffragia mendicare; licet in causis, quæ fidem respiciunt, vel vniuersalem statum ecclesię, consueuerimus prælatorum præsentium in curia, ac doctorum & professorum iuris ciuilis aliorumque peritorum consilia postulare. Vtinam quot sunt inter fratres nostros, qui non habent sufficienter, quæ ad statum eorum sunt necessaria, quotque oportet nos propterea sufferre molestias, prouidentia regia plene sciret.

Cardinalium creatio in consistorio cum fit.

Asciti a Ioanne docti Cardin.

Adhuc optaremus, quod ad memoriam reuocaret, quot sint fratres hodie de regno Franciæ, & quot de regnis alijs in collegio antedicto: & vtique reperiet, quod de regno Franciæ sunt sexdecim, de regno vero Italiæ sex, de regnis vero omnibus alijs solus vnus scilicet Hispanus existit. Optaremus insuper, filia benedictionis & gratiæ, quod Regum aliorum te instantia non lateret. Adhuc desideramus, quod celsitudo regia dictum sapientis dicentis: *Omnia tempus habent*; & quod cum negotio est tempus & opportunitas, interdum ad memoriam reuocaret. Credimus quidem, quod si hoc deduceret ad consistorium rationis, quod pro creatione noui fratris isto tempore non instaret. Nos autem præmissis in consideratione deductis, ac cum venerabili fratre nostro Petro tituli S. Martini in montibus presbytero Cardinale ac regio nuncio conferentes, licet parati essemus fratribus nostris vota exponere regia; quia tamen ex ijs, quæ in proximo præteritis ordinibus probauimus, vbi vota super hoc eodem negotio regia eisdem fuerunt exposita, verebamur quod attentis omnibus supradictis, eorum non haberemus assensum; visum fuit expedientius ad præsens istud negotium subticere: quare habeat nos super hoc

Partialia Ioannis studia.

cel-

negotijs pro ipsius consummatione felici deuote ad Dominum preces effuderint, decem dies, singulis videlicet diebus, quibus orauerint, de iniunctis eis pœnitentijs misericorditer relaxamus. Prædictæ autem orationes sunt istæ.

Preces inter sacra fundendæ a sacerdote.

Deus qui admirabili prouidentia cuncta disponis, te suppliciter exoramus, vt terram, quam vnigenitus tuus proprio sanguine consecrauit, de manibus inimicorum crucis eripias, & eam in Christiana religione tuo nomini seruire concedas. Per eundem, &c. Oratio secreta. *Sacrificium Domine, quod immolamus intende, & propugnatores tuos ab hostium malignitate custodias, & in tuæ protectionis securitate conserues.* Alia oratio post communionem. *Protector noster aspice Deus & fideles tuos ab hostium defende periculis, vt ab omni perturbatione semoti libera tibi mente deseruiant. Per Dominum, &c. Dat. Auin. nonis decembris pontificatus nostri anno XVI.* Indictæ sunt biennio post eædem preces fundendæ toto orbe Christiano, atque ea de re encyclicæ ad aliorum regnorum præsules datæ literæ. a

a An. 17. s. 1. ep. cur. 33. & reg. post eand. ep.

Solemnes conuent⁹ habiti a Gallo Rege.

Dum præsules Galli magno pietatis ardore fideles immortalitatis spe ad restituendum Palæstinæ Christi cultum concitabant, Philippus Rex celeberrimos procerum cœtus habuit ea die, qua sacra Christi natalitia recoluntur: in quibus euoluente a proximis kalendis martij biennio traiecturum se cum exercitu in Asiam spopondit, suosque magnates, vt ipsum in ea expeditione stiparent, postulauit: tum a regni ordinibus aurum subsidiarium in sumptus bellicos flagitauit. Addit Ioannes Villanus b accuratissimus auctor, illum oratores de nuncupato voto Pontificem & Cardinales certiores facturos decreuisse, ac terrena commoda non diuinam gloriam sectatum plura postulata grauiora in viginti septem capita redegisse. Cuius petita cum Pontifex & Cardinalium senatus vt iniqua repelleret, exinde primum ardorem in Philippo refrixisse, illumque inter & ecclesiam obortas offensiunculas, abalienationesque animorum. Vt vero proximo anno expeditionis constitutum diem extraxerit, ac plures pactiones cum Ioanne inierit; deinde eas temperari voluerit, postea contra pontificia monita Anglico bello se implicuerit, quasi subterfugiendæ orientalis expeditionis prætextum captaret, demumque periurij graues pœnas dederit, suis locis dicetur. Nunc reliqua ad hunc annum spectantia coniungamus.

b Io. Vill. l. 10. c. 198.

In ijs sacro bello se deuouet. Iniqua ei⁹ postulata. Repulsā passus in pristino studio refrigescit.

Subsidiarium aurum Armenis submissum.

Vt laboranti Armeniæ succurreret Ioannes, dum expeditio adornaretur, ingentem vim auri iam ante ad instaurandas arces transmiserat: cuius partem cum nuntij apostolici Petrus e Manso & Arnaldus e Fabricis in muniendis Aiaci propugnaculis consumpsissent, vt reliquam etiam optime collocarent, est hortatus c. Consulturus pariter Cypro ad discordias, quæ inter Genuenses ac Regem Cyprium, & dominum Tyri intercesserant, componendas apostolicum adiecit studium d: electusque controuersiæ arbiter tulit sententiam, vt accepta illataue hinc inde damna sarcirentur.

c To. 8. p. 2 ep. secr. pag. 62.

Genuenses conciliati Cyprijs.

d Ib. pag. 57.

Athen. ducis in Achaiam irrita expeditio.

Hoc anno expeditionem in Græciam suscepit Gualterus comes Brenensis Athenatum dux, e vt principatum a Catalanis iniuste sibi ereptum recuperaret, ac Brundusio mense augusto soluit, impositis octingentis equitibus Gallis amplissimoque alio exercitu: poteratque facile hostem vincere, si ad pugnam illum elicere potuisset, at is certamen detrectauit, seque in arcibus continuit: quas eum ipse nisi longo tempore expugnare nō posset, nec sumptus bellicos tolerare, ingens ille appatatus breui euanuit, reque infecta redire coactus est, & Catalani ducatum Guillelmo Frederici Regis Trinacriæ filio asseruere. Hæc de orientalibus rebus coniungenda visa sunt, vt vno intuitu earum status pateret: iam de ecclesiastico iure defenso nonnulla attexenda.

e Io. Vill. l. 10. c. 192. Sur. l. 7. c. 13.

31 Tuendæ Magalonensis ecclesiæ studio Pontifex, cum prætores regij aliique administri Magalonensi episcopo de Melgorij & Montisferrandi comitatu a Romana ecclesia iure fiduciario illi attributo controuersiam intenderent, illiusque possessionem euertere molirentur, Philippum Regem est adhortatus a, vt reprimeret suorum conatus: ventilatam antea sub Ludouico IX. sanctissimo Rege causam, adiudicatamque ecclesiæ, nec prædecessores Reges molestiam amplius mouisse. E quidem eius donationis a Romana ecclesia factæ publica documenta in MS. Cardinalis Aragonij extant b.

Melgorij & Montis ferr. comitatus eccl. Rom. vectigalis.

a To. 8 p. 2 ep. secr. pag. 211.

Ioannes &c. Philippo Regi Franciæ.

b M.S. arc. Vat. Card. Arag. signa. lit. E. pag. 217. & in alio M.S. pag. 161.

Doctor egregius vas electionis & Christi Apostolus Paulus nos instruit, vt ambulare sicut lucis filij debeamus. Profecto, fili charissime, inter eos, qui regnauerunt a multis citra temporibus, non occurrit nostræ memoriæ aliquis, cui sic nomen lucis congruerit, sicut tuo proauo sanctæ memoriæ B. Ludouico, cuius siquidem vita lux fuit coram omnibus principibus; cuiusque opera gloriosa sic luxerunt coram omnibus, vt eis ostenderit quid deberent agere, quid virare, quodque illum glorificare debeant, qui sibi & scire, velle, ac posse in hac valle miseriæ tribuit talia exercere. Huiusmodi lucis tu filius nosceris, nomine filij large sumpto; ideoque rationi congruit, vt velut huius lucis filius ambulare debeas, id est quod eius gesta laudabilia studeas imitari. Hæc pro tanto, fili dilectissime, præmisimus, quia quidam officiales regij venerabilem fratrem nostrum Ioannem episcopum & ecclesiam Magalonensem super comitatu Melgorij & Montisferrandi Magalonensis diœcesis nouiter grauant & molestant.

Occupata illius cura.

Sane quid Ludouicus prædictus, dum adhuc in rebus humanis agens a nonnullis eius instillaretur auribus, quod eadem Magalonensis ecclesia in eius & regni sui præiudicium comitatum tenebat prædictum, egerit, ad tuam memoriam, vt eum imitari valeas, reuocamus. Ipse quidem felicis recordationis Clementem Papam IV. prædecessorē nostrum, quem habere super iure dicti comitatus notitiam supponebat, super eo consuluit: quid autem sibi vir Dei prædecessor præfatus responderit, litera dicti prædecessoris nostri sibi directa, cuius tenorem continet interclusa, præsentibus cedula seriosius manifestat [de his literis suo loco in Clementis pontificatu meminimus, easdemq; postea, cum eadem lis recruduisset, a Bonifacio VIII. repetitas attulimus: c] qua recepta tam Ludouicus ipse, quā eius successores in regno permiserunt absque molestia aliqua episcopum & ecclesiam Magalonensem comitatum prædictum pacifice possidere, &c.] Addit preces, vt præclaris in ea re sancti Ludouici vestigijs insistens, episcopum Magalonensem suis iuribus deturbari infestarique a regijs administris non sinat. *Dat. Auin. non. septembris pontificatus nostri anno* XVI.

Admonitus Rex eam litem a S. Ludouico dirēptam.

c Ann. to. 14 ann. Chr. 1300 n. 30.

32 Tulerat antea Francorum Rex iniquiore animo Pontificem Rothomagensi ecclesiæ non præfecisse Guillelmum e S. Maura, cum a Rege ma-

Armenor. legatio pro expeditione sacra promouenda

a To. 8 p. 2. ep. secr. pag. 212.
b Io. Vill. l. 10. c. 162.
c An. 16. p. 1. ep. cur 7.

Gallus Rex poscit indici soldano bellum sacrum.

d Ead. ep.

oratores, quos Ioannes ad Philippum Francorum Regem dimisit, eique literis, XII. kal. octobris exaratis, commendauit a. Poscebant ij pro tutanda Armenia auxilia, ac salubria ad Saracenos inuadendos consilia afferebant. Cum itaque Galliarum Rex de bello sacro cum suis principibus diu agitasset, atque etiam superiori anno diebus octo & eo amplius cum ipso Pontifice de ea expeditione obeunda egisset b, denique missis ad sedem Apostolicam literis Ioannem rogauit c, vt tanquam summus Christianorum omnium princeps Mahometanis ad liberandam ex eorum tyrannide Palæstinam, Christi sanguine olim consecratam, bellum sacrum indiceret: ex conuentis itaque decreuit expeditionem Pontifex, vertentis biennij vere suscipiendam, ac Petro Paludano, qui legationem apud soldanum Babylonium obierat, tum Gallis præsulibus dedit imperia d, vt fideles sacræ militiæ nomen daturos crucis symbolo insignirent.

Ioannes, &c. venerabilibus fratribus Petro patriarchæ Ierosolymitano, ac vniuersis archiepiscopis et episcopis per regnum Franciæ constitutis salutem.

Pont. decretum de induendis crucis symbolo fidelibus.

Gaudemus & exultamus in Domino, gaudet & exultat sancta mater ecclesia, & plebs cuncta fidelium potest & debet non indigne lætari, quod charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Francorum illustris velut Christianissimus princeps calamitatibus, miserijs, ac necessitatibus terræ sanctæ, in qua Saluator noster salutem totius humani generis extitit operatus, & quæ per sordidos Saracenos catholicæ fidei inimicos dehonestatur continue in Crucifixi contumeliam, & opprobrium nominis Christiani, affectu interno compatiens; ac summum desiderium, quod a longo tempore habuit in dictæ terræ sanctæ subsidium transfretandi, cupiens sine tarditatis obstaculo ducere in effectum, passagium vltramarinum, sicut ipse nobis per suas literas intimauit, ad deliberationem dictæ terræ sanctæ de manibus infidelium prædictorum, claræ memoriæ Christianissimorum Regum Franciæ antecessorum suorum (qui charitatis & deuotionis feruore succensi velut fideles pugiles & Christi athletæ constantissimi, dictæ terræ sanctę negotium per retroacta iam tempora fuerunt feliciter prosecuti) imitando vestigia, cum nonnullis prælatis, paribus, baronibus, & multis alijs regni sui & partium aliarum magnatibus prouida consultatione ac via tuta deliberatione præhabita; ad laudem & gloriam diuini nominis & catholicæ fidei exaltationem assumpsit, firmiterque disposuit, auctore Domino, ad terram eandem ad eripiendum eam de manibus hostium prædictorum, & vindicandas iniurias & contumelias, quas dicti hostes perfidi crucis Christi in conculcationem & contaminationem dictæ terræ Saluatori nostro hactenus intulerunt, & continue inferre in terra prædicta multiplicibus blasphemijs, non sine magno cunctorum catholicæ fidei cultorum opprobrio, non desistunt, personaliter proficisci. Et quia idem Rex pro huiusmodi faciendo passagio, sublato cuiuslibet dilationis obstaculo, iter aduersus terram eandem arripere infra biennium ab instanti mense martij computandum intendit, nobis humiliter supplicauit, vt verbum crucis proponi ac prædicari ad huiusmodi faciendum passagium vniuersis Christi fidelibus publice faceremus. Nos igitur ex prædictis diligentius attendentes, quod idem Rex ad Deum & dominum nostrum Iesum Christum dirigens studiosis operibus mentem suam, pro diuini gloria nominis sic in terris militare desiderat, vt in cælis ab eo æternę vitæ premium assequatur; suáq; propterea deuotionẽ multipliciter in Domino cõmendantes, dignas laudes & gratias Altissimo, qui hoc dignatus est regalibus pręcordijs inspirare, non immerito proinde exoluimus reuerẽter.

Digestum multo tempore hoc consilium

Constituta ad vertens biennium expeditionis dies.

Conciones de bello sacro haberi iussa.

Cupientes itaque, vt huiusmodi pium laudabileque ipsius Regis propositum, sancta assumptio, ipsumque negotium Deo, cuius agitur causa, fauente auspicijs felicibus prosperentur, & votiuis proficiant incrementis; eiusdem Regis supplicationibus inclinati, fraternitati vestræ de fratrum nostrorum consilio per apostolica scripta committimus & mandamus, vos nihilominus obsecrantes per aspersionem pretiosi sanguinis Iesu Christi, quatenus commemorantes attente dictæ terræ statum, proh dolor! miserabilem, quem tu frater patriarcha palpasti; & considerantes prouide quod, cum fidelium suorum regimini vos velut in solicitudinis partem assumptos præfecerit Dominus, defendere ac augere fidem catholicam, vt corroboretur & propagetur in cordibus hominum, plus cæteris tenemini ex officio pastorali, tanquam præcones fideles, & athletæ fortes fidei contra prædictos perfidos hostes Christi, tu videlicet frater patriarcha in toto regno Franciæ, in quo in præsentiarum moram trahis; generaliter per te ipsum dumtaxat; vos vero fratres archiepiscopi & episcopi, singuli videlicet vestrum in singulis vestris ciuitatibus & diœcesibus per vos & alias personas ecclesiasticas, seculares, & regulares ordinum quorumcumque quas ad hoc idoneas fore noueritis; cunctis Christi fidelibus per dictum regnum constitutis proponatis iuxta datam vobis & eis prudentiam publice verbum crucis, ac venerabile signum eius tu, frater patriarcha, generaliter in toto regno prædicto, vosque fratres archiepiscopi & episcopi in eisdem vestris ciuitatibus & diœcesibus per vos & alium seu alios, vt præmittitur, ipsis Christi fidelibus dicti regni & cæteris, vndecumque illuc confluentibus, & eiusdem crucis signaculum deuote ibidem suscipere volentibus, quos ad hoc vtiles fore credideritis, concedatis, &c. [Pluribus de inflammandis pro concione ad profitendum religiosam militiam fidelibus, & criminum condonatione eam induto crucis symbolo obitutis proposita, deque fidelium stipe sacra colligenda interiectis, diuinum Numen, vt cœpta feliciter promoueat, exorãdum decernit.]

Indicta solemnis diuina res pro diuina ope implorands.

Cæterum, *inquit*, desiderantes intense, vt huiusmodi sanctæ assumptionis negotium optatum sortiatur effectum, & eiusdem Regis ac aliorum Christi fidelium pia deuotio, orationum adiuta suffragijs, circa prosecutionem dicti negotij efficacius roboretur, volumus & auctoritate præsentium ordinamus, vt in singulis prædictis, & alijs etiam regularibus ecclesijs dicti regni qualibet hebdomada semel, certa die prænuntianda populo, vna missa pro liberatione dictæ terræ de manibus hostium prædictorum, præfata prosecutione durante, cum infrascriptis orationibus solemniter celebretur; ita quod in prima de Trinitate, in secunda de cruce, ac in tertia hebdomadis de B. Maria virgine, & sic deinceps missæ huiusmodi debeant celebrari: nisi forsan id festiuitatis alicuius solemnitas impediret, quo casu post orationes festi ordine suo semel in hebdomada dicantur orationes huiusmodi, vt præfertur. Cunctis quoque fidelibus vere pœnitentibus & confessis, qui durante prosecutione dicti ne-

ideo ad huiusmodi sedandam discordiam, & turbatæ pacis inter partes prædictas reformanda fœdera vigilantibus studijs intendentes, & de circumspectione tua gerentes in Domino fiduciam pleniorem; te ad partes illas ad impediendum eosdem congressus, & reformandum pacis fœdera inter partes prędictas prouidimus destinandum, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur.

Imperatæ a Pontifice induciæ. Verum quia frequenter expedit monitionum lenitati ecclesiasticam adijci disciplinam, fraternitati tuę per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus partes easdem & ipsarum quamlibet ac valitores earum, ne se inuicem aut terras suas vsque ad vnum annum hostiliter quoquo modo inuadant, nec aliquis ad hoc eis prębeat consilium, auxilium, vel fauorem, per excommunicationis in personas, & interdicti in terras eorum sententias, a quibus absolui prętterquam in casu mortis nisi a sede Apostolica minime valeant (non obstante qualibet indulgentia cuilibet eorum vel eorum alteri, seu cuilibet alij sub quacumque forma verborum, vel expressione ab ipsa sede concessa) quando & prout secundum Deum expedire videris, per te vel alios seu alium compescere non omittas. Si vero ad partium earundem vel aliorum, quorum intererit, prouinciam pro pręmissis exequendis nequires secure forsitan te conferre, volumus quod processus tuos super prædictis habendos, in locis circumuicinis, de quibus verisimile existat, quod ad eorum valeant peruenire notitiam, solemniter publicare procures: quibus quidem processibus eos, quos ipsi contingent, adeo arctari, postquam sic publicati fuerint, volumus ac si eis personaliter publicati & insinuati fuissent. *Dat. Auin.* IV. *id. iunij anno* XV. Rescidit etiam Pontifex a omnes coitiones & armorũ fœdera, quæ inter socios eorum principum inita fuerant, & sacramenta ea de causa concepta irrita esse sanxit; perfecitque vt ij principes ad dirimendam æquitate controuersiam inclinarint, ac delecti sint viri periti & prudentes, qui concordiæ rationes explorarent: si vero eorum discreparent sententiæ, Pontifex ad dirimendam litem curas se adhibiturum est pollicitus. Poscebat temporum necessitas, vt Christianorum bella sopirentur, cum barbari ad religionem euertendam imminerent.

a lib. ep. cur 25. Rescissæ aduersæ coitiones

Triẽnalis decuma Iac. Regi Balear. cocessa.

29 Et quidem Afri Balearicum mare piratica grassatione vexabant, expositisque in insulis nauticis copijs, maritimam oram diripiebant. Ad quorum coercendas excursiones triennalis decuma Iacobo Regi concessa a Pontifice. *Cum*, inquit, b *sicut ad notitiam nostram & fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium tua ac quorumdam aliorum fidedigna relatione peruenit, dictum regnum per incursiones hostiles infidelium & aliorum hostium multiplicibus in mari & terra prædis, spolijs, & rapinis oppressum fuerit & afflictum, & quampluribus nauibus, mercibus, & mercatoribus per eosdem infideles & hostes fuerit spoliatum, & alias per incursus eorum in personis habitatorum suorum grauissima pertulerit detrimenta, &c.* Permisit eidem Regi instaurandæ rei mercatoriæ, quæ dissipata excursionibus piraticis erat, gratia vt tres naues Alexandriam mitteret, modo vetitas merces non inferrẽt Ægyptijs; tum etiam hanc adiecit exceptionem c: *Exceptis quoque infantibus & pueris præcipue Christianis, qui interdum per nonnullos falsos & impios Christianos rapiuntur, et ad Saracenos in eorum nauibus cum mercimonijs deferuntur, & venundantur eisdem: ex quorum damnato commercio contingit dictos Christianos pueros fidẽ catholicam abnegare, dictorum Saracenorum perfidia imbui, & multa alia nefanda committi in grauem diuinæ maiestatis offensam, & fidei catholicæ detrimentũ.*

b An. 15. p. 4. ep. cur. 476.

c Ib. ep. 452.

Maurorũ in Valent. irruptio. a Sur. l. 7. c. 15.

Excurrere a in Valentinum regnum Mauri, ac ferro flammaque sunt grassati: ad quos reprimendos non ex Hispanijs modo, verum alijs quoque regnis fideles generoso ardore accensi prouolarunt. Accessit inter cęteros triumphalibus crucis signis Vuillelmus Iuliacensis comes, qui arma Christo contra perfidos Granatenses deuouerat, & a Pontifice literis ad Alfonsum Aragonum Regem b, Ioannem patriarcham Alexandrinum, Petrum Ripacurtiæ comitem, tum Raymundum Berengarij comitem Montanorum de Prades, principes regia stirpe satos, datis c plurimum commendari meruit. Agitabat etiam Granatensis expeditionis consilia Philippus Francorum Rex d, atque oratorem Ranulphum Rochafortium ad Alfonsum Regem Aragonum misit, vt de coniungendis cum ipso armis ad excindendas ex Hispania Mahometanorum reliquias pacta iniret; ac pollicebatur se gloriæ & laborum socios Angliæ, Scotiæ, & Nauarræ Reges, tum Gallos principes, ac delphinum & ducem Sabaudiæ adducturum. Agebat tum Alfonsus Valentiæ, qui ijs auditis deliberaturum respondit; ob inducias tamen, quas Rex Castellæ cum Granatensibus erat pactus, rem difficilem exitum habituram. Cæterum eæ induciæ diuturnæ non erant futuræ, quippe ineunte hoc anno Mauricæ expeditionis consilia cum Alfonso Rege Castellæ a Pontifice instaurata sunt, illique ad quadriennium inchoandum a festo ascensionis dominicæ proximo anno recurrentis sacerdotiorum regni Castellani decumæ, & duæ partes tertiarum illius auri reficiendis templis sacri attributæ fuerunt e ea lege, vt terra marique Granatenses adoriretur; ac si a castris abesset, præficeret ducem exercitui, in quo ad minus mille equites cataphracti numerarentur. Tum alias pactiones de ecclesijs in vrbibus, quæ e tyrannica Maurorum seruitute eriperentur excitandis & vectigalibus donandis, ac Mahumetica superstitione compescenda adiecit, quibus de rebus ad Alfonsum Regem VI. id. aprilis scriptæ literæ, partesque datæ f archiepiscopo Hispalensi & Cordubensi ac Giennensi episcopis, vt decumanum aurum cogerent, & quæstores sacerdotes instituerent.

b To. 8 p. 1. ep. secr. pag. 48. c Ead. p. 5.

d Sur. l. 7. c. 14. Francor. Regis cõsilium de excinden. do Granatẽsi Mauris

Decumæ Castellano attributæ in barbaros. e An. 15. p. 3. ep. com. 1004

f Ib. ep. 1005.

30 Gerere porro in votis præseferebat Philippus Francorũ Rex ex Hispanijs Saracenicum nomen delere, vt Hispanos Reges expeditionis, quam in Asiaticos infideles moliebatur, socios sibi asciseeret: atque ob id etiam Ioannes Rex Boemiæ, quem Syriæ Christo restituendæ se deuouisse vidimus, Regi Aragonum contra Granatenses operam detulerat g. Interea ex aula soldani, a quo Palæstinam repetebant Christiani, regressus Petrus Paludanus patriarcha Ierosolymitanus nullas quidem barbari principis nomine literas attulerat, alias tamen porrexit oratorum quatuor sigillis munitas, in quibus descripserant; quæ sibi varijs temporibus soldani nomine responsa fuissent: cumque patriarcha ad Philippum profecturus esset, exaratis XVI. kal. mart. literis Pontifex Francorum Regem in deliberationem vocare iussit, quid agendum esset, pariterque se cum Cardinalibus de ijs, quæ patriarcha scriptis tradiderat, deliberaturum. Deinde peruenere ad sedem Apostolicam Leonis Armeniæ Regis ora-

Boemus Aragoni contra Granatẽ. operã defert. g Sur. l. 14. c. 14. Petrus Paludanus patriarcha Ierosol. soldani responsa refert ad Regem.

Carolum Regem coniuratio, cū ipse deuictis Tartaris onustus spolijs bello rediret. Quibus lætis mixtis tristibus nuntijs acceptis Pontifex, hæc ad Regem Carolum scripsit a.

a To.8.p.1 ep.secr. pag.97.

Carolo Regi Vngariæ.

Ad nostram nuper veniens præsentiam dilectus filius Ioannes fratrum ordinis Minorum in Vngaria prouincialis minister tuæ celsitudinis nuntius nobis regias literas, per quas progressum felicem regium, & triumphum gloriosum obtentum contra Tartaros fidei catholicæ inimicos, ac casum sinistrum, qui contigit proditorijs tibi & gentibus tuis paratis in regressu insidijs, excellentia nunciauit regia; & super eis seriosius referendis fidem petijt dicto nuncio credulam adhiberi nostro apostolatui, præsentauit. Quibus quidem nuntio & literis solita benignitate receptis, ac ijs, quæ in ipsis continebantur literis & idem nuncius verbo curauit exponere plenius, intellectis læti fuimus admodum de prosperis, & super aduersis tibi, fili charissime, compassi fuimus & paterna compatimur charitate; illi, qui te a tantis liberare dignatus est periculis, exoluentes nihilominus in humilitate spiritus vitulum labiorum, eique preces effundentes deuotas, vt tua deuotione, quam ad Deum & eius ecclesiam sacrosanctam, dilatationemque fidei orthodoxæ velut Christi pugil & ipsius athleta fidei strenuus habere dignosceris; (ex qua Deo acceptior efficeris, clarumq; nomen tuum & famam mereris attolli) non diminuta, sed aucta te regnum tuum prosperis faciat abundare successibus, & ab aduersis sua potenti virtute protegat ingiter et defendat. **Dat. non. augusti anno XV.**

Tartari ab Vngaro victi.

Ad cœpta vrgenda sollicitatur.

26 Attulerat graues apud Pontificem querelas aduersus Robertum Siciliæ Regem patruum Carolus, ab eo nimirum repulsam passum, cum Salernitanum principatum & Honorem montis S. Angeli, quibus pater suus Carolus Martellus Caroli II. Regis maior natu filius erat potitus, reposceret. Cuius petita, cum æquitate niterentur, Ioannes Roberto, vt ijs assentiretur, suasit b.

Poscit Vngarus paternum principatum a Rob. Rege.

b Ib.pag. 92.

Ioannes, &c. Regi Siciliæ.

Nouerit regia celsitudo, quod charissimus in Christo filius noster Carolus Rex Vngariæ nepos tuus nobis per literas & nuncium intimauit, quomodo a tua requisiuerat magnificentia, quatenus titulum olim magnifici principis Caroli patris sui, principatum scilicet Salernitanum & Honoris montis S. Angeli dominium ad ipsum heredesque suos iure successionis hereditariæ pertinentia, in signum dilectionis tantæque vnionis restitueres pleno iure; in qua quidem concessione sibi apparuisti difficilis atque grauis: quare nobis humiliter supplicauit, vt tuam per nostras literas excellentiam inducere curaremus pro petitione prædicta effectualiter admittenda. Nos autem petitionem prædictam, nisi obsistat aliud quod nos latet, rationi consentaneam expedientemque tuæ saluti animæ & alijs etiam arbitrantes, serenitatem regiam exhortamur, *& infra*, vt dignetur effectualiter petitionem admittere supradictam, ne illi sua neges restituere, cuius filium in tuis credis omnibus, nisi de tuis lumbis exierint, anteferre. *Dat. VII. kal. februarij anno* XV. Alijs vero literis c, Sanciæ Reginæ inculcarat, vt cum maxime Siculæ Vngaricæque rei coniunctio ac fœdus interesset, illudque matrimonio neptis ducissæ Calabriæ ac Regis Vngariæ filij sanciendum esset, rem summo studio & contentione vrgeret. Perfectum illud Ioannæ I. cum Andrea ad sedandas controuersias lugubre & cruentum matrimonium visuri sumus, quod maxima deinde bella calamitatesque peperit.

Interpretem Pont. adhibet.

c Ead. pag.

27 Composita a etiam pontificio studio controuersia, quæ inter Roberti & Venetæ reipublicæ clientes oborta erat. Verum haud ita facile alia sopiri potuit, quæ inter Genuenses & Catalanos eruperat. Infestarant b superiori anno Sardiniam Ligures Saonenses, ac de Catalanis prædas egerant: ac licet plurima a Pontifice pro concilianda pace nauata sit opera c, Catalani tamen comparata augusto, vt refert Ioannes Villanus d quadraginta duarum triremium & triginta nauium classe, nullo ciuium exulumue Genuensium, seu Guelforum Gibellinorumque Saonensium habito discrimine, Liguriæ oram euastarunt. Qua perculsi clade Ligures, ad repellendum cōmunem hostem vires coniungere, mutuasque inimicitias, missis ad Robertum Regem oratoribus vt concordiæ leges ferret, voluntaria obliuione delere decreuerunt. Conciliati itaque sunt ijs legibus, vt exules restituerentur patriæ, arces tamen reipublicę potestati subijcerent, ac pōtificias partes aduersus Ludouicum Bauarum & Ioannem Regem Bohemiæ tuerentur. In ea Catalanorum aduersus Genuenses expeditione maritimas vires Iacobum Regem Balearium coniunxisse, narrat Surita e. Intercedebat etiam Iacobo Baleari controuersia grauis cum Gastone Fuxi comite de nonnullis castris, quæ ipse obtinebat: comes vero ad Rogerium Bernardi fratrem comitem Castri boni Sclarimundæ auiæ Reginæ Balearium iure hereditario spectare contendebat f, & Iacobo bellum denuntiarat. Admonuit apostolicas curas Ioannes, vt exorientem discordiam pacaret, atque archiepiscopum Aquensem huic muneri præfecit, Balearemque Regem rogauit g, vt ei obsequens esset, atque ab hostili grassatione absisteret h: pariterque Gastonem i flectere ad pacem studuit, eumque vt æquitate non armis experiretur, est adhortatus l.

Ligures & Catalani mutuo bello implicit.

a Ib. pag. 109.

b Sur. l.7. c.13.

c To.8.p.1. ep. secr. pag.48.

Liguriæ ora a Catalanis vexata.

d Io. Vill. l. 10. c.190.

Sur. l.7. c. 16.

Ligures intestina ponunt odia.

e Sur. l.7. c.13.

f To.8.p.1 ep.secr. pag.37.

Dissensio inter Balearem & Fuxensē.

g Ib. pag. 50.

h Pag. 38.

i Ead. pag.

l Pag. 37.

28 Denique tanquam summus Christianorum hierarcha ad cōpescendas insontium strages, & reprimenda mala, quæ in subditos populos, Christi emptos sanguine, redundatura erant, tradita sibi diuinitus potestate vsus, annuas inducias imperauit, districtosq; enses a principibus poni iussit, obiecto ijs anathemate, qui apostolica imperia infringerent, ac principum contra hæc tendentium ditionem sacris interdixit: cuius edicti promulgandi archipræsuli legato prouincia data est m.

m Ann. 15 p.2. ep. cur 34.

Venerabili fratri Armando archiepiscopo Aquensi.

Nuper non sine cordis amaritudine intellecto, quod hostis humani generis inter charissimum in Christo filium nostrum Iacobum Regem Maioricarum illustrem ex parte vna, & dilectos filios nobiles viros Gastonem comitem Fuxi & Rogerium Bernardi de Fuxo vicecomitem Castri boni germanum eiusdem comites ex parte altera adeo grauis dissensionis materiam suscitauit, quod inter se non iuribus sed viribus, non vijs pacificis sed congressibus bellicis exortas inter ipsos disponunt dirimere quæstiones. Nos igitur considerantes attente strages corporum, facultatum lapsus, & animarum pericula, ac ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum; orphanorum quoque ac viduarum & pauperum discrimina varia, quæ dicti congressus, si sequerentur, quod absit probabiliter comminantur; ac ideo

Plura inde oborta mala.

fieri potest, & ea a vestra sanctitate in feudum nomine nostro & prædictorum nostrorum pupillorum & patruelium recipiendum, ac literas super ijs & alias quascumq; ab eadem sanctitate vestra petendum & recipiendum; & eidem sanctitati vestræ & sanctæ Romanæ ecclesiæ iuramentum fidelitatis nomine nostrum in animas nostras specialiter præstandum, ac omnia singula faciendum, quæ verus legitimus procurator facere potest, & etiam circa præmissa fuerint opportuna; & quæ nos faceremus, si præsentes essemus; ratum, & gratum habentes & habituri in perpetuum quidquid idem procurator noster egerit in præmissis nomine nostro, & quolibet præmissorum: & hoc sanctitati vestræ sub sigillis nostris, & per hoc præsens publicum instrumentum duximus significandum. *Datum & actum in Stetyn anno Domini* MCCCXXX. *indictione* XIII. XVIII. *die mensis septembris, hoc est in crastino S. Lamberti confessoris*. Addita sunt plurium testium nomina.

Mittunt oratorem pro addicendo ecclesiæ suo principatu.

24 Profectus ad sedem Apostolicam orator Stetinensium ducum nomine Romani Pontificis clientelæ addixit ipsorum principatum, eiusdemque iura fiduciaria accepit a Ioanne Papa, qui de re gesta subiectum diploma ad duces hoc anno transmisit. a

a An. 15. p. 4. ep. com. 776.

Ioannes, &c. dilectis filijs nobilibus viris Ottoni & Barnym eius nato, ac Butizlao Barnym, & Vvartizlao ducibus Stetinensibus salutem &c.

Dilectus filius Theodoricus Zathelnitzen canonicus Caminensis procurator vester a vobis, fili Otto & Barnym, tam vestris proprijs quam vestro, filij, Butzilae Barnym & Vvratizlai, quorum vos dicti Otto & Barnym tutores esse noscimini, nominibus constitutos in nostra & quorumdam fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium præsentia proponere procurauit, quod vos zelum eximiæ deuotionis, quam ad Romanam ecclesiam matrem vestram habere noscimini, nobis & eidem ecclesiæ, quantum vobis est ad præsens possibile, ostēdere cupientes vestro, prædicti Otto & Barnym, & tutorio vestro, præfati Butyzlae Barnym & Vvartyzlae, nominibus ducatus, comitatus, villas, oppida, & castra vestra infrascripta, ad vos totaliter & immediate pleno iure spectantia, quæ libere ac pacifice possidetis, vultis & intenditis a nobis & eadem ecclesia Romana tenere in feudum; & tam vos quam vestri heredes, & successores exinde nobis nostrisque successoribus & ecclesiæ memoratæ fideles vassalli existere proponitis perpetuis temporibus & deuoti, nobis humiliter supplicans procurator prædictus, vt vobis de ipsis ducatibus, comitatibus, & illis oppidis, & castris infeudationem facere, ac ea vobis pro vobis & vestris successoribus in feudum dare & concedere dignaremur; & offerens procurator præfatus nomine procuratorio, quo supra, pro vobis infeudationem prædictam a nobis & ecclesia memorata recipere, ac nobis & eidem ecclesiæ pro dictis ducatibus, comitatibus, villis, oppidis, & castris præstare fidelitatis debitæ iuramentum. *Et infra*.

Fiunt ecclesiæ vectigales.

Nos autem, audita & plenius intellecta supplicatione prædicta, visoque tenore instrumenti procuratoris huiusmodi, ac deliberatione super præmissis præhabita diligenti; ducatus, comitatus, villas, oppida & castra prædicta, quæ sequuntur, videlicet in ducatu Stetinensi Stetin, Gripesvvolt, Tuntlym, Dymym cum castro antiquo Trepethovve, Vvolgast cum castro Vkerimunde cum castro Grifenhagen, Gaitze, Pyritze, Baue, Nouastarganden, Goluovve, Vvellyn, Camayng ciuitatem Grifenlierghe, Nouatrepethovve Belgarden cum castro Pontym, Vzenym, Doberen, Lobest cum castro Lassan Vvarpe. Item comitatum Sutzekovve & comitatum Nougarden. Item Belgarden cum castro Boreusten cum castro. Item principatum Ruyge, Syndis, castrum nouum in insula Ruyge Bart Grimme, Tribuses, Loytze cum castro, castra Drymym, Cumerovve, Kakmedepone, Sacherigenmolen, Sanzekovve, Osta, Vvolt, Broke, Cleponovve, Cumirovve, Lindeberch, Mugheuborch, Spantekovve, Cochele, Oldevvighesciguerg, Linde, Cosenoue, Sarone, Vukuimunde, Voghessaue, Clepenovve in terra Stetinen, de Verrade, de Tvverade, Baue, Brode, Lumbothovve, & Hindenborch; vobis in persona procuratoris prædicti, pro vobis ac heredibus & successoribus vestris nomine procuratorio, quo supra, recipientis, infeudamus; ac pro vobis & eadem Romana ecclesia in feudum auctoritate apostolica damus & concedimus, eiusdem Romanæ ecclesiæ & cuiuslibet alterius iure saluo. Quas quidem infeudationem, dationem, & concessionem in feudum præfatus procurator, nomine quo supra recipiens & acceptans, mox ibidem recognouit & sponte confessus fuit vos dictos ducatus, comitatus, villas, oppida, & castra prædicta tenere, ac vos, heredes, & successores vestros debere tenere perpetuo in feudum a nobis & prædicta ecclesia Romana: & propter hoc in noua creatione cuiuslibet Romani Pontificis fidelitatis iuramentum debere ac teneri eidem Romano Pontifici præstare cum omnibus capitulis, quæ de iure ac consuetudine partium illarum ad iuramentum huiusmodi se extendunt: dictumque iuramentum præstitit nobis ibidem nomine vestro cum omnibus prædictis capitulis procurator prædictus, nobis supplicans humiliter & deuote, vt vobis literas nostras apostolicas dignaremur concedere in testimonium præmissorum, quod eidem duximus fauorabiliter concedendum.] Additur superior mandati procuratori dati formula. Nulli ergo, &c. nostræ infeudationis, &c. *Dat. Auin.* III. *id. martij anno* XV.

Terrarū, quas offerunt, nomina.

Traduntur ijsdem iure fiduciario.

25 Hoc anno ereptum e furentis hominis insidijs Carolum Vngariæ Regem non sine diuina prouidentia, scribunt auctores a. Felicianum videlicet e Zaachorum familia satum, arripiendæ tyrannidis ambitionis furijs inflammatum vel, vt alij ferunt, stuprum vxori vel Claræ sorori a Casimiro Reginæ fratre illatum vlturum, in Vissegradi suburbio XV. kal. maij, vt notat Bonfinius b, in Carolum Regem, dum vna cum vxore liberisque accumberet, officij specie ingressum, euaginato repente gladio irruisse, ac Regem leui vulnere perstrinxisse, atque amputasse Agneti Reginæ quatuor dextræ digitos, *quos*, inquit, Bonfinius, *fœmineorum munium & profusæ liberalitatis ministros vere possumus appellare, cum illa dies ac noctes sacras bis vestes contexeret & pararet*. Et quidem pietati addictam, pontificiæ ad eam literæ VIII. kal. iulij datæ indicant c. Sauciata Regina, parricida in regios liberos furore amens regiæ omnis familiæ delendæ animo ferrum cruentum vibrabat, cum pædagogi obiectu corporum crudeles ictus auertere. In eo flagranti facinore ille pugione a Parocio collo transfossus, atque a satellitibus ad sublatos clamores concurrentibus, membratim dissectus. Sæuitum deinde in omnes, qui proxime ipsum sanguine attingebant, nisi quos fuga pœnis eripuit. Contigit atrox eiusmodi in Ca-

Vngariæ Rex appetitus insidijs.

a Io. Tur. chr. Vng. p. 2. c. 96. Chron. l. 11. in Vu. lad. Lok.
b Bon. rer. Vng. dec. 2. l. 11.

Reginæ pius labor in texēdis sacris vestibus.

c T. 4. 8. p. 1. ep. secr. pag. 97.

Sumptū de sicario supplicium.

sibi vel filio, vti accidit, pareret. Adducta itaque in discrimen Boemia, datum insigni imprudentiæ est, Ioannem Regem Italicis turbis se implicuisse: de quibus agit Dubrauius, additque eum omissa Italica expeditione in Boemiam se conruisse, atque aduersus Fridericum duxisse, in Misniam, anteuertisse Othonem Austriacum magno succinctum exercitu, cum Polonorum & Vngarorum copijs auxiliaribus, quæ ad quinquaginta millia militum ascenderant, venientem; traiectuque Danubij arcuisse.

Austriac' in eundē concitat' a Lud.

20 Subornatum a Ludouico Bauaro Othonem, refert Albertus Argentinensis [a], qua de re anno superiori dictum est: eundemque Pontifex hoc anno a Ludouici partibus ad suas traducere nisus est [b].

a Argent in' chr. de reb. gest. Bertold. episc. Argentinen. b To.8 p.1 ep. secr. pag.76.

Ioannes, &c. Eorum quæ dudum nobis vna cum inclytæ memoriæ Luipoldo duce Austriæ germano tuo scripseras, & quæ eorum virtute fuerunt subsecuta oblitus, homagium illi membro diaboli Bauaro, de diuersis hæresibus cōdemnato, publice ac solēniter non erubuisti facere, & fidelitatis iuramentum præstare, teque sibi tuosq; liberos ad pacem cum eo obseruandam perpetuo obligare. Nos autem attendentes quam grauiter Deum ecclesiamque sanctam matrem tuam propter hoc offenderis, quantumque gloriam tuam maculaueris, quantisque periculis animam, corpus, & substantiam exposueris per prædicta, more pij patris tantis tuis cōmpatientes iacturis & calamitatibus, desideranter appetimus, vt oculos aperias mentis tuæ, attenteque consideres vnde excideris per prædicta: & vtique reperies, quod de Dei gratia, quæ sola in via sufficit homini, & sine illa nihil aliud, excidisti, te a corpore mystico, cuius Christus caput noscitur, separasti, ac de Dei filio seruum diaboli te fecisti; præter pœnas, quas tam per iura apostolica, quam imperialia inflictas hæreticorum fautoribus dicti Bauari incurristi. Et hoc considerans festina pœnitentiam condignam agere, ac ad vnitatem redire ecclesiæ absque cunctatione aliqua non omittas, vt sic gratiam Dei recuperes perditam, bonorumque sanctæ ecclesiæ particeps fieri merearis. Et attende prouide, quod neque homagium, neque fidelitatis iuramentum eidem Bauaro præstita, vt ea seruare debeas in aliquo te astringunt, sicut & nos his diebus in consistorio declarauimus publico, ea quantum de facto processerant irritantes, ac penitus annullantes. Et quia nil morte certius, nil incertius hora mortis, non pigriteris in his, quæ tibi tam salubriter consulimus, exequendis. Gratia domini nostri Iesu Christi cor tuum in præmissis dirigat, vt a præmissis periculis saluus fias. *Dat. xv. kal. februarij anno xv.*

Admonit' vt ad partes ecclesiæ redeat.

Data Ludouico fidē ipsū nō teneri.

21 Vicit Othonem obsequij in sedem Apostolicam gloria Rudolphus Saxoniæ dux, qui cum sua interesse putaret, vt ad celebrem principum conuentum a Ludouico Bauaro habendum se conferret, Pontificem consuluit: cui Ioannes hoc suggessit consilium [c].

Saxo ecclesiæ cōiunctissimus.

c Ead pag. 76.

Ioannes, &c. Nos sapientis dictum considerantes attente dicentis: *Qui picem tetigerit, coinquinabitur ab ea*; quodque & *qui superbo communicauerit, superbia induetur*; veremur probabiliter, quod si illuc iueris nequaquam immunis ab eorum immundicijs reuerteris. Quare nescimus aliud dicere, quam quod de talibus dicit Dominus per prophetam, *Exi*, inquit, *de illa*, scilicet congregatione profana & sordida, *popule meus: & ne eius sitis particeps delictorum, & de plagis*, id est pœnis illi congregationi reprobæ tam per iura canonica & ciuilia, quam nostros processus inflictis, *non accipiatis*, id est in eis non incidatis. Si ergo illis, qui illi nequam congregationi intererunt, dicatur: Exite; multo fortius antequam intersit est dicendum: Ne appropinquetis. *Quæ enim*, dicit Apostolus, *societas luci ad tenebras? Aut quæ pars fideli cum infideli?* Quasi dicat, nulla. Rogamus igitur & consulimus, fili, vt illam nequam Deo infestam multipliciter & exosam congregationem fugias, nec ei aliquatenus appropinques. *Dat. XIII. kal. februarij anno xv.*

Consiliu a Pont illi datum.

22 Aduersus hæc Ludouici Bauari comitia, alios Pontifex indixit [a] conuentus: tum Othonem & Barnym Stetinenses duces hortatus est [b], vt strenue aduersus Ludouicum pro tuenda ecclesiæ causa signa attollerent. Noua vero edicta in Ludouicum lata ob hæreseos & schismatis crimina e subiectis ad eosdem duces literis [c] patet.

Indicti aduersus Ludou. alij conuent'.

a Ib. pag. 79. b Ib. pag. 77. c Ext. inter bull. selectas litt. Io. XXII. lib. 8 Arch. Vat. sign. lit. A. pag. 128.

Othoni & Barnim ducibus Stetinensibus ecclesiæ Romanæ fidelibus.

Literas apostolicas continentes recognitiones & abiurationes hæresim & errores dilecti filij Petri de Corbario ordinis fratrum Minorum, olim hæresiarchæ & schismatici, per eundem Petrum ad nostram dudum venientem præsentiam sponte factas; nec non processus nouiter contra Ludouicum Bauariæ ducem hæreticum & schismaticum, ac Ludouicum eius filium dudum habitos, venerabili fratri nostro episcopo Caminensi per eum publicandos in eis partibus destinamus. Quocirca nobilitatem vestram rogamus & hortamur attentius, quatenus in deuotione sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ matris vestræ constanter & inuiolabiliter vna cum dilectis filijs nobilibus viris nepotibus vestris, & alijs earum partium fidelibus persistentes, eisdem Ludouico de Bauaria, eiusque filio & alijs rebellibus & hostibus Dei & ecclesiæ vos ad eorum conterendam superbiam tamquam viri fideles & strenui opponatis. *Dat. II. id. februar. anno xv.*

Noua in Ludouicū edicta ob crimina hæresis & schismatis lata.

Stetinenses duces in eum excitati.

23 Explicuere porro Otho & Barnym eius filius, ac Bucizlaus Barnym & Vvartizlaus duces Stetinenses praeclarum officij & obseruantiæ in ecclesiam Romanam exemplum [d]: principatum enim amplissimum illi dono obtulere. Quorum principum extant literæ subiecta verborum formula superiori anno adulto exaratæ [e].

d To... ep. secr. pag. 70. e Ext. apud Io. an 15 p 4. ep. com. 776.

Sanctissimo in Christo patri & domino suo, domino Ioanni Papæ XXII. sacrosanctæ Romanæ vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici Otto & Barnym eius filius Dei gratia Pomeraniæ, Slauiæ, Cassubiæque duces atque domini in Stetin, tutoresque filiorum inclyti principis ducis Vvartislai eorum patrui bonæ memoriæ, videlicet Butislai Barnym *&* Vvartislai *cum debita reuerentia deuota pedum oscula beatorum.*

Nouerit vestra sanctitas, quod nos nomine nostro terræ nostræ tutorio nomine dictorum filiorum ducis Vvartislai, & patruelium nostrorum prædictorum, communiter & diuisim, honorabilem virum dominum Theodoricum Zathelnitzen canonicum Caminensem dilectum nostrum capellanum facimus, constituimus, & ordinamus nostrum ac dictorum pupillorum verum & legitimum procuratorem, & nuntium specialem, ad petendum ab eadem sanctitate vestra infeudationem nostri ducatus, terræ nostræ, & ducatus pupillorum patruelium nostrorum prædictorum omni modo & forma, quibus melius fieri

Insignis horum in ecclesiam pietas.

obnoxios premissis pœnis prosecuti sententia declarantes, &c. Videant ex his recentiores, qui tanto ardore horum famam defendendam suscipiunt, num in eo cum ordine consentiant, cum idē sacer ordo, fide & constantia ecclesiæ coniunctissimus eosdem Michaelem, Ochamum, & socios veluti capitales diuini Numinis, ecclesiæ, & ordinis ipsius hostes, lacerata hypocrisis, quam induebant, larua, fuerit insectatus: nec vero horum lapsus eiusdem ordinis, sanctorum & doctorum virorum numero florentissimi, splendori magis officit, quam luciferi & sequacium lapsus nocuit angelorum beatorum dignitati.

Scriptæ perperam ad horum gratiam apologiæ.

17 Afflati fuerant Sanciæ Reginæ Siciliæ memorati Michaelis errores, quæ cum sedem Apostolicam, vt puriore doctrina erudiretur consuluisset, Ioannes scriptum a se cōtra hæreticorum errores, inter quos is erat, Romanum Pontificem leges a concilijs œcumenicis vel a prædecessoribus latas ad alicuius gratiam soluere non posse, commentarium transmisit: quem fuisse putamus illum a quem suo loco inseruimus b; tum adiecit ex ijs subiectas controuersias illustrari.

Reginæ Siciliæ eorū errores propositi. a An. Chr. 1329. n. 22. & c. Transmissus aduersus illos commentarius. b Ead. par pag. 96.

Regina Siciliæ.

Ex contentis in scripturis præsentibus interclusis, si ea diligenter intellexeris, percipere poteris euidenter, quid secundum scripturam sacram & dicta sanctorum debeas credere, & tenere hæreticum esse pertinaciter dicere, Christum & Apostolos non habuisse aliquid in communi vel proprio, sed tantum simplicem vsum facti. Item quomodo cōtra statuta conciliorum generalium & prædecessorum suorum dispensare valeat & etiam ordinare c. [Qua ratione id intelligendum sit, antea demonstratum est & Ioannes in constitutione: *Quia vir reprobus* contra Michaelis calumnias respondit d.] Nec non quod per nullum vniuersale concilium, nec per aliquem summum Pontificem ordinatum extitit, seu etiam declaratum, Christum & Apostolos non habuisse aliquid in communi vel proprio, sed tantum simplicem vsum facti. Item quod hoc, scilicet quod Christus & Apostoli nihil habuerint in proprio vel cōmuni nisi tantum simplicem vsū facti ad fidem non pertinet: sed est contra fidem aperte. Ex quibus relinquitur euidenter, quod omnino quæ a veritatis æmulis ad probandum, quod Christus & Apostoli nihil habuerint in communi vel proprio nisi vsum facti simplicem inducuntur, super falso fundantur, suntque scripturæ sacræ contraria manifeste. Aperiantur igitur, quæso, ad præmissam veritatem intelligendam cordis tui oculi, eamque tenaciter ac inuiolabiliter conseruare procura: quod tibi concedat, qui de ignorantiæ tenebris quos vult ad lumen veritatis adducit. *Dat. IV. id. augusti anno XV.*

Pseudominoritar. fundamēta conuelluntur. c An. Chr. 1324. n. 32. d An. 1329 n. 68.

18 Attulit Italiæ magnas rerum conuersiones Ioannis Boemiæ Regis aduentus, ac populos Gibellinarum Guelpharumque partium qua spe qua metu commouit: tumque graues inter cæteros suspiciones concepit Azo, qui Mediolanensibus præerat, & a Ioanne Papa expetijt, num ipse Boemi in Italiam expeditionem promouerat; cui Pontifex hæc sine ipsius assensu geri respondit b: *Quia fili*, Azonem alloquitur, *a te & a multarum ciuitatum fidelibus in dubium reuocatur, vtrum aduentum* Regis *Boemiæ ad ciuitatem Tridentinam, conuocatio rectorum ciuitatum Lombardiæ, vt ad suam præsentiam se conferrent, receptio dominij ciuitatis Brixiensis, & quod aliarum ciuitatum dominium habere procurat, de nostra conscientia, voluntate, & beneplacito processerint ac procedant; indubie volumus te tenere, quod nec nostra conscientia, nec de nostro beneplacito procedunt, nec processere præmissa. Dat. XIX. kal. februarij anno XV.*

Regis Boē in Ital. aduentus. b To. 8. p. 1 ep. secr. pag. 136. Vt amissas a Lud. Vrbes recuperare visus sit.

Præ se ferebat Boemus in Italiam a Pontifice excitum, vt populorum Guelphorum voluntates sibi conciliaret. De cuius accessu Florentini ob patris Henrici Imperatoris veteres inimicitias apud Pontificem questi, hoc simile responsum XI. kal. februarij retulere a: *Quia inter cætera literæ huiusmodi continebant, quod magnificus princeps Ioannes Boemiæ illustris nuper ad ciuitatem veniens Tridentinam asseruit, quod ad partes Italiæ se de nostro beneplacito conferebat; scire vos & quosuis alios fideles volumus, quod nec de beneplacito, nec de conscientia, vel licentia nostra ad partes supradictas accedit, &c.* Ad confirmandas vero eorum vires Pontifex, coniugere ipsos cum Pisanis mutuo fœdere studuit, atque ad illud coeundum vtrosque est adhortatus. b

a Ib. pag. 107. Finxerit sentire cū ipso Pontificem. Refellit Pontifex ab eo iactata.

19 Neque ita multo post Florentinorum potentiam conceptus ante de Boemo terror attriuit; ac Luca, ijsdem obsidione depulsis, ad eiusdem Regis obsequium procubuit c. Pronæ similiter eodem tempore ad Ioannis Regis obsequium plures vrbes fuere, Parmæ enim portas illi aperuit Orlandi Rubei factio legati apostolici copiarum pontificiarum ducis odio: nec multo post Rhegium ac Mutina certis legibus illius iugum accepere. Perturbatum vero Pontificem ex Boemi secundis processibus, cum eas vrbes, quæ iugum ecclesiæ excusserant, in suam clientelam recepisset, refert Ioannes Villanus d. Cæterum ex pontificijs literis ad legatum datis e exploratum est, Ioannem Papam inimicitias cum Rege Boemiæ haud facile suscipiendas arbitratum, cum is afferendæ Germanico nomini Italiæ, restituendæque publicæ pacis studio signa extulisse præ se ferret, atque oratores ad sedem Apostolicam ea de causa transmisisset. Porro Bertrandus legatus cum Rege Ioanne fœdus pepigit f, ac percrebuit Regem Boemum studijs Francorum Regis elatum, dissimulante Pontifice, Insubriæ atque Etruriæ dominatum affectare: atque ex eo Gibellinorum Guelphorumque animi adeo concitati, vt qui antea pertinacissimis odijs ab inuicem abhorrerent, in Regem & legatum coniurarint. Præcipuos armorum socios Robertum Siciliæ Regem, Mediolanensem, & Mantuanum principes ac Florentinos recenset S. Antoninus. g

b To. 8. p. 1 ep. secr. pag. 108. Luca in Boemi potestatem redacta: c Io. Vill. l. 10. c. 173. Ant. 3 p. tit. 21. c. 6. §. 12. Dubr. hist. Boem l. 21 Parma, Rhegium Mutina, illi se subijciunt. d Io. Vill. l. 10. c. 175. e To. 8. p. 1 ep. secr. pag. 139. Dissimulat acceptam a Boemo iniuriam Pontifex. Initū inter Boemum & Ap. sedis legatum fœdus. f Io. Vill. l. 10. c. 180. In vtrūq; Guelphi & Gibellini coniurant. g Ant. 3. p. tit. 21. c. 6 § 13.

Ex hac vero fœderatorum coniunctione contra Ioannem Regem ipsius res paulo post dissolutæ h; cum relicto Parmæ filio Carolo, qui rum ad ingentes spes pubescebat, in Germaniam, deinde in Gallias se contulisset i. Concitarat enim in se Ioannes ob partum nouum in Insubria atque Etruria principatum plurium principum inuidiam, odiaque incurrerat l: dumque in Germaniam tendebat, vt nouas copias contra Italos fœdere iunctos contraheret, noui in Germania aduersus eum hostes consurrexere, Vladislaus nimirum Poloniæ Rex Ioanni ob affectatum ab illo Poloniæ regnum, datamque iniuria cruciferis equitibus Pomeraniam infensissimus; Carolus Vngariæ ab Vladislao socero, tum a Roberto Rege Siciliæ prouocatus; Fridericus Misniæ & Otho Austriæ duces vrgente Ludouico Bauaro a Ioanne Rege abalienato, ac metuentes ob initum ab eo cum Pōtifice fœdus, ne imperium

Euersæ in de Boemi. res in Italia. h Io. Vill. l. 10. c. 183. i Ib. c. 183. & 197. l Ib. c. 197 Conflata in illum noua bella in Germania.

denarios vel pecuniã recipiant per se vel interpositã personam; vnde Franciscus de Esculo tuæ iniquitatis complex, pergens de Cumis versus Monachum, inuentus est super se immediate portare octuaginta florenos sed quia nequaquam de bono iure fuerunt, prædones eos diuino iudicio rapuerunt, vt expropriationem, quam non seruabat voluntarius, seruaret inuitus. Contra castitatem quoque, cum iuuenes, qui per te decepti tuis erroribus adhæserunt, sæpe mittis per mundum sine habitu & sine socio cum pecunia & gladio, in argumentum certissimum, quod nihil penitus curas de castitate eorum. Dicas ergo, insensate, nunquid non erubescis? nonne confunderis dicens, te pro nostri ordinis perfectione & puritate zelare? qui notorie contra obedientiam, contra paupertatem, contra castitatem, quas in professione vouisti, iugiter cum tuorum scelerum complicibus operaris? &c. Dat. Perpiniani post definitionem generalis capituli anno Domini MCCCXXXI.

15 Inijsdem Perpinianensibus comitijs sacer Minoritarum ordo, firmissime ecclesiæ petræ innixus, eundem Michaelem, sua figmenta decretis

In publicis comitijs damnat.

fidei a Pontifice editis præferentem, atque ex eo lapsu in alias proruentem hæreses, quantumuis id Franciscanæ familiæ zelo actum ementiretur, iudiciario ordine vna cum Guillelmo Ochamo, Henrico Chalemio, & alijs damnauit, omnemque labem ac suspicionem, quæ de tacita cum eo consensione suboriri potuisset, a se penitus remouit;

a Ext. in MS. bibl. Vat. sign. n. 4008. pag. 153. Michaeli, Ochamo, & alijs obiecta scelera in ordinem Francisc.

cuius edicti a præcipua pars hæc est: *Dilectus in Christo frater Pastor dudum minister in prouincia Prouinciæ in nostra præsentia constitutus proposuit, quod præfati Michael, Henricus, Franciscus, Guillelmus, & Bonagratia in diuinæ maiestatis offensam, & in sanctæ Romanæ ecclesiæ, quantum in eis est, detrimentum, & in non modicam nostri ordinis iacturam tanquam hæresiarchæ seminauerant hæreses, & velut archischismatici diuisiones procurauerant & schismata; & sicut crudeles homicidæ, fratricidæ, ac matricidæ proscriptiones, captiones, & tormenta, contra prælibatos prælibati ordinis conspirantes, suis procurauerant fratribus, & religionem nostram, matrem suam, voluerant euertere. Quod enim seminant hæreses, patenter apparet ex diuersis schedulis & literis, per præfatum Michaelem personis pluribus & communitatibus ad diuersas partes directis, quas vidimus, tenuimus, & legimus, ac legi audiuimus, & examinari per quamplures sacræ theologiæ doctores, & alios in theologia peritos fecimus: ex quibus euidentius colliguntur*

Ipsorum errores:

errores plurimi, qui nostro & dictorum doctorum seu verius vniuersalis ecclesiæ iudicio hæreticales merito sunt censendi.

Primus.

Primus est, quod Imperator potest Papam de-

Secũdus.

ponere & depositum declarare. Secundus est, quod clerus & populus Vrbis Romæ potest Papam depone-

Tertius.

re & depositum declarare. Tertius est, quod illud alias inauditum facinus, quod aduersus sanctissimum patrem & dominum, dominum Ioannem Papam XXII. in Vrbe prædicta per aliquos perditionis & diffidentiæ filios de facto attentatum extitit, de iure ac legitime actum fuit.

Quartus.

Quartus est, quod constitutiones per Romanum Pontificem, canonice intrantem, edita de consilio sacri ac fidelis collegij dominorum Cardinalium sunt hæretica.

Quintus.

Quintus est, quod obedire illi, cui vniuersalis ecclesia obedit, est animam damnare & se hæreticum confiteri.

16 *Ex eorum quoque fructibus & artibus, ex quibus cognoscuntur falsi prophetæ, declaratur ipsorum hæresis: quoniam tempore, quo præfatus* Petrus *de Corbaria dudum sacrilegus antipapa pro vero Papa damnabiliter se gerebat, prædicti Michael, Guillelmus, Franciscus, Bonagratia in ciuitate Pisana Petro tunc hæretico manifesto adhæserunt, ipsum pro sua confirmatione prauitatis hæreticæ informarunt, consilium, auxilium, & fauorem præstantes eidem; in tantum, quod ipse Michael, pro generali ministro se gerens, pluribus nostri ordinis fratribus præcepit, quatenus a sæpedicto Petro antipapa reciperent ecclesiasticas dignitates: & cum consecrarentur vel potius execrarentur, & dum pro clericalibus dignitatibus, seu verius indignitatibus inungerentur vel potius fœdarentur, dicti Michael, Guillelmus, Franciscus, & Bonagratia cum damnatis hæreticis & eis, qui a sæpius repetito antipapa ecclesiasticas dignitates susceperant, & cum nostri ordinis apostatis conuersantur & habitant, consiliantur & tractant; seu verius machinantur, & ad euersionem status ecclesiastici & fidei orthodoxæ laborant. Quod autem diuisiones procurant ac*

Molitiones ad lacerandũ ordinem.

schismata, veridica fama seu potius infamia vniuersis pene fidelibus declarauit: nam & ipsi ab ecclesiastica vnitate & a nostri ordinis societate diuisi scissuram, quam temere inchoarunt, damnabiliter totis viribus ampliare contendunt; ad diuersas partes personis religiosis & secularibus scriptitantes: & ne Romano Pont*ifici vero & vnico in terris Christi vicario vel præfato generali ministro pareant & obediant, vanis & falsis inductionibus suadentes, Iudam Galilæum, qui olim in diebus professionis auertebat populum post se, & ne obedirent Romano principi suadebat, totis conatibus imitantes. Quod autem conspirationes ad fratrum proscriptionem, captionem, & tormentorum afflictionem faciant; euidentia rei, quæ per eos in Bauaria & vicinis partibus agitur, manifestat: nam per gentes Ludouici de Bauaria iam fecerunt capi & torqueri fratrem Corradum de Monacho quondam custodem Bauariæ, ipsumque per violentiam & angustiam tormentorum negare fidem sedis Apostolicæ saltem ore compelli.*

Nos ergo præmissa scelera dissimulare oculis conniuentibus non valentes, protestatione superiori iterum repetita, videlicet processibus sanctissimi patris & domini Ioannis diuina prouidentia Papæ XXII. non intendimus per istos processus in aliquo derogare; sed eos tanquam iustos & sanctos intendimus pro viribus imitari: sed per istos processus intendimus, quantum in nobis est, & quantum nobis competere potest, offensam domini nostri Iesu Christi & eius in terris vicarij, ecclesiæ sacrosanctæ, & nostri ordinis legitimis vltionibus vindicare: quapropter in die definitionis præsentis capituli generalis in domo materialis ante claustrum pro tribunali sedentes, admissis quibuslibet, qui volebant & poterant interesse, auctoritate priuilegiorum nostro ordini a sede Apostolica indultorum, præfatos Michaelem, Henricum, Franciscum, Guillelmum, &

Decretoria in eos Minoritarum sententia.

Bonamgratiam in præmissis erroribus errasse & hæreses contraxisse, velut hæreticorum fautores, hæreticos, & hæresiarchas, & in præmissis ecclesiæ sacrosanctæ & ordinis nostri diuisionibus & rebellionibus schismatizasse, tanquam schismaticos & archischismaticos; in prædictisque conspirationibus proscriptionum, captionum, & tormentalium afflictionum aduersus prælatos & alios nostri ordinis fratres coniurasse, tanquam crudeles homicidas, fratricidas, & matricidas finaliter condemnamus, priuantes eosdem nostri ordinis priuilegijs, gratijs, & beneficijs, consortio, & fauore, & eosdem ad perpetuum carcerem iudicantes, & velut tales dignos & ob-

præterea Michael, errasse Liberium. Verum is nullum in controuersia iudiciaria tulit aduersus fidem decretum; sed præuaricatus est communicando cum Semiarianis, quapropter in eius locum subrogatus est Felix, qui martyrij palmam damnato Constantio tulit, de quo pluribus Cardinales Baronius a & Bellarminus b, qui de Felicis successione causam hanc affert: *Tametsi enim Liberius hareticus non erat, tamen habebatur propter pacem cum Arianis factam hareticus; & ex ea præsumptione merito potuit ei pontificatus abrogari. Non enim homines tenentur, aut possunt corda scrutari; sed quem externis operibus hæreticum esse vident, simpliciter hæreticum iudicant, ac vt hæreticum damnant.* Resipiscens vero Liberius Felici iterum successit, excitatusque diuinitus Imperatorem Constantium atque episcopos Vrsatium & Valentem hæreticos damnauit: de quo memorati auctores.

a Baron. ann. Chr. 357. n. 25. b Bell. l. 4. de Rom. Pont. c. 9.

Liberius errauit in externo actu, non in ferendo fidei decreto. Iterumq; Pontificatum adeptus.

Inania similiter sunt, quę de Leone obijciuntur cum ipse pseudopontifex esset; quare merito vim argumenti retorquet in Michaelem Geraldus c: *Sed temporibus nostris a communione & obedientia Petri de Corbario, in antipapam tyrannice & diabolice per hominem laicum, secularem, & excommunicatum intrusi, quicumque fideles se subtrahere tenebantur. Videas igitur, si tu habes oculos quibus videre valeas, si fuisti æqualiter occæcatus tam in facto quam in isto dicto: quomodo enim & qua fronte ista exempla pro te inducere potuisti?* Et infra: *Tu in tuo recessu accessisti ad intrusum, & recessisti ab illo, qui canonice fuerat nullo dubitante ingressus. Recessisti a vicario Christi, & accessisti ad vicarium antichristi. Accessisti ad eum, qui aliunde ascendebat vt latro; & recessisti ab eo, qui per ostium intrauit vt pastor. Accessisti ad eum, qui in nomine proprio veniebat; & recessisti ab eo, qui venerat in nomine Christiano. Accessisti, vt tu ipse dicis, ad ciuitatem Pisarum, vbi tunc erat sedes satbanæ, & ibi fratres, quorum animas in cura te habere dicebas, faciebas ab antipapa officia & dignitates ecclesiasticas acceptare: quorum consecrationi, seu potius execrationi, inunctioni, vel verius fœdationi sicut impudicus leno fornicationum & fœditatum spiritualium assistebas.* Et infra.

c M. S. bibl. Vat. sign. n. 4010. pag. 215.

Vt Michael manifesto antipapæ se coniunxerit.

12 *Quod autem appellationis tuæ pallium, sub quo rebellionem tuam schismaticam velare conaris, sit inane & vacuum, patenter apparet consideranti cuilibet eum qui appellat, & eum contra quem appellat, & iudicem quem appellat. Tu autem appellasti realiter non vt persona publica, quia ordo appellationem tuam non approbat nec commendat, sed potius improbat & condemnat; sed vt persona priuata attentasti facere quod fecisti: hoc autem modo fecisti te personam hæreticam, prout constat per literas tuas, vt in processibus contra te habitis in nouissimo nostri ordinis generali capitulo declaratur: persona autem hæretica secundum canonicas sanctiones appellare non potest, nec admitti appellatio eius debet: tu autem qui decretales & decreta frequenter allegas, ista melius nosse deberes. Sed audi causam, quare omnis hæretici appellatio non debet admitti, quia vt Paulus ait, subuersus est qui hæreticus est, & deliquit proprio iudicio condemnatus, ad Tit. III. cap. Persona vero contra quam appellasti est ille, qui non habet superiorem in terris: propter quod de iure ab ipso appellari non potest.* Et infra: *Appellasti quoque ad illam ecclesiam, quam tu in tuis literis, quas ad diuersas partes ordinis direxisti, pronunciasti, asseruisti, & denuntiasti esse hæreticam, & per consequens omni potestate iudiciaria destitutam: quare appellatio tua nullum potuit nec debuit habere vigorem. Sicut ergo schismatica rebellio Dathan & Abiron, Chore suorumque complicum per appellationem excusari non potuit: sic & tua rebellio non est excusabilis, sed plectibilis ignibus sempiternis.*

Appellatio Michaelis nomine Minoritarũ edita a Minoritis repudiata est.

13 *Zelus autem tuæ fictæ fidei ad tuorum excusationem errorum fore falsissimus euidenter declaratur, tum quia veræ fidei verus zelus in causa fidei non facit fugere, sed pro defensione fidei expectare; vnde zelus tuus, qui te ad fugiendum induxit, demonstrat aperte, quod opinionem tuam euangelicam esse sententiam minime reputasti: tum quia zelus fidei non quærit super adinuentione mendosa fundari, sicut tu viam tuam super multis mendacijs & adinuentionibus falsis sæpe fundasse probaris: tum quia temeritate alias inaudita de libello per dominum Papam contra dicta tua & sectam tuam edito te dicis duodecim collegisse errores, inter quos enumeras nonnullas euangelicas & propheticas sententias, sicut in illo libello in pluribus passibus demonstratur aperte. Sed quia tu ad rationes & allegationes & ad auctoritates contra tuam insaniam per dominum Papam inductas non respondes, nec respondere potes; nec contra sophisticarum tuarum rationum responsiones replicas, nec replicare attentas, non oportet quod nos, qui videmus, sicut tu videre videris, tibi fore manifeste conclusum contra rationes & responsiones huiusmodi præternecessarijs disputationibus laborare. Propter quod nequaquam a nobis petere debuisti, vt ostenderemus tibi, an dicta domini Papæ concordarent cum euangelica veritate, & an dicta tua ab ea in aliquo discordarent: hoc enim sufficienter ostensum est tibi. Si tamen aliquam rationem pro tua fundata opinione proferres, vel rationum & auctoritatum contra tuas insanias inductarum solutionem, vel apparentem responsionem, parati sumus iuxta B. Petri consilium ad satisfactionem faciendam tibi, & omni poscenti nos in causa fidei rationem.*

Redarguitur Michael de ficto zelo.

Eius scripta pugnare cum sacra scriptura.

14 *Sicut ergo nec fidei, ita nec religionis, nec regulæ zelum habuisse probaris: quomodo enim zelasti pro regula, enormiter veniens contra primaria regulæ fundamenta? tu namque iugum obedientiæ sicut bos indomitus impudentissime reiecisti; cum tamen sanctissimus institutor nostri ordinis B. Franciscus dicat in principio regulæ: Frater Franciscus promittit obedientiam & reuerentiam domino Papæ Honorio, ac successoribus eius canonice intrantibus, & ecclesiæ Romanæ.* Et in fine: *Semper subditi & subiecti pedibus eiusdem sanctæ* Romanæ, *ecclesiæ paupertatem & humilitatem & sanctum euangelium domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, obseruemus. Constat autem vniuersitati fidelium, sæpedictum sanctissimum in Christo patrem dominum* Ioannem XXII. *canonice quidem fuisse Apostolicam sedem ingressum, & illam* Romanam *ecclesiam cui, Domino disponente, noscitur ipse præesse. Tu vero infelix infeliciter contra regulam, quam professus fueras, ab eius obedientia recessisti, & vocem ecclesiasticam atque euangelicam obedienter audire minime voluisti.*

Inculcat Geraldus exemplũ S. Francisci in Pontificem obseruantissimi.

Item contra votum paupertatis proprietarius fuisti, & alios plurimos proprietarios fecisti: sicut enim eorum, qui tui dudum fuerunt complices, concors relatio iuramento firmata confirmat, quod tu pecuniam ad Monachum in camera tua tenes, & pecuniam immediate manibus fratrum, quos pro tuis mittis negotijs, exhibes vel interdum exhibere facis; non obstante, quod regula nostra clamat: Præcipio firmiter fratribus vniuersis, vt nullo modo de-

Obiurgat Michaelem proprietarium esse.

mentis colorabat varijs, quæ confutat Geraldus Otho in eo commentario, quem ex Perpinianensibus comitijs conscripsit a, in quo hypocrisis laruam ita perite detrahit, vt nuda eius impietas pateat.

a Ext. in cod. M. S. bibl. Vat. sign. n. 4010. pag. 215.

Minoritarum magister in Michaelē scribit,

Nonne, inquit, *cogitas, fili incredulitatis, exemplum quod frater Elias meus & tuus in officio, sed tuus in schismatico scandalo prædecessor, apostata fuit, schismaticus, & hæreticus: qui sub domino Innocentio IV. cum Frederico, ab imperatoria dignitate deposito & sententialiter per ecclesiam condemnato, se subtraxit ab obedientia domini Papæ & ab ecclesiastica vnione? His tamen non obstantibus nostra religio, procurante Domino, non super hoc Elia hæretico, nec super te imitatore suo, sed super solidissimam petram Christum mediante B. Francisco fundata in fide & deuotione & obedientia & reuerentia ac vnitate sacrosanctæ matris ecclesiæ, inconcussa permansit; sicut hodie, te errante a catholicæ fidei tramite cum hominibus deuijs deuiante, nostra religio per Dei gratiam in communione & gratia sedis Apostolicæ perseuerat. Non igitur tu dominum Papam, sed te dominus Papa velut vere reprehensibilem reprehendit. Quare, miser homo, non vides vel non intelligis quam inaniter & quam mendaciter de resistentia gloriaris? Cæterum cum inducis exemplum cleri Romani, dicens scilicet: Ab ipsius domini Ioannis obedientia & communione recessi ad instar catholicorum & approbatorum virorum de clero Romano, qui ab obedientia & communione Anastasij Papæ deuiantis a veritate fidei, quam ecclesia determinauerat, recesserunt prout in canone XIX. dist. cap. Anastasius legitur & habetur; istud quidem exemplum contra te militat in duobus.*

Suam excusantem apostasiā redarguit

9 *Primo namque quia, si exempla Romani cleri sequi decreueras, cur Romani cleri principibus dominis S. R. E. Cardinalibus catholicis & fidelibus, in obedientia & communione domini Papæ manentibus, non mansisti? & cur ipsis non recedentibus recessisti, nisi quia eos non sequi sed præcedere, si te voluissent sequi, in apostatica fuga volebas? Si tamen dicat tua perfidia, quod non ipsos dominos Cardinales clericos domini Papæ, sed anticardinales dudum clericos antipapæ habebas pro clero Romano seu pro principibus cleri Romani, responde. Si cum illis tunc perfidis a communione domini Papæ tunc recedentibus recessisti, cur cum illis redeuntibus, & pœnitentiam agentibus rediens pœnitentiam non egisti, postquam eorum exempla sequi volebas, nisi quia superbia sicut prior egreditur ad illicita opera, & posterior reuertitur seu frangitur ad pœnitentiam? sic tu superbus superbiæ filius primus esse in apostasia & nouissimus in pœnitentia voluisti? Si vero tua dicat inaudita temeritas, quia nec dominum Papam, nec adhuc antipapam habes pro Papa, nec clerum illius pro clero Romano, responde. Si secundū opinionem tuam Romana possit inueniri ecclesia, quia constat si non inueniatur Romanus clerus, quia nec Romana ecclesia inuenitur: clerus autem, qui habitat in Auinione, qui habitat Romæ, qui habitat in toto orbe catholicorum & orthodoxorum obedit & communicat domino Papæ: clerus autem qui est Saonæ sub tuo sacrilego & blasphemo vicario Berengario Bochuffo Ianuensi pseudoarchiepiscopo & Pisano in theologia magistro obedit vel antipapæ, vel sathanæ, vel synagogæ Iudaicæ, vel vtrique. Vbi est igitur ecclesia Romana catholica, ad quam appellas? dic, si tu scis, vbi sit transportata? Nonne verecundaris? nonne confunderis dicere et scriptitare per mundum ea, quæ omnes Christianæ aures abhorrent, quod tu nullius dignitatis, nullius nobilitatis, nullius auctoritatis, nullius potentiæ, nullius virtutis, licet multi criminis homo sanctissimum Apostolicum Christi vicarium, vniuersam ecclesiam, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, principes, burgenses, ciues, laboratores, tot viros & fœminas populos Christianos sub obedientia & communione domini Papæ seruientes de hæresi & fautoria hæresis audes condemnare?*

Conuincit imposturæ & mendacij

Et infandæ arrogantiæ.

Michael prouocat ad ecclesiam, quam lapsam cōcedit,

10 *Secundo præmissum exemplum contra te militat, quia tu, non dominus Papa, in duas incidisti culpas.* Et infra: *Tu, sicut tota nouit ecclesia, manifestis hæreticis, puta Petro de Corbario, dudum sacrilego & hæretico antipapæ, Marsilio de Padua, Ioanni de Ianduno, & quampluribus alijs etiam in criminibus & sacrilegijs communicasti, communicas, & communicare non cessas. Item occulte conaris per falsas suggestiones, scripturas, & suasiones fratres olim tibi commissi ordinis non quidem ad gradus ecclesiasticos, sed a gradibus & cultibus, ab obedientia & reuerentia ecclesiastica reuocare.* Et infra. *Quare communitas nostri ordinis propter easdem causas a tua communione & obedientia merito se abegit: tamen domino Papæ vere & fideliter, & vt vere fideli adhæsit, quia ipse non communicat nec communicauit hæreticis, nec etiam occulte operatus est quidquam: quinimo in reuocatione damnatorū, redire cum pœnitentia volentium, & in editione suarum cōstitutionum, exempla nequaquam sequens Anastasij, de consilio dominorum Cardinalium episcoporum, presbyterorum, & diaconorum multiplici deliberatione processit. Quapropter hoc solum exemplum, si bene cogitasses, te a tanta insania retrahere debuisset.* Hæc Geraldus, qui Michaelem hæresiarcham eius argumentis vrget & conuincit. Verum hypothesis quod Anastasius II. a fide deflexerit, ac propterea a clero Romano abiectus & mox diuinitus turpi morte oppressus sit, falsa est. Ac primum obseruandum Michaelem hæresiarcham contendisse a, Romanum Pontificem sine concilio œcumenico in ferendo fidei decreto errare posse, ac Ioannem in illo, contra quod ipse Michael nouæ hæreseos signa extulerat, nempe, *Cum inter nonnullos*, errasse.

Cum manifestis alijs hæresiarchis se conlocat

a Ext. eius comm. cod. M. S. bibl. Vat. signat. n. 4010. pag. 206. & c.

11 Vt vero probaret errare posse Pontificem in iudicio fidei, calumnias iam ante confictas a schismaticis in nonnullos Pontifices repetijt, atque obiecit de Anastasio II. sed falso. Ac primum Anastasij hostes schismatici nūquam finxere, ipsum in dirimenda e Petri cathedra fidei controuersia errasse: ex quo Michaelis obiectio eliditur. Et si referat Gratianus *dist.* XIX. c. *Ita Dominus*, errasse Anastasiū, quod rata esse voluerit sacramenta baptismi & ordinis, quæ Acacius hæreticus contulerat; non in eo errauit Anastasius, sed Gratianus suam imperitiam prodidit, vt docent theologi b. Quod ad alia vero obiectionum capita in Anastasium attinet; futilia sunt: statuamus enim quod voluerit ille Photinum, qui communicauerat Acacio, absoluere sine cleri consensu; non propterea a fide deflexit. Demonstrant etiam Cardinales Baronius c & Bellarminus, falsum esse ipsum, voluisse reuocare Acacium; & pariter confictum fuisse, illum diuina vindicta percussum d. Ac si quis omnino contenderet, Acacij nomen dypticis restituere voluisse, moxque diuinitus oppressum; non ex eo auctoritas Pontificis exolesceret, sed magis diuina in ecclesiam prouidentia illustraretur e: stabitque Pontificem in proponendo vniuersæ ecclesiæ fidei decreto a Spiritu sancto ex Christi sponsione regi. Obiecit præ-

Contendit Pontifices in ferendis fidei decretis errare posse.

Non errauit Anastasius II. vt obijcit

b Turrecr. summ. de eccl. l. 2. c. 112. Bell. de Rom. Pont. l. 4. c. 10. & alij

c Bar. an. Chr. 497. n. 27.

d Id. ib. & Bellar. sup. cap.

e Bar. eod. n. 27. 28. Turrecr. & Bell. vbi sup.

in suarum animarum periculum, & plurimorum scandalum committentes.

Cum autem talibus, ne crescant hæreses & errores huiusmodi, sed extirpentur potius antequam per intonsionem coalescant in segetem, sit ocyus obuiandum, discretioni vestræ per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus aduersus prædictum Angelum, & alios eius complices in hac parte secundum sanctiones canonicas & priuilegia concessa inquisitionis hæreticæ prauitatis officio, solerti adhibita diligentia, taliter prouidere, inuocato ad hoc, si necesse fuerit, brachij secularis auxilio, studeatis quod hæreses & errores prædicti extirpentur radicitus, & fides catholica conseruetur illæsa, &c. *Dat. Auin. x. kal. decembris anno xvi.*

De Angelo Clareno.

7 Meminere Minorum annales [a] cuiusdam Angeli nuncupati Clareni, sectæ illius, quæ Cœlestino V. Pontifice oborta est, & S. Francisci instituta purissima colere iactabat, seque a sociorum, tanquam apud eos pietas defloresceret, consortio diuulserat, promotoris: quique Liberato in secta condenda socio successit in magistratu: & si ea, quæ refert Franciscana historia cum ijs, quæ ex Iordano suo loco attulimus [b] de Liberato & Angelo factionis Fraticellorum seu fratrum de paupere vita, quam Bonifacius damnauit, conditoribus conferamus, nõ dispar studijs reperietur Angelus idiota & hæreticus, quem Pontifex superiori diplomate exagitat: nam primo Angelum Clarenum in illa ipsius historia fertur [c] non fuisse sacerdotem, & accusatum de exceptis sacris exhomologesibus apud Ioannem, tum Bonifacio VIII. & patriarchæ Constantinopolitano sectam illius damnantibus non paruisse. Cum vero hunc Liberati socium Iordanus [d] rerum sui temporis accuratus auctor in narrandis ijs, quæ ad Minoritas spectant, referat antea Petrum e Forosempronio dictum, & Angeli nomen sibi asciuisse, *quia*, inquit, *se fingebat reuelationes angelicas habere* pariter patriæ nomen commutasse suspicio subesse forsitan posset, ne facile a censoribus fidei, qui in fraterculos in oriente tum in occidente iussi [e] erant inquirere, comperiretur. Referunt [f] pariter Franciscani annales, Clarenorum sectam, quæ Cœlestini Quinti Papæ indulgentia adoleuerat, ac transfugas ordinis Minoritarum colligebat, damnatam a Ioanne fuisse; tamen eiusdem Cœlestini proposito diplomate acerrime se tutaram esse. Sed cum id rescissum fuerit aduersus Bonifacij & Ioannis iustissima decreta non valuit eorum excusatio: atque ideo non veram pietatem coluisse constat, vt prætereamus infandam illam hæresim, qua Liberati & Angeli sequaces Pontifices exutos omni auctoritate, eamque in ipsos transfusam ob studium paupertatis effutiebant. [g]

Hypocrisis pro vera pietate culta.

Nec putandum hæc crimina falso Ioanni cuius animum a Minoritis auersum perperam aiunt, nimium credulo insusurrata ab inuidis; quo nomine sacrum Minoritarum ordinem indigne traducunt: nam plures alij Pontifices non modo Bonifacius VIII. qui nascentem sectam elidere studuit, sed etiam Clemens VI. de blasphemijs huiusmodi a pseudoreligiosis iactatis grauissime est conquestus [h]. Porro memorati Angeli sequacium, qui in Neapolitano regno pullularant, causam Gerardus Otho supremus ordinis præpositus, atque Helionus Rhodiorum equitum magister, tum archiepiscopus Neapolitanus cognoscere iussi sunt [a]. Neque ambigimus, quin plures viri simplices & pio putissimi Franciscani instituti seruandi zelo se Angelo aggregarint: qua illecebra plures allecti sensim hætesim ab hypocritis, in angelos lucis transformatis, instillatam imbibebant.

Quod si congregationis Clarenorum, qui ad Pij Quinti tempora perstiterunt, atque a Sixto Quarto eremitæ sancti Francisci appellati reperiuntur, auctor Angelus de Cingulo Clarenus agnominatus a Clareno flumine inter Asculum & Nursiæ Alpes, prope quod extructo cœnobio diu cum suis discipulis vixisse ferunt, idemque auctor ecclesiasticus vere pius extitisset, vt tradit Vvaddingus [b], illũ non fuisse Liberati in cõdenda nefaria Fraticellorum secta sociũ, sed ab eo discrepantem dicendum esset: cui opinioni fauet patriæ distinctio, cum illum Forosempronio oriundum scribat Iordanus [c], hunc Cinguli natum referat Vvaddingus [d]; quin etiam Marcus Vlyssipponensis [e] ex chronico peruetusto Ioannem appellet.

Clareni secta, vt ad pietatẽ reuocata.

Si vero idem fuerit, qui varia nomina subdole commutarit, tum nefarium hypocritam fuisse & hæreticum non ambigendum est; & primos socios respersos impietate, flexuque temporum partim hæresim expurgatam flammis, partim doctrinæ luce discussam, vt quæ initio secta fuerat impia, in piorum hominum societatem præstantem religione & sanctitatis fragrantia suauissimam efflorescetet, ac tum demum foueretur a Sixto IV. pristinoque Minoritarum sodalitio a Pio V. restitueretur. Quod vero Angelus apud sectarios suos vel alios sanctitatis existimationem collegisset, non mirum est, cum ab imperitis a sanctitate non facile discernatur hypocrisis, prorsusque splendido illo primi collapsæ disciplinæ Franciscanæ restitutoris nomine indignus esset; licet enim defloruisse disciplinæ splendorem statuerimus cum Marco Vlyssipponensi [f], ac Liberatum & Angelum a Raimundo ordinis præposito, Corrado Offidano, Iacobo Tuderrino, Petro e Monticulo, quorum aliquos ob egregias virtutes beatorum nomine insigniunt, ad Cælestinum V. missos; id plane constat, ipsos ad sodalium consortium iubente Bonifacio redire debuisse, nec stare religiosam familiã posse, quæ apostolico anathemate perculsa sit. Fuisse autem iustum decretum Bonifacij (inferius a nobis repetendum) certum est, cum Liberatus & Angelus restituendi ordinis fuco illum dissiparent, personatamque tantum religionem gererent. Infectus erat illius hypocrisis lue Bernardus Fuscetius pseudominorita, quem Guido Carmelita episcopus Maioricæ, proximo anno ad Elnensem in Catalonia episcopatum traductus, vt ex pontificijs literis [g] constat, comprehendit atque vna cum fidei censore eiusdem hæreses ex ipsius literis in triginta duos articulos digessit [h].

Bernard. Fuscheri hæretic.

8 Alebat inter Minoritas schisma Michael Cæsenas hæresiarcha, atque in Italia suas vices demandarat Thedino pseudominoritæ, cuius comprimendi Fulconi Piceni præsidi prouincia a Pontifice demandata est [i]. Cudebat varia idem Michael aduersus ecclesiam fidemque catholicam Monachij, vbi Ludouici Bauari clientela tectus erat, venenata commentaria [l], quæ encyclicis literis hoc anno XXIV. ianuarij datis ad Minoritas, vt eos peruerteret, inserebat, & querebatur [m] Geraldum in sui locum fuisse subrogatum; suamque hæresim & apostasiam argu-

[a] Vvadin. in annal. an. 1317. n. 16. & ann. 1318 n. 23.
[b] Annal. to. XIV. ann. 1294. nu. 26.
[c] Apud Vvading. an. 1318. n. 23.
[d] Iord. M. S. Vat. sig. n. 1960. et Annal. to. XIV. ann. Chr. 1294 n. 26.
[e] Id. ib.
[f] Marc. Olys. p. l. 7 c. 34. ex chr. vet. & Mariã.
[g] Iord. M. S. Vat. sign n. 1960. Annal. to. XIV. ann. Chr. 1294 n. 26.
[h] Cle. VI. ann. 11. 3. ep. secr. 52

[a] To. 8. p. 2 ep. secr. pag. 242 & 315.
[b] Vvad. an. 1317. n. 28. & de scr ptor ord. Min. in Ang. de Cing.
[c] Iord. M. S. Vat. sig. n. 1960.
[d] Vvad. de Script. ord. Min.
[e] Marc. Olys. l. 7. c. 23
[f] Id. l. 5. c. 27.
[g] An. 16. p. 2. ep. com 1353.
[h] An. 15. p. 2. ep. com 956.
[i] To. 8. p. 1 ep. secr. pag. 111.
[l] Ext. in M. S bibl. Vat. sign. n. 4010. pag. 106. & in M. S 4008 pag. 152.
[m] Eod. M. S. 4010. pag. 212.

Processus contra Fraticellos.

Dudum ad audientiam Apostolicæ sedis multorum insinuatione perducto, quod nonnulli profanæ multitudinis, qui vulgariter Fraticelli, seu fratres de paupere vita, aut Bizochi, siue Bighini, vel alijs nominibus nuncupantur, in partibus Italiæ, nec non in insula Siciliæ, comitatu Prouinciæ, Narbonensi & Tolosana ciuitatibus & diœcesibus ac prouincijs, alijsque cismarinis partibus contra sacros canones habitum nouæ religionis assumere, congregationes & conuenticula facere, & superiores sibi ipsis eligere, quos ministros, seu custodes, vel guardianos, aut nominibus appellant alijs, plurimos ad eorum sectam recipere, in quibus habitant in communi, publice mendicare, quasi eorum secta vna de religionibus per sedem Apostolicam approbatis, temeritate damnabili præsumpserant & præsumebant etiam incessanter; & vt ipsorum error veritas, & impietas religio putaretur, plurimi eorum regulam ordinis fratrum Minorum, quam sanctus Franciscus instituit, se profiteri ad literam obseruare fingebant, quamquam sub obedientia generalis vel prouincialium ministrorum ipsius ordinis minime morarentur, prætendentes se a sanctæ memoriæ Cælestino V. prædecessore nostro huiusmodi status, seu vitæ priuilegium habuisse [confirmatam a Cælestino monasticam eorum disciplinam, & vocatos pauperes eremitas domini Cælestini, contendunt nonnulli, & Clarenorum congregationem fuisse huiusmodi; at illi aduertant quid subijciat Pontifex] quod tamen, etiamsi ostenderent, non valeret, cum felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. prædecessor noster ex certis causis rationabilibus omnia priuilegia ab ipso Cælestino concessa, quæ per ipsum Bonifacium non contingeret approbari, vacuasset viribus, nec dictum priuilegium inueniretur per eundem Bonifacium approbatum; nos attendentes, quod in errorum barathrum faciliter ruunt, qui conceptus proprios patrum diffinitionibus anteponunt, ipsorumque quamplurimi, sicut nobis fidedigna insonuerat relatio, a veritate catholicæ fidei deuiabant; contra sectam, ritum & statum huiusmodi auctoritate apostolica de fratrum Minorum consilio processimus sub hac forma: *Ioannes etc. ad perpetuam rei memoriam.* Sancta Romana atque vniuersalis ecclesia, &c.] a Extat hæc sanctio inter extrauagantes, hac temporis nota consignata. *Dat. Auin. III. kal. ianuarij pont. nostri anno II.* Tum subijcit.

In quib⁹ locis fuerint grassati.

Vt profess. si sint Frãciscana instituta pura seruare.

Prætexuerint a Cælestino V. fuisse confirmatos.

Non valuerit prætextus ob contrarium Bonifacij decretum.

Quam iuste Ioannes damnarit Fraticellos.

Adhibuerit in consilium ipsos Minoritas.

a *Extrau. sancta Romana de relig.*

5 Sane quia sectam præfatam non resurgere, sed abolitam remanere perpetuo, prædictamque inuiolabiliter obseruari sententiam plenis desiderijs affectamus, ad quod expedire plurimum credimus, processum & sententiam huiusmodi sæpius præsente fidelium multitudine publicari; discretioni vestræ per apostolica scripta in virtute obedientiæ districtius iniungendo mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope & suffraganei per vos vestrosq; subditos & alios viros religiosos & seculares, exemptos & non exemptos, de quibus vobis videbitur (quos ad hæc non obstantibus exemptionis & quibusuis alijs priuilegijs eis, vel eorum ordinibus, aut locis sub quacumque forma vel expressione verborum concessis, compellere per censuram ecclesiasticam appellatione postposita valeatis) singulis diebus dominicis ac festiuis in ecclesijs & locis vestrarum ciuitatis & diœcesis, ac in sermonibus publicis, de quibus expedire cognoueritis, eosdem processum & sententiam, dum clerus & populus ad diuina vel sermones audiendos conuenerint, publicantes, omnes & singulos sectam huiusmodi obseruantes generaliter, nec non nominatim illos, de quibus vobis summarie, simpliciter, & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij constiterit in præmissam incidisse sententiam excommunicatos denuntiare singulis diebus dominicis & festiuis in eisdem ecclesijs, locis, & sermonibus publice procuretis. Et quia sine fautoribus & receptatoribus diu pestilentes homines huiusmodi latere non poterunt, nec durare, diebus dominicis & alijs solemnibus, præsente fidelium multitudine copiosa, sub excommunicationis pœna & alijs, quas fautoribus et receptatoribus talium per iura canonica sunt inflicta, vt a fautoria, receptatione, ac defensione illorum publica et occulta debeant abstinere moneatis et efficaciter inducatis, contra non parentes monitioni huiusmodi ad denunciationem inflictarum comminatarum pœnarum huiusmodi et alias, prout expedire videritis, vos archiepiscopi et suffraganei vestra ordinaria, vosque filij inquisitores apost. auctoritate simpliciter et de plano, absque strepitu et figura iudicij vestri, secundũ statuta canonum et priuilegia concessa inquisitionis officio procedentes, inuocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachij secularis. *Dat. Auin. XIV. kal. martij anno XV.*

Vetus decretum in Fraticellos instauratum.

Iussi a præsulib⁹ publice anathemate desigi.

6 Proruperat eo impietatis huiusmodi hypocritarum fæx, vt licet sacerdotio non essent initiati, simplices plebeios ad sacram exhomologesim admitterent, atque ad eos pelliciendos inanes indulgentias pollicerentur. Præerat huiusmodi Fraticellis, qui diuersam longe ab alijs Hermanni, Dulcinique, vel Apostolicorum impurissimis fraterculorum factionibus sectam adulterinæ sanctitatis specie ex literali eaque in sensum nefarium detorta Franciscani instituti interpretatione delusi, imbutique nefaria Petri Ioannis Oliui, (qui licet a Minoritano ordine non se diuulserit, alijs tamen illius discindendi causam suis erroribus præbuit) doctrina conflarant, Angelus e valle Spoletana laicus, improbæ susceptæ sententiæ ad insaniam addictus: in quem Pontifex Melphiensem episcopum legibus agere imperauit, commissaque ab illius nequitiæ socijs flagitia ita exposuit. a

a *To. 8. p. 2. ep. secr. pag. 281. & lib. bull. to. XXII. M.S. arch. Vat. sign. lit. A. pag. 139.*

Ioannes, &c. episcopo Melphiensi & inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in partibus regni Siciliæ & terris citra pharum auctoritate apostolica deputatis.

Ad nostri apostolatus auditum perduxit nuper insinuatio displicibilis et infesta, quod quidam ministri sathan, perditionis filij, et maledictionis alumni, qui se fratres de paupere vita faciunt vulgariter appellari, quamuis eorum secta iamdudum per sedem Apostolicam fuerit perpetuæ prohibitioni subiecta, se in illis partibus sub ducatu cuiusdam nequam hominis, videlicet Angeli de valle Spoletana, idiotæ vtique et quasi literarum ignari, qui se caput seu magistrum ipsorum nominat, congregarunt et congregant incessanter; et gerentes sub pelle ouilla rapacitatem lupinam, vt subtilius et facilius decipere simplicium animas valeant, varias hæreses et errores, quibus ipsi respersi dicuntur, disseminare in diuinæ maiestatis offensam periculose nimium moliuntur; falsas prænunciantes indulgentias et plures personas ad confessionem sacramentalem, licet claues non habeant, animas decipiendo damnabiliter admittentes, et alia detestanda varia in

Angelus e valle Spoletana eorum signifer.

pturam eos continentem, quoad præmissa præsumerent defendere vel etiam approbare, ab omnibus confutandos velut hæreticos olim duximus de dictorum fratrum consilio declarandos (& nihilominus dilectus filius Petrus de Corbario ordinis fratrum Minorum, olim hæresiarcha & schismaticus, qui errores & hæreses prædictos approbauerat & tenuerat diabolica suggestione deceptus, eos postmodum ad lucem veritatis reductus in nostra & eorundem fratrum nostrorum, nec non magnæ cleri & populi multitudinis præsentia sponte abiurauit, anathematizauit, reprobauit, & fuit detestatus expresse) in diuersis mundi partibus defendere, dogmatizare, ac approbare præsumunt, fideles secum in eosdem errores & hæreses trahere, non absque diuinæ maiestatis contumelia, fidei læsione catholicæ, ac multorum periculis velut ministri sathanæ molientes; nos tales, quos timor Dei a malo non reuocat, pœnæ saltem formidine seueritateque disciplinæ a suis huiusmodi nequissimis excessibus retrahere cupientes, discretioni vestræ in virtute sanctæ obedientiæ per apostolica scripta districtius iniungendo mandamus, quatenus contra omnes & singulos cuiuscumque dignitatis, ordinis, conditionis, aut status existant, prædictas damnatas hæreses vel earum aliquam approbantes, defendentes, aut dogmatizantes, publice vel occulte, quos omnibus & singulis tam exemptionis quam alijs quibuscumque priuilegijs apostolicis eis, vel eorum ordinibus, aut locis communiter vel diuisim, sub quacumque forma vel expressione verborum concessis, priuauimus auctoritate apostolica, & adhuc etiam tenore præsentium eadem auctoritate priuamus; nec non & contra suspectos de prædictis, seu eorum aliquos summarie, simpliciter, & de plano, tanquam aduersus hæreticos, seu fautores & defensores hæresum solerter & fideliter vos, fratres archiepiscope & suffraganei, vestrique vicarij & officiales vestri ordinarij, vosque filij inquisitores, auctoritate apostolica iuxta statuta canonum & priuilegia concessa inquisitionis negotio tam a captione personarum, quam ad sententiam procedatis, inuocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachij secularis, non obstantibus quibuscumque priuilegijs, indulgentijs, & literis apostolicis, per quæ vestra vel alicuius vestrum iurisdictio posset circa præmissa, vel ea quomodolibet tangentia impediri, etiamsi de illis esset in præsentibus specialis & expresse de verbo ad verbum mentio facienda, quæ quoad hoc nulli volumus suffragari; sic vos super prædictis solerter & fideliter habituri, quod præter plenius mercedis præmium, quod inde merebimini, nostram & eiusdem sedis gratiam vberius assequi valeatis. *Dat. XII. kal. februarij anno XV.*

Eiurati etiam ab antipapa.

Exerte ad uersus no uatores leges.

3 Inter alios, qui disruptis schismatis laqueis ad ecclesiam supplices confugere, Thomasius, qui Petri e Corbaria capellanum se gesserat, commissum piaculum defleuit: cumque senio morboque affectus curiam non posset adire, & misericordiam imploraret, data est a Pontifice Ioanni Card. Vrsino A.S.L. prouincia, vt eum rite absolueret, ea pœna iniuncta, quæ in subiecto diplomate describitur. a

Thomasi⁹ antipapæ capellan⁹.

Eiurat schisma & hæresim.

a An. 15. p.4.ep.com 778.

Ioannes, &c. Ioanni S. Theodori diacono Cardinali.

Discretioni tuæ, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus si est ita, eundem Thomasium recepto prius ab eo corporaliter tacto libro, ad sancta Dei euangelia iuramento, quod non credit nec credidit, quod creatio vel depositio summi Pontificis spectet vel spectare debeat ad Imperatorem: sed hoc hæreticum reputauit & reputat, & hæresim damnatam per ecclesiam, quam & ipse quantum in eo fuit & est damnat; & quod prædictam hæresim vel aliquam aliam nunquam tenebit, docebit, aut scienter dogmatizabit, & vitabit consortium & familiaritatem Ludouici de Bauaria hæretici & schismatici, aliorumque hæreticorum & schismaticorum & sequacium ipsorum, denotatorum & denotandorum ab ecclesia, dum in hæresi, schismate, fautoria, & sequela huiusmodi perdurabunt; & quod nobis ac successoribus nostris canonice intrantibus fidelis & obediens erit; & quod huiusmodi crimina, quæ confessus est, & ijs similia non committet, nec Ludouico prædicto, dum in hæresi seu schismate vel ecclesiæ rebellione durabit, vel alijs hæreticis & schismaticis per ecclesiam denotatis, seu denotandis, seu quibuscumque alijs ipsius Ludouici sequacibus denotatis vel denotandis nullo vnquam tempore adhærebit, *& infra*, iuxta formam ecclesiæ absoluas: & super irregularitate per eum contracta ex eo, quod se non tamen in contemptum clauium diuinis immiscuit, misericorditer dispenses, eumque restituas ad famam & bona; non tamen ad beneficia ecclesiastica, quæ antea obtinebat: sed eum dumtaxat habilites ad obtinendum beneficia ecclesiastica consimilia illis, quæ obtinere antea noscebatur, dummodo in illis ecclesijs non existant, in quibus prima beneficia, quibus per processus nostros contra tales habitos propterea priuatus existit, antea obtinebat: eum nihilominus vsque ad annum, a die absolutionis, dispensationis, & habilitationis huiusmodi computandum, ab officio diuino suspendas, iniungens eidem, vt infra dictum annum in quatuor locis solemnibus, videlicet in basilica principis Apostolorum de Vrbe, & monasterij S. Pauli prope Vrbem, ac S. Ioannis Lateranensis, & S. Mariæ maioris de dicta Vrbe ecclesijs, in singulis earum videlicet singulariter, quamprimum in eis solemnitatum festiuitates occurrent, & fidelium inibi aderit multitudo, reatus suos & culpas publice & alta voce confiteatur & dicat, &c. *Dat. Auin. IX. kal. iulij anno XV.*

Formula ad id concepta.

Publice in principibus Vrbis ecclesijs crimen exectari iussus.

4 Vt paterna pietate collecti ecclesiæ gremio qui redibant ad officium, ita animaduersum in alios, qui in pertinacia obdurescebant. Irretiti erant priuatis erroribus nonnulli hypocritæ, fratres de paupere vita vulgo nuncupati, qui a Pontifice alias ita descripti fuerunt: *Fratres Minorum ordinis professores, sacram religionem B. Francisci confessoris egregij sub despecto habitu paruisque caputijs ostentantes, viri vtique fugitiui, nec minus apostatæ, quærentes a iugo religionis colla subducere, & debitum regularis effugere disciplinæ, columbinæ simplicitatis speciem præ se ferentes exterius, & callidi hostis astutias interius proferentes.* Erant ex ea nimirum pseudominoritarum illuuie, qui S. Francisci pura & incorrupta instituta ex candida & literali vocum interpretatione obseruare gloriabantur, in quos vetera edicta instaurata fuerunt. b

Fraticellorum descriptio. a Io. an. 1. ep.100.ext etiā apud Vuad.an. 1317.n.10

Ioannes, &c. venerabilibus fratribus archiepiscopo eiusque suffraganeis & dilectis filijs inquisitoribus hæreticæ prauitatis in eis partibus auctoritate apostolica deputatis.

b Bull. XXII.-M S arch. Vat. sign lit. A. pag.129

Pro-

dibus reuerenter extollatur in terris, quem prouidentiæ diuinæ sublimitas propter eius vitæ merita clementer honorari voluit in excelsis, nosque per huiusmodi grandia testimonia non modicam informationem receperimus de præmissis; volentes tamen super his cum omni, qua possumus, cautela procedere, & omni in hac parte maturitate seruata inuestigare solicite veritatem, discretioni vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo vestrum in loco vel locis, vbi expedire videritis, de vita & conuersatione ac miraculis eiusdem Iuonis presbyteri cæterisque circumstantijs, huiusmodi negotium tangentibus, iuxta formam, quam vobis sub bulla nostra mittimus interclusam, inquiratis diligentius veritatem, & quæ super præmissis inueneritis, fideliter in scriptis redacta sub sigillis vestris per viros idoneos ad sedem Apostolicam destinetis, vt per inquisitionem vestram fideliter instructi, sicut res exigit & expediens visum fuerit, securius in ipso negotio procedere valeamus. *Dat. Auin. IV. kal. martij pontificatus nostri anno XIV.* Cum hoc diploma ad memoratos præsules transmissum perijsset, a Benedicto postea ex autographo exscriptum ac promulgatum est, idemque munus ijs præsulibus impositum a. Denique instructa pro illo in sanctorum numerum referendo actione induciaria, Clemens VI. cœlitum honores Iuoni decreuit, vt suo loco dicetur.

Quæ maturitas consilij adhibita.

a Bern. sup. ep. 127.

IESV CHRISTI
Annus 1331.

IOANNIS PP. XXII. annus 16. VAC. IMP. OCCID. 18. ANDRONICI IMP. ORIEN. 48.

1 PRostrato feliciter schismate in Petro Corbario ad veri Pontificis obsequia, vt vidimus, reuerso Ioannes reuocandis ad ecclesiæ sinum aberrantibus atque hæresum, quæ vna cum schismate propagatæ fuerant, reliquijs excindendis, anno a redemptione humani generis millesimo trecentesimo trigesimo primo indictione decimaquarta operam dedit: Marsilius enim & Iandunus hæresiarchæ Ludouici Bauari assentatores, vt Romani Pontificis & episcoporum maiestatem labefactarent, omnibusque bonis exutos in eum statum redigerent, in quo sub persecutoribus Christiani nominis fuerant iam diu constituti, fœdissimos errores sparserant, quos licet Apostolica sedes ex sacris oraculis confutasset, & Petrus Corbarius schismatis signifer eiurasset; nonnulli tamen ea venena adeo imbiberant animis, vt ad extinguendum nefas censoribus fidei in eiusmodi hæresibus contaminatos animaduertendum fuerit; quare hæ ad Aquensem archiepiscopum & suffraganeos episcopos datæ literæ b, quas fuisse encyclicas ad alios præsules missas maximo argumento est.

Pontificis in excindendis hæresibus cura.

Censores fidei decreti.

b To. 8. p. 1 ep. secr. pag. 161. & bullar. select. Io. XXII. M. S arch. Vat. sign. lit. A. pag. 132.

Ioannes, &c. archiepiscopo & suffraganeis & inquisitoribus hæreticæ prauitatis in prouincia deputatis.

Dudum ad audientiam nostri apostolatus multorum insinuatione perducto, quod nonnulli homines in reprobum sensum dati, præsertim religiosi habitu, sed re vera hæretici, & ab vnitate catholicæ ecclesiæ separati, hæresim per nos olim, deliberatione cum fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, ac multis archiepiscopis & episcopis, alijsque ecclesiarum prælatis, nec non & compluribus sacræ theologiæ magistris & vtriusque iuris professoribus præhabita diligenti, ac de consilio fratrum ipsorum damnatam, videlicet quod Christo & eius Apostolis in ijs, quæ ipsos habuisse scriptura sacra testatur, habuerunt tantummodo absque iure aliquo simplicem vsum facti, approbare, dogmatizare, ac defendere temerarijs ac periculosis ausibus præsumebant; nos ne tales homines perfidi diuino & humano timore vacui gloriarentur, suæ prauitatis opera sine condignis meritorum stipendijs præteriti, omnes & singulos, qui postquam constitutiones nostræ super prædictis editæ ad eorum peruenissent notitiam, vel per eos quominus possent peruenisse stetisset, hæresim condemnatam huiusmod ausi essent defendere, approbare, seu etiam dogmatizare, aut tenere publice vel occulte, hæreticos declarauimus, sicut per constitutionem nostram, quæ incipit, *Quia quorumdam*, duximus alias declarandos; & arbitrantes dignum existere, quod tales peruersi homines eiusmodi non fruerentur priuilegijs * a cuius se subtrahebant obedientia, quamque impugnare nequiter satagebant, ipsos omnibus & singulis tam exemptionis, quam alijs quibuscumque priuilegijs & gratijs, libertatibus & immunitatibus, tam ordinibus suis quam locis & personis eorum sub quacumque forma vel expressione verborum ab Apostolica sede concessis, auctoritate apostolica omnino priuauimus: & præter pœnas alias, contra talia præsumentes inflictas, quibus ipsos subiacere volumus, priuatos perpetuo, & ordinariæ iurisdictioni ordinariorum locorum quoad causas & alia omnia decreuimus esse subiectos.

Pseudominoritarũ hæresis de simplice vsu facti absque iure constituto in Christo & Apostolis

*concessis per sedem Apostol.

2 Sane quia, sicut fidedigna, licet infesta, plurimum relatione percepimus, adhuc nonnulli eorum [fuisse in eo numero Michaelem, Ochamum, Bonamgratiam, ex lata a Minoritis in ipsos iudiciaria sententia inferius afferenda constat] ausu damnabili & nefando tam prædictam damnatam hæresim, nec non & quosdam erroneos & hæreticales articulos, periculosos errores & hæreses detestabiles continentes; videlicet quod illud, quod de Christo legitur in euangelio B. Matthæi, quod ipse soluit tributum Cæsari, quando staterem sumptũ ex ore piscis ijs, qui petebant didrachma, iussit dari, hoc fecit non condescensiue & liberalitate suæ pietatis, sed necessitate coactus; item quod B. Petrus Apostolus non fuit plus caput ecclesiæ, quam quilibet aliorum Apostolorum, nec habuit plus auctoritatis quam habuerunt alij Apostoli; & quod Christus nullum caput dimisit ecclesiæ, nec aliquem vicarium suum fecit, quodque Papam corrigere & punire, ac instituere & destituere ad Imperatorem asserunt pertinere; & adhuc quod omnes sacerdotes siue sit Papa, siue sit archiepiscopus, siue sacerdos simplex quicumque, sunt æqualis auctoritatis & iurisdictionis ex institutione Christi, sed quod vnus habeat plus alio, hoc est secundum, quod Imperator concessit plus vel minus, & sicut concessit potest etiam reuocare; præterea quod Papa vel tota ecclesia simul sumpta nullum hominem, quantumcumque sceleratum, potest punire punitione coactiua, nisi eis Imperator tribuerit potestatem; quos quidem articulos & quamcumque scripturam continentem eosdem, velut sacræ scripturæ contrarios, & fidei catholicæ inimicos, hæreticos, seu hæreticales & erroneos; ac omnes & singulos cuiuscumque dignitatis, ordinis, conditionis, aut status existerent, qui prædictos articulos, aut scriptu-

Marsilij & Ianduni hæreses haustæ a pseudominoritis.

Cæsareorum politicorum impietas.

Oppugnata hierarchia ecclesiastica.

Figmentũ pro danda Cæsaribus scelerũ licentia. Vt hi errores dãnati sint a Pontifice.

ptu-

obsecrantes, quatenus diligenter attendens, quod tibi crescet ad meritum, accedet ad gloriam atque famam, si datum tibi desuper fuerit, vt tu & populus tibi subditus directionis tuæ studio ad vnitatem eiusdem catholicæ & vniuersalis ecclesiæ reuertamini, extra quam non est gratia, neque salus, te & prædictum populum habilitare & reducere studeas ad eiusdem catholicæ & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ perpetuam & inuiolabilem vnionem, ac dilectos filios fratres Prædicatorum & Minorum ordinum ad partes ipsas venientes, vel morantes in eis, vel per illas transitum facientes charitatiue recipias, & benigne pertractes; & maxime venerabilem fratrem nostrum Guillelmum de Cigijs episcopum Taurisiensem, quem ad Dei laudem & gloriam, & pascendum gregem fidelium in partibus illis prædicationis verbo pariter & exemplo ecclesiæ Taurisiensi præfecimus in pastorem, &c. *Dat. Auin. x. kal. febr. anno* XIV. Consultutus etiam Pontifex alijs orientalibus ecclesijs, Soltaniensi archiepiscopatui in Persico imperio præfecit Ioannem Core ordinis Prædicatorum dato ad eum subiecto diplomate. a

Iacobitæ ad dogma cathol. sollicitati.

a An. 14. p. 2. ep. com 41.

Ioannes, &c. dilecto filio Ioanni de Core electo Soltaniensi.

Te de fratrum nostrorum consilio Soltaniensi ecclesiæ in imperio Imperatoris Persidis constitutæ, tunc vacanti, prouidimus, præficientes te illi in archiepiscopum & pastorem, curam & administrationem ipsius & solicitudinem animarum, quæ subduntur eidem, tibi, in spiritualibus & temporalibus plenarie committentes, prout in nostris literis inde confectis plenius continetur. Vt igitur postquam munus consecrationis Deo auctore susceperis, pallio in quo pontificalis officij plenitudo, quod archiepiscopalis nominis appellatione cōfertur, etiam decoreris, huiusmodi pallium insigne, plenitudinis videlicet eiusdem officij de corpore B. Petri sumptum, per venerabiles fratres nostros Thomam Semiscatensem & Iordanum Columbensem episcopos suffraganeos tuos eiusdem ordinis professores tibi tuisque successoribus archiepiscopis Soltaniensibus, qui erunt pro tempore, per aliquem ipsorum, qui principaliter tibi & eisdem successoribus munus consecrationis impendet secundum formam in alijs nostris literis annotatam, duximus destinandum, &c. *Dat. Auinione* XVI. *kal. martij anno* XIV.

Ioannes Core creatus archiepiscopus Soltaniensis.

Cum in eodem Soltaniensi archiepiscopatu in Persico imperio accepisset nōnullos præsules ecclesiarū administrationem ritu canonico non suscepisse, alios vero sacris ordinibus non rite initiatos, vt his mederetur malis, Soltaniensi archiepiscopo & suffraganeis episcopis partes dedit b, vt apostolica auctoritate non admotos canonice ecclesijs orthodoxæ fidei, nuncupata professione e formula præscripta, ijsdem vel alijs ecclesijs præficerent; alios sacris ordinibus non rite initiatos sacrarent. Demandata etiam est Seuastopolensis ecclesia Petro Geraldo episcopo designato c, vt euangelium propagaret; atque Galipolitana Miletio d, qui tum Philippo principi Tarentino eiusque filio Philippo Romaniæ despoto commendatus est e.

Non promoti rite sub conditione sacrandi.

b Io. an. 14 p. 1. ep. 660.

c Ib. ep. 663.

d Ib. ep. 664.

e Post eād. ep.

58 Efflorescente in dies editarum a diuino Numine ad B. Iuonis Britanni sacerdotis preces cælestium virtutum gloria, excitatus hoc anno est a Gallo Rege, duceque & clero Britannico Ioannes Papa, vt patrata viri sancti meritis miracula in religiosum examen adduci iuberet, qua de re iam ante Clementi V. porrectæ preces fuerant, atque apud Ioannem parto ab eo recenter pontificatu repetitæ. Ab ipso itaque ea prouincia hisce præsulibus demandata est. a

B. Iuo miraculis coruscat.

a Ext. lo. liter apud Bened. XII an. 3 p. 2. ep. com. 227.

Venerabilibus fratribus Lemouicensi & Engolismensi episcopis, ac dilecto filio abbati monasterij S. Martini de Troartio Baiocensis diœcesis salutem, &c.

Exultant & gaudent in cælis animæ beatorum, qui Christi vestigia imitando, in asperitate vitæ carnis vitia debellarunt. Exultat profecto Creator æternus, cum suam humani generis creaturam post triumphum de carnis nexibus habitum conspicit palmam gloriæ meruisse. Exultat, nec immerito, angelica turba cælorum, cum terrenorum incolam, terræ tenebris cultu fidei & deuotionis splendore fugatis, cœlestis patriæ ciuem factum, & compatriotam supernorum ciuium intuetur. Decet igitur vt exultent ingentibus gaudijs cuncti Christicolæ, dum quis, pro Christi nomine mundanis spretis illecebris, se pennis virtutis erigens sic profecit, quod accepit post præsentium cursum dierum brauium & habitaculum in excelsis. Sane dudum, quod non sine laudis iubilo digne læti referimus, dilectus filius nobilis vir Ioannes dux Britanniæ, & quamplures aliæ magnæ reputationis personæ illarum partium tam felicis recordationis Clementi Papæ V. prædecessori nostro, tunc viuenti, quam post eiusdem prædecessoris obitum nobis, dispositione diuina ad apicem summi apostolatus assumptis, de meritis sanctitatis & vitæ, quibus recolendæ memoriæ Iuo Haelory presbyter Trecorensis diœcesis, dum in humanis ageret, resplēduisse dicitur, ac de miraculis, quæ ad sepulchrum ipsius, cuius corpus in Trecorensi ecclesia requiescit, virtutum Dominus fertur iugiter operari, per literas suas laudabile testimonium perhibentes; per speciales nuntios & literas nobis humiliter supplicarunt, vt de huiusmodi vita & miraculis auctoritate apostolica mandaremus inquiri. Ac subsequenter idem dux & nonnullæ aliæ magnæ existimationis personæ partium earundem post præmissarum supplicationum instantiam iteratis vicibus, per suas literas similes preces super præmissis nobis duxerunt humiliter porrigendas, vt de vita & miraculis supradictis, quæ non solum continuabantur, sed magnificabantur assidue per diligentem indaginē certitudine habita decerneremus eū honorandum in terris, quem in cælis Dominus honorabat. Ac nuper charissimi in Christo filij nostri Philippus Rex & Ioanna Regina Franciæ illustres, nec non multi archiepiscopi & episcopi ac abbates, & alij prælati regni Franciæ, vniuersitas quoque doctorum & scholarium studij Parisiensis, idemque dux per alias eorum literas; ac insuper venerabilis frater Iuo episcopus Trecorensis & dilectus filius nobilis vir Guido de Britannia, eximiæ deuotionis zelo ad sedem Apostolicam personaliter accedentes, ad nostri apostolatus auditum deuotis insinuationibus deduxerunt, quod idem Iuo presbyter sic, dum vixit, proprium mandatis diuinis subiecit arbitrium, sicque contemptis mundi delitijs & mundanis omnino affectibus relegatis se Deo gratam & acceptabilem hostiam immolarat, quod per ipsius grandia præcelsaque merita, & multa & euidentia miracula Dominus operatur.

Rogatus Clem. V. vt de ijs inquiri iuberet.

Repetitæ apud Ioannem XXII eæ preces.

Qui deprecatores accesserint.

Licet igitur dignum existat, vt humanis laudi-

in futuro. Excitati etiam ad seruandam incorruptam fidei puritatem confirmandosque ad constantiam animos felicis immortalitatis spe Christiani, qui in Vsbechi & Elchigaday Imperatorum Tartarorum regnis versabantur a.

a Eod. an. 14. p. 1. ep. com. 659.

Vniuersis conuersis ad fidem catholicam, & catholicis Christianis habitantibus inter infideles & schismaticas nationes in partibus Aquilonis & etiam orientis, & specialiter in imperio Vsbech & Elchigaday salutem, &c.

Gratias agimus Deo nostro quia, sicut grata & exultabili relatione percepimus, gratia Dei illuminati estis, diuites facti in reuelatione domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos vsque in finem ambulare in semitis mandatorum ipsius: fecit enim Dominus in cordibus vestris lucem splendere ad illuminationem scientiæ claritatis suæ, vt habeatis thesaurum spiritualem in vasis fictilibus, vt sciatis quod licet is, qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem; quoniam id, quod in præsenti est momentaneũ & leue tribulationis humanæ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus temporalia quæ videntur, sed quæ non videntur æterna. Amplexantes igitur tempus acceptabile vocationis vestræ ad catholicam veritatem, nemini dantes vllam offensionem in omnibus exhibeatis vosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in castitate, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ a dextris & a sinistris, non ducentes iugum cum infidelibus, eorum imitantes errores; sed impietates de ipsorum cordibus euellere studeatis, illuminantes eos in agnitionem catholicæ veritatis: quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? aut quæ conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? Studeatis ergo vos esse templum Dei viui, mundantes vos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei, perseuerantes in bono vsque in finem, &c.] Commendat iisdem fidelibus Thomam Mancasolam episcopum Semiscatensem ac Prædicatorij ordinis religiosos viros, qui in eas oras ad euangelium disseminandum excurrunt. *Dat. Auin.* xi. *kal. februarij anno* xiv.

Præceptis eruditi Christiani Tartari.

Spe immortalitatis ferenda aduersa.

56 Penetrarunt euangelici præcones ad montes Albors, atque in iis innumeram hominum multitudinem e superstitionis tenebris eductam ad sacra baptismalia pellexere. Aggregati itaque ii filiorum Dei numero, a supremo in terris Christi vicario veram fidei puritatem haurire cupidi, sacerdotes peritos ad se ab Apostolica sede mitti poposcerunt. Annuit piis eorum votis Ioannes, & Guillelmum de Gigiis episcopum Taurisiensem aliosque plures ex memorato Prædicatorum ordine religiosos viros, qui ipsos euangelica lege imbuerent, tum orthodoxæ fidei formam, quam Romana ecclesia profitetur, transmisit a.

Montis Albors accolæ sacra Christiana amplexi.

a Eod. an. 14. p. 1. ep. com. 734.

Vniuersis Christianis habitantibus in montibus de Albors gratiam in præsenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

Patri luminum & perennis gloriæ largitori corde deuoto gratiarum referimus, quantas possumus, actiones, qui sicut cum ingenti mentis exultatione percepimus, vobis dudum in tenebris ambulantibus reuelauit veræ catholicæ fidei lucem magnam, & nebula gentilis erroris eductos ad veritatem catholicã misericorditer euocauit, & traxit in agnitionem filii sui domini nostri Iesu Christi, qui per lauacrum regenerationis abluti, & mundati ab inquinamento pristinæ vetustatis, in nouitate vitæ domino complacentis parati, sicut lætanter audiuimus, doctrina veræ catholicę fidei, quam tenet, docet, & prædicat sancta Romana ecclesia, doceri & instrui, si vobis magistri & directores in fide ab eadem sacrosancta Romana ecclesia destinentur.

Ecce igitur vestris in hac parte desideriis annuentes, vosque gerentes in visceribus charitatis, ac confidentes, quod qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem domini nostri Iesu Christi, venerabilem fratrem nostrum Guillelmum de Cigiis episcopum Taurisiensem & dilectos filios fratres ordinis Prædicatorum, viros vtique magnæ religionis, & vitæ & in lege Domini eruditos, ad vos prouidimus destinandos; rogantes & obsecrantes vos in eodem domino nostro Iesu Christo, quatenus attendentes, quod per tam longas maris terræque distantias præfatus episcopus & fratres, non absque magnis laboribus & periculis, pro sola cooperatione & promotione diuinorum obsequiorum ad partes ipsas accedunt, eos ob diuinam & Apostolicæ sedis reuerentiam benigne recipere, gratanter amplecti, instructionem eorum in fide & euangelicæ eruditionis doctrinam aure mentis audire, eorumque prædicationibus firmam credulitatem impendere, fidem auditam & creditam vestris operibus comprobare, gratia Dei ad vos præueniente & subsequente, efficaciter studeatis. Vt autem ipsius fidei series vobis plenius innotescat, eam vobis annotatam præsentibus destinamus, quæ talis est. Et quidem credimus sanctam Trinitatem Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, &c. [Concepta est iisdem verbis hæc fidei formula, atque illa, quam antea a Clemente a IV. ad Palæologum & a Ioanne b ad Leonem Regem Armeniæ, transmissam vidimus: ea porro repetita, addit has preces Pontifex.]

Guillelmus e Cigiis episcopus ad eos missus.

Proposita fidei formula.

a Annal. to. 14. an. Chr. 1267 n. 75.
b To. 15. An. 1318. n. 10. & seq.

Ideoque vniuersitatem vestram rogamus & hortamur attente, quatenus meditatione sedula cogitantes, quod fragilis est & caduca humanæ naturæ conditio, plena periculis, exposita casibus, instabilis status eius; considerantes etiam, quod a lege mortis mordentis omnia nullus excluditur, prompti assurgite, præsto vos offerte, & parati accedite ad agnitionem Christianæ fidei & salutis, quæ prouenit ex baptismatis sacramento, ad laudem diuini nominis, vestræque salutis profectum, & augmentum fidei supradictæ, vt lucis suæ radio illustrati vos solerter exerceatis ad eius fines laudabiliter ampliandos; vt post vitæ præsentis excursũ a porta inferi liberati eius diros cruciatus pœnasque grauissimas euitetis, æternæ beatitudinis præmia perpetuis duratura temporibus adepturi. *Dat. Auin.* x. *kal. februarij anno* xiv.

57 Hortatus etiam est Pontifex Marsorianum Iacobitarum patriarcham c, vt creditos ipsius pastorali curæ populos ad coniunctionem cum Romana ecclesia reuocaret, & Prædicatores ac Minoritas ad gentes missos studiis suis complecteretur.

c An. 14. p. 2. ep. com. 64.

Ioannes, &c. Marsoriano Iacobitarum gratiam in præsenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

Circumspectionem tuam monemus, rogamus, & hortamur attente, te in domino Iesu Christo per aspersionem sui pretiosi sanguinis ob-

classe pecora hominesque crudeliter tapererent, ac plures insulas vectigales efficerent. Sed quæ ille paucis perstringit, fusius narrant Græci auctores, e quibus hæc decerpimus. Verterat Orchanes Turcarum Rex in suam rem Græcorum dissensiones, ac Nicæam Bithyniæ vrbem principem, concilio in ea habito celebrem, ac regiam Imperatorum Græcorum, dum Constantinopoli Latini potiti sunt, sedem obsidione cinxerat; cum Andronicus iunior ad soluendam obsidionem prouolauit, alteroque pede sagitta sauciatus, cum se reciperet Philocrenem, vt vulnus curaret, exorta in Græcorum castris subita trepidatione, a trecentis equitibus ad speculandum magis quam pugnandum immissis Græcus exercitus fœdissime est dissipatus: eaque parta victoria, reuersus Nicæam barbarus a vrbem infelicem ad deditionem & in seruitutem compulit; de qua expugnatione hæc in Card. Baronij notis b reperio: *Nicæa Bithyniæ expugnatur a Turcis, a quibus codices, sacræ imagines, ac reliquiæ sanctorum venduntur Constantinopolitanis*. Inde latius victoriam circumtulit Orchanes, Græcorumque in Asia potentia obsoleuit.

a Laonic. Chalcond. de reb. Turc. l. 1.
b Baron. in not. MS.
Græcorũ imperiũ extinctũ in Asia.

54 Meditatus est expeditionem in Achaiam Gualterus dux, vt Athenicnsem principatum e Catalanæ societatis, quæ iuncta erat fœdere cum schismaticis, manibus eriperet. Cui apostolica præsidia impensurus Ioannes, fideles propositis indulgentiarum præmijs allicere conatus est c, vt Gualterus in schismaticos signa cruceata attollentem sequerentur: *Dilecti*, inquit, *filij nobilis viri Vvalteri ducis Athenarum Brennæ & Licij comitis graui conquestione percepimus, quod nonnulli schismatici perditionis filij & iniquitatis alumni, omnis rationis expertes & detestabiles, solum proprij prosecutores arbitrij, ducatum Athenarum, qui est antiqua & patrimonialis hereditas dicti ducis, expulsis inde gentibus pro dicto duce morantibus in eodem, hostiliter occuparunt & detinent occupatum, ecclesiasticos & personas ecclesiasticas, cæterosque fideles indigenas & habitatores ducatus eiusdem grauissimis oppressionibus affligentes in diuinæ maiestatis iniuriam & contemptum, graue fidelium scandalum, & eiusdem ducis enorme & importabile detrimentum: propter quod præfatus dux eiusdem ducatus patrimonio spoliatus ad eripiendum dictum ducatum de manibus schismaticorum occupatorum & detentorum prædictorum & recuperationem ipsius, ac liberandum ecclesias & personas ecclesiasticas ac fideles indigenas & habitatores ducatus eiusdem de dictorum schismaticorum manibus & rabie tyrannidis eorundem, & reducendum eosdem in statum pristinæ libertatis feruenter aspirans, desiderat constatis vndique viribus ad partes illas Deo propitio proficisci, &c.* Data est a Pontifice auctoritas Constantinopolitano patriarchæ Latino Corinthiensi, Patracensi & Hydruntino archiepiscopis, vt militiam religiosam professuros crucis symbolo distinguerent, quę literæ datæ *Auin. XVIII. kal. iulij anno XIV.* Soluisse Gualterum Brundusino portu proximo anno, atque expeditionem in Achaiam duxisse irrito exitu, visuri sumus ex Ioanne Villano. d

c An. 14. p. 2. ep. com 721.
Inducta expeditio in Achaiã
Gualter⁹ dux Athenas recuperare nititur.
d Io. Vill. l. 10. c. 192.

55 Reuocandorum ad ecclesiæ Romanæ sinum omnium schismaticorum, ac veræ fidei propagandæ zelo ex apostolica specula Ioannes Papa in extremas orientis oras, in quibus Nascarini Christianas leges colebant, oculos extulit: vtque eos ad salutem adduceret, cum nonnulla inter ipsos schismata errotesque pullulassent, Iordanum ex sacra Dominicana familia episcopum Columbensem transmisit: tum paternis literis ad colendam fidei puritatem, fugiendum schisma, religiosos viros, qua par est, obseruantia prosequendos, est adhortatus. a

Nascarini ad fidem traducti.

Ioannes, &c. nobili viro domino Nascarinorum & vniuersis sub eo Christianis Nascarinis de Columbo gratiam in præsenti, quæ ducat ad gloriam in futuro.

a An. 14. p. 1. ep. com. 816.

Votis zelamus ardentibus & summis desiderijs affectamus, vt cunctis mortalibus, quos Dei Filius Iesus Christus suo sanguine pretioso redemit, cœlestis gratiæ radius illucescat, & salus votiua proueniat animarum; vt hostis antiqui, semper quærentis vt noceat, elusa nequitia, supernæ beatitudinis gloria, quam non sufficit capere intellectus humanus, quamque Saluator noster se diligentibus repromittit, in suauitatis fœcundæ dulcedine perfruantur. Hoc etiam profundius perpeti cura reuoluimus, hoc sitimus ardentius, hoc in solidæ charitatis ardore crebris orationibus postulamus, vt inter omnes, quos regenerauit vnda baptismatis, cesset scissuræ diuisio, errorum nebulæ fidei claritatem non maculent; & mentales oculos in Christo credentium & colentium nomen eius detestabilis schismatis imitatio & temerariæ fidei perfidia non obducat; sed vna sancta catholica & vniuersalis ecclesia Romana, nulla schismatum scissura diuisa, in vnitate fidei orthodoxæ sub vno pastore, & vnius ouilis intemerata & solida vnione ad conquirendam eiusdem beatitudinis gloriam felicibus prosperetur euentibus, & gratis successibus fœcundetur.

De suscepta fide gratulatur ijs Põtifex.

Ideoque vniuersitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente in domino Iesu Christo, per ipsius pretiosi aspersionem sanguinis obsecrantes, quatenus venerabilem fratrem nostrum Iordanum Catalani episcopum Columbensem Prædicatorum ordinis professorem, quem nuper ad episcopalis dignitatis apicem auctoritate apostolica duximus promouendum; quemque ad partes ipsas velut fructuosum futurum & vtilem, vt speramus, ad messem nationum ipsarum partium in horrea dominica inferendam, ad dictas partes prouidimus personaliter destinandum; nec non dilectos filios fratres Prædicatorum & Minorum ordinum in dictis partibus commorantes, vel illuc venientes ob reuerentiam nostram & sedis Apostolicæ habere velitis propensius commendatos: attendentes quod per tam longas maris terræque distantias præfatus episcopus & fratres, non absque magnis laboribus & periculis, pro sola cooperatione diuinorum obsequiorum ad partes illas accedent: quos benigne recipientes & charitatiue tractantes, sacris instructionibus, quas in doctrina catholicæ fidei vobis facient, vestrarum mentium aures præbeatis deuotius, animosque vestros, quorumlibet schismatum pulsis erroribus, vnitati catholicæ fidei & sanctorum patrum auctoritatibus in omnibus coaptetis; quoniam id est summæ & immensæ vniuersali gregi fidelium profuturum, si vbique locorum in cunctis fidelibus, qui gaudent nomine Christiano, vnus Deus, vna fides, vnum baptisma vna totius mundi confessione votis concordibus teneatur, &c. *Dat. Auin. VI. idus aprilis anno XIV.* Conceptæ sunt eadem verborũ formula b ad Molephatanos literæ, præfixo hoc titulo: *Vniuersis Christianis commorantibus in Molephatam gratiam in præsenti, quæ perducat ad gloriam in*

Missi ad eos episcopi.
b Reg. ib.
Molephatani ad fidem colẽdam excitati.

comitissa de Spanheyem domina oppidi Searkemberg in Treuirensi diœcesi acceperat, coniectusque cum plurima religiosorum virorum & presbyterorum turba in custodiam fuerat, e qua demum restitutus libertati, rogatusque vt crimini veniam daret, ac pro recuperando sacrorum vsu apud sedem Apostolicam intercederet, literas superiori anno ad Pontificem ea de re dederat. Clementiam vero seueritate temperandam Ioannes ratus, Loretam ac flagitij patrari in Balduinum socios fidelium consortio restituit: iustas vero pœnas ad illud rite expiandum in subiectis literis ad episcopum Leodiensem missis descriptas inflixit a.

Balduinus Treuir. archiep. interceptus a comitissa Spanheimensi.

a An. 14. p.1.ep.com 993.

Ioannes, &c. episcopo Leodiensi.

Ipsi & eorum singuli quam cito poterunt ad ciuitatem, seu locum solemnem propinquiorem ciuitati Treuirensi, cum ad eandem ciuitatem Treuirensem pro peragenda pœnitentia huiusmodi absque personarum periculis non auderent, sicut in eorum asseruerunt conscientijs, accedere personaliter se offerant; & in aliquo festo solemni, sicut in festo pentecostes venturo proximo, si fieri commode poterit, alias in instanti festiuitate B. Ioannis Baptistæ vel alia solemni ab ingressu ciuitatis vel loci nudis pedibus, & nihilominus præfati milites, domicelli, & Beltramus in tunicis, sine corrigijs absque caputijs & infulis, & totaliter discoopertis capitibus, portantes ipsorum singuli vnum tortitium cereum ponderis quatuor librarum ad minus accensum in manibus gradiantur: & cum ad ecclesiam ipsam peruenerint in maiori altari dictæ ecclesiæ prædicta tortitia sic accensa deuote & humiliter offerant, suumque reatum prædictum ibidem confiteantur publice, cum maior ibidem aderit populi multitudo. Et si forsan præfata comitissa tortitium tanti ponderis portare non possit, illud per alium coram se deferri faciat, & ipsa aliud minoris deferat ponderis, prout conscientia sibi dictauerit & viderit expedire.

Pœna publica ad expiandum crimen reis imposita.

52 Præterea comitissa præfata, quam cito commode poterit, ad ciuitatem Treuirensem quinquaginta transmittat homines, qui tute accedere valeant ad eandem: qui quidem homines, in aliqua prædictarum festiuitatum vel alia solemni ab ingressu dictæ ciuitatis vsque ad maiorem ecclesiam Treuirensem pedibus nudis incedentes, accensa tortitia cerea in manibus portent, illa in maiori altari eiusdem ecclesiæ offerendo, ipsiusque comitissæ nomine, cum maior ibidem aderit multitudo populi, reatum prædictum ibidem publice confitendo. Rursus fabricari faciat comitissa prædicta quatuor lampadas argenteas ponderis duodecim marcharum, quas tunc mittat eidem ecclesiæ per homines supradictos, ante maius altare prædictæ Treuirensis ecclesiæ permansuras, pro quibus tenendis perpetuis temporibus ibidem sufficienter accensis certos acquirat de suo proprio redditus, quos assignare propter hoc memoratæ Treuirensi ecclesiæ in perpetuum teneatur. Super quibus omnibus & singulis confici volumus literas autenticas, seu publica instrumenta seriem continentia præsentium, nobis fideliter postmodum destinanda: & vltra hoc quod tam prædicta comitissa, quam milites, domicelli & Beltramus prædicti ieiunare per duos annos continuos in ferculis quadragesimalibus sextis ferijs teneantur; eademque comitissa in honorem quinque plagarum domini nostri Iesu Christi, quinque & quilibet aliorum prædictorum vnum pauperes reficiant per duos annos sextis ferijs, quibus ieiunabunt, vt superius est expressum. Quocirca fraternitati tuæ per apost. scripta committimus & mandamus, quatenus per te, vel alium, seu alios comitissam, milites, domicellos, & Beltramum prædictos denuntians ab eadem excommunicationis sententia, cum per eos requisitus fueris, absolutos, quibuscumque alijs eiusdem comitissæ super prædictis captione & detentione complicibus & fautoribus, qui ab eadem sententia petierunt humiliter se absolui, auctoritate nostra beneficium absolutionis iuxta ecclesiæ formam impendas, &c. *Dat. Auin. IV. nonas maij anno XIV.*

Sarciendæ iniuriæ Treuirensi ecclesiæ illatæ modus.

Documenta publica de his confici iussa.

53 Hoc anno inuentam tradunt a in Iudæorum synagoga, quæ in Gustrovvensi vrbe Vvandaliæ erat, diuinam hostiã quatuor cruentam locis, quam Iudæi a Christiana muliere coemptam ad exercendam in Christum crudelitatem pugionibus confoderant: dumque eam pungerent, auditus est velut infantis vagitus, neque eo miraculo ad fidem conuersi. Sola ex ijs Iudæa mulier sacro baptismo lustrata est, illiusq; opera retectum postea facinus; ac sumptum de Iudæis supplicium a Ioanne Vvandaliæ principe. Vt vero comperta sit tincta cruore hostia narrat his verbis Crantzius: *Præmisso ieiunio, ac sacra communione cum precibus, & assumptis viris grauibus ex oppidi consularibus, foderunt diu: demum cum iam obrepsisset desperatio, inuenerunt vitro tectam peplo inuolutam hostiam quatuor locis cruentam. Aduocatur clerus, pulsantur campanæ, in laudes Christi ora laxantur. Capella in loco inuentionis de oblationibus accurrentium erigitur, ecclesiastica stipendia fundantur ad concinendas Deo laudes. Permansit capella in annum tertium post quingentos ac mille: tum enim conflagrante oppido ab igne fulguris cum ecclesia parochiali, deperijt in vigilia Apostolorum Petri ac Pauli.*

a Crantz. l.8 Vvand. c.8.

Auditus ex Euch. perfossa a Iudæis pueri vagitus.

Affert idem auctor in eiusdem prouinciæ Magnopolensis Cracone oppido haud diu ante commissum a Iudæis piaculare crimen in tremendum Christi sacramentum: pyxidem enim multis hostijs refertam furati torserunt alias, alias laniarunt, alias conculcarunt, sparseruntque publico itinere, vt a fidelibus calcarentur: *Res,* inquit, *perlata est ad Gustrouense capitulum. Clerus indicto ieiunio postulauit a Deo reuelari, quid factum esset de venerabili sacramento, furem ne sacramentum, an argentum inuitasset. Cum deferretur res ad dominum Ioannem præsidem, cœpit statim suspicari quod erat, iussitque rapi Iudæos in quæstiones. Statim fatentur crimen, detegunt conscios, corripiuntur omnes noxij in prouincia, sacratæ hostiæ quæruntur in sabulo, crebrescunt miracula, fit populorum concursus, ex votis piorum instruitur capella, Christo laudes personant, Iudæi exquisitis supplicijs fracti rotis necantur.*

Patratum a Iudæis sacrilegium.

Miracula a sacra Eucharistia edita.

Hoc circiter anno creatum Constantinopoli schismaticorum patriarcham Ioannem Thessalonicensem, cum Esaias e viuis abijsset, indicant Pachimerius b & Cantacuzenus. Exercuisse vero Numen in schismaticos iras ob eorum perfidiam, refert Ioannes Villanus c, Constantinopolitanum nimirum Imperatorẽ traiecto Hellesponto in Græcos, qui Tartaros exciuerant, expeditionem duxisse; sed magna clade ab ijs profligatum: Turcas vero auctos viribus & audacia mare Ægæum & insulas infestasse indeque labare Græcorum res admodum cœpisse, cum annis consequentibus conflata numerosissima clas-

b Pachym l.9.pag.62 col.1. Cantac. l.2.c.21. c Io. Vill. l.10.c.152.

Græci a Turcis diuexati.

tus a bellicis sudoribus abductus est, cum latius circumferre victorias ac regnum Granatense in extremam ruinam impellere posset: sed conuersas secuturis annis rerum vices, attritasq; Alfonsi palmas a barbaro visuri sumus, cum ille furens ira Abohacenum ex Merinorum familia nouum Marrochitanum Regem in Christianos Hispanos concitauit.

Oborti in Sardinia noui motus.

a Sur. l. 7. c. 13.

Quod ad Sardiniæ motus spectat; defecisse in ea insula nonnullos proceres Genuenses, qui amplissima prædia obtinebant, & cum alijs fœderatis coniurasse in Aragonios, refert Surita a: tum Aytonem Oriam cum nouendecim triremibus & nauibus sexdecim circumsedisse insulam, ne auxilia Aragonijs inferrentur: Alfonsum vero Regem instructa valida classe fluctuantem insulam in suo obsequio confirmasse.

b Io. Vill. l. 10. c. 162.

49 Hoc interim spatio in Gallijs Philippus Rex b peregrinationem ad S. Mariam vallis viridis, deinde ad sepulchrum S. Ludouici episcopi, cuius reliquiæ colebantur Massiliæ, obijt; demum Auenionem ad Pontificem profectus, cum eo octo diebus arcana consilia habuit, ac tulit rumor de Asiatica vel Italica expeditione agitasse: sed de Asiatica egisse sequens historia ostendet. His præclaris consilijs contraria hoc anno, etsi leuiora, discordiarum iacta sunt semina, quæ progressu temporum atrocissima bella accendere.

c Meyer. hist. Fland. l. 12. Paul. Aemil. in Phil. VI. Masson. in eod.

Atrebas in Philippum coniurat.

Certarat iudicio Robertus c Atrebatensis comes Bellimontis Philippi comitis filius de Atrebatensi comitatu aduersus Mathildem amitam, victusque in Parisiensi senatu iudicio est, & comitatus Atrebatium Mathildi adiudicatus. Concepit inde Atrebas aduersus Philippum Regem atroces iras, atque in hostem implacabilem conuersus; quem aiunt furentem ira vsurpasse eas voces, se Philippum ad solium extulisse, eundemque deiecturum: de quo vt magno Anglorum in Galliæ regnum irruptionis auctore, suo loco dicetur. Interea cum Pontifex Roberti in Regem irarum certior esset factus, illum vt in Regis gratiam rediret sollicitauit d, ne Philippus in Robertum susciperet odia, indeque ciuile bellum erumperet: Philippum vero rogauit e vt regiam clementiam explicaret in Robertum, neq; ira asperari eius animum pateretur.

Inijcit atroci bello facem.

d To. 8. p. 1 ep. secr. pag. 25.

e Ead. pag. 25.

Pôtificia ad Gallû monita.

Decet, inquit, *fili charissime, magnificentiam regiam sedule intendere, vt gesta tua tuo nomini conueniant et dignitati. Rex quidem diceris, Rex autem dicitur a regendo. Si ergo vis esse quod diceris, rege te primum: tunc autem te reges laudabiliter, si nulla in te dominata fuerit passio, quæ non ratione regatur. Sane circa aliorum regimen decet te mansuetudine vti potius quam rigore, et errantes benigne ab erroris deuio reuocare: sic quod diceris, scilicet Rex, vtique eris. Hoc pro tanto dicimus, vt discessum dilecti filij nobilis viri Roberti de Atrebato comitis Bellimontis improuide factum nil in mente germinet regia odij vel rancoris, etc. Dat. VIII. kal. decembris anno* XV. Neque hoc loco prætereundum est, expostulanti eidem Regi biennales sacerdotiorum Angliæ decimas Eduardo Regi esse attributas f, ex quibus vires colligeret, ac potentiam Gallijs formidabilem confirmaret, cum nondum ita inter Reges pax coaluisset, vt belli metus abesset; respondit Pontifex, se quidem exhausto opibus Anglo decumas exposcenti antequâ fiduciarium se aulæ Gallicæ esset professus, repulsam dedisse; cum vero fidem

f To. 7. p. 2 ep. secr. pag. 118.

ei sacramento deuinxisset, deque inter ipsius filium & Regis Angliæ sororem matrimonio ineundo agitarum esset, sine Francorum iniuria decimas concessisse, suique esse consilij studium in sedandis vtriusque discordijs collocare. Et sane Ioannes antea Philippum Regem ac Reginam fuerat adhortatus a, vt ad pacem cum Eduardo firmandam animos accômodarent: vicissimque Eduardum Regem ac matrem II. bellam nonis septembris deterruit b, ne agitatam cum Philippo Rege Francorum pacem abrumperet.

De affinitate inter Galliun & Angliâ agitata.

a Ib. pag. 115.

b To 8 p. 1 ep. secr. pag. 41.

50 Recrudeuere interea in Anglia grauissimæ dissensiones, atque Eduardi Regis patruus Edmundus comes Cantij læsæ maiestatis lege postulatus capitis sententia damnatus est, cæsusq; hoc anno, vt refert Ioannes Villanus c eius temporis scriptor, cum Angliam ad scrutandum fratrem, quem luci superstitem acceperat, commonuisset: insinuatum vero id ipsi a præstigiatore qui rem a magistro demone hauserat, refert Vualsinghamus d: atqui hi ineptæ simplicitatis fidem patri mendacij adhibentis, artiumque magicarum fructus tristes extitere. Errat vero in chronologia auctor dum rem duobus ante annis collocat, cum superiori anno scriptæ ad Edmundum litteræ extent necato e Edmundo quadragesimæ tempore S. Cutberti peruigilio. Præterea affectum supplicio insequenti mense octobri Rogerium e Mortuo mari, qui antea regnum Angliæ administrarat, cum in suspicionem turpis cum Isabella Regina familiaritatis vocaretur, addit idem auctor f. Antea vero Eduardum Pontifex monuerat g, ne intempestiua seueritate proceres a se abalienaret.

Cantiæ comes damnatus capitali sententia.

c Io. Vill. l. 10. c. 153. Polyd. Vir l. 19. an. 1329.

Magicæ artis tristes exitus.

d Vualsing. in Eduar. II.

e Id. ib.

f Eod. c. 153.

g To. 8. p. 1 ep. secr. pag. 39.

In Scotia, cum Iacobus S. Andreæ episcopus eiusque ecclesia opprimerentur, Pontifex illum ad constantiam, vtque in Deo spem collocaret erexit h. Tum etiam Thomam Morauiæ comitem rogauit i, vt iura dignitatemque ecclesiarum, sed præcipue S. Andreæ, quæ splendore inter cæteras conspicua erat, tueretur: *Vt ecclesias*, inquit, *& personas easdem in terris tibi subditis præsertim, sed & omnes alias, quantum in te fuerit, attenta sollicitudine venereris, ac specialiter S. Andreæ ecclesiam inter cæteras regni Scotiæ prærogatiuis multimodis insignitam, ipsiusq; ac aliarum præsules & rectores, nobilitatem tuam rogamus & in Domino attentius exhortamur: per hoc enim præter humana laudis præconium, diuinæ retributionis meritum tibi non indigne acquires, nostram quoque & Apostolicæ sedis benedictionem & gratiam propterea vberius vendicabis, &c. Dat. x. kal. nouembris anno* XV. Si Dauid Scotiæ Rex ab oppressionis ecclesiarum regni culpa non abfuit, diu crimen impune non tulit: sequenti enim anno Eduardus Baliolus, conciliaris sibi proceribus Anglis, bellum illi intulit, ac demum tertio post anno regno depulit, vti suis locis videbitur.

h Ib. pag. 42.

i Ead. pag.

Ecclesia S. Andreæ insignis in Scotia.

51 Hæc inter Moguntini ciues in gratiam cum Henrico archiepiscopo rediere l, solutique m omnium censurarum pœnis, quas in eius belli ciuilis ardore ob sacerdotes affectos grauibus iniurijs, eaque præsertim pœna, quæ in synodo Moguntina constituta fuerat, vt eorum, qui canonicos sacerdotio initiatos atroci vulnere aut percussione læsissent, posteri ad quartam progeniem neq; ad ordines sacros, neq; ad sacerdotia admitterentur. Quod vero ad Balduinum Treuirensem archiepiscopum Moguntini auctorem belli attinet; is grauiorem iniuriam a Loreta

Moguntini censuris soluti.

l To. 7. p. 1 ep. secr. pag. 34.

Serar. Mog. rer. l. 5. in Henr.

m Super ep. pag. 74.

do fidem catholicam abnegare, & nonnulla alia nefanda in eosdem catholicos committendo]. Additæ sunt plures aliæ pactiones initæ de episcopalibus ecclesijs condendis in vrbibus de Granatensibus comparandis, reprimẽdis Mahumeticæ superstitionis sacerdotibus, ne publice profanum Mahometis nomen implorent, prohibendis ad Mecham nefarijs peregrinationibus, decumis pendendis ecclesijs, seruanda ecclesiastici ordinis immunitate: quæ conuenta ijsdem concepta verbis, a tque ea, quæ cum Rege Castellæ iam ante firmata retulimus. Quæ literæ his verbis consignatæ, *Datum Auin. 11. kal. iunij anno* XIV. Insertę etiam ijsdem literis aliç Alfonsi Regis Aragonum exaratæ Barcinone IV. kal. aprilis huius anni, quibus Garsias Biscare & P. Cima amplissimis mandatis ad paciscendum cum Pontifice de bello in Granatenses gerendo instructi sunt.

Nauarræ Rex foci, alijs Regibus in Maur. accedere meditatur.

47 Coniungere cum alijs Regibus Christianis Hispaniarum arma aduersus Granatenses decreuit Philippus Nauarræ Rex, & licet par causa eum non vrgeret, cum a Barbarorum excursionibus procul ipsius regnum abesset, incitatus tamen zelo aduersus infideles ob grauissimas iniurias, quas nominis Christiani ingenti opprobrio finitimis fidelibus inferebant, ducere crucesignatas aduersum illos copias in animum induxit: cui Pontifex eximium zelum est gratulatus a.

a lib. pag. 176.

a *Ioannes, &c. Philippo Regi Nauarræ illustri.*

Gratias agimus gratiarum omnium largitori, quod ipse, qui arcani consilij imperscrutabili maiestate tangit, cum vult, corda Regum & principum, eos ad obsequia sua zelo promptæ deuotionis accendens, tibi florentibus iuuentutis tuę annis, sicut grata tua insinuatione percepimus, sic maturæ virtutis gratiam ministrauit, vt velut summi Redemptoris athleta magnificus delectabile tibi reputes velle propriam exponere in obsequiorum fidei Christianæ prosecutione personam, & laborum subire multiplicium grauitatem: tangeris enim dolore cordis intrinsecus, dum impugnationes atroces, persecutiones infestas, & crudelitates infandas, quas perfidi Agareni Granatæ & Almariæ fidelibus Christianis regnorum & terrarum eis vicinarum intulerunt hactenus, & continue inferre non cessant, dolorosis, quinimmo opprobriosis relatibus percipis, & mentalibus oculis intueris. Dicti namque Agareni hostes perfidi crucis Christi, sicut habet fidedigna relatio, fidem catholicam & terras fidelium in ipsorum frontarijs constitutas, & Christianorum personas frequenter impugnant: Christianos capiunt, suæque subijciunt ditioni, ipsosque tam mares quam fœminas, & paruulos filios & filias eorundem, fidem catholicam abnegare compellunt, nonnulla alia sceleratissima & nefanda in eosdem catholicos committendo, quæ ad auditum communem fidelium frequenter ingrata fama deducit.

Laudatur eius consilium a Pont.

De cladibus illatis a Granaten.

Ex quibus ad vindicandas nostri Redemptoris iniurias diuino, vt speramus, spiritu excitatus, non parcendo laboribus, nec formidando pericula, nec expensarum oneribus indulgendo, pro diuini nominis gloria & catholicæ fidei palmitibus dilatandis in propria persona ad reprimendum impugnationes nefarias eorundem ad partes illas cum decenti comitiua gentis armigeræ dirigere gressus tuos sub spe cœlestis auxilij potenter te præparas, & feruenter accingis. Quod profecto propositum de puræ mentis tabernaculo prodiens, domino Deo nostro, sicut credimus, in

augmentum iucundæ laudationis accrescit: nosque in illo plenis gaudijs exultamus, sibique plenitudinem exsoluimus gratiarum, quod præcordia regia cælestis benedictionis rore perfundens, sic tibi gratum præbuerit animum ad sua beneplacita prosequenda, quod ea, quæ sunt in oculis suæ maiestatis accepta, instantia diligentis indagationis exquiris, & efficere niteris studiosius; per hoc diuinæ gratiæ te constituens amatorem, & ad promerenda diuinæ gloriæ præmia tanquam benedictionis filius aptiorem, &c. *Dat. Auin. VI. kal. martij anno XIV.*

Hannonię comes in Mauros se accingit.

48 Nec Hispani modo Reges ad subijciendos Christo Granatenses flagrabant zelo, verum etiam nõnulli alij principes, e quibus Ioannes Hannoniæ comes octingentis equitibus succinctus Hispanias petijt. Cæterum Auinionem erat aditurus, vt Pontificem salutaret, indulgentiarumque præmia pro se ac suis deposceret a: sed cum Ludouici Bauari hostis pontificij socer esset, trepidatum ibi admodum est, ne quas insidias cõflaret Ioanni Papę: habirique mox ingentes militum equitumque delectus ad vim vi repellendam, si quid fraudis moliretur; ac præmissi ad eum oratores, qui intentato anathemate versus Auinionem progredi vetarent, atque in Granatenses eunti indulgentias tribuerent. Paruit comes iussis apostolicis, & criminis suspicionem omnem amouit. Consecutam e tanto armorum aduersus Mahomadem Regem Granatæ apparatu clarissimam victoriam, refert Ioannes Villanus b, Granatenses ad quindecim millia ab Alfonso Rege cæsos, cum arcis, quam oppugnabat, obsidionem soluere tentarent, arcemque obsessam in Christianorum redactam potestatem. Describunt fusius hoc bellum sacrum Hispanici auctores c, Alfonsum Regem contractis omnibus copijs in Granatæ fines penetrasse, atque hoc anno Thebam munitissimum oppidum castris cinxisse: Ozminium cum sex equitum millibus & peditum grauissima multitudine a Mahomade Rege Granatæ missum esse: cumque partem exercitus nostros ad pugnam allicere iussisset, vt ipse cum reliqua e compositis insidijs incautos opprimeret, delusas eius artes contrarijs artibus, vimque vi magna infidelium strage repressam: eo tempore Prunam a Christianis expugnatam, ac Thebam, amissa auxilij spe, pacta incolarum incolumitate, ad deditionem compulsam: oppressa metu victoris Cagnetum Prieghumque, tum alias etiam arces Alfonso portas aperuisse.

a Io. Vill. l. 10. c. 157.

Timet ab eo Pont. ne appetatur insidijs.

b Lib. 10. c. 169.

Parta de Mauris victoria.

c Io. Mar. l. 15. c. 21. Sur. l. 7. c. 11.

Aliqua municipia illis erepta.

Quod attinet ad alios Hispaniarum Reges, qui in Granatenses vertere armorum molem erant polliciti; si verbis opera consensissent, excindi tum potuisset ex Hispanijs superstitio: at Alfonsus Rex Lusitaniæ Castellani socer quingentos tantum equites transmisit, qui non perfecto bello abscessere: Rex Aragonum d, vti conuenerat, ob nouos in Sardinia a Liguribus præcipueq; a Saonensibus concitatos motus exercitum in hostem non duxit: Emanuel Murciæ limiti præfectus, qui irrumpere in Granatensium fines debebat, parum sincere fidẽ reddidit: Nauarræus domi se continuit e, ne in regno seditiones oborirentur. Cum itaque cæteri Reges paribus studijs cum Alfonso Castellano non concurrerent, nec leues factiones in regno essent, ille partis contentus inducias, pactis duodecim aureorum millibus, cum Mahomade inijt. Verum præcipua, quæ ad id ipsum flexit causa, impuri Gusmaniæ pellicis amores extitere, cuius lenocinijs eneruatus

Cur non amplificati progres. sus.

d Marian. & Surit. ubi sup.

e T. 4. 7. p. 2 ep. secr. pag. 116.

iam sanctitati vestræ exposuerunt, indigenæ qui in illis partibus præ'atijs, ecclesijs, monasterijs, personatibus, alijsque beneficijs ecclesiasticis præferri consueuerunt; zelo fidei succensi, et effusi sanguinis progenitorum suorum memores, personaliter ad guerram ibant prædictam, ibique milites a'iasque plures gentes manutenebant, et multipliciter eisdem Regibus magna faciebant seruitia; nunc istis exclusis pariter et contemptis alienigenæ, qui nec zelo fidei, nec deuotione aliqua ad præmissa inuitantur, sed de imbursanda pecunia, quam de ipsis beneficijs percipere possunt, ad alias transferendi partes continuam gerunt solicitudinem, eisdem ecclesijs, monasterijs, personatibus, dignitatibus sunt prælati: quare supplicant ijdem Reges humiliter et instanter, quatenus præmissis alienigenis ad alia beneficia in alijs partibus translatis, de prælatijs, personatibus, dignitatibus, beneficijs per eos detentis indigenis regnorum prædictorum dignetur eadem Sanctitas prouidere. — Fusa querela de exteris ad sacerdotia promotis.

45 Auditis oratoribus primum in pontificia camera, deinde in Cardinalium consistorium productis, cum de ijs deliberatum esset, sacro senatui Cardinalium visum est grauiora illa postulata temperanda. Pontifex itaque hæc Alfonso Castellæ Regi significauit.

Ioannes, &c. Alfonso Regi *Castellæ illustri.*

Nos cum eisdem fratribus super ea deliberatione præhabita diligenti; petitiones quas dicta scriptura continet, insolitas inuenimus, cum nec nostro, nec prædecessorum nostrorum tempore audiuerimus similes etiā pro terræ sanctæ generali passagio sedi Apost. fore factas: & insuper graues & importabiles ipsas fore ecclesijs & personis ecclesiasticis dicti regni, qui sicut regia prouidentia non ignorat, ex causis similibus & nonnullis alijs hoc in tempore plurimum sunt grauati. Propter quod, fili charissime, licet tuis petitionibus prompte annuendum, sicut nosti, duxerimus hactenus, ac intendamus, quantum cum Deo poterimus, in futurum; petitiones tamen prædictas nostro fratrumque eorundem iudicio nequiuimus admittere absque Dei offensa, magnoq; ecclesiarum grauamine, ac diminutione notabili cultus Dei: & præsertim cum, prout a tua non credimus memoria excidisse, decimam ecclesiasticorum redditaum, præterquam militarium ordinum, & duas partes tertiæ decimarum reseruari solitæ pro ecclesiarum fabricis in prælibatis regnis & terris tuis consistentium, non est diu sub certis modis, pactis, & conditionibus tibi vsque ad quadriennium concedendas duximus in subsidium negotij memorati, &c.] — Quid responsum a Pont. Addit debuisse potius eos, qui huiusmodi consilia suggesserant, maiorum præclara facinora, qui ecclesias amplissimis locupletassent opibus, imitanda proponere ob oculos, quam ad ecclesias spoliandas incumbere, ac iustam de Hispaniarum sacerdotijs ad exteros transfusis querelam defuisse. *Dat. non. februarij anno* XIV. Missi alij oratores ab Alfonso Castellæ Rege fuere affecto iam anno ad Pontificem & senatum Cardinalium, nimirum Fernandus Rodericus de Valle bona & Ioannes Furcadus de Mendoza, amplissimis freti mandatis, vt de subsidijs belli Maurici a sede Apostolica eliciendis paciscerentur; qua de re literæ regiæ VIII. idus octobris exaratæ a: proximoque anno pijs Regis votis obsecundatum est. — a An. 14. p. 3. ep. com. 3004.

46 Non disparia fuere petita Regis Aragonum, qui ad bellum aduersus Granatenses gerendum se comparabat, cogitabatque regni limitem proferre latius: missis enim oratoribus flagitabat, vt decumæ ecclesiasticæ attribuerentur, sacrū in Mauros bellum dato arma correpturis crucis symbolo, propositisque indulgentijs pro concione sacra in Aragonia, Valentia, Catalonia, Sardinia & Corsica denuntiaretur. — Alfonsus Aragon. Rex arma sociat in Mauros a To. 7. p. 2. ep. secr. pag. 186. Assensit Pontifex a pijs votis, ac Ioanni patriarchæ Alexandrino Regis fratri sacrarum indulgentiarum proponendarum fidelibus prouinciam imposuit b, vtque illi, quos vellet, muneri præficeret. — b ib. pag. 189. Quod ad petitas decimas attinet, biennales concessit: Regem vero Alfonsum obstrinxit, vt excurrente eo biennio, quo bellum sacrum gerendum erat, trimestri integro ipse exercitum in hostem duceret: in terris, quas ex hostium tyrannide eriperet, templa Christo poneret ac vectigalibus necessarijs ad diuinum cultum ditaret: elapso etiam biennio quingentos equites armis egregie instructos limiti tuendo præficeret, ad barbarorum, qui fideles abripiebant in vincula, & Christianum nomen eiurare cogebant, excursiones reprimendas. — Paciscitur cū Pont. de belli sumptu. De quibus extant VI. non. maij literæ c pontificiæ, tum aliæ pridie kal. aprilis exaratæ d, quibus eæ pactiones inter Aragonem & Pontificem temperatæ confirmatæque sunt. — c ib. pag. 180. d An. 14. p. 3. ep. com. 3446.

Ioannes, &c. Alfonso Regi *Aragonum illustri.*

Volumus inter alia, quod tu ad exaltationem & dilatationem catholicæ fidei in huiusmodi tertio anno vel omnimode per teipsum personaliter per tres menses integros ad minus continue vel interpolatim, postquam perueneris ad terras Saracenorum, præter tempus quod posueris in eundo ad terras prædictas & redeundo ab eis, quod in dictis tribus mensibus nolumus computari, huiusmodi negotium prosequaris; vel vbi dictum negotium non prosequeris personaliter per te ipsum, ordinabis in capitaneum guerræ contra Saracenos prædictos aliquem virum catholicum aptum, strenuū, & fidelem, quem duxeris eligendum; ipsumque transmittes ad dictas terras cum quingentis armatis equitibus ad minus, equis & armis bene munitis ad prosecutionem dicti negotij loco tui in tertio anno prædicto contra Saracenos eosdem; hoc diligentius obseruando; vt si aliquis vel aliqui de dicto numero quingentorum equitum armatorum morte, vel casu, vel ex aliqua rationabili causa deficerent, idem numerus absque reprehensibili mora per tuæ solicitudinis studium celeriter restauretur, & per eos per tres menses integros, ex quo peruenerint ad terras prædictas, præter tempus accessus ad eas & reditus eorundem in dictis tribus mensibus nullatenus computandum, prosecutioni dicti negotij insistatur; ita quod, cum per totum tempus trimestre prædictum per te vel per dictum capitaneum cum dictis quingentis equitibus armatis, vt prædicitur, instabis prosecutioni dicti negotij, huiusmodi decimæ omnium redditū & prouentuum ecclesiasticorum regnorum & terrarum & dominij prædictorum subsidia pro dicto tertio anno tibi integraliter ministrentur. *Et infra.* — Quæ pactiones initæ.

Ad prosecutionem autem huiusmodi negotij contra hostes prædictos debes intendere diligenter, cum ipsi fidem catholicam & terras fidelium, potissime in ipsorum frontarijs constitutas, ac personas Christianorum non desinant impugnare, Christianos ipsos capiendo, suæque ditioni subdendo, ipsosque tam mares quam fœminas, & paruulos filios & filias eorundem cogendo

do facta & inita, reuocauerunt nomine vestro & senatus prædictorum, cassauerunt, annullauerunt, & irritauerunt, quantum in eis erat, ac ea pro cassis, nullis, & irritis habuerunt: quæ nos etiam sub quibuscunque modis, formis, conditionibus facta & inita, etiamsi iuramentorum præstatione, pœnarum adiectione, vel alijs quibuscumque firmitatibus vallata fuissent, nulla, cassa, irrita, & vacua fuisse ac esse decernimus; & quatenus processerunt de facto, vtpote cum hæreticis, & schismaticis in summi Regis offensam temere præsumpta, cassamus, irritamus, annullamus, & omnino viribus vacuamus; decernentes ad eorum obseruationem vos & quosuis alios aliquatenus non teneri.

Subsequenter autem nos, præmissis propositis, recognitis, factis, & supplicatis per supradictos ambasciatores & sindicos vestro nomine coram nobis & eisdem fratribus, sicut superius exprimitur, plenius intellectis; vobiscum (quos velut nostros & memoratæ Romanæ ecclesiæ peculiares filios in nostra & ipsius ecclesiæ sincera deuotione & obedientia constanter & immobiliter de cætero permansuros confidimus) volentes super prædictis agere gratiose, vos & Vrbem ipsam cum suo districtu ad nostram & ipsius ecclesiæ gratiam & reconciliationem sub forma, quæ sequitur, duximus admittendos, &c. Dat. xv. kal. martij anno xiv. Prætermittendam reliquam pontificij diplomatis partem breuitatis studio censuimus, ex qua illi censuris, quibus se irretierant, ac pœnis soluti, pristinisque iuribus & amplitudini restituti.

Donantur venia.

43 At in pertinaces repetitæ censuræ: in primis enim Ioannes grauissimis pœnis eos deuinxit a, qui Iacobo antilegato, illiusque pseudoprophetis & cucullatis impostoribus obsequentes essent; ac præsules, proceresque Germaniæ & religiosi viri, vt Prædicatores b, & Carmelitæ c ad induenda arma lucis aduersus schismaticos inflammati. Vtque cætera ad reprimendos hæreticos Michaelis sequaces gesta coniungamus, Berengarium d e Mari pseudominoritam, qui Genuensis archiepiscopatus titulos ab antipapa acceperat, solemni ritu defixum anathemate pronuntiari iussit Pōtifex: Mansuetus pariter pseudominorita in Aretinum episcopatum intrusus ad pœnitentiam inuitatus: Petrus, Ioannes, Henricus, & Thomas Minoritæ, qui aduersus dogmata apostolicis constitutionibus definita obloquebantur, in Anglia iudicio postulati: Gallias, *vbi*, inquit Pontifex e, *inter cætera regna mundi clarere religio Christiana noscitur*, quam laudem corruptam a posteris lugebitur suo loco, inficere moliebatur nouis erroribus Franciscus Tudertinus: sed in eum Ambianensi episcopo & fidei censori legibus agere demandata prouincia est f: Conradus Minorita, qui Parisijs dogma catholicum apostolicis diplomatibus fidelibus propositum damnarat hæreseos, cum criminis illum pœniteret, ad Ioannæ Reginæ preces g mitiori pœna iussu pontificio affectus h. In Fraticellis denique in Sicilia, in qua peruersa instituebant sodalitia, insectandis reuocandisque ad fidei puritatem a præsulibus nauata i pontificio iussu opera est, ac Rex Robertus & Regina Sancia ad moniti l, vt censores fidei regia auctoritate fulcirent.

a To. 7. p. 2 ep. secr. pag. 155. b Pag. 119 166. 167 c Ead. pag 166. Prædicatores & Carmelitæ in pseudominoritas excitati. d Pag. 21. In impostores astum legibus. e Pag. 126. f Pag. 100. g To. 8. p. 1 pag. 15. h Ead. pag Et in Fraticellos. i Ead. p. pag. 91. l Ead. pag

Affluxit hoc tempore infestus rumor ad sedem Apostolicam, Leonem Armeniæ Regem sentire cum schismaticis, atque ecclesias & loca religiosa ab Henrico e Curto olim excitata euertisse, ac titulos ecclesiarum locorumque deleuisse. Qua re promotus Pontifex nuntios apostolicos Petrum e Manso & Arnaldum e Fabricis, quos triginta aureorum millia in Armeniæ auxilium conuertere iusserat, eam vim auri seruare, seque de Leonis Regis fide vel perfidia certiorem facere iussit a. Cæterum eum rumorem a veritate alienum fuisse colligitur, cum postea Pontifex ad firmanda Armeniæ propugnacula non exiguas opes contulerit.

a To. 7. p. 2 ep. secr. pag. 198.

44 Interea in Hispanijs Alfonsus b Castellæ & Legionis, Alfonsus c Lusitaniæ, Alfonsus d Aragoniæ, Philippus e Nauarræ Reges, Christianæ religionis propagandæ ac veteris infamiæ Mahumeticæ superstitionis ex Hispania abolēdæ studio sacrum in Granatenses Mauros bellum sunt meditati: quorum primi duo Reges Castellæ & Lusitaniæ conceptum hisce verbis libellum supplicem f Pontifici obtulere.

Suscepta ab Hispanis expeditio in Granatenses. b Ead. p. 2. ep. secr. pag. 190. c Ibid. d Ib. pag. 180. e Ib. pag. 176. f Ext. apud Io. ib. pag. 199.

Significant sanctitati vestræ humiles & deuoti filij vestri Alfonsus Castellæ, Alfonsus Portugaliæ Reges illustres, quod cum ipsi Dei & ecclesiæ suæ intenti seruitio proponant, eo propitio, tanquam zelatores fidei orthodoxæ perfidos inuadere Agarenos; huicque proposito tam per se, quam per eorum milites & vassallos, aliasque gentes regnorum suorum, incessanter dare operam ad exaltationem nominis Christiani, certis nihilominus confœderationibus & pactis ad hoc inter eosdem initis; & cum reditus & prouentus regnorum suorum ad onera regiminis eorundem supportanda, & ad sustentationem ipsorum Regum eorumque sequacium, nec non ad faciendum sumptus necessarios ad manutenendum guerram prædictam commode sufficere non possint, nec sufficiant; eo præsertim, quod in alijs incumbentibus oneribus hucusque ex causis iustis & necessarijs, quas sanctitati vestræ iam exposuerunt, redditus & prouentus expendere oportuit memoratos, & iuxta doctrinam Apostoli, qui altari seruit, viuere debeat de altari; & qui ad onus eligitur, repelli non debeat a mercede; supplicant humiliter ijdem Reges sanctitati eidem, quatenus in subsidium manutenendi guerram, & faciendum sumptus pro ea necessarios gratiose dignetur concedere per decennium Regibus memoratis decimas fructuum, redditSuum, & prouentuum omnium ecclesiarum etiam cathedralium, monasteriorum, ordinum, dignitatum, personatuum, aliorumque beneficiorum in suis regnis consistentium, quocumque censeantur nomine, percipiendas infra quinquennium proximum nihilominus & habendas: quodque etiam, eodem durante quinquennio, percipere & habere possint primi anni fructus, redditus, & prouentus ecclesiarum, monasteriorum, ordinum, dignitatum, personatuum, beneficiorum prædictorum, quos vacare contigerit eodem quinquennio in dominijs Regum prædictorum.

Decumæ subsidiariæ expositæ in belli sacri sumptus.

Et quia quantitas, quæ ex prædictis haberi potest, licet voce magna appareat, re vera tamen modica existit, & minimum facere posset subsidium ad præmissa; supplicant ijdem Reges, quatenus sanctitas vestra gratiose concedere dignetur eisdem et prædicto durante quinquennio tertiam partem fructuum et redditSuum ecclesiarum, monasteriorum, ordinum, dignitatum, personatuum, beneficiorum eodem quinquennio vacantium, primo anno excepto, percipere possint nihilominus et habere, debitis in spiritualibus et temporalibus ipsorum oneribus dumtaxat exceptis.

Item significant ijdem Reges, quod cum, prout iam

a Ib. pag. 53.

Pistorium Viterbiũ, Roma, defectionis veniam poscunt.

b Ead p. 2. pag. 75. 76 77.

illius Sciarræ, qui Ludouicum corona cinxerat, filium depulere a. Pistorienses, Viterbienses, ac Romani, missis amplissimis oratoribus, præteritæ defectionis veniã a sede Apostolica flagitarunt b, censurisque sunt soluti. Execrati crimen singulari demissione ac pio doloris sensu præ cæteris Romani, qui maiori flagitio in conflando schismate se contaminarant; & coram Pontifice ac sacro purpuratorum senatu solemni ritu professi sunt Vrbis imperium ad Christi vicarium spectare, eandemq;se pontificio nomine aduersus Ludouici conatus strenue defensuros, ac Regi Roberto senatori pparituros spopondere, omnia priuilegia indultaue a Bauaro & antipapa concessa repudiarunt, ac præsumpta a se impie resciderunt: quæ ab oratoribus Auenione gesta, hisce literis Pontifex Romanis ipsis significauit c.

c Ead 2. ep. secr. pag. 1.

Ioannes, &c. communi & vniuersitati ac populo Vrbis.

In nostra & eorundem fratrum præsentia constituti, vestro & senatus Vrbis prædictæ sindicario nomine sua mera spontanea & libera voluntate recognouerunt, dixerunt, & asseruerunt, quod vos & Vrbs prædicta, tanquam Romanæ peculiares filij ecclesiæ, quæ aliarum ecclesiarum caput & magistra esse dignoscitur, eo amplius & spetialius estis & esse debetis ad tuitionem, & defensionem, nec non deuotionem, reuerentiam, obedientiam & mandata nostra & ipsius ecclesiæ successorumque nostrorum parati & prompti; quam aliæ vrbes & ciuitates, cæterique populi huius mundi, quo per eandem ecclesiam ac nos nostrosque prædecessores Romanos Pontifices, existere noscimini maioribus honoribus, excellentijs, & beneficijs insigniti; quodque ad nos, quamdiu vixerimus, & nullum alium, nisi de mandato & voluntate nostris, spectat dominium dictæ Vrbis: adijcientes præfati syndici, quod quanto magis nobis, qui Vrbem præfatam in promotionibus personarum ipsius & alijs munificentijs specialiter honorauimus, ac eidem Romanæ ecclesiæ fore noscimini fortius obligati, tanto grauius contra nos & ipsam ecclesiam errando & delinquendo peccastis, cum illum damnatum hæreticum Ludouicum de Bauaria, nostrum & ecclesiæ supradictæ fideique catholicæ atrocem persecutorem & hostem, suosque sequaces & complices in Vrbe recepistis prædicta; ipsumque Ludouicum tanquam Imperatorem coronari, ac Petrum de Corbario hæresiarcham & schismaticum, in antipapam eligi permisistis ibidem; & quamplures ex vobis eundem Petrum de Corbario, qui se faciebat Nicolaum Papam ausu nefandissimo nominari, honorare sibique vt Papæ exhibere reuerentiam præsumpsistis; præfatis Ludouico & Petro hæreticis & schismaticis, ac suorum & cuiuslibet ipsorum sequacibus, complicibus, & fautoribus adhærendo nihilominus, ac consilium, auxilium, & fauorem præstando. Qui quidem Ludouicus & Petrus, eorumque complices & sequaces, vobis patientibus, in eadem Vrbe diuersos horrendos excessus, & enormes contra nos & sanctam Dei ecclesiam fidemque catholicam commiserunt.

Sponsio a Romanis præstita.

Reuocata ab ijs gesta cum Ludouico

41 Adhæc recognouerunt dicti ambasciatores & sindici vestro quo supra nomine, & confessi fuerunt vlterius, quod vos dicto Ludouico hæretico defacto, cum de iure non possetis, senatum & dominium Vrbis ad certum tempus concessistis; nec dictũ Petrum de Corbario Papam esse, quinimmo potius apostaticum, schismaticum, & damnatum credidistis, sed per quondã Iacobum dictũ Sciarram de Columna, qui tunc sua tyrannide vos premebat, ac sequaces suos, expulsis tunc de Vrbe præfata quasi omnibus nostris & memorati Regis fidelibus, & iuramẽto per dictum Iacobum Sciarram præstito, quod nullo modo prædictum Ludouicum Vrbem præfatam intrare permitteret, in præmissis & circa ea decepti & circumuenti multipliciter extitistis. Clerus etiam dictæ Vrbis per Ioannem dicti Iacobi Sciarræ filium, & Marsilium de Padua hæreticum ad eligendum certos clericos Vrbis eiusdem pro bono statu, sicut fingebant, ipsius fraudulenter & deceptorie fuit inductus: quos quidem clericos præfati Ioannes & Marsilius procurarunt electioni dicti Petri de Corbario in antipapam & apostaticum consentire.

Gesta ab hæresiarcha Marsil. præsidẽ cleri Rom agente rescissa.

Deinde vero præfati sindici quibusdam clausis nobis directis literis, nec non certis capitulis præmissa tangentibus præsentatis, & lectis ibidem etiam coram nobis, asserentes vestro nomine vos de prædictis & alijs commissis in Vrbe præfata contra nos & eandam ecclesiam dolere plurimum ac etiam pœnitere; nobis humiliter supplicarunt, vt nos, non attendentes delictorum vestrorum enormitatem & magnitudinem, sed sequentes potius diuinæ miserationis exemplum, vobis aperire sinum pietatis & misericordiæ dignaremur, vos ad nostram & eiusdem ecclesiæ gratiam admittendo, ac prouidendo vobis ac personis singularibus dictæ Vrbis & districtus eiusdem de absolutionis beneficio ab omnibus pœnis & sententijs, quas propter præmissos excessus & dependentia ab ipsis quomodolibet incurristis, ac abolendo a vobis omnem infamiæ maculam, siue notam ex præmissis obortam, vosque restituendo in integrum ad status, priuilegia, honores, bona, & famam, & interdictum, cui Vrbs cum suo districtu subiaceret propterea, relaxando; offerentes nobis prædicti sindici sindicario vestro nomine, ac etiam promittentes, quod vos ac Vrbem prædictam eiusque districtum sub obedientia, seruitio, & honore nostris & eiusdem ecclesiæ Romanæ, dictique Regis Siciliæ, cui per nos prædictæ Vrbis regimen est commissum, tenebitis & custodietis tam contra præfatum Ludouicum de Bauaria, suosque complices, sequaces, et fautores, quam quosuis alios nostros & eiusdem ecclesiæ Romanæ, dictique Regis infideles, aduersarios, rebelles, & hostes; quodq; recipietis humiliter, & complere curabitis efficaciter omnem pœnitentiam, siue pœnam personalem, pecuniariam, & realem, quam vobis & vestrum singulis pro præmissis & ea tangentibus imponendam duxerimus, vel etiam infligendam.

Execrantur crimẽ schismatici Romani.

42 Et ne videamini gestis & factis dictorum hæreticorum & schismaticorum ex proposito consensisse, nec modo aliquo consentire; mox ibidem præfati sindici vestro sindicario nomine priuilegijs, concessionibus, gratijs, dominijs, gestis omnibus & singulis factis, habitis, & concessis quomodocunque & qualitercunque per dictos Ludouicum & Petrum hęreticos & schismaticos, vel alterum eorundem (licet nulla sint, vtpote ab hæreticis & schismaticis & illis, qui non habebant potestatem præmissa concedendi) præsumptis, renunciauerunt expresse: nec non promissiones, obligationes, confœderationes, concessiones & pacta, & quasuis colligationes, pactiones, societates & ligas, per vos cum memoratis Ludouico & Petro vel altero eorundem quoquo mo-

vtique, quod eius fauore & suffragio ad fastigium imperialis conscenderit dignitatis. Ipse quidem fratrem suum tuumque patruum, cui ætas, & defectus scientiæ repugnabant, in Treuirensem promouit archiepiscopum, qui vnus est de his, ad quos Regis Romanorum electio assumendi in Imperatorem noscitur pertinere, qui quidem electioni suæ fauorem non modicum & suffragium præstitit. Quam prompte autem eius electionem admiserit & approbauerit prædecessor noster prædictus, te non credimus ignorare: si enim electionem vnius episcopi sic prompte sic faciliter expedisset, vtique satis esset: & sicut a magnis viris, audiuimus, qui hoc scire poterant, si per paucos dies admissionem & approbationem electionis huiusmodi distulisset, erant parati qui se volebant opponere; qui forsan electionem ipsam annis pluribus impedissent. Quinque quoque in suum fauorem Cardinales ad eum vsque Romam associandum, eiusque vice inungendum & coronandum transmittere non omisit. Ciuitatibus quoque Lombardiæ ac Tusciæ pro eo sua efficacia scripta transmisit, ex quibus quanta tibi domuique tuæ nedum quoad regnum Boemiæ, sed quoad alia non facile numeranda prouenerint honores & commoda, si diligenter attenderes, profecto tu & præfatus archiepiscopus, eam non persequi, sed prosequi, sibique assistere vigilanti studio curaretis. De nobis autem quam benigne, quamque fauorabiliter erga tuam magnificentiam nos habuerimus, obliuionem ingratitudinis matrem non credimus de memoria regia deleuisse. Scimus autem quod inter alios mundi principes precibus tuis benigne consueuimus exauditionis ianuam aperire.

Eius patrem Clementis opera creatum Cæsarem. Patruum creasse principem electorem. Coercitos ab eod. Clem. Henrici æmulos.

38 Adhuc non sufficimus admirari, quomodo, fili charissime, sic famæ tuæ effectus sis prodigus, vt homini de diuersis hæresibus notorijs publice condemnato sic te possis fautorem ostendere; statusque sui reprobi & damnati, spretis periculis & pœnis varijs, quibus periculose nimium te inuoluis, publice te exhibes promotorem. Hæc, fili charissime, pro tanto ante tuæ prouidentiæ oculos curauimus ponere, ne nobis, qui tuæ curam habemus animæ, silentium ad culpam in districto examine valeat imputari; nec non & quia intensis desiderijs affectamus, vt vias tuas periculosas considerans, ad instar prophetæ dicere debeas: *Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua*. Proculdubio periculosum intrasti deuium, a quo nisi resipiens ad viam te reduxeris veritatis, ad mortem & pœnas æternas inferi te deducet. Attende, fili charissime, quod licet humanum sit peccare, perseuerare tamen in malitia debet diabolicum reputari. Noli ergo, quæsumus, hominis conditionem exuere diabolicamque vestire; quod proculdubio facies, si in cœptis improuide, quod absit, te contigerit perdurare. Etsi te, fili charissime, in tali deuio perdurante, sancta mater ecclesia supersedeat quo ad dispensationes & alia in te suas effluere gratias, non mireris quia non decet eam in tali statu perseuerantibus gratias, per quas in eo firmari pertinacius valeat, elargiri; sed cura, fili charissime quæsumus, exhibere te sibi deuotum filium, & proculdubio ipsa se tibi piam matrem & beneuolam cum omni promptitudine non differet exhibere. *Dat. xi. kal. octob. anno quintodecimo.*

Arguitur Boemus damnati hæretici fautorem esse. Exposita pericula in quæ incurrat.

39 Respuit pontificia monita Boemus, cum decorum vtili metiretur, vtque cum Ludouico Bauaro conuenerat, corripiendæ Italici regni administrationis auiditate, quemadmodum ex eius ad Azonem & Insubres magnates literis colligitur, irrumpere in Italiam decreuit, arcanisque nuncijs Gibellinos & alios cœpit commouere: cum interim, quasi rem aliam ageret, in Carinthia nimirum controuersiam cum duce de successione principatus componeret, repente in Insubriam, a Brixianis excitus, signa conuertit a. Parum vero penetrarunt auctores Ioannis Regis consilia, qui illius in Italiam irruptionem inopino Brixianorum casui attribuunt: e pontificijs enim & Regis ipsius literis b vidimus, iam ante ipsum Bauari partium studio subornare Insubres nisum, vt ad illius gratiam redirent, sibique obsequerentur, atque ad solemnes etiam conuentus pellicere meditatum. Facile vero fuit Brixianos illius persuasionibus & promissis succumbere c cum, vt refert Ioannes Villanus d, a Scaligeris Veronensibus bello appetiti grauiora damna pertulissent, ac plures in Brixiano agro arces ab ijs fuissent expugnatæ. Bergomenses e intestinis discordijs laniati eandem mox fortunam secuti: Coleones enim prænobiles Bergomates Ioannis Regis copias intra vrbem partium studio euocarunt. Hæc gesta inclinante anno: vt vero eiusmodi Boemi Regis in Italiam excursio plures vrbium defectiones magnasque rerum conuersiones pepererit, sequenti dicetur. Reliquas iam Italicas res prosequamur.

Ioannis Regis in Italiam expeditio.

a Dub. hist. Boem. l. 22. Io. Vill. l. 10. c. 170. Ant. 3. p. tit. 21. c. 6. §. 13. b Ext. in ep. Io. to. 8. p. 1. ep. secr. pag. 72. c Brixia ad eum defecit. c Io. Vill. sup. c. 170 Et Bergomum. d Ib. c. 163 e Ib. c. 170 Ant. §. 13. & Dubr. l. 12.

Subiecere f se ecclesiæ dominatui Laudenses in Insubria, quandiu nimirum interregnum esset, ac plures populi ad depellendum schismaticæ seruitutis iugum excitati: cum impiarum partium ducibus infelici morte absumptis, diuina prouidentia in ecclesia sua in pristinum splendorem vindicanda enituit; de quibus hæc Pontifex ad Berengarium Compostellanum archiepiscopum scribebat g.

Lauda se Pontifici dedit. f To. 7. p. 1 ep. secr. pag. 198.

40 *Præterea*, inquit, *ciuitas Laudensis, suis ambasciatoribus missis ad nostram præsentiam, nouiter fidelitatem nobis & ecclesiæ obseruare promisit firmiter & iurauit, nobis ipsius ciuitatis dominium nihilominus concedendo: sicque speratur de nonnullis alijs terris & ciuitatibus partium Italiæ fieri breuiter, cum eiusdem Ludouici hæretici tyrannidem crudelem abhorrere dicantur plus solito, & reincorporari cupiant vnitati & gratiæ ecclesiæ sanctæ Dei.*

g Ead. pag. 198.

Audiuisse insuper te, frater, credimus qualiter virtute disponente diuina, qua tot & tanta miracula pro sua ecclesia operatur, quasi omnes tyranni & & persecutores ecclesiæ in partibus supradictis breui spatio temporis mortis persoluerunt occasum. Hæc autem, quamuis multa sint, alia quæ diuina bonitatis prouidentia pro eadem ecclesia sua operata misericorditer & clementer est hactenus, & operari continue non desistit (pro quibus eidem, quantum valemus, labiorum vitulum exoluimus) tibi ad consolationem tuam & aliorum fidelium nunciamus, vt inde laudare Deum & deuotis insistere precibus studeas apud eum, qui est pastor æternus, quod sic clementer & benigne cœpit erga ipsam ecclesiam sponsam suam, ad laudem & gloriam nominis sui dignetur perficere, cuncta submouendo noxia, & futura omnia concedendo. Dat. Auin. 11. id. ianuarij anno XIV.

h To. 7. p. 2 ep. secr. pag. 70.

Respondere pontificiæ spei felices exitus, Æsculani enim in fidei constantia confirmati h, Tudertini Ioannem Sciarram Columnium Iacobi illius

Tudertes ad Pontificis obsequium redit.

cam, a qua Lucemburgica familia ad regium apicem fuerat excitata, animi crimine perstrinxit a.

a To. 8 p. 2. ep. secr. pag. 34.

Ioanni Regi Boemiæ.

De regia, fili charissime, non credimus memoria excidisse, suas nobis sub data vigiliæ pentecostes direxisse literas, continentes quomodo tu & venerabilis frater noster Treuirensis archiepiscopus cum Bauaro super quibusdam tractatibus personaliter conuenistis: quos quidem tractatus secundum tuum iudicium & dicti archiepiscopi, nec non & inclyti principis Othonis ducis Austriæ super hoc plenius informati, vtilitatem in omnibus & honorem sanctæ Rom. ecclesiæ, atque nostrum respicere in eisdem asserebat literis, prout tu & ipsi nos intendebatis per solemnes nuntios plenius informare. Huiusmodi autem tractatus forma, prout missi per te & archiepiscopum & ducem prædictos verbo & scripto nobis exposuerant nuntij, noscitur esse talis.

Principũ Germ. in gratiam Lud. tractatus.

35 *Ista est intentio dominorum scilicet Regis Boemiæ, archiepiscopi Treuirensis, & ducis Austriæ, quod per eos tractetur & ordinetur concordia & compositio inter dominum nostrum Papam sanctamque Romanam ecclesiam ex vna parte, & Bauarum ex altera: & si huiusmodi tractatus & ordinatio concordiæ sint accepti domino nostro Papæ ipsique Romanæ ecclesiæ, virtute potestatis eis a dicto Bauaro concessæ inter alia facient ista fieri per Bauarum: Primo quod cum effectu deponet suum hæreticum antipapam. Secundo quod penitus recedet ab appellatione. Tertio quod omnia, quæ fecit seu attentauit contra sanctum personam domini nostri Papæ ecclesiamque Romanam, reuocabit cum effectu. Quarto quod recognoscet se excessisse & sententias excommunicationis ipsum ligasse. Quinto quod gratiæ domini nostri Papæ se offeret ad misericordiam. Et si Bauarus dicta, facta, tractata, & ordinata facere non vellet, sciat sedes Apost. quod dictus Bauarus antedictos dominos non modicum commouebit, & a consilijs eorum recedet, & potestatem eis concessam infringet intantum, quod huiusmodi factum praordinatum per Bauarum, tamen non adimpletum, possit resultare in magnum honorem & vtilitatem ecclesiæ Romanæ. Hæc omnia sic intelligantur, quod Bauarus in honore & suo statu remaneat, scilicet in regno & imperio.*

Quæ fuerit illius formula ad Pont. transmissa.

36 Profecto, fili, quod dictus tractatus vtilitatem ac honorem ecclesiæ non respiciat, neque nostrum; immo, si fieret quod præfatus concludebat tractatus, scilicet quod Bauarus in regio & imperiali remaneret honore, in Dei offensam, ecclesiæ catholicæ, & fidei cederet, ex nostra responsione missa tibi præfatisque principibus satis, vt credimus, potuit regiæ prudentiæ dictisque principibus apparere. De alijs autem, quæ acta tractataque ac ordinata in parlamento fuere prædicto, scimus multa ex eis nec ad Dei, nec ecclesiæ, nec rei publicæ vtilitatem cedere; sed in magnum eorum contemptum, depressionemque ipsius ecclesiæ & præiudicium, ac hæreticorum fauorem. [Interiectis nonnullis, quibus queritur a Boemo sollicitatum Azonem Mediolani regulum, vt vna cum Gibellinis socijs in Ludouici Bauari obsequium traheret imperialis nominis tuendi specie, productis etiam eiusdem ad Azonem literis datis Lucemburgi IV. iulij, addit.]

Repulsam iterum ijs obijcit Pont.

Queritur de Boemo.

Azonem Mediol. ad partes Bauari pellicere molitum.

Ac insuper præfatum ducem Austriæ, qui obedientes præfato Bauaro vt vir catholicus impugnabat, reuocasti ab isto proposito, eiusque Bauari priuati iure, si quod sibi ex dicta electione quæsitum fuerat, ac de diuersis hæresibus condemnati, stipendiarium & subditum effecisti. Nec his contentus, quasi cursorem seu præcursorem & mediatorem inter dictum Bauarum, & ciuitates obedientes ecclesiæ ac alios deuotos ecclesiæ te constituens, deuotos ipsos ecclesiæ a deuotione retrahere, ac vt ipsum hæreticum in suum Regem & Imperatorem reciperent, non absque graui Dei offensa contemptuque sanctæ ecclesiæ, ac tuo & ipsorum grandi periculo, procurare nimium temere præsumpsisti. Et non solum hæc in Theutonia attentasti, sed etiam tuos nuncios, videlicet Thomam de Septemfontibus & Simonem Philippi & magistrum G. Pichon. & *infra*, ad partes Italiæ transmisisti, qui peruenientes Mediolanum Azoni exposuere prædicto, quod tu potestatem habebas ipsum Azonem & suos concordandi cum Bauaro, & quod libenter super hoc esses in colloquio cum eodem, quodque ipsos nuncios miseras de ipsa concordia tractaturos: quibus fuit pro parte dicti Azonis respõsum, quod ipse Azo te non rogauerat de concordia prædicta tractanda, quia cum Bauaro ipse & sui nullam volebant concordiam, cum de ipso confidere in perpetuum non intendant. Cumque præfati nuncij vlterius procedentes dicerent, quod concordia taliter fieret, quod Bauarus nec terram intraret, nec ad eam aliquem mitteret, sed quod sibi daretur aliquid annuatim; fuit pro parte Azonis respõsum, quod nec in hoc modo aliquo consentirent. Cumque subiungerent nuncij antedicti, quod ipsi bene sciebãt, quod hoc facere recusabat, quia tractatum pacis nobiscum habebat; fuit pro parte Azonis responsum, quod nobiscum super pace non habebat tractatum, sed pacem, quia tractatus pacis inter nos & ipsum iam fuerat consummatus.

Ducem Austriæ ab eccl. fœdere diuulsisse.

Plura egisse temere pro Bauaro.

[Confirmantur Azonis dicta de sua cum ecclesia coniunctione pontificijs literis a, quibus Bertrandus Cardinalis Apostolicæ sedis legatus VI. kal. decembris certior factus est, Azonem ad ecclesiæ obsequium reuocatum auctoritate sedis Apostolicæ, Romano imperio principe suo viduato, Mediolani ac prouinciæ creatum vicarium sacramento se oratorum opera ecclesiæ deuinxisse illius partes aduersus Ludouicum tutaturum: reposcere auxiliares copias vicissimque auxilio non defuturum polliceri: denique iussus Cardinalis vt cum Azone firmissimum armorum fœdus coiret. Exeunte porro anno Azo, Ioannes, & Luchinus fratres omnibus pœnis ac sententijs solui iussi sunt; missique ab ijs oratores publice professi sunt, ipsos semper fidei catholicæ addictos fuisse, omniaque diuinitatis & humanitatis Christi mysteria coluisse, atque excitandos in corporibus suis ad vitam mortuos, cuius hæresis infamia Matthæus Vicecomes laborarat, credidisse. Reuocatos itaque ad obsequium ecclesiæ Azonem ac Mediolanenses, cum Ioannes Rex Boemiæ ad Ludouici hostis ecclesiæ partes traducere niteretur, Pontifex illi ob collata a sede Apostolica in Lucemburgensem familiam beneficia ingrati animi labem obiecit. Pergit enim.]

a To. 8 p. 2. ep. secr. pag. 134.

37 Profecto, fili charissime, non sufficimus admirari, quis te adeo fascinauerit, quis te mouerit, quod sic matrem tuam sanctam Dei ecclesiam vndique persequaris, sic intendas sedule deuotos suos a deuotione retrahere & ditioni istius hæretici subiugare. Si enim consideranter attenderes, quam pie erga genitorem tuum * prædecessor noster se gesserit, reperies vti-

Obiecta Boemo ingrati animi labes.

*Clemẽs V.

ea. Esset itaque nimium formidandum, quod si remaneret in præfato regimine, multos a fide retraheret catholica, suæque perfidiæ, quod absit, plurimos aggregaret. Adhuc, fili, quantum in principe quolibet veritas requiratur, tua non ignorat prudentia; & quantum in eo vigeat, te audiuimus non latere. Sane si quæ offeruntur pro parte Bauari, fili charissime, cogites diligenter, reperies vtique, quod de tot & tantis excessibus per eum commissis emendam Deo & ecclesiæ nullam offert.

Oblata a Bauaro vana.

31 In primis enim offertur pro parte sua, quod ipse Bauarus deponet suum hæreticum antipapam; hoc autem non est offerre emendam aliquam de commissis, primo quia etiam si verus Imperator existeret, quod tamen constat eum non esse, depositio talis ad eum nunc non pertineret; secundo quia ipsemet Petrus de Corbario reatum suum humiliter recognoscens, a statu illo, quem de facto receperat, illi renunciando se de facto deposuit, & ab ipso discessit Bauaro, sicut nobis idem Petrus his diebus præteritis per suas literas manuscriptas propria, quarum tenorem infra reperies, nunciauit. Secundo dicitur quod recedet ab appellatione sua: certe nec emendam aliquam propter hoc offert, cum nec appellationi suæ, si quæ fuit, renunciare nisi de facto valeat, cum de iure non tenuerit, velut ab hæretico interiecta, & ab eo, a quo non licet, cum superiorem non habeat, appellare. Tertio offertur quod omnia, quæ fecit seu attentauit contra nos & sanctam Romanam ecclesiam, cum effectu debeat reuocare: in hoc etiam clare patet quod, emenda aliqua non offertur, contra nos enim seu contra Romanam ecclesiam non potuit nisi de facto aliquid facere; vnde si quid de facto fecit, de facto reuocet: nulla in hoc Deo, nobis, vel ecclesiæ præstatur emenda. Quarto pro parte eius offertur, quod recognoscet se excessisse, & sententiam excommunicationis ipsum ligasse: per hoc patet etiā, quod nec Deo nec nobis, nec ecclesiæ aliqua offertur emenda. Quinto offertur pro parte eius, quod gratiæ nostræ se offerat ad misericordiam: per hoc quippe asserit, quod a nobis petet misericordiam, non quod aliquam præstet emendam. Vltimo concluditur pro parte Bauari supradicti, quod omnes oblationes supradictæ intelligerentur ita, quod Bauarus in honore & statu suo permaneat, scilicet in imperio & regno. Ex quo proculdubio euidenter concluditur, quod de his quæ commisit, est impœnitens homo iste, & ideo reddit se de absolutione qualibet, quæ nulli nisi pœnitenti conceditur, merito quantum in eo est indignum.

De antipapæ ex auctoratione.

Vt non pendeat a Bauaro.

Impœnitentię illū reū esse.

32 Sed iuxta hoc quærimus, fili, quomodo intelligat ille Bauarus in regno vel imperio remanere? Aut enim intendit remanere in statu & regno sine iure in eis de nouo quærendo, aut per ius nouum, quod intendat acquirere in prædictis. Si enim ille sine nouo iure intelligat retinere, sequitur quod regnum & imperium sine iure & honore imperiali & regio detineret; in regno siquidem nullum ius obtinet in præsenti, cum iure, si quod per electionem sibi in eodem quæsitum fuerat, iusto iudicio sit priuatus. Quantum ad imperium autem; quia nomen Imperatoris per inunctionem, consecrationem, & coronationem quis nanciscitur, factas quidem a Romano Pontifice, seu alio eius auctoritate. Patet igitur ipsum Bauarum ius aliquod non habere, quia non a vero summo Pontifice, sed ab antipapæ recepisse dicitur & noscitur supradicta, scilicet inunctionem, consecrationem, & coronationem: quare sequitur, quod hoc casu imperium sine iure aliquo obtineret, & per consequens quod nisi de nouo ius sibi in regno & imperio quæreret, nec Rex nec Imperator debet dici a fideli aliquo; sed fur & latro, iuxta nostri saluatoris sententiam, dicentis: *Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde; ille fur est & latro.* Et quod nullum ius in regno vel imperio habeat in præsenti, palam est considerandum. Constat enim ipsum multa notorie commisisse, ex quo illa discors electio celebrata extitit, propter quæ & quodlibet eorum se prorsus fecit ab honore regni & imperij alienum. Si vero intelligat, quod sibi de nouo in regno vel imperio ius acquiret, constat quod, cum sit sacrilegus, excommunicatus, & tyrannus, nec a quouis posset eligi, nec sibi etiam ab aliquo, cum tales sint ineligibiles, de regno & imperio prouideri.

Quæritur quo iure Cæsar esse velit Bauarus.

Vetera non posse.

Non etiā nouo ob atrocia flagitia.

33 Cum igitur Bauarus petit, quod in honore suo & statu remaneat, scilicet in imperio & regno, possumus sibi dicere quod Dominus dixit filijs Zebedæi: *Nescitis quid petatis.* Vere ipse, hoc petendo, ignorat quid petat: rem siquidem impossibilem petit: impossibile enim est ipsum remanere in honore imperiali & regio sine noui iuris acquisitione, cum honorem & dignitatem non habeat; sed ipsum regnum & imperium, siue ipsorum honorem nisus est vsurpare tyrannice, & adhuc nititur retinere. Rogamus itaque prouidentiam regiam & in Domino exhortamur, quatenus præmissa attente considerans, & nihilominus pericula varia & inconuenientia innumera, quæ eius præfata præsidentia vniuersali gregi dominico comminatur, consideranter attendens, & ad ea quæ ad honorem Dei, statum ecclesiæ, & imperij respiciunt prosperum, te conuertens, partes tui consilij, & auxilij sedule interponas, quomodo de persona digna tanto regimine prouideri debeat, sub qua fides stabiliatur catholica, augeatur fidelium numerus, & a noxijs præseruetur: ad quod quidem nos promptos, dante Domino, reperies & omnino paratos. Licet autem offensæ prædicti Bauari excedant omnes alias, quæ leguntur a patrum nostrorum temporibus hactenus perpetratæ; quia tamen, licet immeriti, vices illius in terris gerimus, qui cum iratus fuerit, non obliuiscitur misereri, more pij patris conuersionem eius & salutem intentis desiderijs affectamus, ad Dei honorem, tuique & aliorum principum prædictorum intuitu, & vt salus ipsius Bauari & multorum aliorum nobis mediantibus procuretur; offerimus, si ad gremium ecclesiæ redire voluerit idem Bauarus, sicut debet, ipsum benigne recipere nos paratos, eique tantam, & talem impartiri gratiam, quod tu & principes supradicti poteritis merito contentari. *Dat. Auinio. 11. kal. augusti pontificatus nostri anno xiv.*

Rogatus Boem. vt de nouo Cęsare creando cogitet.

34 Non hisce argumentis victus est Boemus, vt ecclesiæ causam aduersus Ludouicum, qui patrata scelera admissa iusta pœna expiaret, propugnandam susciperet: quippe obiecta a Bauaro Italici regni administrationis illecebra illum titillabat: quare superioris fœderis conuenta obtrudere: iterum Pontifici, & Gibellinæ factionis duces sollicitare, vt ipsius partes sequerentur, non destitit. Ad quem Pontifex iterum scripsit, læsæ ecclesiæ eo tractatu non fieri satis, neque illius honori consuli: tum ingrati in sedem Apostolicam,

Boemus in partib. Lud. obfirmatus.

lium reuocaret, gesta in ecclesiam rescinderet, agnosceret se anathemate deuinctum iuste fuisse: ea tamen lege vt imperium teneret. Hæc moliebatur Ludouicus, vt firmaret solium, lapsasque res instauraret, cum tamen ad nullas pro expiandis criminibus suscipiendas pœnas paratum se exhiberet: sed augustalis iuris, quo ob hæresim & schisma exciderat, commoda aucupaретur, vt Pontifex Boemo Regi exposuit a.

a An. 14. p. 1. ep. 4.

Ioannes, etc. Ioanni Regi Boemiæ.

Responsũ Boemo & alijs a Pont.

29 Profecto, fili, quin intentio tua aliorumque principum circa præmissa recta fuerit, nequaquam in dubium reuocamus: sed fuisset admodum nobis gratum, quod tu, fili charissime, & præfati principes conditionem præfati Bauari & ingressum eius ad imperium & in eodem progressum examinassetis attentius in consistorio rationis; profecto ipsum reperissetis priuatum iure, si quod sibi ex electione illa in discordia celebrata quæsitum fuerat, iustitia exigente. Et quia his non contentus, Marsilium de Padua & Ioannem de Ianduno, qui quendam librum composuerant plures hæreses continentem, & ad eum velut hæreticorum patronum fugerant, prompte recepit; & vt illos errores prædicarent publice, non erubuit impartiri fauorem. Hinc fuit declaratus hæreticorum fautor publicus & notorius, & vt hæreticorum fautor, exigente iustitia, condemnatus. Sane quia diutius expectatus ab his non resipuit, sed velut venundatus, vt faciat malum, nedum fauorẽ impendere curauit hæreticis, sed ipsis hæresibus facto & verbo non est veritus se immiscere, fuit merito pronũtiatus hæreticus, & vt hæreticus exigente iustitia, cõdemnatus, prout hæc in processibus apostolicis plenius continentur. Ex prædictis satis potest ejus inhabilis conditio ad imperiale fastigium apparere.

Propositũ hæresiarchas a Ludouico defensos.

Obid decretoria percussũ sententia.

Monitum non resipuisse.

Hæreseos iudicio dãnatum.

Qualis autem ingressus eius ad imperium fuerit, ex sequentibus patet, quod Deo odibilis, iniuriosus sanctæ Dei ecclesiæ, & de facto dumtaxat nimium temerarie attentatus. Sicut enim ex prædictis iam liquet, electus fuerat in discordia priuatusque, exigente iustitia, iure, si quod sibi ex electione eadem fuerat acquisitum; & nihilominus fautor hæreticorum declaratus & hæreticus, & vt fautor & hæreticus condemnatus. Quibus non obstantibus, vt ad ea, quæ requirit imperialis dignitas, videlicet inunctionem, consecrationem, & coronationem, posset saltem peruenire de facto, cum de iure non posset, Petrum de Corbario in Christi opprobrium, subuersionem catholicæ fidei, & iniuriam totius cœtus catholici in antipapam assumere non expauit. In quo quidem facto confessus ipso facto illam damnatam hæresim, quam incurrerat antea, scilicet quod ad Imperatorem Papam pertineat ordinare. A quo quidem Petro se pati inungi, seu fœdari potius non erubuit, ac etiam coronari. [Postremis hisce verbis secutus est Ioannes vulgi errorem, quem alijs literis a nobis paulo ante allatis correxit b.] Ex quibus patet, qualis ingressus fuerit ad imperialis fastigium dignitatis. Progressus autem eius qualis fuerit, est lippis & tonsoribus satis notum; quia vbicumque fuerit, ecclesiam catholicam & fideles est manifeste & immanissime, vt membrum satanæ, persecutus; ecclesias ipsas vasis & ornamentis spoliando ecclesiasticis, ac fideles compellendo violare interdictum ecclesiasticum, & profanare diuina: spoliando insuper viros catholicos suis prælationibus & beneficijs, ac eis de facto hæreticos & schismaticos subrogando, ipsisque hæreticis & schismaticis contra catholicos impartiendo fauorem & consilium, ac fideles ipsos immaniter persequendo.

Creasse antipapã.

Hæresim opere professum.

b To. 8. p. 1 ep. ... pag. 579

Persecutum ecclesiam catholicam.

30 Profecto, fili, probabiliter arbitramur, & credimus, quod si ad memoriam tu & dicti principes reuocassetis prædicta, nullatenus dixissetis, ipsum remanere in regno & imperio ad vtilitatem & honorem nostros & ecclesiæ, vestro iudicio, pertinere. Quomodo enim posset ad vtilitatem & honorem ecclesiæ pertinere, quod vir tam reprobus, de fautoria hæreticorum & hæresi iusto condemnatus iudicio, regno & imperio præsideret? Qui etiam hæreticos in suo habet consortio, & quantum ad clericos hæreticorum & schismaticorum consilio gubernatur. Tenet enim in suo consortio Iacobum episcopum dudum Castellanensem episcopatu Castellanensi priuatum: item Michaelem de Cæsena olim ordinis fratrum Minorum generalem ministrum, qui suis exigentibus demeritis est pronunciatus hæreticus, & de hæresi condemnatus. Guillelmum quoque Okam Anglicum ordinis fratrum Minorum hæresiarcham, qui hæreses varias dogmatizabat publice, & scripta fecerat hæresibus & erroribus plena: propter quæ fuerat vocatus ad curiam, eiusque scripta fuerant pluribus doctoribus assignata (vt ea deberent examinare cum diligentia, & quæ inuenirent hæretica seu erronea declarare) qui iam multos articulos declarauerunt hæreticales, qui quidem male sibi conscius, fugæ præsidio vitare voluit canonicam vltionem; Bonamgratiam insuper de Bergamo ordinis fratrum Minorum, qui suis demeritis exigentibus in curia fuerat arrestatus, & iuramento præstito, quod de curia non recederet absque licentia sedis Apostolicæ obligatus, qui male similiter sibi conscius de curia ad ipsum Bauarum & Petrum de Corbario vna cum Michaele & Guillelmo prædictis gressus suos infelices dirigere procurauit; Marsilius quoque de Padua condemnatum de hæresi in sua familiaritate detinere præsumpsit: Talibus est stipatus consiliarijs: talium consilio, ne dicamus, dolo, decipitur & gubernatur. Qualem itaque posset de tali homine habere ecclesia defensorem? Si enim in arido, id est sine statu nisi vsurpato, tam crudelis sibi persecutor extiterit, qualis idem putas existeret, si in viridi, hoc est in statu solido se videret? Rursus quomodo sub regimine talis hominis degere posset Christianus populus, quem sic afflixit immaniter?

Michaelẽ hæresiarcham in consortio tenere.

Et Ocham, hæreticũ & alios.

Regi hæreticorũ consilijs.

Periclitaturam eo Cæsare fidem.

Profecto, fili, talem hominem dimittere in regali & imperiali regimine, non esset consulere populo, sed nocere: non præstare regimen, sed augere discrimen. Si enim integritas præsidentium salus est subditorum, sequitur quod instabilitas & infidelitas ipsorum sic præsidentium, perditio sit eorum subditorum. Qualem putas, fili, ex principatu huiusmodi, quem extorsit seditio & ambitus occupauit, subsequi posse finem? Profecto sperari non potest probabiliter, quod bono peragi possint exitu, quæ tam malo & peruerso sunt principio inchoata. Audi quid de talibus principibus Sapiens dicat: *Regnantibus*, inquit, *impijs, ruinæ*, hominum scilicet, *subsequuntur*. Et alibi: *Gemet*, inquit, *populus, cum impij sumpserint principatum*. Attende, fili, quam esset gregi dominico sub tam infideli principe viuere formidandum: teste enim sapiente, qualis est rector ciuitatis, tales sunt vel fiunt habitantes in ea.

Suspectã eius administratiõnem.

consignatas de absoluendis Pisanis allatas ab oratoribus tradiderit, quarum formula inseritur a. Ducunt exordium ab his verbis: *Nuper ad nostram præsentiam, etc.* atque a nobis superiori anno a allatæ fuerunt. Addunt vero publica illa documenta, Pisanos omnia ab oratoribus gesta confirmasse, & quæ a Pontifice data erant de eiurando schismate, & spernendæ Ludouici Bauari seruitute imperia compleuisse.

a An. Chr. 1329. n. 8.

Bonifacio autem comiti, de quo supra memoraui, egregiam operam in euertendo schismate explicuisse est, gratulatus b, eundemque magnis affectum muneribus a Pontifice, refert Ioan. Villanus c. Proximo certe anno illum castro Peretano ditionis pontificiæ in Suanensi agro maritimo donatum iure fiduciario, quod in prolem masculam legitimo procreatam thoro, vnius aurei quotannis recurrente festo Apostolorum Petri & Pauli persoluendi censu imposito; testatur diploma d proximo anno XI. kal. iun. datum.

Bonifaci⁹ castro Peretano donatus. b To. 7. p. 2. ep. secr. pag. 58. c Io. Vill. l. 10. c. 164.

Cæterum ne Petrus Corbarianus ad vomitum redire facile posset, ac nouum in ecclesia schisma conflare, Pontifex & publicæ quieti & Petri ipsius saluti consulturus, sub honesta eum custodia in pontificio palatio tenuit e; ac nemine cum eo colloqui permisso, plurimos illi libros, vt studio & orationi vacaret, & cibos opipare suppeditari iussit. De quo hæc refert Bernardus f: *Præfatus Petrus fuit clementer & misericorditer susceptus ad pœnitentiam, positus in decenti custodia ad cautelam, vt probaretur an ambularet in tenebris vel in luce; ibique hodie, quo hæc scripsimus, tractatur vt familiaris, sed custoditur vt hostis.* Exactis in eo honesto carcere tribus annis & mense vno, morbo & senio confectus obijt; sepultusque est in Minoritarum ecclesia cultu Franciscano indutus.

d An. 1315. p. 3. ep. cō. 1464. Petrus e Corbario custodiæ traditus. e Io. Vill. l. 10. c. 164. f Bern. in vit. Io. XXII. apud Bosq. Aliquot post annis in ea moritur.

Vt vero indictas pontificio iussu publicas preces exoriente schismate vidimus, ita eo collabente fideles ad soluendas diuino Numini grates, ac preces ingeminandas Ioannes est adhortatus, vt pristina pax ecclesiæ restitueretur; quo argumento Ioanni S. Theodori diacono Cardinali A. S. L. hæc imperia dedit: *Tuam prouidentiam excitamus, quatenus consideranter attendens, quod misericorditer Saluator noster eandem ecclesiam sponsam suam respexit in hac parte, corde humiliato eidem cures gratiarum actiones exhibere; sedule clerum & populum Vrbis ac aliarum ciuitatum & locorum, de quibus tibi videbitur, ad id ipsum efficaciter, iuxta datam tibi a Deo prudentiam, commonendo: nihilominus & eis salubriter suadendo, ipsosque vt efficacius poteris inducendo, vt preces suas Altissimo studeant humiliter fundere, quod pacem & vnitatem, quam cœpit eidem sponsæ suæ sic mirabiliter restituere in hac parte, ipse cui cum voluerit subest posse, dignetur misericorditer confirmare. Dat. X. kal. octob. anno XV.* Præterea eidem Cardinali legato munus iniunctum g, vt ad Reges & principes scribendum a Romanis curaret, gesta ab ipsis in pseudopontifice designando coronandoque Bauaro pro ea, qua pollebant potestate, reuocata.

Fideles ad agendas Deo pro sedato schismate grates excitati. g To. 8. p. 1. ep. secr. pag. 146. Solicitati Romani, vt Regib⁹ scriberent præterita a se reuocata.

Præsumpta illa inique a nonnullis Romanis Pontifex abolita, seruata iuris forma, diuulgari voluit; cum aliqui contenderent, Ludouicum ob correpta in Vrbe consensu & auctoritate Romanorum imperialia ornamenta iustum esse Imperatorem: quorum inania argumenta literis ad Regem Boemiæ datis dissoluit h,

Ludouicus Imperatorem se esse cōtendit. h Ib. pag. 85.

Ioanni Regi Boemiæ,

In responsione, quam tibi, fili charissime, & venerabili fratri nostro Balduino archiepiscopo Treuirensi super facto Bauari misimus, fuit per errorem insertum, quod idem Bauarus per Petrum de Coruaria, dudum antipapam coronatus in Imperatorem fuerat & inunctus: cum secundum veritatem ab eo nec inunctus fuerit, nec etiam coronatus; sed inunctus fuit, seu verius execratus a Iacobo dudum episcopo Castellano, tunc suis demeritis exigentibus deposito, excommunicato, & vt hæreticorum fautore condemnato. Coronatus autem de facto extitit, cum de iure posset a nemine coronari (cum priuatus fuisset omni iure, si quod sibi competierat ex electione in discordia celebrata de ipso) a quibusdam Romanis, ad quos non pertinebat Imperatoris coronatio, etiam si esset coronandus de iure: quod vtique ipsi Romani post discessum Bauari de Vrbe publice in Vrbe, & coram nobis per literas & nuncios sunt confessi. Ex quibus vnctione & coronatione omnino nihil iuris sibi quæri potuit, quam si a Petro tunc antipapa attentata fuissent. *Dat. VI. kal. octobris anno XV.* Conceptæ a sunt iisdem verbis ad Balduinum archiepiscopum Treuirensem & ad ducem Austriæ Ioannis literæ. Quam vero iuste negarit Pōtifex, Ludouicum adeptum imperialem dignitatem ex acceptis perduellium Romanorum studio imperij insignibus, agnoscet qui perpenderit eodem conferendæ imperialis dignitatis auctoritatem iure ad Pontificem pertinere, quo ad principes electores designandi Regis ius spectet, cum hæc vtraque Romanorum Pontificum auctoritate sint constituta.

A quo fuerit inūctus. A quibus corona redimitus. Gesta res non iure sed vitio; Nil iuris ipsi inde comparatum. a Reg. post eand. ep.

28 Cum vero Ludouicus b arreptos titulos inanes armis sibi asserere affectaret, trahebatque secum Iacobum exauctoratum Venetiarum episcopum, qui se Petri Corbarij Cardinalem & legatum in Germania iactabat, ac Michaelem Cæsenatem hæresiarcham, qui Minoritis præfuerat; Pontifex omnes Germanos principes, ecclesiasticos & seculares ad schismaticorum dolos discutiendos, ac vires Ludouici elidendas excitauit, interque cęteros Robertum c & Henricum d comites palatinos Rheni & duces Bauariæ, qui a Ludouici impietate abhorrebant. Cum etiam Rodulphum Saxoniæ ducem obiecta censurarum ecclesiasticarum religione, deterrere studuit e, ne in partes Ludouici concederet; sed potius ad creandum nouum Romanorum Regem cum cæteris principibus electoribus se compararet: atque Othonem f Austriæ ducem confirmare in suscepto aduersus Ludouicum bello est nisus; & Argentinensem, Basiliensem, & Augustensem episcopos g fœdere armorum connectere.

b To. 7. p. 2. ep. secr. pag 155. & 159. Germani in Ludoui cum solicitati. c Ead. p. 2. pag. 160. d Ib. pag. 164. e Ib. pag. 166. f Ib. pag. 162. Saxo monitus, vt a Ludouico abscederet. g Ib. pag. 164. & pag. 169. Otho Austriæ dux sua commoda in his turbis sectatur.

At breui amplissima Othonis ducis promissa euanuere, cum fidem erga sedem Apostolicam commodorum suorum ratione metiretur: Roberti enim comitis Palatini Rheni & Bauariæ ducis exemplo, quē Pontifex ob amplexas in Ludouicū ecclesiæ partes ineunte anno commendarat, haud diu post ad Ludouicum defecerat h, de confirmando illi imperio agitare cœpit i, initaque cum Ioanne Boemiæ Rege & Balduino archiepiscopo Treuirensi coitione, pro conciliando Pontifici Ludouico literas & oratores misit, quibus etiam suos adiunxit Boemiæ Rex. Ii vero præcipuas pactionum, ad quas Bauarum obstrinxerant, leges attulere, nimirum vt antipapam exauctoraret; editam prouocationem ad concilium

h Ib. pag. 170. Robertus Bau. dux ad Ludouicum deficit. i To. 7. p. 2. ep. secr. pag. 171. & to. 8. p. 1. ep. secr. pag. 74. Actum de Cæsareo apice asserendo Ludouico.

timor Dei spontaneaque voluntas; nec non quod eius contritio vera videtur, tam ex eo quod illa Pisis, et ad ipsum dominum nostrum veniendo in multis ciuitatibus et locis prouinciæ Prouinciæ publice, et hic etiam in curia tam in publico consistorio, quam priuato non erubuit confiteri, nec ad suam prætermisit venire præsentiam voluntarius et congaudens humiliter et deuote pro gratia et misericordia impetrandis; tum etiam quod paratum se obtulit, atque offert quæcunque ei præfatus dominus noster iniungenda duxerit, adimplere; et vt partes sui officij exequatur, eiusq; actibus, prout est sibi possibile, conformetur qui mortem peccatorum non desiderat, sed vt conuertantur et viuant, de fratrum suorum consilio absolutionem et reincorporationem prædictorum archiepiscopi Pisani et Lucani episcopi ratas habuit, et etiam confirmauit: ipsum fratrem Petrum nihilominus absoluit, et duxit reincorporandum vnitati ecclesiæ sanctæ Dei, super irregularitate, quam contraxit propter præmissa, seu aliqua præmissorum, secum misericorditer dispensando; ordinationem et declarationem pœnitentiæ dicto Petro pro præmissis et eorum singulis, prout, quando, et quoties expedire videbitur imponendæ, sibi specialiter et expresse nihilominus reseruans. Actum et datum Auinione anno, indictione, die, mense, loco, et pontificatu quibus supra; præsentibus testibus venerabilibus patribus dominisque Gisberto Arelatense archiepiscopo domini Papæ camerario, et Bernardo Stephani electo Regense; ac nobili Guillelmo de Patilia et Raydo Stephani cameræ domini Papæ clericis, auctoritate apostolica publicis notarijs, ad hæc vocatis, quibus mandatum fuit per præfatum dominum nostrum, vt inde conficeremus vnum vel plura publica instrumenta, idemque frater Petrus promisit se subscribere, eaque sui sigilli munimine roborare.

Censuris omnibus a Pontifice soluitur.

25 Pepercisse Pontificem Petro e Corbaria cum multa paterni amoris significatione, confirmat Ioannes Villanus a; & manantibus fletu oculis e terra illum erexisse, porrexisseque osculum, instar euangelici patris prodigum filium e remotioribus terrarum oris redeuntem, amplexantis. Extant etiā literæ, quibus exoluit b cum omnibus pœnis atque ecclesiasticis censuris, quibus ob affectatum pontificatum contraxerat, ac datam a Simone Pisano archiepiscopo criminum veniam confirmauit: tum ab aliorum prælatorum auctoritate liberum & immunem, sedique tantum Apostolicæ obnoxium pronuntiauit: *Exemptionem*, inquit, *per præfatos archiepiscopum*, nimirum Pisanum, *& episcopum*, scilicet Lucensem, *auctoritate literarum nostrarum sicut præfertur concessā, ratam & gratam habentes, et nihilominus ex superabundanti ab omni iurisdictione, subiectione, ac potestate cuiuscunque, seu quorumcumque præterquam Romani Pontificis et sedis prædictæ totaliter eximimus auctoritate prædicta: volentes, ac etiam statuentes quod amodo eidem summo Pontifici et sedi præfatæ tantummodo sis subiectus; non obstantibus ordinis fratrum Minorum, quem fuisti professus, statutis contrarijs, seu priuilegijs, indulgentijs, et literis apostolicis quibuscumque eidem ordini, vel quibusuis alijs sub quacumque forma vel expressione verborum concessis, etiamsi de illis in præsentibus specialis et expressa esset de verbo ad verbum mentio facienda. Nulli ergo, etc. Dat. Auin. kal. decemb. pontificatus nostri anno XV.*

Pontificia in eum clementia. a Io. Vill. l. 10. c. 154. Bern. in chr. Rom. Pont. b To. 8. p. 1 ep. secr. pag. 176. et M. s. bib. Vall. sign. lit. B. n. 12 pag. 435. Ipsum Ioannes ab omni Minoritarum imperio liberat.

26 Scripsit encyclicas Pontifex ad fideles literas de Petro ad catholicæ ecclesiæ sinum reuerso, quas ab Hugone episcopo Parisiensi in celeberrima Parisiensi academia diuulgari iussit c: extantque aliæ eo argumento ad Christianos Reges datæ a, e quibus historiæ veritas magis elucet.

c To. 8. p. 1 ep. secr. pag. 22. & 25. Fideles de illius reditu ad sinū ecclesię fa. certiores.

a l. b. pag. 23.

Ioannes, &c. Philippo Regi Franciæ.

Quia iustum est, vt qui passionum fuerunt socij, non sint a consolatione & gaudio alieni, ad gaudium excellentiæ regiæ nunciamus, quod Petrus de Coruaria, qui caput schismatis fuerat, in festo B. Iacobi Pisis in nostrorum nunciorum, & aliorum tam prælatorum quam clericorum secularium & regularium, nec non & multorum nobilium & popularium ciuitatis eiusdem præsentia constitutus, cum cordis amaritudine, sicut intelleximus, erroribus suis recognitis & etiam abiuratis, ac beneficio absolutionis & redintegrationis a prælatis nostris nuncijs humiliter postulatis, absolutus extitit & reincorporatus vnitati ecclesiæ; prius tamen, quod nostris parere mandatis debeat, corporali præstito iuramento. Qui sponte die IV. augusti vna cum nostro nuncio & certis personis nobilibus intrauit mare, illoque gressus ipsorum dirigente qui nouit, & iter prosperum faciente qui potest, die VI. mensis eiusdem Niciam incolumes peruenerunt: vbi errores suos recognouit similiter publice, & etiam abiurauit: similia faciens in locis solemnibus vsque Auinionem.

Datæ eo argumēto ad Reges literæ.

Qui prosequens iter suum die XXIV. ipsius mensis Auinionem intrauit: & in crastinum in consistorio publico, proposito themate primo: *Pater peccaui in cœlum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus*; & eo prosecuto, errores suos recognouit cum cordis amaritudine, prout signa certiora indicabant: illisque abiuratis, & quod super prædictis nostris staret mandatis, corporali præstito iuramento, humiliter petijt, se ad nostram, & ecclesiæ restitui gratiam, qua suis nefandis excessibus merito se indignum reddiderat, & vnitatem ecclesiæ, qua similiter se fecerat alienum. Nos autem, qui vicem eius in terris, licet insufficientes gerimus, cui proprium est misereri, quo commissæ vicis exequeremur officium, eum pie & benigne ad ecclesiæ & nostram recepimus gratiam, & restituimus ecclesiæ vnitati, prout in alijs patentibus literis nostris continetur plenius, quas in diuersis alijs partibus destinamus]. Eodem exemplo ad Siciliæ, Aragoniæ b, Castellæ, Lusitaniæ, Balearium, Vngariæ, & Poloniæ Reges scripsit c deque læto adeo nuntio alios etiam plures viros principes ac præsules, vt Ioannem patriarcham Alexandrinum d & Simonem archiepiscopum Pisanum e, qui præclaram in tanto opere nauarat operam, ac senatum populumque Pisanum certiores fecit.

Quacumque ducebatur antipapa crimen publice execrabatur.

De antipapę resipiscentia monuit alij Reges b Reg. post eand. ep. c Reg. post eand. ep. et to. 7. p. 2. pag. 195.

27 Confirmarunt hi ineunte anno in publicis ciuium comitijs solemni sacramento ea omnia, quæ Pisani oratores Pontifici de execrando Petro Corbario pseudopontifice, de pellenda Ludouici Bauari seruitute, neque eo colendo vt Cæsare, neque eius præsidio militari vel oratoribus excipiendis spoponderant; de quo edita sunt publica documenta f, & ad Pontificem transmissa, quæ vetustas ex parte arrosit, & ab his verbis ducunt exordium: *In nomine Domini Amen. Anno eius a natiuitate MCCCXXX. indict. XIII. die XIX. ianuarij pont. sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Ioannis Papæ XXII. an. XIV.* Subditur g vt Pisanorum scriba Guillelmo Cabirolo canonico & Dulcino ordinis Prædicatorum Apostolicæ sedis nuncijs literas pontificias exaratas XVII. kal. octobris pontificatus anno XIV. con-

Pisani pro missa superiore anno confirmant. d Eod pag. 195. e Ib. pag. 57. f Rotul. pergam. arch. Vat. sign. n. 328 in arch. Auin. Romam delatus. g Ib.

omnia firmiter id, quod in dictis constitutionibus & responsionibus per vos factis obiectionibus, quas dictus Michael eiusq; sequaces contra constitutiones prædictas fecerant, de quibus sum informatus, plenius continetur; ac omnia & singula scripta, dicta, & publicata contra constitutiones & responsiones prædictas, & tangentia ea, per hæreticos & schismaticos Ludouicum & Michaelem prædictos, seu quoscumq; alios assero, recognosco, & dico fuisse & esse nulla, erronea, schismatica, hæretica, atque falsa, eaque omnia refuto, renuo, anathematizo, reprobo, & detestor. Item confiteor, & recognosco in veritate, quod vos, sanctissime pater & domine domine Ioannes Papa XXII. & nullus alius, estis verus summus Pontifex, & vnicus in terris vicarius Iesu Christi: & contrarium, quod tenui & dicta quorumcumque idem mecum dicentium refuto, anathematizo, renuo, reprobo, & detestor.

Ludouici, & Michaelis scripta esse erronea.

Anathemate dānat omnes schismaticos.

20 *Item recognosco, & fateor in veritate vt supra, quod ego male, falso, temere & erronee & inique assumpsi, & exercui de facto statum summi pontificatus, immo verius antipapatus damnabilem antedictum; & adhæsi ac faui hæreticis suprascriptis & pluribus alijs; ideoque statum, adhæsionem, & fautoriam huiusmodi in omnibus & per omnia refuto, renuo, anathematizo, reprobo, & detestor. Item recognosco & fateor in veritate, quod male, temere, & inique de facto promoui & consecrari feci, seu potius execrari nonnullos prælatos, schismaticos, & hæreticos, seu fautores hæreticorum, & aliquos deuotos catholicos & fideles deposui. & beneficia ecclesiastica pluribus infidelibus, schismaticis, & rebellibus, seu eorum fautoribus contuli; & sæpius per simoniacam prauitatem, quam exercere per me & dictos hæreticos & alios perfidos non expaui, & cætera, quæ verus Papa gerere consueuit, malitiose de facto exercui. Quæ omnia et singula scelera tam horribilia et nefanda refuto, renuo, anathematizo, reprobo, et detestor.*

Falso & impie ius pontificiū se exercuisse agnoscit.

Peccasse in promouendis schismaticis.

Persequēdis catholicis.

21 *Item fateor et recognosco in veritate, quod anticardinales et antiepiscopos per me, vt prædicitur, promotos, quos feci consecrari, immo verius execrari de facto, non reputo esse Cardinales, nec episcopos; immo confiteor ipsos fuisse, si non fuerint absoluti et reconciliati per vos, beatissime pater, schismaticos, hæreticos, atque nullos; et omnes actus, quos circa ipsos, vel quoscumque alios, et specialiter circa Ludouicum prædictum ac eius fautores, complices, et sequaces, et cui de facto, cum de iure non possem, dico quantum in me est, fore et fuisse de iure tanquam hæreticos et schismaticos, inualidos, ac nullius roboris vel momenti; eosque vt tales, quatenus processere de facto, in quantum possum, infringo, irrito, et denuntio nullos esse, ac expresse refuto, renuo, anathematizo, reprobo, et detestor. Quæ omnia et singula hæretica, et schismatica, scelera & delicta grauissima, ac omnes hæreses suprascriptas, et quascunque alias mentaliter et corporaliter sponte abiuro, petens humiliter a vobis, beatissime pater, mihi veniam et misericordiam impertiri.*

Profitetur Cardinales non esse q̄ ab eo purpurā gestauit. Omnia ab ipso gesta irrita esse, & a se reuocari.

22 *Item promitto, et iuro vt supra, quod nunquam præscripta, nec infrascripta, seu aliqua eorundem, per me retractata et abiurata tenebo nec exercebo, nec pro tali, scilicet Papa, me habebo, nec quantum in me etiam erit, permittam quoquo modo ab alijs me haberi. Item promitto, et iuro ad sancta Dei euangelia, corporaliter et mentaliter per me tacta, quod nunquam dictis hæreticis et schismaticis Ludouico et Michaeli, nec eorum fautoribus complicibus et sequacibus, aut alijs per vos, beatissime pater, et eandem ecclesiam denotatis vel denotandis, scienter quamdiu in rebellione, et extra deuotionem et gratiā fuerint sanctæ matris ecclesiæ atque vestram, adhærebo, nec eis præstabo auxilium, consilium, vel fauorem: nec cum eis, vel eorum aliquibus ligam, coniurationem, pacta, conuentiones, seu conspirationes faciam, aut contraham quoquo modo. Item quod cum hæreticis, & schismaticis antedictis, seu fautoribus, sequacibus, et complicibus eorundem, seu cum aliquibus a me promotis, immo verius execratis, vt præmittitur, conuersationem aliquam non habebo, nec eis præstabo aliquod consilium, auxilium, vel fauorem. De quibus omnibus & singulis suprascriptis ad æternam rei memoriam pro salute mea & publica peto, quod vnum & plura, quotquot erunt expedientia, fieri publica instrumenta per vos magistrum Guillelmum de Petrilia & Bernardum Stephani cameræ domini Papæ clericos ac notarios publicos.*

Iuratus spondet, non passurum sibi deferri pōtificios honores.

Non secuturum cū Ludouico & Michaele.

23 *Quæ quidem omnia et singula, per me supra assertiue proposita et prolata, iuro per hæc sancta Dei euangelia, a me tacta mentaliter et corporaliter, vera esse, ac præscripta vitanda vitare, et obseruanda inuiolabiliter obseruare. Ea vero, quæ me asserui credere, iuro vt supra, me illa credere fore vera. Item omnes errores et hæreses supradictos et eorum singulos, et specialiter dicere, credere, et tenere quod ad Imperatorem pertineat deponere ac instituere Papam; item quod Christus et eius Apostoli in his quæ habuisse leguntur, non habuerint nisi simplicem vsum facti; et quoscumque errores et hæreses alias abiuro, anathematizo, renuo, reprobo et refuto. Et insuper promitto et iuro, tactis mentaliter et corporaliter per me euangelijs sacrosanctis, super omnibus et singulis suprascriptis stare mandatis ecclesiæ sanctæ Dei, et vestris apostolicis, et fidem tenere, quam sancta Romana ecclesia catholica et vos, pater beatissime, creditis, tenetis, et prædicatis; nec non et vestras constitutiones et declarationes factas super materia proprij et communis, ac iuris et dominij, quod Iesus Christus et eius Apostoli in rebus temporalibus habuerunt, perpetuo et inuiolabiliter obseruare; ac stare et parere in omnibus et per omnia mandatis sacrosanctæ Romanæ Dei ecclesiæ, et vestri præfati domini nostri Papæ: petens humiliter et deuote, me per vos, pater sanctissime, non attentis meis excessibus et sceleribus grauibus; sed sola Dei misericordia, cuius estis vnicus in terris vicarius, ab omnibus pœnis et sententijs iuris et hominis, quas propter præmissa, vel eorum singula, seu aliquod eorundem misericorditer absolui, et vnitati redintegrari, et reincorporari ecclesiæ sanctæ Dei: paratum me offerens omnem pœnam siue pœnitentiam, quas mihi pro præmissis iniungendas vel imponendas vestra sanctitas duxerit, cum omni obedientia sustinere, et etiam adimplere.*

Constitutiones pōtificales de Christi proprio admittit.

Poscit cœtui fideliū restitui.

24 *Quibus omnibus et singulis suprascriptis a dicto fratre Petro de Corbario et sua certa scientia gratis, et spontanea voluntate propositis, confessatis, lectis, recognitis, publicatis, anathematizatis, reprobatis, refutatis, et abiuratis factisque per eum promissionibus & iuramentis superius expressatis, tandem præfatus dominus noster summus Pontifex post præmissa omnia et singula, ad eiusdem fratris Petri instantis petitiones humiles et deuotas circa ipsius absolutionem et reincorporationem per ipsum a domino nostro Papa sæpius et cum instantia humiliter postulata, egit secum more pij patris; et illius vice et imitatione præcipue, cuius est dignus ac vnicus in terris vicarius, misericorditer et benigne attente considerans, quod ipsum Petrum ad confusionem huiusmodi non induxit violentia aliqua, sed*

secum vocatis, in Papam et summum Pontificem, immo verius antipapam damnatum et pestiferum elegisse; ego miser inductus, immo seductus suis; et multorum tam clericorum quam laicorum eius fautorum et sequacium dictæ Vrbis precibus importunis, et perniciosis instantijs ac infestis falso et erronee asserentium, quod Papam Imperator deponere poterat, et loco depositi alium ordinare; et quod per consequens eidem hæretico et schismatico Ludouico, qui tunc in fictum et falsum Imperatorem denuo se coronari de facto fecerat, et vos, pater beatissime, abusiue deposuerat, hoc licebat; mea superbissima damnatione, more luciferi, ambitioneque damnabili nihilominus excæcatus, huiusmodi clamationi tam nefandæ quam reprobæ, immo nulli, malitiose consensum meum temerarium, et excæcatum, sicut præmittitur, omni pœna dignissimum non erubui adhibere; et subsequenter consecrari, immo execrari ab hæretico et schismatico Iacobo dudum episcopo Castellano excommunicato et deposito, et coronari a dicto hæretico Ludouico de Bauaria me permisi: licet ad eum, etiam si verus Imperator existeret, sicut reuera non erat, nec est, sed hæreticus manifestus & reprobus; egoque verus essem Papa, sicut in veritate non eram, sed antipapa potius schismaticus, hæreticus, & iniquus, nequaquam talis coronatio pertineret. Item quod Cardinales, immo verius anticardinales, & omnes officiales, quos verus Papa est habere solitus, ordinare de facto præsumpsi, bullamque more Papæ, licet essem reprobus & damnatus, fieri feci huiusmodi, eaque falso vsus fui temere & inique.

Assensisse suadentibus, vt antipapatũ corriperet

17 *Et vt statum meum peruersissimum & Ludouici prædicti damnati, ac falsas opiniones hæretici & schismatici Michaelis de Casena, dudum ministri generalis ordinis antedicti fratrum Minorum, scilicet quod Christus & eius Apostoli in his, quæ habuisse leguntur, non habuerint nisi tantum vsum facti simplicem, possem fortius, ac promptius stabilire; Dei timore postposito, extendens ad omnia illicita manus meas, processus & depositionis sententiam Ludouici manifesti prædicti hæretici & de pluribus hæresibus condemnati, contra vos, sanctissime pater, habitam & etiam fulminatam, supplens omnem defectum, si quis esset in ipsis, ex certa scientia & de plenitudine potestatis non solum illos confirmare & mei scripsi communire patrocinio non erubui; sed etiam de nouo sententiare, prædicare, pronunciare, declarare, & prædicta publice omnia & singula in dictis processibus promulgata præsumpsi. In quibus quidem processibus, Ludouicus prædictus pronunciabat & declarabat, fore hæreticum & scripturæ sacræ contrarium dicere, quod Christus & Apostoli in his, quæ habuisse leguntur, habuerint aliud, quam simplicem vsum facti: ex qua quidem pronunciatione euidenter concluditur, ipsum & me etiam ex confirmatione & pronunciatione & prædicatione prædictis in damnatam hæresim per constitutionem vestram apostolicam, de fratrum vestrorum promulgatam consilio, incidisse. Et nihilominus ad diuersos Reges & principes meas literas destinaui, per quas ad eorum notitiam deducebam, quomodo vos pater beatissime, cui multa falsa, hæretica, & erronea in eisdem literis imponebam, suggerentibus dictis hæreticis sceleratis Ludouico & Michaele, ac iuxta votum suum ordinantibus, per eundem Ludouicum ac per me eratis depositus, & sententialiter condemnatus; eosdem Reges & principes exhortando nihilominus & rogando, quod vobis, sanctissime pater, tanquam Papæ non parerent in aliquo, nec fauores aliquos exhiberent; sed contra vos potius mihi & dicto Ludouico præberent auxilium, consilium, & fauorem.*

Impiam Ludouici in Pont. sententiã confirmasse.

Contaminasse se hæresi.

Reges ad defectionem sollicitasse.

18 *Nec his contentus tam in Vrbe, quam in pluribus ciuitatibus & locis alijs clericos seculares & regulares compuli, vt non obstante interdicto, cui per vos, beatissime pater, erant supposita loca ipsa, in eisdem celebrarent, immo verius, quantum erat in me, profanarent diuina. Tallias quoque ecclesijs imposui tam in Vrbe, quam alibi, pro quibus, calicibus, ornamentis, & nonnullis rebus alijs ipsas ecclesias spoliaui. Fideles insuper prælatos nonnullos & alios clericos in dignitatibus & beneficijs alijs ecclesiasticis, in illis præficiendo vel hæreticos vel schismaticos vel eorum fautores, & plerumque non absque simoniaca prauitate: quibus etiam, illis scilicet, quorum huiusmodi prælatio requirebat, de facto, cum de iure non possem, per me vel alium munus consecrationis, immo verius execrationis impendi. Contra fratres quoque Minores, non parentes Michaeli prædicto tanquam generali ministro, qui tamen depositus erat iuste & condemnatus de hæresi, & hæreticus & schismaticus declaratus, & alius per generale capitulum ordinis Minorum concorditer in generalem assumptus; & contra seruantes interdicta per vos, sanctissime pater, vel legatos seu officiales vestros alias promulgata, vtroque spirituali videlicet & temporali gladio procedere non expaui, eidem Michaeli & suis sequacibus hæreticis & schismaticis inique impertiendo, iniuste, ac temere auxilium & fauorem. Indulgentias insuper & dispensationes sedi reseruatas Apostolicæ concedendo de facto, & etiam faciendo. Nonnullis quoque pontificibus commisi, vt sacros ordines celebrarent, in quibus ordinibus plures, vt credo, ad sacros ordines promouerunt temere, cum eis virtute præfatæ licentiæ non liceret. De patrimonio quoque S. Petri in nonnullis locis ad tempus, & interdum in perpetuum disponere non expaui. Hæc omnia & plura alia contra Deum, sanctamque catholicam ecclesiam ac vos, beatissime pater, verum et vnicum Iesu Christi vicarium, recognosco et confiteor, me de facto inique nimirum et temere perpetrasse. Quæ omnia et singula recognosco et confiteor nulla fore, ac cassa et inania, velut ab illo, cui ea faciendi non competebat ius aliquod attentata, eaque quantum ad me spectare potest, quatenus processere de facto, reuoco et nulla fore et fuisse pronuncio et declaro.*

Extẽplasse templor. calices.

Violari ecclesiastica interdicta iussisse.

Ditionẽ ecclesiasticam occupare præsumpsisse.

19 *Confiteor insuper, & ore ac omnino recognosco, me credere & tenere fidem illam, quam sancta Romana ecclesia, ac vos, pater sanctissime, tenetis, prædicatis, atque docetis: & specialiter recognosco me tenere & credere, quod ad Imperatorem non pertinet deponere nec instituere Papam; immo hoc tenere hæreticum reputo, prout per processum contra hæreticos Marsilium de Padua & Ioannem de Ianduno, per vos, beatissime pater, super hoc & nonnullis alijs erroribus habitum, quem diligenter studui, continetur. Item fateor & recognosco hæreticum esse dicere, Christum & eius Apostolos non habuisse in his, quæ eos habuisse scriptura sacra testatur, nisi simplicem vsum facti; licet dudum contrarium tenuerim, & hæc tenentibus impenderim indebite auxilium & fauorem: & fateor & recognosco, quod hoc asserentes sunt censendi hæretici manifesti, secundum quod in constitutionibus vestris, pater sanctissime, quarum vna incipit, Cum inter &c. alia vero, Quia quorundam, &c. plenius continetur. Et super materia proprij & communis, ac iuris & dominij, quod Iesus Christus & eius Apostoli in rebus temporalibus habuerint, credo, profiteor, & teneo in omnibus & per om-*

Profitetur tenere se quod fides orthodoxa tenet.

Imperatoris non esse creare vel deponere Pontificẽ.

Hæreticũ esse affirmare Christum & Apostolos nisi simplicem vsum facti non habuisse.

Neq; aliquid in cõmuni aut speciali possedisse.

certius pateant vniuersis & vos, beatissime pater, vna cum dictis dominis Cardinalibus possitis ea intellectu suscipere pleniori. Quare huiusmodi hæreses & errores, ac scelera & delicta mea coram vobis & dictis dominis Cardinalibus ac testibus alijs, & clericis cameræ apostolicæ publicis tabellionibus infrascriptis, ad laudem & gloriam altissimi Dei patris, beatissimæ semperque virginis Mariæ, beatorum angelorum & sanctorum omnium, & vestri sanctissimi patris præsentis, veri, & vnici in terris vicarij Iesu Christi pro salute & pace perfecta totius populi Christiani propono, confiteor, recognosco publico, & lego per ordinem, vt inferius describuntur.

Renouata pristinæ schismatis eiuratio.

a Ext. etiā apud Bern in In. xxII ex editione Bosq.

14 *In a nomine Dei Patris omnipotentis, ac Filij, & Spiritus sancti. Amen. Quoniam, iuxta sapientis doctrinam, occultanti scelera sua denegatur directio, pure autem confitenti & ea penitus deserenti, est misericordia repromissa; idcirco ego frater Petrus de Corbario ordinis fratrum Minorum minimissimus & sceleratissimus peccator hoc consideranter attendens, nolens vlterius eum impijs commisceri, sed cupiens toto corde in viam veritatis, quam inique deserui, dirigi & misericordiam & gratiam Iesu Christi, & vestri beatissimi in Christo patris ac domini nostri domini Ioannis, superna prouidente clementia, summi Pontificis, veri et vnici eius in terris vicarij, ac ecclesiæ sacrosanctæ catholicæ, quibus meis iniquissimis & nefandis me priuaui sceleribus, valeam promptius & efficacius obtinere; quamquam nuper Pisis existens coram patribus reuerendis dominis, Simone archiepiscopo Pisano & Guillelmo Lucano episcopo, ac discreto viro magistro Raynaldo Stephani clerico papalis cameræ & apostolico nuncio præsentibus, quam multis prælatis alijs, religiosis, & nobilibus, ac popularibus ciuitatis prædictæ, errores meos & scelera spontanee cum ingenti cordis amaritudine confessus fuerim, & dominis archiepiscopo & episcopo, adhoc per vos pater sanctissime deputatis, supplicauerim humiliter & deuote, vt mihi parato præfatos errores & quoscumque alios abiurare, ac mandatis stare vestris apostolicis; & insuper mihi recognoscenti, quod ea, quæ vt Papa, immo verius antipapa tam circa personam hæretici Bauari, quam circa creationem, quam de facto præsumpsi Cardinalium & aliorum officialium, quos veri summi Pontifices soliti sunt habere, quam circa dispositionem, & ordinationem patrimonij beati Petri Apostoli; nec non circa priuationem nonnullorum prælatorum a suis prælationibus, & aliorum clericorum a suis dignitatibus & beneficijs alijs ecclesiasticis, quocumque nomine censeantur, & prouisionem attentatam de facto de præmissis prælaturis, dignitatibus, & beneficijs alijs ecclesiasticis quibuscunque; nec non & quæcunque alia, quæ vt Papa quocunq; modo præsumpseram seu feceram, nulla, præsumpta, ac temeraria fuisse & esse, & ab omni effectu iuris vacua, & nullius penitus existere firmitatis, velut attentata ab illo, cui nullum ius talia facere competebat, & illis, in quorum personas illa attentata fuerint, cum essent schismatici & hæretici seu hæreticorum fautores notorij, essent penitus non capaces, nec non & ea, quatenus de facto processerant, quantum erat mihi possibile reuocanti, & nulla fore & inania declaranti, absolutionis mihi impenderent beneficium ab omnibus sententijs iuris & hominis, quas ob præmissa incurreram, vel aliquid præmissorum, meque incorporarent & restituerent sacrosanctæ ecclesiæ catholicæ vnitati; quod vtique præfati archiepiscopus & episcopus auctoritate vestra apostolica, ipsis per literas vestras patentes apostolicas in hac parte concessa, recognitionibus & reuocationibus supradictis receptis, ac iuramento de stando mandatis vestris apostolicis prompte & liberaliter exequi curauerint; hoc adiecto, quod si ad pristinos errores, seu actus schismaticos sceleratos redirem, in easdem pœnas & sententias reincidam ipso facto; ac nihilominus illa nuper in diuersis ciuitatibus prouinciæ Prouinciæ confessus fuerim & abiurauerim, & nulla fore per me attentata recognouerim, & ea quatenus de facto processerant, quantum poteram & ad me pertinere poterat, reuocauerim et declarauerim esse nulla; nihilominus tamen ad fortius abolendas maculas hæresum & infamiæ, quas contraxi & incurri ex præmissis & pluribus alijs damnabilibus fautorijs, adhæsionibus, & consilijs per me dudum exhibitis hæretico & schismatico Ludouico de Bauaria, principali status mei damnati huiusmodi patratori, ac eius sequacibus, fautoribus, & complicibus; & specialiter hæretico & schismatico Michaeli de Cæsena, olim ordinis fratrum Minorum generali ministro, de hæresibus & schismate, ac pluribus hæreticorum fautorijs & adhæsionibus per vos, præfate sanctissime pater, legitime condemnato; adhuc tamen errores meos & scelera in præsentia vestri, sacrique vestri collegij dominorum Cardinalium constitutus, intendo & volo recognoscere & abiurare, ac alia facere, quæ vestra sanctitas duxerit ordinanda.*

Grauissime seipsū accusat Corbarī.

Ioannem vnicum & verum Pontificē agnoscit.

Male a se præsumpta damnat.

Pontificiæ se submittit voluntati.

15 *In primis itaque confiteor & cum ingenti amaritudine animi recognosco, quod cum seductor ille schismaticus & hæreticus manifestus Ludouicus de Bauaria, dudum iure, si quod sibi quæsitum fuerat ex electione discordi de ipso in Regem Romanorum celebrata, iuste priuatus fuisset per sedem Apostolicam & eandem sanctitatem vestram, ac vt hæreticus & fautor hæreticorum notorius de multis hæresibus & fautorijs hæreticorum ac schismatibus condemnatus, ad Vrbem Romanam imbutus diabolico spiritu peruenisset, & religiosus vir frater Ioannes de Meltano minister Romanæ prouinciæ dicti ordinis fratrum Minorum, ac reuerendus in Christo pater dominus Ioannes Dei gratia S. Theodori diaconus Cardinalis, sedis Apostolicæ & eiusdem vestræ sanctitatis legatus pro maiori obseruatione interdicti, cui tunc erat per vos, sanctissime pater, supposita Vrbs prædicta, eiusdem Ludouici aduentu percepto, mihi & alijs fratribus in eadem Vrbe morantibus sub virtute obedientiæ & excommunicationis pœnis, quas non parentes ipso facto incurrerent, publice iniunxissent, vt dictam Vrbem omnes & singuli exiremus; ego tamen infelix peccator, præceptis huiusmodi non obstantibus, licet omnes alij fratres, paucis exceptis, eidem legato et ministro promptius obedirent; in eadem Vrbe, præsente dicto pessimo hæretico et schismatico Ludouico, et assistentibus ei pluribus alijs schismaticis et hæreticis condemnatis et reprobatis per sanctitatem vestram; et ecclesiam sanctam Dei, pertinaciter remanere præsumpsi: et in ea, licet esset iuste et sancto per vos ecclesiastico interdicto supposita, celebraui sæpius, immo quantum in me fuit, verius profanaui.*

Dolet se ad legati imperiū ex Vrbe non exisse cum Bauarus esset ingressus.

Diuina contra fas celebrasse.

16 *Deinde cum idem perfidus Ludouicus datus in sensum reprobum se de facto fecisset Imperatorem a dictis Romanis perfidis coronari, et contra vos, beatissime pater, diabolicam et iniquissimam depositionis, immo verius abusionis, promulgasset sententiam, et pro eius diuersos temerarios, falsos nimium et iniustos; meque ad quorundam perfidorum principalium Romanorum, clericorum et laicorum instantiam eius sequacium vna cum certis de clero et populo perfidis eius complicibus et fautoribus ad hoc se-*

nisi sibi, quantum nobis immo toti ecclesiæ catholicæ super tua conuersione possit existere gaudium, quæ nedum tibi prodest ad meritum, sed & Deo ad gloriam, angelis ad gaudium, cunctisque cedit hominibus ad exemplum. Proculdubio tantum est & esse debet huiusmodi gaudium, quod lingua non posset illud de facili explicare.

Saluti futuram pluribus illi conuersionem.

Nec tu, fili, expers a gaudio debes esse: si enim est gaudium ad lucem venire de tenebris, & de crudelissimo liberari carcere, ac de iugo graui ad suaue transire; vtique tibi, in quo spiritualiter concurrunt præmissa omnia, ingens in Domino gaudium debet esse: nec quoad nos, nec quoad te, gratiarum debet cessare actio, nec vox laudis, immo debent illi, qui tam clementer tamque misericorditer nobiscum dignatus est agere, in corde & ore iugiter resonare; ac etiam ipsum suppliciter exorare, vt qui præmissa faciendi virtutem tibi tribuit, in ipsis quoque perseuerandi vsque in finem virtutem misericorditer largiatur. Gaude ergo, fili, in Domino, qui de tantis malis te liberauit & periculis, & gratiarum actiones non cesses agere; lætéque ad nos venire festina, sciturus indubie, quod nos pium patrem & clementem reperies, præterita in memoria non tenentem; sed te tractantem sicut charissimum filium & specialem amicum. *Dat. Auin. v. id. augusti anno xiv.*

11 Dum ille Niciæ subsistebat, imperiaque apostolica expectabat, vt Pisis egerat, in celebri præsulum ac virorum nobilium corona sacrilegio Petri sedem inuasisse fassus est a; iterque cœptum prosecutus, & in omnibus insignibus locis publice damnato crimine, vigesima quarta augusti die Auenionem ingressus, proxime insequenti in medio Cardinalium senatu, laqueo collo iniecto, vt narrat Ioannes Villanus b, magna animi demissione ad pontificios pedes prostratus, seque hæresi contaminatum fassus, condemnatoq; Bauaro, qui illum pseudopontificem crearat, admissa a se flagitia iniectumq; orbi Christiano impietatis exemplum exceratus, misericordiam implorauit. Conscriptæ sunt ea de re publicæ tabulæ in priuato secundo consistorio editæ c, cum in primo eoque publico ob adstantium multitudinem, ac strepitum Petrus scriptam de antipapatu eiurato formulam integram repetere non potuisset, ac pudore perfusus obmutuisset.

Eiuratum ab eo Niciæ pseudopontificium.

a To.8.p.1 ep. secr. pag.13. & p.2. pag 57

Pendente e collo laqueo ad Pont. pedes se abijcit.

b Io. Vill. l.10. c.164. Sur. l.7. c.13.

c Ext. in arc. S. Ang. & in M.S. arch. Vat. sign. lit. C. Nic. Card. de Arag. pag. 41. & in alio M.S. pag. 248. Apud Bosq. in vit. Io. xxII. & apud Con stab. [illegible] sleuch. Cardd.

Publicæ tabulæ de eiurato in publico consistorio pseudopontificio.

In nomine domini. Amen. Cunctis & singulis pateat euidenter, quod anno a natiuitate Domini MCCCXXX. *indictione* XIII. *Pôtificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Ioannis, digna Dei prouidentia Papa* XXII. *anno* XV. *die sexta mensis septembris constitutus personaliter coram ipso domino nostro Papa in priuato consistorio, præsentibus & assistentibus eius reuerendis in Christo patribus dominis Cardinalibus eiusdem sacri collegij, nec non alijs testibus, & nobis clericis cameræ suæ publicis tabellionibus infrascriptis; frater Petrus de Corbario ordinis fratrum Minorum ex sua certa scientia, gratis, & spontanea voluntate, ac motu suo proprio libere facta & exhibita reuerentia humili & deuota, sæpius genibus flexis, eidem domino nostro Papæ, ac dominis Cardinalibus in eodem consistorio præsentibus, testibus dominis Gasberto Arelatensi, Bertrando Ebredunensi archiepiscopis, Bertrando Stephani electo Regensi, Bindo Leuiardo, Manuele domini Papæ notarijs, Gaufrido Cauallicensi, Petro Carcassonensi, Ildebrandino Paduano episcopis, Hellone magistro maiore hospitalis Ierosolymitani, Guidone dalphino Viennensi Ioanne comite Forensi, Gerardo de Lalo, et Bernardo Grauerij cappellanis apostolicis; in effectu proposuit & legit per ordinem, sicut denotantur inferius omnia & singula, quæ sequuntur.*

12 *Pater sanctissime, sicut vestra tenet memoria, nec excidit a mea, die vigesima quinta mensis augusti proxime præteriti ego frater Petrus de Corbario ordinis fratrum Minorum, in vestri sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Ioannis, superna prouidente clementia sacrosanctæ Romanæ & vniuersalis ecclesiæ summi Pontificis, veri & vnici vicarij Iesu Christi, sacrique collegij vestri* RR. *in Christo patrum dominorum Cardinalium præsentia; nec non præsente fidelium tam prælatorum & religiosorum quam aliorum clericorum & secularium multitudine copiosa in consistorio publico, quantum ad sententiam, & effectum recognoui & confessus fui, reprobaui, anathematizaui, refutaui, & renui omnes & singulos errores & hæreses, in quibus incideram hactenus ex assumptione damnati & hæretici ac schismatici status antipapatus, per me erronee & inique dudum assumpti ab hæretico & schismatico Ludouico de Bauaria, & nonnullis fautoribus suis eius complicibus in hac parte schismaticis & hæreticis condemnatis; nec non ex damnabilibus fautorijs & adhæsionibus ipsorum & plurium aliorum hæreticorum, & specialiter Ludouici prædicti & Michaelis de Casena olim generalis ministri ordinis antedicti, pessimorum hæreticorum & schismaticorum reprobatorum per ecclesiam sanctam Dei, multorumque sequacium, complicium, & fautorum suorum, quibus in eorum factis peruersis, ac falsis opinionibus & damnatis faui sæpius damnabiliter & adhæsi; illosque ac quoscumque alios errores & hæreses abiuraui, iurando ad sancta Dei euangelia, mentaliter & corporaliter per me tacta, præmissa omnia & singula inuiolabiliter obseruare, ac mandatis sanctæ matris ecclesiæ et apostolicis per omnia obedire.*

Ludouici & Michaelis errores se suscepisse plangit.

13 *Sane eum tunc fatigatus ex labore, debilitatus in vigore, angustiatus in dolore, & confusus ex rubore, confractusque ex itinere ac timore, impeditus in clamore, extinctus in deuotione, mortuus tandem in amore, eo quod dilexi dudum malitiam super benignitatem, & iniquitatem magis quam loqui æquitatem, iusto Dei iudicio obmutuerim euidenter, & sicut volui non potuerim omnia exprimere supradicta, nec vos etiam forsan, beatissime pater, vna cum dicto sacro vestro collegio dominorum Cardinalium prædictorum ea plene propter tumultum assistentium, & dicta impedimenta mea, intelligere potuistis; ideo latius in præsenti priuato consistorio, resumptis confortatiuis viribus, postquam de benignitate & humilitate clementia sanctitatis vestræ apparuit, quoniam non ex operibus iustitiæ, quæ nunquam feci actualiter, sed secundum magnam Dei & vestram misericordiam me saluastis, & operuistis omnia mea scelera & peccata, laborem meum oppressiuum sedando pacifice, & vigorem perditum mihi restituendo integre, & dolorem afflictiuum dulcificando consolatiue, ruboremque confusiuum laudabiliter remouendo, ac timorem meum confortando viriliter, & clamorem meum raucum sanando celeriter, extinctamque deuotionem meam suauiter inflammando, & amorem meum mortuum viuificando; cum confidentia securitatis pacifice & benigne prædictos errores & hæreses, ac omnia & singula scelera & delicta mea iniquissima & nefanda proponere confidi, publicare & legere volo in scriptis, ut cer-*

Vt in primo consistorio obmutuerit, & quibus de causis.

Pontificia in eum clementia.

attribuendis data Pisano archiepiscopo & electo Lucano imperia, donec ipsi vberius consultum esset.

8 Porrexerat etiam alias in eiusdem Cobarij gratiam preces Bonifacius, quas Ioannes non admisit, respònditque a: *Ad id quod in calce tuæ literæ continetur, scilicet quod nisi ea, quæ pro eo postulabas, sibi primo faceremus, & super ipsis apostolicum mitteremus priuilegium, vehementius dubitabas ne a tali facto dictus Petrus resiliret proposito, & in pertinacia longanimi perduraret; respondemus, quod si de puro corde suo processerant quæ nobis per suas literas nunciauit, de hoc non est in aliquo hæsitandum: si vero non de puro corde processerint, sed de facto, vide fili quantum esset ecclesiæ sanctæ Dei periculum sibi concedere postulata: iam enim si præmissa postulet, quæ pro eo per tuas literas postulasti, cor suum nequaquam detegit, & quantum peruerse se facturum disposuerit, pandit. Vnde, fili, in hoc nec tu, nec fidelis aliquis debes annuere, nec impertiri sibi fauorem aliquem; sed ipsum illis, quos ad hoc deputauimus per nostras alias literas, debes, inuitum etiam assignare.* Tum rescindit omnia sacramenta quibus se Petro in rei catholicæ iniuriam deuinxisset. *Dat. Auin. III. id. iulij anno XIV.*

a To. 7. p. 2. ep. secr. pag. 11. Alias postulationes postulat, sed repellitur

Vrsit alijs literis eodem die exaratis Bonifacium, vt inuitum traderet: *Cum non sit*, inquit, *cum tanto discrimine eius pertinaciæ indulgendum, venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Pisano & episcopo Lucano, vel eorum alteri, vbi ambo vel nollent vel non possent his intendere, nostro & ecclesiæ Romanæ nomine debeas assignare.* Et infra: *Gratia domini nostri Iesu Christi sit tecum, quæ tibi gratiam tribuat, vt quæ iuste petuntur & suadentur, fideliter, sublato vlterioris moræ dispendio, exequaris.* Tum omnia promissa, si quæ fecisset, etiam iureiurando firmata, quæ in ecclesiæ detrimentum vergerent, dissoluit, infregitque. *Dat. III. id. iulij anno XIV.*

Monitus Bonifacius, vt inuitū etiam tradat.

9 Gessit morem pontificijs imperijs Bonifacius. Præscripsit vero Ioannes Simoni Pisano archiepiscopo b modum, quem in Petro e Corbaria ad ecclesiæ gremium reuocando tenere deberet.

b Ib. pag. 7

Ioannes, &c. Simoni archiepiscopo Pisano.

Primo in tua præsentia & venerabilis fratris nostri Lucani episcopi, vel alterius vestrum, si forsan amborum præsentiam abhorret; nec non & illorum, in quorum præsentia frequenter esse ac fuisse noscitur, recognitis erroribus & etiam abiuratis, per vos sibi absolutionis beneficium impendatur: deinde in præsentia multorum prælatorum, religiosorum & clericorum, nobilium & ignobilium, vsq; ad numerum, de quo vobis & dilectis filijs nobilibus viris Bonifacio comiti de Donoratico ac Timucio eius baiulo expediens videretur, teneat & faciat iterum supradicta; sibiq; postmodum absolutionis beneficium impendatis, ac sub virtute iuramenti præstiti iniungatis, vt infra certum competentem terminum eidem præfigendum, cum illis, quos eidem vos vel alter vestrum, vbi ambo circa hoc intendere non possetis, assignandos duxeritis, se nostro conspectui personaliter repræsentet; alioquin in easdem ipso facto pœnas & sententias relabatur, & proinde infecta præmissa absolutio habeatur.

Præscriptus modus admittendæ ab eo schismatis eiurationis.

Hoc autem fraternitatem tuam volumus non latere, quod literam dicti Petri nobis missam ad Dei laudem & gloriam fratribus nostris in consistorio legimus, quam vtique, vt apparebat, audiuerunt cum gaudio, & Deo de tanta misericordia, quam circa eundem Petrum exercebat, gratias retulerunt, deuotionem mittentium plurimum in Domino commendantes. Ad hæc quia inter alia tenor continet literæ supradictæ, quod idem Petrus proponit firmiter in ciuitate Pisana & in Vrbe etiam, ac vbique locorum, vt eius verbis vtamur, renuere *, sicut nos decreuerimus ordinandum, videtur nobis, sibi & ecclesiæ catholicæ plurimum expedire, vt suis recognitis Pisis erroribus & etiam abiuratis, quæcumque vt Papa præsumpsit facere, esse nulla; sicut & sunt, publice recognoscens iuxta modum, quem tu & dictus episcopus, vel alter vestrum, vt prædicitur, ordinandum duxeritis; ad nostram non tardet præsentiam se conferre: nullibi siquidem de iniuria illata Deo & ecclesiæ melius potest satis facere idem Petrus, quam vbi Christi vicarius noscitur & ecclesiæ caput esse: nec alibi sic nostrum fauorem percipere poterit, nec securius, si recte consideret, immorari. *Dat. Auinione III. id. iulij anno XIV.*

Iussus Petrus e Corbaria publice acta sua damnare. * id est abiurare antipapatū & hæresim

9 Extant quoque apostolicæ literæ a, quibus eidem Simoni archiepiscopo & Guillelmo designato episcopo Lucano est prouincia data, vt Petrum e Corbaria, damnatis rite ab eo erroribus, censuris exoluerent: tum a quorumcumque præsulum auctoritate liberum pronuntiarent b: restituerent c piorum cœtui omnes, qui ipsum iam ante excepissent, redeuntesque ad ecclesiæ sinum pœnis ac sententijs, quibus essent irretiti, liberarent. Corbario autem sacerdotis, apud quem conscientiæ maculas expiaret, eligendi potestatem fecit. d

a Ead. t. 7. p. 2. ep. secr. pag. 10. & pag. 12. b Ead. pag. 12. c Pag. 8.

10 Ipsum porro eiurasse Pisis solemni ritu antipapatum, atque omnia in Christi vicarium a se gesta damnasse, edita e a de re publica acta ac literæ pontificiæ e testantur: vtque apud subsellia apostolicæ commissa scelera expiaret, quarto aug. sti die a Pisanis & comite Bonifacio, vt refert Ioannes Villanus f, firmatis nonnullis conuentis, quæ antea a nobis indicata sunt, pontificijs administris, qui duas triremes ad iter instruxerant, traditus est: ac secundis auris afflantibus secundo die Niciam in Prouincia applicuit. Quo accepto nuntio Pontifex, patris euangelici prodigum filium excipientis instar, magno se ex illius aduentu delibatum gaudio significauit, g atque ad constantiam in suscepto optimo consilio ipsum excitauit, cum ea magno vsui in extinguendo schismate, atque innumeris animabus e laqueis dæmonum eripiendis, traducendisque ad Christum futura esset.

d Pag. 13. Pisis antipapatum publice ponit. e T. o. 8. p. 1. ep. secr. pag. 23. Traditur pontificijs nuntijs. f Io. Vill. l. 10. c. 164. Niciam nauigat. g To. 7. p. 2. ep. secr. pag. 12.

Petro de Corbario ordinis fratrum Minorum.

Læti percepimus hodie te, iter spontanee prosequentem, ad nostram veniendi præsentiam lætum & incolumem Nicæam peruenisse. Profecto, fili, talis aduentus cor nostrum exultatione repleuit & gaudio non indigne: si enim patri cedat ad gaudium videre filium inuentum fuisse, qui perierat, vel qui fuerat mortuus reuixisse, cuius tamen inuentio vel reuictio paucis, aut forsan nulli fuerat profutura; quantum putas tua inuentio & a morte spirituali resuscitatio in nobis possit & debeat peperisse gaudium, de cuius inuentione & resuscitatione multorum salus probabiliter spectatur? Rursus si angelis est gaudium super vno peccatore agente pœnitentiam, cuius forsan pœnitentia futura non esset vtilis nisi

Pontificis ad illum lit. paterni amoris significatione plenæ.

In suscepta pia mente cō firmatur.

qui cum omni propitudine & reuerentia studeas. Et quia sæpe nocuit differre paratis, sæpeque vidimus tempus a mane vsque ad vesperam immutari; sano tibi suademus consilio, vt mortæ cuiusuis vinculis interruptis & laqueis, de tenebris ad lucem, ac de morte ad vitam exire ac peruenire festines, nihil hæsitans quin nos, si compensaueris facta dictis, reperies patrem pium, benignum, & propitium, & omnium tuarum immemorem offensarum, &c.] Subiungit vt cum se ad gesta damnanda Pisis, Romæ, vel in alijs locis paratum obtulerit, plurimum rei catholicæ conducere, vt Pisis ea omnia, quæ Pontificis in morem peregerit, abiuret; seque ad Apostolicam sedem conferat, vt apud eam iniurias ecclesiæ illatas farciat, gratiamque pontificiam ineat. *Dat. Auin. III. id. iulij anno XIV.*

Pollicetur veniã

5 Mollioribus hisce verbis Petrum Corbarium ad schisma eiurandum pellicere maluit, cum ex ea facilius reliquos schismaticos veritatis luce collustrandos, redituros que ad sinum ecclesiæ spes affulgeret, quam si cum ipso verbis durioribus egisset, iisque lacessitus in peruicacia obriguisset. Quamuis enim, si obfirmatus in scelere fuisset, certa manerent illum supplicia; sequaces tamen in schismate non parum confirmasset: quam ob causam Pontifex ab alijs literis, in quibus atrocissima eius flagitia recensebat, vt ad crimina lacrymis expianda ipsum adduceret, mittendis supersedit. Extant eæ in pontificio regesto a in cuius pagina marginali hæc verba apposita: *Ista non processit*. Eam tamen literarum partem afferre operæpretium ducimus, in qua scelera exprobrat, plurimaque historię lux afferenda videtur.

Cur Pontifex misericordia potius quam seueritate vti maluerit.

a Eod. p. 2. pag. 9.

Prætermissæ literæ obiurgatoriæ.

Ioannes, &c. Petro de Corbario ordinis fratrum Minorum, quod cœptum est laudabiliter, feliciter consummare.

Tuæ quidem personæ conditio reddit offensam huiusmodi vtique multipliciter grauiorem: eras enim vir religionem professus subditam singulariter Apostolicæ sedi: vir ætatis prouectæ, scripturæ diuinæ nequaquam inscius, & qui diu moram traxeras in religione prædicta. Grauitatem offensæ te non credimus ignorare: tunicam quippe Christi inconsutilem tentasti scindere, quod tamen gentiles milites facere vitauerunt, ipsumque pontificatu suo, qui in æternum permanet, voluisti priuare, vicariatum suum ab excommunicato recipiens & priuato omni iure, si quod competebat sibi ex electione in Imperatorem de ipso celebrata in discordia & de hæresi condemnato; dogmatizans & asserens publice, quod ad illum pertinebat Papam deponere, & ordinare alium, per hoc incidens in hæresim iam damnatam. Dignitates quoque tam cardinales, quam pontificales & alias inferiores, tam seculares quam regulares; nec non & alia inferiora beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura, amotis interdum ab eis de facto fidelibus, hæreticis de facto seu hæreticorum fautoribus & schismaticis in animarum suarum periculum prouidisti. Officiales insuper iuxta morem summorum verorum Pontificum ad indulgentias & dispensationes reseruatas sedi Apostolicæ, immo etiam quæ non consueuerunt per sedem eandem fieri; timore Dei postposito, facere ac concedere ausu nefando & temerario nimium præsumpsisti. Hæreticos quoque & schismaticos, ac hæreticorum & schismaticorum fautores non erubuisti per te, vel alium, seu alios promouere.

Circumstantiæ Corbarij crimen augentes.

Ludouici hæresis cõfirmata.

Schismatici & hæretici ad episcopatus promoti.

6 Nunquid per hæc Christi tunica scindebatur? Nunquid sponsa Christi sancta Dei ecclesia quantum in te erat, tradebatur stupratoribus ad stuprandum? Nunquid per hæc via ad subuertendam sanctam Dei ecclesiam fidemque catholicam parabatur? Nunquid per hoc erat via parata hæreticis ad suas hæreses prædicandas publice, & simplices a veritate fidei reuocandum? Nunquid negabas Christum Pontificem? Nunquid sponsam suam, quantum in te fuit, exponere prostibulo attentasti? Nunquid schismaticum & hæreticum, immo hæresiarcham & hæreticorum patronum publice te fecisti? Nunquid in locis interdicto suppositis tam in Vrbe quam in tota Italia, quantum in te fuit, coegisti profanare diuina? Nunquid tentasti fideles suis priuare prælationibus & dignitatibus & beneficijs ecclesiasticis, & ad illos fautores hæreticorum, seu hæreticos promouere?

Catholici vexati.

Profecto, fili, graues & atroces offensæ sunt istæ: & tamen hæc omnia bonitatem Dei non retrahunt, quin de tua salute sit solicita, & quin cor tuum, vt defectus tuos recognoscat, illuminet; vt sic pedes tuos ad viam veritatis conuertere non omittas. Si enim a corde tuo puro processerint quæ continet epistola supradicta, tenemus indubie, supposito quod a corde tuo puro processerint supradicta, quod Spiritus sanctus in eius confectione affuerit; quinimmo quod non a te, quæ in ea scripta sunt, sed ab eodem in te loquente Spiritu emanarint, &c. *Dat. III. id. iulij pontificatus nostri anno XIV.*

Adhortatio ad execrationẽ flagitij.

7 Actutus porro interpretem Bonifacius comes pro restituendo in gratiam Pontificis pseudopapa, primum illius vitæ ac saluti cauere studuit, obtinuitque facile ex innata ecclesiæ mansuetudine, quæ tunc maiorem explicuit clementiam, quo atrocius lacessita ac læsa fuerat; hæc enim eidem comiti Pontifex rescripsit a: *Volumus indubie te tenere, quod si deputatis a nobis ipsum spontaneus duxeris assignandum, eidem vitam seruabimus; & si in prædictis perstiterit, ipsum gratijs & fauoribus prompto animo prosequemur: si autem ipsum inuitum duxeris eidem assignandum, adhuc sibi vitã, vt tuis satisfiat desiderijs, seruabimus; & si a deuijs resipuerit, ipsum gratijs nostris & fauoribus non relinquemus expertem. Dat. III. id. iulij anno XIV.*

Cautum antipapæ vitæ.

a Eod. p. a pag. 10.

Commendauit alijs literis b Bonifacij ac Timucij illius præfecti præclarum in ecclesiam studium, flagitantique comiti nonnulla in Petri gratiam, ac primum vt omnium criminum nexibus tam occultis quam manifestis absolueretur; Ioannes hæc respondit c: *Attendentes quod ad talem misericordiam sine peccatorum confessione potestas nostra, etiam vt ministri, se nequaquam extendit, quod postulasti nequiuimus adimplere. Sed ecce quod volentes eius prouidere saluti, tuaque annuere voluntati, sibi per nostras patentes literas,* extant eę in eodem regesto pontificio, *indulgemus, quod postquam errores suos recognouerit, secundum formam contentam in nostris literis alijs eligere possit confessorem idoneum, qui audita eius confessione sibi possit absolutionis beneficium iuxta formam d ecclesiæ impertiri.* Adiecerat alia petita, vt nullius quam Romani Pontificis auctoritati obnoxium illum fore decerneret; tum etiam aliqua stipendia ad tolerãdam vitam attribueret, quibus amplissime annuit Pontifex: tria enim aureorum millia ex ęrario pontificio illi annis singulis pendenda constituit; ex quibus illi ac-

b Eod. pag

c Ib. pag. 11.

Censuris post eiuratum scelus liberandus

d Ext. ib. pag. 12.

Tria aureorum millia eidem annua promissa.

a To. 7. p. 2 ep. secr. pag. 49.

Antipapæ latebræ.

b Bosq. in Io. XXII.

dissipata a est, e Pisana vrbe: auxitque fugitiui antipapæ pauorem, Pisas in veri Christi vicarij obsequium procubuisse, ac tum fugam ad Bauarum est molitus; vrgenteque terrore, ne caperetur a catholicis, latebras quæsiuit. Rem accurate narrat ex Bernardo Bosquetus b his verbis: *Post recessum Bauari de ciuitate Pisana, callide cogitans*, nimirum Tarlatus nobilis Gibellinus Pisarum præfectus, *sibi appropriare dominium ciuitatis, de voluntate ciuium Pisanorum, qui erant de tyrannide Bauari grauati multipliciter & afflicti, cœpit tractare de pace cum potestate, ecclesia, & ciuibus Florentinis. Et tunc dederunt commeatum prædicto Petro antipapæ, vt inde recederet & abiret: cumque peteret a prædicto Tarlato, vt sibi prouideret de securo conductu, donec peruenisset ad Bauarum, qui adhuc erat in partibus Lombardiæ, negauit Tarlatus: & tunc prædictus antipapa secretius dedit seipsum in manibus Bonifacij comitis Nouelli de Donoratico Pisani; & ipse Bonifacius fecit eum de nocte occulte duci cum quodam suo anticardinali fratre Paulo de ordine fratrum Minorum ad vnum castrum suum in maritima, quod vocatur castrum de Vrgari, quod distat a ciuitate Pisana per* XXXV. *milliaria; vbi cum prædicto Paulo anticardinale occultus latuit circiter per tres menses. Verum cum ciues Florentini quacumque ex causa duxissent exercitum gentis suæ versus partes illas, dubitans & timens dictus Bonifacius comes, ne hoc facerent, vt prædictum antipapam scirent ibi latere, & quærerent ipsum antipapam habere; fecit eum quanto potuit occultius reduci ad domum suam in ciuitate Pisana, vbi tenuit eum absconditum & occultum, &c.*

Vt antipapa ad Bauarum se conferre nisus sit.

Bonifacio comiti se crediderit.

Aliquandiu latitarit.

2 Interim Pontifex extinguendi schismatis cupidus ac restituendæ ecclesiæ pristinæ tranquillitatis, omnem operam defixit, vt abditiores recessus, in quos se condidisset antipapa, scrutaretur, & omnes, qui illum occultatum tenerent, vel vt capesseret fugam præsidio essent, bonorum priuationis terrore & censurarum religione perculit: tum illius comprehendendi Simoni archiepiscopo Pisano, episcopo Florentino, & electo Lucano kal. martij prouinciam dedit. Excurrente breuissimo a datis hisce imperijs tempore, eductus est ex impuro latibulo suo coluber: dum enim Pisanorum oratores in pōtificia aula versabantur, percrebuit Petrum Corbarium in comitis Bonifacij e Donoratico potestate esse. Quem mox, accepta certissima rei fama, Ioannes literis est adhortatus c, vt illum, vt loquitur, *gehennæ filium atque alumnum maledictionis*, ad sedem Apostolicā adducendum traderet: tum grauissima pericula proposuit in quæ se suosque conijceret, ni apostolica iussa faceret. Quæ literæ hac nota loci ac temporis sunt consignatæ. *Dat. Auin.* VI. *id. maij pontificatus nostri anno* XIV. Pontificis parendum decreuit Bonifacius comes, quem detinuisse antipapam arcana diuini Numinis prouidentia perpendit Ioannes d: *Ne*, inquit, *dictus Petrus antipapa, se transferendo ad partes alias, posset Dei ecclesiam cum suis sequacibus vlterius perturbare, suscitauit Deus spiritum Danielis in dilectum filium nobilem virum Bonifacium comitem de Donoratico, vt ipsum Petrum reciperet & custodiret, ne posset proficisci alibi, vt sic malis, quæ inde possent subsequi, obuiaret.*

Vestigandi illius Florentino & Lucano episcopis data prouincia.

Bonifatius e Donoratico monitus, vt illū tradat.

Detectæ latebræ antipapæ, c Rad. p. 2. ep. secr. pag. 6.

Diuina in retinēdo antipapa prouidentia.

d Ep. secr. pag. 57.

e Ext. inserta in pontif. lit. to. 7. p. 2. ep. secr. pag. 8.

Antipapa pœnitens.

3 Tentus vero in liberali custodia Corbarius pseudopontifex, cum diffugia aucupari non posset, pontificiam misericordiam tentandā putauit: atque ad eam conciliandā demissas hasce literas e transmisit, quibus antipapatus correpti crimen execratus est, ac Ioannem verum Christi in terris vicarium agnouit.

Reuerendissimo ac sanctissimo patri & domino, domino Ioanni Papæ sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, frater Petrus de Corbario, dignus omni pœna, seipsum ad pedes cum reuerentia vera subiectionis.

Licet, secundum canonem euangelicæ veritatis, qui non intrat per ostium in ouile gregis dominici fur appelletur & latro rapacitatis lupinæ, audiens & considerans diligenter tanta enormia scelera prauitatis hæreticæ stylo ferreo exarata in vngue adamantino, quanta dicebantur a multis de vestra solida fide, sicut præsumptuosus, temerarius, & superbus ascendi super astra cæli ecclesiastici, vbi mihi meis peccatis exigentibus parata fuit sedes iniquæ prælationis; sed postquam deueni ad territorium Pisanum, & quæsiui diligentissime de prædictis, & inueni quod obliqua erant & falsa, & deficiebant in pondere veritatis, dolui & doleo vehementer, & pœnitet me fecisse quæ feci contra iura & leges vestri sacratissimi nominis de consilio peruersorum. In cuius rei testimonium iam est annus completus, quod aduersarium vestrum dimisi sponte, & sedem mei præsumptuosi culminis dereliqui: & propono firmiter in ciuitate Pisana & etiam in Vrbe, atque vbique locorum renuere *, secundum quod vestra benignissima sanctitas decreuerit ordinandum. Et quia grauissime peccaui & erraui patenter in inuio & non in via, supplico vestræ clementissimæ pietati quatenus mihi maximo peccatori dignemini parcere secundum multitudinem magnam misericordiæ Dei viui, vt rediens ex totis visceribus reliquias deleam & anihilem supradictorum de cordibus vnuiuersorum fidelium, & ora claudam omnium obloquentium de vestra serenissima sanctitate; & ecclesiæ Dei de cætero sit vnus pastor & vnum ouile pro pace totius populi Christiani. *Datum in confinibus Lucanorum.*

Eiurat hæresim.

Et pseudo pontificatum.

Spondet vbique locorū professurum se deliquisse.

* id est abiurare scelus

Veniam flagitij implorat.

4 Hæc Petrus e Corbaria in clientum ecclesiæ potestatem lapsus demisse scribebat, qui dum Ludouici Bauari potentia nitebatur, Pontificem Ioannem e Caturco, hæreticum & exauctoratum appellabat, atque inanibus anathematum suorum fulminibus percutere nitebatur: illum tamen seu vere siue in speciem resipiscentem paterno sinu excipere decreuit Pontifex, vt subiecto diplomate ipsemet testatur a.

a To. 7. p. 2 ep. secr. pag. 8.

Ioannes, &c. Petro de Corbario ordinis fratrum Minorum, quod cœpisti laudabiliter, feliciter adimplere.

Profecto, fili, ex dictarum serie literarum percepimus tibi immensam exultationis & gaudij materiam ministratam. Nunquid non ingens materia gaudij, quod tibi ambulanti in tenebris, & quasi in profundum malorum prolapso, lux illa vera, quæ omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, illuxisse videtur, manumque suam tibi, vt de profundo malorum exeas, misericorditer porrexisse? Sane quia affectum paternum non prætereunt commoda filiorum, nos expertes non sumus illo gaudio; quod vtique inane existeret, si quod cœpisti laudabiliter Spiritus sancti gratia, feliciter non compleres. Et quoniam nemo ponens manum ad aratrum, retro respiciens, aptus est regno Dei; hortamur in Domino & rogamus, vt attente prouideas, ne spiritum tam benignum extinguas: sed ipsum in te nutriens, eius inspirationes exequi

Pontificis ad pœnitentem antipapā responsū.

Hortatur, eum, vt Spiritus sancti afflatibus pareat.

exemplis & operibus euocetis. *Dat. Auin. III. kal. octobris anno XIV.*

97 Excitati etiam literis apostolicis omnes Christiani, qui in Perside versabantur a, vt in diuino amore ac religione constantes persistarent: tum Zacharias archiepiscopus S.Thadæi Apostoli e Coratesia in Perside ad zelum in fide proferenda inflammatus b. Incumbebant vero magna laude ad traducendos ad Christũ eos populos Dominicanæ ac Franciscanæ familiarum religiosi viri, qui plures Persas ab errorum tenebris in altissimam euangelij lucem eduxere. Denique Pontifex apostolico impulsus zelo, vt omnes barbaros ad cultum diuini Numinis conuerteret, Tartarorũ Imperatorem, proposita orthodoxæ fidei formula, ad eam amplectendam hisce literis solicitauit c. Miserat enim oratores Imperator ad Apostolicam sedem, vt sacerdotes & episcopos ad ipsum ac Tartaros fide Christiana excolendos deposcerent.

a Ex Ind. an. 14. p. 1. ep. com. 70. Inter Tartaros aucta religio b Ibid. ep. 69 c Ib. ep. com. 280.

Magnifico viro Elchigadan Imperatori Tartarorum Corassan, & Turquestam ac Indostan, gratiam in præsenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

Pastoralis officij commissi nobis a Domino debitum exigit, vt excellentiam tuam ad ea, quæ tuæ salutis profectus respiciunt, tibique titulos laudum adscribunt, solicitis inducamus studij, & affectuosis exhortationibus excitemus. Licet igitur verbum crucis, ac vniuersalis redemptionis humanæ salutiferum venerandumque præconium per apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiuerit, & ad vniuersos orbis fines sonus doctrinæ peruenerit salutaris; tamen personam tuam eo specialius lucrifacere Domino cupimus, mentisque tuæ oculos cognitione veræ & catholicæ fidei illustrare, quo propter beneficia & multa solamina, quæ in terris dominio tuo subiectis exhibes Christianis, te magis præcipua affectione prosequimur, tuosque spirituales prouentus ardentius affectamus; quoue etiam spes certa nobis impenditur, quod ad fidem catholicam, faciente illo, in cuius manu corda sunt hominum omnium, facilius conuertaris. Non enim procedit nisi ex superni luminis gratia, quæ sicut credimus, oculos tuæ mentis aperuit ad exercendum erga renatos fonte baptismatis pietatem, quod tu dilectos filios fratres Prædicatorum & Minorum ordinum, fideles operarios Iesu Christi, in partibus orientis euangelizantes in feruore spiritus verbum Dei, benigne suscipis, deuote pertractas, & officium eis hilaris hospitalitatis impendis. Colligimus etiam ex alijs tuorum laudabilium operum floribus tuæ deuotionis insignia, qui nuper duos fratres eiusdem ordinis Prædicatorum, venerabilem fratrem nostrum Thomam nunc episcopum Seniscantensem cum vno socio eiusdem ordinis speciales nuncios tuos ad Apostolicam sedem deuote & humiliter destinasti, petens & cupiens tibi per literas apostolicas benedici, ac etiam de fide catholica informari. Laudabilia igitur vota tua gratis affectibus complectentes, eundem Thomam ad statum proueximus pastoralem, curam animarum, quas ad gregem suum in ciuitate Seniscantensi cælestis pietas iam vocauit, vel vocabit in posterum, eidem Thomæ episcopo auctoritate apostolica committentes. Et vt catholicæ fidei series tibi plenius innotescat, eam tibi annotatam præsentibus destinamus, quæ talis est.

Imperator Tart. fauet Christianis. Acta illi a Pont. gratiæ.

98 Et quidem credimus sanctam Trinitatem Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, &c. [Eadem a est fidei formula quæ ad Armenos antea transmissa est, vsque ad hæc verba:] Sua tamen prærogatiua tam in generalibus concilijs, quam in quibuscumque alijs semper salua. Ideoque magnificentiam tuam rogamus & hortamur attente, quatenus sedula meditatione recogitans, quod fragilis est & caduca humanæ naturæ conditio, plena periculis, exposita casibus, instabilis status eius; considerans etiam, quod a lege mortis, mordentis omnia, nullus excluditur, promptus assurgas, præsto te offeras, paratus accedas ad agnitionem Christianæ fidei, & suscipiendum baptismatis sacramentum ad laudem diuini nominis, tuæ salutis profectum, & augmentum fidei supradictæ, vt lucis suæ radio illustratus, te solerter exerceas ad eius fines laudabiliter ampliandos, vt post vitæ præsentis excursum a porta inferi libereris, & eius diris cruciatibus, pœnisque grauissimis euitatis, æternæ beatitudinis præmia perpetuis duratura temporibus consequaris. Ad hæc multæ benignitatis affectum quem, sicut prædiximus, Latinis Christianis, in partibus illis morantibus & illuc accedentibus, fauorabiliter exhibes, vberibus gratijs prosequentes petimus, vt affectum huiusmodi tua nobilitas continuet circa illos & cæteros alios, qui fide imbuti fuerint orthodoxa. Cæterum instanter rogamus, vt eundem Thomam episcopum, & omnes catholicos antistites, in dictis partibus commorantes, & qui illuc accedent in posterum; nec non præfatos Prædicatorum & Minorum ordinum professores, ad dictas partes non alicuius commodi temporalis obtentu, sed solum pro lucrifaciendis Domino animabus non absque grauibus laboribus & periculis accedentes, benigne pertractes, iucunde recipias, prædicationes ipsorum aure cordis efficaciter audias, ipsosque per tuos subditos similiter facias benigne suscipi & tractari; vt bonorũ omnium Retributor mentem tuam aperiat, te beneplacitis suis coaptet, tuosque labores in eius obsequium præstitos non solum temporalibus, sed etiam spiritualibus præmijs recompenset. *Dat. Auin. IV. nonas nouembris anno XIV.*

Fidei catholicæ descripta formula. a Ex. an. 1318. n. 10 & seq.

Propositũ felicis immortalitatis præmium.

Profecti etiam sunt in Æthiopiam præcones euangelici: missisque literis præfixa hac salutatione, *Gratiam in præsenti, quæ perducat ad gloriam in futuro*, Æthiopum Imperatorem Pontifex ad vetam religionem allicere studuit: b cum vero illæ eadem pene verborum formula conceptæ sint, qua transmissæ ad Trapezuntinum Imperatorem, repetendæ non visæ sunt.

b An. 14. p. 1. ep. com. 273.

IESV CHRISTI
Annus 1330.

IOANNIS PP. XXII. annus 15. VAC. IMP. OCCID. 17. ANDRONICI IMP. ORIEN. 47.

1 Affulsit ecclesiæ felix annus a partu Virginis millesimus trecentesimus trigesimus, indictione decima tertia, quo pestiferum schisma, Petro Corbario scelus damnante, ac Ioannem, quem antea vt hæreticum immani vesania damnauerat, verum Christi vicarium solemni ritu ac ingenti demissione agnoscente, sedatum est. Cuius historiæ longam adducturi seriem, temporum ordinem seruandum putauimus. Subduxerat a se anno superiori Petrus fuga præcipiti cum reliqua schismaticorum & hæreticorum colluuie; quæ mox piorum metu dif-

Schismatis abolitio.

a To. 7. p. 1. Ab secr. pag. 121.

Ioannes, &c. dilecto filio Ioanni de Florentia electo Tephelicensi.

In Georgia Tephelicæ conditus episcopatus.

Nuper ad dilatationem fidei Christianæ cultumque diuini nominis ampliandum, suadentibus etiam alijs rationabilibus causis, locum insignem Tephelicensem nuncupatum, in regno Iorgianorum constitutum, de fratrum nostrorum consilio, & apostolicæ plenitudine potestatis in ciuitatem ereximus, ipsamque vocabulo insigniuimus ciuitatis & ciuitatem Tephelicensem volumus perpetuis futuris temporibus nuncupari; ac de consilio & plenitudine antedictis decreuimus & constituimus, in ciuitate ipsa fore constituendam ecclesiam cathedralem, eamq; dignitatis episcopalis titulo decorandam. *Et infra*: In te ordinis fratrum Prædicatorum professorem, in sacerdotio constitutum, in sacra pagina eruditum, qui conditiones & qualitates illarum partium præsentialiter & palpabiliter expertus, & per tuam sationem verbi diuini multorum iam fidelium lucrifecisse animas diceris domino Iesu Christo; cuique sacræ religionis zelus, vitæ munditia, morum grauitas, discretionis maturitas, aliaque dona virtutum, prout etiam testimonia fide digna perhibent, commendabiliter suffragantur, oculos conuertimus nostræ mentis: quibus omnibus debita meditatione discussis, de persona tua ecclesiæ præfatæ de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica prouidemus, &c. *Dat. Auin.* XIV. *kal. nouembris anno* XIV.

Io. Flor. ord. Præd. institutus episcopus eius eccl.

95 Ad reuocandos etiam ad sinum ecclesiæ a diuturno schismate Asiaticos Græcos, Ioannes religiosos viros zelo ac scientia præditos transmisit in Galatiam & Cappadociam, qui populos vera religione excolerent; tum Imperatorem Trapezuntinum ad redintegrandam ecclesiæ Asiaticæ cum Romana coniunctionem excitauit [a].

Trapezuntin' Imp. ad eccl. Rom. cõiunctionẽ solicitatus

a An. 14. p. 1. ep. 46. 335.

Magnifico viro Trapesundarum Imperatori, gratiam in præsenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

Licet votis zelemur ardentibus, vt cunctis mortalibus, quos Dei Filius Iesus Christus suo sanguine pretioso redemit, cælestis gratiæ radius illucescat, & salus votiua proueniat animarum, vt hostis antiqui, semper quærentis vt noceat, elusa nequitia, supernæ beatitudinis gloria, quam non sufficit capere intellectus humanus, quamque Saluator noster, a quo vniuersorum charismatum dona manant, se diligentibus repromittit, in suauitatis fœcundæ dulcedine perfruatur; hoc tamen profundius perpeti cura reuoluimus, hoc sitimus ardentius, hoc in solidæ charitatis ardore crebris orationibus postulamus, vt inter omnes, quos regenerauit vnda baptismatis, cesset scissuræ diuisio, cessent errorum nebulæ, fidei charitas iubilet, & mentales oculos in Christo credentium temeratæ fidei perfidia non obducat; vnaque sancta catholica & vniuersalis ecclesia in vnitate veræ fidei, sub vno pastore, & vnius ouilis intemerata & solida vnione, ad conquirendam eiusdem beatitudinis gloriam gratis successibus fœcundetur. Ideoque excellentiam tuam monemus, rogamus, & hortamur attente, te in domino Iesu Christo, per aspersionem sui pretiosi sanguinis obsecrantes, quatenus diligenter attendens, quod tibi crescet ad meritum, accedet ad gloriam atque famam, si datum tibi desuper fuerit, vt tu & populus, tuæ ditioni commissus directionis tuæ studio, ad vnitatem eiusdem catholicæ & vniuersalis ecclesiæ reuertamini, extra quam non est gratia, neque salus; te & prædictum populum habilitare & reducere studeas ad eiusdem catholicæ & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ perpetuam & inuiolabilem vnionem, &c. *Dat. Auin. kal. decembris anno* XIV. Conceptæ sunt eadem formula literæ [a] hortatoriæ ad Rassiorum, Tephelicensium in Georgia & Choracicensium Reges, atque ad Solagay, Misserquis, Tephelicenses principes, tum Carpi & Aliquis regulos, quos omnes ad repetendum Romanæ ecclesiæ sinum excitauit; tum Prædicatores & Minoritas, qui ijs in oris circumferebant euangelium; tum Bernardum e Gardiola episcopum Diagorganensem enixe commendauit.

Pontificię ad illum hac de re lit.

a Id reg. post eand. ep.

96 Retulere [b] magnam pietatis & constantiæ gloriam Vngari Asiatici, Malchaytæ & Alani, qui licet impijs superstionum erroribus irretitis populis circumfusi essent, incorruptam tamen fidei puritatem seruauerunt. Eminebat inter eos dignitate Ieretanny Vngarorum Regum stirpe satus, qui cum præsulem catholicum a sede Apostolica flagitasset, Pontifex episcopum Gemiscatensem ad eos transmisit; subiectisque literis ad fidem tuendam, ac religiosorum virorum pia monita excipienda ipsos instruxit [c].

b Ib. ep. com. 65.

Vngari Asiatici, Malchaytæ & Alani fidem Christianam colunt.

Dilectis filijs Ieretanny & vniuersis Christianis Vngaris, Malchaytis, & Alanis salutem.

Ingentem, nec mirum, materiam gaudiorũ suscepimus, quod summus ille cęlestis agricola, qui omnes quos diligit ad cognitionem sui misericordi semper beneficio euocat atque trahit, quodque per inenarrabilem gratiam vnigeniti sui toto orbe diffusam auget continue familiam Christianam, vos veræ fidei luce perfusos, & sacri baptismatis fonte renatos & imbutos, doctrina euangelicæ & apostolicæ veritatis in orientalibus partibus in eorum medio, qui nondum gratiam recepere baptismatis, collocauit. In immensum insuper nobis cessit ad gaudium intellecto, quod tu, fili Ieretanny, de stirpe catholicorum principum Regum Vngariæ descendisti; quodque tu & alij Christiani in dictis partibus commorantes, zelo fidei & deuotionis feruore succensi, doctorem catholicum desideratis habere, qui vos in fide catholica verbis salutaribus instruat, & sanctis exemplis informet: propter quod a nobis humiliter vestris supplicationibus postulastis, vt aliquem catholicum antistitem, sacrarum scripturarum scientia præditum, vitæ sanctitate decorum, verbo vtilem, & exemplo mirabilem, ad partes ipsas pro institutione vestra in eadem fide catholica mittere dignaremur.

Ad religionem tuẽdam excitatu.

Antistes sacrorum ad eos missus a Põt.

Cupientes igitur, vt Christi familia vbique locorum incrementa suscipiat, sed maxime in ipsis partibus dilatetur, venerabilem fratrem nostrum Gemiscatensem episcopum, vobis notum, ad partes ipsas cum nostræ benedictionis gratia prouidimus destinandum. Quocirca deuotionem vestram monemus & hortamur in domino Iesu Christo, quatenus sacris instructionibus, quas idem Thomas & alij episcopi catholici, nec non dilecti filij fratres Prædicatorum & Minorũ ordinum, in ipsis partibus commorantes, in doctrina catholicæ fidei vobis fecerint, mentales aures deuotius adhibentes, animos vestros veritati eiusdem fidei & sanctorum patrum auctoritatibus coaptetis. Benedictionem nostram insuper vobis impendimus, & rogamus humani generis pijssimum Redemptorem, vt ipse vos benedictionis suæ rore perfundat, vt in veræ fidei vnitate constantes vos de bono perficiaris in melius, & alios ad familiam gregis dominici fructuosis exem-

Commẽdati Prædicatores & Minoritæ.

incestisque semetipsam tradiderit nuptijs, sub eadem pœna constituenda. De his autem vnus canon sic dicit: *Omnis pollutus incesti macula, est infamis*. Alius autem sic dicit: *Nos sequentes* patres nostros, illos scilicet incestuosos, notamus infamia, & infames esse censemus; quia infamiæ macula sunt aspersi.

Viennēsis concilij decretum

91 Audi, fili chariſſime, quid contra tales statuerit concilium Viennense: *Eos, inquit, qui temeritate præsumpta in suarum periculum animarum, scienter in gradibus consanguinitatis vel affinitatis, constitutione canonica interdictis, matrimonialiter contrahere non verentur, refrænare metu pœnæ ab huiusmodi eorum temeritatis audacia cupientes, excommunicationis sententiæ decreuimus subiacere; præcipientes ecclesiarum prælatis, ne illos, quos eis constiterit taliter contraxisse, excommunicatos publice tandiu nuncient, seu a suis faciant subditis nunciari, donec suum humiliter recognoscentes errorem, separentur ab inuicem, & absolutionis mereantur beneficium obtinere*. Ad hæc, chariſſime fili, quia excellentiam regiam, successibus abundare prosperis, intensis desiderijs affectamus, eandem rogamus attentius & hortamur, quatenus sic in cunctis te prudenter & prouide dirigas, sic laudabiliter actus tuos & opera, velut princeps catholicus & ex deuota prosapia genitus moderceris, vt Regi Regum, per quem regnas & regeris, iugiter occurras acceptior, magisque reddaris in eius oculis gratiosus, ac in orbe terrarum nominis tui fama clarioribus titulis augeatur: quod vtique assequeris, si declinare vetita studueris, teque in præceptis diuinis sedule exercere, &c. *Datum x. kal. martij anno* XIII. Paruit monenti Pontifici Alfonsus Rex, cum referat Surita [a], Petrum Ripacurtiæ comitem Ioannam Gastonis Fuxensis comitis sororem thoro sibi iunxisse, cum Pontificem ad dandam potestatem vt Constantiam Reginam Cypri Friderici Regis Trinacriæ filiam vxorem duceret, flectere non potuisset; illam vero Regi Armeniæ nupsisse.

a Sur. l. 7. c. 14.

Castellæ Regis nuptiæ ob publicam pacem cōfirmatæ.

b An. 13. p. 1. ep. c8. 916.

92 Contraxerat vetitas nuptias cum Maria Regis Alfonsi Lusitaniæ filia Castellæ Rex: cumque veniam supplex posceret a Pontifice, vtque initum matrimonium confirmaret deprecaretur, Ioannes explicandam in eum misericordiam censuit [b], cum ille non in ecclesiasticæ auctoritatis contemptum, sed ad publicam pacem asserendam, ac potentiam in Saracenos confirmandam id pertentasset; tum vt ex longiore in copula differenda mora pericula anteuerteret, legemque de coniugijs ad sui gratiam ab Apostolica sede soluendam speraret. Ad expiandum vero crimen Pōtifex Bracharensi archiepiscopo ac Burgensi & Ægitaniensi ac Palæstino episcopis munus imposuit, vt coniuges constituto tempore thoro abstinere iuberent, ac fidem iureiurando deuincirent, nunquam simile quid ipsos molituros.

Irrogata illi ad crimen expiandum pœna.

Fraternitati, inquit, *vestræ mandamus, quatenus eos separetis ad tempus, iniuncto eis inter alia sub virtute iuramenti præstandi, quod similia non committant vel facientibus præbeant consilium, auxilium, vel fauorem; dictoque Regi pro salutari pœnitentia iniungentes, vt ad placandam diuinam offensam, & quod excessus huiusmodi tam graues tamque detestabiles ipsis diuina pietas non debeat imputare, vnam ecclesiam collegiatam erigat in loco, quem in regno suo duxerit eligendum, &c. Dat. Auin. XVI kal... anno* XIII. Cum etiam Ioannem Ouetensem episcopum ea de re certiorem factum causam, ob quam Regi non rescriberet, ipsi significare iussit [a]: *Quod*, inquit, *præfato Regi ad præsens rescribere omittimus, non miretur eum, sicut tua prudentia non ignorat, contrahentes matrimonium in gradibus consanguinitatis vel affinitatis, constitutione canonica interdictis, excommunicationis subiaceant sententiæ auctoritate concilij Viennensis. Nos* [*] *præfato Regi nō dirigeremus libenter nisi tanquam deuoto & in gratia existenti ecclesiæ, quod minime valemus facere, donec absolutus a sententia huiusmodi fuerit (super quo nos apud ipsum excusare studeas) scripta nostra. Dat. Auin. III. non. martij anno* XIII. Rege vero ac Regina censurarum religione, quibus se irretierant, solutis, Pontifex Mariam Reginam grauiſſimis sententijs ad sectandam pietatem informauit [b].

a To. 7. p. 2. ep. secr. pag. 156.

Vetus mos, vt Pontifex anathemati reis nō scribat.

* enim

b Ead pag.

Alfonso vero petita ab illo ab Apostolica sede pro conficienda Granatensi expeditione subsidia concessit, de quibus superiori anno, additis Alfonsi Regis ad Pontificem supplicibus literis, ipsum egisse vidimus; vtque adiectas leges religiose seruaret, est adhortatus [c].

c Ead. par. pag. 152.

93 Pellexit Alfonsus Castellæ Rex in sacri belli societatem Alfonsum Aragonum & Alfonsum Lusitaniæ Reges, quos quidem nouis affinitatibus sibi deuinxerat: neq; enim modo Mariam Lusitani filiam sibi iunxerat, verum Blancam Petri principis, qui ad Granatam occubuerat, filiam Petro Lusitani Regis filio despondit, Regique Aragonum Alfonso Eleonoram sororem vxorem tradidit. Porro de sacro illo inter tres Reges fœdere hæc scribit Mariana [d]: *Inter tres Reges fœdus aduersus Mauros sancitum, si gentis impiæ reliquias viribus societatis delere possent: cautum præterea ne perfugas inter se reciperent, in quo tranquillitatis publicæ spes continebatur*. Accessisse in illius belli sacri societatem Philippum Nauarræ Regem, sequenti anno visuri sumus: quem quidem hoc anno vna cum coniuge Ioanna Regina tertio nonas martij solemni ritu sacro oleo perunctos coronatosque Pompeiopoli, refert idem Mariana [e]; nouos vero Reges his legibus antecam celebritatem sancitis assensisse: *Regni vendendi, permutandi, regijue patrimonij alienādi facultas sublata: si proles mascula nata esset, cum primum vigesimum ætatis annum explesset, Vasconum Regem fore: reipublicæ moderatorem, datis Philippo patri centum aureorum millibus, si nullam ex se prolem reliquissent, noui Regis instituendi liberam potestatem penes tres ordines futuram*.

d Marian. de reb. Hisp. l. 15. c. 20.

Hispani Reges in Mauros fœdus iūgunt.

e Ead. cap.

De Philippo Rege Nauarræ.

94 Dum ea apud occidentales principes gerebantur, oppugnabant Armenos in oriente Saraceni: cum Pontifex eorum tuendorum zelo, ne sub impiorum tyrannide succumberent, Petro e Manso & Arnaldo e Fabricis Apostolicæ sedis nūtijs partes dedit, vt plurimam auri vim in belli sacri sumptus conuertendam erogarent; ea tamen lege, si Armeni in fide & coniunctione ecclesiæ constantes perstarent: acceperat enim nonnulla in eo regno contra traditam a patribus incorruptam religionem nouata. Consultum etiam lapsæ in Syria religioni, præfectusque est patriarchatui [f] Hierosolymitano Petrus e Plaude [*] ordinis Prædicatorum theologicæ scientiæ laude florens, & Raimundo, qui in Cypro obierat, subrogatus: cui etiam ad dignitatem sustentandam ecclesiæ Nimociensis in Cypro administratio tradita. Ad pascendos præterea diuino verbo Georgianos instituta est Tephelicæ sedes cathedralis, & Ioannes Dominicanæ familiæ alumnus Georgiæ datus episcopus, vt ex subiecto diplomate patebit.

Armenia Saracenis oppugnatur.

Subsidiario auro a Pōt. adiuti.

Petrus de Palude creatus patriarcha Hierosol.

* Palude

f Ann 13. p. 2. ep. c8. 1817. & post eand. ep.

Ioan-

Ioannes, &c. Regi Aragonum illustri.

Sane, fili chariſſime, quamquam libenter tam Regis præfati [nempe Philippi Regis Franciæ] quam tuis affectibus, quantum cum Deo poſſumus, annuamus, ſicut de tuis, docente magiſtra rerum experientia, circumſpectionem regiam credimus non latere; ſuper diſpenſationis tamen poſtulatæ negotio ſine Dei offenſa, proximi, & eccleſiæ præiudicio in præſentiarum, quod moleſte ferimus, annuere non valemus. Cum enim ſtatuta ſacrorum canonum non ſint niſi pro neceſſitate vel vtilitate eccleſiæ mutilanda, & hanc diſpēſationem, vt clare patet, neceſſitas aliqua eccleſiæ non requirat, nec ex ea ſperatur vtilitas aliqua probabiliter ſubſequi (cum nec inter dictum comitem & Reginam prædictos, ſeu inter ipſum comitem & eiuſdem Reginæ progenitores diſſenſio vigeat, nec ſubſit materia, ex qua in poſterum debeat probabiliter excitari) patet quod ob bonum pacis, propter quod plerumq; conſueuit eccleſia ad diſpenſationis beneficium inclinari, non poteſt ſine transgreſſione canonum, tale beneficium ſuper hoc impertiri.

Negata Aragoni facultas,

Rurſus nedum non expectatur vtilitas ex copula ſupradicta, immo quod ſubſequi debeant pericula grauia, probabiliter formidatur. Nouit enim prouidentia regia, Regem Trinacriæ fore dictæ genitorem Reginæ, nec ignorat Regem ipſum Trinacriæ cum Ludouico dudum duce Bauariæ, hoſte Dei & eccleſiæ, ac de fautoria hæreticorū & crimine hæreſis condemnato, chariſsimique in Chriſto filij noſtri Roberti Regis Siciliæ illuſtris perſecutore atrociſsimo, colligatum exiſtere ac actualiter vna cum dicto Ludouico dictum Regem & regnum, quod ad eccleſiam Romanam iure recti dominij pertinet, & pro quo idem Rex eiuſdem eccleſiæ vaſſallus exiſtit, perſecutus eſt æſtate præterita, & vt in futuro perſequi valeat, ſicut dicitur, ſe diſponit. Numquid igitur, durante ſtatu huiuſmodi, ſi Regis talis filia iungeretur cum domo ſic fideli, ſicut eſt domus Aragonum, poſſent tam eccleſiæ, quam Regi Siciliæ prædicto, quam fidelibus alijs Tuſciæ & Lombardiæ partium pericula varia probabiliter formidari? Profecto, fili chariſsime, ſi poteſtatem, quam vxores in viros vendicant, attente conſideres, non poteris, vt credimus, aliud quam dicimus opinari.

Propoſitæ cur non ſoluatur lex canonica, rationes.

89 Attende, fili, ad quid virum illum ſapientem, cui nullus purus homo in ſapientia præceſſit ſimilis, nec ſequetur, vxores eius traxerint, & a quo reuocarint eum: vtique a Dei veri dilectione ipſum ſeparauerunt & ſeruitio, & ad deorum ſuorum falſorum cultum & obſequium, non abſque idololatriæ vitio, pertraxerunt. Si igitur in tam ſapiente talia potuerunt, quid putas in minus ſapientibus poſſunt? Et ſi dicatur, ſicut & dicitur, quod facta diſpenſatione huiuſmodi, ſuper pace reformanda inter dictos Reges & eccleſiam curabis tunc cum fratribus & alijs amicis tuis pro pace huiuſmodi reformanda curam ſedulam adhibere; proculdubio medicus prudens ad adminiſtrandum medicinam infirmo tempus opportunum eligit, in quo medicina ſalutem poſsit efficacius operari. Attendat ergo prouidentia regia, ſi ad procurandam pacem prædictam tua diligentia poſt diſpenſationem eſſet adeo efficax ſicut ante; & ſupponimus indubie, quod ipſam poſt adeo non reperies efficacem. Primo quidem, quia Rex Siciliæ ſupradictus nec de nobis, nec de te ſperare poterit, ſicut ante ſperaret. Secundo quia dictus Rex Trinacriæ, ex quo intentum ſuum per dictam diſpenſationem fuerit aſſecutus, non erit ſic obediens votis tuis. Adhuc præfatus Rex Trinacriæ nobis & eccleſiæ in multis alijs iniurioſus exiſtit. Primo quidem quia, licet iuramento corporali præſtito idem Rex ſingulis ſummis Pontificibus homagium facere, & ligium iuramentum fidelitatis infra certum terminum ſit aſtrictus præſtare; nobis tamen hoc facere prætermiſit. Secundo quia, licet certum cenſum pro regno prædicto, iuramento corporali præſtito, certo termino ſoluere nobis & eccleſiæ teneatur; in ſolutione tamen huiuſmodi annis pluribus iam ceſſauit. Tertio quia inaudita grauamina inferre eccleſijs & perſonis eccleſiaſticis non formidat. Attendat ergo circumſpectio Regia ſi, eo in iniurijs huiuſmodi perſiſtente, ſit æquum, quod eccleſia ſibi gratiam faciat, per quam poſsit tanta malitia pertinacius perdurare.

Non caret periculo eam coniunctionem.

Propoſitā a Friderico non præſtitā clientelæ rem ſpōſionem.

Non ſolum cenſum.

Ab eodē vexatum ius eccleſiaſticum.

90 Sane quia ſalutem eiuſdem Regis paterno more intenſis deſiderijs affectamus, beneuolentiam regiam hortamur & rogamus attente, vt ſicut iam te cœpiſſe nouimus, de ſtatu tam pericuIoſo, tam ignominioſo Regem ipſum eripere ſuadeas, & ad pacem reformandam inter Reges prædictos, ipſumque Regem Trinacriæ ad deuotionem eccleſiæ reducendum & gratiam interponas efficaciter ſolicitudinis tuæ partes. Ex hoc quidem & diuinam vberiorem promereberis gratiam, ac nos & Reges ipſos tibi conſtitues ad tua beneplacita promptiores. Poſtremo autem præfatus miles nuntius regius extra ſcripturas oblatas nobis ex parte expoſuit regia oraculo viuæ vocis, quod ſi nos diſpenſationem huiuſmodi negaremus, quod præfatum matrimonium nihilominus compleretur. Nos autem, hoc admiranter audito, vix potuimus credere, quod de mente Regis tam catholici proceſſerit dictum tale: præſertim quia, ſicut audiuimus, cum diebus præteritis per nonnullos conſuleretur tibi, vt inter te, fili, & Reginam prædictam etiam ſine diſpenſatione, ſi diſpenſatio negaretur, deberet matrimonium celebrari; tu velut princeps catholicus, & deuotus eccleſiæ filius, timens Deum offendere, indignanter talem conſiliarium repuliſti. Vnde credendum non eſt probabiliter, quod tu, id quod in tua perſona illicitum & inconueniens reputaſti, in cuiuſuis perſona alia procurares vel etiam, quantum eſſet in te, cum patientia ſuſtineres.

Reſpondetur ad temerarii Aragonis vocem.

Et vt celſitudo non ignoret regia quam deteſtabile apud catholicos principes fuerit crimen iſtud, quantiſque pœnis perſecuti fuerint committentes, pauca tibi duximus præſentibus inſerenda. Ecce quid vnus ſtatuit catholicus Imperator: Si quis, inquit, *illicitas & contra ius naturæ, quas lex inceſtas & nefandas & damnandas vocat, contraxerit nuptias, ſi quidem non habuit filios ex prioribus legitimis, & inculpabilibus ſibi contractis nuptijs, mox ei ſuarum rerum caſum imminere: ſimul autem & eis, quæ nomine dotis data ſunt ei, in nullo potiri, ſed omnia ærario aſſignari, eo quod dum licuerit facere nuptias legitimas, contra leges amauerit, & cōfundere quidem ſobolem, nocuerit autem & generi, egerit vero quæ impia ſunt & ſcelerata: ſitque ei plena non confiſcatio ſolum, ſed & ſinguli priuatio & exilium; & ſi vilis fuerit, corporis verberatio, quatenus diſcat caſte viuere, & intra naturam ſe continere; non autem delectari & amare vltra terminum & tradita nobis a natura etiam, & legibus repugnare. Mulier quoque ſi legem, ſciens, hanc quidem neglexerit,*

Expoſitæ pœnæ aduerſus cō trahentes vetitas nuptias.

tiam trahi nequaquam intendimus; reuerendo in Christo patri domino Ioanni nunc patriarchæ Alexandrino, germano nostro, tunc vero in patriarcham electo Alexandrinum commisit, iniungendo eidem, vt infra mensem computandum a receptione literarum commissionis huiusmodi, quas sibi per venerabilem Hugonem de Mirabello præpositum ecclesiæ Mimatensis capellanum vestrum & sedis Apostolicæ nuncium transmisistis, certam diem solemnem, dummodo dies ipsa eundem mensem non excederet, & locum insignem nobis assignare curaret, ad infrascripta in præsentia dicti Hugonis a nobis recipienda, sub modo & solemnitate contentis in nostris literis prædictis, quæ datæ sunt Auinione pridie idus octobris pontificatus vestri anno XIII.

[Vt Aragonius id officiū præstiterit.] Nos igitur, pater beatissime, gratiam apostolicam super hoc nobis factam cum filiali reuerentia & deuotis gratiarum actionibus admittentes, tenore præsentium fatemur, & recognoscimus, quod cum ipse reuerendus patriarcha secundum tenorem dictæ commissionis assignasset nobis diem solemnem, videlicet diem festi beatorum Simonis & Iudæ Apostolorum, & locum insignem, scilicet ciuitatem Valentiæ; constat & est verum, quod constituris nobis & ipso in ecclesia maiori beatæ Mariæ sedis Valentinæ, vbi dictus infans Petrus & episcoporū, prælatorum, baronum, clericorum, militum, & populi copiosa multitudo conuenerat; lectisque in nostra & ipsorum, ac dicti Hugonis de Mirabello præsentia dicto papali rescripto donationis dicti regni supra inserto, & rescripto etiam commissionis prætactæ, ipsisque clare nobis & eis expositis in vulgari fecimus, & præstitimus tanquam Rex Sardiniæ & Corsicæ in manibus memorati reuerendi patriarchę, repræsentantis personam vestram, & fungentis vice apostolica & sanctæ Romanæ ecclesiæ, fidelitatem, plenum vasallagium, & homagium ligium in forma sequenti.

[Sacramenti formula.] 86 *Ego Alfonsus, Dei & apostolicæ sedis gratia, Rex Sardiniæ & Corsicæ plenum vassallagium, fidelitatem & ligium homagium faciens, & iuramentum præstans pro dicto regno Sardiniæ & Corsicæ; ab hac hora inantea fidelis & obediens ero beato Petro, domino nostro domino Ioanni diuina prouidentia Papæ XXII. suisque successoribus canonice intrantibus, sanctæque apostolicæ Romanæ ecclesiæ. Non ero in consilio, aut consensu, vel facto, vt vitam perdant, aut membrum, aut capiantur mala captione. Consilium, quod mihi credituri sunt per se, aut per nuncios suos, siue per literas, ad eorum damnum, me sciente, nemini pandam: & si scinero fieri, vel procurari, siue tractari aliquid, quod sit in eorum damnum, illud pro posse impediam, & si impedire non possem, illud eis significare curabo. Papatum Romanum & regalia S. Petri, tam in regno prædicto, quam alibi existentia, adiutor eis ero ad retinendum & defendendum, ac recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem. Vniuersas & singulas conditiones, modos, seu formas & tenores contentos in literis concessionis dicti regni Sardiniæ & Corsicæ, ac omnia & singula quæ continentur in eisdem literis, plenarie adimplebo & inuiolabiliter obseruabo, nec vllo vnquam tempore veniam contra illa. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei euangelia.*

87 Ac deinde in eiusdem reuerendi patriarchæ præsentia, repræsentantis personam vestram apostolicam, & fungentis vice vestra & eiusdem Romanæ ecclesiæ; in præsentia etiam omnium aliorum prædictorum confessi fuimus, & recognouimus expresse ex gratia & liberalitate dicti domini Bonifacij felicis recordationis Papæ VIII. & sanctæ Romanæ ecclesiæ dictum regnum Sardiniç & Corsicæ, eidem domino genitori nostro, ac nobis nostrisque successoribus heredibus fuisse concessum in feudum: & sic dictum dominum genitorem nostrum illud recepisse, nosque illud retinere sub conditionibus, conuentionibus siue pactis, modo, tenore, forma, quæ in dictis eiusdem domini Papæ Bonifacij prædecessoris vestri literis continetur. [Cōfirmatæ veteres pactiones.] Quos tenorem, modum, conuentiones, conditiones, & formam per stipulationem solemnem promisimus & iurauimus nos inuiolabiliter seruaturos: pro quibus etiam seruandis nos & dictum regnum Sardiniæ & Corsicæ, iuraque nobis in eo competentia & competitura, & bona nostra, quæ inibi consistunt & consistent, vobis & ipsi ecclesiæ obligauimus. Promisimus etiam, quod successores nostri heredes in regnum Sardiniæ & Corsicæ eo tempore, quo facient & præstabunt vassallagium, homagium, & fidelitatis iuramentum sub forma prædicta, similia confessiones, recognitiones, promissiones, iuramentum & obligationes facient & præstabunt Romano Pontifici, qui erit pro tempore, & ecclesiæ supradictæ. Et nihilominus prædicta omnia in manu & præsentia dicti reuerendi patriarchæ, fungentis in hoc vice apostolica, per nos, vt præmittitur, confessa, recognita, & promissa fatemur iterum & recognoscimus, ac promittimus per præsentes nostras literas, aurea bulla nostra bullatas, quas fieri fecimus, dictoque reuerendo patriarchæ, tanquam repræsentanti personam apostolicam, tradidimus infra mensem ad hoc statutum, vt per eum eidem sanctitati apostolicæ poterit notum fieri. Humani generis Redemptor vestram beatissimam personam dignetur per tempora longiora custodire. *Dat. Valentiæ v. kal. nouembris anno Domini* MCCCXXVIII.

Acceptis hisce literis Ioannes Papa, sequenti anno hæc Alfonso rescripsit a: *Super homagio per te, fili, nobis & ecclesiæ Romanæ in eis partibus pro regno Sardiniæ præstito patentes literas tuas, aurea tua bulla munitas, nobis per dilectum filium Bertrandum de Ponte canonicum Toletanum, venerabilis fratris nostri Ioannis patriarchæ Alexandrini germani tui nuncium, exhibitorem præsentium præsentatas gratanter accepimus, promptitudinem super hoc & diligentiam regiam in Domino commendantes. Dat. Auin. VI id. februarij anno XIV.* [a To.7.p.1 ep.secr. pag.192.] [Alfonsi sacramentū admissum a Pont.]

88 Quod attinet ad Petrum Ripacurtiæ comitem Regis Aragonum fratrem, de quo in Alfonsi literis iniecta mentio; flagitarat b Rex a Ioanne vt leges de gradibus consanguinitatis ad illius gratiam solueret, vt Elionoram Reginam Cypri Friderici Regis Trinacriæ, patrui sui filiam, vxorem duceret: cumque petita respueret Pontifex, ne Fridericus hostis ecclesiæ ea noua affinitate Aragonios sibi arctius deuinciret, Alfonsi orator in ea prorumpere verba ausus est, vt si Pontifex non assentiretur, eas tamen incestas nuptias perfectum iri. Quo audito, principe Christiano indigno responso, Ioannes Alfonsum grauissimis literis certiorem fecit c, ob quas iustas causas legem canonicam ad fratris gratiam non remitteret: tum quanto piaculo se deuincirent, qui vetitas nuptias celebrarent, adductis imperialibus & pontificijs decretis demonstrauit. [b Ib. pag. 172.] [De nuptijs in vetito gradu contrahēdis.] [c Ead. pag.]

Ioan-

lica, vt licet ad aulam pontificiam pro exhibendis clientis officijs se conferre obstrictus esset; ea tamen in Aragonia pontificias vices gerenti præstare liceret, ne ex ipsius absentia bellorum motus concitarentur. Qua de re extant ad Ioannem Toletanum olim archiepiscopum, eundemque patriarcham Alexandrinum designatum literæ a, quibus exigendi a fratre Romanæ ecclesiæ nomine sacramenti prouincia, additis subiectis legibus, imposita est.

a An. 13. p.2.ep.com 1413.

Ioannes, &c. Ioanni olim archiepiscopo Toletano in patriarcham Alexandrinum electo.

Tibi de magna & speciali gratia, quam hac vice personæ Alfonsi Regis facere intendimus in hac parte, ita quod in posterum ad consequentiam non trahatur, super infrascriptis cõmittimus vices nostras; fraternitati tuæ tenore præsentium iniungentes, quatenus infra mensem computandum a receptione præsentium, quas tibi per dilectum filium magistrum Hugonem de Mirabello præpositum ecclesiæ Mimatensis capellanum nostrum & eiusdem sedis nuntium mittimus, certam diem solemnem, dummodo dies ipsa eundem mensem ab huiusmodi receptione præsentium, vt præmittitur, computandum nequaquam excedat, & locum aliquem insignem, quos ad hoc duxeris deputandos, eidem Alfonso Regi assignare procures. Qua siquidem die in maiori ecclesia dicti loci, existente inibi nuntio supradicto, totum tenorem literarum prædecessoris eiusdem, quem tibi sub bulla nostra transmittimus, in eiusdem Regis ac cleri & populi dicti loci præsentia personaliter, nomine nostro & successorum nostrorum Romanorum Pontificum, ac eiusdem Romanæ ecclesiæ fidelitatem, plenum vassallagium, homagium ligium, & iuramentum in forma curabis recipere infrascripta, videlicet: *Ego Alfonsus, &c.* plene ac seriose legi fideliter facias & exponi: quibus sic lectis & expositis, illico ab eodem Alfonso Rege, &c. [Afferetur ea inferius a nobis in regijs literis, qua ab Alfonso nuncupata, hæc fieri iubet].

Datæ patriarchæ Alex. illi in verba Pont. sacramento adigendi partes.

84 Deinde in tui præsentia, repræsentantis personam nostram, & fungentis vice nostra, ac eiusdem Romanæ ecclesiæ in hac parte, ac recipientis nomine nostro & successorum nostrorum & Romanæ ecclesiæ prædictorum confessionem, recognitionem, promissionem per stipulationem solemnem & iuramentum; nec non obligationes & promissiones & cætera infrascripta, nuntio inibi existente præfato, idem Alfonsus Rex, clero & populo etiam præsentibus antedictis, confitebitur & recognoscet expresse ex gratia & liberalitate prædecessoris eiusdem & Romanæ ecclesiæ, dictum regnum Sardiniæ & Corsicæ eidem genitori suo ac sibi suisque heredibus fuisse concessum in feudum; & sic dictum genitorem suum illud recepisse, seque illud tenere sub conditionibus, conuentionibus, siue pactis, modo, tenore, ac forma, quæ in dictis eiusdem prædecessoris literis continentur: quos per stipulationem solemnem promittet & iurabit, se inuiolabiliter seruaturum. Pro quibus etiam seruandis dictum regnum Sardiniæ & Corsicæ, iuraque sibi in eo competentia, & competitura & bona sua, quæ ibidem consistunt & consistent, nobis & ipsi ecclesiæ obligabit; & promittet nihilominus, quod successores sui heredes in dicto regno Sardiniæ & Corsicæ eo tempore, quo facient & præstabunt vassallagium, homagium, & fidelitatis iuramentum sub forma prædicta, similia confessiones, recognitiones, promissiones, iuramentum, & obligationes facient & præstabunt Romano Pontifici, qui erit pro tempore & ecclesiæ sæpedictæ]. Addita imperia, vt ex veteri pactione ab Alfonso diploma regium bulla aurea obsignatum eliceret, quo is Sardiniam & Corsicam Romano Pontifici, ad quem supremum earum spectet imperium, acceptas referret, initaque conuenta confirmaret: quæ literæ pridie idus octobris pontificatus Ioannis anno XIII. consignatæ sunt. Eiusdemque diei nota apposita est alijs literis a ad Regem Alfonsum datis, quibus labore itineris ad sedem Apostolicam pro nuncupanda clientelari sponsione liberatus est, iussusque Ioanni patriarchæ solemni ritu fidem addicere.

Propositæ Alfonso rei gerendæ leges.

a Ead p.2 ep.com. 1414.

85 Accepit Alfonsus grati animi significatione beneficium; cumque publice Sardiniam & Corsicam iure beneficiario accepisse professus esset, & pacta vetera coroboraffet, subiectas literas, vti fuerat constitutum, vt rei gestæ memoria ad secuturas ætates propagaretur, his conceptas verbis exarauit b.

b Ext. in lib. priuil. Rom. eccl. to.3.pag. 153. & M.S. bib. Vall sign. lit. B. n.12. pag. 387.

Sanctissimo ac beatissimo in Christo patri & domino, domino diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ & vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, Alfonsus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Corsicæ, ac comes Barchinonensis pedum oscula beatorum.

Sanctitati vestræ literarum nostrarum præsentium serie pateat, quod nos viso ac plenarie intellecto papali rescripto super concessione & donatione confecto, quam felicis recordationis dominus Bonifacius Papa VIII. prædecessor vester fecit illustrissimo domino Iacobo recordationis eximiæ Regi Aragonum patri nostro, suisque heredibus in feudum perpetuum de regno Sardiniæ & Corsicæ cum iuribus omnibus & pertinentijs suis, sub certo seruitio, certisque conditionibus conscriptis largius in prædicto rescripto continentiæ subsequentis: *Bonifacius episcopus seruus seruorum Dei &c.*] Subijciuntur Bonifacij literæ eadem verborum forma conceptæ, quas nos antea suo loco ita consignatas inseruimus c. *Dat. Romæ apud* S. *Petrum* 11. *non. aprilis pontificatus nostri anno* III. [His subiungit Alfonsus Rex].

Publica documẽta de fide ab Alf. Põtifici deuincta.

c Tex. tu. an. Chr. 1297. n.2.

Considerantes, quod nuper post decessum prædicti domini Regis claræ memoriæ genitoris nostri, nos qui tanquam eius legitimus & vniuersalis heres in dicto Sardiniæ & Corsicæ regno succedimus, iuxta formam & conditiones contentas in rescripto donationis iam dictæ fidelitatem, vasallagium, & homagium ligium, ac secundum formam in eodem rescripto expressam sanctitati vestræ & sanctæ Romanæ ecclesiæ facere & præstare personaliter tenebamur; prouidimus per inclytum & legitimum fratrem nostrum infantem Petrum Ripacurtiæ & Impur. comitem nuncium nostrum, propter hoc ad sedem Apostolicam destinatum, a sanctitate apostolica supplicando facere humiliter postulari, vt cum nobis his diebus propter occupationes varias, quas noui suscepti regiminis regnorum nostrorum auspicia præparabant, ad apostolicam præsentiam personaliter accedere graue foret, dictam fidelitatem & iuramentum secundum prædictam formam in præfato infante nomine nostro recipere dignaremini; quodque licet apostolica sanctitas hoc posset rationabiliter denegare, de magna tamen & speciali gratia, quam personæ nostræ facere voluit in hac parte, quam in posterum ad consequentiam

exploratum est, Iacobum Duglassium Roberti Regis cor secum deportasse in Hispanias, atque illud in Granatensi expeditione contra Saracenos, a quibus cæsus occubuit, circumtulisse a vt pio desiderio Roberti, qui id testamento sanxerat, obsequeretur: *Petitio*, Ioannis verba sunt, *dilecti filij Thomæ comitis Morauiæ nobis exhibita continebat, quod dudum claræ memoriæ Robertus Rex Scotorum, dum adhuc rebus superesset humanis, zelo fidei & piæ deuotionis accensus, proposuerat ad partes transmarinas contra perfidos Saracenos cum decenti hominum armatorum comitiua personaliter se conferre, sed morte præuentus non potuit huiusmodi suum propositum adimplere; quodq; cũ idem Rex suum vltimum conderet testamentum, voluit & mandauit expresse, quod si eum mori contingeret, cor suum ab eius corpore extraheretur, & in bello contra Saracenos etiam portaretur; quodque postmodum, cum ipse Rex naturæ debitum persoluisset, corpus ipsius exenteratum extitit, ipsiusque cor a dicti Regis corpore extitit separatum, & per quondum Iacobum de Duglas militem Glasguensis diœcesis in Hispaniam in bello contra dictos Saracenos iuxta voluntatem ipsius Regis deportatum, &c.* At licet pium id Roberti Regis consilium fuerit, tamen sine pontificia venia fieri non debuerat, cum Bonifaciana constitutio cadauera truculenter dilacerari, intentata censurarum religione, vetet. Ad expiandum itaq; facinus ad Morauiæ comitis preces episcopo Morauiensi partes dedit Pontifex, vt omnes, qui truculentæ exenterationi dederant operã vel assenserant, susceptæ regionis nexu solueret: quæ literæ VIII. id. augusti pontificatus anno XV. consignatæ, euoluto nimirum a morte Roberti biennio.

a Barb. & Bucha nan. vbi supr.

Illud in prælio aduersus Mauros defert Duglassius.

Exenterationis auctores & participes censuris canonicis soluti.

82. Reliquit ille Dauidem Scotici sceptri heredem, qui mox Pontificem adulta huius anni æstate de recenti parentis interitu fecit certiorẽ, vt ab eo solatium dolori quæreret, apostolicoque patrocinio in suscepti regni auspicijs tegeretur: quem Ioannes ad Christianam constantiã studuit erigere, ac præceptis saluberrimis informauit, b vt diuinum amorem ac timorem altissime animo defigeret, ecclesiam veneraretur tueretur, iura ecclesiastica prudentissimos quosque in consilium asciscceret, in miseros clementiam & misericordiam explicaret.

Succedit Scotico sceptro Dauid filius.

b To. 7. p. 1 ep. secr. pag. 135.

Dauid Regi Scotorum.

Præsentatas nuper apostolatui nostro regalis excellentiæ literas, per quas inclytæ memoriæ Roberti Regis Scotorum genitoris tui transitum, teque fili charissime inde turbatum & anxium nunciasti, benigne non absque magna compassione recepimus, & earum seriem intelleximus diligenter. Sane, fili dilectissime, quia decet principem fortitudo, vt nec eleuetur in prosperis, nec concidat etiam in aduersis; sed sic animum suum temperet, vt in omnibus diuinis beneplacitis se conformans, bona de manu Domini, si dare dignetur, cum lætitia spiritualiter suscipiat; & aduersa, si euenire quandoque permiserit, sufferre cum humili patientia sit paratus; sublimitatem regiam in Domino exhortamur, quatenus te talem in omnibus sicut princeps magnanimus exhibens; & considerans nihilominus diligenter, quod eundem genitorem tuum sic diuina clementia oculo pietatis respexit, quod post anxietates & pericula varia, quæ sicut nouit tua prudentia, in hac valle miseriæ diutius fuit perpessus, pacem vidit suo tempore, ac vnitati ecclesiæ sanctæ Dei, extra quam aliquibus fuerat temporibus ante suum de hoc mundo exitum reconciliari meruit; ita quod tanquam princeps catholicus de præsenti seculo nequam ereptus post multorum laborum inquietudinem transisse ad patriam felicius credi possit; consolationem assumas in Domino & ei, qui te dictumque genitorem tuum tot & tantis dignatus est beneficijs præuenire, suppliciter ad gratiarum actiones assurgens, & habens in tuis actibus ipsius timorem & amorem ante oculos mentis tuæ, non cesses operari quæ sibi placita fuerunt, & quæ suæ maiestatis possent oculos offendere, summopere studeas deuitare: Romanam ecclesiam tuam & cunctorum matrem fidelium reuerearis in omnibus, regni tui ecclesias earumque prælatos & personas alias ecclesiasticas honorando pro diuina reuerentia, & nihilominus in suis iuribus & libertatibus confouendo. Et vt regni gubernacula, quæ disponente Domino suscepisti, ad Dei laudem & gloriam tuique honoris & salutis augmentum, ac subditorum pacem & commodum dirigas salubriter & disponas, prudentium virorum, qui tuam & eorundem subditorum salutem & quietem zelentur, veris consilijs; talesque consiliarios, iustitiarios, & officiales habere satagas, qui Deum timeant, iustitiam diligant, & lucra propria in tuum & subditorum prædictorum dispendium non venentur: ita quod in regno eodem cessent oppressiones pauperum, adsit pupillorum, viduarum, aliarumque miserabilium personarum defensio; regnetque in omnibus cum pace iustitia oleo misericordiæ, sicut opportunum extiterit, temperata. Hæc, fili amantissime, si feceris, & dirigere continue per viam rectitudinis iuxta diuinæ voluntatis beneplacitum curaueris gressus tuos, corroborabit Dominus regnum tuum, adaugebit tibi dies vitæ, ac tandem de regno temporali, quod obtines, ad regni gloriam prouehet sempiternam; nosque ac eandem Romanam ecclesiam propitios in tuis opportunitatibus reperies & benignos. *Dat. Auin. x. kal. septembris anno XIII.*

Solatur mœrentẽ Pontifex.

Præceptis informat.

De senatu prudenti ad legendo consul.

Cæterum cum pax, vt vidimus, Scotos inter & Eduardum III. firmata esset, ex qua libera ab omni Anglorum imperio Scotia pronuntiata fuerat, Pontifex Dauidis precibus flexus interdictum ecclesiasticum omnino dissoluit a, cum ante ad biennium tantum sacrorum vsus restitutus esset: iactum vero a sede Apostolica & legatis Cardinalibus diximus, cum Robertus Scotiam ab Anglico imperio diuulsit. Data etiam est Bertrando Chariti archidiacono Vaurensi & Raimundo e Quercu apostolicis nuntijs prouincia b, vt censuris eos exoluerent, qui Roberti Regis partes, dum anathemate deuinctus esset, fuerant secuti; vel ob non solutas decimas consortio fidelium depulsi c: ne vero iura sedis Apostolicæ obsolescerent, censum Romanæ ecclesiæ pendi solitum, dictum denarium S. Petri, a Scotis exigere iussit d.

Sacrorum vsus Scotis restitutus.

a An. 14. p. 1. ep. cu. 278.

b To. 7. p. 2. ep. secr. pag. 127.

c Ead. p. pag. 126.

Denarius vectigalis a Scotis exactus.

d Par. 1. pag. 132.

83. Professus est solemni ritu hoc anno Alfonsus Rex Aragonius e, se beneficio auctoritateque sedis Apostolicæ Sardiniæ & Corsicæ regnum accepisse, ac Ioanni fratri suo, cui Ioannes in ea celebritate partes pontificias demandarat, fidem sacramento deuinxit, seque dictas a Bonifacio VIII. leges fiduciarijs Sardiniæ Regibus sancte & religiose seruaturum, est professus; eblanditus enim erat Alfonsus, misso Petro comite Ripacurtiæ, summis precibus a sede Aposto-

Alfonsus Rex Sardiniam ecclesiæ beneficiariũ agnoscit.

e Par. 2. pag. 192.

 li-

quem singuli Reges regnant & principes principantur, temporalis gladij ad vindictam malorum laudemque bonorum est ipsis attributa potestas, vt iudicent in æquitate populos & in terris dirigant subiectas sibi gentium nationes; sitque voluntas eorum in executione iustitiæ, ac meditatio in lege rectitudinis & obseruantia bonæ pacis. Ad quæ vtique perfectius exercenda ijdem Reges vnctionis sacræ virtute, quam per venerabiles Dei ministros antiquo more suscipiunt, donum gratiæ recipiunt potioris, vt & in prosecutione iusti regiminis fortius conualescant, & tam in se quam in eorum subditos prudentiori & sanctiori spiritu dirigantur. Vehemens namque est in eisdem Regibus huiusmodi efficacia vnctionis, nam inuncto Saule insilijt Spiritus Domini super eum, & in virum alterum est mutatus: & Dauid, vnctione suscepta, Spiritu Domini est directus. Ad insinuandum quoque, quod in Regibus esse debeat plenitudo virtutum & integra dominij temporalis auctoritas, capiti principis sub circulari forma honorabile imponitur diadema, vt ab eo, qui talibus fuerit decoratus insignijs, & titulis præsignitus, tanquam a capite subditis velut membris recte viuendi modus & modestiæ regula indicatur.

Cur Reges inunctione & diademate insigniantur.

Sane tu, velut deuotissimus ecclesiæ filius princepsque catholicus, deuote considerans rorem spiritualis gratiæ, qui per huiusmodi infunditur vnctionem, feruenti desiderio duceris, vt Romana ecclesia, tua cunctorumque mater fidelium & magistra, quod tibi & catholicis principibus, qui legitime tibi in regno prædicto successerint, huiusmodi inunctio & coronatio possint manu sacra pontificis exhiberi, suæ robur auctoritatis exhibeat & præsidium apostolicæ firmitatis impendat; maxime cum, sicut ex tenore tuæ petitionis accepimus, tam tu quam prædecessores tui Reges Scotiæ consueueritis ab episcopis S. Andreæ, qui fuerunt pro tempore, ab antiquis retroactis temporibus insignia recipere regiæ dignitatis: quare tu per tuos solemnes nuntios, quos propter hoc ad sedem Apostolicam specialiter destinasti, nobis humiliter supplicasti, vt tibi, quod coronationem & inunctionem cum cæteris regalibus insignijs ab episcopo S. Andreæ, qui erit pro tempore, volente & valente, alioquin ab alio regni Scotiæ antistite tu & successores tui Reges Scotiæ valeatis recipere, auctoritate apostolica concedere de speciali gratia dignaremur.

Robertus Scotiæ Rex apost. auctoritate sacrari postulat.

Nos igitur sinceritatis tuæ deuotionem multimode attendentes, ac considerantes, quod erga Apostolicæ sedis obsequia tanto te studebis reddere promptiorem, quanto eam tibi senseris magis propitiā & benignā, tuis supplicationibus grato concurrentes assensu, vt tam tu quam successores tui, qui tibi legitime in regno prædicto succedent, in deuotione Romanæ ecclesiæ persistentes, a S. Andreæ, aut ipso forsan ea exequi nolente sine causa rationabili vel etiam nequeunte, a Glasguensibus episcopis, qui sunt vel erunt pro tempore, gratiam & communionem Apostolicæ sedis habentibus, possitis vnctionem & regium suscipere diadema: idemque sancti Andreæ, vel eo illa, vt præfertur, nolente exequi vel etiam nequeunte, dictus Glasguensis episcopus auctoritate apostolica, adhibito secum decenti episcoporum numero tum propter regiam honorificentiam, tum propter sacræ reuerentiam vnctionis, more debito te & successores prædictos inungere, tuoque & illorum verticibus auctoritate prædicta regiū imponere valeant diadema, iure tamen Romanæ ecclesiæ & cuiuslibet alterius in omnibus semper saluo, de fratrum nostrorum consilio tenore præsentium indulgemus. Volumus autem, quod idem episcopus, qui præmissa exercuerit, vt præfertur, ab eisdem Regibus tempore vnctionis & coronationis huiusmodi nostro & eiusdem ecclesiæ Romanæ nomine corporale recipiat iuramentum, quod de præfato regno & alijs terris suis suæque ditioni subiectis vniuersos hæreticos, ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebunt; quodque libertates & immunitates ecclesiasticas lædere, vel minuere per se vel alios non præsument: quinimmo eas defendent & conseruabunt illæsas, ipsasque facient a suis subditis integraliter obseruari. Nulli ergo, &c. *Datum Auin. idib. iunij anno* XIII.

Pijs eius votis obsecundat Pontifex.

Collatū episcopo S. Andreę ius inungendi Reges Scotiæ.

80 Conceptæ sunt eadem fere formula verborum literæ a ad episcopum S. Andreæ, cui auctoritas collata, vt Scotiæ Reges sacra inunctione liniret, eoque id muneris obire nequeunte, in Glasguensem episcopum ea prouincia transfusa est: *Vt*, inquit, *tam charissimus in Christo filius noster* Rex *Scotiæ illustris, quam successores Scotiæ* Reges, *in deuotione Romanæ ecclesiæ persistentes, a te & successoribus tuis episcopis* S. *Andreæ, aut vobis forsan ea exequi nolentibus sine causa rationabili vel etiam nequeuntibus, a Glasguensi episcopo, qui erit pro tempore, gratiam & communionem Apostolicæ sedis habentibus, possint vnctionem & regium suscipere diadema, tuque & dicti successores tui vel, vobis illa nolentibus vel nequeuntibus exequi, vt præfertur, dictus Glasguensis episcopus auctoritate apostolica, adhibito vobiscum decenti episcoporum numero tum propter regiam honorificentiam, tum propter sacræ reuerentiam vnctionis more debito ipsum* Robertum *Regem & successores prædictos* Reges *inungere, & illorum verticibus auctoritate prædicta regium valeatis imponere diadema,* & infra, *indulgemus, &c.* Addita imperia, vt ab eodem Rege & successoribus sacramentum de tuenda immunitate ordinis ecclesiastici, excindendisque hæreticis, exigerent.

a Ib. ep. 2107.

Eo impedito suffectus Glasguensis.

81 Non diu post expetitum hoc beneficium vitæ superfuit Robertus, huius enim anni æstate ipsum obijsse ex afferendis inferius alijs pontificijs literis b (e quibus Vualsinghamus, qui eius obitum ad alium annum refert, corrigendus) constat. Illum porro in ancipiti mortis discrimine pro caduco potius regno cum finitimis, quam pro æterno comparando aduersus infideles bella gessisse pœnituit, suumque cor Ierosolymas deferri atque ad sepulchrum dominicum condi iussisse refert Hector Boethius c: *Obnixe*, inquit, *omnes orauit, vt dum ipse fatis concessisset, vnum eligerent ex præstantissimis regni ducibus, qui cor suum Ierosolymam ad Christi sepulchrum deferret, id enim sibi viuo maxime semper fuisse in votis, vt eo profectus hostes Christiani nominis oppugnaret: sed quoniam per frequentia bella, fatumque suum non licuisset, id saltem modo optare, vt quod est præstantissimum corporis humani, & quo iam sæpe illuc euolauerat, id sepeliendum in templo dominici sepulchri, quod in Golgotha ædificatum est, illuc deferretur. Eo itaque defuncto, ex consilio magnatum Iacobus Duglas haudquaquam aliena sua voluntate, etsi præsentia illius regno etiam magnopere vsui futura erat, ad id delectus est.* Hæc Boethius. Ex pontificijs vero literis biennio post exaratis d ex-

Robertus moritur.

b To.7.p.1 ep.secr. pag.135.

c Hect. Boeth. l.14 Buchan. rer. Scot. l.8.

Cor in sepulchro dominico condi flagitat.

d An. 15. p.3. ep.so 2607.

fecit tale argumentum: An nescitis quomodo sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis, vt de minimis iudicetis; quasi dicat: Non nescitis quoniam Angelos iudicabitis? Quanto magis ergo secularia? Et sequitur: Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, si qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Nec obstat quod subdit Apostolus ibidem: Ad verecundiam vestram dico; quia illud referri debet ad hoc quod dicit, contemptibiles constituite. Vnde quasi ironice in hoc loquitur Apostolus, ac si diceret, quod citius deberent recurrere ad iudicium contemptibilium, qui sunt in ecclesia, quam ad iudicium aliorum, qui sunt extra ecclesiam. Ergo multo fortius deberent recurrere ad iudicium sapientum, qui sunt in ecclesia multi. Vnde statim postquam Apostolus dixerat: Ad verecundiam vestram dico; subiungit: Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem & fratrem suum; quasi dicat, immo est. Patet ergo ex istis & multis alijs, quæ causa breuitatis omitto, quod vtraque potestas potest cadere in personam ecclesiasticam. Et infra.

Obiectio quod Petrus ea potestate non sit vsus.

*Nec obstat si dicitur, quod Petrus & alij Apostoli, immo etiam Christus parum vsi sunt ista potestate temporali; & quod in eis non fuit alia ratio, quam nunc sit in nobis, sicut probatur 12. q. 1. cap. Futuram, & in multis alijs cap. Apostoli a * finito non recipiebant agros nec prædia, sed pretia eorum: quæ tamen ecclesia valde rationabiliter recipit etiam cum magno merito dantium & offerentium, sicut patet de Constantino & alijs. Et ratio diuersitatis tangitur in dicto capite pro eo, quod Apostoli futuram ecclesiam in gentibus præuidebant non apud Iudæam remansuram, &c. Consimiliter quia Christus & Apostoli ab initio totaliter nostræ saluti & conuersioni ac eruditioni intenti, parum circa cuiuscumque iurisdictionis exercitium insistebant, attendentes illud primæ ad Cor. a Omnia mihi licent, sed non expediunt. Et illud eccles. b Omni negotio tempus est & opportunitas. Sed nunc per Dei gratiam totus populus Gallicanus colla Christianæ fidei submisit. Merito igitur ecclesia insistit circa delictorum punitionem, et iustorum iudiciorum redditionem, &c.* Vbi diuino iure fultam ecclesiasticorum iurisdictionis causam aperuit, naturali quoque niti, ac demum ciuili probat.

* *fidelibus*

Respondetur disparem tẽporum eõditionem.

a 1. Cor. 6
b Eccl. 3.

Vt episcopi exercuerint iudicia.

77 *Dicit,* inquit, *lex, quod si iudex laicus fuerit suspectus, adiungatur ei episcopus ciuitatis: si autem fuerit negligens, totum iudicium ad episcopum refertur, vt probatur in corpore autenticorum, &c. Præterea Theodosius Imperator talem legem condidit: Quicumque litem habens, siue petitor fuerit, siue actor, siue ab initio litis, vel decursis temporum curriculis, siue cum peroratur siue cum incæperit * perimi sententia, si iudicium elegerit sacrosanctæ sedis antistitis, illico sine aliqua dubitatione cesset: si alia pars refragatur, ad episcoporum iudicium cum sermone litigantium dirigatur. Quam legem postea Carolus magnus, qui erat Rex Franciæ, ita confirmauit: Volumus, &c.* Hæc ex nobili de hac controuersia tractatu delibare placuit, cui alter elegans ab eodem auctore adiunctus: *De origine & vsu iurisdictionum: siue de spirituali & temporali potestate.*

* *promi*

Quem vero exitum controuersia sortita sit, describit Paulus Æmilius c: *Prima actione nihil constitutum. Cum ampliatur die D. Thomæ Cantuariensi festo cum patrum frequenti globo Bertrandus Regem adijt, admonuitque illum illuxisse diem, quem pro libertate ecclesiæ Thomas sanguine suo consecrasset. Respondit Rex, omnia sibi curæ futura. Anceps vox. Bertrandus vt certius latiusque eliceret responsum, orauit vt qui diuinitus vocatus fuisset ad sceptrum, ambiguo responso non dimitteret tristes ab se sacerdotes, qui quotidie rem diuinam pro eo facerent. Tunc Rex: Iura, inquit, ecclesiarum auxerim potius, quam imminuta velim. Gratias vniuersi egere. Rex catholici cognomen promeruit.* Retulit etiam Bertrandus episcopus iusta defensæ ecclesiasticæ dignitatis præmia: illum enim creatum a Ioanne Cardinalem, vrgente Philippo Rege, visuri sumus. Petrus vero Cunerius tanto laborauit odio, vt pueri illius imaginem stylis configerent, eiusque infamia in prouerbium abierit.

c Paul. Æmil. in Phil. IV.

Lata a Philippo Rege pro iure ecclesiastico sẽtentia.

Iniusta Cunerio infamia.

78 De lata porro a se in ecclesiasticorum gratiam sententia, ac repressis eorum conatibus, qui sacerdotum auctoritatem labefactare moliebantur, Philippus Rex Pontificem certiorẽ fecisse videtur; cum vicissim Pontifex illi, vt catholicum principem se gessisse gratuletur a: *Literas,* inquit, *regias feruorem magnæ deuotionis & fidei, quibus erga Deum & ecclesiam sanctam suam, fidemque protegendam & dilatandam catholicam præfulgere regalis serenitas noscitur, recensentes delectabiliter, & responsionem peruersis detractoribus lædere synceritatem regiam circa præmissa molientibus factam, sicut catholicum & orthodoxum decebat principem, describentes recepimus læta manu; & præmissa etiam nonnullorum gratis Deo & nobis relatibus audiuimus exultantes, inde regiam prudentiam cum gratiarum actionibus vberibus laudis & commendationis præconijs in Domino plurimum attollentes, eamque rogantes attentius & hortantes, quatenus in huiusmodi salutari proposito, vt mereatur semper vberius diuinam & Apostolicæ sedis benedictionem & gratiam, stabiliter perseueret, &c. Dat. III. non. iunij anno XIII.*

a To. 7. p. 1 ep. secr. pag. 121.

Actæ a Pont. Regi gratiæ.

Hoc anno traiecit in Gallias Eduardus III. Angliæ Rex b, solemnique ritu acceptam beneficio auctoritateque aulæ Gallicæ Aquitaniam professus, fidem Philippo Regi deuinxit. Qui tamen conuersis rebus datæ fidei immemor Francorum Rex vocari voluit, ac regnum Gallicum magno rerum Christianarum damno ferro flammaque innasit. Hoc vero tempore domesticæ turbæ suis contentum esse coegerunt: dissensere enim ab eo Angliæ principes, quos ipsi conciliandos Pontifex suscepit c, litterasque dedit ad Eduardum, ad patruum illius Edmundum Cantiæ & Thomam Mareschallum & Henricum Lancastriæ comites, nec non ad Cantuariensem archiepiscopum, cui discordiæ causas sibi aperire iussit; ad Ioannem d episcopum Vvintoniensem, quem ob dissensionis auctæ suspicionem corripuit; denique ad Isabellam e Reginam, vt pacandis rebus operam daret.

Eduardus Gallo adijcit fidem.
b Vvalsin. in Eduar. III. sub hoc ann. Paul. Æmil. in Phil. IV.
Violata deinceps iurio fides.
c To. 7. p. 1. ep. secr. pag. 133. & 134.
d Pag. 134
e Sup. pag. 133.

79 In Scotia Robertus Rex, qui regiam dignitatem aduersus Anglorum conatus tot gestis prælijs suæ genti asseruerat, ad eam diuino constabiliendam præsidio, iam ante accepta regia insignia, totque annorum flexu vi & armis defensa, apostolica auctoritate nouo ritu induere peroptauit; tum vt eius successores ex nouo Pontificis decreto ab episcopo S. Andreæ, instaurato veteri more, regia inunctione linirentur: cuius votis Ioannes subiecto diplomate assensit f.

f An. 13. p. 3. ep. com. 2106.

Charissimo in Christo filio Roberto Regi Scotiæ illustri.

A summo cælestis regni Rege perpetuo, per

 quem

damnamus, & reprobamus expresse: si qui vero eosdem articulos pertinaciter defendere, vel approbare præsumpserint, contra illos, qui prædictos quindecim articulos & duos alios vltimos, seu eorum aliquem sic defenderint, aut approbauerint, tanquam contra hæreticos; aduersus vero eos, qui alios dictos vndecim articulos prout sonant verba eorum defenderint, aut approbauerint, velut contra suspectos de hæresi, procedi volumus, & mandamus.

72 Porro tam illis, apud quos præfati articuli prædicati seu dogmatizati fuerint, quam quibuslibet alijs, ad quorum deuenere notitiam, volumus notum esse, quod prout constat per publicum instrumentum inde confectum, præfatus Ekardus in fine vitæ suæ fidem catholicam profitens, prædictos viginti sex articulos, quos se prædicasse confessus extitit; necnon quæcumque alia per eum scripta & docta siue in scholis, siue in prædicationibus, quæ possent generare in mentibus fidelium sensum hæreticum vel erroneum, ac veræ fidei inimicum; quantum ad illum sensum reuocauit, ac etiam reprobauit, & haberi voluit pro simpliciter & totaliter reuocatis, ac si illos & illa sigillatim & singulariter reuocasset; determinationi Apostolicæ sedis & nostræ tam se, quam scripta sua & dicta omnia submittendo. *Dat. Auin. vi. kal. aprilis pontificatus nostri anno XIII.*

73 Ignorauit plane infandas huius hominis hæreses Taulerus a, qui meminit in opusculis suis Echardi tanquã egregij alicuius theologi pietate conspicui: cuius errorẽ secuti alij, non discussa re, hæresiarcham tanquam virum insignem ordinis Prædicatoris suis annalibus cõmendarunt. Certe inter mellita verba pietatem spirantia suspectam doctrinam inserijcit: quippe, cum præcipiti volubilitate garriret ad inanis gloriolæ aucupium, blasphemias horridas, & contradictorias sententias tanquam arcana, quibus doctrinam excellentem tegeret, obtrudebat.

a Taul. in opusc. de conniuio in Echard. & ex eo Bzou. in annal. ad an. Chr. 1337. n. 14.

Nec solum munus iniunxit Coloniensi archiepiscopo Ioannes, vt pestiferos errores ab Echardo disseminatos e suo grege euelleret; verum vt decanum quoque & canonicos Moguntinos nouo archiepiscopo infensos reprimeret b. Obierat enim anno superiori Matthias archiepiscopus, vir magni in defendenda sedis Apost. dignitate zeli, ingentiumq; virtutum, de quo præclarum castimoniæ exemplum ex Vvione refert his verbis Serarius c: *Vitam, inquit lib. 2. Vvion, duxit castissimam: dum enim quadam vice, eo ignorante, a camerarijs suis pulcherrima quædam virgo in cubiculum fuisset intromissa, vt eius sanitati consilio, vt aiebant, medicorum continentiam ei obesse affirmantium, consulerent; virginem quidem blande a se intactam dimisit: sed camerarijs ne talem rem amplius tentarent, sub interminatione præcepit, &c.* Peperit Moguntino principatui ingentes motus Matthiæ archiepiscopi mors, cum Ioannes d Papa iam ante sedi Apostolicæ ob Germanica bella præficiendi illi ecclesiæ archiepiscopi reseruasset auctoritatem, & Henricum (de Virnberg cognominat eum Serarius e) ex Cardinalium sententia creasset archiepiscopum, quem idibus martij literis ad clerum & populum Moguntinum datis commendauit: Balduinus vero Treuirensis archiepiscopus a Moguntino clero postulatus in archiepiscopum, canonicis violatis iuribus, sedis eiusdem administrationem arripuisset, ac vi tentata temere tueretur. Accessit porro in gratiam patrui deprecator apud Pontificem Ioannes Boemiæ Rex: cui ab illo responsum a, id iura pati non posse, cum Moguntinus clerus, qui suis votis ipsum ad archiepiscopatum vocabat, rem constituto tempore & legum ritu non promouisset.

b To. 7. p. 1. ep. secr. pag. 84.
Matthiæ archiep. Mogunt. mors & elogium.
c Serar. Mogunt. rer. l. 5. in Matthia.
Castitatis exemplũ ab eo editum.
Motus in principatu Mogũtino.
d To. 7. p. 1. ep. secr. pag. 94.
e Ser. Mog. rer. l. 5. in Henr.
a To. 7. p. 1. ep. secr. pag. 93.

74 Pari oppressos præsules contra potentiorum audaciam tuendi zelo permotus Pontifex eundem Ioannem Boemiæ, ac Vvladislaum Poloniæ, & Carolum Vngariæ Reges, vt contra Bolconem ducem Silesię Nankero Vvratislauiensi episcopo opera & consilio adessent, est adhortatus b. Traductum illũ superiori anno e Cracouiẽsi sede Vvratislauiam, refert Chromerus c magnisque mox inuolutum calamitatibus bellicis, cum Prutheni equites societate Regis Boemiæ fulti aduersus Polonum, cui auxilia ferebat Vngarus, de Pomerania certarent: in eius belli ardore Vvratislauia a Prussis capta impetu & adempta Polonis, & mox flammis deleta. Illatum postea vicissim a Polono in Prussiam bellum, sociantibus cum eo arma Vngaris & Lithuanis, & regio late deuastata. Pactæ post induciæ, & a Vvernero cruciferorum equitum principe Ioannes Rex Boemiæ, & ab Vvladislao Poloniæ Rege Carolus Vngarus Rex controuersiæ delecti arbitri; de quibus Michouias d & Chromerus e fusius agunt.

Oppress. fus ep. Vvratisl.
b Ead. p. pag. 95. & 98.
Vvratislauia flammis vastata.
c Chrom. hist. Pol. l. 11.
Certatũ de Pomerania inter Pruten. & Polon.
d Mich. l. 4. c. 10.
e Chrom. sup. l. 11.

75 In Gallijs Petrus Cunerius in Parisiensi senatu procurator regius, grauem controuersiam aduersus ecclesiasticam libertatem mouit f; contendebatque lites ad ecclesiasticum forum non auertendas, sed cum diuina & humana discreta sint, diuina iura a sacerdotibus, humana a Regibus eiusque administris tractanda: tum omnem illorum in dirimendis controuersijs auctoritatem conuellebat. Propugnauit ecclesiasticorum causam Bertrandus episcopus Æduensis, cuius opusculum insigne in bibliotheca patrum extat g, in quo vbi pluribus episcoporum dignitatem & eos Reges, qui ipsos singulari sunt veneratione prosecuti, victorijs & felicitate cumulatos demonstrauit, diuini humanique iuris dicundi auctoritatem discretam, sed non inter se pugnantem ostendit, vt apud vnum eundemque consistere non possit: veteres sacerdotes in naturali & & Mosaica lege vtraque vsos, Christum dominum & Apostolos in euangelica; ac Petri Cunerij argumentum egregie his verbis retorquet h: *Dicebat, & in hoc bene, quod per duos gladios intelligebantur duæ potestates, videlicet temporalis & spiritualis. Sed penes quos voluit esse istos duos gladios? Certum est quod penes Petrum & alios Apostolos; Petro autem successit dominus Papa, Apostolis vero succedunt alij episcopi, sicut discipulis curati, vt apparet in glos. Luc. 10. Ex quo arguo sic: Per duos gladios intelliguntur prædictæ duæ potestates. Sed Christus voluit esse illos duos penes ecclesiam. Ergo & vtramque potestatem. Sed dices, quod Christus reprehendit Petrum, quia percussit gladio temporali, amputando auriculam, dicens ei: Conuerte gladium tuum, &c. Sed hoc non valet: Christus enim non dixit Petro, quod expelleret a se talem gladium, sed reponeret in vaginam, penes se seruandum in vagina, vt daret intelligi, quod talis potestas, etsi sit penes ecclesiam; tamen eius exercitium quantum ad causam sanguinis in noua lege vult esse in manu iudicis laicalis, secundum nutum vero & imperium penes sacerdotem.*

Petr. Cunerius senator Parisiẽ. iuris eccles. oppugnator.
f Paul. Aemil. in Phil. IV.
g Ext. in bibl. patr. to. 4. pag. 1182.
Illum cõfutat Bertrandus ep. Eduẽs.
h Luc. 22.
Quomodo vterque gladij potestas sit penes ecclesiam.

76 *Tertio i; probo ex intentione Pauli Apostoli, vbi dicit, quod habens negotium etiam seculare aduersus alterum debet iudicari apud sanctos, vnde fecit*

i Sup. to. 3. pag. 1199

liuros producere satagens, dogmatizauit multa, fidem veram in cordibus multorum obnubilantis, quæ docuit quammaxime coram vulgo simplici in suis prædicationibus, quæ etiam redegit in scriptis. Ex inquisitione siquidem contra eum super his auctoritate venerabilis fratris nostri Henrici Coloniensis archiepiscopi prius facta, & tandem auctoritate nostra in Romana curia renouata comperimus, euidenter constare per confessionem eiusdem Ekardi, quod ipse prædicauit, dogmatizauit, & scripsit viginti sex articulos, tenorem, qui sequitur continentes.

Primus Echardi articulus. 71 Primus articulus. Interrogatus quandoque, quare Deus mundum non prius produxerit, respondit tunc sicut nunc, quod Deus non potuit primo producere mundum, quia res non potest agere antequam sit; vnde quam cito Deus fuit, tam cito mundum creauit. II. articulus. (Secundus) Item concedi potest mundum fuisse ab æterno. III. articulus. (Tertius.) Item simul & semel quando Deus fuit, quando Filium sibi coæternum per omnia coæqualem Deum genuit, etiam mundum creauit. IV. articulus. (Quartus.) Item in omni opere, etiam malo, malo inquam tam pœnæ, quam culpæ, manifestatur & relucet æqualiter gloria Dei. V. articulus. (Quintus.) Item vituperans quempiam vituperio, ipso peccato vituperij laudat Deum; & quo plus vituperat & grauius peccat, amplius Deum laudat. VI. articulus. (Sextus.) Item Deum ipsum quis blasphemando, Deum laudat. VII. articulus. (Septimus) Item quod petens hoc aut hoc, malum petit & male, quia negationem boni & negationem Dei petit, & orat Deum sibi negari. VIII. articulus. (Octauus.) Qui non intendunt res, nec honores, nec vtilitatem, nec deuotionem internam, nec sanctitatem, nec præmium, nec regnum cælorum, sed omnibus ijs renunciauerunt, etiam quod suum est, in illis hominibus honoratur Deus. IX. articulus. (Nonus.) Ego nuper cogitaui, vtrum ego vellem aliquid recipere a Deo vel desiderare: ego volo de hoc valde bene deliberare, quia vbi ego essem accipiens a Deo, ibi essem ego sub eo, vel infra eum, sicut vnus famulus, vel seruus; & ipse sicut Dominus in dando: & sic non debemus esse in æterna vita. X. articulus. (Decimus.) Nos transformamur totaliter in Deum, & conuertimur in eum simili modo, sicut in sacramento panis conuertitur in corpus Christi: sic ego conuertor in eum, quod ipse operatur me suum esse. Vnum non simile per viuentem Deum verum est, quod nulla ibi est distinctio. XI. articulus. (Vndecimus.) Quicquid Deus Pater dedit Filio suo vnigenito in humana natura, hoc totum dedit mihi: hic nihil excipio, nec vnionē, nec sanctitatem, sed totū dedit mihi, sicut sibi. XII. articulus. (Duodecimus.) Quicquid dicit sacra scriptura de Christo, hoc etiam totum verificatur de omni bono & diuino homine. XIII. articulus. (Decimus tertius.) Quicquid proprium est diuinæ naturæ, hoc totum proprium est homini iusto & diuino: propter hoc iste homo operatur quicquid Deus operatur, & creauit vna cum Deo cælum & terram, & est generator Verbi æterni, & Deus sine tali homine nesciret quicquam facere. XIV. articulus. (Decimus quartus.) Bonus homo debet sic conformare voluntatem suam voluntati diuinæ, quod ipse velit quicquid Deus vult: quia Deus vult aliquo modo me peccasse nollem ego, quod ego peccata non cōmisissem; & hæc est vera pœnitentia. XV. articulus. (Decimus quintus.) Si homo commisisset mille peccata mortalia, si talis homo esset recte dispositus, non deberet velle se ea non commisisse. XVI. articulus. (Decimus sextus.) Deus proprie non præcepit actum exteriorem. XVII. articulus. (Decimus septimus.) Actus exterior non est proprie bonus, nec diuinus: nec operatur ipsum Deus proprie, neque parit. XVIII. articulus. (Decimus octauus.) Afferamus fructum actuum non exteriorum, qui nos bonos non faciunt; sed actuum interiorum, quos Pater in nobis manens facit & operatur. XIX. articulus. (Decimus nonus.) Deus animas amat, non opus extra. XX. articulus. (Vigesim.) Quod bonus homo est vnigenitus Filius Dei. XXI. articulus. (Vigesim. primus.) Homo nobilis est ille vnigenitus Filius Dei, quem Pater æternaliter genuit. XXII. articulus. (Vigesim. secundus.) Pater generat me suum filium & eundem Filium, quicquid Deus operatur, hoc est vnum, propter hoc generat ipse me suum filium sine omni distinctione. XXIII. articulus. (Vigesim. tertius.) Deus est vnus omnibus modis, & secundum omnem rationem; ita vt in ipso non sit inuenire aliquam multitudinem in intellectu, vel extra intellectum: qui enim duo videt, vel distinctionem videt, Deum non videt: Deus enim vnus est extra numerum & supra numerum, nec ponitur vnum cum aliquo: sequitur, nulla igitur in ipso Deo distinctio esse potest, aut intelligi. XXIV. articulus. (Vigesim. quartus.) Omnis distinctio est a Deo aliena, neque in natura neque in personis probatur, quia natura ipsa est vna & hoc vnum, & quælibet persona est vna, & ad ipsum vnum quod natura. XXV. articulus. (Vigesim. quintus.) Dum dicitur: *Simon diligis me plus his?* sensus est, id est plus quam istos, & bene quidem, sed non perfecte; in primo enim & secundo & plus & minus & gradus est, & ordo: in vno autem nec gradus est nec ordo. Qui igitur diligit Deum plusquam proximum, bene quidem, sed nondum perfecte. XXVI. articulus. (Vigesim. sextus.) Omnes creaturæ sunt vnum purum nihil: non dico, quod sint quid modicum, vel aliquid; sed quod sint vnum purum nihil.

Obiectum præterea extitit dicto Ekardo, quod prædicauerat alios duos articulos sub his verbis. Primus articulus. (Vigesim. septimus.) Aliquid est in anima, quod est increatum & increabile: si tota anima esset talis, esset increata & increabilis, & hoc est intellectus. Secundus articulus. (Vigesim. octauus.) Quod Deus non est bonus, neque melior, neque optimus: ita male dico, quandocumq; voco Deum bonum, ac si ego album vocarem nigrum. Verum nos omnes suprascriptos articulos, per multos sacræ Theologiæ doctores examinari fecimus, & nos ipsi cum fratribus nostris illos examinauimus diligenter, & demum quia tam per relationem doctorum ipsorum, quam per examinationem nostram inuenimus primos quindecim memoratos articulos, & duos etiam alios vltimos tam ex suorum sono verborum, quam ex suarum connexione sententiarum errorem, seu labem hæresis continere; alios vero vndecim, quorum primus incipit, Deus non præcipit, &c. reperimus nimis male sonare, & multum esse temerarios, de hæresique suspectos, licet cum multis expositionibus, & suppletionibus, sensum catholicum formare valeant, vel habere; ne articuli huiusmodi, seu contenta in eis, corda simplicium, apud quos prædicati fuerunt, vltra inficere valeant, neue apud illos, vel alios quomodolibet inualescant; nos de dictorum fratrum nostrorum consilio præfatos quindecim primos articulos, & duos alios vltimos tanquam hæreticos; dictos vero alios vndecim, tanquam male sonantes, temerarios, & suspectos de hæresi, ac nihilominus libros quoslibet, seu opuscula eiusdem Ekardi, præfatos articulos, seu eorum aliquem continentes

deducta notitiam hæreticorum doctrina prædicta pestifera sic suo præfocetur in ortu, quod nequaquam eiusdem virus nequiter ad inficiendum simplices vlterius diffundatur. *Dat. Auin. xvi. kal. decembris pontificatus nostri anno xiv. anno Domini* MCCCXXIX.

69 Transmisit hunc commentarium Pontifex ad præsules, vt hæreticorum ora obstruerent, interque alios ad Hugonem episcopum Parisiensem [a], vt diuulgandum curaret: qui quidem vna cum Parisiensi academia egregiam laudem in propugnanda apostolica doctrina & Michaelis erroribus refellendis tulit [b]. Pari gloria in Anglia Icherius e Concoreto Apostolicæ sedis nuntius aduersus nõnullos Michaelis sequaces pseudominoritas, qui fœdissimos errores spargebant, susceptis impigre multis laboribus enituit [c]. Vvillelmus etiam Iuliaci comes, cum pium insectandi hæreticos ardorem concepisset, a Pontifice est collaudatus [d]. Quamuis vero nonnulli Minoritæ, impietatis signiferis Petro e Corbaria, Michaele & Ochamo, qui per vniuersũ orbem Christianum publice in ecclesijs defixi anathemate & hæreseos nota inusti fuere, vt docent publica ea de re documenta [e], schismatis & hæreseos laqueis se implicuissent; tamen sacer ordo pene vniuersus in fide Romani Pontificis constans perstitit, ipso Pontifice in literis datis [f] ad Reginam Francorum teste: qui suam in eũdem ordinem beneuolentiam non ob præuaricatorum perfidiam imminutam, sed ob aliorum zelum in comitijs solemnibus adeundis, magnisque susceptis impigre laboribus explicitum, auctam profitetur.

a To. 7. p. 2. ep. secr. pag. 113. *b To. 7. p. 1. ep. secr. pag. 123.* *c Ead. p. pag. 135.* *d Ib. pag. 99.* Paucis exceptis, vniuersus Minoritarũ ordo in fide Rom. Pont. perstat. *e Ext. inter alia in Auin. arc. reperta n. 161.* *f To. 7. p. 1. ep. secr. pag. 124.*

Ioannes episcopus, &c. Ioanna Regina Franciæ illustri.

Vt de affectione, quam ad eundem ordinem gerimus, solicitudini regiæ satisfiat indubie, volumus excellentiam regiam istud scire, quod extunc affectus noster ad eundem ordinem auctus est merito, non mutatus. Ex tunc enim, non obstante quod ille Petrus de Corbario, reputatione frater eiusdem ordinis, cathedram B. Petri præsumptuose nimium tentauerit occupare, seque summum Pontificem a suis sequacibus fecerit nominari; Michael quoque olim eorum minister, cum nonnullis suis sequacibus a nostra & sedis Apostolicæ obedientia se, velut schismaticus & hæreticus, duxerit subtrahendum; ministrisque dicti ordinis & alijs fratribus Petrus & Michael supradicti sub pœnis grauibus per suas literas duxerint iniungendum, ne venerabili fratri nostro Berttando episcopo Tusculano, quem dicto ordini quousque de ministro ordinatum foret, vicarium dedimus, in aliquo non parerent; nec nostras, seu eiusdem vicarij sententias excommunicationis, vel alias nullatenus obseruarent, sed interdicta per nos posita violarent; ordo tamen prædictus generaliter vbique (paucis exceptis personis vilibus, quæ fere omnes propter eorum delicta dudum carceri adiudicati fuerant, vel erant præsentialiter iudicandi) adeo prompte & plene nostris & dicti vicarij paruere mandatis, sicut vnquam summo Pontifici vel suo vero ministro paruit dictus ordo. Interdicta quoque nostra seruauerunt, vbi potuerunt, fratres dicti ordinis: vbi vero non potuerant, fugientes de locis illis, se ad loca, vbi seruare poterunt, transtulerunt. Contra fautores quoque Petri & Michaelis tam inquisitores hæreticæ prauitatis eiusdem ordinis, quam ministri & alij, ad quos pertinere diuersos processus fecerunt & sententias protulerunt: ac in præsenti omnes ministri & fratres alij pro generali ministro opportune, spretis mortis periculis, quod erat incredibile, properant versus Parisios gressus suos. Nonne per hæc, filia charissima, meruit dictus ordo, sed & promeruit merito gratiæ & fauoris augmentum? &c.] Roganti Reginæ, vt ea comitia ordinis in longius tempus extraherentur, respondet Pontifex id consilium eiusdem ordinis vtilitati non conducere. Quibus literis adiecta dies est, III. *non. maij pontificatus anno* XIII.

Pontifex pristinum in illum amorem non mutat, sed auget.

Laudat constantiam in rebus asperrimis Minoritas.

Tutatos ecclesiæ dignitatẽ.

Minoritas vero alijs literis paterni amoris notis insignibus refertis hortatus est [a], vt virum virtutibus conspicuum sibi præficerent; ex rectoris enim improba administratione grauissima mala emersisse: pietati propagandæ ac moribus ad sanctitatem perpoliendis studerent. De seruando vero disciplinæ rigore hoc illos præcepto imbuit: *Sic discretionis moderetur æqualitas, ne vel nimia remissio nutritiua sit vitiorum, vel impia districtio parricida virtutum.* Ad seruandam præterea mutuam animorum coniunctionem, conciliandam sibi præsulum beneuolentiam ipsis admodũ necessariam impulit, ipsosque illorum famam carpere ac traducere vetuit. Excitauit denique ad preces Numini diuino fundendas, vt tranquillitatem in ecclesiam, hæreseos & schismatis fluctibus agitatam, adduceret: pariterque solicitati Cistercienses [b], ac Prædicatores [c]; qui ordinis comitia celebrabant, vt pijs orationibus Deum ad molliendas iras restituendamque ecclesiæ quietem flecterent. Nec vanas Pontificis de religiosorũ virorum precibus conceptas spes fuisse sequenti anno visuri sumus, quo antipapa schisma execratus est.

a Ead. p. 1. pag. 125. Datum Minoritis monitum. Religiosæ familiæ ad fundẽdas pro ecclesia preces excitatæ. *b Ead. p. pag. 122.* *c Ib. pag. 58.*

70 Emersit e Prædicatorum, quam paulo ante memoraui familia, blasphemus Echardus, vir apud eos sacræ paginæ doctoratus laurea donatus: qui cum errores fœdissimos disseminaret, primum a Coloniensi archiepiscopo in ipsum fidei quæstio habita est: eaque ad sedem Apostolicam reuocata, cum iterum exerceri cœpisset, constitit tum vtroque examine, tum Ekardi ipsius confessione, ipsum prædicasse, scripsisse, ac docuisse nonnulla, quæ cum fide catholica pugnabant, & alia quæ hæreseos suspicione laborabant: ac propterea ex sacri Cardinalium senatus consilio damnata fuere. Tum etiam Pontifex in eos omnes, qui pertinaciter eos errores tuerentur, quæstionem haberi iussit: iniunxitque partes archiepiscopo Coloniensi [d], vt literas pontificias, quibus ij errores confutati erant, in prouincia sua promulgaret, ne inficerentur simplicium animi, ijque maxime, apud quos Echardus, dum viuebat, errores fuderat.

Echardus hæresiarcha. Damnati eius errores. *d An. 13. p. 1. ep. cur. 5*

Ioannes, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Dolenter referimus, quod quidam his temporibus, de partibus Theutoniæ Ekardus nomine, doctorque, vt fertur, sacræ paginæ, ac professor ordinis fratrum Prædicatorum plura voluit sapere quam oportuit, & non ad sobrietatem, neque secundum mensuram fidei, quia a veritate auditum auertens, ad fabulas se conuertit. Per illum enim patrem mendacij, qui se frequenter in lucis angelum transfigurat, vt obscuram & tetram caliginem sensuum pro lumine veritatis effundat, homo iste seductus, contra lucidissimam veritatem fidei in agro ecclesiæ spinas & tribulos germinans, ac nociuos carduos & venenosos paliu-

occupatæ fuerint reuocatæ, xvi. *q.* 1. *c. Auctoritate*; quod non fecisset, si hoc licitum non fuisset. Ad quod facit *extra. de sententia excommunicationis c. Dilecto li.* vi. *de restitutione spoliatorum c. Cum olim*. Item in concilio Gangrensi statutum fuit, quod si quis oblata Deo dederit vel acceperit præter episcopi assensum, qui ab eo institutus est, & qui dat & qui accipit, anathema sit, & sequitur: *Iniquum enim esse censemus, vt potius custodes chartarum, quam defensores rerum creditarum, vt præceptum est, iudicemur*, xvi. *q.* 1. *c. In canonibus*. Innocentius quoque in hoc, quod renunciantibus proprijs & habentibus in communi pro communi licet litigare, expresse determinasse videtur *extra de iudicijs c. Cum deputati*.

67 Adhuc iste hæreticus constitutionem, *Quia quorumdam*, impugnare nititur dicens, quod de clauibus ecclesiæ male sentire videtur, quia in dubium reuocat siue negat, clauem scientiæ ecclesiæ catholicæ fore clauem: cum enim in dubium reuocet, vtrum scientia clauis ecclesiæ sit censenda, & super hoc opiniones contrarias & diuersas recitet in partem illam, quod scientia non sit clauis in ecclesia, declinare videtur; cum dicit, quod Saluator noster in promissione clauium facta beato Petro hoc sensisse videatur expresse, cum immediate post illam promissionem subiunxerit: *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, &c.* nulla de scientia habita mentione: quæ sacræ scripturæ & sanctorum sententijs & doctrinæ ecclesiæ catholicæ, vt dicit iste hæreticus, contradicunt. Ad quod probandum inducit, quod legitur *Luc.* xi. vbi Saluator noster sic dicit: *Væ vobis legis peritis, qui tulistis clauem scientiæ, & ipsi non introistis & illos qui introibant prohibuistis*; ex quo patet, vt dicit, quod clauis scientiæ est vna clauis ecclesiæ a claue potentiæ separata. Profecto patet, quod eius malitia adeo istum hæreticum excæcauit, quod ad veritatem aliquam nequit erigere intellectum. Dicat nobis iste hæreticus, quibus loquebatur Saluator in verbis prædictis? Profecto negare non potest quin loqueretur pharisæis & scribis, quia sic ille textus dicit expresse; quibus tamen claues ecclesiæ traditæ quouis tempore non fuerunt: vnde patet, quod non intellexit loqui de clauibus ecclesiæ Dominus in verbis prædictis. Attendat adhuc iste hæreticus verba Saluatoris nostri, dixit enim: *Væ vobis legis peritis, qui tulistis clauem scientiæ*; clauem dixit scientiæ, non dixit clauem regni cælorum, de quibus clauibus, cum de clauibus ecclesiæ loqueretur, est intelligendus: illas vero Petro a Christo promissas legimus, & non scientię clauem, vt patet *Matth.* xvi. vbi Dominus Petro sic dixit: *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cælorum*. De clauibus autem istis regni cælorum Augustinus *de doctrina Christiana* sic dicit: *Has claues dedit ecclesiæ suæ, vt quæ solueret in terra, soluta essent in cælis; & quæ ligaret in terra, ligata essent in cælis*. Hoc etiam Saluator noster dixisse videtur expresse, sicut constitutio prædicta, *Quia quorumdam*, dicit; quia immediate post verba illa, *Tibi dabo claues regni cælorum*, subiunxit: *Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis*. Et si quæratur, quæ sit clauis scientiæ, de qua Dominus loquitur *Luc.* xi. respondet glossa, quod clauis scientiæ dominicæ est Christi humilitas, quam qui habet, habet apertum ostium ad intelligendum scripturas. Hanc Pharisæi & legisperiti contempserunt, nec ipsi eam in lege & prophetis noluerunt intelligere, nec ab alijs intelligi permiserunt. Item clauis scientiæ potest dici fides secundum illud Isaiæ vii. *Nisi credideritis, non intelligetis*. Hanc clauem scientiæ, scilicet Christi fidem, Pharisæi & legisperiti suis prauis expositionibus de legis & prophetarum dictis abstulerunt, quantum in eis fuit, sicut iste hæreticus, vt patet, nititur auferre. Hanc clauem, scilicet fidem habebat Petrus antequam sibi Dominus promitteret regni cælorum claues, vt patet in prææallegato *cap. Matth.* xvi. cum Dominus Apostolos interrogasset, quem dicebant homines esse filium hominis, & postmodum diceret eis: *Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Petrus dixit: Tu es Christus filius Dei viui*. Et sic patet, quod hanc clauem, scilicet fidei, Petrus habebat ante promissionem prædictam. Habebat etiam & humilitatem, alias Deus pater hoc non reuelasset ei, qui talia reuelare paruulis, id est humilibus consueuit, iuxta illud *Matth.* xi. *Confiteor tibi Pater, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*; & iuxta illud Psalmistæ: *Scientiam dat paruulis*. Et quod Pater Petro reuelauerit responsionem prædictam, hoc immediate subiunxit Dominus noster, qui immediate post responsionem Petri eidem Petro sic dixit: *Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui est in cælis*.

68 Item impugnat adhuc iste hæreticus constitutionem prædictam, falso imponens ei, quod dicit, quod summus Pontifex in his, quæ ad fidem & mores pertinent, potest suorum prædecessorum definitiones & dicta reuocare, & contrarium statuere, prout decreuerit statuendum; aperte iuxta morem suum mentitur hæreticus supradictus: constitutio enim illa hoc non dicit, nec de hoc facit aliquam mentionem, vt patere potest cuilibet intuenti: immo expresse negat, quod dicere Christum & Apostolos non habuisse in ijs, quæ habuerunt nisi simplicem vsum facti, profecto hoc directe, nec ad fidem pertinet, nec ad mores, vt in §. *Præterea* patet, in quo sic dicit: *Præterea dicant nobis assertores huiusmodi vbi legunt, quod ad fidem vel ad mores pertineat Christum & Apostolos non habuisse in ijs quæ habuerunt, nisi simplicem facti vsum. Profecto directe hoc ad fidem non pertinet, cum de hoc articulus non sit aliquis, nec sub quo valeat comprehendi, vt patet ex symbolis, in quibus articuli fidei continentur; nec etiam reductiue, quasi hoc sacra scriptura contineat, quo negato, tota scriptura sacra redditur dubia, & per consequens articuli fidei, qui habent per scripturam sacram probari, redderentur dubij & incerti; hoc enim in scriptura sacra non poterit, sed contrarium reperiri*. Ex quibus concludit dicens: *Vnde non possunt ex prædictis concludere, nisi falso, quin contra ordinata per summos Pontifices circa talia liceat successoribus aliud ordinare, quod prædictus Nicolaus expresse tin sua declaratione inseruit, vt superius plenius continetur*. Præmissa quoque, vt ad plurium possent peruenire notitiam, eorumque memoria conseruari valeret diutius, scripturæ præsenti decreuimus committenda: quam quidem bulla nostra munitam maioris ecclesiæ Auinionensis ostijs affigi fecimus seu appendi, vt sic iuxta nostrum desiderium ad communem

de-

Obiectio Michaelis contra sanctionem, *Quia quorumdam*.

Scientia an sit clauis.

Quæ sint claues ecclesiæ.

Clauis scientiæ, nomē metaphorice humilitati & fidei attributum interdum

Michael falso attribuit Pontifici ea, quæ non dixit.

Refellitur eius impostura.

stolus hortatur eos, vt collectas inter se facerent, deferendas Ierusalem sanctis, sic dicens: *De collectis, quæ fiunt in sanctis, sicut ordinaui in ecclesijs Galatiæ, ita & vos facite. Per vnam sabbati vnusquisque autem vestrum apud se reponat, recondens quod ei placuerit.* Hæc autem non facerent, si nihil haberent, & patet sicut in articulo proximo latius continetur. Augustinus quoque dixit, quod non legitur, quod conuersi ad fidem ex gentibus communicauerint sua. Quare patet, quod dictum Apostoli nihil pro ipso hæretico facit, quia non loquitur de perfectis, sicut ipse perfectos accipit, scilicet qui abdicauerunt omnium temporalium dominium, solo simplici vsu facti contenti: sed loquitur de omnibus Corinthijs ad fidem conuersis, qui dominium temporale retinuerunt sibi. Sane secundum hoc videtur, quod fidelibus non liceat litigare sine peccato, quod esset nimis durum.

Licet fidelibus litigare.

65 Et ideo est dicendum, quod præcepta illa *Matth. v.* data: *Si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe ei & alteram: & qui vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: & quicumque te angariauerit mille passus, vade cum eo alia duo;* secundum quod dicit Augustinus in libro de sermone Domini in monte: *Non sunt semper seruanda in executione operis, sed semper in præparatione animi sunt habenda;* scilicet vt semper simus parati hoc facere & sustinere, quando charitas hoc requireret: & recitatur XXIII. *q.* I. *cap. Paratus*. Et propter hoc Apostolus non simpliciter dixit I. *ad Corinthios* VI. quare non iniuriam accipitis; sed dixit: *Quare non magis iniuriam accipitis*. Et quod hoc eis simpliciter non interdixerit, ex eo apparet, quia in præcedenti *cap.* scilicet I. *ad Corinth.* VI. Apostolus reprehenderat Corinthios, quia erant negligentes in iudicio faciendo, dicens eis: *Nonne de his, quæ intus sunt iudicatis?* Item in prælegato *cap.* I. *ad Cor.* VI. Apostolus Corinthios reprehenderat, quia coram infidelibus litigabant, & iudicium subibant, dicens: *Audet*, id est præsumit, *aliquis vestrum, habens negotium aduersus alterum iudicare*, id est iudicium subire, *apud iniquos, & non apud sanctos*; id est fideles. Item ostendebat, quod hoc ad fideles pertinebat, dicens: *Et si in vobis*, id est per vos, *iudicabitur mundus*, id est mundani, *indigni estis qui de minimis*, scilicet temporalibus, *iudicetis*, quasi dicat, quia qui maioribus, multo fortius minoribus est dignus. Et sequitur: *Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum*. Hoc autem dicebat sibi ironice, vnde subdit: *Ad verecundiam vestram dico*; subaudi, quia curritis ad iudicia infidelium. *Non est inter vos sapiens quisquã, qui possit iudicare inter fratrem & fratrem suum? Sed frater cum fratre in iudicio contendit: & hoc apud infideles?* Deinde reprehendit eos, quia iniuste & fraudulenter fratres suos ad iudicium trahebant, dicens: *Iam quidem omnino delictum est in vobis, quia iudicia habetis inter vos;* scilicet fraudulenta & iniuriosa, vnde sequitur: *Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus*. Et quod de talibus, qui fraudulenter trahebant fratres ad iudicium Apostolus intellexerit, patet quia statim subiunxit: *An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt?* eos agere inique supponens: vnde patet quod Apostolus non interdixit simpliciter Corinthijs conuersis ad fidem litigare; immo quod eis liceret, ex multis, vt patet ex prædictis, ostendit &

Vera interpretatio aliquorũ textuum difficiliũ.

Ostenditur ex Apostolo non vetita litigia quæ fraude non fiant.

ideo subiungit: *Omnia mihi licent; glo. omnia meã licet repetere mihi*. Nec per sacram scripturam patet, quod Christus, seu Apostoli secundum intellectum historicum semper seruauerint præcepta prædicta: de Christo enim domino nostro legitur *Io.* XIII. quod cum vnus ex ministris Pontificis dedisset ei alapam, non sibi præbuit aliam, sed dixit ei: *Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, cur me cadis?* Item de B. Paulo legitur *actor.* XXII. quod cum tribunus iussisset eum flagellis cadi & torqueri, & eum astrinxisset loris, dixit astanti concioni Paulus: *Hominem Romanum indemnatum licet vobis cædere?* Quo audito tortus non fuit. Item *act.* XXIII. cum princeps sacerdotum præcepisset percuti os Pauli, Paulus dixit ad eum: *Percutiet te Deus, paries dealbate. Et tu sedens iudicans me secundum legem, & contra legem iubes me percuti?* Item eodem capite legitur, quod Paulus, cum audisset a filio sororis suæ, quod plures ex Iudæis deuouerant, se non manducaturos neque bibituros, donec occiderent ipsum; misit nepotem suum ad tribunum ad nunciandum sibi prædicta, & sic euasit, vt legitur XXIII. *q.* III. *cap. Maximus*. Item cum Ierosolymis in manus Romanorum traditus fuisset, & Iudæis contradicentibus ipsum non expedirent, ad Cæsarem appellauit, vt legitur *actor. vlt.* Ex quibus satis liquet, quod non fuit intentio Saluatoris nostri prohibere fideles se defendere in iudicio & res suas; nisi quando hoc charitas suaderet: quare patet, quod prædictus hæreticus vt præuaricator legis diuinæ allegauerat supradicta capitula, quæ non tangunt in aliquo nostras constitutiones prædictas.

Agere iudicio cũ sanctitate non pugnat.

66 Cum ergo quæritur, vtrum Apostolis & discipulis & eorum sequacibus pro rebus, quas habebant, licuerit & liceat litigare; videtur dicendum, quod illis, qui propria non habebant, pro rebus aliquibus tanquam proprijs non licuit litigare: illis autem, qui habebãt cõmunia pro illis vt pro communibus animo ipsa bona communia defendendi, vel repetendi sine fraude & alicuius iniuria licuit litigare, præsertim illis, qui curã habebant illius communitatis, vel saltem alij eorum mãdato: nisi forsan ex hoc graue scandalum sequi posset, quo casu esset iudicium differendum, vel omittendum. Et si diceretur, vt dicit iste hæreticus, quod viris perfectis pro rebus religionum suarum esset prohibitum litigare, omnes religiosi, qui renuntiauerunt proprijs & habent in communi, vt sunt illi qui viuunt secundum regulam beati Augustini & Benedicti, & quasi omnium aliorum sanctorum patrum, diuersarum religionum fundatorum, qui habent in communi, in via damnationis existerent, bona communia in iudicio defendendo: qui tamen tenentur seruare, tueri, & defendere bona illa, quod ex eo patet, quia B. Augustinus ad Bonifacium dixit: *Maximus episcopus Vagiensis auxilium petit ab Imperatore Christiano contra hostes, non tam sui vlciscendi causa, quam tuendæ ecclesiæ sibi creditæ; quod si prætermisisset, non eius fuisset laudanda patientia, sed negligentia merito culpanda.* Item quod prælatis quorum status reputatur præstantior alijs, & qui locum tenent Apostolorum prõ rebus suarum ecclesiarum litigare liceat, patet: Nicolaus enim Papa præcepit archiepiscopo Treuirensi & eius ecclesiæ filijs, vt spirituali simul & materiali gladio tamdiu occupatores possessionum & rerum ecclesiæ ipsius insequerentur, eorumque fautores, quousque cum integritate possessiones & res alias oc-

Habentibus commune pro communi licet litigare.

Refellitur Michaelis delirium, quod perfectis non liceat.

Licere episcopis demõstratur.

Conuersi ex gentibus suarum rerum dominium retinuere.

non videtur, quod ipsi inuicem & alijs credentibus communicauerint sua: immo videtur, quod ipsa retinuerint sibi propria sicut prius; vt probatur de Corinthijs 1. *ad Corinthios c. 16. in principio* vbi dicitur sic: *De collectis autem, quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui in ecclesijs Galatiæ, ita & vos facite. Per vnam sabbati vnusquisque vestrum apud se reponat, recondens quod ei placuerit.* Item *ad Philippenses* 1v. Apostolus Philippensibus sic dixit: *Scitis autem & vos Philippenses, quod in principio euangelij, quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi vos soli: quia & Thessalonicam semel & bis in vsum mihi misistis;* & sequitur: *Repletus sum acceptis ab Epaphrodito, quæ misistis odorem suauitatis.* Item *actor.* x1. legitur, quod cum Agabus propheta in Antiochia in præsentia Barnabæ & Sauli significasset per spiritum famem futuram magnam in vniuerso orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio; discipuli, prout quisque habebat, proposuerunt singuli ministrum mittere habitantibus in Iudæa fratribus: quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ & Sauli. Et hoc est, quod Augustinus, 111 *de doctrina Christiana* dicit expresse, sic dicens: *Tam extiterunt capaces Spiritus sancti qui primo ex Iudæis crediderunt, ex quibus facta est prima ecclesia Ierosolymitana, vt omnia sua venderent, eorumque pretium indigentibus distribuenda ante pedes Apostolorum ponerent, seque totos dedicarent Deo, tanquam centuplum nouum, in orationibus & fractione panis spiritualis & corporalis, qui prius veteri templo seruiebant; quod nullas ecclesias gentium fecisse scriptum est, quia non tam prope erant, qui simulacra manu facta deos habebant: ex quo intelligimus, magnam vtilitatem fuisse Iudæos sub lege tanquam sub pædagogo custoditos, vt signa quæ temporaliter eis carnaliter seruientibus erant imposita, vnius Dei cultum, qui fecit cœlum & terram, opinione obseruanium religarent.*

Fideles Iudæi præ omnibus feruentissimi.

An licuerit Apostolis litigare

63 Tertio videndum est, vtrum pro rebus, quas habuerunt Apostoli, licet non loquantur litigasse pro ipsis, eis licuerit litigare. Et quod non licuerit dicit hæreticus iste, ad quod probandum inducit *Matth.* x1x. vbi Petrus pro se & alijs Apostolis Domino dixit: *Ecce nos reliquimus omnia, &c.* ex quo patet secundum catholicos doctores, vt dicit, quod Apostoli reliquerunt ius agendi in iudicio, quod non stat cum tali perfectione super erogationis, quæ implicat ad peccatum, sicut probat, secundum eum, Apostolus 1. *ad Cor.* v1. dicens: *Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos;* & ideo Christus, vt dicit, iniunxit perfectis, vt non litigarent in iudicio *Matth.* v. & *Luc.* v1. dicens, quod illa tantum intelliguntur perfectis iniunctas & similiter illud Apostoli 1. *ad Cor.* v1. In quibus iste hæreticus mentitur aperte, quia quod in euangelijs prædictis dicitur, non potest intelligi de perfectis, prout ipse sumit perfectos: illos enim solos perfectos asserit, qui a se temporalium omnium proprietatem abdicarunt, & dominium: sibi dumtaxat retento simplici vsu facti; constat autem quod illa verba: *Et qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium,* posita *Matth.* v1. & *Luc.* v. intelliguntur de ijs, qui in proprio temporalia obtinebant: loquitur enim Dominus illi qui tunicam habebat & pallium; dicit enim: *Qui voluerit tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium;* sicque

Perfectorum definitio male sumpta a Michaele.

patet, quod tunicam habebat & pallium is, cui loquebatur. Præterea illi statim, cui prædicta iniunxerat, sic præcepit ibidem: *Qui petit a te da ei; & volenti mutuare a te, ne auertaris.* Ex quibus etiam patet, quod habentibus temporalia hactenus est locutus, cum dixerit, quod det ei, qui a se petit: quod non posset facere, cum dare sit accipientis facere, nisi dominium etiam quoad temporalia obtineret: nec mutuare posset, nisi eius, quod mutuaret esset dominus, cum in mutuo a mutuante in eum, qui mutuum recepit, rei mutuatæ sit dominium transferendum. Item ipse intelligit Apostolis datum prædictum fuisse mandatum, quod est falsum: tempore enim illius sermonis in monte facti, in quo iniuncta sunt prædicta, nullus adhuc erat Apostolus, vt patet, quia sermo ille recitatur *Matth.* v. & Apostoli fuerunt facti post, vt patet Matth. x. Vnde dici non potest, nisi mendaciter, quod illa præcepta, contenta in illo sermone Domini in monte, solis Apostolis facta fuerint, cum nondum essent Apostoli.

64 Item attendat iste hæreticus, quod Dominus præcepit *Matth.* xv111. discipulis suis dicens: *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum;* & sequitur: *Si autem te non audierit, dic ecclesiæ: si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* Voluit ergo Saluator noster, quod eius discipuli, inter quos erat Petrus, vt patet quia statim sequitur ibi: *Tunc accedens ad eum Petrus, &c.* conquererentur ecclesiæ de iniuriantibus sibi. Et quod verba prædicta *Matth.* v. non solum perfectis, sed generaliter intelligantur omnibus esse data, ex eo patet, quod illa verba sunt dicta in illo magno sermone Domini in monte, quod continetur *Matth.* v. v1. & v11. *cap.* in fine autem v11. *cap.* Dominus concludens, sic dixit: *Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro prudenti, qui ædificauit domum suam super petram; &c.* & sequitur quod *omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, &c.* Cum ergo non dixerit omnis qui audit verba mea, sed dixerit: *Verba mea hæc, & facit ea assimilabitur viro prudenti, &c. qui vero audit & non facit, similis erit viro stulto;* apparet, quod non solum perfectis sunt dicta verba prædicta, sed & imperfectis, cum omnibus illa seruantibus promittatur præmium, & omnibus non seruantibus pœna. Pro hoc etiam facit quod Christus Apostolis *Matthæi vltimo* dixit: *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcumque mandaui vobis.* Ex quibus clare etiam patet, quod mandata data discipulis, sicut illa fuerunt data, cum nondum essent Apostoli, vt patet ex prædictis, intelliguntur omnibus data. Et hoc tenet Augustinus *in lib. de sermone Domini in monte.* Item idem Apost. 1. *ad Cor.* v1. *Iam quidem omnino delictum est in vobis, quia iudicia habetis inter vos? Quare non magis accipitis? Quare non magis patimini fraudem? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus;* non intelligitur dictum talibus personis, de quibus loquitur iste hæreticus, scilicet qui a se dominium omnium temporalium abdicauerunt, contenti solo simplici vsu facti: loquebatur enim Apostolus Corinthijs conuersis ad fidem, qui quidem non renuntiauerunt bonis suis, nec ad inuicem communicauerunt sibi, vt patet 1. *ad Cor. vltimo in principio,* vbi Apo-

Pauli textus ab eodem in alienum sensum detortus.

sto-

euangelium prædicabant, quam seruare Apostolis licuit, vel etiam non seruare: alias autem Apostolus Paulus transgressor præcepti huiusmodi extitisset, quia plerumq; ab illis, quibus prædicabat non recipiebat necessaria; sed illa vel recipiebat ab alijs, vel ea suis manibus acquirebat, sicut patet *1. ad Corinth. IX. & ad Philippen. IV. 1. ad Thessalonicen. 1. & actor. XX.* vbi dicitur: *Argentum autem & aurum, aut vestes nullius concupiui, sicut ipsi scitis; quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & ijs, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ.*

Item præceptum illud fuit temporale. Præterea quod illud præceptum fuerit temporale, satis innuitur: *Luc. XXII.* vbi Dominus Apostolis dixit: *Quando misi vos sine sacculo & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis?* Præterea discipulis * LXX. quando misit eos, dixit: *Nolite portare sacculum*, in quo pecunia consueuit portari, *neque peram*, in qua consueuerunt alimenta portari, *neque calceamenta*; & tamen de illis certum est, quod multi ex discipulis erant multa bona habentes, vt patet ex prædictis. * LXXII.

61 Si autem consideretur tempus post reuersionem, tunc videtur quod eis licuerit habere præmissa in communi saltem; habuerunt enim Apostoli, postquam fuerunt reuersi de prædicatione, panes & pisces, vt patet in miraculis panum & piscium, quæ facta fuerunt postquam de prædicatione ad Iesum redierunt, vt patet *Marc. VI.* vbi de Apostolis postquam a prædicatione redierant, dicitur sic: *Et conuenientes Apostoli ad Iesum, renunciauerunt ei omnia, quæ egerant & docuerant*, scilicet in prædicatione. Ecce quod de prædicatione, ad quam missi fuerant, reuersi erant & rationem Domino reddiderant de ea; & post, *eodem cap.* sequitur miraculum quinque panum & duorum piscium, vbi Apostoli, cum Dominus dixisset eis, quod darent turbæ manducare, dixerunt: *Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis manducare.* Illi dixerunt, non sunt nobis plusquam quinque panes, &c. *Lucæ* vero IX. dicitur sic: *Et reuersi Apostoli narrauerunt illi quæcumque fecerant*; & post sequitur *eodem cap.* miraculum prædictum quinque panum, vbi dicitur, quod cum Dominus Apostolis dixisset: *Vos date illis manducare*; illi dixerunt: *Non sunt nobis plus quam quinque panes & duo pisces; nisi forte nos eamus & emamus in omnem hanc turbam escas.* Ex quibus patet, quod postquam reuersi sunt a prædicatione Apostoli, habuerunt panes, pisces, & pecuniam, de qua tantæ turbæ, quanta erat ibi, poterant emere cibos.

Probatur ex historia euangelica.

Item quod postquā redierunt a prædicatione habuerint pecuniam, patet: nam legitur *Io. IV.* quod Iesu sedente super fontem Iacob, discipuli eius abierunt in ciuitatem, vt cibos emerent: sicque patet, quod pecuniam habebant, cum emptio mediante pecunia fiat: *deuteronomij 11. cap.* & tamen tunc temporis Apostoli de prædicatione fuerant, vt videtur, reuersi, cum in *cap. præallegato* Iesus discipulis dixerit: *Ego misi vos metere quod non laborastis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.* Supponit quoque euidenter scriptura euangelica, ipsos post reuersionem prædictam, sacculos, in quibus portabatur pecunia, & plures tunicas habuisse; legitur enim *Luc. XXII.* dominum nostrum Iesum Christum Apostolis dixisse: *Qui habet sacculum, tollat similiter & peram: & qui non habet gladium, vendat tunicam suam, & emat gladium*; & sequitur, quod Apostoli dixerunt ei: *Domine ecce gladij duo hic.* Ex quo patet, quod duos gladios habebant; Petrus quoque legitur *Ioan. XVIII.* gladium habuisse, vbi dicitur, quod Simon Petrus habens gladium eduxit eum & percussit Pontificis seruum cui Dominus dixit: *Mitte gladium tuum in vaginam.*

62 Si autem quæratur de tempore post mortem Christi; videtur adhuc distinguendum inter tempus ante missionem Spiritus sancti, & tempus post missionem ipsius. Si quæratur de tempore ante missionem Spiritus sancti, non legitur quod quoad præmissa circa eos aliquid fuerit immutatum; sed quod iuxta præceptum Domini dicentis *Luc. vltimo: Vos autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto*; expectauerunt in ciuitate aduentum Spiritus sancti. Si autem quæratur de tempore post missionem Spiritus sancti; videtur adhuc distinguendum inter illos, qui ex Iudæis conuersi fuerunt in primitiua ecclesia Ierosolymitana: & inter gentiles. Quoad conuersos ex Iudæis, videtur quod Apostoli & discipuli Christi ex vna parte, & illi qui postea ad prædicationem Petri & miracula sunt conuersi omnia, quæ habebant, sibi inuicem communicauerunt; ita quod nullus ipsorum proprium sibi retinuerit, sed communia fuerunt effecta: & intellige, quod quoad dominium illa fuerunt communicata, vt probatur *actor. II.* & *IV.* vt superius est ostensum. Et quia iste hæreticus dicit, quod illa cōmunio intelligitur de turba discipulorum, inter quos erant omnia communia quæ habebant; non de Apostolis, quia nihil habebant in temporalibus nec in proprio nec in communi, nisi tantum in rebus vsu consumptibilibus simplicem facti vsum; dicimus quod hoc dicendo, Apostolos a credentium numero euidenter excludit: dicitur enim *actor. II.* quod omnes, qui credebant, erant pariter & habebant omnia communia: si ergo omnibus credentibus erant omnia communia, sequitur quod si Apostolis non erant communia, quod credentes non erant, quod est falsum: immo sicut ipsi inter credentes principaliores erant, sic eis omnia communia principaliter existebant: vnde sicut principalioribus pecuniæ agrorum & domorum venditorum ante pedes Apostolorum ponebantur, vt legitur *actor. IV.* & hoc expresse probatur per epistolam Clementis recitatam pro parte XII. q. 1. c. *Dilectissimus*, in qua B. Clemens, scribens condiscipulis suis, Ierosolymis habitantibus cum B. Iacobo episcopo Hierosolymitano, sic dicit: *Apostoli eorumque discipuli vna nobiscum & vobiscum communem vitam duxerunt: vt enim bene nostis, erat multitudinis cor eorum vnum, & anima vna: nec quisquam eorum aut nostrum de ijs, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed omnia nobiscum erant communia*; vnde satis clare monstratur, quod Apostoli & eorum discipuli illa, quæ habebant communicauerunt Iudæis Ierosolymitanis conuersis, & econtra, vnde Hieronymus ibi: *Talem fuisse ecclesiam credentium primo in Christum, qualem nunc monachi etiam imitantur & cupiunt, vt nil cuiquam sit proprium, nullus inter eos diues, nullus pauper, patrimonium diuidatur, orationi vacetur & psalmis, doctrinæ quoque & continentiæ insistatur; Lucas manifeste refert cum dicit: quotquot erant possessores agrorum aut domorum, &c.* Expresse quoque innuit & supponit, quod ante illam communionem habere potuerunt Apostoli & discipuli eorum aliqua in proprio & in communi.

An habuerint post Christi passionem.

Probatur habuisse in cōmuni inter Iudæos.

Quantum autem ad conuersos ex gentibus; non

egenus & pauper merito reputari, quod patet ad sensum: si enim Rex Franciæ, non renuntiando regno, se absentaret a regno, & post lapsum alicuius temporis incognitus rediret ad illud, si se pro Rege non gereret, nec aliqua emolumenta perciperet dicti regni, sed in domo regia reciperet vt vnus alius ex gratia necessaria vitæ suæ, talis vtique licet Rex esset & dominus, posset mendicus & pauper merito reputari. Hinc est, quod Apostolus *ad Galatas* IV. dicit, quod heres, quamdiu est paruulus, non differt a seruo, cum tamen sit omnium dominus: sic Christus Rex Regum, & dominus dominantium, quoad perceptionem fructuum regni & rerum temporalium, nisi in valde paucis, pro Rege vel domino se non gessit: propter quod merito pauper dici potuit voluntarius & egenus; non propter dominij carentiam siue regni, sed propterea quia se eorum fructibus & prouentibus non iuuabat.

Confirmatur exemplo insigni.

58 Nunc autem de Apostolis est videndum, vtrum habuerint dominium aliquorum temporalium in proprio vel in communi. In quæstione ista videtur distinguendum inter tempus, quo Apostoli fuerunt cum Redemptore nostro dum viueret, & tempus post eius mortem. Si quæratur vtrum tempore, quo cum Redemptore nostro fuerunt, habuerint aliqua; videtur adhuc distinguendum inter tempus antequam ad prædicandum mitterentur, & tempus missionis, & quo in prædicatione fuerunt, & tempus postquam sunt a prædicatione reuersi. Si consideretur primum tempus, videlicet tempus antequam ad prædicandum mitterentur, non videtur quod eis habere aliqua, præsertim ad vitæ sustentationem pertinentia, fuerint interdicta; quod apparet ex forma vocationis eorum, cum enim ad discipulatum vocati fuerunt, forma vocationis Petri & Andreæ, vt patet *Matth.* IV. fuit hæc: *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum*; & sequitur: *At illi, relictis retibus, continuo secuti sunt eum*. De Iacobo autem & Ioanne in eodem cap. non dicitur aliud, nisi quod vocauit eos, & sequitur: *Illi autem statim, relictis retibus & patre, secuti sunt eum*. Forma autem Matthæi fuit hæc: *Sequere me*; & sequitur quod *relictis omnibus, surgens secutus est eum*. Forma autem vocationis Philippi noscitur fuisse talis: *Sequere me*; vt habetur *Ioann.* I. Ex forma autem vocationum prædictorum, nec ex his, quæ ipsi fecisse tunc leguntur, non apparet quod ipsi renunciauerint omnibus bonis suis. De Petro autem & Andrea non legitur, quod tunc reliquerint, nisi retia sua; & tamen legitur *Marc.* I. & *Matth.* VIII. quod post prædicta Iesus exiens de synagoga, venit in domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Ioanne, vbi curauit socrum Petri de febre. De Iacobo autem & Ioanne non legitur, quod tunc reliquerint nisi retia & patrem, quæ quidem retia videntur fuisse patris, qui viuebat potius quam ipsorum. De Philippo autem non legitur, quod tunc reliquerit aliquid. De Matthæo autem legitur, quod *relictis omnibus secutus est eum*; & tamen statim sequitur postquam dictum est, quod reliquit omnia & secutus est eum, quod fecit sibi Leui, id est Matthæus magnum conuiuium in domo sua: ergo per illam generalitatem non desierat domus illa esse sua. Præterea cum Iesus misit duodecim, quos & Apostolos vocauerat, legimus eis interdixisse aliqua, videlicet vt non possiderent aurum, neque argentum, neque æs in zonis suis & nonnulla alia: ex quibus patet, quod ante missionem illa eis interdicta non erant, alias frustra in missione fuissent eis talia interdicta, vt patet *Matth.* X. & *Marc.* III. & *Luc.* IX. eodem modo LXX. discipulis, dum eos misit, aliqua interdixit, vt patet *Luc.* X. ex quo sequitur quod ante illa non fuerant ipsis interdicta.

An Apostoli aliquod rerum dominium habuerint

Distinguitur varia eorum tempora.

Probatur eos habuisse ante missioné ad populos.

59 De discipulis autem constat, quod aliqui habuerunt multa. De Ioseph ab Arimathia legitur *Io.* XIX. quod erat discipulus Iesu: *Matth.* autem XXVII. dicitur, quod erat diues homo & discipulus Iesu. Item constat quod Simon leprosus erat discipulus Iesu & tamen legitur *Matth.* XXVI. quod Iesus in Bethania erat in domo eius. Item Lazarus, Martha, & Maria Magdalena, qui erant eius discipuli, erant multa bona habentes; vnde legitur de eis *Io.* XI. quod castrum dictum Bethania erat Mariæ Magdalenæ & Marthæ, & quod in Bethania fecerunt ei cœnam magnam, in qua Martha ministrabat, Lazarus autem erat vnus de discumbentibus cum Iesu: Maria vero accepta libra vnguẽti nardi pistici pretiosi vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius. De Tabitha quoque, quæ interpretatur Dorchas, quam Petrus suscitauit a mortuis, vt legitur *Act.* IX. quod erat discipula & plena operibus bonis & eleemosynis, quas faciebat; & quod omnes viduæ flentes ostenderunt Petro tunicas & vestes, quas faciebat eis Dorchas: ex quibus patet, quod & ista, non obstante discipulatu, temporalia habebat, de quibus faciebat eleemosynas prædictas. Nec reperimus, quod Iesus dominus noster aliam legem viuendi discipulis dederit, & aliam Apostolis suis: immo B. Clemens in quadam epistola sua, cuius pars recitatur XII. q. I. c. *Dilectissimis*, expresse supponit, quod eadem erat Apostolorum & discipulorum vita, dicens: *Communis vita omnibus est necessaria, & maxime ijs, qui vitam Apostolorum & discipulorum imitari volunt*. Item nec cum ipsos Apostolos ex discipulis fecit, videtur eis indixisse aliam vitam, quam prius habuerunt, sed potestatem eis aliquam tribuisse; vnde cum eos Apostolos ordinauit, legitur *Matth.* X. sic dixisse: *Et conuocatis duodecim Apostolis suis dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt ejicerent eos, et curarent omnem languorem & omnem infirmitatem*.

Probatur discipulos habuisse aliquarũ rerum dominium.

60 Si vero consideretur tempus, quo missi fuerunt ad prædicandum, videtur quod illo tempore aliqua fuerint eis habere interdicta, legitur enim *Matth.* X. quod illos duodecim Apostolos misit, præcipiens & dicens: *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris: non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam*. *Matth.* vero VI. legitur sic dixisse: *Et vocauit duodecim & cœpit eos mittere binos, & præcipit eis ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum: non peram, non panem, neque in zona æs*; sed calceatos sandalijs, & ne induerent duabus tunicis. *Luc.* vero IX. legitur sic dixisse: *Misit illos*, scilicet duodecim Apostolos, *prædicare regnum Dei & sanare infirmos*, & ait ad illos: *Nihil tuleritis in via: neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis*. Ex quibus videtur, quod pro tempore viæ prædictæ tantum prædicta eis fuerint interdicta. Augustinus tamen dicit expresse in libro de concordia euangelistarum, quod illud non fuit præceptum, sed potestas data recipiendi necessaria ab ijs, quibus euan-

An fuerit præceptũ Apostolis, ne haberent missionis tempore.

Sensit Augustinus, non fuisse præceptũ, sed licentiam accipiendi necessaria.

sequitur quod regnum & dominium tanquam homini Deus sibi concessit. Hoc etiam supponit angelus loquens, eo nato, pastoribus dicens: *Hodie natus est vobis saluator, qui est Christus dominus*, id est Rex & dominus: vbi aduertendum, quod illud quod Gabriel angelus Christo nondũ nato dixerat de futuro, dicens Mariæ: *Dabit ei Dominus sedem Dauid patris eius, &c.* angelus iste eo nato dixit pastoribus per verba de præsenti, dicens: *Hodie natus est vobis saluator, qui est Christus dominus*. Hoc Augustinus *libro de concordia euangelistarum in proœmio* expresse testatur, dicens: *Dominus Iesus Christus vnus verus Rex & vnus verus sacerdos est*; & paulo post dicit sic: *Secundum hominem quippe Christus & Rex & sacerdos effectus, cui dedit Deus sedem Dauid patris sui, & regni eius non erit finis*.

Non Israelitarũ modo sed omnium dominus fuit.

56 Item quod saluator fuerit dominus omnium temporalium videtur: de eo enim dicitur *Isaia* XVI. *Emitte agnum Domine dominatorem terræ*. Item *Michea* V. de eo dicitur sic: *Et tu Bethleem Effrata, nequaquam minim a es in principibus Iuda; ex te enim egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio dierum æternitatis*. *Malachia vero* III. de eo dicitur sic: *Statim veniet ad templum sanctum suum Dominus dominator, quem vos quæritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis*. Item *Io.* XIII. ipsa veritas dicit: *Vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis, sum etenim*. Item Matth. XXI. dixit discipulis: *Ite in castellum, quod contra vos est. & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea: soluite & adducite mihi. Et si quis aliquid vobis dixerit, dicite quia Dominus his opus habet, & confestim dimittent eos*. Hoc quoque B. Ioannes *in apocal.* XIX. testatur dicens: *Habet scriptum in vestimento, Rex Regum & dominus dominantium*. Hoc etiam Apostoli in suo symbolo confitentur, dicentes: *Et in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum*. Hoc etiam sancti Patres in symbolo, quod cantatur in missa, protestantur expresse ibi: *Et in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum*.

Multiplices modi quibus habuit Christus

Præmissa autem scilicet regnum & vniuersale dominium habuit Christus in quantum Deus ab æterno eo ipso, quod Deus Pater genuit eum; & in quantum homo ex tempore, scilicet ab instanti conceptionis suæ ex Dei datione, vt patet ex prædictis: & nihilominus habuit dominium rerum aliquarum temporalium non ab instanti suæ conceptionis, sed postea successiue modis alijs, vtpote ex collatione fidelium, vel emptione acquisitas, & quæ sint illa videamus: nullus autem potest de his melius testimonium perhibere, quam Apostoli & discipuli eius. Videamus ergo quid super hoc ipsi dicant, specialiter a tempore, quo cœpit miracula facere & prædicare.

Omnium dominiũ habuit, sed paucorum quantum ad vsum.

Certe narrant, ipsum aliqua habuisse, sed pauca: habuit itaque vestimenta; vnde legitur *Matth.* XVII. in transfiguratione sua vestimenta eius facta esse alba sicut nix. Item *Ioann.* XIII. dicitur de eo sic: *Surgit a cœna, & ponit vestimenta sua, &c.* Item *Ioann.* XIX. in persona eius legitur: *Partiti sunt vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem*; & ad idem facit Matth. XXVII. Item beatus Ioannes Baptista videtur supponere, quod habuerit calceamenta; legitur enim *Matth.* III. quod B. Ioannes Baptista loquens de eo dixit: *Cuius non sum dignus calceamenta soluere*. *Marci* I. recitatur ipsum dixisse: *Cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calceamenti eius*: Ioannis vero I. recitatur dixisse: *Cuius non sum dignus, vt soluam corrigiam calceamenti*. Item Ioannes supponit, ipsum loculos habuisse, in quibus Iudas quæ mittebantur portabat: vnde *Io.* XIII. cum dixisset Iudæ Iesus: *Quod facis fac citius*; quidam putauerunt, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus: *Eme ea, quæ nobis opus sunt ad diem festum*; aut vt egenis aliquid daret. Et quod loculi essent Iesu, patet per Augustinum dicentem: *Habebat Dominus loculos a fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, alijsque indigentibus tribuebat*, vt habetur XII. q. I. c. *Habebat*, & patet per id, quod in eius persona propheta dixit: *Qui manducat meum panem leuabit calcaneum suum contra me*; & recitatur *Io.* XIII. Quod autem vinum interdum habuerit patet, quod ad minus in cœna illa habuit, in qua Eucharistiæ instituit sacramentum, de quo habetur *Matth.* XXVI. *Marci* XIV. & *Luc.* XXII. Iste ergo hæreticus dicendo, Iesum Christum dominum nostrum non habuisse dominium aliquod temporalium, scripturis prædictis veteris & noui testamenti contradicit expresse. Et si velit dicere, quod illi regno & dominio renuntiauit expresse, ostendat illud, si sciat: quod tamen, vt credimus, per sacram scripturam non poterit; immo contrarium sacra scriptura supponit expresse, quæ supponit eum non longe a passione sua dixisse: *Vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis, sum etenim*. Item illud *Matth.* XXI. vbi Dominus duobus discipulis dixit: *Ite in castellum, quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea: soluite & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet*. Item tempore passionis se Regem recognouit, vt probatum est supra. Item Dauid in persona eius legitur dixisse etiam pro tempore passionis: *Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem*; & recitatur *Matth.* XXVII. Ex quibus euidenter apparet, ipsum regno & dominio non renunciasse prædictis: immo videtur, quod nec potuerit renunciare, & si fecisset, contra ordinationem Patris fecisset; dicitur enim *Danielis* II. vbi de eius regno fit mentio, sic: *Suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur: & regnum eius alteri non tradetur*. Item *Danielis* VII. dicitur sic: *Dedit ei potestatem & honorem & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ seruient ei: potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur; & regnum eius quod non corrumpetur*.

Figmentũ est, Christum renuntiasse dominio rerũ, quas habuit.

Danielis de Christi regno insigne testimonium.

Obiectio Michaelis falsa.

57 Sed dicit iste hæreticus, quod hoc est contra sacram scripturam, quæ in plerisque locis dicit, Christum fuisse pauperem & egenum. Ad quod dicendum, quod dici non debet esse contra sacram scripturam, quod in tot locis scriptura sacra testatur aperte: sed & contra merito potest dici, quod dicere contrarium, est contra sacram scripturam, & mendaces reddere tot prophetas, angelum, & Apostolos, ac ipsum Dominum nostrum; qui tamen veritas est & vita. Ad illud autem, quod dicitur, quod scriptura eum fuisse pauperem & egenum in pluribus testatur; est dicendum, quod non carentia dominij fecit eum pauperem & egenum, sed potius carentia perceptionis fructus & obuentionis rerum, quarum dominus erat: nudum enim dominium separatum in perpetuum ab omni perceptione commodi rei, habentem non facit diuitem, cum sit inutile reputandum; vnde habens tale dominium potest ege-

Christus non carẽtia dominij pauper fuit, sed quia dominio non est vsus.

quod iure diuino sint dominia aliqua, probatur xxiii. q. iii. c. 1.

Confirmatur a iure diuino ius humanũ manasse.

54 Adhuc quod nullo iure humano, sed solum diuino dominium rerum temporalium potuit dari hominibus, patet; constat enim, quod rem aliquam aliquis dare non potest nisi cuius est, vel alias eius voluntate: nec dubium quin Deus omnium temporalium vel iure creationis, quia illa de nihilo creauerat, vel iure factionis, quia de sua materia illa fecerat, dominus esset. Ergo nullus Rex de illarum dominio, nisi de voluntate Dei potuit ordinare. Vnde patet, quod nec iure naturali primæuo, si ponatur pro illo iure, quod omnibus animantibus est commune; cum illud ius nihil statuat; sed inclinat, seu dirigit ad aliqua omnibus animantibus communia facienda. Nec iure gentium, nec iure Regum, seu Imperatorum fuit dominium rerum temporalium introductum; sed per Deum, qui est & erat earum rerum dominus, fuit collatum primis parentibus, vt patet *genes.* 1. quarum rerum Adam, quandiu solus fuit, id est antequam Eua formaretur; solus vt videtur dominus extitit, vt superius est ostensum. Verum est tamen, quod de iure gentium multi modi acquirendi dominium, & nonnulli per iura ciuilia, seu imperialia fuerunt inducti. Item modus agendi pro istis rebus temporalibus in iudicio, id est circa formam proponendi ius suum in iudicio fuit per iura ciuilia introducta.

Non ius, sed formulæ iuris in iudicio inductæ a Regibus.

Ex prædictis itaque patet, quod non obstat *cap. Quo iure*, in contrarium allegatum, loquitur enim de iure agendi in iudicio, cuius formulas ciuile ius & non aliud introduxit. Et hoc voluit dicere Augustinus in illo *cap. Quo iure*, quando dixit: *Tolle iura Imperatoris & quis audet dicere, hæc villa mea est, meus est iste seruus, mea est ista domus?* Quasi dicat, nullus potest in iudicio proponere hoc, nisi per imperatoria iura: quod ius actorum formulas introduxit. Vel potest dici, quod Augustinus hoc dicebat cum hæreticis disputando, non quod hoc pro veritate teneret, scilicet quod dominium de iure diuino non esset: & quod ita sit patet, quia xxiii. q. v. ii. c. 1. ipse idem Augustinus contrarium dixit expresse, vbi sic dicit: *Quamuis res quæcumque terrena non recte a quoquam possideri possit, nisi vel iure diuino, quo cuncta iustorum sunt; vel iure humano, quod in potestate est Regum terræ, &c.* Item non obstat, xii. q. 1. c. *Dilectissimis*, vbi dicitur sic: *Communis vsus omnium, quæ sunt in hoc mundo, omnibus hominibus esse debuit, sed per iniquitatem alius dixit hoc esse suum, alius illud: & sic inter mortales facta est diuisio.* Et hoc dicit ipse quia diuisio temporalium est facta per ius humanum, quod dicitur iniquum, & contra æquitatem iuris naturalis. Dicimus quod hoc est factum, quia per iniquitatem non intelligitur ius gentium, cum sit æquum, sed intelligitur peccatum primorum parentum, per quod natura corrupta fuit, & post non fuit contenta communibus, sed sibi propria voluit possidere.

Quo pacto ius humanũ dicatur iniquum, vel inductum per iniquitatem.

Quæstio an Christus alicuius rei temporalis habuerit dominium.

55 Secundo quæritur, vtrum Christus alicuius rei temporalis dominium habuerit, & quale. Quod autem dominiũ rerum temporaliũ habuerit, sacra scriptura tam in testamento veteri, quã in nouo in multis locis testatur. Multi quidem prophetæ eum Regem futurum populi Israelitici, & per consequens habere regni dominium prophetarunt. Isaias quidem de eo prophetauit Isaiæ xxxiii. sic dicens: *Ecce Dominus legifer noster, Dominus iudex noster, Dominus Rex noster, ipse veniet & saluabit nos.* Item per os Ieremiæ prophetæ Deus *Ier.* xxiii. sic dixit: *Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Et hoc est nomen, quod vocabunt eum Dominus iustus noster.* Iste enim est lapis abscissus de monte sine manibus, cui Deus cœli dedit regnum, quod in æternum non dissipabitur, vt habetur *Daniel.* ii. Item: *Zachar.* ix. de eodem dicitur sic: *Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem: ecce Rex tuus venit tibi iustus & saluator: ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ.* De hoc Dauid in multis locis prophetauit: vnde in quodam loco in persona eius sic dixit: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius.* Eumque futurum Regem in multis alijs locis prophetauit. Vnde totus ille psalmus, *Eructauit*, loquitur de isto Rege & sponsa eius, scilicet ecclesia; & alij multi psalmi loquuntur de Rege huiusmodi satis clare. De hoc etiam Salomon *canticorum* iii. sic dixit: *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem, &c.* De hoc etiam antequam conciperetur, Gabriel archangelus, vt legitur *Luca.* 1. dixit *Dabit ei dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum.* Item & eo nato angelus ad pastores *Luca* ii. dixit: *Natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus*; id est Rex & dominus. Huic etiam nato illi tres magi *Matth.* ii. perhibuerunt testimonium, sic dicentes: *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum?* Item ille Nathanael verus Israelita, in quo dolus non erat, dixit ei *Ioan.* 1. *Tu es filius Dei: tu es Rex Israel.* Pilatus quoque in superscriptione crucis scripsit: *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum*; quam quidem superscriptionem non sine diuino instinctu, Iudæis instantibus quod non scriberet, *Rex Iudæorum*, sed quia dixit se Regem Iudæorum; ipsos audire noluit, sed respondit: *Quod scripsi, scripsi.* Hoc etiam Saluator noster confessus fuit *Ioan.* xviii. cum enim Pilatus interrogaret eum, vtrum esset Rex Iudæorum, respondit ei: *Regnum meum non est de hoc mundo*; ex quo Pilatus concludēs dixit: *Ergo Rex es tu?* Iesus respondit: *Regnum meum non est hinc*: non dixit, non est hic, sed dixit: *Non est hinc*; quasi diceret, regnum meum a mundo non habeo, sicut nec habebat, immo a Deo, sicut angelus eius genitrici prædixerat, dicens *Luca* 1. *Dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius, &c.* Et hoc beatus Petrus *Act.* ii. expresse testatur dicēs: *Certissime ergo sciat omnis domus Israel, quia & dominum & christum fecit Deus hunc Iesum, quem vos crucifixistis*; in quibus verbis Petrus satis clare concludit duo de Iesu domino nostro, videlicet quod regnum suum a mundo nõ habuerit, sed a Deo, videlicet in eo, quod dicit, quod Iesum fecit Deus christum, idest Regem: per christum enim Regem intelligimus, quia Christus interpretatur vnctus; & quia Reges inungi consueuerunt, per christum intelligimus Regem; vnde Rabanus ibi: *Manifeste Petrus ex hoc psalmo regnum Christi non terrenum, sed cæleste ostendit esse.* Item concludit Petrus ex verbis prædictis, quod Christus, in quantum homo subsistens in diuino supposito, fuerit dominus & Rex factus: constat enim, quod in quantum erat Deus crucifixus non fuit, sed in quantum homo. Et ideo cum dominus & Rex fuerit factus in quantum crucifixus, & crucifixus fuerit in quantum homo,

Probatur sacris oraculis Regem fuisse Israel.

Christus regnum suum de mundo nõ habuit sed a Deo

Habuit in quantũ homo.

se-

prietatis & dominij ciuilis & mundani, per quod contenditur & in iudicio litigatur; & hoc ex eo, quia ius emendi, vendendi, & donandi, quod dicta constitutio Christum & Apostolos asserit habuisse, ab humano iure introductum fuisse, manifestum existit: & idem dicta constitutio intellexit, quod Christus & Apostoli non solum in communi, sed etiam in speciali proprietatem & dominium rerum temporalium habuerunt: quod dictum, secundum eum omnem religionem, quæ volens vitam & doctrinam Apostolorum sequi, vouet viuere sine proprio, destruit & confundit, & omnes religiosos facit proprietarios etiam in speciali, & voti sui per consequens transgressores; & doctrinæ euangelicæ & Apostolicę ac sanctę Romanæ ecclesiæ & omnium doctorũ ecclesiæ & sanctorum patrum, institutorũ religionum obuiat manifeste. Proculdubio dicta ipsius heretici posset vno verbo repelli, videlicet quod falsum imponit constitutioni, imponendo ei quod non dicit, quod scilicet intellexerit loqui de iure dominij seu proprietatis, cum nulla in ea habeatur mentio de dominio, vt patere potest cuilibet intuenti.

Eliciteq; ab eodem fallaces consequentię.

Assertio hæretica Michaelis

53 Sed quia iste hæreticus pertinaciter asserit, Christum & Apostolos nullius rei temporalis proprietatem seu dominium in communi vel proprio habuisse, videndum est verum eius assertio possit stare: & quia ipse dicit in præcedentibus, & hic etiam supponit, quod dominium proprium a iure humano est introductum, primo quæritur quo iure sit ius proprietatis seu dominij sic introductum. Ad hoc dicit iste hæreticus, quod a iure humano & ciuili: ad quod probandum inducit VIII. *di. c. Quo iure*, vbi dicitur quod iure humano dicitur, hæc villa mea est, hæc domus mea est, & hic seruus meus est. Item inducit dictum Clementis, quod recitatur XII. *q. 1. c. Dilectissimis*, vbi dicitur sic: *Communis vsus omnium, quæ sunt in hoc mundo, omnibus hominibus esse debuit; sed per iniquitatem alius dixit hoc esse suum & alius illud, & sic inter mortales facta est diuisio*; & intelligit illud quod dicit, *per iniquitatem*, debere intelligi ius humanum. Scriptura sacra dicit contrarium euidenter, scilicet quod immo iure diuino, non humano, fuerit dominium introductum; ius enim diuinum est, quod in scripturis diuinis habemus, vt legitur VIII. *di. c. Quo iure* in principio; vbi dicitur, quod ius diuinum est, quod in scripturis diuinis habemus; humanum vero ius, quod in legibus Regum: In scripturis autem diuinis habemus, quod antequam leges Regum; immo etiam antequam Reges essent; res aliquæ alicuius erant: Ergo iure diuino aliquis dicere poterat aliquid suum esse. Maior patet per c. *Quo iure*, præallegatum. Minor autem probatur etiam pro innocentiæ statu; videtur enim, quod Adam in statu innocentiæ, antequam Eua formaretur, solus dominium habuerit rerum temporalium: commune dominium, cum solus esset, pro illo tempore habere non potuit, cum communio plures requirere dignoscitur. Et quod dominus fuerit antequam Eua formaretur, *eccles. XVII. cap.* probari videtur expresse; ibi enim dicitur sic: *Deus creauit de terra hominem*; & sequitur: *Posuit timorem illius super omnem carnem, & dominatus est bestiarum & volatilium*. Dicit ergo quod dominatus fuerit, ex quo sequitur, quod dominium habuit: a dominio enim secundum Dionysium *de diuinis nominibus cap. XII.* dicitur dominus, dominator,

Eius fundamentũ falsum.

Ius non peccato, sed iure diuino inductum.

Probatur sacris oraculis.

& dominans; ex quo sequitur, quod ex quo dominatus est, quod dominium habuerit. Quod autem tunc formata Eua non esset, patet quia statim post verba illa, *Et dominatus est bestiarum & volatilium*; sequitur: *Creauit ex eo*, scilicet Adam, *adiutorium simile sibi*; scilicet Euam. Ad idem facit illud *sapientiæ IX. cap.* vbi dicitur sic: *Deus patrum nostrorum & domine misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo, & sapientia tua constituisti hominem, vt dominaretur creaturæ tuæ, quæ a te facta est, &c.* Et hoc expresse dicit Damascenus *lib. II. cap. fi.* vt dictum est supra. Item quod post lapsum primorum parentum ante diluuium, & antequam essent Reges, potuerit aliquis dicere, hoc est meum, probatur *genes. III.* vbi Dominus ad Adam dixit: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*. Ergo patet quod Adam tunc potuit dicere panem suum; & tamen tunc non erant Reges nec homines alij, nisi soli primi parentes. De Abel quoque, qui fuit secundogenitus primorum parentum, dicitur *genes. IV.* quod Abel obtulit de primogenitis gregis sui; ex quo patet, quod Abel potuit tunc dicere iste grex est meus. Item quod post diluuium sine iure Regum potuerit dicere aliquis aliquid suum, patet: legitur enim *genes. IX.* quod Noe vineam plantauit, & vinum productum ex ea bibit; puto quod nullus sapiens negabit, quin vineæ dominus fuerit & etiam vini, & tamen tunc non legimus Regem aliquem extitisse. Item illud *genes. XXI.* dixit Dominus ad Abraham existentem in terra Chanaam: *Semini tuo dabo terram hanc*; quod & fecit: constat autem, quod illi de semine suo potuerunt dicere, terra ista est nostra, & non per iura Regum, quia eam ex collatione Dei habuerunt, non Regum. Item *genesis XXVI.* cum descendisset Isaac in Geraris, dixit Dominus ei: *Tibi & semini tuo dabo vniuersas regiones has*; quarum regionum dominium semen eius non ex iure Regum, sed ex collatione Dei habuerunt. Præterea *numerorum XXXI.* dicitur, quod vniuscuiusque quod in præda rapuerit, suum erit: quod non erat per iura Regum, cum ille populus Israeliticus tunc Regem aliquem non haberet, sed dux eius Moyses tantum esset. Item *numerorum XXXIII.* Dominus ad Moysen dixit: *Præcipe filijs Israel, & dic ad eos: Quando transieritis Iordanem, intrantes terram Chanaam, dispergite cunctos habitatores illius. Ego dedi vobis illam in possessionem; quam diuidatis vobis sorte*; quod & fecerunt, vt legitur *Iosue XIII.* Quilibet ergo istorum post diuisionem terræ illius illam, quæ ad eum obuenit, potuit dicere suam esse; & hoc non iure Regum, sed diuino, cum tunc temporis, vt dictum est, Regibus non regeretur populus ille. Item *numerorum XXXV.* Dominus ad Moysem dixit: *Præcipe filijs Israel, vt dent leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitandum, & suburbana per circuitum, vt ipsi in vrbibus maneant, & suburbana sint pro pecoribus & iumentis*; quod & fecerunt, vt legitur *Iosue XIV.* Ex quibus patet, quod cum Dominus præcepit filijs Israel dare leuitis de possessionibus suis, quod filij Israel antequam darent possessiones illas, poterant dicere suas esse, & leuitæ postquam sibi fuerunt datæ: & hoc non per iura Regum, cum Reges non haberent; sed per ordinationem diuinam. Ex quibus omnibus patet, quod in scripturis sacris habemus, quod aliquis & in statu innocentiæ & post lapsum primorum parentum, & ante diluuium & post diluuium, dicere poterat sine iure Regum aliquid esse suum: &

Non iure Regum inductum ius humanũ, quod ante Reges erat.

quod

minij supradicta, quod vt sequitur probat: *Liset enim prædecessor noster prædictus dominium illarum rerum, quæ ipsis fratribus offerri, seu conferri, aut alias obuenire contingerent, quarum tamen vsum facti habere licet ordini vel fratribus antedictis, vsu simplicis facti prædictis fratribus reseruato, in se & Rom. ecclesiam recipiendum duxerit, ac libere pertinere decreuerit, vt superius est expressum; attento tamen ipsorum fratrum vtendi modo & eius effectu, & patientia circa modum* Romanæ *ecclesiæ subsecuta, non ipse vsus fratrum dici debet, sed potius* Romana *ecclesia dominium esse simplex. Quis enim simplicem vsuarium dicere poterit, cui rem vsuariam licet permutare, vendere, aut donare? Proculdubio hæc naturæ repugnant vsuarij, nec ad vsuarium pertinent: quæ tamen de rebus mobilibus antedictis faciunt fratres ipsi. Quod autem dominium* Romanæ *ecclesiæ reseruatum simplex censeri debeat, ex hoc patet, quod ex illo nullum ecclesiæ eidem temporale obuenerit hactenus commodum, nec speratur quod obuenire debeat in futurum; cum nec intentio reseruantis, nec fratrum ipsorum fuerit, quod ad quemcumque alium, quam ad fratres dictarum rerum perueniret compendium, quod proculdubio modus ipsorum fratrum &* Romanæ *ecclesiæ subsecuta patientia euidenter declarauit. Et quod talis fuerit intentio ordinantis, etiam ex hoc patet, quod illarum rerum sibi & ecclesiæ Rom. dominium dumtaxat retinuit, quarum vsum facti liceret habere ordini & fratribus antedictis: talis autem dominij carentia re in præsenti & spe in futurum, omni commodo denudati quoad paupertatem temporalem, quam altiorem præ mendicantibus alijs, in communi habentibus, sibi vendicant fratres antedicti, pauperiorem non efficit non habentem.* Ex prædictis probatum euidenter credimus, quod attento vsu dictorum fratrum rerum, in quibus vsum facti simplicem asserunt se habere, & patientia Apostolicæ sedis, eos pauperiores carentia talis dominij non efficit.

Qualis vsus Minoritarum in rebus, & quale dominiũ Pont. circa ipsas.

Ob illud Pont. dominium non fuere pauperiores Minoritæ.

51 Ad hoc autem quod ipse dicit, quod ex hoc sequitur, quod Christus simulatam & fallacem doctrinam tribuit volentibus ad perfectionem attingere, quod omnia temporalia quoad proprietatem & dominium relinquerent consulendo; dicimus falsum esse, quod consuluerit Apostolis & discipulis suis ad minus, quod non haberent in communi: & de hoc dicetur latius in obiectionibus contra constitutionem, *Cum inter*, per istum hæreticum factis. Ad illud autem quod dicit, quod etiam ex prædictis sequitur, quod Augustinus, Hieronymus, & alij sancti patres religionum institutores errauerunt, qui dictum Christi consilium sequi volentes, abdicationem proprietatis & dominij rerum omnium sunt professi; dicimus quod mentitur aperte, quia nullus eorum, exceptis fratribus Minoribus, abdicarunt a se nec suis fratribus res quantum ad proprietatem & dominium in communi: immo eis secundum suas regulas licet & licuit habere etiam res immobiles in communi. Ad illud autem, quod inducit *leuitici vltimo*, vbi dicitur, quod omnes decimæ terræ siue de frugibus, siue de pomis arborum Domini, sunt & illi sanctificantur; & quod *numerorum XVIII.* loquens de perfectione leuitarum Dominus dicit: *Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum & necessaria separaui. In vsum*, inquit iste hæreticus, non *in dominium dixit*, profecto per hoc se præuaricatorem legis manifeste ostendit: in illo enim *cap. numeror. XVIII.* expresse dicitur, quod Dominus dedit leuitis dominium decimarum: & ad quid daret eis declarauit, dicens quod in vsus eorum & necessaria decimas huiusmodi separabat; non autem dixit, quod vsu facti leuitæ essent contenti: multum autem refert vtrum res aliqua aliquibus detur in vsum & necessaria, an vsus in re aliqua, seu rei alicuius alicui concedatur, sicut plenius & latius est superius, vbi induxit eadem capitula, declaratum. Ad id autem quod dicit, quod hoc est contra determinationem ecclesiæ factam in cap. *Exijt*, superius sæpius est responsum.

Sancti cõditores ordinum nõ exclusere ius & dominium ab alumnis.

52 Rursus dictus hæreticus constitutionem, *Cum inter nonnullos*, satagit impugnare dicens, quod dicta constitutio declarat fore censendum hæreticum affirmare deinceps dominum nostrum Iesum Christum eiusque Apostolos non habuisse aliquid in speciali nec etiam in communi; & insuper hæreticum dicit fore censendum affirmare Christo & eius Apostolis in his, quæ eos habuisse sacra scriptura testatur, non competijsse ius vtendi, nec illa vendendi seu donandi ius habuisse, aut ex ipsis alia acquirendi: dicimus quod hæreticus iste constitutionem imperfecte recitat quantum ad vltimam partem eius; quia post illud verbum: *Nequaquam ipsis ius vtendi*, omittit, *seu consumendi*, quod immediate sequitur ibi. Item post verbum *illud, aut ex ipsis alia acquirendi*, omittit quæ sequuntur, scilicet, *quæ tamen ipsos de præmissis fecisse scriptura sacra testatur, seu ipsos potuisse facere supponit aperte*. Vnde vt melius eius fraus & malitia detegatur, textus dictæ constitutionis partis vltimæ noscitur esse talis: *Rursus in posterum pertinaciter affirmare, quod Redemptori nostro prædicto eiusque Apostolis in his, quæ eos habuisse scriptura sacra testatur, nequaquam ius ipsis vtendi seu consumendi competierit, nec illa vendendi seu donandi ius habuerint; aut ex ipsis alia acquirendi, quæ tamen ipsos de præmissis fecisse scriptura sacra testatur, seu ipsos potuisse facere, supponit aperte; cum talis assseueratio ipsorum vsum & gesta euidenter includat in præmissis non iusta, quod vtique de vsu & gestis seu factis redemptoris nostri Dei Filij sentire nefas est, scripturæ sacræ contrarium, ac doctrinæ catholicæ inimicum, assseuerationem ipsam pertinacem de fratrum eorundem consilio deinceps erroneam fore censendam merito, hæreticamque declaramus, &c.*

Obiectiones Mich. contra const. Cũ inter nonnullos.

Dicit ergo hæreticus iste, quod dicta constitutio, cum de habere & competere loquitur, intelligit de habere seu competere iure proprietatis seu dominij ciuilis seu mundani, per quod contenditur seu in iudicio litigatur: & quod de tali intellexerit, patet vt dicit, quia dicta constitutio euidenter includit, quod Christus & Apostoli in his rebus, quas ipsos habuisse sacra scriptura testatur, ius vendendi & donandi, seu alia ex ipsis acquirendi habuerunt, quod ius a iure humano fuisse introductum manifestum existit. Profecto iste hæreticus imponit constitutioni quod ipsa non dicit: constitutio enim dicit, quod pertinaciter affirmare Christum & Apostolos in his, quæ eos habuisse sacra scriptura testatur, ius ipsis vtendi seu consumendi non competierit, vel illa vendendi, seu donandi ius non haberint, aut ex ipsis alia acquirendi; quæ tamen ipsos de præmissis fecisse scriptura sacra testatur, seu ipsos potuisse facere supponit aperte, hæreticum est censendum: & tamen licet de iure dominij seu proprietatis nullam faciat mentionem, ipse tamen imponit ei, quod intellexerit loqui de iure pro-

Eius impostura, dum fingit de iure ciuili & mundano Pontificem locutum.

fuerit perfectum. Proculdubio ista consequentia est falsa, & est potius totum contrarium concludendum, videlicet quod si actus vtendi, quia in rerum natura non est, haberi non potest, concludi debeat quod, quia factum in rerum natura non est, fieri non possit: sicut enim quod non est haberi non potest, sic quod est factum fieri nequit: vnde si actus vtendi haberi non possit, quia in rerum natura non est, sequitur quod non factum, quia in rerum natura non est, fieri possit. Rursus dicit iste hæreticus, quod per rationem prædictam sequeretur, quod nec vsus rerum vsu consumptibilium etiam coniunctus cum proprietate seu dominio haberi possit: quod de vsu facti vtique nos fatemur, & idem dicimus de rebus non consumptibilibus vsu, licet enim illis quis de facto vti valeat, habere tamen nequit in talibus vsum facti, vt ex prædictis patet.

48 Præterea dicit iste hæreticus, quod dicta constitutio falsum includit in eo quod dicit, quod si in rebus vsu consumptibilibus posfit vsus constitui vel haberi, nequaquam simplex nec separatus a proprietate seu dominio vsus huiusmodi possit dici, cum per talem vsum, id est vtendi actum & in ipso actu & cum ipso actu res huiusmodi consumatur, in ipsiusque rei exerceatur substantia, nec sine ipsius rei consumptione esse valeat talis vsus: dicit enim quod prædicta constitutio intelligit, quod statim & vltimate in actu vtendi res huiusmodi consumatur, cum manifestum sit, quod vestes non statim in primo actu vtendi vltimate & omnino consumuntur; sicut etiam panis non statim in principio actus consumitur; & sicut nõ est inconueniens, quod dominus habeat dominium serui comedentis, ita non est inconueniens, quod dominus habeat dominium cibi vel potus existentium in ore serui. Ad quod dicendum, quod iste hæreticus manifeste imponit constitutioni quod non intellexit nec dixit, videlicet quod in primo actu vtendi vltimate & omnino res vsu consumptibiles consumantur; sed intellexit & euidenter expressit, quod per vsum perfectum, per quem res dicuntur vsu consumptibiles, consumantur: dixit enim, quod per talem vsum, id est vtendi actum & in ipso actu res huiusmodi consumuntur: posuit enim copulatiue vtendi actum & in ipso actu & cum ipso actu; vnde satis expressit, quod non per ipsius actus principium consumantur res huiusmodi, sed per actum perfectum. Item subiunxit, quod actus vtendi, in ipsius rei scilicet consumptibilis vsu, exerceatur substantia, nec sine ipsius consumptione esse valeat vsus talis: vnde cum dicat, quod sine rei consumptione esse valeat vsus talis, satis euidenter expressit, quod de vsu illo, per quem res consumitur, non de eius principio intellexit.

[Margin: Aliæ ineptiæ Mich. circa actum cõsumptionis.]

[Margin: Respondetur vsũ perfectũ consumptionem vltimatã tantum inferre.]

49 Rursus dictus hæreticus dictam constitutionem impugnare nititur in eo quod dicit, quod retentio dominij, quam summus Pontifex fecit in rebus, quæ ad fratres Minores obuenerant, vel in posterum obuenirent dictis fratribus, quantum ad statum perfectionis nequaquam profuit, quantũ ad hoc, quod propter carentiã talis dominij se pauperiores dicere valeant, quam si res illas cum dominio illo, quo carere se dicunt, obtinerent, & infra: *Talis enim carentia dominij re in præsenti & in spe in futurum, omni commodo denudati, pauperiorem non efficit non habentem*. Et infra: *Nolentes in posterum, quod sub prætextu seu pallio talis dominij verbalis, nudi, & ænigmatici fomentum tantis malis, quanta procedunt ex simulatione huiusmodi, ministretur, sancimus, &c.* Prædicta verba secundum istum hæreticum sacræ scripturæ, ac doctrinæ euangelicæ & Apostolicæ & sanctæ matris ecclesiæ obuiant & repugnant: nam ex scriptura diuina superius, vt asserit, est ostensum, quod Apostoli & eos sequẽtes viri perfecti ex consilio Christi proprietatem & dominium rerum temporalium omnium reliquerunt, vsu rerum necessariarũ ad vitæ humanæ sustentationem, cui non est licitum renuntiare, contenti: constat autem secundum ipsum, quod dominium, quod Apostoli in omnibus rebus temporalibus, quarum vsum habebant, ex Christi consilio reliquerunt, fuit omni temporali commodo, vsu scilicet vtili denudatum: sicut manifeste patet in rebus, quarum proprietatem & dominium, vsu retento, prout euangelica testatur historia, reliquerunt; cum in consilio a Christo dato de rebus temporalibus abdicandis abdicatio proprietatis & dominij earum rerum & non vsus, vt superius ostenditur, includatur. Si ergo carentia talis dominij ad perfectionem non pertinet, nec pauperiorem efficit non habentem, sicut dicta constitutio dogmatizat; sequitur quod Christus simulatam & falsam doctrinam tribuerit volentibus perfectionem attingere, quod omnia temporalia quoad proprietatem & dominium relinquerent consulendo; & quod Augustinus & Hieronymus doctores ecclesiæ & alij sancti patres religionum institutores errauerunt, qui dictum Christi consilium sequi volentes, abdicationem proprietatis & dominij omnium rerum sunt professi.

[Margin: Refellitur conquerens Mich. dimissum a Pont. rerum ad Min. spectantium dominiũ.]

[Margin: Falsa eius assũptio, quod Apostoli dominium rerum, quibus vtebantur, nõ habuerint.]

50 Profecto iste hæreticus, vt prænaricator legis notorie verba constitutionis prædictæ truncate recitat, illa quæ eius defectum manifeste insinuant, omittendo: intendit enim probare dicta constitutio, quod retentio dominij prædicta, facta per summum Pontificem, quantum ad statum perfectionis nequaquam prædictis fratribus profuit; quam probationem omittit dictus hæreticus, quæ talis est, vt ex dictæ constitutionis tenore manifestius liquet. *Quod enim*, inquit, *quantum ad statum perfectionis nequaquam eis profuerit retentio dominij supradicta, patet: cum enim perfectio vitæ Christianæ principaliter & essentialiter in charitate consistat, quæ ab Apostolo vinculum perfectionis dicitur, & quæ vnit seu iungit aliqualiter hominem suo fini, ad quam per contemptum bonorum temporalium & ipsorum expropriationem via disponatur, per hoc præcipue quod solicitudo, quam ipsa temporalia in acquirendo, conseruando, & disponendo exigunt, quæ plerumque ab actu charitatis retrahit, amputetur: restat, quod si solicitudo eadem post expropriationem huiusmodi, quæ ante ipsam inerat perseueret, ad perfectionem huiusmodi talis expropriatio valeat nil conferre. Constat autem, quod post ordinationem prædictam non fuerunt in acquirendis, aut conseruandis bonis prædictis in iudicio, & extra iudicium minus soliciti, quam ante illam fuerant fratres ipsi: quamquam sint religiosi mendicantes alij, habentes aliqua in communi*. Credimus itaque, quod nullus sapiens probationem huiusmodi reprobabit, propter quod ipsam hæreticus non expressit. Item intendit probare dicta constitutio, quod quantum ad hoc, quod propter carentiam talis dominij se pauperiores fratres ipsi dicere valeant, quam si res ipsas cum illo, quo carere se dicunt dominio obtinerent, non profuit retentio dominij

[Margin: Eius perfidia in truncando verbis pontificij decreti.]

[Margin: Non constat perfectio in abdicatione iuris vel dominij.]

Ad conditorem, & in constitutione, quæ incipit, *Quia quorundam*, in qua, vt dicit, hoc manifestat aperte, de quo asserit se inferius dicturum: hoc autem asserit obuiare sacræ scripturæ, dicenti Mat. *xix.* in persona Apostolorum: *Ecce nos reliquimus omnia*, *&c.* ex qua, vt dicit, per doctores catholicos patet, quod reliquerunt ius agendi in iudicio, quod non stat cum tali perfectione supererogationis, quæ implicat ad peccatum, sicut probat Apostolus 1. *ad Cor. vi.* dicens: *Iam quidem omnino delictum est in vobis, quia iudicia habetis inter vos*; & ideo, vt dicit, Christus iniunxit perfectis, vt non litigent, neque contendant in iudicio, *Matth. v. & Luc. vi.* Ad hoc dicimus, quod dicta constitutio aperte & expresse loquitur de vsu, pro quo competit ius vtendi, quod est aliud a iure agendi: potest enim alicui competere ius vtendi, cui tamen non competit ius agendi: quare dicimus, quod imponit constitutioni quod non intellexit, nec dicit. Vtrum autem tale ius sit mundanum & ciuile, & an pro illo Apostolis competierit ius agendi, dicetur inferius in his, quæ opponit iste hæreticus contra constitutionem, *Cum inter*. Item in hoc quod dicit, quod constitutio, *Quia quorumdam*, continet manifeste, quod intelligitur de iure ciuili & mundano, quod est proprium, mentitur aperte: immo dicta constitutio dicit clare, quod ius vtendi communitatis fratrum extitit; cum enim Innocentius & Alexander in suis declarationibus regulæ fratrum Minorum dixerint, quod locorum, domorum, & vtensilium & librorum, quæ licet habere ordini, habeat ordo vsum; dicta constitutio, *Quia quorundam*, volens probare, quod illud de vsu iuris intelligi debeat, sic subiungit: *Cum enim dicatur in declarationibus supradictis, quod ordo vsum rerum habeat permissarum, ad vsum iuris necesse est hoc referri*. Facta quidem, quæ singulorum sunt, personam veram exigunt & requirunt: ordo autem vera persona non est, sed repræsentata, & imaginaria potius est censenda; quare quæ facti sunt, sibi vere conuenire nequeunt, licet ei possint congruere, quæ sunt iuris. Ex quibus patet, quod dicta constitutio ius vtendi non dicit esse proprium, sed toti vniuersitati conuenire.

Ius vtendi non est ius agendi.

Imposuit Michael constitutioni Pót. alienum sensum.

47 Item dicit hæreticus iste, quod si vsus posset separari a iure vtendi, vsus a iure vtendi separatus non esset iniustus; quia aliud est habere ius vtendi, & aliud licentiam vtendi: & ideo, quamuis vsus absque omni iure & licentia vtendi esset illicitus, vsus tamen absque iure vtendi, cum licentia tamen vtendi, nequaquam illicitus esset censendus. Secundum hoc iste hæreticus inter ius & licentiam videtur facere differentiam, supponens quod aliquis habeat vtendi licentiam ab eo, qui eam potest concedere, & quod non habeat ius vtendi, quod tamen euidenter est falsum: si enim aliquis licentiam concedat alicui vtendi re sua vsibili, ita quod licentia teneat, constat quod iste habet ius vtendi re illa, cui licentia est concessa. Hinc est, quod licet religiosus in concordia extra suum monasterium electus sine sui superioris licentia ius consentiendi non habet; obtenta tamen licentia, ius habebit consentiendi, *extr. de electione c. Quare sit li. vi.* & *c. Si religiosus* cum similibus multis. Præterea aut iste hæreticus dicit, quod iste, cui vtendi re aliqua licentia est concessa, iuste re illa vtitur, aut quod iniuste, aut quod nec iuste re illa vtitur nec iniuste. Si dicat, quod iniuste, concordat vtique cum constitutione prædicta, quæ vult quod qui sine iure vtitur, vtat ... iniuste: si dicat quod iuste vtitur, sequitur per consequens, quod & iure, quia quod iuste fit & iure fit. *extr. de verborum significatione c. Ius dictum est xiiii. q. iv. c. Quid dicam*. Si dicat autem quod ille, cui est licentia vtendi concessa, nec iuste vtatur nec iniuste, hoc est falsum: impossibile est enim actum humanum indiuidualem indifferentem esse; id est nec bonum nec malum, nec iustum nec iniustum: cum enim actus humanus dicatur qui ex deliberata volũtate procedit, & per cõsequens qui fit propter aliquem finem, qui quidem obiectũ noscitur voluntatis; oportet, quod si finis actus sit bonus; & ipse actus sit bonus: si vero finis sit malus, oportet quod actus sit malus, quia sicut Augustinus in *lib. de moribus ecclesiæ* dicit, secundum quod finis est culpabilis vel laudabilis; secundum hoc laudabilia & culpabilia sunt opera nostra. Nec obstat si dicatur, quod in ... o Isidorus inter iustum & iniustum ponere medium fas videtur, dicens quod ire per agrum alienum fas est, ius non est: Isidorus enim diuiserat legem inter diuinam & humanam, & imposuerat nomina istis legibus dicens, quod fas lex diuina est, ius lex humana; vnde volens de iis exemplum dare subiunxit: *Ire per agrum alienum fas est*, id est de iure diuino licitum est, *ius non est*, id est de iure humano non licet, vt patet *dist. 1. c. Omnes leges*. Non ergo voluit Isidorus inter iustum & iniustum fas pro medio ponere, sed declarare, quod aliquid de iure diuino licet, quod de iure humano non licet.

Michaelis delira distinctio inter ius vtendi & licentiam.

Ostẽditur licentiã si iusta sit, non esse sine iure.

Non datur vsus, qui nec iustus nec iniustus sit.

Fas non est mediũ inter iustũ & iniustũ.

Adhuc iste hæreticus dictam constitutionem satagit impugnare in eo, quod probare intendens, quod simplex vsus, id est sine iure vtendi, a proprietate seu dominio separatus in re vsu consumptibili haberi non possit, sic dicit: *Præterea quod simplex vsus sine iure vtendi a proprietate seu dominio separatus in re vsu consumptibili haberi nequeat, sic probatur: si enim haberi posset vsus talis aut ante ipsum actum, aut in ipso actu, aut post actum completum huiusmodi haberetur: quod autem hoc fieri nequeat ex hoc patet, quia quod non est nequaquam haberi potest: patet autem, quod actus ipse antequam exerceatur aut etiam dum exercetur, aut postquam perfectus est in rerum natura non est. Ex quo sequitur, quod haberi minime potest: licet enim ante actum ipsum quis facultatem habeat ipsum exercendi; per hoc tamen actus ipse in rerum natura nisi in primo non existit: cum autem actus est in fieri, nec adhuc est in rerum natura, cum esse rem perfectam significet, quod quandiu est in fieri non potest actui conuenire: quod enim de actu, qui est in fieri, præteriit iam non est: quod autem fit instantaneum est, seu momentaneum est, & tale, quod magis intellectu percipi potest, quam sensu. Adhuc post completum actum, licet si ex ipso facto producta res aliqua fuerit, res ipsa haberi non valeat; factum tamen ipsum, quod iam transiit, non habetur.* Hæc verba ipsius constitutionis, ex quibus concludere nititur hæreticus supradictus, quod prædicta probatio gesta Christi & Apostolorum destruit, quæ sacra scriptura eos fecisse testatur, scilicet quod si actus vtendi haberi non possit, quia in rerum natura non est, nec antequam fiat in rerum natura non sit, nec dum fit, nisi pro instanti, nec postquam perfectus fuit; per consequens sequitur, quod nec aliquid fieri possit, cum factum antequam fiat in rerum natura non sit, nec dum fit, nisi pro instanti, nec postquam

Nugaces Michaelis argutiæ.

Dissolutur a loi... ne.

vsu consumuntur promiscue vtitur verbis istis, abusu videlicet & consumptione. Et eadem *l.* §. *fi.* dicitur sic: *Quæ in vsufructu pecuniæ diximus vel cæterarũ rerum, quæ sunt in abusu, eadem & in vsu dicenda sunt.* Item *ff. de iureiuran. l. Sed & possessori* §. *Sed si rerum,* dicitur sic: *Sed si rerum in quibus vsusfructus propter abusum*, id est propter rei consumptionem, *constitui non potest, &c.* vbi aperte abusum pro consumptione recipit legislator. Ex quibus patet, quod legislatores loquentes proprie de rebus, quæ vsu consumuntur, negant vsum in illis locum habere, & abusum locum habere concedunt: qui quidem abusus, id est rei consumptio, si fiat ab eo, cui ius abutendi, id est consumendi competit, erit licitus: si vero ab eo, cui ius non competit, illicitus est censendus. Item quod abusus pro consumptione ponatur, congruit rationi; præpositio enim sensum dictionis, cui per compositionem apponitur, augere vel diminuere consueuit: vnde patet quod rationi congruit, quod per illam præpositionem, *ab*, sensus dictionis, *vsus*, cui per compositionem apponitur, augeatur. Falsum insuper dicit in eo, quod dicit, quod abusus quoties re non voce dicitur, accipitur in mala significatione: in legibus enim Imperatorum abusus, cum de rebus vsu consumptibilibus agitur, in bona parte cõmuniter sumitur, vt superius est probatum. Adhuc reperimus, quod in scriptura sacra abusus in bona significatione sumitur; vnde *Ieremiæ* XVIII. propheta Deo loquens dicebat sic: *Fiant corruentes in conspectu tuo: in tempore furoris tui abutere eis;* vbi abutere non pro actu illicito, sed pro licito debet sumi, cum in Deo abusus in mala significatione sumptus non cadat: tantum autem videtur dicere, *abutere eis*, ac si diceret, consume eos; sicque patet quod abusus etiam in sacra scriptura pro consumptione sumitur, & in bona significatione.

Tum in scriptura sacra.

44 Adhuc dicit iste maledictus hæreticus, quod ista definitio, quam dat de vti dicta constitutio, non est vera definitio nec consona definitionibus, quas dant sancti. Ad hoc dicimus, quod illa definitio, descriptio, seu notificatio, quam dat dicta constitutio de vti, conueniens est & vera: dicit enim, quod vti re aliqua nihil aliud est proprie, quam fructus rei seu vtilitatem aliam in solidum vel pro parte recipere, qui ex ea possunt, salua rei substantia, prouenire. Et quod sit conueniens patet, vsus enim definitur sic: *Vsus est ius vtendi rebus alienis salua rei substantia*; ex quo sequitur, quod vti, proprie loquendo, requirit quod cum ipso vsu remaneat substantia salua rei, & quod ex ea possit vtenti vtilitas aliqua prouenire. Ad illud autem quod dicit, quod dicta definitio non est consona definitionibus, quas dant sancti; dicimus quod non est inconueniens, quod eiusdem rei diuersimode consideratæ dentur definitiones diuersæ: sancti autem, qui ipsum vti definiunt, ipsum vti sumunt aliter, quam sumat constitutio antedicta, respectu enim finis ipsum vti accipiunt, videlicet ad quem finem res, quibus vtimur, ordinentur, & secundum hoc dicit Augustinus, quod vti est res, quæ in vsum veniunt referre ad ea, quibus est fruendum: decretalis autem, *Exijt*, cuius occasione constitutio, *Ad conditorem*, facta fuit, de vsu loquitur non prout res ad finem est ordinabilis, sed prout contra dominium, seu contra proprietatem ac vsumfructum, siue ius vtendi diuiditur: & ideo non est mirum, si per sanctos aliæ definitiones de vsu datæ fuerunt, cum ipsum vti aliter sumpserint, quam sumat constitutio antedicta.

Definitio vocis vti.

45 Præterea iste hæreticus loquendo de vsu & de vti extra modum, loquendi scripturæ sacræ & sanctorum se opponit, dicit enim in rebus vsu consumptibilibus locum habere absque iure aliquo simplicem vsum facti, profecto modus iste loquendi nec in nouo testamento, nec in veteri, nec in scripturis sanctorum aliquibus, sicut credimus, poterit reperiri. Præterea aduertat iste hæreticus, si Augustini definitio conueniat dictis suis. Item dicit, quod in rebus vsu consumptibilibus potest haberi vsus simplex facti a dominio separatus; Augustinus autem dicit, quod *vti est res, quæ in vsum conueniunt, referre ad ea, quibus est fruendum*; proculdubio dicta definitio eius dictis non conuenit, cum de rebus loquitur dicta definitio, & ipse de simplici vsu facti dicendo: *Vti est res, quæ in vsum, &c.*

Vsus simplicis facti recentiorum figmentum est.

Adhuc dicit iste hæreticus, quod prædicta assertio determinationi sanctæ Romanæ ecclesiæ obuiat in supradicta decretali, *Exijt*, sic dicente: *In his, quæ ad victum & vestitum, & diuinum cultum, ac sapientiale studium pertinent, necessariarum vsum rerum fratribus esse concessum.* Ex quibus verbis colligitur euidenter, quod contingit in rebus pertinentibus ad victum & vestitum, quatenus constat esse res vsu consumptibiles, fore vsum. Dicimus quod per verba illa non concessit fratribus simplicem facti vsum; immo hoc ipso, quod ipsis vsum concessit, si concessio valuit, ipsis ius vtendi concessit: & sic in illis non habent simplicem vsum facti. Et si dicat, quod immo nullum ius eis concessit; dicimus, quod quantum ad res vsu consumptibiles posuit vsum improprie pro rei consumptione: nec est nouum, quod idem verbum ponatur proprie & improprie respectu diuersorum. Præterea decretalis prædicta dixit; necessarium vsum rerum in his, quæ ad victum & vestitum pertinent, fratribus esse concessum; non dixit vsum facti: & sic nihil facit pro eo. Et si omnino dicat, quod conditor canonis intellexit de vsu facti, sumendo vsum proprie; dicimus, quod cum in talibus rebus vsus constitui nequeat neque haberi, vt probat dicta constitutio & est probatum supra in primo articulo, dicta constitutio contineret quantum ad hoc impossibile; & per consequens cum constitutio possibilis esse debeat, non valeret: non tamen fuit illa conditoris intentio, vt probat constitutio, *Ad conditorem*, antedicta.

Conciliatur Nicolai constitutio cũ decreto Ioannis.

46 Rursus dictus hæreticus dicit, dictam constitutionem, *Ad conditorem*, errorem alium continere in eo, quod continet quæ sequuntur: *Præterea*, inquit, *si simplex facti vsus absque iure vtendi haberi posset ab aliquo, constat quod non iustus esset actus vtendi huiusmodi reputandus, cum ille vsus fuerit, cui ius non competebat vtendi; talis autem vsus scilicet non iustus, ad perfectionis statum nequaquam pertinet, nec perfectionem adijcit; sed potius sibi repugnare & detrahere noscitur manifeste.* Et infra loquens de vsu facti concesso fratribus, secundum quod in decretali, *Exijt*, continetur sic dicit: *Ex quo sequitur, quod vsus facti, de quo ordinatio loquitur, de tali intelligi debeat, qui iustus sit, id est pro quo competat ius vtendi.* Item iste hæreticus, volens imponere constitutioni quod non dicit, dicit quod dicta constitutio intelligit loqui de iure vtendi ciuili & mundano, quod est ius proprium, pro quo datur actio in iudicio: sic patet, vt dicit, in hac constitutione

Iustus vsus rei consumptibilis sine iure non stat.

Falsum quod ilud ius nõ aliud sit, quam ciuile & mũdanum.

Ad

& II. *Regum* XIII. ibi *cap. Filiæ Regis virgines vestimentis huiusmodi vtebantur*; & *numer.* XVIII. *cap.* ibi: *Vniuersa frugum initia, quæ gignit humus & Domino deportantur, cedent in vsus tuos*; & paruum post: *Carnes vero in vsum tuum cedent*; & *iudic.* XIX. ibi: *Habentes panem & vinum in tuos & ancillæ tuæ vsus*; & *deuter.* XXIV. *cap. in fine*, & *Iosue* V. ibi: *Nec vsi sunt vltra, &c.* & *Leuit.* VIII. ibi: *In vsus varios, etc.* & *Esther.* II. & *exod.* XXVIII. Item etiam patet secundum, eum per auctoritates sanctorum, scilicet S. Clementis XII. q. I. c. *Dilectissimis*, & S. Augustini XL. *di.* Ad hoc dicendum, quod constitutio prædicta *Ad conditorem*, loquitur de vsu & de vti secundum quod diuiditur vsus contra dominium & proprietatem, & contra vsumfructum & ius vtendi secundum decretalem illam, *Exijt*, quæ dicit sicut illa, scilicet proprietatem, vsumfructum, & ius vtendi, ac simplicem vsum facti in temporalibus reperiri, cuius gratia dicta constitutio, *Ad conditorem*, facta fuit.

Constitutio Pont. de vsu tantum loquitur, vt a dominio distinguitur.

42 Iste etiam hæreticus ad ostendendū, quod pecunia inter res vsu consumptibiles numeretur, allegat leges, vt ex prædictis patet: constat autem, quod secundum leges in rebus vsu consumptibilibus nec vsusfructus, nec ius vtendi, quod est seruitus, nec etiam ius vtendi, quod non est seruitus, sed mere ius personale potest constitui vel haberi, vt probatur *ff. de vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur l.* I. & II. *ff. de iureiurando, l. Sed & si possessori §. Sed si rerum ff. commodati. l.* III. *§. fi.* cum multis similibus. Item nec quisquam vti talibus rebus potest, sumendo proprie vti: vsus enim seu vti, si sumatur proprie, secundum leges, requirit quod ex re illa, in qua vsum habere se asserit, vel ea vult vti, possit fructus, vel vtilitatem aliam assequi, salua substantia rei; quod non potest in rebus vsu consumptibilibus reperiri: & ex hoc beatus Ioannes Chrysostomus rationem reddit, quare mutuans pecuniam pro mercede pecuniam recipere nequeat licite, cum locans agrum vel domum, hanc licite recipere possit, vt dictum est supra. Ex quibus patet, quod in rebus consūptibilibus vsu vsus haberi nequeat, nec quis ipsis etiam vti possit; cum hoc iuri repugnet & obuiet rationi. Licet autem in rebus talibus, scilicet vsu consumptibilibus, vsus vel vti locum sibi proprie non vendicent; consumptio tamen & actus consumendi locum habet, vt dicit constitutio prædicta: quæ tamen non possunt dici simplicia, nec a rei, quæ consumitur, dominio separata, cum in ipsa rei consumptione eius dominium pereat & prorsus esse desinat, vt probat dicta constitutio, *Ad conditorem*, quæ sic dicit: *Præterea si in rebus vsu consumptibilibus possit vsus constitui vel haberi, nequaquam simplex, nec a rei substantia proprietate, seu dominio separatus vsus huiusmodi potest dici; cum per talem vsum, id est vtendi actū, et in ipso actu & cum ipso actu res huiusmodi consumatur, ac sine ipsius rei consumptione esse valeat vsus talis. Ex quo patet, quod vsus talis nec simplex, nec separatus a dominio dici possit*; & hoc patet, cum per talem facti vsum proprietas & dominium ipsius rei perire noscatur. Dicimus ergo, quod decretalis, *Ad conditorem*, de vsu & vti loquitur, sicut decretalis, *Exijt*, loquebatur: quæ de ipsis loquitur secundum quod leges loquuntur, secundum quas impossibile est, loquendo de illis proprie, sicut dicta decretalis, *Ad conditorem*, loquitur, & dicit expresse in §. *Rursus nec simplex vsus*

Argumētum Michael. petitum ex legibus confutatū

Vsus in re, quæ cōsumitur a dominio non separatur.

facti, ibi cum dicit: *Cum enim vti re aliqua nihil aliud sit proprie, &c.* locum habeant in rebus consumptibilibus vsu, sed in ipsis consumptio & consumendi actus locum habent, vt probatur *ff. de vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur l. Hoc senatus §.* I. & *§. fi. ff. de iureiurando l. Sed & si possessori §. Sed si rerum*. Licet autem, vt prædictum est, in rebus vsu consumptibilibus vsus, proprie loquendo, locum non habeat; tamen frequenter dicitur, quod quis in illis vsum habeat, vel eis vtitur: sed quoties hoc contingit, vsus vel vti pro rei consumptione debent sumi. Sic dicimus, quod quoties sacra scriptura vsum in talibus rebus vsu consumptibilibus attribuit, pro rei consumptione ipsum sumit, vt patet in illa auctoritate: *Vtere modico vino*; sumitur enim *Vtere* ibi pro consumere, id est pro bibere: constat autem vinum bibendo consumi: Et per hoc patet responsio ad illas auctoritates inductas, hoc saluo, quod *numerorum* XVIII. vbi dicitur: *Vniuersa frugum initia, quæ Domino deportantur, cedent in vsus tuos*; falso modo inducitur, vt superius est ostensum.

43 Adhuc iste hæreticus dicit, quod dicere, quod sint aliquæ res vsu consumptibiles, & tamen non contingit illis vti, contradictionem implicat manifestam. Profecto per hoc vt ignarus & inscius legislatorem arguit, qui rubricam posuit, *De vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur*; vnde constitutio loquitur secundum quod legislator & leges plerumque loquuntur, sumendo vsum pro abusu, id est pro consumptione rei: quia nec alius vsus, videlicet nisi consumptio in rebus vsu consumptibilibus potest esse: & ideo dici *ff. de iureiurando l. Sed et si possessori §. Sed si rerum*, sic: *Si rerum, in quibus vsusfructus constitui non potest, propter abusum*, id est propter rei consumptionem, *etc.* Et glo. super rubricam illam *ff. de vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur*, super illo verbo, *vsu*, dicit, *id est quasi vsu*; expresse ibi innuit, quod vsus ibi ponitur improprie.

Arguta Michaelis nugacitas exploditur.

44 Adhuc dicit iste hæreticus, quod cum secundum Augustinum *lib.* I. *de doctrina Christiana*, abusus sit illicitus vsus, ex prædictis sequi videtur, quod Christus & Apostoli & alij sancti viri, quoties actus comedendi & bibendi & induendi exercuerant, toties rebus huiusmodi sunt abusi: quod sentire vel dicere est impium & blasphemum. Ad quod dicimus, quod Christus & Apostoli & alij sancti viri panem comedendo & vinum bibendo abusi sunt rebus illis, sicut abusus in constitutione prædicta sumitur, in qua pro rei consumptione sumitur, sicut patet ex eius serie manifeste. Sed contra hoc dicit hæreticus supradictus, quod hoc, videlicet quod abuti sumitur pro consumptione rei, non valet, tum quia, quod sic debeat accipi nec ratione nec auctoritate probatur, tum quia abuti re non voce semper in mala significatione sumitur, sicut patet *genes.* XXXIV. *cap.* & *Esther. vlt.* & I. *ad Corinth.* IX. & alijs pluribus locis. Ad hoc dicimus, quod illud quod dicit, nec ratione nec auctoritate probari, quod verbum abuti pro rei consumptione sumitur, euidenter est falsum: in lege enim *ff. de vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur l. Hoc senatus §. Si pecunia*, dicitur sic: *Si pecuniæ sit vsusfructus legatus, vel earum rerum, quæ in abusu consistunt, nec cautio interueniat, videndum finito vsufructu an pecunia, quæ data sit, vel cæteræ res, quæ in consumptione consistunt condici possunt.* Vbi patet, quod legislator in rebus, quæ vsu

Abusus pro rei cō sumptione acceptus ostēditur.

Tum in legibus.

non seruus. Præterea seruus, qui iussu domini pecuniam mutuat, non debet dici habere vsum, seu abusum simplicem facti, cum ius habuerit pro concessione huiusmodi mutuandi.

Alia ex decretali Nic. PP.

39 Rursus dicit, quod prædicta assertio determinationi sanctæ Romanæ ecclesiæ obuiat & repugnat, quia in decret. quæ incipit, *Exijt*, per vniuersalem ecclesiam, vt dicit, approbata, & in Viennensi concilio confirmata diffinitur, quod fratres Minores habent vsum facti omnium rerum, quibus vtuntur absque omni dominio & proprietate; de quo vsu sic dicit, quod *vsus non iuris, sed facti tantummodo nomen habens, quod facti est tantum in vtendo, præbet vtentibus nihil iuris*; manifestum est autem, vt dicit, quod fratres Minores habent tantum vsum facti rerum vsu consumptibilium; ergo in rebus vsu consumptibilibus potest vsus facti a proprietate & dominio separari. Ad hoc dicendum, quod sicut dicit dicta constitutio, *Ad conditorem*, verba prædicta intellexit conditor illius canonis, *Exijt*, de rebus quæ non consumuntur vsu, quod per præcedentia & subsequentia probatur satis clare, ante enim proposuerat quæ sequuntur: *Cum in rebus temporalibus sit considerare præcipuè, proprietatem, possessionem, vsumfructum, ius vtendi, & simplicem facti vsum, &c.* postea sequitur, *condecens fuit ei professioni, quæ sponte deuouit, Christum pauperem in tanta paupertate sectari, necessario vsu facti fore contentam.* Cum autem prædicta, scilicet proprietas, vsusfructus, ius vtendi, & vsus facti sumptus proprie nequant in rebus vsu consumptibilibus reperiri, sed proprietas tantum, vt patet ex definitionibus vsusfructus & vsus; apparet, quod de rebus vsu consumptibilibus, in quibus præmissa nequeunt reperiri, non intellexit conditor canonis verba illa. Hoc etiam apparet per ea, quæ in eadem constitutione postea subsequuntur: sequitur enim: *Quod prædicti*, scilicet fratres, *sint vsu facti contenti, non obuiat, quod ciuilis prouidentia in humanis rebus constituit,* videlicet non posse vsum vel vsumfructum a dominio perpetuo separari, *ne dominium semper, abscedente ab eo vsufructu, dominis inutile redderetur.* Quæ quidem lex de rebus illis intelligitur, quarum penes vnum vsus rei, & penes alium dominium possit, licet inutile, remanere: quod nequaquam in rebus vsu consumptibilibus potest esse, cum in illis per vsum seu abusum vsuarij substantia talis rei esse desinat, & per consequens proprietas etiam inutilis non subsistat; sicut dicitur in constitutione, *Ad conditorem*, supradicta. Si autem velit iste hæreticus, quod dicta constitutio, *Exijt*, definierit quod fratres Minores in rebus vsu consumptibilibus habeant simplicem facti vsum, dicimus quod diffiniuit impossibile, & per consequens de iure diffinitio non teneret: cum enim sit impossibile in rebus vsu consumptibilibus vsum iuris vel facti habere a dominio separatum, cum hoc rationi obuiet & iuri repugnet, statutum a quocumque factum in contrarium non teneret. Item in hoc quod dicit, quod dicta constitutio, *Exijt*, fuit per vniuersalem ecclesiam approbata; dicimus quod quantum ad hoc, scilicet quod fratres Minores in rebus vsu consumptibilibus habeant vsum facti, nunquam fuit per vniuersalem ecclesiam approbata; dicimus etiam, quod non fuit in Viennensi concilio confirmata, nec hoc poterit per constitutionem aliquam vel aliquas apparere, immo nec de fratrum consilio promulgata.

Responde tur Nicol. de vsu cõsumptibilibus non loquutũ.

Declaratur verus decretalis sensus.

Ostenditur sensũ qui a Michaele affingitur, stare non posse.

Non esse confirmatam a Cõcilio quãtum ad id quod spectat vsum simplicis facti.

40 Adhuc dicit iste hæreticus, constitutionem prædictam, *Ad conditorem*, errorem alium continere in eo, quod continet quæ sequuntur: *Rursus nec simplex vsus facti, qui nec est seruitus, nec pro illo competit ius vtendi in talibus rebus*; scilicet vsu consumptibilibus, *potest constitui vel haberi: cum enim vti re aliqua nihil aliud sit proprie, quam fructus rei seu vtilitatem aliam in solidum vel pro parte recipere, quæ ex ea possunt salua rei substantia prouenire, restat quod re illa vti quis nequeat, ex qua eius salua substantia nulla potest sibi prouenire vtilitas, quales res vsu consumptibiles esse constat. Ex quibus patet quod nec vsus, qui est seruitus personalis, nec ius vtendi, quod non est seruitus, sed mere ius personale, nec actus ipse vtendi sine iure aliquo possunt in rebus vsu consumptibilibus constitui vel haberi; cum quodlibet præmissorum exigat, quod ex re ipsa salua rei substantia, possit habenti ius vtendi, seu vtenti ex re ipsa vtilitas aliqua prouenire: quod vtique nequit in rebus vsu consumptibilibus reperiri.* Et infra: *Licet autem in rebus vsu consumptibilibus, nec ius vtendi, nec ipsum vti possit constitui vel haberi; ipsis tamen poterit quis abuti: abuti autem dum tractatur de rebus vsu consumptibilibus, pro rei consũptione sumitur, quod ei opponitur quod est vti. Vti quidem præsupponit quod cum vsu salua rei substantia, maneat: sed abuti exigit, quod cum actu huiusmodi rei substantia consumatur, cum abuti nihil aliud, quam contra naturam vsus vti, in hac materia proprie dici possit.* Hæc verba dictæ constitutionis: ex quibus apparere dicit hæreticus supradictus, quod dicta constitutio in eo quod dogmatizat, quod nec vsus facti nec actus vtendi haberi potest in rebus vsu consumptibilibus; quodque rebus huiusmodi vsu consumptibilibus nullus vti potest, quamuis eis possit abuti abusu, qui contra naturam vsus existit, sacræ scripturæ obuiat manifeste. Ad quod probandum inducit *Leuit. cap. fin.* vbi dicitur, quod omnes decimæ terræ siue de frugibus, siue de pomis arborum Domini sunt; & *numerorum XVIII.* dicitur de leuitis, quod nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum & necessaria separaui. Ex quibus liquere dicit, quod vsus in rebus vsu consumptibilibus ex Dei statuto habetur.

Quid sit proprie vti, in quo cardo difficultatis consistit.

Ad hoc dicendũ, quod iste in prædictis manifeste se fundat in falsis: quod enim leuitæ in decimis tantum habuerint simplicem vsum facti, falsum est, & contradicit expresse illi *cap. numerorum XVIII.* per ipsum allegato, vbi sic Dominus dicit: *Filijs Leui dedi omnes decimas Israel in possessionem pro ministerio, quo seruiuit mihi in tabernaculo fœderis.* Ex quo patet, quod leuitæ non tantum vsum in decimis, sed & dominium habuerunt. Nec obstat, quod in eodem cap. dicitur, quod in vsus leuitarum & necessaria Dominus separauit decimas: aliud enim est alicui dare in re aliqua vsum facti, & aliud rem alicui in vsus eius necessariam dare, vt superius est ostensum. Ad illud autem quod dicit, quod vsus in rebus vsu consumptibilibus ex Dei statuto habetur; dicimus, quod est falsum, quia in tota scriptura sacra non habetur mentio de simplici vsu facti.

Leuitæ in decimis non habuisse facti simplicem vsum ostẽditur.

In scriptura sacra non habetur mentio simplicis vsus facti.

41 Adhuc dicit hæreticus prædictus, quod vbicumque scriptura sacra de vsu rerum consumptibilium vsu loquitur, semper manifestat, quod quis rebus vsu consumptibilibus potest vti, & quod proprie contingit & veraciter eis vti, sicut patet *ad Timotheum v.* ibi: *Vtere modico vino*

& 11.

iniuste reprehendisset Dominus seruum negligentem, de quo agitur *Luc.* XIX. quia pecuniam a domino sibi traditam non tradiderat ad vsuras. Et hoc videmus ad sensum, quod ille, ad quem rei vtilitas pertinet sine dominio, magis est circa rem illam solicitus, quam sit nudus dominus eius; vt ad sensum videri potest in fratribus Minoribus, qui nudum vsum facti se habere in talibus asserant, qui circa illa magis sunt soliciti quam Romana ecclesia, ad quam illarum rerum dominium asserunt pertinere.

Arguitur Mich. ab euidenti exemplo.

37 Praeterea dicit iste haereticus, quod vitae Apostolorum repugnat doctrina praedicta; quia secundum eum quantum ad abdicationem proprietatis rerum temporalium fuerunt Apostoli secundum beatum Remigium ad dignitatem primi hominis reuocati: sed primus homo & eius posteri, si stetissent in originali iustitia, habuissent vsum rerum vsu consumptibilium sine proprietate & dominio eorundem secundum beatum Clementem, vt dicit: ad quod probandum inducit XII. *q.* I. *c. Dilectissimis*; quare dicere, quod in rebus vsu consumptibilibus non potest vsus a proprietate & dominio separari est, vt dicit, vitam Apostolorum & religiosorum, Apostolos in abdicatione proprietatis omnium rerum imitantium, impugnare. Ad quod dicendum, quod illud, quod ipse dicit, quod primi parentes in statu innocentiae in nullo habuerunt dominium, sed tantum simplicem facti vsum, ad minus post illam benedictionem: *Crescite & multiplicamini, &c.* scripturae sacrae contradicit expresse: legitur enim *genes.* I. quod Dominus primis parentibus dixit: *Crescite & multiplicamini & replete terram, & subijcite eam;* alia litera loco eius, quod supra dicitur, *& subijcite eam*, habet: *Et dominamini ei*, & illam prosequitur Augustinus in lib. super genesim ad literam, & *in lib. de ciu. Dei l.* XIIII. *c.* XXI. & sequitur: *Et dominamini piscibus maris & volatilibus caeli & vniuersis animantibus, quae mouentur super terram.* Ex quibus euidenter apparet, primos parentes post benedictionẽ praedictam & terrae & pisciũ maris ac volatilium caeli & vniuersorũ animantium, quae mouentur super terram, dominium in statu innocentiae habuisse. Et si quaeritur, vtrum illud dominium proprium fuerit, vel commune, videtur dicendum, quod si tempore benedictionis praedictae solus Adam formatus erat & non Eua, sicut ordo scripturae sacrae euidenter innuit, cum illa benedictio fuerit data Adam extra paradisum existente, Eua vero formata fuerit ipso Adam in paradisum translato, vt patet *genes.* I. *&* II. *cap.* videtur quod ante formationem Euae dominium temporalium Adae proprium fuit non commune. Commune quidem esse non potuit, cum solus pro tempore illo fuerit, & respectu vnius, qui nunquam alios habuit, nihil dici commune possit. Et hoc videtur expresse dici *eccles.* XVII. *cap.* vbi dicitur sic: *Deus creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum;* Et sequitur: *Dedit ei potestatem eorum, quae sunt super terram, & posuit timorem illius super omnem carnem, & dominatus est bestiarum et volatilium.* Ex quibus patet, quod solus dominatus fuit: ex quo sequitur ipsum solum pro illo tempore dominium habuisse, quia secundum Dionysium *de diuinis nominibus cap.* XII. a dominio dicitur dominus, dominans, & dominator: vnde cum de solo Adam dicitur, quod dominatus est bestiarum & volatilium, sequitur quod & solus dominus fuit, & quod Eua tunc formata non esset. Patet quia statim post illa verba: *Et dominatus est bestiarum & volatilium;* sequitur: *Creauit ex ipso adiutorium simile sibi.* Hoc idem videtur sentire Damascenus *lib.* I. *cap. fin.* vbi loquens de primo parente, sic dicit: *Hunc igitur hominem Conditor masculum construxit, statuit, & tribuit ei sui ipsius dominationis gratiam, & in communione eius prater hanc ipsum fecit, vnde & animalium nominatorem prophetice & suorum donorum dominatorem effecit;* alia litera habet: *Et suorum seruorum dominatorem fecit,* & sequitur: *Fecit ex ipso auxiliatricem ipsius.*

Distortũ Michaelis argumentum.

Primos parentes non simplicem vsum facti, sed dominium habuisse ostẽditur.

38 Nec obstat *cap. Dilectissimis* in contrarium allegatum: per illud enim concludi non potest, quod primi parentes temporalium dominium non habuerint; sed quod illud non habuerint diuisum: immo ex auctoritate philosophi, quam beatus Clemens in eodem cap. adducit, concluditur euidenter, ipsos habuisse dominium in communi: ipse enim dicit, quod sicut non potest diuidi aer, nec splendor solis, ita nec reliqua, quae communiter data sunt ad habendum diuidi debere; ex quibus verbis clare patet philosophum dixisse ita temporalia fuisse data communiter omnibus ad habendum: & si data fuerunt ab illo, qui dare potuit, scilicet Deo, & ei qui capax fuit, scilicet homini, sequitur quod eorum dominus factus fuit. Nec philosophus inducit comparationem aeris & splendoris solis ad temporalia respectu dominij, vt sicut non habebant dominium aeris & splendoris solis, sic nec haberent dominiũ temporalium rerum; sed respectu indiuisionis tantum illam comparationem induxit, sic enim dixit: *Et sicut non potest diuidi aer, nec splendor solis; ita nec reliqua, quae communiter data sunt hominibus ad habendum, diuidi debere, sed communia sunt habenda.* De aere tamen D. Augustinus II. *lib. De libero arbitrio* sic dicit: *Si aliquid aeris, quod ego reddidero, possis tu ducere; illud tamen non poteris, quod in meum cessit alimentum: nam et a naribus aliměta nos capere medici docent. quod alimẽtum aspirando solus sentire possum; & reflando non possum restituere, vt a te ductum naribus censeatur.*

Si nõ proprium, saltem commune.

Adhuc ad ostendendum, quod in rebus vsu consumptibilibus vsus facti possit a dominio separari, adducit quod legitur *Luc.* XIX. vbi Dominus seruo, cui pecuniam ad negotiandum tradiderat & eam tenuerat otiosam, dixit: *Serue nequam, quare non dedisti pecuniam, & ego veniens vsuris exegissem illam?* ex qua auctoritate patet, vt dicit, quod in pecunia praedicta seruus vsum habebat actualiter, & dominus proprietatem eiusdem: quare cum pecuniam esse de rebus vsu consumptibilibus lex praeallegata superius testetur expresse, secundum eum praedicta doctrina sancto euangelio contradicit. Ad hoc dicendum quod, sicut probatum est supra, impossibile est in rebus vsu consumptibilibus quemquam vsum habere vel simplicẽ facti vsum. Nec obstat scriptura praedicta: vsus enim pecuniae, immo potius abusus, non est ipsam simpliciter alicui tradere, sed taliter tradere quod cõsumpta quoad dominiũ censeatur: Vnde licet seruus actualiter pecuniam mutuanti traderet per traditionem solam sine translatione dominij, nequaquam vsum, sed abusum potius fuisse pecunia potest dici: sed per translationem dominij habetur pro consumpta pecunia, quam quidem translationem non seruus, sed dominus, cuius nomine fiebat mutuum, facit; vnde cum seruus nomine domini mutuasset, ipse dominus videtur vsus, immo abusus potius fuisse pecunia, & non

Alia Michaelis obiectio ex parab. euang.

Dissoluitur a Põt.

bus seu subsequentibus nullam fecerit mentionem. Quod est ergo illud votum? Certe videtur, quod vouerunt se Dominum secuturos, de quo immediate mentio erat ibi: *Secuti sumus te*. Et si dicatur, quod immo vouerant, se relicturos omnia & Dominum secuturos, quia ista verba præcesserant verba illa, cum dixisset: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te*; dicimus, quod non est verisimile, quod B. Augustinus intellexerit, quod in voto huiusmodi, scilicet quod, *reliquimus omnia*, intelligantur illa comprehensa, quæ scriptura sacra eos postea asserit habuisse, sicut sunt quæ ipsos habuisse superius est probatum.

Quod nō vouerint non habere in communi.

Item non est intelligendum, quod beatus Augustinus intellexerit, quod ipsi Apostoli vouerunt non habere aliquid in communi, cum intendens circa vitam apostolicam suam religionem fundare, loquens suis fratribus sic dixerit in regula sua: *Sit vobis anima vna & cor vnum, & non dicatis aliquid proprium: sed sint vobis omnia communia, & distribuatur vnicuique vestrum, prout opus erit*. Et sequitur: *Sic enim legistis in actibus Apostolorum, quia erant eis omnia communia, & distribuebatur vnicuique, prout opus erat*. Cum igitur B. Augustinus & eius fratres res habuerint & habeant in communi, non est reuocandum in dubium, quin beatus Augustinus Apostolos habuisse supposuerit in communi: quare per auctoritatem prædictam Augustini iste hæreticus nequaquam potest concludere, quod Apostoli voto abdicauerint omnium rerum dominium; nec quod illud abdicauerunt in proprio & in communi.

Item non obstat c. illud. XVI. q. I. c. ex auctoritate per ipsum superius allegatum; immo facit potius contra ipsum: loquitur enim de monachis, qui vt ibi dicitur, figuram tenent Apostolorum: constat autem, quod monachi habent mobilia & immobilia quoad proprietatem & dominium in communi, vt probatur XVIII. q. II. c. *In nullo*; quare videtur quod & Apostoli habuerint, seu habere potuerint talia in communi. Verum est tamen quod in Iudæa non retinuerunt immobilia; sed potius ea vendiderunt, quia præuidebant ad gentes ecclesiam transituram, vt probatur *actor*. II. & III *cap*. & XII. q. I. c. *Futuram*.

Obiectio Mich. petita ex deprauato textu scripturæ.

35 Adhuc iste veritatis & fidei inimicus ad probandum, quod in rebus, quæ vsu consumuntur, possit haberi vsus a dominio separatus, arguit sic: *Omnes decimæ terræ, siue de frugibus siue de pomis arborum, Domini sunt, vt habetur leuit. vlt. vsus autem decimarum tantum est leuitarum, vt numer. XVIII. Constat autem, quod illæ decimæ sunt de frugibus & pomis, quæ sunt res vsu consumptibiles; quare cum dominium decimarum sit Domini, & vsus earum sit leuitarum, sequitur quod in rebus vsu consumptibilibus haberi potest vsus a dominio separatus*. Ad hoc dicendum est, quod iste hæreticus arguit euidenter ex falsis: quod enim dicit, leuitas habuisse vsum tantum decimarum, falsum dicit, vt probatur *numeror*. XVIII. *cap*. per eum in contrarium allegato, vbi Dominus sic dicit: *Filijs Leui dedi omnes decimas Israel in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis*. Ex quibus patet, quod leuitæ non tantum vsum in decimis, sed & dominium habuerunt. Nec obstat, quod in eo c. dicitur, quod in vsus leuitarum & necessaria Dominus decimas separauit: aliud est enim alicui

Refellitur.

in vsum rem aliquam dare, & aliud dare alicui vsum alicuius rei; vbi enim vsus alicuius rei vsibilis conceditur alicui, vsus tantum rei & non dominium sibi intelligitur esse datum: sed vbi alicui res datur in vsum, nedum vsus rei, sed et dominium intelligitur esse datum; vnde cum dicitur in præallegato cap. quod in vsus leuitarum & necessaria Dominus separauit, declarauit Dominus ad quid, vel propter quid leuitis decimas dedit: quia enim de frugibus & fructibus dupliciter nos viuimus, vno modo comedendo, ad quod primo & principaliter sunt cōcessi, iuxta illud *gen*. I. *Ecce dedi vobis omnem herbam, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam*; verum quia nonnunquam qui abundat in talibus, deficit in alijs necessarijs ad vitam humanam, voluit Dominus quod leuitæ possent non solum de frugibus illis comedere, sed etiam de illis quoad alia vitæ necessaria, vendendo vel permutando, sibi prouidere: & ideo dixit, *In vsus & necessaria*. Et idem dicendum est de verbis illis in eodem cap. contentis ad Aaron prolatis, vbi Dominus sic dixit: *Vniuersa frugum initia, quæ gignit humus & Domino deportantur, cedent in vsus tuos*; illarum autem rerum dominium concessit illis Dominus, vt in eodem cap. patet; in quo Dominus ad Aaron loquens sic dixit: *Omnis oblatio & sacrificium, & quidquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedit in sancta sanctorum, tuum erit & filiorum tuorum*; sequitur: *Primitias autem, quas vouerunt & obtulerunt filij Israel, dedi tibi & filijs & filiabus tuis iure perpetuo*. Ex quibus patet, quod non solum in decimis, nec in rebus prædictis alijs Aaron & leuitæ vsum, sed & dominium habuerunt.

Insana Mich. cōsequentia

36 Rursus nititur ostendere, quod dicere, quod vsus simplex facti nō possit haberi in rebus vsu cōsūptibilibus a dominio separatus, est vitā Christi & Apostolorū eius impugnare, quia perfectio paupertatis, sicut & aliæ perfectiones consiliorū euangelicorum, fuerunt in Christo & Apostolis perfectissime; & constat secundum eū, quod paupertas euangelica excludit solicitudinem, quam requirit proprietas seu dominium rerum temporalium: ex quo sequitur, secundum eum, quod vsus rerum vsu consumptibilium potest a proprietate & earum dominio separari. Ad hoc dicendum, quod concedimus, quod perfectio paupertatis in Christo & Apostolis perfectissime fuit; perfectio siquidem euangelicæ paupertatis magis consistit in animo, vt scilicet animus amore illis temporalibus non adhæreat, quam in carentia temporalium rerum: hanc autem paupertatem perfectissime Christus habuit & post eum Apostoli eius, & per consequens perfectionem paupertatis euangelicæ habuerunt. Ad illud autem quod dicit, quod paupertas euangelica rerum vsu consumptibilium dominium & proprietatem excludit; dicimus quod falsum est: immo illarum rerum supponit sacra scriptura ipsos Apostolos ad minus in communi habuisse proprietatem & dominium. Probatur *act*. IV. vt superius est ostensum. Ad illud autem, quod dicit, quod abdicatio proprietatis & dominij solicitudinem excludit; dicimus similiter, quod est falsum. Et quod talis abdicatio non excludat solicitudinem patet, constat enim, quod si dominus seruo concedat peculium, quamquam proprietas seu dominium peculij in seruum non cadat, nec propterea seruus a solicitudine est immunis; alias

Paupertas euāgelica non in carentia, sed in animi affectu cōsistit.

Abdicatio proprietatis solicitudinem non excludit.

iniu-

Qui habet sacculum tollat similiter & peram: & qui non habet, scilicet gladium, *vendat tunicam suam & emat gladium*. *Item act. xii.* dixit Angelus Petro: *Praecingere & calcea te caligas tuas*; item dixit ei: *Circumda tibi vestimentum tuum, & sequere me*. In quibus verbis sacra scriptura euidenter supponit, quod post illa verba posita *Luc. v.* de Petro, Iacobo, & Ioanne, *relictis omnibus secuti sunt eum*; scripturae sacrae praedictae supponunt, eum & retia & domum, & post illa Petri, *Ecce nos reliquimus omnia*; etiam gladium & vestes habuisse vt sua: quare relinquitur, quod per illa verba, *relictis omnibus, secuti sunt eum*, non potest concludi Apostolos a se dominium omnium temporalium abdicasse.

32 Item de Matthaeo legitur *Luc. v.* quod cum Iesus dixisset Matthaeo: *Sequere me*; quod ipse surgens relictis omnibus secutus est eum, statim sequitur, quod Matthaeus, qui & Leui dicebatur, magnum conuiuium fecit ei in domo sua: vnde patet, quod quantumcumque de eo dicat scriptura, quod relictis omnibus secutus est eum, non sequitur quod quoad dominium reliquerit ea, cum statim subditur, quod in domo sua fecerit magnum conuiuium. Et propter hoc Petrus *Matth. xix.* cum Dominus dixisset vni, qui non erat de discipulis: *Si vis perfectus esse, vende omnia, quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo: & veni, sequere me*; Petrus dixit: *Ecce nos reliquimus omnia, &c.* non dixit, nos vendidimus omnia, & dedimus pauperibus; sed dixit: *Nos reliquimus omnia*; possunt enim res temporales relinqui quoad curam & affectionem illarum, sine dominij abdicatione; vel *reliquimus omnia*, scilicet praeter illa, sine quibus non potest haec vita transiri, sicut sunt alimenta, vel pro alimentis necessaria, quibus non est verisimile, quod ipsis renuntiauerint, vt probant scripturae praedictae, & aliae multae, de quibus dicetur latius infra in obiectionibus, quas iste haereticus facit contra constitutionem, *Cum inter*. De Iacobo autem & Ioanne dicitur *Marc. I.* quod *relicto patre suo Zebedaeo in naui cum mercenarijs, secuti sunt eum*. Certe patrem non reliquerunt, vt ei renunciauerint, & pro patre postea non habuerint eum; immo eius filij remanserunt: quare illa verba non concludunt, quod per illa verba *Nos reliquimus omnia*, intelligatur a se abdicasse omnia temporalia, saltem illa, de quibus sacra scriptura dicit contrarium quoad proprietatem & dominium.

Intelligẽdum relicta omnia quoad curas.

33 Item non obstat *cap. Dilectissimis xii. q. 1.* quod pro se dictus haereticus adducit, in quo B. Clemens scribit condiscipulis suis Ierosolymis habitantibus, cum B. Iacobo episcopo Ierosolymitano aequiparat statum Apostolorum & ipsorum discipulorum ac Iudaeorum Ierosolymis, post missionem sancti Spiritus conuersorum, quantum ad modum habendi ista temporalia, statui primorum parentum in statu innocentiae constitutorum: & dicit ibi quantum ad statum praedictum primorum parentum, quod communis vsus omnium, quae sunt in hoc mundo, omnibus hominibus esse debuit; sed per iniquitatem alius dixit hoc esse suum, & alius illud, & sic inter mortales facta est diuisio; proculdubio ista scriptura supponit, quod si primi parentes non peccassent, omnia communia fuissent quoad dominium, seu proprietatem: quod patet in eo, quod dicit, quod per iniquitatem, id est per peccatum primorum parentum, alius dixit hoc esse suum, & alius illud, & sic inter mortales facta est diuisio. Haec autem diuisio facta fuit eius rei, cuius prius erat communio: diuisio autem facta est rerum, & non vsus simplicis facti, vt patet, quia alius dicebat hoc esse suum, & alius illud: & non dicit, quod vnus diceret vsum huius rei suum esse, & alius alterius; sed dicebat vnus rem aliquam, & alius aliam esse suam: sicque patet, quod rerum, quoad dominium non quoad vsum, diuisio facta fuit; & per consequens sequitur, quod ante diuisionem quoad rerum dominia communio erat. Et hoc clarius per sequentia in eodem cap. patet, vbi sequitur: *Et sicut non potest diuidi aer, neque splendor solis, ita nec reliqua, quae communiter data sunt omnibus hominibus ad habendum*; vbi manifeste dicit omnia temporalia communiter data fuisse omnibus hominibus ad habendum: non dicit quoad facti vsum, sed dicit ad habendum, quia vsus facti haberi nullatenus potest, vt superius est probatum. Ergo si data fuerunt eis, ab illo, scilicet a Deo, qui dare potuit, dicendum est, quod domini fuerunt effecti, quia dare est accipientis facere. Deinde subiungit B. Clemens sic: *Illius enim consuetudinis more retento, Apostoli eorumque discipuli vna nobiscum & vobiscum, communem vitam duxerunt: vt enim bene nostis, erat multitudinis eorum, scilicet credentium, cor vnum & anima vna: nec quisquam eorum aut nostrum de his, quae possidebat aliquid suum esse dicebat; sed omnia nobis & illis erant communia.* In quibus verbis beatus Clemens supponit aperte, quod ante conuersionem illorum Iudaeorum, de qua habetur *act. ii. & iv.* mentio, Apostoli & eorum discipuli aliqua possidebant, ibi cum dicit: *Apostoli eorumque discipuli vna nobiscum, & vobiscum*; & loquitur Iudaeis conuersis, *communem vitam duxerunt*. Et in quo erat ista communis vita? Declarat, dicens: *Erat enim multitudinis credentium cor vnum, & anima vna: nec quisquam eorum*, scilicet Apostolorum & ipsorum discipulorum, de quibus locutus est supra, *aut nostrum*, scilicet Iudaeorum conuersorum, *de ijs quae possidebant*, ecce aperte dicit, quod Apostoli & discipuli aliqua possidebant ante; sequitur, *aliquid suum esse dicebat*; *sed omnia nobis*, scilicet conuersis, *& illis*, scilicet Apostolis & eorum discipulis, *erant communia*. Sicque per dictum cap. clare patet, quod ante conuersionem Iudaeorum praedictam Apostoli & eorum discipuli aliqua habebant, & quod illa communicauerunt conuersis Iudaeis; & Iudaei conuersi communicauerunt Apostolis & eorum discipulis similiter quae habebant. Itaque quisquam eorum, scilicet Apostolorum & discipulorum ac Iudaeorum conuersorum, eorum quae possidebat, nihil suum esse dicebat; sed omnia erant communia inter ipsos.

Obiectio Michaelis petita e cap. confutatur.

Qui ver' epist. Clementis sẽsus.

34 Item in eo, quod dicit, quod Apostoli post verba illa, *Ecce nos reliquimus omnia, &c.* vsi sunt rebus consumptibilibus vsu; dicimus esse falsum, quia in rebus vsu consumptibilibus, vsus proprie sumptus haberi nequit, nec illis aliquis potest vti, vt superius clare est ostensum. Item in eo, quod dicit, beatum Augustinum dixisse, Apostolos vouisse rerum omnium abdicationem, dicit falsum; hoc enim B. Augustinus non dixit: sed cum recitasset Apostolos dixisse: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te*; subiunxit: *Hoc votum potentissime vouerant*. Dic mihi haeretice, quod est illud votum, quod vouerunt? Certe dici non potest, quod votum illud esset abdicationis dominij, seu proprietatis omnium rerum temporalium, cum de hoc in praecedentibus

Apostoli non vouere abdicationem rerum, sed Christi sequelam.

haberi, omnem religionem habentem votum abdicationis proprietatis rerum temporalium destruit & confundit, quia secundum hoc quilibet religiosus, quando vteretur rebus vsu consumptibilibus, proprietarius censeretur; dicimus quod mentitur aperte. Omnes enim religiones, præterquam beati Francisci, quarum professores ad viuendum sine proprio astringuntur, confitentur se habere posse secundum suas regulas, & habere etiam tam res vsu consumptibiles, quam non consumptibiles quoad proprietatem & dominium in communi, licet aliqua statuta superaddita regulis quantum ad aliqua immobilia suas regulas duxerint restringendas: quarum professores dici non possunt vti rebus consumptibilibus vsu, si vsus proprie sumatur, vt superius est probatum; possunt tamen res huiusmodi consumere, vtpote vinum bibendo, & panem comedendo, & sic de alijs: sed per actum consumendi talia, non sunt censendi proprietarij, cum ipsa non vt propria consumere, sed vt communia sunt dicendi, actusque consumendi res huiusmodi nequaquam a communi dominio separantur: sicut si duo habentes panem cõmunem illum indiuisum comederent, neuter propter hoc, panis, quem comederit, proprietarius fieret; nec diceretur comedisse proprium, sed communem.

Ostenditur non fieri proprietariũ monachũ ex rei vsu qui iure iusto.

30 Videtur etiam, quod probabiliter possit dici, quod post distributionem bonorum vsu consumptibilium, quæ fiebat inter Apostolos & credentes alios, vt dicitur *actor* II. & IIII. quilibet portionis sibi assignatæ proprietarius & dominus posset dici. Et hoc scriptura prædicta *actorum* IV. videtur expresse supponere, cum dicit: *Nec enim quisquam egens erat inter ipsos*; & quare hoc? reddit rationem subiungens: *Quotquot enim possessores agrorum & domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant & ponebant ante pedes Apostolorum, diuidebant autem singulis, prout vnicuique opus erat*. Cum ergo dicat quod nullus egens erat pro eo, quod vnicuique diuidebatur, prout opus erat, supponit aperte, quod id, quod vnicuique dabatur diuisim, cuiuslibet erat proprium: diuidere enim est diuisim aliquibus diuersas partes rei alicuius dare. Cum ergo daretur ab illis, qui dare poterant, scilicet Apostolis, & illis qui recipere poterant ea, quæ ad vitæ humanæ sustentationem pertinebant, videtur quod dominus quilibet fuerit eius portionis, quæ sibi fuerat assignata: alias non videretur verum, quod dicitur, quod egentes non erant, nisi plus post diuisionem haberent in assignata sibi portione, quam ante.

Post diuisionem quisq; rei diuisæ fit dominus.

Præterea constat quod vestimenta quotidiana inter res vsu consumptibiles computantur, post communionem autem prædictam, de qua fit mentio in præallegato *c. act.* IV. in *actis* legitur, quod angelus Petro dixit: *Præcingere & calceate caligas tuas*. Item dixit ei: *Circumda tibi vestimentum tuum, &c.* vbi clare supponit angelus, quod caligæ & vestimenta assignata Petro, propria quoad dominium erant Petri: quare videtur quod pecunia, panis, vinum, & vestimentum, & res aliæ vsu consumptibiles sibi diuisim pro vitæ sustentatione assignatæ similiter eius erant; nec votum viuendi sine proprio videtur, quod se extendat ad talia, quibus necessario eget vita humana. Præterea ex illo *c. actor.* IV, probari non potest, quin credentes de bonis illis communibus ex diuisione Apostolorum licite recipere potuerint, & vt proprium obtinere: scriptura enim prædicta quantum ad hoc nihil aliud dicit, nisi quod sequitur: *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna; nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia*. Per verba autem ista videntur isti omnium, quæ possidebant, a se dominium abdicasse, & illud transtulisse in communitatem: non autem videntur se astrinxisse, quin si detur eis de bonis illis communibus quoad sustentationem vitæ suæ, possint licite recipere, & vt propria retinere; immo hoc scriptura prædicta satis supponit aperte, cum dicit: *Diuidebatur autem cuique prout opus erat*; diuidere autem est, sicut prædictum est, alicuius rei diuersas partes aliquibus dare.

Apostoli vestium suarum vere fuere domini.

Vera text. actor. interpretatio.

31 Item ad probandum, quod asserere quod in rebus, quæ vsu consumuntur, non possit haberi vsus a dominio separatus, obuiat sacræ scripturæ, adducit, quod Petrus Domino dixit *Matth.* XIX. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te*; quod secundum eum non potest intelligi, quod Apostoli reliquerint omnia quantum ad vsum, quia constat ex scriptura sacra, quod postea rebus vsu consumptibilibus vtebantur. Ergo reliquerunt omnia tam consumptibilia, quam non consumptibilia vsu quantum ad dominium & proprietatem, vt probatur, vt ipse dicit, XII. *q.* I. *c. Dilectissimis*; quia qui omnia dicit nihil excipit: & S. Gregorius super illo verbo; *Relictis retibus*; dicit: *Multum reliquit, qui sibi nihil retinuit, & qui quantumlibet parum, totum deseruit*. Ergo dicere quod vsus rerum vsu consumptibilium non possit separari a proprietate & dominio, sacræ scripturæ obuiat & repugnat. Et confirmatur hoc, sicut dicit, quia Apostoli abdicationem omnium rerum vouerunt secundum Augustinum, XVII. *de ciu. Dei*: ad quorum exemplum religiosi, qui figuram tenent Apostolorum vt dicitur XVI. *q.* I. *c. Ex auctoritate*, vouent abdicationem omnium rerum temporalium, non tamen quantum ad vsum: quare sequitur secundum eum, quod Apostoli vouerunt & religiosi vouent abdicationem dominij & proprietatis omnium rerum vsu consumptibilium & non consumptibilium vsu. Hæc dicta eius.

Inepta Michaelis obiectio contra definitioné de dominio non separabili ab vsu rei actu consumptæ.

Ad hoc dicendum, quod per verba; *Ecce nos reliquimus omnia, &c.* non potest concludi, quod quoad dominium seu proprietatem reliquerunt ea: reperimus enim hæc verba dicta de Petro, Iacobo, & Ioanne I *Luc.* V. vbi dicitur, quod *subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum*; & tamen post illa verba legitur *Matth.* IV. quod Iesus, ambulans iuxta mare Galilææ vidit Petrum & Andream mittentes retia in mare, quibus ait: *Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. Qui continuo relictis retibus secuti sunt eum*; & quod dictum *Luc.* V. præcesserit illud, quod dictum est *Matt.* IV. dicit Augustinus in libro de concordia Euangelistarum expresse. Item post id, quod legitur *Matth.* IV. habetur *Matt.* VIII. quod venit Iesus in domum Petri. Ergo domus adhuc remanserat Petri. Item *Matth.* XXVI. legitur, quod vnus ex his, qui erant cum Iesu (videlicet Petrus, vt dicitur *Ioann.* XVIII.) exemit gladium suum, & percutiens seruum principis amputauit auriculam eius. Cui Iesus ait: *Conuerte gladium tuum in locum suum*. Ergo gladius erat Petri. Item *Luc.* XXII. dictum est Petro & alijs Apostolis: *Qui*

Ad eum respondetur.

Vera explanatio text. Reliquimus omnia.

Habuisse postea Apostolos aliqua, demonstratur.

quod fuerunt quoad proprietatem seu dominium inter eos communicata: quod de rebus non consumptibilibus vsu scriptura prædicta actor. IIII. dicit aperte, nisi violentia sibi fiat. Cum enim dixisset: *Nec quisquam eorum, quæ possidebat aliquid suum esse dicebat; sed erant illis omnia communia*; parum post sequitur: *Nec quisquam egens erat inter eos;* & causam huiusmodi volens reddere subdit: *Quotquot enim erant possessores agrorum & domorum vendentes pretia portabant ante pedes Apostolorum, &c.* Cum igitur prius dicat, quod inter credentes omnia erant communia; & post subiungat, quod agri vendebantur & domus, euidenter apparet, quod illa communia, antequam venderentur, erant effecta: alias enim sequeretur, quod remansissent illorum, quorum prius fuerant propria. & per consequens, quod ipsi ante illorum venditionem remansissent proprietarij; cuius tamen contrarium dicit scriptura prædicta, cum dicit: *Nec quisquam eorum, quæ possidebant aliquid suum esse dicebat*.

26 Ad illud autem, quod volens probare, quod rerum vsu non consumptibilium credentes non habuerunt dominium etiam in communi; subiungit, scilicet: *Quia res non consumptibiles vsu vendebant, & ipsas nec in speciali nec in eorum communitate retinebant*; dicimus, quod ex hoc non sequitur, quod ante venditionem illarum rerum non habuerunt dominium: sed bene sequitur, quod post venditionem illud non retinuerunt, & hoc est verum; per venditionem enim perfectam in ementes transtulerunt dominium, quare illud sibi non retinuerunt. Et si quæratur, quare Apostoli agros & domos non retinebant in Iudæa, sed potius illis venditis habebant eorum pretia in communi; respondet Melchiades Papa dicens: *Futuram*, id est transituram, *ecclesiam in gentibus*, id est ad gentes, *Apostoli prauidebant, idcirco prædia in Iudæa minime sunt adepti*. Et si dicatur, quod Melchiades videtur supponere, quod credentes etiam ante venditionem prædiorum illa nequaquam habuerunt in communi, cum dicat quod illa in Iudæa minime sunt adepti: dicimus, quod Melchiades pro tanto dixit Apostolos in Iudæa non fuisse adeptos prædia, quia non sic adepti fuerunt ea, quod illa sibi intenderent retinere; & ideo non videbantur ea fuisse adepti, cum qui sic rem adipiscitur, vt eam in continenti a se abdicare debeat, adeptus proprie non dicatur. Ex prædictis patet, quod Apostolis fuit licitum in Iudæa, si voluissent, retinere prædia: nec voto compulsi sunt, quod illa non retinuerunt; sed voluntate propria, quia se non contracturos moram ibi, sed transituros prauidebant ad gentes.

Cur Iudæi fideles bona sua vendiderint.

27 Ad illud autem quod subsequenter dicit, quod res vsu consumptibiles in communi credentes habebant, & sic quilibet eorum habebat rerum vsu consumptibilium vsum facti; dicimus, quod si intelligat, quod erant eis communia quoad proprietatem seu dominium, verum dicit: si vero intelligat, quod non fuerint communia quoad proprietatem seu dominium, sed tantum quoad simplicem vsum facti, eum errare dicimus, & sacræ scripturæ contradicere supradictæ. Et quod scriptura illa demonstratiue supponat, res vsu consumptibiles quoad proprietatem seu dominium credentibus fuisse communia, patet: dicit enim omnia illis, scilicet credentibus, fuisse communia; & quia qui omnia dicit, nihil excludit, sequitur quod dictum illud etiam

Distinctio ad Mich. instantiã.

res vsu consumptibiles comprehendat. Quæro ergo, quoad quid erant illis communia illa bona? Aut dicet iste hæreticus, quod erant communia quoad vsum facti, aut quoad ius vtendi, seu vsumfructum, seu possessionem; aut quoad dominium, seu proprietatem: hæc enim secundum decretalem illam, *Exyt*, in rebus temporalibus reperiri consueuerunt, quod tantum verum est in rebus non consumptibilibus vsu: quantum autem ad simplicem vsum facti, quod res illæ scilicet vsu consumptibiles communes fuerint, dici nequaquam potest, primo quidem quia in rebus talibus, scilicet vsu consumptibilibus, vsus facti sumendo vsum proprie, locum habere non potest: vsus enim sumptus proprie requirit, quod cum ipso vsu substantia rei salua maneat, vt ex prædictis patet, quod in rebus vsu consumptibilibus nequit esse. Item quia vsus facti sic est vtentis proprius, quod non potest alterius dici, nec communicabilis sibi: patet enim, quod actus comedendi sic erat sibi proprius quod non poterat dici alijs esse communis; quare & communio prædicta non potest intelligi quoad simplicem facti vsum.

Michaelis fundamẽtum de simplici vsu facti conuellitur.

28 Rursus quia vsus facti communitati non conuenit, cum talis vsus personam veram requirat & exigat, quam non gerit communitas, sed potius imaginariam, seu etiam repræsentatam, adhuc dici non potest, quod respectu iuris vtendi seu vsusfructus dicta communio possit dici, cum in rebus talibus, scilicet vsu consumptibilibus, iura prædicta scilicet ius vtendi seu vsusfructus constitui nequeant, vt ex eorum diffinitionibus, quas ponit dicta constitutio, *Ad conditorem*, patet. Item nec quoad possessionem dicta communio potest dici, quia si loquamur de possessione quæ ius est, illa communis inter credentes secundum eum esse non potuit, cum ipse asserat, Apostolos nullum ius habuisse in istis temporalibus, sed tantum simplicem facti vsum. Si autem loquamur de possessione, quæ facti est, illa sic est cuiuslibet possidentis propria, quod non est communis alicui, nec etiam communicabilis, sicut de vsu facti dictum est supra: quare sequitur, quod res illæ vsu consumptibiles, quæ inter ipsos erant effectæ communes, quoad proprietatem & dominium sint communes inter ipsos effectæ. Quantum autem ad illud, quod postea iste hæreticus dicit, videlicet: *Et sic quilibet eorum habebat vsum rerum vsu consumptibilium absque dominio & proprietate, siue a proprietate & dominio separatum*; dicimus quod istud infert ex falsa suppositione, quam fecerat prius: dixerat enim superius, quod res vsu consumptibiles inter credentes erant communes tantum quoad simplicem facti vsum; & ex hoc concludit, quod quilibet eorum absque dominio & proprietate habebat rerum vsu consumptibilium vsum facti: vnde cum primum sit falsum, scilicet quod res vsu consumptibiles essent communes inter credentes tantum quoad simplicem facti vsum, immo erant communes quoad dominium seu proprietatem, vt superius est probatum; patet illud, quod ex eo concluditur, esse falsum, scilicet quod quilibet haberet in rebus talibus simplicem vsum facti. Primum patet falsum alia ratione, quia vsus facti nequit haberi ab aliquo, vt superius est ostensum.

29 Ad illud vero, quod dicit iste hæreticus, quod dicta doctrina, scilicet quod in rebus vsu consumptibilibus vsus iuris vel facti, a proprietate seu dominio separatus, non potest constitui nec

Eiusdem conclusio euertitur.

dens, quod fratres Minores, sine proprio viuere profitentes, in rebus, quæ vsu consumuntur, non sunt cẽsendi simplices vsuarij, asserit quæ sequuntur: *dicens siquidem, quod in talibus rebus: scilicet quæ vsu consumuntur, vsus iuris vel facti separatus a proprietate rei, seu dominio possit constitui, repugnat iuri & obuiat rationi.* Et infra: *In rebus vsu consumptibilibus nec ius vtendi, nec vsus facti separata a proprietate, seu dominio possunt constitui vel haberi. Hæc verba constitutionis prædictæ,* vt dicit iste hæreticus, *sacræ scripturæ, & sacris canonibus, & diffinitionibus sanctorum doctorum, ac etiam determinationi sanctæ Romanæ ecclesiæ obuiat manifeste.* Quod autem *sacræ scripturæ repugnet, per illud quod legitur in actibus Apostolorum* II. *&* IIII. *cap. aperte probatur,* vt dicit. *In secundo enim capite dicitur sic: Omnes qui credebant erant pariter, & habebant omnia cõmunia: possessiones & substãtias vendebant et diuidebãt illa singulis, prout cuique opus erat. In* IV. *vero capitulo scribitur sic: Multitudinis credentiũ erat cor vnum & anima vna: nec quisquam eorum, quæ possidebat aliquid suũ esse dicebat. Et paulo post sequitur: Nec quisquã egens erat inter eos: quotquot enim erant possessores agrorum & domorum vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum: diuidebant autem singulis, prout cuique opus erat, & panes frangebant circa domos, sumentes cibum cum exultatione. Hæc ibi. Hoc autem vocabulum, suum: sancti exponunt sic: suum, id est, proprium, vt patet* XII. *q.* I. *cap. scimus. Et cap. nobis & cap. non dicatis* §. *Sic ergo, & per Augustinum circa principium regulæ suæ. Et glo. ord. super verbo, habebant omnia communia, dicit sic: Indicium fratrum Minorum est omnia possidere & nihil proprium habere; ex quibus verbis,* dicit iste hæreticus, *insinuatur aperte, quod nullius rei temporalis, nec vsu consumptibilis, nec non consumptibilis vsu habebant credentes proprietatem: quia res non consumptibiles vsu, scilicet possessiones, agros, domos, & substantias, glo. id est pecora, vendebant, & ipsa nec in speciali, nec in eorum communitate eorum retinebant: illas autem res, quas lex instituta de vsufructu* §. *Constituitur vsu consumptibiles esse testatur, scilicet pecunias pro pretio venditarum rerum acceptas, & panes, de quibus habetur ibi mentio specialis, in communi habebant & diuidebant singulis, prout cuique opus erat: & nullus ex eis aliquid suum, id est proprium, esse dicebat: sed erant illis omnia communia, & sic quilibet eorum habebat vsum rerum vsu consumptibilium absque proprietate & dominio, id est proprietate & dominio separatum.* Ex quibus concludit, quod dicta asseueratio & doctrina in dicta constitutione cõtenta scripturæ diuinæ obuiat, & omnem religionem habentem votum abdicationis proprietatis omnium rerum temporalium destruit & confundit, quia secundũ hoc quilibet religiosus quando vteretur rebus vsu consumptibilibus, proprietarius censeretur.

Quæstio legalis de vsus rei & dominij distinctione.

Cõtendit inepte Michael ad fidem spectare.

Delira eiusdem conclusio.

24 Hæc sunt verba istius hæretici, in quibus includit proculdubio multa falsa, ad quæ vt sequitur respondemus. Dicimus enim, quod verum est, quod dicta constitutio docet & asserit, quod in rebus vsu consumptibilibus nec ius vtendi, nec ipsum vti potest constitui vel haberi: sed licet nec ius vtendi, nec ipsum vti in rebus illis haberi possit vel constitui, ipsis tamen potest, sicut dicit dicta constitutio, quis abuti; abuti autem secundum dictam constitutionem, dum tractatur de rebus vsu consumptibilibus, sumitur pro consumptione rei. Et quod ius vtendi in talibus rebus non possit constitui, probat dicta constitutio ex diffinitione vsus, quæ talis est: *Vsus est ius vtendi rebus alienis salua rei substantia;* id est, ius percipiendi fructus, seu vtilitatem aliam in totum vel per partem suo nomine, qui possunt ex re, in qua vsus constituitur, prouenire. Constat autem quod in rebus vsu consumptibilibus, quamdiu earum substantia salua & integra permanet, nulla potest vtilitas prouenire, vt patet in pane & vino, ex quibus nullus fructus vel vtilitas potest colligi seu haberi, substantia salua rei. Quare euidenter relinquitur, quod in rebus talibus, videlicet vsu consumptibilibus, ius vtendi separatum a proprietate, seu dominio nequeat constitui seu haberi. Et per hoc beatus Ioannes Chrysostomus rationem reddit, quare pro pecunia mutuata vsura, sicut merces pro domo vel re alia vsu non consumptibili locata a licite recipi nequaquam possit, dicens quod in re vsu non consumptibili, vt in domo vel agro, habens illa non solum habet proprietatem seu dominium, sed ex illis substantia salua rei, ac proprietate rei & dominio, fructus seu vtilitatem aliam percipit: vt patet in domo, in qua inhabitat, & sic ex ea commodum inhabitationis habet sibi domus, saluo dominio, remanente salua rei substantia, & domo remanente. Ex agro quoque fructus recipit agri, salua rei substantia, & dominio remanente. Et ideo, quia locans fructus rei seu vtilitatem aliquam prouenientem ex ea, retento sibi dominio, conductori concedit, nec illa scilicet fructus, seu vtilitatem domus vel agri finita locatione repetit, non est mirum si pro his pretium recipere possit: mutuans autem pecuniam in eius, cui mutuatæ pecuniæ transfert dominium, non fructum aliquem nec vtilitatem aliam, quæ ex ea salua rei substantia valeat prouenire, & tantumdem ab eo, cui mutuat, postea repetit; quare vltra illud, quod mutuat, a recipiente mutuum licite recipere nequit, vt legitur XXXVIII. *di. cap. Eyciens.* Quod autem ipsum vti ab aliquo haberi nequeat, dicta constitutio sequens Augustini sententiam positam in libro confessionum clare probat, quia quod non est, haberi nequaquam potest: actus autem vtendi in rerum natura non est, nec antequam quis vtatur, nec postquam vsus est, nec dum est, nempe integer in actu vtendi, id est successiuo, prout latius prosequitur dicta constitutio: quare relinquitur quod haberi non possit.

Refellitur

Definitio vocũ vti & abuti.

Ratio ob quam vsura vetita.

25 Ad illud autem quod dicit, quod ex prædictis scripturis sacris insinuatur aperte, quod nullius rei temporalis, nec vsu consumptibilis nec non consumptibilis vsu, proprietatem credentes habebant; dicimus, si intelligat quod in speciali proprietate nullus credentium habebat, verum esse quod dicit, pro tempore illo quo dicta scriptura loquitur; quia hoc dicit expresse scriptura prædicta *act.* IV. *c.* cum dicit: *Nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suũ esse dicebat.* Si autem intelligat, sicut intelligit, vt per ea quę proponit inferius clare patet, quod credẽtes nullius rei proprietatem habebant etiam in communi, scripturis prędictis etiam contradicit expresse, cum dicat, quod illis, scilicet credentibus, omnia quæ possidebant, erãt communia inter eos; & quod illa cõmunione quod prius ante conuersionẽ Iudæorũ ipsis fuerat proprium, postquam credentes effecti sunt, fuit inter eos communicatum: constat autem quod illa, quæ possidebant ante conuersionem, erant illis quantum ad dominium propria, alias ea im illa communicare non poterant; quare sequitur, quod

Probatur contra Mich. veteres fideles habuisse rerũ proprietatẽ.

papá ſenſiſſent, expiato crimine, piorum conſortio aggregarent. Inieccrat his pernicioſum ſcandalum Michael Cæſenas, qui antea Minoritis præfuerat, atque ob hæreſim, quam ſuperiori anno venenato commentario in Piſanæ eccleſiæ foribus affixo promulgarat, hac decretoria ſententia eſt damnatus. a

a P.1.pag. 3.

Ioannes &c. ad perpetuam rei memoriam.

Sententia in Michaelem Cæſenatem lata.

Quia præfatus Michael venenum, quod corde occultum diu tenuerat, euomere publice, velut in ſenſum datus reprobum, non formidans, ad ciuitatem Piſanam (quæ per eundem Ludouicum de Bauaria, iure ſi quod ſibi ex electione diſcordi, quæ de ipſo in Regem Romanorum facta dicebatur fuiſſe, quomodolibet competebat, iuſtitia exigente priuatum, tyrannice tenebatur) non expauit dirigere greſſus ſuos, vbi cum eiſdem Ludouico & Petro de Corbario hæreticis, ſchiſmaticis, & rebellibus conuerſans continue; ipſoſque in ſuis hæreſibus, erroribus, & damnatis ſchiſmatibus fulciens, ac præſtans eiſdem aduerſus Deum & eccleſiam ipſam veritatemque catholicam auxilia, conſilia & fauores, nonnulla erronea & hæreticalia contra conſtitutiones, & declarationes ſedis Apoſtolicæ, præſertim contra illam, quæ incipit, *Cum inter*, ſcribere b ac dogmatizare in diuerſis locis publice, ſicut fama ſeu potius infamia publica notoriat, ac per eadem ſcripta & quorundam etiam depoſitiones teſtium receptorum ſuper hoc nobis & eiſdem fratribus conſtitit euidenter, præſumpſit; pertinaciter aſſerendo catholica quæ dicta conſtitutio hæretica, & hæretica quæ conſtitutio eadem catholica declarauit; per quæ vtique ſe reddidit de dictis hæreſis & ſchiſmatis, alijſque diuerſis criminibus reſperſum, immo etiam vt hæreſiarcham manifeſte conuictum, ſatagens per ſuas falſas, erroneas, & hæreticales doctrinas & dogmatizationes huiuſmodi, quas verbis & ſcriptis inculcare ſuis damnandis molitur conatibus, fideles a ſua fidelitate peruertere, ac animas decipere ſimplicium, ſecumque deducere in præcipitium damnationis & mortis; nos ne vir tam reprobus glorietur vlterius, ſuæ prauitatis opera abſque condignis demeritorum ſtipendijs præteriri; ac ne deinceps in ſui erroris deuium, ad quod tota ſua ferri videtur intentio, plures trahat, tantis malis & periculis occurrere ſalubriter cupientes, cum præmiſſa adeo ſint notoria, tam per facti euidentiam quam per plures ipſius literas ad partes diuerſas directas, quarum aliquæ ad noſtras & fratrum noſtrorum prædictorum manus etiam peruenerunt, quod non poteſt tergiuerſatione aliqua occultari; de fratrum eorundem conſilio, auctoritate Dei omnipotentis, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius & noſtra, præfatum Michaelem fautorem hæreticorum & manifeſtum hæreticum & hæreſiarcham & ſchiſmaticum declaramus, ipſumque vt hæreticorum fautorem & manifeſtum hæreticum & hæreſiarcham ac ſchiſmaticum ſententialiter condemnamus, priuantes eundem officijs, dignitatibus, & honoribus quibuſcunque, vel priuatum potius declarantes: ipſumque ab omni gradu deponimus & priuilegio nudamus eccleſiaſtico, ac cum inhabilem ad præmiſſa reddimus & quodlibet prædictorum, pœnis omnibus & ſententijs ſpiritualibus & temporalibus, quibus diuino & eccleſiaſtico iure hæreticorum fautores & hæretici & hæreſiarchæ ac ſchiſmatici exiſtunt obnoxij, plectentes eundem, & velut talem cum fore obnoxium eadem ſententia declarantes, &c. *Dat. Auin. XII. kal. maij pontificatus noſtri anno XIII.*

Vt damnatam hæreſim promulgare niſus ſit.

b Ext. impia illius comment. apud Nic. Min. M.S. bibl. Vat. ſignat. n. 4008. pag. 29. &c. & pag. 75.

Pronunciatur hæreſiarcha.

22 Non perhorruit Michael exauctoratus priſtinum munus attrectare, ac ſuas vices Azolino committere a: nactuſque eſt facinoris ſocios in Dalmatia Franciſcum Tergeſtinum b, Franciſcum Æſculanum, & Gerardum Roſtagni c in Gallijs: in Anglia Petrum & Ioannem d; Stephanum e Salmantinum in Hiſpania, Franciſcum f & Guarinum ac Saonenſis conuentus ſchiſmaticos g in Italia: quos omnes Pontifex meritis pœnis affici iuſſit. Ipſe vero Michael in Germaniam, vt eam inficeret, profecturus, cum Bona, immo verius cum Malagraria, vt ait Pontifex in literis ad Francorum Regem ſcriptis h, Ludouico Bauaro ſocium ſe adiunxit, quos ſecutus eſt Guillelmus Ocham. Eminebant hi tres ſcelere in reliqua hæreticorum & ſchiſmaticorum colluuie; ac ſcientiæ laude, qua florebant, ad fidem labefactandam abuſi ſunt. Cæterum Pontifex, vt contra Michaelis Cæſenatis commentarios antidotum pararet, libellum edidit, in quo ſingulas viri perfidi hæreſes confutauit: quem veluti huius hiſtoriæ clariſſimum lumen ad diſcutiendas errorum tenebras, quas homines impij aduerſus Ioannis de paupertate conſtitutiones, ſoluendaſque difficultates, quas etiam nonnulli catholici in conciliandis eius dictis cum Nicolai Papæ decretali, *Exijt*, ſunt experti, etſi prolixiorem, ob doctrinæ tamen in eo contentæ dignitatem e M.SS. Vaticanis i decerptum publici iuris faciemus: cum maxime auctor gloſſematis in conſtitutionem, *Cum inter nonnullos*, & Pegna l in commentario in Eymericum, alijque typis excudendam expetierint.

Perſtat in peruicacia & ordinem Min. turbat.

a To. 7. p. 1 ep. ſecr. pag. 6.

b Ead. p. pag. 9.

c Ib. pag. 123.

d Ib. pag. 132.

e Ead. p. pag. 150.

In eius ſequaces animaduerti iubet Pont.

f To. 7. p. 2. pag. 46.

g P. 1. pag. 8

Libellus a Pont. contra Michaelem hæreſiarcham editus.

h Ib. pag. 21.

i M.S. bib. Vat. Nic. Min. ſign. n. 4008. pag. 94. & M.S. ſign. n. 4010. pag. 119.

l Peg. apud Eym. 2. p. direct. inquiſ. q. 17. comm. 42.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quia vir reprobus fr. Michael de Cæſena, dudum magiſter generalis ordinis fratrum Minorum, qui ſuis exceſſibus exigentibus de miniſteriatus officio per nos de fratrum noſtrorum conſilio priuatus, & inhabilis redditus ad quæcumque dignitates & officia obtinenda fuerat, iuſtitia exigente; conuerſus in vaniloquium, non intelligens quæ loquitur, nec de quibus affirmat, in illam prorupit inſaniam, quod tres conſtitutiones noſtras videlicet, *Ad conditorem canonum*, *Cum inter nonnullos*, & *Quia quorundam*, niſus eſt multipliciter impugnare, aſſerendo inter alia hæreticum, quod dicta conſtitutio *Cum inter*, catholicum aſſerit, & catholicum quod conſtitutio eadem hæreticum declarat, & vt ſua inſania pluribus eſſet nota, libellos ſuos continentes impugnationes prædictas ad diuerſas mundi partes & ſtudia deſtinare, & ipſos affigi in portis eccleſiarum & locis alijs publicis temeritate plectibili attentauit; propter quæ & plures ipſius exceſſus alios de eorundem fratrum conſilio fautor hæreticorum & hæreticus, exigente iuſtitia, declaratur, prout in noſtris ſententijs latius continetur, licet impugnationes prædictæ adeo ſint inualidæ notorie, quod ſint reſponſione indignæ; quia tamen in ipſis impugnationibus arma ſumit contra legem ex lege, ac euangelium impugnat ex euangelio, & de veris fingens mendacia, prouocat ad mendacium; veritatem, ne ſimplicium corda poſſint inficere erronea ac hæretica ſua dicta, ſuccincte duximus ſuis opinionibus, vt ſequitur, reſpondendum.

Quæ decreta a Michaele oppugnata.

23 In primis itaque iſte hæreticus conſtitutionem, *Ad conditorem canonum*, in eo conatur impugnare, quod dicta conſtitutio probare intendens,

viendo eum ijs execrati facinora omnia temere ab ijsdem perperam tentata rescidere; de quibus Ioannes Philippum Francorum Regem subiectis verbis certiorem fecit a: *Populus Rom. his diebus proxime præteritis in manu legati nostri Tuscia, in Vrbe præsentis, publice populo congregato per suos syndicos; nec non & nobiles, qui tunc in eadem vrbe aderant, per seipsos iuramentum fidelitatis, reuerentiæ & obedientiæ, precipue contra Petrum & Bauarum prædictos eorumque sequaces corporaliter præstiterunt, recognoscentes se circa eà, quæ fecerant erga eosdem Petrum & Bauarum errasse grauiter, ea quatenus de facto processerant, quantum ad ipsos pertinere poterat, nihilominus reuocando, &c. Dat. III. non. iunij anno XIII.*

a Ib. pag. 225.

Romani se suaque contra Lud. & antipapam deuouent

Præcipui etiam Romani patritij, qui Ludouicum in Vrbem exciuerant, atque vt imperiale insigne corriperet auctores fuerant, Iacobus e Sabella stirpe, & Theobaldus e S. Eustachio Ildebrandini episcopi Patauini opera criminis veniam flagitarunt; atque antipapam execrati, in Ioannis vt iusti Christi in terris vicarij obsequium, concepta subiectis verbis formula b, procubuere: *Coram vobis sanctissimo in Christo patre & domino meo domino Ioanne, diuina prouidentia, Papa XXII. & sacro collegio dominorum Cardinalium dominorum meorum constitutus ego Ildebrandinus episcopus Paduanus, procurator nobilium virorum Iacobi de Sabello & Theobaldi de sancto Eustathio ciuium Romanorum, habens ad infra scripta speciale mandatum, prout apparet per instrumenta publica confecta manu Francisci de Aringiano publici auctoritate apostolica notarij; in primis nomine & vice prædictorum Iacobi & Theobaldi confiteor & recognosco, vos sanctissimum patrem et dominum Ioannem prædictum esse & fuisse verum & summum Pontificem sacrosanctæ Romanæ & vniuersalis ecclesiæ, ac verum & vnicum Christi vicarium & beati Petri successorem. Item confiteor nomine, quo supra, &c.* Fatetur Ildebrandinus eorumdem nomine, ipsos graui flagitio se obstrinxisse, cum Ioannem Achaiæ principem & Ioannem S. Theodori diaconum Cardinalem manibus propulsarunt, non obstitere ne Petrus e Corbario pontificatum latrocinio inuaderet, dedere operam vt Ludouicus diademate cingeretur, inunctioneque imperiali liniretur; assensere senatorem Vrbis renuntiari, denique Romanæ rei administrationem ab eo suscepere. Professus etiam est Ildebrandinus Petrum Corbariam nullo iure, sed sacrilegio sedem Petri conscendisse, ac demisse tot flagitia apostolica clementia deleri expetijt: quam Ioannes ipsis impertijt, ac diplomate III. id. octobris pontificatus anno XIV. exarato confirmauit. Simili successu cæteri in ditione ecclesiastica rebelles ad officium, damnatis Ludouici partibus, redière.

b Ext. apud Io. Pap. to. 7. p. 2. ep. sec. pag. 3.

Ioannem verũ Christi vicariũ agnoscunt

Ditionis ecclesiasti ex rebelles ad officium redeunt.

19 Immiserat ille c ad turbandum Picenum comitem Clarimontis Trinacrium: sed ad reprimendos illius conatus, cum initio aliquos secundos progressus fecisset, atque Æsio proditione capto d, Tantum armis strenuissimum ducem capite plecti iussisset, Pontifex Robertum Siciliæ Regem, vt Piceni præsidi copias auxilio submitteret, rogauit datis x. kal. aprilis literis: cumque fidissimus ecclesiæ cliens & defensor Robertus exercitum traduxisset e in prouinciam, vniuersi Picentes ad Pontificis obsequium reuocati sunt f, pariterque Rauenna & alia loca ad officium rediere g. Cuius felicis nuncij Francorũ Regem Pontifex participem fecit h: *Præterea,*

c To. 7. p. 2. ep. secr. pag. 145.

d Io. Vill. l. 10. c. 124.

e Io. to. 7. p. 2. pag. 148.

f Io. Vill. l. 10. c. 147.

g Cap. 128

h To. 7. p. 2 ep. secr. pag. 111.

inquit, de partibus Romanis narratur, quod Sciarra de Columna obijt his diebus: & est certum quemdam tyrannum pessimum Siluestrum nomine, qui ciuitatem Viterbiensem sua detinebat tyrannide saua contra ecclesiam occupatam, interfectum fuisse per quemdam alium Gibellinum; quodque ciuitas postmodum ad obedientiam ecclesiæ, receptis eius gentibus, cum honore notabili est reuersa. Rursus narratur & creditur etiam ex verisimilibus coniecturis, quod Tudertina ciuitas ad eiusdem obedientiam ecclesiæ, nisi iam redierit, breuiter reuertatur: qua reducta nulla ciuitas rebellis ecclesiæ in eis partibus proculdubio remanebit. Dat. Auin. v. kal. nouembris anno XIV. Eluxit quidem in tyrannis Italiæ e medio tollendis diuina iustitia: vt enim ea, quæ de Galeacio, Castrucio, Passarino, Guidone Aretino, Marco Vicecomite, Alberghettino, ac postremo de Sciarra Columna, & Siluestro Gatta dicta sunt mittamus; Canis Scaliger a, cum speratæ felicitatis apicem videretur conscendisse, ac Taruisinos, quos ecclesiæ clientelæ se commisisse superiori anno vidimus, quindecim dierum obsidione mense iulio ad deditionem compulisset; mox a cœna, in qua opipare & splendide delitijs indulserat, ægritudine implicitus die sanctæ Mariæ Magdalenæ sacro extinctus est: moxque Albertus & Mastinus principatum, pulsis Canis Scaligeri spurijs, suscepere.

Sciarra Columna & Siluestri Gattæ exitus.

Canis Scaliger in medio triumpho moritur.

a Io. Vill. l. 10. c. 141.

20 His tyrannis feliciores, ac sanius amplexi consilium marchiones Atestini Raynaldus, Opizo, & Nicolaus, qui initam cum Ludouico Bauaro armorum societatem abruperunt. Receperat eos in gratiam Pontifex superiori anno b, vtque arctiori eos nexu ecclesiæ deuinciret, ac beneficijs ad maiorũ, qui optime de ecclesia fuerant meriti, sectanda vestigia prouocaret, Ferrariæ toparchatum ad decennium certo imposito censu tradidit c, soluta contraria Clementis V. sanctione: *Constitutione,* inquit Ioannes d, *qua per felicis recordationis Clementem Papam V. prædecessorem nostrum, ne dicti marchiones in eisdem ciuitate, comitatu, & districtu vicariatum, dominium, vel officium, aut regimen aliquod habere, obtinere, vel exercere valerent, facta fuisse dicitur, non obstante: ita tamen, quod ipsi communiter & heredes sui quolibet anno dicti decennij decem millia Florenorum boni & puri auri, & legalis ponderis in duobus terminis, qui sequuntur, videlicet medietatem in instanti festo natiuitatis dominicæ, & aliam medietatem dictorum decem millium in subsequenti festiuitate beatorum Petri & Pauli mensis iunij nobis & eidem ecclesiæ in Romana curia, vbicumque ipsum esse contigerit, suis periculis & expensis absque aliqua diminutione census nomine persoluere integraliter teneantur, etc.* Præcipit Bertrando Cardinali legato, vt abscissa omni mora Atestinis Ferrariensis vrbis agriq; præfecturam, Pontificis vice gerendã, cõmittat. *Dat. Auin. II. kal. iunij an. XIII.*

b To. 7 p. 2 ep. secr. pag. 19.

Atestini marchiones Ferrariæ imperium ad decenniũ accipiunt

c Ib. pag. 23.

d Ead. pag. 23.

Impositũ decẽ millium aureorum vectigal.

Rediturus a schismate propositus venia

21 Explicuit etiam Pontifex in omnes apostolicam clementiam, qui a schismate Ludouici & Petri Corbariæ ad sinum ecclesiæ rediere: ac ne superiora exempla repetamus, Ioanni S. Theodori diacono Cardinali e, Coloniensi archiepiscopo f in Germania, Benedicto Nouocomi episcopo g in Insubria, Nebiensique h in Sardinia, ac pluribus alijs i prouinciam dedit, vt eos qui schismatis laqueis se irretijssent, in fidelium communionem restituerent: partesque easdem summo Minoritarum præfecto l & alijs, qui in singulis prouincijs sacri illius ordinis viris præpositi essent, imposuit, vt sodales, qui cum Ludouico & anti-

e To. 7. p. 2. ep. secr. pag. 14.

f To. 7. p. 2 ep. secr. pag. 84.

g Ib. pag. 25.

h To. 7. p. 2 ep. secr. pag. 46.

i To. 7. p. 2. ep. secr. pag. 34.

l P. 2. ep. sec. pag. 98

pa-

me coram magistratibus & episcopis Florentino, Fesulano, & Spoletano fidem deuinxisset, partes ecclesiæ se amplexurum, atque a Bertrando Card. A. S. L. præteriti in oppugnanda ecclesia criminis veniam flagitaturum; Mediolanum reuersus a ciuibus maximis honoribus cohonestatus, post infaustas epulas ad arcana excitus consilia nepotis iussu laqueo præfocatus est, eiusque cadauer in publicum vicum e fenestris proiectum, stupentibus ad tantum facinus Mediolanensibus, nec tamen mutire audentibus. Accessisse vero mense septembri ad pontificiam aulam Mediolanensium & Azonis oratores, ac Ioannem cardinalatu a Petro Corbaria accepto cessisse, creatumque a Pontifice Nouariensem episcopum, atque sacrorum, & templorum vsum Mediolano restitutum, refert idem Villanus a. Extant Pontificis ad Ioannem & Azonem literæ b, quibus ad fidei constantiã ipsos excitat; propositoq; ob oculos infelici exitio, e quo emerserant, admonet ne se dæmonum laqueis irretiri patiantur. Haud leuis postea sequenti anno oborta suspicio, ne vterque fidem infringeret, atque exaratis pridie nonas augusti pontificatus anno XIV. literis c, obiectum est ipsos Carauatium clientelæ ecclesiæ commendatum in suam potestatem redigere molitos: Ioannem vectigalia Mediolanensis archiepiscopatus Aycardo eripere, ecclesiasticos a sede Apostolica & legato sacerdotijs donatos, ne bonis potirentur, prohibere; tres schismaticos a pseudopontifice promotos in consortium & mensam admittere, pseudominoritas schismaticos aduersus eius ordinis catholicos tueri: a quibus Ioannem atque Azonem iussit absistere, vtq; promissam fidem religiose colerent, admonuit.

Laqueo ab Azone præfocatus. — *Io. pseudocardinalis falsos honores abijcit.* — *a Io. Vill. l. 10. c. 146.* — *b To. 7 p. 2. ep. secr. pag. 45.* — *c To. 7. p. 3. ep. secr. pag. 45.* — *Corrept' a Pont.*

16 Quod ad res in eo bello gestas attinet; cum Mediolanum sibi subijcere non potuisset Ludouicus, iras in circumiacentes agros, quos late est populatus, conuertit d ac Ticinum armorum terrore ad deditionem certis legibus compulit; cum interim Bertrandus legatus Cardinalis valido succinctus exercitu Parmam, Rhegium, Mutinam, ac Fauentiam ad obsequium ecclesiæ traxisset e. Sed parum diu ob iniecta Rubeo prænobili Parmensi vincula tres priores vrbes in fide perstitere f. Quem casum, vt in rem suam verteret Ludouicus, Cremonam reuersus periculosissimam coniurationem Bononiæ in legatum conflauit g: sed ea patefacta, atque excitis ob proditorum multitudinem, vt refert Ioannes Villanus h, qui tũ Bononiæ Florentinorum orator erat, nouis auxilijs a legato, sumptum est de coniuratis, quorum Alberghettinus Manfredus Fauentino principatu depulsus princeps erat, supplicium. Ita Ludouicus spe delusus Tridentum iter intendit, vt nouas e Germania vires euocaret. De quibus Pontifex hæc ad Francorum Regem scripsit i: *Vt regalis circumspectio noua, quæ hic narrantur ad præsens, de partibus Italiæ non ignoret, ea sibi prouidimus, vt sequitur intimare. Fertur siquidem, quod Bauarus die quarta huius mensis octobris discessit de Papia versus ciuitatem Cremonensem, quam die x. mensis eiusdem intrasse dicitur, infelices dirigens gressus suos, quibusdam quod inde Parmam, & alijs quinimmo prius Tridentum disponit accedere referentibus, habiturus ibidem colloquium cum Australi, &c. Dat. Auin. v. kal. nouembr. anno XIV.* De Ludouici ex Italia recessu hæc tradit Bernardus l: *Ludouicus Bauarus sub anno dominicæ incarnationis incohoante MCCCXXIX. paulo ante pascha inefficax discessit de Parma ciuitate Italiæ & de tota Italia. Ubi parum profuit, nec profecit, multumque obfuit sibi & ecclesiæ catholicæ & paci patriæ & reipublicæ, & redijt in Theutoniam.* Peruenit Tridentum Ludouicus inclinante anno: cum Friderici Austriaci Romanorum olim Regis designati, cum quo solemnes conuentus, vt e superioribus literis colligitur, erat initurus; obitus fama percrebuit: ac tum meliorum rerum desperatione, ne vti regnum Italicum amiserat, paucis exceptis vrbibus, quæ ancipites suspensa ex incerto rerum exitu fide fluctuabant, ita absentia sua Germanicu deturbaretur; superatis Alpibus, nec repetita postea vnquam Italia, in Germaniam se contulit a: maxime cum Robertus dux Bauariæ idemq; comes Palatinus Rheni, ipsum execratus, sentiret cum ecclesia, ac nuntio sedis Apostolicæ operam suam commendaret: quem Ioannes pridie nonas aprilis excitauit b, vt in fide perstaret.

Ticinẽses a Ludouico oppressi. — *d Io. Vill. l. 10. c. 130. & 142.* — *e Eod. l. 10. c. 133.* — *f Cap. 143.* — *Coniuratio Bononiæ conflata discussaque.* — *g Cap. 148.* — *h Cap. 149.* — *Ludouic' Tridentũ abit.* — *i To. 7 p. 2. ep. secr. pag. 111.* — *Eius itinera.* — *l Ber. libell. de Rom. Imp. M-S. Vat. sign. num. 2043.* — *Friderici Austriaci obitus.* — *a Io. Vill. l. 10. c. 148.* — *Robertus dux Bauariæ sensit cum ecclesia.* — *b To. 7 p. 1 ep. secr. pag. 95.*

17 Ad elidendas Ludouici vires, fœderatos illius principes Pontifex ab eiusdẽ partibus diuellere annisus est: atque in primis vt præcipuum dignitate & potentia Fridericum Regem Trinacriæ ad sinum ecclesiæ adduceret, solicitauit c mense martio, ac Robertum Siciliæ Regem, vt pacem vel inducias cum ipso iniret; Reginamque Siciliæ promouendæ rei iussit incumbere. Coire inter eos principes concordia nõn potuit, ac res Friderici non parum a Roberto depressæ sunt, vt ex literis pontificijs ad archiepiscopum Neapolitanum VIII. kal. septembris scriptis d colligitur: quibus ipsi partes impositæ, vt cum plures insulani Trinacrij antea perduelles ad Roberti Regis obsequium redire, atque in illius fide constantes esse in animum induxissent, censuris quibus erant irretiti, exolueret. Studuerat etiam Ioannes conciliare Roberto Regi Montisferrati ac Salutiarum marchiones e & Philippum Sabaudum f; cum ea concordia Pedemontio ac Genuæ, in maxima discrimina adductis, & regno Siculo conduceret; indictæque sunt a Pontifice induciæ inter eos principes, inclinante mense martio, atque Astensi & Albensi episcopis datæ partes, vt aduersantes ad inducias seruandas inducerent. Sed Roberti Regis hostes dictis pontificijs audientes non fuere, ac Pedemontium in discrimen coniecere: cui Pontifex copias, vt laboranti succurreret, submisit g: cum vicissim Rex agmina regia pro continenda in officio Marchia transmisisset.

c Ib. pag. 145. — *Frustra tẽtata inter Robertũ & Frider. Reges cõcordia.* — *d Ib. pag. 143.* — *e Sup. pag. 145. 146. & p. 2. pag. 30.* — *f To. 7 p. 1 ep. secr. pag. 13.* — *Imperatæ in Pedemontio induciæ.* — *g Ib. pag. 148.*

18 In Vrbe Roberti Regis copiæ ad illam in Pontificis obsequio confirmandam aduersus Gibellinorum conatus, cum in militari disciplina non continerentur, nonnullas turbas peperere; indeque factiones haud leues secutæ. Quo accepto Pontifex Guillelmum Ebulum Roberti copiarum ducem IV. non. ianuarij admonuit h, vt suorum impetus reprimeret, imminentiaque inde pericula auerteret. Neque ita multo post concitata i est a populo Romano aduersus Guillelmum coniuratio, qua exauctoratus est, & Stephanus Columnensis ac Poncellus Vrsinus senatores creati. Cum vero Romanus populus in fidei erga ecclesiam constantia perstaret, tempus restituti iam sacrorum vsus Pontifex Ioannem S. Theodori Cardinalem A. S. L. extrahere iussit l: seque in contrarijs Vrbis factionibus æquum aduersis partibus præbere m. Cæterum Romani, publico celebrato concilio, coram Ioanne legato fidem Pontifici aduersus Ludouicum & antipapam deuinxere; ac superiore sen-

Roberti copiæ in Vrbe licẽtiam exercent. — *h Ib. pag. 2.* — *i Io. Vill. l. 10. c. 121.* — *l To. 7 p. 1 ep. secr. pag. 3.* — *m Ib. pag. 5.*

fratrum eorundem consilio absoluimus; omnemque infamiæ maculam siue notam, quam contraxissetis propter hoc, tollimus totaliter, & etiam abolemus: vosque ad omnia priuilegia, honores, bona, statum, & famam in integrum restituimus de plenitudine potestatis; & nihilominus interdictum seu interdicta quæcunque, quibus prædicti ciuitas, comitatus, & districtus qualitercunque propter præmissa, vel aliquod eorundem subiacent, relaxamus omnino, &c. *Dat. xvii. kal. octobris anno xiv.*

Pristinis iuribus restituti.

11 Cæterū vt publicæ Etruriæ quieti consuleret Pontifex, Florentinos ad pacem cum Pisanis ineundam excitauit a; quam feliciter conciliarā Ioannes Villanus refert b: quamuis nonnulla ante emersissent odia, cum Pisani Lucam a Germanicis copijs, quæ a Ludouico defecerant, pretio emere tentassent. Solicitauit quoque Pontifex c Robertum Siciliæ Regem, vt acceptas iniurias Pisanis remitteret, veteraque cum ipsis fœdera redintegraret: dignos videri venia, qui nō nisi armorum vi multisque damnis affecti sub Ludouici potentia succubuissent: admitteret oblata ab ijs mulctæ nomine quindecim aureorum millia: quamquam satius fore ipsorum beneuolentiam quam opes sibi comparare. Explicuerat egregiam in reuocandis ad obsequium ecclesiæ Pisanis operam Bonifacius e Donoratico, quem Pontifex multis laudibus ob editum tam præclarum facinus extulit d. Vt vero illius opera Petrus Corbaria custodiæ traditus, atque Aueniónem adductus, crimen coram Cardinalium senatu execratus sit, sequenti anno videbimus. Redière ad obsequium ecclesiæ vna cum superioribus insignibus populis præcipui nobilitate viri Etruriæ Gibellinarum partium; inter quos Gerinus, Franciscus, & Vgolinus Vbaldini, alijque perduelles a Ioanne Vrsino S.Theodori diacono Cardinale A. S. L. pontificio iussu ecclesiæ conciliati e. Hactenus de Etruriæ rebus: iam alia prosequamur.

Florentini ad concordiam cū Pisanis solicitati. a To.7.p.3 ep. secr. pag.29. Rogatus Robertus vt Pisanis ignoscat. b Io.Vill. l. 10. c.138. c To.7.p.2. ep. secr. pag.56. d Ib. pag. 55. e To.7.p.1. ep. secr. pag.5.

12 Traducto in Insubriam exercitu, Ludouicum mense aprili celebres conuentus, vt eam prouinciam fluctuantem in suis partibus contineret, habuisse scribit Ioannes Villanus f, quibus Scaliger Veronensis, Mantuæ, Cremonæ, alijque tyranni interfuere. Incenderat enim in se omnium odia ob creatum antipapam Ludouicus, & eo flagitio res suas maxime euertit. Depulere itaque a suis ceruicibus schismaticæ seruitutis iugum plures insignes vrbes ac populi: quos ecclesiæ conciliari, ac sacrorum vsum ad proximas kalendas augusti illis restitui iussit Pontifex, g donec cum de ipsorum fide penitus constaret, censuræ inflictæ dissoluerentur. Quo argumento hæc Beneuenuto Bononiensi 11. id. maij rescripsit h: *Lætanter percepto, quod Papiensis, Nouariensis, Vercellensis, Pargamensis, & Laudensis ciuitates cum suis communitatibus, relicto erroris inuio, pedes suos in viam veritatis, sicut iam cœpisse dicitur, conuertere intendentes, illis viris reprobis Ludouico de Bauaria & Petro de Coruaria, hæreticis, & schismaticis, constanter & viriliter se opponunt; nos more paterno eisdem super his congaudentes & sperantes, quod si diuina in eisdem ciuitatibus & communitatibus licite celebrentur, preces & sacrificia, quæ Deo in ipsis offerri sunt solita, ipsos in cœptis firmabunt, ac vt ipsi perficere valeant impetrabunt, & vt perficiant obtinebunt; ad Dei honorem ipsorumque consolationem interdicta omnia in eisdem ciuitatibus & communitatibus apposita vsque ad instantis kal. augusti duximus suspendenda.* Addit sibi ingratum admodum rumorem accidisse, Mediolanenses ad committendas cum Ludouico Bauaro acies se comparare, cum ea res periculo non careat; viderique satius cunctari, dum ad eum delendum excindendumque omnium vires conflari possent; ac præcipit, vt si nondum in eum exercitum eduxerint, ipsos ab eo consilio reuocet: cæterum se legato ac Placentinis scribere, vt auxiliares copias cum Mediolanensibus aduersus hostem coniungant: quæ quidem literæ ad Bertrandum legatum, Placentinos, & alios idibus maij datæ extant in regesto pontificio a: quibus eosdem Mediolanenses se ad ecclesiam traduxisse significat, vtque vires cum ipsis in Ludouicum conuertat, persuadet.

Conuentus habiti a Lud. in Insubria. f Io.Vill.l. 10.c.130. Plures Insubriæ vrbes ab eo deficiūt. Ecclesiæ eos conciliari iubet Pont. g To.7.p. 1.pag.26. h Ib. pag. 13.& 20. a Eod.pag. 18.

13 Perstitere constantes in obsequio ecclesiæ Mediolanenses b, nec Ludouici minis, quamuis Montiam castra promouisset, atque ad vrbem excurreret, frangi potuerunt. De quibus secundis nuntijs hæc Pontifex ad Philippum Francorum Regem scripsit c: *Mediolanum fere cum omnibus ciuitatibus alijs Lombardiæ, quæ consueuerunt obedire dicto Bauaro, contra eum etiam rebellarunt, sic quod in campis eum oportet persistere; ciuitatibus eum recipere, sibique renuentibus obedire: iamque vt habet fidedigna multorum relatio, vsque ad burgos Mediolani perueniens, obsidionem ibidem posuit; ciuibus Mediolanensibus eum suo exfortio ciuitatem potenter defendentibus, & se viriliter opponentibus contra eum, &c. Dat. iii. non. iunij anno xiii.* Cur vero Azo Vicecomes in principatu Mediolanensi a Ludouico confirmatus defecerit, exponit S.Antoninus his verbis d: *Actius illius perfidiam in paterna*, nimirum Galeatij, *dudum euersione expertus, parere noluit aduentanti, sed Mediolano cæterisque oppidis exclusit; quare bello in his locis necessario est implicatus.*

Mediolanenses Ludouici impetus retundunt. b Io. Vill.l. 10.c.130. c To.7.p.1 ep. secr. pag.121. d Ant.3.p. tit.21.c.6. §.11. Causæ ob quas Vicecom. Azo a Bauaro deficit.

14 Vt suas aduersus Ludouicum partes Azo confirmaret, ad castra ecclesiæ clam transfugit. Cuius oratoribus humanissime receptis, est ei gratulatus pium reditum Pontifex: e *Profecto*, inquit, *vox tua dulcis, immo sancti Spiritus potius, in nostri cordis insonuit auribus; quæ vtique non indigne ingenti gaudio nos repleuit: etenim cum peccatoris conuersio Dei angelos, pastoremque gregis vnius ouis errantis inuentio gaudio repleat, quanto magis filij reuictio mortui, eiusque qui perierat reinuentio exultatione implere debet & gaudio patrem pium? Illi itaque gratias referentes, qui te de tenebris vocauit in admirabile lumen suum, tuam prudentiam exhortamur, vt spiritum tam benignum, qui misericorditer te respexit, nutrire studeas, eique reuerentiam exhibere, eidem humiliter supplicando, vt quod in te cœpit perficiat, & perfectum custodiat & conseruet.* Et infra: *Age igitur, fili, virtuose in cœptis & persevera constanter, ac contra tuum, Dei, & ecclesiæ suæ hostem pestiferum, Bauarum videlicet, hæreticum & schismaticum, eiusque fautores & sequaces viriliter arma sumens, procedere procures prouide ac potenter, ad hoc ipsum Mediolanum & alios tibi adhærentes nobiles ac populos nihilominus excitans & inducens, &c. Dat. Auin. x. kal. iulij anno* xiii.

e To.7.p.1. ep. secr. pag.20.

15 Commissum est per hæc tempora ab Azone in patruum Marcum crudele facinus: cum enim ille, vt narrat Ioannes Villanus f, post occupatam Lucam, & restitutas pristinæ libertati Pisas magnis muneribus decoratus ad Florentinos se contulisset, exceptusque honorificentissi-

Marcus Vicecom. gratia florens ob res gestas. f Io.Vill.l. 10.c.136. Ant. 3.p. tit.21.c.6 §.12.

me

ratus Ludouicus, de dicta vrbe ad præfatam ciuitatem rediens & existens in ea cum magna potētia gentis suæ, virum perfidum Petrum de Corbario apostaticum & schismaticum cum suis nequam officialibus & ministris in ciuitatem introduxit præfatam, eique fecit tanquam Papæ honorem, in diuinæ maiestatis contumeliam, & cunctorum iacturam fidelium exhiberi. Quem honorem tam regimina, quæ ibi erant, quam nonnulli ex vobis & Forenses Petro exhibuerunt eidem: & aliqui tam de ciuitate, quam comitatu prædictis ab eo beneficia & officia receperunt, ipsisque Ludouico & Petro, eorumque damnatis sequacibus, in eadem ciuitate manentibus, homines dictæ ciuitatis eiusque comitatus & districtus tam clerici quam laici, interdictum seu interdicta, cui vel quibus propter præmissa ciuitas ipsa cum eisdem comitatu & districtu subiacebat, minime seruauerunt; quinimmo potius violarunt coacti sic, quod ibidem diuina celebrata, seu potius prosanata fuerunt: quamuis vos prædicta per eosdem Ludouicum & Petrum, eorumque sequaces, ministros, & complices præsumpta, facta, & attentata esse & fuisse, abominabilia & horrenda catholicis, & inania & nulla de iure; nosque verum Papam, & sacrosanctæ Romanæ & vniuersalis ecclesiæ summum Pontificem esse, & fuisse a tempore promotionis nostræ ad apostolicæ dignitatis apicem, crederetis & teneretis firmiter, sicut adhuc creditis indubitabiliter & tenetis; nec a fide catholica, quam nos & ipsa ecclesia prædicamus & docemus, recedere, nec alicui contra ipsam fauere intenderitis quoquo modo: quamquam non fueritis ausi præmissis detestandis resistere, vt præfertur.

Roma reuersum Lud. induxisse antipapam.

Paritum illi vi incussa fuisse.

Cultum tantum externa specie.

9 Postmodum autem dicto Ludouico de ciuitate, comitatu, & districtu prædictis recedente, vos memoratum Petrum de Corbario, suosque damnatos officiales & ministros cum sua licentiantes ignominia, de dicta ciuitate vestra expellere curauistis, eundem Petrum de Corbario arrestare tunc præ timore vicarij dicti Ludouici & gentis armigeræ, quos ibidem dimiserat, non audentes; licet postea, resumptis tractu temporis viribus, eosdem vicarium & gentem & quoscumque dicti Ludouici officiales, ac ecclesiæ vestrosque rebelles & hostes, inibi existentes, potenter & viriliter eiecistis de ciuitate prædicta: & ad obseruationem interdicti & interdictorum prædictorum inuiolabilem humiliter redijstis, ac parere reuerenter vicario & officialibus venerabilis fratris nostri Simonis archiepiscopi Pisani, & ad charissimum in Christo filium nostrum Robertum Regem Siciliæ illustrem pro ipsius gratia & pace habenda vestros nuncios transmittere curauistis: & insuper cum dilectis filijs communi & ciuibus Florentinis, ecclesiæ Romanæ deuotis, pacem, vnitatem, & concordiam, adactis in concordia ipsa certis articulis, deuotionem, reuerentiam, & honorem nostrum, & sanctæ matris ecclesiæ tangentibus, reformastis. Quare præfati ambaxiatores & nuncij nobis in eodem consistorio supplicarunt humiliter & deuote, vt vestris non attentis excessibus; sed sequentes potius diuinæ miserationis exemplum, vobis aperire dignaremur sinum pietatis & misericordiæ, vos ad nostram & eiusdem ecclesiæ gratiam admittendo, ac interdictum seu interdicta prædicta tollendo de ciuitate, comitatu, & districtu prædictis; vobisque, nec non personis singularibus ciuitatis, comitatus, & districtus prædictorum, clericis & laicis, religiosis & secularibus ab interdicti, suspensionis, excommunicationis, & alijs pœnis & sententijs, quas propter prædicta vel aliquod prædictorum quomodolibet incurristis, de absolutionis & relaxationis beneficio prouidendo, ac dispensando misericorditer cum personis ecclesiasticis, religiosis, & secularibus ciuitatis, comitatus, & districtus prædictorum, quæ occasione præmissorum fuerunt irregularitatis macula irretitæ; ac abolendo a vobis & ipsis omnem infamiæ maculam siue notam ex præmissis obortam, & in eo statu restituendo, quo eratis ante aduentum dicti Ludouici de Bauaria ad ciuitatem iam dictam; offerentes prædicti ambaxiatores & nuncij vestro nomine, vos nostris & ecclesiæ in omnibus stare ac parere mandatis, omnemque subire pœnitentiam, & emendam complere, quas vobis iniungendas seu imponendas duxerimus pro præmissis.

Egressó Ludouico pulsum.

Ludouici præfectú deiectum.

Seruatum ecclesiasti cum interdictū. Robertú Regem exoratum de pace.

Redintegratum tum Florentinis fœdus.

Consuris Pisani solui flagitāt.

Omnibus pœnis ad expiandū tacimus se subijciūt.

10 Nos autem, qui licet insufficientibus meritis vices illius in terris gerimus, cui proprium est misereri semper & parcere; quique non venit iudicare populum, sed saluare, cupientes ipsius, quantum possumus, vestigijs inhærere; & attendentes quod excusationes huiusmodi, etsi non tollant delictum totaliter, diminuunt tamen peccatum; & insuper puram deuotionem, quam vos & prædecessores vestri retroactis temporibus ad Romanam gessistis ecclesiam, ad memoriam reuocantes; excusationes easdem admisimus, ac vos ipsosque ambaxiatores vestro nomine ad nostram & eiusdem Romanæ ecclesiæ gratiam, per eosdem ambaxiatores & nuncios vestro nomine factis & promissis primitus quæ sequuntur, duximus admittendos. Ipsi namque ambaxiatores & nuncij nomine vestro ad sancta Dei euangelia tacta corporaliter promiserunt, ac etiam iurauerunt, vos stare, parere mandatis ecclesiæ ac nostris super & de prædictis & prædictorum quolibet, & ab eisdem dependentibus, seu aliquo eorumden; quodque dictos Ludouicum & Petrum, eorumque officiales & ministros, aut alterius eorundem, seu ipsius Ludouici stipendiarios, vel aliquos alios, qui venirent contra mandatum ecclesiæ seu nostrum, vel aliorum summorum Pontificum canonice intrantium, nunquam admitretis ad ciuitatem ipsam, comitatum, vel districtum ipsius, nec eis vel eorum alicui præstabitis per vos vel alium seu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte, auxilium, consilium, vel fauorem: sed stabitis potius & perseuerabitis in nostra, ac successorum prædictorum, ac ecclesiæ deuotione, obedientia, & reuerentia debitis, & resistentia contra illos, qui ad ciuitatem, comitatum, & districtum prædictos venire taliter attentarent. Promiseruntque insuper prælibati ambaxiatores & nuncij, & etiam iurauerunt, se facturos & curaturos, quod vos omnia & singula prædicta ratificabitis, approbabitis, promittetis, iurabitis, & vos ad ea obseruanda, & complenda efficaciter obligabitis, inde confectis scripturis publicis, seriem præsentium continentibus, vestro communitatis sigillo; quæ nobis ad nostram & eiusdem Romanæ ecclesiæ cautelam celeriter transmittentur.

Admissi a Pontifice in pristinam gratiam.

Exactum ab ipsis sacramentum.

Quibus iuramento & promissionibus per nos ibidem receptis, vos, communem, vniuersitatem, & populum ab omnibus & singulis pœnis & sententijs, iuris vel hominis, nec non processibus quibuscunque, quos & quas incurreritis propter prædicta, seu aliquod prædictorum, de

excepisse; Castrucio, eius tyrannide oppressos, obtemperasse. Quæ flagitia execrati se orthodoxam semper fidem, quam Romanus Pontifex doceret, professuros sunt polliciti. Extant de eo munere ipsis demandato hæ publicæ tabulæ.

6 *In Christi nomine. Amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo nono indictione* XIII. *die duodecimo mensis septembris.* Nonnullisque interiectis, quibus Hugonem episcopum Iustinopolitanum & Albizanum equitem decernunt oratores, ipsos hisce mandatis instruunt: *Ad comparendum & se præsentandum conspectui sanctissimi in Christo patris & domini domini Ioannis diuina prouidentia Papæ XXII. sicut coram ipsorum patre & domino & Christi in terris vicario, & coram sacro collegio reuerendorum patrum dominorum Cardinalium ad recognoscendum & confitendum se deliquisse super eo & pro eo peccasse, quod damnatum Ludouicum de Bauaria, qui se Romanum Imperatorem nominat coadiuuauerunt, eique consilium & auxilium præstiterunt & præstari ab alijs fecerunt, & permiserunt: dominia* * *quod, officia, & rectorias ab ipso Bauaro sicut Imperatore receperunt; licet ipsum nunquam crediderint, nec credant fuisse, vel esse Imperatorem, postquam non erat per sanctam matrem ecclesiam & dominum Papam supradictum approbatus; sed potius improbatus. Insuper super eo & pro eo, quod fratrem I.. de Sedegijs in episcopum in dicta ciuitate Pistoriensi assumptum, & electum a Petro de Coruaria schismatico & apostatico & nunc damnato per sanctam matrem ecclesiam receperunt, & ipsi episcopo indebite electo dictæ ciuitatis episcopatum regenti sibi consenserunt & obediuerunt, & consilium & auxilium præbuerunt. Et insuper pro eo, quia Castrucium Castrucini de Interminellis tyrannum pessimum & iniquum, ac damnatum hæreticum & schismaticum per dictum summum Pontificem contra iustitiam receperunt, & ei per tempus plurimum obediuerunt, & auxilium & consilium præstiterunt, committendo temere & non ex certa scientia plura delicta contra sanctam Romanam ecclesiam & sanctissimum Papam dominum Ioannem præfatum. Hæc autem effectui mandauerunt quousque respirare potuerunt, & gratiam & misericordiam sanctæ matris ecclesiæ procurare; quam rehabere sperantes sancta matris ecclesiæ & domini Papæ præsidio inuocato, se supradictis Bauaro & ecclesiæ inimicis opposuerunt & opponere intendunt, &c.* Imposuere etiam oratoribus prouinciam, vt ob violatum sacrorum interdictum, diuina profanata, aliaque scelera in pontificiam auctoritatem patrata veniam poscerent, seque ad ea rite expianda submitterent: tum ad soluenda ærario pontificio duo marcharum millia, totius populi bona obligarent, si a promissis vnquam deficerent. Quæ cum summa animi demissione, productis magno doloris sensu omnibus flagitijs in sacro Cardinalium senatu exposuissent, donati sunt amplissima venia, confirmata publico diplomate III. kal. nouembris pontificatus anno XIV. consignato.

*quasque Profitentur Imperatorem nisi confirmatum a sede Apostolica esse non posse.

Veniam petunt de recepto pseudoepisc.

Et tolerata Castruc. tyrannide.

Illatam sibi vim excusant.

7 Interea Pisani ad res nouas pristinamque recuperandam libertatem excitati a, eum comite Bonifacio e Donoratico de Tarlatino e Petramala Aretino Bauari præfecto eijciendo consilia ineunt: ac Marco Vicecomite nonnullis equestribus copijs succincto Luca excito, Germanos præsidiarios eicere. Cum Pontifex archiepiscopo Pisano XIII. kal. iunij munus iniunxit b, vt interdictum ecclesiasticum, quo Pisæ ob atrocia in ea vrbe patrata facinora in pontificiam maiestatem deuinctæ erant, ad festum omnium sanctorum remitteret: dissolutum vero postea est penitus, cum Pisanorum oratores ad pontificiam sedem hoc eodem anno accessere, vt flagitij in Bauaro & antipapa excipiendis commissi veniam poscerent: ac publice coram Cardinalibus sunt contestati, se Ioannem verum Pontificem semper ab eo tempore, quo apostolicum solium conscenderat, credidisse; fidemque orthodoxam, quam ille prædicaret, tenere. Pluribus vero verbis ad captandam misericordiam exposuere, vt terrore armorum compulsi Ludouici seruituti se subiecissent & schismatis laqueis fuissent irretiti; quos tum demum feliciter abrupissent, cum meliorum rerum spes ipsis affulsisset. Quibus permotus Pontifex eosdem Pisanos censuris solutos pristinis iuribus restituit a.

Præsidiū Germani cum Pisis eiectum. a Io. Vill. l. 10. c. 135.

b To. 7 p. 1 ep. secr. pag. 27.

Pisani ad Pontificis gratiam redeunt.

Ioannem verū Pontificem agnoscūt.

a To. 7 p. 2. ep. secr. pag. 54. & M. S. var. bull. Io. XXII. pag. 103. Ext. in rotulo perg. sign. n. 328. ex arc. Auin. Rom. arg. delate.

Cōmuni, vniuersitati, & populo ciuitatis Pisanæ.

8 Nuper ad nostram præsentiam venientes dilecti filij nobiles viri Guillelmus de Seximundis, Nicolaus Gualandis, & Guido Masca vestri ambaxiatores & nuncij, ad infrascripta omnia sufficiens a vobis mandatum habentes, coram in vobis & fratribus nostris in consistorio, præsente ibidem prælatorum & aliorum fidelium multitudine copiosa, proponere curauerunt, quod cum Ludouicus olim dux Bauariæ excommunicatus, hæreticus, & schismaticus vobis dudum velle ad ciuitatem vestram accedere intimasset, vos tanquam deuoti & fideles sanctæ matris ecclesiæ filij eum recipere minime intendentes, vt ad eandem ciuitatem venire nisi de voluntate & assensu, ac cum concordia ecclesiæ nullatenus præsumeret, eidem per vestros ambaxiatores & nuncios missos ad eius præsentiam diuersis vicibus propter hoc intimare curastis: ac postmodum eodem Ludouico ad ciuitatem eandem accedere, ijs non obstantibus, satagente vos eidem realiter & viriliter opponentes, per mensem, & vltra restitistis eidem, donec per potentiam suam portu aquæ & maris perdito, & omni destituti succursu, vos contra eundem defendere vlterius nequiuistis. Tunc vero Ludouicus prædictus vobis coactis & violentatis, ac omni auxilio & spe auxilij destitutis; nec non castris, villis, & locis comitatus & districtus vestrorum per gentes & sequaces ipsius Ludouici occupatis & expositis vastitati, stipatus magna multitudine armatorum, equitum, & peditum ciuitatem intrauit eandem, quondam Castrucium hostem vestrum & æmulum, ac Guidonem, qui se intitulabat episcopum Aretinum, aliosque multos rebelles sanctæ matris ecclesiæ secum ducens. Qui ciuitatis iam dictæ, ac comitatus & districtus eiusdem regimen per aliqua tempora tenuit vsurpatum, multaque detestanda & execranda verbo, scripto, & facto fecit ibidem & exercuit, & per alios fieri & exerceri, vobis resistere seu prohibere nequeuntibus, fecit, voluit, & permisit. Subsequenter vero Ludouicus præfatus inde recedens, & versus Vrbem infelices dirigens gressus suos, nonnullos de ciuitate prædicta Pisana clericos & laicos, ne aliquid posset interim immutari circa ipsius ciuitatis regimen, secum duxit sub manu potenti ciuitatem eandem munitam dimittendo; nihilominus & eandem dicto Castrucio commendando, & a vobis inuitis magnas pecuniarum summas exigendo, & etiam per suam tyrannidem extorquendo.

Missi ab ijs oratores ad veniam postulan.

Toleratæ obsidionis incommoda exponunt.

Ingresso hosti succincto exercitu resisti non potuisse.

Acceptos ab eo in recessu obsides.

Præfectū Pisis Castrucium.

Rursus post certi temporis spatium, memora-

die gestam ait. Quo accepto Pontifex Bertrando Apostolicæ sedis in Insubria legato prouinciam iniunxit a; vt Ioannem pseudocardinalem ac Luchinum fratrem hæreseos & schismatis crimine contaminatos, ac damnatos ab Apostolica sede solemni ritu diuulgaret: *Fraternitati*, inquit, *tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus prædictos Luchinum & Ioannem filios dicti Matthæi hæreticos, qui Ludouico de Bauaria & Petro de Coruaria hæreticis & schismaticis manifestis, eorumque fautoribus, & sequacibus adhærendo & præstando auxilia, consilia, & fauores contra Deum & ecclesiam sanctam suam, fidemque catholicam, errores erroribus, hæreses hæresibus, & excessus excessibus tanquam in profundum malorum demersi cumulare damnabiliter hactenus studuerunt, & continue in suæ damnationis cumulum non desistunt; dictusque Ioannes velut auersus a Deo totaliter, & desperationis laqueo inuolutus, se sub dicto Petro de Coruaria hæresiarcha & manifesto schismatico Cardinalem per hæreticos & schismaticos rebellesque alios fatetur, sicut habet multorum relatio, in diuinæ maiestatis opprobrium, ecclesiæ Romanæ contemptum, ac fidei & fidelium derisionem & scandalum; nominare esse manifestos hæreticos, & de hæresi sententialiter condemnatos ac schismaticos; in ecclesiis & locis tuæ legationis & aliis, de quibus & quoties tibi expedire videbitur, per te vel alium seu alios publice nuntiare procures, &c.* Addit vt fideles ab improborum illorum schismaticorum societate ac studio, intentatis pœnis grauissimis & censuris, deterreat. *Dat. Auin. id. martij anno* XIII.

a To. 7. p. 1. ep. secr. pag. 20.

Hæreseos & schismatis crimine deuinctus.

Iussus Bertrandus Card. in eum censuras promulgare.

Creandi Ioannis anticardinalis Ludouicus auctor extiterat b, cum ea ratione res suas confirmare arbitraretur: qui etiam parum memor illatæ Galeatio iniuriæ Azonem illius filium & Ioannis nepotem ad principatum Mediolanensem euexit c, promissis sibi centum viginti quinque aureorum millibus, vt militi stipendia persolueret. Adiunxit vero Azoni Porcarium virum principem, vt promissam auri vim reportaret, sed Porcarius parte recepta in Germaniam abijt: qua spe delusi Ludouicus & antipapa, cum res in dies angustiores fierent, haud parum consternati. Decreuit itaque Ludouicus exercitum in Insubriam traducere. De cuius consilijs certior factus Pontifex, XVI kal. april. significauit Philippo Francorum Regi d, Bauarum Pisis discessum ornare, vt cum Scaligero colloquia iniret, reditumque in Germaniam compararet.

b Io. Vill. l. 10. c. 119.

Azo Vicecom. præfectus Mediolano a Bauaro.

c Eod. cap.

Bauarus fugam ex Italia cogitat.

d To. 7. p. 1. ep. secr. pag. 118.

5 Dum Pisis agebat Ludouicus, nonnulli coniurati Florentiæ subornati, qui Vrbem dedere moliebantur: sed patefactæ insidiæ, sumptumque de sontibus suppliciũ. Bertrãdus vero Roberti Regis dux instructo egregie exercitu succinctus in comitatum Pisanum plurimam agris cladẽ intulit e: ac Ludouici res tam in Insubria, quam Etruria nutarunt; quas cum fulcire niteretur, impelli magis ac labare visæ, de quibus hæc S. Antoninus f affert: *Ludouicus, quoniam Germani equites, qui ab eo transfugerant, omnibus cœptis cogitatisque obsistere videbantur, nec promissæ ab Actio pecuniæ comparebant, quo his prospiceret incommodis, transire in Galliam citeriorem statuit. Relicto itaque Pisis falso pontifice, cum omni hæreticorum apostatarumque sentina, scilicet antequam captus duceretur ille antipapa Aueniōnem, vt dictum est; cum per agrum Parmensem deuenisset in Galliam, existimaretque subito Pisas reuerti, maiora quam putabat in Gallia impedimenta offendit.* Et infra: *In Etruria vero post eius discessum varios casus variosque euentus res subierunt.*

Pontifici legatus Pisanum agrum populatur.

e Cap. 117.

f Ant. 3. p. tit. 21. c. 6. §. 11. Ex Lucnar. Aret. l. 6.

Antipapa Pisis relictus.

Corruit quidem primo Petrus e Corbaria: Pisani enim, in quibus catholicæ religionis amor hæserat, vt vrbem immani portento liberarent, antipapam ac sequaces expulerunt. Qua de re Pontifex his verbis Francorum Regem fecit certiorem a: *Synagogam malignantium & operantium detestabilia & iniqua, Petri videlicet de Coruaria & ministrorum ipsius, etiam Dominus dissipauit: præcepto quidem Petro & suis sequacibus per Pisanos, quod ciuitatem illã exirent, furtiue festinarunt recedere quasi nullo eorum alio expectato quo autem dictus Petrus ierit, communiter ignoratur.* Non iniecisse in eum manus Pisanos ob præfecti Ludouici, qui multo milite præsidiario instructus erat, contestati sunt b in pontificia aula eorum oratores. De eiecto Tarlatino Ludouici vicario dicetur inferius, vbi prius quæ tempore præcessere, adduxerimus.

Mox inde pulsus.

a To. 7. p. 1. ep. secr. pag. 121.

Capiat latebras.

b To. 7. p. 2. ep. secr. pag. 54.

Afflictæ c itaque admodum ea rerum conuersione Ludouici res in Etruria non pontificijs viribus, ne parti de hoste ecclesiæ triumphi laus mortalibus ascriberetur; sed diuino Numine Bauari sequaces mutuis dissensionibus dissipante, vt Pontifex Francorum Regi subiectis litteris significauit d: *Vt ea, quæ ad Dei honorem & eiusdem exaltationem fidei est in partibus Italiæ Saluatoris nostri clementia his diebus præteritis operata & operatur continue, sublimitas regia non ignoret; ad eius notitiam pro animi consolatione ac regni deducimus quæ sequuntur. In primis siquidem inter partem gentis Bauari ac Lucanam & Pistoriensem ciuitates ex vna parte, ipsumque Bauarum ex altera vertiginis immisit Dominus spiritum; ita quod gens illa Bauari vna cum parte ciuium ciuitatum prædictarum contra eundem Bauarum rebellarunt; & capto illo, quem ipse pro rectore dimiserat in ciuitate Lucana, ciuitatem occupauerunt eandem, & contra ipsum Bauarum detinent occupatam. Ciues autem Pistorienses, eiecta gente dicti Bauari, per se regunt ciuitatem prædictam, &c. Dat.* III. *non. iunij anno* XIII.

c Ant. 3. p. tit. 21. c. 6. §. 11. 12.

d To. 7. p. 1. ep. secr. pag. 121.

Ludouici res collapsæ in Etruria.

Cum igitur in Insubriam, vti dictum est, traduxisset exercitum Ludouicus, mox Etruria iugum eius excussit e. Primi omnium equites, qui ob non soluta stipendia defecerant, ac loca imminentia Lucæ insederant, Ludouici res labefactarunt: inita enim cum veterano milite præsidiario coniuratione, arcem duce Marco Vicecomite ingressi Lucã occuparunt. Gherardinus vero Spinola Genuensis Lucensẽm principatũ ab equestribus copijs triginta aureorum millibus coemit, quarum partem magnis conductam stipendijs secum retinuit: paucisque post mensibus Castrucij f filij Lucam proditione ingressi, vrbem sibi subijcere pertentarunt; sed demum non sine clade a Gherardino ex arce cum suis erumpente propulsati sunt. Cæterum Pistorienses ea rerum commutatione exterriti, potentiæ Florentinorum impares, pulsis Germanis militibus, se in libertatem asseruere g, ac fœdera cum Florentinis percussere. Transmisere h vero ad aulam pontificiam oratores veniam ob secutas Ludouici Bauari & antipapæ partes postulaturos: qui in Cardinalium consistorium producti exposuere, se quidem Ludouico vt Imperatori paruisse, nunquam tamen, cum a Romano Pontifice confirmatus non esset, iustum Imperatorem existimasse: intrusum a Petro Corbaria episcopum ex-

e Io. Vill. l. 10. c. 131. 144.

Luca Ludouico erepta.

f Cap. 151.

Pistorium pristinæ restitutum libertati.

g Cap. 132.

h To. 7. p. 2. ep. secr. pag. 58.

Pistorienses ad Pontificem oratores mittunt.

pontificem creauit, superiori inclinatæ, atque hoc anno adeo collapsæ sunt res eius, vt ab omnibus desertus pudoreq; oppletus, fugam in Germaniam carpere coactus, Italicum regnum amiserit. Quæ singula antequam recenseamus, atrox ab illo ineunte anno patratum facinus in medium adducemus. Excepit ipse Pisis tertio ianuarij die Petrum Corbariam pseudopontificem suis anticardinalibus stipatum, omnesque vero Christi vicario exhiberi consuetos honores more histrionico illi detulit a; quæ res Pisanis omnibus prudentibus horrori fuit: ac scenicus pontifex octauo ianuarij concionem habere ad populum non erubuit, atque indulgentiarum præmia ijs, qui Ioannis XXII. nomen execrarentur polliceri. Et quidem in Petri Corbariæ nefario regesto extant literæ b idibus ianuarij Pisis exaratæ, maledictis in Christi vicarium refertæ: idemque sathanæ emissarius iterum decimonono februarij die, schisma propagare enitente Ludouico, anathema in verum Pontificem, ac Robertū Siciliæ Regem & Florentinos, præcipuos illius in Italia defensores, cæterosque catholicos vibrauit c, & alijs pœnis eos subiecit.

a Io. Vill. l. 10. c. 116

Nefaria concio ab eo habita, Antipapæ furor.

b Regest. Nicol. V. antip. pag. 181.

c Io. Vill. l. 10. c. 123

2 Accidit vero, vt quo tempore solemnes illi conuentus celebrandi erant, tanta repente inhorruerit procella, tantaq; effusa sit nubibus pluuia, quantam nullus vnquam meminisset: vt nemini dubium esset tanto sceleri cælum irasci. Cumque Pisani eam occasionem, ne criminis participes essent, captarent, immissus est a Ludouico militum præfectus, qui opibus & auctoritate conspicuos ciues ad profanam concionem compelleret. Sed diuina ab eo vindicta nō abfuit; ex aura enim frigidiore obrigescens, vt morbum depelleret, vespere balneum stillatitij vini ingressus, inopino casu ignem corripiente aqua ardenti, flammis præfocatus interijt d: versumque id ab omnibus prodigio est, ac Ludouici & antipapæ gesta inuisa Deo esse cōmuni Pisanorum existimatione peruulgatū. Cæterum aduersum sacrilegos, contra cælum & Christi in terris vicarium blasphemas voces euomentes, Pontifex sacro cœnæ dominicæ die ecclesiasticū fulmen iecit e, ac Ludouicum Bauarum & Petrum Corbariam, nouis flagitijs vetera cumulantes apost. sententia damnauit, quam præsulibus ecclesiæ, atque inter cæteros archiepiscopo Cæsaraugustano significauit f.

Præfecti, qui Pisanos ad eā coegerat, mors infelix.

d Ead. c. 123.

e To. 7. p. 1. ep. secr. pag. 174.

Petrus e Corbaria damnatur

f Ead. pag. 174.

Ausus etiam est perfidus Corbaria ad schisma amplificandum, ac plures in exitium trahendos pseudoepiscopos ecclesijs vt Thomam & Conradum Augustinianos Senogalliensi & Auximanæ, Vitalem Minoritam Firmanæ intrudere: quos a Piceni g præside & episcopis h pelli ac plecti iussit Ioannes Papa. Tum pseudopontifex antilegatos in prouincias misit. In Corsica quidem vir improbus eius ac Bauari nomine legationem gerens, plures hæreses serere studuit, & indulgentias transfretaturis in terram sanctam propositas, ad turpem quæstum aucupandum pollicebatur; cuius plectendi prouincia Nebiensi episcopo imposita est i. Miserat etiam in Græciam aliasque orientis oras Corbaria scelerum suorum administros, quos episcopali dignitate insigniuerat, vt pontificia vectigalia occuparent. Ad quorum euertendos conatus Ioannes Constantinopolitano patriarchæ alijsque archiepiscopis catholicis significauit l, vt antipapa matrimonio iunctus esset, ac repugnante coniuge ordinem Minorum ingressus, grauiores pœnas in eo ordine ob infamem vitam contraxisset, quarum seueritatem elusa, demum se schismatis principem constituisset; præcepitque vt illius partibus inquinatos ac nefandos præcursores vinculis manciparent.

Apostatæ ab antipapa in episcopatus intrusi.

g Bad. p. 1. ep. secr. pag. 34.

h Ib. pag. 32.

i To. 7. p. 2 pag. 46.

Missi in orientem pseudolegati.

l To. 7. p. 1 ep. secr. pag. 66.

[Pseudop]seorum nefaria consilia occupat.

Patriarchæ Constantinopolitano ac Patracensi, Cirensi, Thebano, Corinthiensi, & Athenienſi archiepiscopis.

3 Ad nostri apostolatus auditum nuper infestæ relationis assertione peruenit, quod ille filius sathanæ Petrus de Corbaria hæresiarcha & schismaticus, homo vtique reprobus, qui dudum vxore sua legitima, quam in facie ecclesiæ desponsarat, cuique pluribus annis cohabitarat publice in seculo, absque ipsius vxoris voluntate dimissa, ordinem fratrum Minorum intrauit [vxorem Petri Corbariæ viro, vt ad thorum rediret iudicium intendisse, & coram Ioanne episcopo Reatino auctoritate ordinaria causam cognitam, latamque a Ioanne Ausune cantore Constantiensi sententiam, vt vxori adhæresceret, testatur Pontifex in alijs literis ad Philippum Regem & Ioannam Reginam Francorum, cuius formam suis conceptam verbis transmisit a. Addit Pontifex quam turpiter Petrus contra leges susceptum Minoritarum habitum conspurcarit.] In quo vitam ducens, sicut habet assertio multorum veridica, inhonestam, propter horrendos & detestandos excessus per ipsum commissos pœnis grauibus per eundem ordinem fuit subiectus: quas velut rebellis & inobediens ordini prædicto deduxit damnabiliter in contemptum: & tandem tanquam in profundum malorum demersus, suscitando in ecclesia Dei schisma nefandissimum, se fecit & facit Nicolaum Papam V. in diuinæ maiestatis contumeliam, totiusque fidelium cœtus opprobrium & scandalum abusiue ac derisorie per suos sequaces damnatos & complices nominari.

Docentur præsules, quis sit Petrus e Corbaria antipapa.

Vt sit nuptus.

Scelere se adiūxerit Minoritis

a To. 7. p. 1 ep. secr. pag. 118.

Patrarit in eo ordine grauia scelera.

Ad partes Romaniæ, in quibus catholicæ fidei viget cultus, quosdam suarum nequitiarum complices & fautores, quos episcopos nominat, ad seducendos fideles earundem partium, ipsosque in suorum errorum hæresim & schismatum trahendos præcipitium, occupandosque ibidem prouentus ecclesiasticos, molitur ausibus nefandissimis destinare. Nos autem huiusmodi damnatis conatibus & fidelium partium prædictarum periculis obuiari salubriter cupientes, fraternitati vestræ per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus si quos tales per eundem Petrum hæresiarcham & schismaticum destinatos, vel ipsius fautores, sequaces, & complices, aut contra constitutiones & declarationes nostras dogmatizantes hæresim damnatam per eas, in vestris ciuitatibus, diœcesibus, & prouincijs repereritis; super quo adhibere curetis, sicut ad vestrum pastorale pertinet officium, diligentiam studiosam; cuiuscumque sint conditionis, ordinis, dignitatis, aut status, etiam si pontificali, aut quauis alia præemineant dignitate, capiatis, & ad sedem Apostolicam sub fida custodia, si commode fieri valeat, transmittatis, &c. *Dat. non. maij anno* XIII.

Nititur orientem suis hæresibus inficere.

Iussi præsules in eius sequaces animaduertere.

4 Creatum in Insubria ab eodem pseudopontifice legatum ad peruertendam fidem & laniandam catholicam ecclesiam, refert Ioannes Villanus b; idque muneris Ioanni Matthæi Vicecomitis scelestissimi viri damnatique crimine hæreseos filio impositum, adiuncta illi cardinalitia purpura; quam rem vigesimo nono ianuarij die

Ioannes Vicecomes pseudocardinalis & legatus in Insubria creatus.

b Io. Vill. l. 10. c. 119

ectatione conspicuam, apostolica auctoritate confirmauit a.

a An. 13. p. 1, ep. cō. 473.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad nostri apostolatus auditum relatio fide digna perduxit, quod dilecti filij fratres S. Pauli primi Eremitæ in Vngaria & alijs partibus constituti, per austeritatem piæ vitæ, bonorumque operum actiones adeo se reddunt in conspectu Dei & hominum gratiosos, quod eorum exemplo plurimi ad pietatis opera perducuntur; quodque ipsi secundum B. Augustini regulam desiderant virtutum Domino perpetuum impendere famulatum. Nos igitur huiusmodi pium, laudabile, ac meritorium propositum & obsequium eorundem fratrum, Dei & sanctorum suorū prosequentium laudem & gloriam, digne in Domino commendantes; & attendentes illa salubria & efficacia fore ad perennis salutis brauium impetrandum, vt eo libentius dicti fratres diuinis beneplacitis se coaptare, seque diligentius exercere operibus sanctitatis, quo inuenisse gaudebant nos & dictam sedem sibi gratiosos, propitios, & benignos, charissimi in Christo filij nostri Caroli regis Vngariæ illustris, quem ad fratres ipsos specialis deuotionis affectum habere percepimus, apostolicam pro fratribus præfatis in hac parte gratiam humiliter implorantis, & eorundem fratrum deuotis supplicationibus annuentes, prælibatis fratribus auctoritate apostolica regulam concedimus antedictam, per eos & successores ipsorum in locis suis, quæ habent, & præstante Domino habebunt in posterum, perpetuis futuris temporibus obseruandam: memoratis insuper fratribus eorumq; successoribus, qui in capitulo ipsorum, quoties expedierit, celebrando aliquem ex eis idoneum in eorum priorem generalem eligere, ac electum recipere valeant, & habere; idemque prior sic electus, receptus, & habitus in dictos fratres & successores visitationis & correctionis debitæ officium valeat exercere, ac ipsos ab excommunicationis sententia, si quam eos propter violentam manuum iniectionem in se ipsos, vel propter statuta dictæ regulę violanda incurrere contigerit, iuxta formam ecclesiæ absoluere consuetam, &c. *Dat. Auin. x. kal. decembris anno* XIII.

In Vngaria esflore scit.

Ad Caroli Regis preces cō firmatus.

84 Eodem anno Pontifex, propagandæ inter infideles religionis ex apostolico munere solicitus plures religiosos viros ad excolendas fide barbaras nationes transmisit; ac Prædicatoribus comitia ordinis Tolosæ celebraturis imperia dedit b, vt quinquaginta ex sacra ipsorum familia virtutibus & scientia instructos, fortesque ad ferendos labores mitterent: *Inexplicabili*, inquit, *desiderantes affectu, et summo studio prosequentes quod diuini cultus officium, iam in plerisque gentilium partibus actore Domino, propagatum eo indesinentius frequentetur et vigeat, quo ministris potioribus inualescat, solicita deliberatione prouidimus, vt in hac vestra congregatione salubri, in qua dominus Deus noster, de cuius dilatatione nominis agitur, medius noscitur constitutus, per vos filij ordinetur, prouideatur, & fiat, quod de ordine vestro, qui inspirante Deo velut cælum micat stellis, sic personarum numero & virtute coruscat, ad minus quinquaginta fratres ad hoc voluntarij, nimis tamen nec iuuenes nec antiqui, sed bene religiosi alias & discreti, ac sufficientes clerici competenter mittantur ad partes dictorum gentilium per singulos ordinis prædicti conuentus ad exercenda ibi diuina mysteria, prout expeditius fuerit, diuidendi, &c. Dat. Auin.* VI. *kal. maij anno* XII. Plures etiam e Minoritarum ordine in Persidem, in Indias, in Turchestan, ad imperium Elchigaday, ad terras Chorazam, vt gentibus euangelium inserrent, missos refert Vvadingus. a

Pontificis zelus in religione propaganda.

b To. 6 p. 3 ep. secr. pag. 187.

Quinquaginta ex ordine Præd. mitti in orientē iubet.

Plures Minoritæ profecti ad gentes.

a Vvad. hoc ann. n. 23.

85 Quod ad res orientales spectat: Ioannes e Ianuilla ad soldanum Babylonium missus pro Syriacis rebus promouendis, reuersus ex Asia, nonnulla soldani responsa attulit, de quibus Ioannes Papa Philippum Regem Fracorum IV. kal. nouembris deliberare iussit b: sed vt omnia illius consilia aliorum Regum exemplo euanuerint ob Anglorum bella, suis locis dicetur. Imminebat Cypro haud leue periculum, nisi Pontifex apostolica solicitudine illud discussisset: Genuenses enim vlturi veteres iniurias classem aduersus Hugonem Regem instruebant, cum quibus Robertus Siciliæ Rex arma coniungere meditabatur: sed Ioannes vt rei Christianæ consuleret, admonuit Hugonem c vt illata Genuensibus damna sarciret, Regem vero Robertum, vt bellicum illum apparatum intermitteret. Missus vero est a Genuensibus pro componenda controuersia Nicolinus Fliscus, cui Cardinalis nomen inditum, quem Hugoni, vt perhonorifice exciperetur commendauit Pontifex d, eundemque Regem vt paci animum accommodaret est adhortatus. Intercesserant etiam Hugonem ipsum inter ac Rhodios equites nonnullæ controuersiæ, quæ solicitudine pontificia sopitæ sunt e: regij enim oratores, habito cum Heliono Villanoua summo Hospitalariorum equitum magistro & Rhodij conuentus oratoribus colloquio, post contentiones aliquas demum in concordiam cum ijs venere.

Ex soldani aula reuersus orator Christianus.

Agitata a Pont. & Ca:ode, Syria recuperanda consilia.

b To. 7. p. 1 ep. secr. pag. 114.

Imminēs Cypro bellum discutere Pont. nititur.

c To. 6. p. 3 ep. secr. pag. 222.

Monitus Hugo, vt Genuensibus iu...tias sarciret.

d To. 7. p. 1 ep. secr. pag. 63.

e Ead. pag.

Componit suas cum Rhodijs contentiones.

Et sane par erat, vt mutuo fœdere Christiani coniungerētur, cum infideles viribus inualescerent, aduersum quos Pontifex Robertum Regem Siciliæ cum Venetis armorum societatem coire, v. id. decembris iussit f. Alliciebantur ad idem fœdus Philippus Tarentinus & Ioannes Achaiæ principes, cuius tractandi prouincia Isnardo archiepiscopo Thebano a Pontifice demandata est g, vt schismaticorum & Turcarum impetus frangerentur. Initam vero magna Francisci Danduli ducis Venetorum gloria, qui Ioanni Superantio exeunte anno superiori extincto successerat, refert appēdicis ad chronicon Andreæ Danduli auctor his verbis: *Iste dux zelo fidei catholicæ cum Ioanne XXII. summo Pontifice, Rege Franciæ, & Imperatore Constantinopolitano ligam contra Turcas & vnionem composuit: qua durante securitas maxima Christicolis in Romaniæ partibus residentibus, & damna Turcis data fuerunt.*

Principū Christianorū fœdus in Turcas.

f Ib. pag. 145.

g Ib. pag. 65.

IESV CHRISTI

Annus 1329.

IOANNIS PP. XXII. annus 14. VAC. IMP. OCCID. 16. ANDRONICI IMP. ORIEN. 46.

1 EMicuit insigne diuinæ in ecclesiam prouidentiæ exemplum anno redempti orbis millesimo trecentesimo vigesimo nono indictione decimatertia, quamque infelices rerum exitus excipiant eos principes, qui rerum suarum augendarum spe religionem contemnunt. Ludouicus Bauarus, antequam schisma in Dei ecclesia conflaret, ad summam essloruerat potentiam, aduersasq; Italiæ vires solo pene terrore obtriuerat: at mox atque pseudopor-

Diuina prouidentia in debilitando ecclesiæ hoste.

Petrus Card. leg. concordiæ reuocare iussus. a Ead. p. pag. 226. b Ead. p. pag. 228.

perpenderet quanta ex eiusmodi ciuili bello mala emersura essent, quantaue ipsius dignitati labes aspergeretur. Petrum vero studia sua omnia pro redintegranda inter illos concordia defigere iussit a; vtque auctoritatem ipsi in re gerenda conciliaret, pileum cardinalitium, quamuis moris non esset nisi e Pontificijs manibus accipi, in Hispanias transmisit b: *Vt honorabilius*, inquit, *& vtilius exequaris*, nimirum imperata, *tibi capellum rubeum, insigne cardinalatus, tibi contra morem duximus de eorundem fratrum consilio per latorem præsentium destinandum*. Solicitati c vero pontificijs precibus Aluarus Nunius comes e Trastamara & Garsias Lassus, qui auctoritate in Castellana regia florebant, vt Cardinali legato in sopienda discordia operam impenderent: denique sancitum esse insequenti anno concordię fœdus, refert Mariana d, Rege ad illam propendente, vt belli molem in Saracenos verteret.

c Ib. pag. 228. d Io. Mar. l. 15. c. 21.

Arag. Rex ad clientelarem pro Sardinia sponsionem obstrictus

81 Interea Alfonsus Aragonum Rex, cum ex acceptorum Sardiniæ & Corsicæ regnorum iure fiduciario legibus excurrente primo regni adepti anno obstrictus esset ad sedem Apostolicam, vt fidem deuinciret, se conferre, ob negotiorum, quibus obruebatur, molem expetijt, vt tempus extraheretur: cuius precibus permotus Pontifex, illud ad annum e a primo enoluto proximū prorogauit. Ægre tulit Rex ampliores temporis metas sibi non prorogatas: cui Ioannes rescripsit f, moris non esse, vt Romana ecclesia rem adeo grauem in posteriora tempora extraheret. Alfonsus tamen, cum metueret, si regno discederet, grauiores in eo motus posse concitari, Petrum fratrem Ripacurtiæ comitem oratorem ad Ioannem misit, vt suscipiendi itineris laborem sibi remitti deprecaretur: cuius precibus flexus Pontifex, e Cardinalium consilio assensit, vt Rex in Aragonia solemni ritu pro obtenta sedis Apostolicæ beneficio auctoritateque Sardiniæ sacramentum nuncuparet. Rogatus quoque Pontifex, vt a Rege ad infidelium, ac præsertim soldani Babylonici oras duas naues mitti permitteret, tum ad exportanda sacra S. Barbaræ lipsana, tum ad nonnulla alia negotia conficienda; respondit g, continuis suas ex Cypri & Armeniæ partibus clamoribus aures feriri, barbaris merces inferri, quibus aucti magis ferociebant; reliquiarum tamen sanctæ illius martyris intuitu ipsi vnius mittendæ nauis, comitique Ripacurtiæ alterius potestatem fecisse.

e To. 6 p. 3 ep. secr. pag 230. Poscenti vlteriores temporis moras repulsa obiecta. f Ib. pag. 238. Ripacurtię comes ad sedem Ap. legat.

Lipsana S. Barbaræ ex Asia deportanda curat Alfonsus. g To. 7. p. 1 ep. secr. pag. 170. & an. 13 p. 1. ep. cō. 85. 86.

82 Hoc anno Iacobi Balearis Regis patruus atque antea tutor Philippus e Maioricis, Aragonum, Siciliæ & Francorum Regum consanguinitate illustris, nouum Franciscani instituti ordinem, in quo præscripta a S. Francisco religiosæ vitæ formula sine vlla interpretatione atque additamento seruaretur, condere in animum induxit, ac perficiendæ rei auctoritatem oblato hoc libello supplice h a Pontifice flagitauit.

Philipp. regia stirpe Balearī satus Frāciscanis se addicit.

h Ext. apud Vvadin annal. hoc ann. n. 29.

Supplicatio Philippi de Maioricis.

Supplicat sanctitati vestræ (qui estis vicarius Iesu Christi in terris, qui de domus suæ diuitijs descendit in vterum pauperis Virginis, vt paupertate nostræ carnis indutus pœnitentiæ viam arctam sumeret, & per crucis ignominiam gloriosus ad Patris ascenderet dexteram) Philippus de Maioricis thesaurarius B. Martini Turonensis pro se & sui propositi socijs præsentibus & futuris, quod cum ipse, licet peccator, fide Christianus sit, fidei opera habere desiderans; & ideo non solum præcepta, sed & euangelica Christi consilia a iuuentute seruare affectans, ex omnibus vijs salutis illam solam prælegit & præligit, ad quam præligendam est & esse vult voto astrictus, scilicet regulam beatissimi Francisci, quæ beato Francisco per Spiritum sanctum inspirata est, & passionis Christi signis solemniter confirmata; de qua idem sanctus in suo testamento dicit sic: *Ipse Altissimus reuelauit mihi, quod deberem viuere secundum formam sancti euangelij, & ego paucis verbis simpliciter feci scribi, & dominus Papa confirmauit mihi*. Et iterum circa finem testamenti sui, loquens fratribus, ait: *Dominus dedit mihi simpliciter & pure dicere & scribere regulam, & ista verba simpliciter & pure sine glossa intelligatis, & cum sancta operatione obseruetis vsque in finem*.

Nouam condere familiam relig. meditatur.

Huic igitur tanti Patris admonitioni toto desiderio cordis adhæreo; eos tamen, qui summorum Pontificum expositiones & declarationes receperunt, in nullo tango, quia in via Dei alius sic ambulat, alius sic; sed ego ipsam B. Francisci regulam, simpliciter & pure intellectam & sine glossa, in qua promittitur euangelij Christi obseruantia, cuius euangelij vita a Christo exemplata & tradita est fidem euangelij tenentibus; sicut sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ filius vestris, pater sanctissime, pedibus subditus & subiectus a vobis regulam ipsam & vitam tamdiu desideratam libenter & libere obseruandam, cuiuspiam contradictione cessante, mihi & mei propositi socijs præsentibus & futuris concedi prostratus & genibus flexis exposco: non tamen in societate fratrum Minorum, qui hodie sunt, nec sub obedientia ordinis prælatorum propter dissonantiam voluntatum inter ipsos & nos; sed sicut illi, qui Cistercensium ordinem inchoauerunt, a nigris monachis se sequestrasse dicuntur ad regulam S. Benedicti perfectius obseruandum, sic & ego pro me & mihi adhærentibus peto humiliter supplicans, me & socios, qui inspirante Deo vna mecum præfatam regulam & vitam seruare desiderant, vestræ sanctitatis auctoritate ad ipsam seculo dimisso recipi, & ex speciali gratia statim ad professionem admitti; maxime cum omnes, quos nunc mecum associabo, probationis annum vel annos, quantum ad notitiam & exercitium vitæ religiosæ, existentes in seculari habitu tenuisse possint dici: qua professione facta, liceat nobis regulam prædictam Domino iuuante seruare, eleemosynas pro Christo mendicare, eleemosynisque & laboritio manuum sustentari, &c. [Sub finem modestiæ metas egressus, minas, ni votorum compos fieret, adiecit, quæ ipsum haud sancto adductum spiritu indicant.] Pater, *inquit*, sanctissime, quam peto pro me & propositi mei socijs, licet ea indignus sim peccatis exigentibus, indignius tamen est eam mihi denegari: & sicut a Spiritu sancto est via perfectionis Christianæ, quam postulo, sic a spiritu maligno esse denegationem eius non dubitant fidei catholicæ vitam & genera æstimantes. Si denegetur ergo, quid restat? Audient certe cæli quæ loquor, audiet & terra verba oris mei]. Repulsam imprudenti homini obiecit Pōtifex e Cardinalium consilio, ne ordo Franciscanus multis concussus factionibus magis labefactaretur.

Putans S. Francisci regulam seruandi depositi.

Petit e Cistercienfibus exēplum.

Dat signa peruicaciæ.

Ob iustissimas causas repulsam patitur.

83 Cōtra Caroli Vngariæ Regis adductus precibus efflorescentem in ipsius regno Eremitarum S. Pauli primi religiosam familiam, ac magnis virtutibus, præcipueque cœlestium rerum tracta-

Ordo Eremitarum S. Pauli.

vel aliqui de numero prædicto deficerent, moderamine supradicto. In casu vero vbi dictum negotium in persona propria prosequereris, necessarium non existimamus, quod tu ad faciendam prosecutionem huiusmodi cum certo determinato numero militum vel equitum astringaris; ex eo maxime, quod probabiliter credi potest, quod velut princeps magnificus in comitiua tua ad prosecutionē dicti negotij, quoties illud in persona propria prosequereris, longe maiorem tecum duceres, quam præmissam militum vel equitum quantitatem.

De condendis ecclesijs.

77 In terris quoque, castris, & locis in dicto regno Granatæ tam per te nouiter acquisitis, quam quæ diuina suffragante virtute acquiri contigerit, conseruentur & ædificabuntur ecclesiæ seculares, videlicet cathedrales secundum mandatum & ordinationem nostram & dictorum successorum nostrorum vel aliorum, quibus nos vel dicti successores id duxerimus vel duxerint committendum, considerata aptitudine, conditione, qualitate, & dignitate locorum, in quibus fuerint huiusmodi ecclesiæ ordinandæ: in quibus etiam de mandato nostro, seu nostrorum successorum ponentur & constituentur personæ ecclesiasticæ seculares, per quas in eis diuina celebrentur officia, & ministrentur locorum ipsorum habitatoribus catholicis ecclesiastica sacramenta; collegiatæ vero & aliæ inferiores ecclesiæ a cathedralibus fundari possint de mandato prælatorum, vel aliorum catholicorum, quibus hoc de iure competit vel competet in futurum: ac similiter institutio, seu ordinatio personarum ecclesiasticarum, quas vt prædicitur seculares esse volumus, in eisdem collegiatis & alijs inferioribus ecclesijs ponendarum, possit fieri per eosdem, quibus competet id de iure, saluo iure patronatus tui; quod ius intelligi volumus illud esse, quod tibi iuxta communia canonica in casu, de quo agitur seu agetur, præstiterint.

Constituendis in ijs clericis secularib.

78 In locis autem taliter post guerram per te nouiter cœptam acquisitis, vel in posterum, infra dictum tamen quadriennium acquirendis, si seorsum vel permixtim habitare contigerit Saracenos circa sacerdotes ipsorum, qui Zabazara vulgariter nuncupantur, nec non templa seu meschitas ipsorum ne, quod absit, per eorum funestos ritus, inuocationes, & clamores verborum, ac publicas inuocationes & peregrinationes ipsorum in cordibus fidelium scandalum generetur, tu tanquam princeps catholicus & zelator fidei Christianæ iuxta constitutionem super hoc editam in concilio Viennensi, cum eosdem Saracenos in dictis locis nouiter, vt præmittitur, acquisitis vel etiam acquirendis ad eorum templa seu meschitas contigerit conuenire, vt ibidem adorent perfidum Machometum, eiusdem Machometi nomen alta voce inuocari & extolli Christianis audientibus, vel aliqua verba in illius honorem eos profiteri, vel proclamare publice, seu huiusmodi peregrinationes in fidelium scandalum fieri non permittas: sed talem obseruationem funestam de dictis locis omnino auferas, & a tuis subditis auferri procures; districtius inhibendo, ne præfata inuocatio, seu professio nomine ipsius perfidi Machometi publice, aut peregrinatio prælibata ab aliquo in tuo existente dominio attentetur de cætero, vel quomodolibet toleretur; eos, qui secus præsumpserint, taliter castigando, quod alij eorum exemplo perterriti a præsumptione simili arceantur. Et quia spiritualia diu sine temporalibus non subsistunt, ac iustum est, vt qui altari seruit, viuere debeat de altari, & iuxta verbum Apostoli, mirum esse non debet, si temporalia metant ij, a quibus spiritualia seminantur; volumus quod pro bonis & rebus in dicto regno Granatæ per catholicos nouiter, vt præmittitur, acquisitis vel in posterum acquirendis decimas ac primitias ecclesijs & personis ecclesiasticis, instituendis ibidem, cum super hoc per eas fueris requisitus, facias cum integritate persolui, secundum quod iura ad id te astringere dignoscuntur: & nihilominus libertas & immunitas ecclesiastica in ciuitatibus, castris, terris, & locis acquisitis, & quæ acquiri contigerit in regno præfato, eisdem ecclesijs & personis ecclesiasticis & alijs plene & libere seruabitur, iuxta canonicas sanctiones.

Reprimenda Mahumeti superstitione.

Decimis pendendis sacerdotibus.

79 Volumus insuper quod processus nostri & sententiæ excommunicationis & interdicti per nos, vt præmittitur, in personam tuam & ciuitates & loca prædicta latæ, & præmissorum occasione ferendæ per aliqua verba dicti procuratorij tui nullatenus restringantur, sed in sua firmitate consistant; ita quod, si eas incurrere te contingat, tam diu in persona tua ac ciuitatibus & locis prædictis eas habere decernimus roboris firmitatem, donec congrua satisfactione præmissa dictas sententias de nostro vel successorum nostrorum speciali mandato contigerit specialiter relaxari. [His etiam additum est, vt pactiones a Castellæ Regis oratoribus cum Gaucelino episcopo Albanensi, & Ioanne tit. S. Crucis in Ierusalem presbytero, ac Iacobo S. Georgij ad velum aureum diacono Cardinalibus, nec non Gasperto archiepiscopo Arelatensi camerario initæ pontificio nomine, illibatæ maneant: & si qua de ijs oboriatur controuersia, illa a sede Apostolica soluatur: tum subdit, vt Alfonsus vertente anno gesta ab oratoribus rata habeat, eiusque literas antea memoraras inserit, quibus hæc subijcit.]

Pactionū interpretatio reseruata Pontifici.

Cæterum, fili charissime, vt vitentur granamina, quæ interdum viri ecclesiastici sunt perpessi, volumus quod per dictos archiepiscopum Hispalensem, & Cordubēsem ac Giennensem episcopos, nec non per subcollectores, super ijs deputandos ab eis, huiusmodi decima iuxta constitutionem Viennensis concilij ad monetam currentem communiter leuetur, & etiam exigatur; quodque calices, libros, & alia ornamenta ecclesiarum, diuinis officijs deputata, ex causa pignoris vel distractionis cuiuspiam per se, vel per alium, seu alios occasione huiusmodi decimæ contra constitutionem eandem capere seu recipere, distrahere seu occupare quomolibet non præsumatur. *Dat. Auin. id. iunij pontificatus nostri anno XII.* Data a sunt ea de re memoratis præsulibus imperia, vt quadriennales decimas cogerent, modo initæ pactiones corroboratæ essent a Rege: tum vt crucesignatam expeditionem, promulgatis indulgentiarum præmijs, ad excindendam e Granatensi regno mahumeticam superstitionem e sacro suggestu indicerent, & clerum populumque, sacram professuros militiam, affixo humeris crucis symbolo insignirent. b

a lib. ep. 1428. Conferendi Crucis symboli data auctoritas.

80 Turbabat bellum illud sacrum grauissima dissensio, quæ Alfonsum inter ac Ioannem Manuelem e stirpe regia progenitum exarserat: ad quam extinguendam Pontifex Petrum Cardinalem, episcopum olim Carthaginensem, in Castellam legauit, Regemque illum hortatus est c, vt discordiæ semina præfocaret: per-

b lib. ep. 1476. Sacrum bellum ciuili dissensione retardatum. c To. 6 p. 3 ep. secr pag. 217. Marian. l. 15. c. 20.

viribus exaltare, velut verus filius ecclesiæ & catholicus Christianus, ac deprimere seu frangere Saracenorum inimicorum fidei orthodoxæ perfidam & abominabilem nationem, sicut fecerunt Reges, de quorum stirpe noscimur descendisse; cum regnorum nostrorum redditus non sufficerent ad tam arduum tamque sanctum negotium modo debito prosequendum, sperantes ad hoc auxilium per gratiam seu liberalitatẽ sedis Apostolicæ consequi opportunum, supplicari per nostros fecimus nuncios, vt aliquas petitiones nobis, regnis, & subditis nostris expedientes, vestra sanctitas dignaretur misericorditer exaudire.

Verum, vt percepimus, quia vestra sancta pietas aliquas gratias nobis intendit facere pro subsidio guerræ per nos contra Saracenos inceptæ, sub certis conditionibus, & ad earum obseruantiam obligationibus, quibus adijciendis quamuis antecessores nostri, qui in Castella & Legione pro tempore regnauerũt, acceperint tertias & thesauros ecclesiarũ ad guerram, quã cum præfatis habuerunt inimicis fidei exercendam, & ab eorum incursibus terras & regna sua commodius protegenda; tamen ob deuotionem eximiam, qua Deum & sedem Apostolicam reueremur, impendentes reuerentiam qua tenemur vobis vicario Iesu Christi, vestram voluntatem complentes facimus, constituimus, creamus, ordinamus nostros veros procuratores, yconomos, syndicos, vel actores & nuncios speciales venerabiles dominos Ioannem Conchensem episcopum, Petrum Carthaginensem electum clericos nostros, ac nobilem virum Fernandum Sancij militem ac iudicem curiæ nostræ absentes tanquam præsentes, omnes vel duos eorum ad comparendum coram sanctitate vestra & sacro collegio reuerendorum dominorum Cardinalium, & offerendum ex parte nostra supplicationes, quæ ipsis procuratoribus aut eorum duobus videbuntur specialiter prosecutioni guerræ Saracenorum, nobis, regnis, ac subditis nostris expedientes, & oblatas prosequendum & acceptandum vna vobiscum: immo &, si sanctitati vestræ videbitur cum dicto collegio, super dictis supplicationibus & earum qualibet quicquid sanctitas vestra & dictum collegium tractandum, ordinandum & promittendum ordinauerit per eosdem procuratores vel duos ipsorum nomine procuratorio nostro: nec non obligandum nos, terram, & subditos nostros ad tenendum & seruandum firmiter omnia & singula, quæ dicti procuratores aut duo eorum in præmissis & eorum quolibet duxerint promittendum sub quibuscumque conditionibus & pœnis spiritualibus, tempore dictarum tertiarum nobis concedendarum tantummodo daraturis, adijciendis cuilibet capitulo dictarum supplicationum per vos & dictum collegium, vt exequamur ea, ad quæ dicti nostri procuratores vel duo eorum nos duxerint obligandos: & præstandum in animam nostram cuiuslibet generis sacramentum super præmissis omnibus & singulis obseruandis & tenendis; & generaliter ad omnia alia & singula procurandum, faciendum, agendum, & exercendum, quæ veri & legitimi ac sufficientes procuratores procurare, agere, facere, & exercere possunt in præmissis & quolibet præmissorum, etiamsi mandatum exigant speciale, & quæ nosmet procurare, facere, & exercere possemus, si personaliter interessemus. Insuper promittimus ratum & firmum habere, tenere, & seruare quicquid per dictos procuratores vel eorum duos procuratum, factum, actum, & gestum fuerit in præmissis & quolibet præmissorum, & in nullo contrafacere vel venire sub hypotheca & obligatione regnorum & aliorum bonorum nostrorum; protestantes, quod cursu dictarum guerrarum tempore, saluum remaneat ius exemptionis & libertatis competentium nobis & regnis nostris. In quorum omnium testimonium, has nostras patentes literas, nostro sigillo plumbeo eisdem appenso, dictis nostris procuratoribus iussimus elargiri. *Dat. Toleti* VII. *id martij anno Domini a natiuitate* MCCCXXVIII.

Mittit ob id ad ipsũ oratores,

Conuenta obseruaturum se pollicetur.

76 Poposcere Castellani oratores a Pontifice a, vt religiosa expeditio collato crucis symbolo propositaque noxarum venia indiceretur: tum in militares sumptus sacerdotiorum decumæ ac duæ partes tertiæ reficiendis sartis tectis addictæ, cõferrentur. Extulit laudibus Pontifex Castellæ Regis de ducenda in Mauros expeditione consilium b, eiusque petitis pro sustentandis bellicis sumptibus ita assensit, vt ea certis legibus temperaret, sanciretque vt a sacro illo auro subsidiario Rex abstineret eo flexu temporis, quo inducias pacemue cum barbaris pacisceretur: tum ad hæc conuenta Alfonsum obstrinxit.

a An. 13. p. 3. ep. cl. 2471.

b Eod. ep. 2471.

Quæ leges Castellanis impositæ.

Ioannes, &c. charissimo in Christo filio Alfonso Regi Castellæ & Legionis illustri.

Volumus quod tu huiusmodi negotium per te assumptum viriliter & efficaciter, tam per mare quam per terram, ad exaltationem & dilatationem catholicæ fidei contra Saracenos eosdem prosequaris; & vbi huiusmodi negotiũ in persona propria non prosequereris, illud per terram ad minus cum mille militibus vel equitibus bene munitis equis & armis prosequi tenearis, non solum defendendo terram Christianorum ab impugnationibus dictorum Saracenorum regni Granatæ, sed impugnando & expugnando Saracenos ipsos, castra, fortelitias, terras, & loca ipsorum & alios Saracenos, tam vicinos quam quoscumque alios, dum venerint in auxilium eorundem; nisi forte interdum pro meliori plus defensioni cum prædicto militum seu equitum numero dictæ terræ Christianorum ab impugnationibus Saracenorum dictorum, quam huiusmodi impugnationi eorundem hostium prospexeris insistendum: quorum tamen hostium impugnationi & expugnationi debes intendere diligenter, cum ipsi fidem catholicam & terras fidelium, potissime in ipsorum frontarijs constitutas, ac personas Christianorum non desinant impugnare, Christianos ipsos capiendo, suæque ditioni subdendo, ipsosque tam mares quam fœminas & paruulos filios & filias eorundem cogendo fidem catholicam, vt præmittitur, abnegare, & nonnulla alia nefanda in eosdem catholicos cõmittendo. Si vero aliqui milites seu equites per obitum ipsorum, vel ex aliqua rationabili causa, vel casu de numero prædicto deficerent, idem numerus absque reprehensibili mora per tuæ solicitudinis studium celeriter restauretur. Vbi autem non prosequereris dictum negotium personaliter per teipsum, ordinabis in capitaneum aliquem virum catholicum aptum, strenuum, & fidelem, quem duxeris eligendum a dominijs, cum supradicto militum vel equitum numero, equis, armis, vt præmittitur, munitorum ad prosecutionem dicti negotij loco tui contra Saracenos eosdem, adhibito vbi forsan aliquis

Obstringitur Castellanus ad tutandum limitem Christianorũ.

De creando exercitus duce.

vel

in Eduardo I. regno Anglico coniuncta, ac superioribus temporibus iure beneficiario obnoxia, ab omni onere & officio Anglis Regibus præstando libera ex illius fœderis legibus pronuntiata fit.

Scotia Anglico iugo soluta pronuntiata.

73 Poposcit tum veniam a Pontifice Robertus Scotiæ Rex, pluribus censuris ob præterita in Eduardum II. bella irretitus; missisque oratoribus, apostolicis imperijs obsequentissimum se posthac futurum pollicitus est. Excepit Ioannes, qui pacem inter Anglos & Scotos redintegratam gaudebat, benigne legationem, dissoluitque censuras apostolico diplomate, in quo suse repetit, vt ardente inter Robertum & Eduardum II. Angliæ Regem bello, post varias concordiæ rationes pertentatas Gaucelinum episcopum Albanensem, tunc tit. SS. Marcellini & Petri presbyterum, ac Lucam S. Mariæ in via lata Cardinales legatos miserit, imperaritque Anglos inter & Scotos inducias, intentato ijs, qui bellum mouerent, anathemate: Robertus vero pacis consilia respuerit, ac licet Cardinales ipsum censuris, & Scotiam ecclesiastico interdicto perculissent, si in Angliam cum exercitu irrumperet; ipse tamen violata induciarum religione Angliam inuaserit, & Bervvicum ac nonnullas alias arces Eduardo eripuerit, ob quæ cum Cardinales defixum anathemate & Scotiam sacris interdictam pronuntiarint: cum vero idem Robertus censuras toto vertente anno sperneret, & Angliam vexaret armis, pontificio edicto in ius ad subsellia Apostolica accersitus fuerit: cumque apud ea non compareret, seruato iudiciorum ordine ex sacri senatus sententia damnatus sit contumaciæ, ac fidelium consortio eiectus. Iam vero instaurata cum Eduardo III. pace ad ecclesiæ obsequium redeunti Pontifex veniam tribuit. a

Censuris liberata a Pont.

Cur eas contraxisset Rober.

a An. 13. p. 2. ep. com 1849.

Ioannes, &c. charissimo in Christo filio Roberto Regi Scotiæ illustri.

Cum ad præsens, cooperante pacis principe, qui facit concordiam in sublimibus suis & arcem possidet vnitatis, quique de throno cælesti ad ima descendens, pacem in terra per cælestium Angelorum exercitum, gloriosæ pacis canticum concinentem, bonæ voluntatis hominibus nuntiauit, & demum regressurus ad Patrem pacis bonū, quod super omnia diligebat, tanquam donum gratissimum dedit fidelibus, & reliquit; pax & concordia inter te & charissimum in Christo filium nostrum Eduardum nunc Regem Angliæ illustrem fuerint reformatæ, tu cupiens tanquam deuotionis filius ad sinum almæ matris ecclesiæ, quæ nulli redeunti claudit gremium, cum humilitate redire, ipsiusque ac nostris in omnibus obedire mandatis, nobis per venerabiles fratres nostros Iacobum S. Andreæ & Ioannem Morauiensem episcopos, ac dilectum filium Adam electum Brekmensem nuntios & procuratores tuos (qui episcopus S. Andreæ, Iacobus Benedicti archidiaconus ecclesiæ S. Andreæ, & Adam electus præfati, Adam de Morauia decretorum doctor in litera, in qua eos ad id procuratores tuos constituisti, per te nominati fuerunt) ad nostram præsentiam super his specialiter destinatos, humiliter supplicasti, vt prouidere tibi & statui tuo, ac regno & terris tuis præfatis de salubris & opportunæ absolutionis & interdicti relaxationis beneficio misericorditer dignaremur. Nos itaque, qui ipsius Regis pacifici vices in terris, quamuis insufficientibus meritis exercemus, ipsius exemplis salutaribus eruditi, huiusmodi pacis & concordiæ dulcedinem internis brachijs amplectentes; considerantes etiam attentius, quod diuinitatis natura clemens est & pia, magisque ad indulgentiam quam ad vindictam prona, quæ non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat; præfatis nuntijs & procuratoribus nomine tuo postulantibus humiliter & deuote (qui etiam, habentes ad hoc a te speciale mandatum, de stando super omnibus & singulis nostris & eiusdem ecclesiæ mandatis in animam tuam præstiterunt corporaliter in nostra præsentia iuramentum, bona tua ad hoc etiam obligando) te a præfatis omnibus & singulis excommunicationum sententijs atque pœnis, quas per nos & Cardinales ipsos latas, vt præmittitur incurristi, auctoritate apostolica tenore præsentium duximus absoluendum, dictumque interdictum in regnum Scotiæ & alias terras præfatas, per Cardinales ipsos vt præfertur prolatum, vsque ad biennium a data præsentium numerandum auctoritate prædicta de speciali gratia relaxamus.

Missi a Scoto ad Pont. legati.

74 Verum quia mediator Dei & hominum homo dominus noster Iesus Christus hanc præpositis ecclesiæ tradidit potestatem, vt confitentibus pœnitentiæ satisfactionem docerent, & eisdem salubri satisfactione purgatis reconciliationis ianuam aperirent; tibi pro præmissis quoad præsens huiusmodi pœnitentiam iniungimus salutarem, videlicet quod de cætero per te, vel alium, seu alios treuguas, si quas per sedem Apostolicam inter te & ipsum Regem indici canonice contingeret in futurum, nullo modo violare, ac mandatis apostolicis licitis contraire, regnum etiam Angliæ ac terras alias dicti Regis nunquam inuadere, seu alias occupare præsumas, nisi quantum tibi de iure concessum fuerit, vel permissum; reseruatis nobis omnibus alijs, quę pro præmissis tibi iniungenda fuerint, tibi nostro arbitrio in posterum imponendis. Nulli ergo, &c. *Dat. Auin. id. octobris anno XIII.* Data alijs literis archiepiscopis & episcopis impetia a, vt a Roberto postulati, illum anathematis nexu solutum, & sacrorum vsum Scotiæ ad biennium restitutum promulgarent. Haud diu pax ea tenuit, cum Roberto breui extincto, Eduardum III. spreta affinitate, ad auita in Scotiam iura recuperanda Dauidem sororium grauissimo bello exagitasse visuri sumus.

Imposita Regi Scot a Pont. pœna.

a Reg. post eand. ep.

75 In Hispanijs Alfonsus Castellæ Rex, ardore propagandæ religionis ac regni limitis proferendi succensus, bellum in Saracenos cœptum vrgere constituit: vtque belli molem facilius volueret, ab Romano Pontifice sacratū opum auxilia flagitauit, ac Ioannem episcopum Conchensem & Petrum electum Carthaginensem oratores legauit, instruxitque auctoritate, vt fidem regiam ad seruanda ineunda ea de re pacta obstringerent. Quo argumento subiectas literas supplices transmisit. b

Rex Castellæ bellum in Mauros vrget.

b Ext. apud Io. an 13. p. 3. inserta ep. 2477 & in M.S. bib Vall. sign. lit. B. n. 18 pag. 161

Sanctissimo ac beatissimo in Christo patri ac domino, domino Ioanni, diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, charissimus eius filius Alfonsus Dei gratia Castellæ, Legionis, Toleti, Gallecia, Sibilia, Corduba, Murcia, Giennij, & Algarbij Rex, ac Viscayæ, & Molinæ comitatuum dominus, cum recommendatione humili & reuerentia pedum oscula beatorum.

Pater sanctissime, clare nouit vestra prouidentia circumspecta, qualiter Deo seruire præcordialter affectantes, fidemque catholicam pro vi-

Poscit subsidia a Pont.

excommunicationum, ac communitates, loca, castellanias, & villas rebellium prædictorum interdicti sententias prolatas incurrisse, auctoritate apostolica declararunt, prout hæc in apostolicis super hoc confectis literis & processibus inde secutis plenius & seriosius continetur: quodque postmodum præfati burgimagistri, aduocati, scabini, consiliarij, corrarij, præpositi, cæterique habitatores & communitates villarum, castellaniarum, & locorum rebellium prædictorum ad cor reuersi, suumque recognoscentes errorem, ducti spiritu consilij sanioris ad eiusdem Regis obedientiam tanquam fideles subditi redeuntes, de & super inobedientijs, rebellionibus, & attentatis alijs omnibus supradictis eidem Regi competentem fecerunt emendam, se super ijs ipsius Regis voluntati totaliter supponendo; quare nobis idem Rex humiliter supplicauit vt personis & locis præfatis prouideri de absolutionis & interdicti relaxationis beneficio misericorditer mandaremus, &c.] Dissoluit Pontifex ad regias preces censuras, & auctoritate memoratos præsules instruit, vt Belgas expiato ritu ecclesiastico crimine sacrorum communioni restituant. *Dat. Auin. xiv. kal. nouemb. anno xiii.*

Censuris se illaqueant.

Earum nexu solui efflagitarunt.

Data Rhemensi archiep. & episcopo Siluanect. ea prouincia.

Lapsis aliquot annis Belgæ iterum in Philippum Regem coniurarunt, censurasque eo fuco non contraxisse prætexuere, quod Eduardum Gallicum nomen regium sibi asciscentem sequerentur. De quibus ingentibus turbis, vtque eiusmodi de cōtrahendis censuris pactionem abrumpere sint ausi, dicetur inferius. Addimus nunc Pontificem adhortatum esse Philippum, vt illius belli curis solutus animum viresque ad ecclesiæ a schismaticis oppugnatæ decus tuendum conuerteret: *Tenemus,* inquit a, *probabiliter, quod intensum tuum desiderium, quod ad vlciscendas matris tuæ videlicet iniurias, tuitionemque catholicæ fidei te habere tam publica vox quam priuata multorum testatur, tuaque literæ hoc exprimebant expresse, induxit Dei beneuolentiam, vt breui completo tempore, quod dudum compleri prolixiori nequiuit circa matris eiusdem ecclesiæ negotium, tuis possis promptius præfatum desiderium adimplere. Quare nostris exhortationibus adijcimus; vt successus prosperi, qui plerumque a bonis retrahere consueuerunt conceptibus, te non retrahant; sed animent potius, sicut & viros gratos percepta beneficia fortius animant & accendunt, vt illi, a quo ea percipiunt, promptius ipsi obsequantur.* Addit res ecclesiæ in dies efferri, hostiumque frangi potentiam: senatores Vrbis vice Roberti Siciliæ Regis administrandæ publicæ rei præfectos munus strenue ac placide obire: omnia, quæ a schismaticis gesta erant rescissa, edixisse, grauissimis adiectis pœnis, vt qui literas pseudopontificis haberet, quam primum deferret; omnium illorum domos, qui ab hæresiarcha Cardinales, notarij, scriptores, officiales creati fuerant, funditus in æternum dedecus excisas. *Dat. iv. non. octobris anno xiii.*

Pontifex Philippū hortatur ad causā ecclesiæ suscipiendam. a To. 7. p. 1 ep. secr. pag. 114.

De prosperis Italiæ rebus eum monet.

71 Explicuerat Philippus Pontifici præclarum tuendæ Apostolicæ sedis dignitatis studium, atque ad euertendam hostium ecclesiæ tyrannidem, excindendumq; schisma armorū potentiam obtulerat. Cuius zelum Pontifex magnis extulit laudibus b, rogauitque vt ad singulas Italiæ vrbes ac populos literas daret, ac publice profiteretur, se ecclesiæ causam suscepturum, atque arma in schismaticos & antipapæ sequaces conuersurum. Institit etiam apud Ioannam Francorum Reginam a, vt maritum Regem ad gloriosissimum opus impelleret, ac scribere Italis suaderet, ne Ludouico, eiusque, vt ait, idolo, nimirum antipapæ obsequerentur, sed potius Roberto Siciliæ Regi omnem operam ponerent.

Rogat, vt denuntiet Italis se ecclesiam aduersus schismaticos tutaturum. b To. 6. p. 3 ep. secr. pag. 197.

a Ib. pag. 169.

Vrserat etiã alijs exeũte anno superiore literis Pont. Philippũ, vt ecclesiæ causam strenue defenderet, seq; ad vlciscendas illius iniurias generose accingeret: ea re summam a Christo domino gratiam ipsum initurum; si enim mortales sponsi suis illatas sponsis contumelias vindicent, immortalem sponsum ecclesiæ suæ sponsæ iniurias vindicantem amore complexurum; tum etiam gratulatus est b abiecta ab ipso inanium fabellarum lectione sacros Regum veteris testamenti libros perlegi.

b Ead. p. 3. pag. 191.

Ioannes, &c. Regi Franciæ.

Accedit nobis ad ingens gaudium, cum te, fili charissime, in ijs occupari percipimus, quæ dignitati conueniunt regiæ, Regi Regum sunt placida, & vtilitatem respiciant subditorum. In his profecto te comprobas occupari, cum abiectis romantiorum fabulis, quarum lectio aures magnatum frequenter occupat, veteris testamenti Regum historijs intendis sedule: ex quibus potes circa bellicos actus instrui, ac quantum in illis diuina prouidentia egerit, erudiri: ex quo potes euidenter percipere, quantum diuina reuereri maiestas debeat, quodque in illa sola spes omnis victoriæ sit ponenda. Adhuc in præmissis te arguis occupari, cum circa tuendas ecclesias & personas ecclesiasticas earumque iniurias vlciscendas te curas exhibere solicitum, quodque vtique gratiam eiusdem sponsi ecclesiæ, scilicet Christi, tibi vendicas ampliorem: si enim sponsi carnales adeo diligant sponsas suas, vt ad illos suam extendant gratiam, quos illas nouerint honorare, ac contra illos excandescere soleant, qui sponsabus eisdem iniurias præsumpserint irrogare; proculdubio multo magis sponsus, qui amplius ad sponsam afficitur, quam quiuis sponsus alius suam ipsam honorantibus exhibet gratiam, & contra inhonorantem eam, seu sibi irrogantibus iniuriam irascitur & turbatur, &c. *Dat. Auin. vi. id. decembris anno xii.*

Gratulatur Philippo Pont. de sacrorum librorum lectione.

Proponit partium eius esse iniurias ecclesiæ vlcisci.

72 Vt porro fluctuanti ecclesiæ felicius opem Philippus Rex ferre posset, studium ad pacem in Gallijs tuendam, exorientes cum Anglorum Rege Eduardo discordias sopiendas, malaque imminentia auertenda conuertit Pontifex. Contenderat, vt diximus, Eduardus iure sanguinis ad sceptrum Gallorum vocari, vimque & arma adhibere ad causam defendendam parabat; cum Ioannes conciliandos nouis affinitatibus eos Reges censuit, Robertumque Atrebatensem ac plures Gallicæ aulæ principes, tum Reginam Francorum solicitauit c, vt ad perficiendam concordiam incumberent: tum Philippum Regem est adhortatus, vt Ioannem maiorem natu filium cum Eduardi sorore matrimonio coniugare niteretur; ex ea enim affinitate facile futura bella diremptum iri. Repudiata sunt, nec mandata operi pontificia consilia magno Francorum detrimento; ab Eduardo enim irato grauissimis cladibus affectas Gallias, atque in extremum adductas discrimen visuri sumus. Traditam porro Eduardi sororem Ioannam Dauidi Roberti Brusij Regis Scotorum filio in vxorem, ac pacem post diuturna bella inter Scotos & Anglos firmatam, refert Ioannes Villanus d: quam quidem vocatam turpem ait Vvalsinghamus e; cum Scotia antea in

Pontificię curæ pro sopienda Anglum inter & Philippū lite.

c Ib. pag. 203.

Pontificia consilia maximo Philipp. & Gallorū malo neglecta.

Pax Scotos inter & Anglos conciliata. d Io. Vill. l. 10. c. 80. e Vvalsing. in Eduar. III. Boeth. hist. Scot. l. 14. & alij.

S. Ludouici pronepoti nupserat, dimisit: fuisseque illam cōmunibus Nauarræorum votis ad solium euectam, refert Mariana a. Adepta itaque Nauarræ regnum Ioanna Regina, Romano Pontifici regia officia pie detulit: cui vicissim Pontifex de suscepto sceptro est gratulatus b, ipsamque incitauit, vt ad regnum æternum contenderet.

a Io. Mar. l.15.c.19.

b To.3.p.6 ep.secr. pag.202.

Ioanna Regina Nauarra.

Ioanna Regina su scepto regno se, suaque Pōtifici defert.

Missa nobis magnificentiæ tuæ nuper epistola, ascensum tuum ad thronum nuncians regium, ac sincerum, quem ad nos & sanctam matrem geris ecclesiam, repræsentans affectum, grata nimirum nostris occurrit aspectibus. Super quibus magnitudini tuæ gratias non indebitas referentes, & oblationem acceptam habemus, & acceptamus oblatam, illa cum locus aderit vsuri tanto securius, quanto id promptius confide ramus offerri. Cæterum quia salutem tuam plenis zelamus affectibus, & incrementa tui desideramus honoris, circumspectionem regiam exhortamur in Domino, eidem nihilominus sano consilio suadentes, vt status istius excellentiæ, cum sit transitorius & breui tempore duraturus, te non extollat indebite; sed ei, qui ad illud dignatus est te perducere, in humilitate spiritus gratias agens assidue, sic transire per bona temporalia studeas, quod æterna non amittas: sed cum vitæ finis aduenerit, ad illorum beatum participium feliciter, quod tibi concedat Altissimus, admittaris; suasura charissimo in Christi filio nostro viro tuo, vt sic regnum illud temporale regere studeat, vt ad perenne feliciter post huius vitæ transitum valeat peruenire. *Dat. Auin.* VI. *kal. septembris anno* XII.

Pontificia ad illam monita.

70 Diuisis Nauarræ & Galliarum regnis, quæ in vltimis Regibus coniuncta fuerant, Philippus primum in Belgas, qui Ludouicum comitem principatu depulerant, expeditionem duxit c: Et inter cæteros in castra adduxit delphinum Viennensem, & Sabaudiæ comitem, quos quidem post diuturna bella, de quibus antea memoraui; in mutuam amicitiam Reginæ Clementiæ prudentissimæ fœminæ, Ludouici olim Regis vxoris ac delphini amitæ, quæ extrema ægritudine, e qua paulo post obijt conflictabatur, studio reuocatos, ac mutua sibi in beneuolentiæ signum oscula porrexisse, refert Ioannes Villanus d. Confluxerant e etiam ad Regis signa Barensis, Namurcensis, & Hanoniæ comites, pluresque viri nobiles adeo, vt duodecim millibus equitum Philippus esset instructus: is tamen, irrumpentibus Flandris in ipsum regium tentorium, in maximū discrimen fuit adductus. Consurgentibus demum ad pugnam omnibus Gallis, magna Belgarum strages, nimirum ad duodecim millia, edita est, alij fuga dissipati: Hypra aliaque municipia ad victorē prona fuere. Reuocatus Brugas est Ludouicus comes, quem Philippus Rex ad principatum moderate gerendum est adhortatus, interminatus, ni iusti principis munus obiret, ipsum se gradu depulsurum. De parta illustri adeo victoria Philippus Rex Pontificem certiorem fecit, vtque in extremum periculum ab hostibus, qui ad illius tentoria penetrarant, esset adductus: cui Ioannes referendam diuino Numini huiusmodi victoriam respondit, vtque in victos clementiam explicaret, apostolicis monitis solicitauit. f

Belgarū rebellio. Francor. Regis ad ipsos edomandos expeditio.

c Io. Vill. l.10.c.89.

d Eod. l.10.c.107

e Ib. c.89.

Ii demū repressi cæsique.

Comes Flandriæ principatui restitutus.

f To.7 p.1 ep.secr. pag.113.

Ioannes, &c. Philippo Regi Franciæ.

Sane, fili dilectissime, cum horrore quodam percepimus, quod hostes vsque ad tua tentoria te inscio potuerunt peruenisse. Sed hoc forsan permisit Altissimus, vt certius cognosceres, ab ipso futuram victoriam processisse, teque ad suam deuotionem eiusque beneplacita exequenda, & arctius euitanda quæ prohibuit, obligaret. Et quia tam liberationem ab inimicorum insidijs, quam victoriam subsecutam non humanæ potentiæ, sed supernæ, sicut prædictæ attestantur literæ, cum actionibus gratiarum ascribis, circumspectionem regiam multipliciter in Domino commendamus, regalem excellentiam attentius exhortantes, quatenus præmissa de tua memoria obliuio non obliteret; sed cum assidua gratiarum actione perduret, vt sic eius vberiores continue gratias, quas ipse tibi dignetur concedere, merearis: & attendens insuper, quod magna est gloria principum vti misericordia & mansuetudine post triumphum, illi populo, si humiliter & deuote ad tuam deuotionem & fidelitatem redire sine fictione voluerit, ob illius reuerentiam, qui cum iratus est, non obliuiscitur misereri, sinum tuæ non omittas gratiæ aperire. Cæterum de victoriæ insinuatione huiusmodi regiæ celsitudini gratiarum referimus vberes actiones. *Dat. Auin.* VIII. *id. septembris anno* XIII.

Gratulatur Philip. Pont. de parta victoria.

Hortatur ad clementiam in victos.

Perdomiti Gallorum armis Belgæ, præteritæ defectionis veniam supplices poposcerunt: cumque ex conuentis antea cum Philippo IV. & Carolo IV. Regibus apostolica auctoritate initis, anathematis & interdicti ecclesiastici vinculis se irretijssent, Philippum Regem interpretem adhibuere apud Pontificem, vt ea religione soluerentur. Flexus itaque ad regias preces Ioannes, subiectis præsulibus eam prouinciam demandauit. a

Belgæ Philippo se submittunt.

a An. 13. p.1. ep. 18. 297.

Ioannes, &c. venerabilibus fratribus archiepiscopo Rhemensi & episcopo Siluanectensi, & dilecto filio decano ecclesia Rotbomagensis.

Petitio charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Franciæ illustris nuper nobis exhibita continebat, quod communitates, burgimagistri, aduocati, scabini, consiliarij, corrarij, & præpositi, cæterique habitatores & homines plurium villarum, locorum, & castellaniarum patriæ & territorij Flandriæ contra paces & capitula contenta in eis inter claræ memoriæ Philippum tunc Regem Franciæ, dicti Philippi nunc Regis patruum ex vna parte, & Robertum tunc Flandriæ comitem & habitatores locorum & villarum patriæ & territorij prædictorum ex altera primo; ac deinde inter claræ memoriæ Carolum tunc Regem Franciæ & Nauarræ, ipsiusque Regis, qui nunc est consanguineum, prædecessores suos ex parte vna, & communitates ac habitatores plurium locorum & villarum patriæ Flandriæ prædictæ ex altera dudum factas & initas temere veniendo, quamplures rebelliones & inobedientias contra eundem Philippum, nunc Regem, gentesque ac subditos ipsius Regis patenter & notorie commiserunt, paces prædictas in pluribus punctis & articulis contra fidem per eos datam, ac iuramentum præstitum violarunt, excommunicationis in personas & interdicti in communitates, villas, & loca tam a felicis recordationis Clemente Papa V. prædecessore nostro, quam a nobis latas sententias propterea incurrendo, quas quidem sententias executores tam ab eodem prædecessore, quam a nobis super hoc specialiter deputati, seu alter eorum ad requisitionem ipsius Regis, qui nunc est, prædictos burgimagistros, aduocatos, scabinos, consiliarios, corrarios, præpositos, cæterosque habitatores ex-

De eorū pactionibus cum Phil. IV. & Car. IV.

Vt eas infregerint.

assumpti ad statum huiusmodi fuimus, credimus quod nequaquam in dubium reuocarent, quod ex quo cœpit ipsorum ordo, nullus efficacius quam nos pro statu eorum pacifico laborauit: nec adhuc recusamus laborē, immo parati sumus prompte assumere quoties opus erit. Ex his refellas Franciscanæ Nicolæ auctorem & alios, qui Ioannem vt Minoritarum aduersarium traducunt, qui suorum potius culpā fateri ingenue debuissent, si ad eos coercēdos Ioannes adactus sit, vti his verbis profitetur: *Sed quia stultorum infinitus est numerus, nec dubium quin in eodem sint multi fatui, & qui non ponderant quæ loquuntur; ipsos superiores eorum deberent corrigere, alias oportebit, quod ab alijs, non absque aliqua nota ordinis, corrigantur: sicut & iam multi linguas suas ad talia laxauerunt, propter quæ oportuit velut de hæresi & schismate valde suspectos inquisitores hæreticæ prauitatis & ordinarios extendere manus suas.*

Queritur plures ex eo fræna licentiæ linguis laxare.

In eos agendum legibus.

68 Hoc anno [a] kal. februarij Carolus Francorum Rex e viuis excessit, atque in S. Dionysij templo sepulturæ mandatus est, nullo relicto sceptri herede, haud magnarum virtutum princeps: & licet ingentia agitarit consilia, nullum tamen in opus perduxit. Exaruit in eo Philippi Pulchri stirps regia, quæ cum magna efflorescerет gloria, breuissimo temporis interuallo extinctis quatuor Regibus defecit. Impletum tum episcopi Morianensis oraculum, cum Bonifacium VIII. Philippi Pulchri factione captum audiuit, illū ac filios perituros misere, nec posteris sceptrū transmissuros. Cauendum itaque summopere, ne Reges iure vel iniuria Christi vicarium lædant.

Caroli Regis Francor. obit. [a] Io. Vill. l. 10. c. 61. Paul. Aemil. in Carol. IV Philippi Pulchri stirps excisa.

Accepto de Caroli IV. Regis obitu nūtio Pontifex mœrentes Gallorum principes [b] Ludouicum Boiorum comitem, Robertum Atrebatensem, atque alios, sed præcipue Ioannam Reginam e mariti sui morte dolore confectam solari studuit, humanarumque rerum, vt ad diuina illam erigeret, inconstantiam exposuit [c], cum ab euolutis annis quindecim Reges quinque, Philippus Pulcher, Ludouicus Hutinus, Ioannes, Philippus Longus, Carolus IV. Francorum & Nauarræ sceptra tenuissent.

[b] To. 6. p. 3 ep. secr. pag. 205.

[c] Ib. pag. 204.

Ioannæ Reginæ Franciæ & Nauarræ.

Infesti rumoris assertio ad nostrum peruenit auditum, quod nobis charissimum filium, tibi charissima in Christo filia virum amantissimum, mors immatura subtraxerat. *Et infra:* Desiderātes itaq; vt tui doloris aculeos temperes, & præscindas rationabili consideratione dolores, tuæ mētis obtutibus exponenda duximus quæ sequūtur. In primis quod, vt acerbitatem mortis eius temperarot æqualitas, mortis tributum cunctis hominibus est indictum, a quo nō excipit eminentia generis seu cuiusuis dignitatis, a cuius solutione sapientia seu potentia non eximit, nullumq; contra illud diuitiæ muniuerunt; nec ad remissionem statuti prædicti obseruantiæ ætatis miseratio pronocat, seu sexus inuitat fragilitas, sicut in libro experientiæ hæc leguntur aperte. Et ne super hoc ad antiquorum recurramus exempla, hæc in regno Francorum inclyto possunt quasi præsentia intueri, in quo quidem a xv. annis citra quinque præfuisse Reges legimus, & eorum quemlibet tributum huiusmodi persoluisse.

Consolatoriæ ad Ioannam Reginam literæ.

Secundo quam breuis & misera sit hæc vita caduca, ad quod inducimur dicto beati Iob sic dicentis: *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs: qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet.* Quid enim est aliud præsens vita? Profecto vt verbis vtamur B. Iacobi, non est aliud nisi *vapor ad modicum parens.* Quid enim est aliud hæc vita, nisi cursus quidam ad mortem, in quo quidem nec momentum licet quiescere, nec a cursu cessare? Hæc vtique, filia prædilecta, si meditationis attentæ censura recenseas, humanitatis conditione pensata, quod ferre in præsenti moleste nimis nosceris, æquanimiter supportabis. [Addit ad permulcendum eius dolorem, vt Rex omnibus sacramentis ecclesiasticis rite procuratus, regnique negotijs compositis, concepta de æternæ felicitatis spe firmissima animam pie efflarit. Tum illi apostolicam beneuolentiam, ad quam in aduersis rebus confugiat, pollicetur; concluditque hisce verbis:] Gratia domini nostri Iesu Christi sit tecum, quæ tibi patientiam in aduersitatibus tribuat, & misericorditer consolationem infundat. Amen. *Dat. Auin. x. kal. martij anno* XII.

Vitæ humanæ inconstantia describitur.

Relicta a Carolo viro prægnans fuerat Regina Ioanna, grauisque exorta controuersia, quis regij vteri custos, regiæque procurator foret. Eduardus, missis Parisios oratoribus, ad id munus enitebatur, contendebatque [a] si partus prospere in lucem non exiret, Isabellæ Reginæ matris Caroli IV. sororis iure ad se regnum deuolutum iri; sed vicit ob legem Salicam contraria sententia, regnique administratio Philippo Valesio Caroli comitis nepotis S. Ludouici ac Philippi Pulchri Regis fratris filio, postremiq; Regis patrueli delata est, ac sancitum e maiorum institutis regno ipsum successurum, si mascula proles a Ioanna Regina non ederetur. Gratulatus Philippo est Pontifex, cum Galliarum & Nauarræ administrationem inijsse, ac præceptis saluberrimis ad obeundum pro dignitate id munus informauit [b]. Enixa demum est Regina Ioanna fœmineum partum [c], atque ex memorata veteri lege Salica regno ipsa atq; Isabella Angliæ Regina & Eduardo, qui minora in regnū iura obtinebat, exclusis Philippus Valesius proximus agnatus, consentientibus regni ordinibus, octaua pentecostes die Rhemis est Francorum Rex sacratus [d], de quo hæc ex M.S. Vaticano e decerpta subijcio: *Mortuo Carolo Rege Francorum sine herede masculo, Philippus comes de Valesio nepos eiusdem Caroli ex patruo regnum adeptus est Francorum: Rhemis coronatur, licet ex opposito per procuratores suos ad hoc missos instaret Eduardus Angliæ Rex, petens se admitti ad regnum, tanquam illum cui deberetur ex successione matris suæ, quæ fuit soror Caroli tunc defuncti. Est tamen consuetudo antiqua regni Franciæ, filias non succedere in regno; ideoque idem Eduardus repulsus fuerat nec admissus: quare inter eundem Philippum & Eduardum grauis orta dissensio multis durauit annis, quæ & Franciam vltra modum afflixit.* At de bello Anglico agetur inferius.

[a] Paul. Aem. in Phil.

Philippus Valesius regni administrationem init.

[b] To. 6. p. 3 ep. secr. pag. 205.

Edito a Ioanna Regina fœmineo partu, sceptrum suscipit.

[c] Io. Vill. l. 10. c. 61.

Regia inūctione Rhemis linitur.

[d] Ead. l. 10 c. 88. Paul. Aemil. in Phil. VI. [e] M.S bib Vat. sign. n. 3765. in Io. XXII. & M.S. aliud de Reg. Fran sign. n. 2040.

69 Non eadem regni Nauarræ ratio fuit, quod quamuis materno iure Carolus exemplo fratrum coniunctum cum Francorum regno possedisset, cum tamen in Nauarra Salica lex non vigeret, Philippus Valesius eodem iure ad illud anniti non poterat: & licet antea Ioannæ Ludouici Hutini filiæ ob matris adulterium, obiectum viderimus incertum partum, ademptumque a Philippo Longo regnum Nauarræ, ex quo multa bella erupere; nouus tamen Rex, ne plures sibi hostes pareret, cum etiam Anglus vt dictum est sceptro Gallico inhiaret, Nauarræ regnum Ioannæ Ludouici Hutini filiæ, quæ Philippo Ebroicensi duci regia Francorum Regum stirpe sato, ac S. Lu-

Exclusæ apud Gallos fœminæ.

Regnum Nauarræ a Gallico diuiditur.

Eam Ludouicus vna cum suis edictis promulgat.

a Extr. ib. pag. 75.

b Extr. ib. pag. 88.

c Extr. ib. pag. 82.

rijs ad vitam vsos. Alias quoque duas constitutiones, *Ad conditorem*, & *Quia quorumdam*, confutare aggressus, in ijs etiam, quæ nullatenus spectant ad fidem, plurium hæreseon calumniam Pontifici aspersit. Eiusmodi autem librum Ludouicus Bauarus, a Michaele in breuiorem formulam redigi voluit: & hunc posteriorem libellum a in quo Cæsenas hæresiarcha nouem errores contra tres memoratas constitutiones orthodoxæ fidei assertori Pontifici impingit, vna cum sententia b, quam ipse Romæ XVIII. aprilis tulerat in Pontificem, ostijs Pisanæ ecclesiæ affigi iussit XII. decembris: quibus nefarijs libris Ochamus & Bonagratia sua nomina apposuere. Quin etiam commentarium alium composuit Michael c, in quo vertit in quæstionem, an Pontifex sine concilij sententia tenendus foret hæreticus: quippe catholici sentiebant non posse, neq; ad Ludouicum ob cæsareos apices damnandi Pontificis sententia hæreseos munus spectare; tenendumque sine concilio hæreticum conclusit.

Item exauctorate nititur Pontificē.

d Io. Vill. l. 10. c. 115

Ab eodē damnatur hæreseos.

66 Fretus deceptusque huius hæresiarchæ nequitia Ludouicus Pisis XIII. decembris, vt refert Ioannes Villanus d maximos sequacium suorum cœtus habuit, in quibus Michael ampullata oratione plurium hæreseon calumnias effudit in Pontificem: cumque maledicendi finem fecisset, mox Bauarus in Ioannem veluti hæreticum pronuntiauit sententiam, & pontificatu ipsum deturbare ausus est. Addit Villanus Pontificem eodem mense recurrentibus quatuor temporum ieiunijs Auinione in Cardinalium & præsulum senatu edicta in Ludouicum veluti hæreticum & persecutorem ecclesiæ promulgasse, atque ob hæc scelera eum cæsarea, ducali, aliaue dignitate exauctorasse, ac fidei censoribus dedisse partes, vt in ipsum sequaces legum seueritatem distringerent. Quæ quidem sententia XIII. Ioannis pontificatus anno consignata in charta pergamena exarata reperta e est in Auinionensis palatij archiuo gerente legationem Auinionensem Octauio Card. Aquauiua.

e An. 1594 consignat. n. 186.

Iudiciariæ actiones in Minoritas schismaticos.

f To. 7 p. 2 ep. secr. pag. 41.

g Ead. p. pag. 169.

h Ead. p. pag. 78.

Districta etiam in apostatæ Cæsenatis sequaces seueritas: extant quidem eo argumento datæ ad præsidem Patrimonij beati Petri literæ, quibus ei præcepit f, vt in Minoritas, qui Michaeli e Cæsena adhærebant, legibus ageret; tum etiam ad Ioannem patriarcham Alexandrinum & Petrum archiepiscopum Cæsaraugustanum, vt Arnaldum Canelli & Petrum Fibla pseudominoritas, qui plures in Romanam ecclesiam blasphemias effuderant, ac per totam Italiam tanquam ministri diaboli fœdos errores disseminarant, seque in Aragoniam ad eam inficiendam contulerant, in custodiam traderent g. Infecti fuere præ cæteris Michaelis partibus Saonenses h Minoritæ, e quibus tamen nonnulli oculos ad veritatis lucem extulere: alij in pertinacia obfirmati omnibus priuilegijs apostolica sententia exuti sunt, habendarumque concionum & sacrarum confessionum excipiendarum munere interdicti. Denique anno extremo scilicet x. kal. ianuarias Michaelem horrenda multa aduersus ecclesiam molientem, quem gehennæ filium vocat, pœnis grauioribus deuinxit. Agit de Michaele, qui in hæresiarcham euasit, Aymericus i in directorio inquisitionis, cuius hæreses recenset.

i Aymer. dir. inquis. 2. p. q. 9. & Peg. comm. 34.

67 Ex infelici Michaelis Cæsenatis, Petri Corbariæ antipapæ, Ochami, Bonagratiæ, aliorumque lapsu, iactatisque aduersus pontificias constitutiones vocibus, plures Franciscano ordini infensos Pontificem exasperasse in Minoritas, testatur S. Antoninus a: sed Regum principumque precibus ad pristinum amorem facile reuocatum, cum plures viri sanctitatis laude insignes in eo ordine versarentur, neue sontium pœnis insontes irretirentur. Præterea ascitos iam antea in Cardinalium numerum duos Minoritas Bertandum e Turre & Vitalem e Furno magna contentione eumdem ordinem defendisse: *Assumpti*, inquit, *ad cardinalatus præcellentiam duo fratres Aquitanici, viri vtique literati & suæ religionis Minorum feruentissimi zelatores, frater videlicet Vitalis de Furno & frater Bertrandus de Turre canum latrantium contra ordinem clamoribus in facie ecclesiæ respondent. Viuebat etiam tunc dominus infans Aragoniæ patriarcha Alexandrinus, qui ex magna deuotione ad ordinem deferebat habitum Minorum occultatum, qui tuebat fratrum causam. Parum ante illam tribulationem præcesserat canonizatio B. Ludouici episcopi Tolosani, qui in facie ecclesiæ crebra miraculorum coruscatione refulgebat. Quis ad dilectionem ordinis fortius efferbuit quam Rex Siciliæ Robertus Ludouici sancti frater, & domina Regina Sanctia vxor eius; quæ pro defensione ordinis personam & potentiam suam obtulit, eam exponere parata & pro stabilitate ordinis & regulæ parata immolari? Multi quoque Reges ac principes ordinem in tanta tribulatione positum adiuuabant in curia, Rex Franciæ, Rex Castellæ, Rex Aragoniæ, Rex Cypri, Rex Maioricarum.* Et infra: *Magna pars dictorum Regum & principum scripsit pro excusatione & conseruatione religionis ipsius cordialissime domino Papæ; & magni magistri & famosi tunc erant.* Et *ob hoc diuino instinctu dominus Papa malitiam inuidorum susurrantium & solemnitatem & innocentiam religionis perpendens, flexus ad eam tum ex compassione tum afflictione literas multum consolatorias & fauorabiles misit Parisios capitulo generali, & ad amorem pristinum est reductus.*

Constans Minorum ordini ex aliquorum lapsu ingens inuidia.

a Ant. 3 p. tit. 24. c. 9. §. 15.

Qui Minoritarum susceperint clientelam.

Plures Reges ordini patrocinati.

Conciliatus Minoritic. familię Pont.

Et quidem Pontificem, exceptis nonnullis pseudominoritis hæreticis, schismaticis, & apostatis, de reliquo sacro ordine optime sensisse, Albertus Callensis in Piceno, Antonius Sagonensis in Corsica, Nicolaus Aiacensis in Armenia, Rodulphus Dunensis in Hibernia, Ioannes Senogalliensis, & Matthæus Balneoregiensis creati ex eodem ordine hoc anno episcopi demonstrant b. In literis certe scriptis ad Francorum Reginam, sacram illam familiam pontificiæ clementiæ commendantem, hæc respondit: *Quia in eadem litera recommendationem ordinis adiecit regia celsitudo, precesque fudit, vt pacem in dicto ordine ponere curaremus; ad hoc, vt alias respondimus, respondemus quod personas dignas honoris pariter & fauoris tenemus indubie in ordine multas esse, quas cum earum probitatis obtentu, tum etiam partium regiarum intuitu proponimus & intendimus propensius habere commendatas: nec excessus olim rectoris,* nimirum Michaelis Cæsenatis, *sequacium que suorum, adhuc & plurium aliorum, si cum eis concurrerent, a dilectione nos dictis retraherent ordini nec contra illum turbare nos poterunt, Domino concedente; cum non deceat alium ex alterius odio prægrauari, pœnaque suos actores tenere debeat, nec sit ad alios extendenda. Pro pace autem dicti ordinis nos sicut vnus de prædecessoribus nostris vtiliter credimus laborasse: & si fratres vellent agnoscere quanto periculo dictus ordo subiacebat tempore quo assum-*

Plures ex eo ordine creat episcopos.

b Luc. Vvad. in annal. Minor. hoc an. n. 23.

Suam in illum beneuolentiam ostendit.

ipsius praeiudicium & grauamen, ac ordinis & capituli generalis & fidei orthodoxae, & sentiens se & dictum ordinem ex praedictis enormiter aggrauatum, et aggrauari posse ex praedictis, etc. Ita Michael, vt male in Perusino coetu a se ac sodalibus definita a tueretur, schisma & haeresim conflauit.

a Ext. ea definitio pag. an. Chr. 1322 n. 54. ex Nic. Min. pag. 1. & c

62 Dum porro varias nocendi artes explorat, suorum opera, perdita agitat consilia cum Ludouico Bauaro: qui cum iam ante, vt vidimus, Michaeli & socijs Minoritis obiecisset haeresim, & sacras exhomologeses pandere, & sacramenta profana facere diceret, ac Pontifici, quod Minoritas singulari studio prosequeretur, in haereticos studium aspersisset, suborta postea controuersia de proprio, cum Michalem plura in ecclesiam moliri aduertisset, hunc & socios partium suarum idoneos administros futuros ratus, eorum haeresim propugnandam publice suscepit b, coluitque vt viros sanctos, quos antea, cum putaret addictos Pontifici, vt haereticos exagitauerat. Ludouicus itaque rogatus vt triremem instructam ad Michaelem, Ochamum, & Bonamgratiam excipiendos mitteret, non defuit: qua laeti occasione Michael cum socijs desciuit ab ecclesia, tacitamque fugam in Italiam capessiuit c mense maio, Pisasque applicuit; vbi mox dies noctesque triuit, vt volumen pro concepta haeresi propugnanda conficeret, & schisma amplificaret. Titillatum spe atque illecebra corripiendi antipapatus fugisse, postea increbuit d. Porro in illum Pontifex iudiciariam actionem instituit, & in locum eiusdem apostatae Bertrando e Turre Cardinale Minoritarum ordini subrogato, decretoriam tulit sententiam, quam Bertrando e Podieto episcopo Tusculano in Italia legato diuulgandam transmisit e, in qua obijcitur Michaeli, illum multa tum alibi tum Romae in fidei orthodoxae odium commendationemque haereticorum effudisse, in ius vocatum accersitis varijs fucis iudicium declinasse, pios quosque & in ecclesiam egregie affectos vexasse; participes vero nefariorum consiliorum promouisse; cumque ob patrata illa scelera contra ecclesiae maiestatem iuste vinculis mancipari potuisset, religiosi tamen, cui praeerat, ordinis honori parcitum, intentataque anathematis & exauctoramenti religione imperatum fuisse, ne sine pontificia facultate pedem Auenione efferret. Deinde subdit.

b Ext. ea de re Lud. libel. apud Nic. Min. pag. 13. Ad ecclesiae hostes deficit. c Nic. Min pag. 28. d Io. to 6. p. 3. ep. secr. pag. 197. e Ead. ep. p. 3. pag. 188. reper idem prot. in chart. perg. n. 2'4 Arm arch an 1591. & deinde Rem. trās latus.

63 *Postmodum vero praefatus Michael audita intrusione, quae de quodam praedicti sui ordinis per illum iniquitatis filium Ludouicum de Bauaria, Dei & eiusdem ecclesiae manifestum persecutorem & hostem, & de haeresi sententialiter condemnatum, patrata in Vrbe praedicta dicitur, ad quam ipse Michael pro persona sua nequiter aspirasse dicitur, ac etiam aspirare; intellectio quoque, quod quaedam armata galea, quam ipse sibi per dictum Ludouicum mitti procurauerat, sicut patronus eiusdem galeae affirmauit postmodum, de Aquismortuis applicarat, praedictis inhibitione ac poenis & sententijs in contemptum deductis, nocturno tempore latenter & furtiue de ciuitate praedicta recessit: & associatis sibi quibusdam suae iniquitatis complicibus (inter quos erant duo nequam viri, videlicet Bonagratia de ordine praedicto, qui suis excessibus & delictis exigentibus in eadem curia arrestatus ad sancta Dei euangelia iurauerat, se de ipsa curia minime sine nostra speciali licentia recessurum; & quidam Anglicus vocatus Guillelmus Okam ordinis praelibati, in quem ratione multarum opinionum erronearum & haereticarum, quas ipse scripserat & dogmatizauerat, pendebat in eadem curia inquisitio, auctoritate nostra diu iam incoepta; & propter hoc erat, ne absque nostra licentia de curia memorata discederet, arrestatus) ad portum supradictum deueniens, seque reddens cum dictis cōplicibus fugitiuum, primo quandam nauem seu chocam, ac deinde galeam supradictam conscendit.* Addit Pontifex se, illorum comperta fuga, episcopum Portuensem atque alios viros ad perfugas reuocandos misisse: qui spreta auctoritate apostolica responderint, se ad Nicolaum Papam ac Ludouicum coeptum iter prosecuturos: atque ideo testatur Ioannes se perfidum ac schismaticum hominem suprema Minoritarum praefectura deturbasse, illudque munus ex Cardinalium consilio in Bertrandum e Turre episcopum Card. Tusculanum contulisse: quem ad rebelles percellendos, & eiusdem religiosae familiae statum optime componēdum summa auctoritate instruxit, vtque eam prouinciam susciperet obiretq; adhortatus est. *Dat. id. iunij pontific. nostri anno* XII.

Affectauit antipapatum. Bonagratia & Ocham rebellant in Pont.

64 Edixit praeterea Pontifex archiepiscopis a, vt sententiam pontificiam in Michaelem Caesenatem, Bonagratiam, Ochamum, aliosque e pontificia aula fugitiuos, haereseos & schismatis iusta suspicione infames, atque anathemate defixos e Cardinalium consilio vibratam solemni ritu promulgarent, nefariosque homines in vincula conijcerent. Tum Robertum Siciliae Regem rogauit b, vt defendendae ecclesiae studio Michaelem qua terra qua mari insectaretur, & comprehendendum curaret: quo etiam argumento ad Conradum Spinulam regiae Roberti classis praefectum scripsit c. Michael vero ad ineundam a Pontifice gratiam Philippi Galliarum Regis auctoritatem adhibuit, vt sibi in Gallijs muneris supremi apud Minoritas obeundi facultatem concederet: cui Pontifex commissa ab illo scelera, vt antipapae ac Ludouico adhaesisset, quin etiam se in Petri sedem intrudere affectasset, retexit d; ex quibus iustas in perditos homines iras conciperet. Quo accepto Philippus animum a Michaele auertit e: pariterque Regina, quae antea flagitarat a Ioanne, ne in Michaelem pontificiam seueritatem distringeret, de commissis ab eo sceleribus edocta rescripsit f Pontifici, nullum in Gallica aula patrocinium Caesenati, si ad eam confugeret, praestitum iri. Fuisse vero Michaelem hoc anno Parisijs damnatum in Minoritarum comitijs, refert Pegna g. Caeterum alios etiam Reges Eduardum h Angliae Reginamque Isabellam, Alfonsum Aragonum i, Iacobum i Balearium, Philippum principem, ac Toletanum archiepiscopum de iusta in Michaelem lata sententia certiores fecit.

a To. 6. p. 3 ep. secr. pag. 123 124. b Ib. pag. 238. c Ib. pag. 222. d Ead. p. pag. 197. e Ib. ep. 198. & 200. f Ibid. pag. 198. & pag. 201. Monitis Reges de apostasia Michaelis Caesenatis. g Pegn. in Aymer. directo. inquis. p. 2. com. 40. in q. 15. h To. 6. p. 1 ep. secr. pag. 239. i Ib. pag. 238. Impia Michaelis Caes. ad concilium prouocatio in Pont.

65 At Caesenas flagitio claritatem adipisci meditatus, a pontificia sententia ad ecclesiam catholicam prouocauit l XVIII. septembris. Sed ad quam ecclesiam prouocauit? Non ad eam vtique, cui praeerat Christi vicarius, sed nouam haereticorum colluuiem, cuius condendae princeps extiterat. Praeterea haeresiarcha nouus librum m ad impietatem propagandam edidit, in quo varijs argutijs decretum fidei, *Cum inter nonnullos*, oppugnauit; ipsamque sanctionem, qua fides orthodoxa aduersus nouatores asserta est, proscindere maledictis non perhorruit, vocans *hereticalem, detestabilem, religionis & fidei destructiuam*. Tanta hominis impij fuit insania, cum tamen in eadem sanctione nil aliud contineatur, quam Christum & Apostolos iuste rebus necessarijs

l Ext. appellatio translata Rem. ex arc. Auen. signat. 471 Ext. orig. apud Nic. Min. M.S. bibl. Vat. signat. n. 4008. pag. 29. m Ext. apud eund. Nic. ib. ad pag. 75.

Quæ fuerint illius apostasiæ exordia.

quam enim in Perusinis comitijs in controuersia fidei erroneam sententiam temere promulgarat, ita in male cœptis obduruit, vt errorem, quem multis scriptis, quæ a Romana ecclesia dum controuersiam agitabat, discussa fuerant, in præsulum & doctorum cœtibus defenderat, licet damnatus hæreseos fuisset apostolica sanctione, *Cum inter nonnullos*, pertinacissime tamen tenuerit, lapsusque sit in hæresim, quam varijs artibus affundere sodalium animis, & latius propagare; tum in socios, qui ipsi aduersabantur, tyrannidem exercere præsumpserit a. Ob hæc scelera vocatus b ad curiam pontificiam, vt paternis monitis ad officium reuocaretur, diu conquisitis aduersæ valetudinis mendacijs subterfugit; denique exeunte superiore anno Aueniorem se contulit: quem produci mense aprili huius anni ante se voluit Pontifex, vt ipsum paterne emendaret, coramque Bertrando e Turre Cardinale Minorita & ordinis procuratoribus increpitum, obiectis censuris, e Romana curia discedere vetuit. Potuerat Ioannes suspicione hæreseos laborantem iusto carceri vna cum perfidiæ socijs addicere; verum benignitate eos ad officium adducere optabat: sed homo arrogans in iras efferatus impia defectionis ab ecclesia inijt consilia. Et fugæ colorem aucupaturus, Franciscanos duos, qui interfuerant rei, cum increpitus fuerat a Pontifice, adduxit vt ad ipsius gratiam publicum de re gesta documentum hoc ederent c.

Vt in ius vocatus sit.
a T. 6. p. 3 ep. secr. pag. 188.
b Nic. Min. M.S. bibl. Vat. sign. n. 4008. pag. 21.
c Ext. ib. pag. 22.

Anno Domini MCCCXXVIII. IX. *die aprilis, qua fuit sabbato in albis, dominus* Ioannes *Papa XXII. fecit vocari coram se fratrem Michaelem ministrum in præsentia domini fratris Bertrandi de Turre Cardinalis, & fratrum Petri de Prato ministri prouinciæ S. Francisci,* Raimundi *de Ledos procuratorum ordinis in Romana curia, & Laurentij de Coalbano baccalarij Auinionensis; & dixit generali ministro prædictus dominus* Ioannes *Papa, eum inter multa alia nuncupans, quod erat stultus, temerarius, capitosus, tyrannus, fautor hæreticorum; & quod erat sicut serpens nutritus in sinu ab ista ecclesia, & specialiter increpauit eum de quadam litera capituli generalis facta Perusij, quod quæstione pendente in curia, ipse eam determinare cum capitulo generali præsumpserat: quam literam dixit fuisse & esse hæreticam pluries & frequenter. Vltimo præcepit sibi per obedientiam & sub pœnis excommunicationis, priuationis officij, & inhabilitationis ad quodcumque officium & beneficium, vt non exiret de* Romana *curia sine licentia speciali: quas pœnas, vt dixit, volebat ipsum incurrere ipso facto in hora, qua exire de curia attentaret.*

Increpitus a Pont.
Vetitus discedere.

61 Restitisse in faciem Pontifici Michaelem refert Nicolaus pseudominorita schismaticus, eumque laudat constantiæ, de quo postea etiam Michael gloriatus est: cuius impudentiam Gerardus, in locum illius postea suffectus supremus præfectus Minoritarum, ita refregit d: *Domino Papæ te mendaciter asseris restitisse: nosti namque quod qui fugit a facie, non resistit in faciem; nec Paulus resistens Petro fugit a facie Petri, nec simulatione veritatem periclitari permisit. Tu autem sicut res gesta declarat, a facie domini Papæ nocturno tempore sicut fur & latro fugisti. Non igitur sicut Paulus in fide & veritate doctor gentium restitisti, sed sicut Agar mater infidelium fugit a facie Saræ dominæ suæ, sic tu a facie sedis Apostolicæ dominæ tuæ velut desperatus homo fugisti.* Et infra: *Quod autem argumentis vanissimis innitaris, luculenter apparet, tum cum vis tuam apostaticam fugam etiam Christi consilio colorare, dicis quod Papa te tuosque sequaces persequebatur vsque ad mortem, ideo iuxta consilium Christi dicentis: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite ad aliam; in ciuitatem Pisarum te transiuisti. Sed verecundari deberes tu, qui confidis te ducem esse cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infatuatorum, habentem formam scientiæ, qui doctor cognominaris theologiæ, quod ita scripturam accipias, quod tenuiter arguas. Legis enim si eodem virum habes, Matth. x. Cum autem persequentur vos in ciuitate ista; non dicit vna, sed ista, de qua scilicet sermo præcesserat, vbi Dominus dixerat: Quicumque non receperit vos, exeuntes foras de domo vel ciuitate excutite puluerem de pedibus vestris; vbi enim peregrinum ciues non recipiunt nec audire volunt, sed de ciuitate sua illum expellunt, vtique persequuntur: & de tali ciuitate suadet Dominus, quod prædicatores verbi Dei exeant, & in aliam transeant, fructum facturi salutis. Tu tamen in ciuitate Auinionensi receptus fueras, expulsus non fueras; immo quod non recederes iussus fueras: coram domino Papa prædicaueras de fide, auditus et audiendus eras: locum conuenientem habitationis sufficientiamque victus, libertatem prædicandi, & facultatem loquendi & consiliandi cum quibus volebas, habebas. Dicat ergo tua nequam conscientia, si in tali casu iubet vel consulit Dominus fugere, & ad aliam ciuitatem ire. Nonne dicit: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum? Quia ergo propter tuam non iustitiam, sed iniustitiam puniri timebas, de Christi consilio nec de Christi promissis curasti, sed vt videtur, ad memoriam reduxisti verba B. Petri dicentis: Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autem vt Christianus, non erubescat. Quia ergo de fide interrogari erubuisti, euidenter vtique demonstrasti, quod non vt Christianus, sed vt maledicus pati timebas: nec iuxta consilium Pauli, cui te comparas, aufugisti.* Auget illius fugæ apostaticæ crimen loci, ad quem fugit, circumstantia; quo nomine ita eum perstringit Geraldus: *Recessisti a vicario Christi & accessisti ad vicarium antichristi.* Et infra: *Accessisti, vt tu ipse dicis, ad ciuitatem Pisarum, vbi tunc erat sedes sathanæ.*

Se restitisse Pontifici gloriatur.
Refracta eius iactantia.
d Apud eund. Nic. Min.
Eius argutiæ subdolæ confutantur.

Ex his arguendus titelæ Franciscanæ religionis auctor a, qui hæresiarcham de fuga excusat, & Christi vicarium indigne carpit: *Pontificem*, inquit, *iratum non sustinens, & quantis æmulorum subiaceret insidijs perpendens, cum in auribus senis, ætatis & propensionis vitio ad suspiciones prompti, tranta pericula & varios casus instillare continuo non desistebant: expertus etiam est die decima mensis aprilis quam acerbo in eum stomacho feruerit Ioannes, quamque oblique decisionem Perusinam respiceret.* Hæc ille, qui potius pij Minoritarum magistri verba attendere debuit, quam peruicacis hominis deliria, quem non religionis zelus, sed ambitionis furor transuersum egit. Antequam vero fugam caperet XIII. aprilis die nefariam prouocationem edidit b, cuius causam hanc memoratus Nicolaus affert: *Cognoscens*, inquit, *& intelligens, quod dictus dominus* Ioannes *Papa intendebat eum cogere ad abnegandum dictam determinationem capituli generalis.* Facti vero turpitudinem in totius ordinis inuidiam deriuare nisum, indicat idem eius sequax Nicolaus: *Videns*, inquit, *præfatus generalis arrestatus quod dicta pronunciatio, siue assertio & arrestatio erant in enorme* ip-

a Titel. Franc. c. 3 ad ann. 1328. pag. 351.
Vanilo-quium recentioris scriptoris refellitur.
b Ext. ex ib. pag. 22.
Affictæ illi ab schismaticis excusatio.

paterna monita, vt fidem orthodoxam colant, linguamque a blasphemis fundendis vocibus coerceant, obsequentes sint ecclesiæ, & castrum Argentæ ecclesiæ Rauennati restituant. *Dat. Auin. nonis decembris anno* XIII.

Plures Vrbes ad ecclesiæ imperium traductæ. Taruisiū in ecclesiæ ditionem concedit. Parma & Regium a Pont. desciunt.

58 Nec Ferraria modo, verum plures etiam aliæ vrbes Romanæ ecclesiæ obnoxiæ ad officium redicre a. Taruisini b in ditionem ecclesiæ sponte concessere, actæque a Pontifice Gonzolo Tempestæ & Taruisinis ipsis de tam egregio in ecclesiam studio gratiæ, quorum administratio Bertrando Cardinali legato concredita c. Parmenses contra, quamuis de instituenda in eorum vrbe academia Pontifex consilia agitaret d, ineunte augusto pontificiorum ducum grauius iugum questi, copias pontificias vrbe depulere e; dieque insequenti Rhegienses f a legato defecere, & cum Scaligero in fœdus coiere. Creuit vero admodum Scaligeri Veronensis potentia, cum demum Patauium sæpius antea frustra bello tentatum, atque ob discordias attritum in suam redegit potestatem g. Intercessisse vero antea inter Carrarenses Patauinosque Nicolaum & Marsilium atroces discordias, e Pontificijs literis h ad Nicolaum datis colligitur, quibus conqueritur indigna inter fratres odia creuisse, alterumq; alterius exitium moliri; neque enim id modo a decoro abhorrere, verum publicam rem in discrimen adducere: dataque abbati monasterij Vvangadissensis & Bertrando Raimundi prouincia, vt omni studio & opera ipsos inter se conciliare niterentur. Potitum i autem Canem Scaligerum Patauio Marsilij & sociorum voluntaria deditione proditioneque, refert Mussatus, cum frustra antea pluribus eam prælijs lacessiuisset: ita misera vrbs suorum magistratuum fœdata sceleribus, seruitutem commutauit. Obseruat vero auctor, Canem Scaligerum mox ecclesiasticas opes, scilicet monasterij S. Iustinæ, alendis pauperibus sacras, in Marsilium contulisse, vt eo beneficio ornaret proditorem, cui hæc nullo emolumento fuisse auctor exprobrat: *Ab Marsili, mille panes per singulos dies de mille pauperum manibus rapuisti, non plus quam vno solo rejectus & pastus: nec tamen Deo supplente defuit: quin & singuli eorum panibus vberius quam tu vescerentur; ac mille saturatis a Deo, tu vnus famelicus permansisti: templis Dei sanctorum Prosdocimi & Iustinæ eleemosynas mille egenorum assiduas in tua horrea subtraxisti, Tartari & Vbertinelli successor et sacrificiorum libamina combibisti: Sed auctore Cane, inquis, concessa & donata possideo, &c.* Ex quo & alijs obseruandum, Gibellinos proceres, qui in Italia cæsaream tueri dignitatem præ se ferebant, fuisse maxima ex parte sacrorum prædones, indeque iustitiam pontificiæ causæ aduersus horum fautorem Ludouicum patere.

a To. 7. p. 1. ep. secr. pag. 30. 42. b Io. Vill. l. 10. c. 96. Scaliger Patauio potitus. b To. 7. p. 1. ep. secr. pag 13. c Ead. p. pag 12. d To. 6. p. 3. ep. secr. pag. 90. e Io. Vill. l. 10. c. 97. f Ead. cap. g Ead. lib. c. 105. h To 6. p. 3. pag. 126. i Muss. l. 12. de reb. Ital. Marsilius deditionis auctor.

Carolus dux Calab. morbo extinctus.

59 Oppressus est hoc tempore Robertus Siciliæ Rex grauissimo luctu domestico, cum regnorum heres Carolus Calabriæ l & Florentiæ dominus vigenti s, contracto in venatione morbo, Neapoli nono nouembris sublatus est, nullis relictis liberis masculis (susceptus in lucem superiori anno Florentiæ filius Carolus breuis æui extitit m) sed filia tantum Ioanna, atque alia posthuma, sepultusque in monasterio S. Claræ XIV. nouembris. Confectum e filij obitu dolore Robertum ea verba vsurpasse, scribunt: *Cecidit corona capitis mei*. Et quidem ex Ioannæ I. in regno successione maxima in Siciliam inuecta sunt mala, quæ sub Ioanna II. recruduisse vide-

l Io. Vill. l. 10. c. 11. Aur. 3. p. tit. 21. c. 6. m Io. Vill. l. 10. c. 22. Summon. in hist. Neap. l. 3. & alij.

bimus, donec regnum illud diuturnis bellis laniatum Gallico generi ereptum est. Accepto Caroli ducis obitu Pontifex Robertum Regem ad Christianam constantiam hisce literis excitauit. a

Ioannes, &c. Roberto Regi Siciliæ illustri.

Robertus Rex ad Christianam constantiam excitatus a Pont.

Scimus, fili charissime, transitum benedicti tui vnigeniti, quem non absque stupore & ingenti cordis amaritudine & dolore audiuimus his diebus, & tibi & nobis, immo & cunctis fidelibus, secundum sensualitatem grauem doloris & anxietatis materiam ministrasse: debet tamen, fili charissime, zelum temperare scientia, & dolorem spei fiducia delinire; immo & te & nos decet non modicum consolari, ne illius benedicti anima nos possit arguere de inopia charitatis, dicens & ipse quod dominus ad Apostolos ait: *Si diligeretis me gauderetis vtique, quia vado ad Patrem*. Spe enim tenemus firmissima, quod ipsum Pater cœlestis de valle miseriæ mundi huius eduxerit, tanquam sibi dilectum & placidum ad illam cœlestem Ierusalem delaturus. Adhuc quæ causa dolendi, si isti viro inclyto charo nostro miseriarum finis, angustiatum terminus, laboris exitus sunt concessi? si de labore ad requiem, de periculo peruenit ad securitatem & pacem? Profecto, fili charissime, si hoc consideremus attente, consolationis magnæ nobis materiam ministrabunt, &c. *Dat. III id. decembris anno* XIII. Eodem argumento exaratis literis consectam luctu Sanciam Reginam erigere studuit b; in quibus hæc inter alia.

a To. 7. p. 1. ep. secr. pag. 145.

Expedit humanis non indulgere semper affectibus, sed præsciniere potius rationabili consideratione dolorem, attendentes quod ad nos illum reuocare non possumus, sed voluntati diuinæ nostram, quantum potuimus, studuimus conformare. Et infra: *Ideoque serenitatem rogamus regiam, vt & tu, filia charissima, hæc & alia, quæ tibi Dominus inspirabit, recogitans diligenter, de tam graui iactura in Domino consoleris, vigilans vt quando dies vocationis tuæ, vtique certa quæ veniet, sed quando incertissima venerit, spiritum Deo reddere sis parata; circa consolationem dicti Regis viri tui intendens solicite, quem Deus totius consolationis dignetur iuxta tuum & nostrum desiderium consolari, quod attenta sua immensa prudentia & scientia speramus effici, immo & ipsum alios consolari. Gratia domini nostri Iesu Christi sit tecum. Amen.*

b Ib. pag. 146. Consolatoriæ ad Sanciam literæ

Guelfi ex Caroli obitu consternati.

60 Deiecti sunt ob Caroli ducis mortem Guelforum Italiæ animi, quorū maximæ spes in eo erant collocatæ: interque cæteros consternati Florentini c ac Senenses d, quos ducis imperio se subiecisse vidimus, vt illius clientela aduersus tyrannorum impetus tegerentur: eos vero recreare in illa consternatione Pontifex nisus est. Cæterum mutatam mox ob Caroli mortem Florentinæ reipublicæ formam, describit Ioannes Villanus e, quibus antea Robertum Regem ac filium Carolum quingentos equites cataphractos festo omnibus sanctis sacro submisisse in auxilium ait f: periclitabantur enim ob Ludouici Bauari ad Pisanam vrbem aduentum, in qua dum morabatur, octingenti equites suis fraudati stipendijs ab eo defecere g. Ipse vero ibi agens, priora facinora confirmare, & nouis augere aggressus est consilio Michaelis Cæsenatis, qui tum hæresiarcham se professus est; de quo scelestissimo homine, inficere suis hæresibus vniuersam ecclesiam moliente, nunc agendum est.

c To. 7. p. 1. ep. secr. pag. 27. d Reg. post eand. ep. Mutata reip. Florent. forma. e Io. Vill. l. 10. c. 112. f Ead. l. c. 110. Pars Germanici equitatus a Lud. deficit. g Ead. lib. c. 109. Michael Cæsenas Ludouicū in Pont. exasperat.

61 Texerat sua hypocrisi Michael impium fastum, quem de sua scientia conceperat, post-

quam

missis per præfatos episcopum & inquisitorem interdum simul, interdum separatim, vt præmittitur, habitos plenius continetur: quorum quidem omnium processuum prætatorum extensam seriem propter prolixitatem eorum præsentibus non duximus inserendam, licet velimus haberi ac si de verbo ad verbum continerentur plene & totaliter in eisdem.

Pœnitueruntcon scelerum.

55 Cum autem ille, qui omnes homines vult saluos fieri, & quod ad agnitionem veniant veritatis, cuique cum voluerit subest posse, cor eorum tangere placuit, ac oculos eorum, quos culpa clauserat aperire, ad cor ijdem nobiles redeuntes, suosque enormes ac detestabiles attendentes excessus, nec non & pericula varia, in quæ inciderant propter illos, corde contrito & humiliato spiritu, sicut sequentia prætendebant; in Gasparinum de Thaghis legum doctorem & Albertinum Abobus filium quondam Iacobini speciales eorum procuratores & nuncios, ad omnia infra scripta plenum & sufficiens ab eis mandatum habentes, prout in literis super hoc confectis, & eorum sigillo munitis, quas penes nos retinuimus, continetur plenius, ad nostram præsentiam personaliter destinarunt. Qui quidem procuratores & nuntij coram nobis & nostris fratribus comparentes, habentes & gestantes circa collum funes in signum ingentis contritionis de ijs, quæ commiserant & doloris, in nostra & dictorum fratrum, nec non archiepiscoporum & episcoporum & aliorum prælatorum, tunc in curia Romana morantium, ac officialium nostrorū & sedis eiusdem copiosa multitudine præsentia constituti, dictorum nobilium nomine recognouerunt & confessi fuerunt expresse procuratorio nomine & vt nuncij eorundem, quod prædicta ciuitas Ferrariensis, eiusque districtus cum omnibus iuribus & pertinentijs eorundem ad plenum ius & proprietatem B. Petri & eiusdem Rom. ecclesiæ pertinebant; & quod fuerant, sunt, & esse debent de omnimoda iurisdictione, potestate, & dominio cum mero & mixto imperio Romanæ ecclesiæ memoratæ; quodque ijdem nobiles in iurisdictione, potestate & dominio & mero ac mixto imperio ciuitatis prædictæ & districtus eiusdem, seu in aliquibus vel eorundem aliquo, ius aliquod non habuerant nec habebant, saluis & reseruatis præfatis nobilibus omnibus & singulis domibus, possessionibus, & rebus, ac iuribus, quæ de iure pertinent ad eosdem in ciuitate præfata eiusque diœcesi & districtu: ita tamen, quod reseruatio huiusmodi facta dictis nobilibus referri non debeat neque possit ad ius, iurisdictionem, vel dominium ciuitatis, comitatus, & districtus prædictorum in solidum, vel pro parte, vel ad aliquid eorundem; ac insuper ciuitatem & districtum prædictos cum omni iurisdictione, potestate, dominio, mero & mixto imperio, & quocumque regimine eorundem, quatenus de facto illa vel eorum aliqua fuerant vel esse poterant quomodolibet apud nobiles memoratos, in nostris manibus procuratores prædicti eorum nomine libere resignarunt, ac claues ciuitatis prædictæ nobis ibidem præsentialiter & manualiter supradicto nomine nihilominus assignarunt: proponentes insuper prædictorum nobilium nomine procuratores prædicti, quod dicti nobiles originem traxerant ex parentibus catholicis & ecclesiæ Romanæ fidelibus & deuotis, qui eidem ecclesiæ contra suos æmulos & rebelles adhæserant & astiterant, spretis rerum dispendijs, nec vitatis personarum periculis, opportunis auxilijs; ad hæc exempla sequentia subiungentes.

Missi oratores pendente e collo laqueo veniam flagitant.

Professi sunt Ferraræ imperium ad ecclesiam spectare.

Maiorum studia in ecclesiam exposuerunt.

56 Azo quidem Estensis marchio & progenitor eorundem, sicut proposuerunt & asseruerunt procuratores prædicti, cum toto suo exfortio cum quondam Gregorio de Monte longo tunc A. S. L. ad captionem & recuperationem ciuitatis prædictæ per Rom. ecclesiam fuerat, quæ tunc per Salin guerram vicarium quondam Frederici olim Rom. Imp. detinebatur indebite occupata; quodque idem Azo cum toto prædicto exfortio etiam fuerat ad capiendum * Guezelinum de Romano rebellem ecclesiæ memoratæ. Raynaldus quoque marchio Estensis eorum similiter prædecessor pro deuotione eiusdem ecclesiæ ab eodem Frederico captus extiterat, & in Apuliæ partibus in eius carceribus interemptus. Multa quoque & alia eorum maiores fecerant in subsidium, defensionem, & exaltationem eiusdem ecclesiæ, quæ longum esset per singula enarrare. Adiecerunt insuper procuratores prædicti, quod maiores ipsorum nobilium affinitates & parentelas & ligas cum fidelibus ecclesiæ & deuotis semper consueuerunt contrahere & inire, seque in charitatis operibus, ecclesias & hospitalia construendo, eaque de bonis dotando proprijs, & alijs pijs operibus exercere; subiungentes quod dicti nobiles, maiorum suorum vestigia imitantes fidem tenent & tenuerunt hactenus & intendunt tenere immobiliter in futurum, quam tenet sancta Romana ecclesia atque docet.

*al. Ezelinum

Orthodoxam fidē colere affirmarint.

57 Credunt quoque & crediderunt & intendunt credere firmiter in futurum, quod Deus creator est & dominus cæli & terræ & omnium, quæ in eis sunt: qui omnia bene fecit, & sine eo factum est nihil; quod in mundo nisi ipso volente nihil permittitur, vel permittente fit nihil. Item quod Romana ecclesia illa, cui nos præsidere fatentur, est sancta, catholica, & apostolica ecclesia, quam ipsi credunt; & quæ ipsa credit & docet, credunt ea seruanda & tenenda expresse, ac in contrarium credere hæreticum profitentur. *Et infra*. Verum est tamen quod cum interrogarentur super aliquibus verbis, quæ dicebantur dixisse, cum illa non protulissent, nec eorum mentem intrassent, prout eorum memoriæ occurrebat, se illa nequaquam dixisse, nec ea credere, nec vnquam credidisse; sed contrarium responderunt, cum aliud non possent, salua conscientia, respondere. Et quia humanam hominum labilem esse constat, adiecerunt quod si ipsos illa contigisset aliqualiter protulisse, illa non ex proposito ac persuasione, nec ex certa scientia, sed potius inconsulto calore iracundiæ, vel per iocum, vel ex animi leuitate, non in contemptum Romanæ ecclesiæ, vel nostrum, seu nunciorum eiusdem sedis Apost. fuerant ab ipsis prolata. Ad quæ probanda, nec non quod testes, qui eos ea protulisse dixerant, falsum ipsos ex eo deposuisse manifestius apparebat, quod illa die in loco illo non fuerant, in quo ea eos deponebantur dixisse. His permotus Pontifex, in marchiones Atestinos explicuit clementiam, ac Bertrando legato prouinciam dedit, vt eos censuris ac pœnis, quas contraxerant, liberaret; tunc addit; Ipsos insuper dictos nobiles & quemlibet eorum restituimus in integrum ad statum, dignitatem, & bona, saluis subsequentibus de apostolicæ, nec non & imperialis, quæ ad nos vacāte imperio, sicut & nunc vacat, pertinere noscitur, plenitudine potestatis. Subiungit Pontifex

Eorum de obiecta hæresi excusatio.

pa-

raræ felicitatis excitatus, Piſtorium enim bello occuparat, & Luca Piſis ac plurimis locis alijs potiebatur, mortuus a eſt ætatis ſuæ ſeptimo & quadrageſimo: exituſque vaticinij illius apparuit, dum Romæ in pretioſa veſte hæc verba in pectore intexuerat b: *Eſt quod Deus vult*; & a tergo: *Et erit quod Deus volet*; nimirum puluis & cinis, qui inanes ſibi faſtus augurabatur: eius vero filij principatu pulſi in exilium acti ſunt. c

a Ib. c. 87. Ant. 3. tit. 21. c. 6. §. 8.
b Io. Vill. eod. l. 10. c. 60.
c Eod. l. c. 108.

Paſſarinus tyrannus trucidatur.

d Muſſ. in Lud. Bau. Io. Vill. l. 10. c. 101.

Similiter inſignes alij Gibellini principes Ludouici ſocij periere, de quibus hæc narrat Albertinus Muſſatus d, qui cæleſti iræ, ac diuinæ in eccleſiam prouidentiæ eorum caſum aſcribit: *Paſſarinus*, inquit, *Mantuæ tyrannus, vir aſtutiſſimus, cuius maxime ductu conſultoque Ludouicus in Italiam tractus extiterat, ab Ludouico de Gonzaga & filio ex coniuratione cum Canegrandi della Scala habita præſidioque eius, inſcio Paſſarino, in Mantuam accepto, obtruncatus necatuſque eſt, filio eius Franciſco capto, & caſis membris omnibus decaluato, in caſtellaris fundum iacto, in quem olim Franciſchinum nobilem de Mirandula, multoſque Paſſarinus coniectos ad famis mortem coegerat. Hicque finis Paſſarini fuit, tyranni longiſſimo tempore crudeliſſimi. Epiſcopus* * *Furliuienſis, qui & ſpreta Papæ Ioannis & eccleſiæ auctoritate magno apparatu in Lombardiam ad Ludouicum acceſſerat, fauoreque multo excoluerat, repentina morte ac crudeli correptus eſt: quamquam & hic ſigna extremæ pænitudinis eorum, quæ in hoc opere commiſerat, & verbis & nutibus patenter oſtenderit. Caſtrucius vir robuſtæ fortitudinis mox, dum Roma digreſſus in Lucam rediit, & ipſe morte præuentus eſt.*

* Arétigni

Paucisque interiectis, cæteris annumerat Galeatium Vicecomitem, de quo ſæpius actum eſt. De eo vero poſtquam multis precibus laxatus eſſet e vinculis, ac ſtipendia ſub Caſtrucio turpiter mereretur, qui Mediolano, Papiæ, Laudæ, Cremonæ, Como, Nouariæ, Vercellis imperarat, miſere hoc anno extincto agens Ioannes Villanus e, eam ſententiam librat, diuina quidem differri iudicia, ſed non auferri. De quo etiam digniſſima ſunt, quæ a nobis afferantur hæc S. Antonini verba.

e Eod. l. c. 87.

Vicecomitum Mediolanenſium miſera ſors.
f Ant. 3. p. tit. 21. c. 6. § 8.

Obijt f *quoque per idem fere tempus Galeatius Vicecomes, qui dudum in Mediolanenſes cæteraſque Galliæ vrbes amplum ac tyrannoſum tenuerat imperium. Is enim poſt amiſſas res ac perditas opes ad Caſtrutium confugerat, ac in Piſtorienſi obſidione cum eo fuerat. Ibi contracto morbo Piſciæ e vita deceſſit, ſicque verum oſtenditur quod ait Pſalmiſta: Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani; tranſiui, ſcilicet per conſiderationem mentis, & ecce non erat, quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius. Et iterum: Deieciſti eos dum alleuarentur. Quomodo facti ſunt in deſolationem, ſubito defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam: velut ſomnium ſurgentium exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt cum armis ſuis excommunicati vt rebelles eccleſiæ. Idem contigit, & in poſterum eueniet cunctis rebellibus & inimicis eccleſiæ.*

Agnouit quidem Pontifex in horum principum eccleſiæ hoſtium aduerſis caſibus diuinam iuſtitiam arcana iudicia exercuiſſe, dum hæc ad Ioannem patriarcham Alexandrinum & Petrum epiſcopum Cæſarauguſtanum ſcripſit g: *Excelſam extendente diuina potentia manum ſuam, tyranni crudeliores partium Italiæ, videlicet Caſtrucius, Galeatius, Paſſarinus & eiuſdem Paſſarini filius, alijque quamplures nequam homines, qui Deum & eandem eccleſiam fidemque catholicam, dictis adhærendo & fauendo hæreticis & ſchiſmaticis, hactenus impugnarant ferociter, a ſuis reſilire pertinaciter recuſantes erroribus, infeliciſſimæ mortis perſoluerunt occaſum. Quæ tibi ad gaudium prouidimus nuncianda, non vt læteris, ſicut nec nos lætamur, quin potius triſtamur in perditione morientium; ſed conſoleris in Domino, cum ipſum qui ſuperbis reſiſtit & humilibus dat gratiam, percipis malos, ne maiora committant, interdum tollendo de medio, iuſtum ſua potentiæ iudicium exercentem, &c. Dat. kal. nouembris anno* XIII.

g To. 7. p. 1 ep. ſecr. pag. 169.
Diuinæ in eccleſiæ hoſtes vltionis pluria exempla.

54 Fœderatorum Ludouici infelicibus exemplis territi marchiones Ateſtini ad obſequium eccleſiæ redire in animum induxere a. Damnati b iam fuerant hæreſeos crimine a cenſoribus fidei, atque in diuinam prouidentiam plures blaſphemas voces euomuiſſe, illam res humanas non curare, Romanæque eccleſiæ dignitatem ſacrilegis vocibus temeraſſe accuſati. Ad quæ obiecta diluenda, captandamque ſedis Apoſtolicæ clementiam Gaſparinum & Albertinum oratores miſere, qui iniectis collo laqueis, ad Pontificis pedes inſigni Chriſtianæ demiſſionis exemplo ſe proſtrauere, ac marchionum Ateſtinorum nomine Ferrariam pontificiæ ditionis eſſe, neque ius in eam vllum ipſos obtinere profeſſi ſunt. Dein commemoratis veterum principum Ateſtinorum in eccleſiam officijs, ad purganda obiectæ nefandæ hæreſeos capita digreſſi, blaſphema ea verba nunquam ab ijs iactata expoſuere, vel ſi dicta, e præcipitis iracundiæ ardore, leuitateue animi prorupiſſe; de fide autem catholica, deque eccleſiæ maieſtate recte ſentire. A Pontifice itaque admiſſi in gratiam cenſuris omnibus ſoluti, priſtiniſque iuribus & amplitudini reſtituti ea lege, vt Argentam oppidum aliaque ad Rauennatem eccleſiam ſpectantia reſtituerent: quo argumento ſubiectæ literæ exaratæ c, in quibus primum grauiora ijs impoſita crimina, ob quæ ipſos antea hæreſeos infamia notatos vidimus, recenſentur.

Marchiones Ateſt. poſcunt redire in gratiam eccleſiæ.
a Muſſ. in Lud. Bau.
b To. 7. p. 1 ep. ſecr. pag. 21.
c Ead. p. 1. pag. 17.

Ioannes &c. ad perpetuam rei memoriam.

Venerabilis frater noſter Guido epiſcopus Ferrarienſis auctoritate literarum noſtrarum, ſibi & dilecto filio inquiſitori hæreticæ prauitatis in prouincia Lombardiæ ſuper hoc directarum, interdum cum dicto inquiſitore, interdum ſolus, prout ex forma dictarum literarum & ex commiſſione ſibi ſuper hoc facta per dictum inquiſitorem comperebat procedens, aſſerens dictos nobiles [nimirum Raynaldum & Opizonem Ateſtinos] clare & manifeſte fore conuictos de criminibus hæreticæ prauitatis, cum dixiſſent & protuliſſent pluries & ſcienter in publicum, quod Deus nihil habet in terra facere, nec de factis hominum, nec de mundo huiuſmodi intromittit; item quod eccleſia Romana eſt nihil, & quædam barataria, nec vera eccleſia eſt cenſenda; item quod non ſit peccatum ſpoliare eccleſias Dei & miniſtros earum; plura etiam alia dixerant erronea & abominabilia contra fidem, quæ prælati nobiles negare, ac audaci quadam obſtinatione in negatione perſiſtere præſumpſerant, ac expreſſe contrarium affirmare, quas reſponſiones & negationes emendare in termino præfixo peremptorie non curarant; diffinitiue ſententiauit eoſdem nobiles in ſuis negationibus perſiſtere pertinaciter, & tanquam hæreticos iudicauit, pœnas eiſdem imponendo varias, ipſoſque declarando alias incurriſſe, prout in proceſſibus ſuper præmiſ-

Vt poſtulati ſint hæreſeos.
Impiæ voces ab ijſdem iactatæ.

principis Apostolorum de Vrbe reportauit in vigilia festi B. Laurentij proxime præteriti, & in loco solito honorabiliter collocauit. Et quia tenemus indubie te, fili charissime, de prosperitate ecclesiæ matris tuæ, velut deuotus ipsius filius & princeps Christianissimus, ac errantium & ab ea deuiantium conuersione & reductione ad ipsam plenis & deuotis affectibus consolari, præmissa tuæ celsitudini, vt nobiscum in domino congaudeas, & inde nostro gratiarum actiones offeras Saluatori serie præsentium intimamus. Hæc autem nunciare magnificentiæ regiæ vsque ad diem datæ, quo ad nos prædictæ literæ peruenerunt, distulimus de præmissis a fidedignioribus certiores effici præstolantes. *Dat. Auin. v. kal. septembris anno* XII. Eodem argumento literas Ioannæ Reginæ [a] Francorum, ac Philippo Regi Nauarræ, Carolo Alenconij comiti [b] Regis Galliarum fratri, Ludouico Borboniorum duci, Roberto Atrebatensi comiti Bellimontis scrij sit.

a Reg. post eand. ep. [?] pag. 204.

Perstitisse porro Romanos in obsequio ecclesiæ, atque omnes, qui schismaticorum partes in Vrbe erant secuti, fortunis euersos, describit Pontifex in literis ad Petrum archiepiscopum Cæsaraugustanum datis [c]: *Ecce, inquit, frater, quod literarum inscriptionibus & relatibus percepimus fide dignis, eadem Vrbs in nostra & charissimi in Christo filij nostri Roberti Regis Siciliæ illustris in eadem Vrbe vicarij nostri solida deuotione persistit, dictorum Ludouici & Petri hæreticorum & schismaticorum actibus per eiusdem Vrbis senatores reprobatis & damnatis solemniter, ipsorumque literis, quæ reperiri potuerunt, publice concrematis; ac insuper domibus & habitationibus confictorum eiusdem Petri Cardinalium, notariorum, scriptorum, & officialium aliorum quorumlibet, qui fugæ se commiserunt ignominiosæ datis funditus in ruinam.*

c To. 7. p. 1. ep. secr. pag. 169. an. 13.

Officialiũ antipapæ domus dirutæ.

51 Coactus Vrbe abscedere Ludouicus, Viterbium se contulit: Petrus vero Corbaria e pseudopontifice in latronem versus, S. Fortunati gazã sacram, atq; ipsas lampades diripuit: tantus in sacrilego opũ amor fuit, qui se paupertatis amantissimũ per summam hypocrisim prætulerat. Cumulauit hoc facinus impia tyrannide: cum enim iusta se execratione defigi a catholicis audiret ac perulgari, nec Ludouicum iure exauctorare Põtificem, vel Corbariam ipsum ad solium euchere potuisse, excanduit vir nefarius, ac vni e ministris impietatis partes demandauit, vt in catholicos sæuiret, pontificiasque sententias latas in schismaticos irritas pronuntiaret. Conceptæ sunt his verbis sacrilegæ antipapæ literæ. [d]

Iubet vexari catholicos.

d Regest Nicolai antip. pag. 125.

Nicolaus, &c. Emanueli Sementis de Albigana ordinis fratrum Prædicatorum.

Habet rei veritas, nec orbis & Vrbis angulis est occultum, qualiter damnatæ memoriæ Iacobus de Caturco, per serenissimum principem Ludouicum Romanorum Imperatorem semper augustum nostrum & ecclesiæ sanctæ catholicæ & Christianæ fidei pugilem, ac clerum populumque Romanum omni dignitate omnique pontificatus honore nuper recte priuatus & depositus extitit sententialiter ob suarum nefandarum congeriem offensarum. Nos vero processu temporis, diuina disponente clementia, licet immeriti, ad apicem apostolatus assumpti contra eiusdem damnati sequaces, fautores, & eidem pertinaciter adhærentes & communicantes in talibus criminibus, cuiuscumque status, ordinis, dignitatis, & conditionis existerent, sententiam priuationis & depositionis protulimus generalem, & tanquam hæreticorum fautores decreuimus esse censendos. Verum quia nonnullorum induratæ ceruices & prauæ nec sic a talibus improbitatibus resipiscunt, quin etiam effrænate os suum ponentes in cælum, nos & potestatem nobis a Domino traditam & sacri Romani auctoritatem imperij lacerare non desinunt, varijs & diuersis vtentes contra nos detractionum vocabulis, & asserentes improbe, ac dogmatizantes temere, nostras sententias non valere, in eorum periculum animarum, scandalum etiam plurimorum, ne ipsorum malitiæ & nequitiæ falsæ suggestionis fermento tota massa fidelium cum ipsis conuersantium corrumpatur, adhibere disposuimus adustionis & præcisionis remedia opportuna, &c *Dat Viterbij apud S. Franciscum* XVIII. *kal. octobris pontificatus nostri anno* I.

Queritur perulgari non potuisse a Lud. exauctorari Põtificem.

Piorum vocibus se prolcindi.

52 Hæc inter Ludouicus expeditionem meditabatur [a] in Florentinos, aduersum quos a Castrucio, qui Pistorium ad deditionem perpulerat [b], concitabatur. Et sane impendebat ijs magni discriminis terror, cum nouus casus Bauari consilia retardauit: qua de re hæc S. Antoninus [c] tradit: *Cum iam omnia Ludouicus parasset, vt e Tuderto in Etruriam iter dirigeret, classis Siculorũ qua Regem Robertum inuadere constituerat, tardius comparata eo tempore aduenit, cum iam Ludouicus cœptum regni negotium omisisset. Præerat autem classi Petrus Friderici Regis filius, erantque cum eo naues Genuensium exulum, qui Regi aduersabantur. Ludouicus ergo cum equitatu delecto* * *Cortonem profectus est: ibi namque prædicta classis eum præstolabatur. In colloquio autem magis querelæ effusæ, quam vlla prouisio aut reparatio facta: ille enim frustra paratam classem magnamque vim pecuniæ incassum absumptam; hic ob tarditatem aduentus res simul spesque suas ob id frustratas querebatur: ac reditum in regnum, quod illi postulabant, omnino recusauit. Et hæc fuit causa retardationis impetuosi progressus in Florentinos.* De Petri Regis Trinacriæ filij ac Saonensium classis sero aduentu agit accuratius Io. Villanus [d], ac Ludouicum, exeunte augusto Tuderto profectum, in colloquium cum Petro descendisse, & promissa ex fœderis legibus viginti millia vnciarum auri, vt in Roberti Regis terras irrumperet, repetijsse: hunc vero soluturum pollicitum, cum in hostis terras signa extulisset: tum Ludouicum accepto nuncio de tumultibus, Pisis opera filiorum Castrutij hoc anno, vt dicetur, extincti excitatis, illuc vna cum Petro iter intendisse, exceptumque vigesimoprimo septembris die honorifice Tarlatinum Tarlatum Aretinum populi signiferum creasse. Petrum vero Trinacriæ Regis filium paucis post diebus, cum reditum comparasset, initi cum hæretico & schismatis auctore principe pœnas exoluisse: disiecta enim ac laniata a ventis eius classe, quindecim triremes vna cum vectoribus fluctibus haustas, alias discerptas quassatasue, saluum tamen Petrum Messanam cum quatuor triremibus applicuisse; cæteras autem laceras militibus & armamentis valde destitutas ad varia Siciliæ loca peruenisse.

Ludouic[?] expeditionem in Florentinos meditatur.

a Ant. 3. p. tit. 21. c. 6. §. 8.

b Io. Vill. l. 10. c. 85. 86.

Petrus Trinacrius cũ classe ad eum accedit.

* al. Cornetum

d Io. Vill. l. 10. c. 104

Pisæ se confert.

Petri clas sis laniata vẽtis mer sa.

53 Haud quidem feliciores Petro principe extitere alij Ludouici fœderati: vt enim prætermittamus Siluestrum Gattam Viterbiensem tyrannũ, quem Bauari iussu [e] captum ac tortum, vt thesaurum suum proderet, quẽ Viterbij in Minoritarum sacrario absconderat, ascendentẽ ad triginta aureorum millia, Castrucium ad apicem spe-

e Io. Vill. eod. l. c. 67

 ra-

mox ea iactura territus, veritusque ne alij populi ab ipso deficerent, magnis itineribus in principatum ad eum confirmandum concessit, augendoque illi intentus, Pisas profectus ciues adegit a, vt sibi reipublicæ summam deferrent.

a Io. Vill. l. 10. c. 60.

Cæterum Castrucij ab Vrbe recessu consilia de inuadendo regno Neapolitano consenuere, cum tamen Ludouicus, si recto itinere eo contendisset, vt communi hominum opinione peruulgatum fuit, Robertum Siciliæ Regem suæ imparem potentiæ oppressisset b: licet enim Carolus dux Calabriæ cum n ille quingentis equitibus cataphractis regni aditus tutaretur; in Ludouici tamen castris cum imperiale insigne arripuit, quinque millia & eo amplius equitum conspecta sunt: sed cum tempus in expectanda classe Trinacriæ Regis, ducendis inanibus pompis, exauctorando Christi vicario, creando antipapa consumeret, obsolescere cœpit eius felicitas, eripiente illi consilium diuino Numine, vt ait Ioannes Villanus, ac Roberti Regis potentia cœpit assurgere. Vt enim mittamus plures ipsius milites a Romanis in ea periculosissima seditione, quæ mense martio concitata est, cæsos d, Vrbem veterem frustra oppugnatam e, amissum Astur f insequenti ab antipapæ execratione die, quatuordecim Roberti Regis triremes Tyberis ostia ingressæ cepere Ostiam g, & exposito in terram milite obuia quæque ferro flammaque vastauere, & ad basilicam vsque S. Pauli excurrere: immissique postea a Ludouico octingenti equites cum multo peditatu ad recipiendam Ostiam non sine magna clade propulsati sunt. Fabrianensibus Bauari partium a Tano pontificiarum copiarum duce magna clades illata h; concisæ nonnullæ prope Narniam quarto iunij die Ludouici copiæ i. Iusserat antea Pontifex illius prouinciæ præsidi arces Roberto Regi milite præsidiario aduersus Ludouici impetus muniendas tradere, vbi tamen prius ab eo sacramentum exegisset ipsas ecclesiæ restitutum iri.

b Ib. & c. 56.

Consumptum a Lud. inanibus studijs gerendarum rerum tempus.

c Eod. c. 56

Robertus Rex crescit potentia.

d Cap. 66.

e Eod. cap

f Cap. 68.

g Cap. 74.

Omnia asperiora fiunt Ludouico.

h Cap. 57

i Cap. 77.

49 Expugnata quidem, aut improuiso aduentu oppressa a Bauaro nonnulla agri Romani loca, refert Ioannes Villanus l; ob inopiam tamen commeatuum vigesimo iunij die Tybur rediisse, vt regni Neapolitani fines peruadere tentaret: sed cum omnes obsepti aditus, & annona grauissima, summaque ærarij inopia esset, vigesimo iulij iter reflectere coactum: cumque m interea copias suas promoueret Robertus Rex, & in Campaniam ac finitimas Vrbi terras penetraret, adduci se in periculum intuitum, maxime cum Romanorum potior pars gesta eius execrans, publicis vocibus hæreticis & schismaticis mortem, salutem & gloriam ecclesiæ, eiusque studiosis comprecaretur, ac nonnullos aduersæ factionis necasset; exterritum ac pudore oppletum, secumque trahentem idolum abominationis Petrum Corbarium antipapam, ac reliquam schismaticorum colluuiem, quarto augusti die Vrbe excessisse, noctéque insequenti Bertoldum Vrsinum Ioannis S. Theodori Cardinalis legati nepotem & Stephanum Columnam, cum copijs ingressos, pontificias partes fulciuisse, ipsosque senatores renunciatos; octauo vero mensis eiusdem die Neapoleonem Vrsinum & legatum Cardinalem, ad quem extant literæ IV. idus septembris datæ n, vt Vrbi reuersæ ad officium templorum & sacrorum vsum ad tempus restitueret, magnifice ac festis acclamationibus exceptos, Vrbis statum composuisse, plures in Bauarum & antipapam sententias promulgasse: illorumque priuilegia omnia publice exusta in capitolio, mortuorum Germanorum corpora eruta a pueris e sepulchris, ac tracta in Tyberim: Sciarram Columnium & Iacobum Sabellium ac sequaces, quos Ludouicum exciuisse in Vrbem vidimus, in ea rerum conuersione deiectos fugam arripuisse; direpta eorum bona ac fisco addicta: neque multo post Guillelmum Ebulum cum equitibus octingentis ac multo peditatu a Roberto Rege submissum, Vrbem in Pontificis Regisque obsequio confirmasse. Consentit Ioannis Villani dictis Ptolemæus Lucensis a in historia ecclesiastica, cuius hæc verba sunt: *Post hac autem præfatus Ludouicus in mense augusti de vrbe Romana discedit non volens, sed nolens, & rediit ad vrbem Pisanam, vbi cum suo antipapa de malo in peius continuo debacchatur adhuc hodie, quo hoc scripsimus, inchoante iam anno dominicæ incarnationis* M.CCC.XXIX. *Nondum venit finis malorum ipsorum.* Illustrant superiora literæ Pontificis, qui de felice victoria, de qua paulo ante memoraui, accepto nuntio, Christianos principes, atque inter cæteros Philippum Valesium Francorum, & Philippum Ebroicensem Nauarræ nouos Reges de Roma recuperata, alijsque rebus gestis insignibus certiores fecit b.

l Cap. 78.

Signa dein reflectit & qua de causa.

m Cap. 98

Metu vrbe discessit Bauarus.

Roma ad Pontificis obsequium reuocata.

n To. 7. p. 3 ep. secr. pag. 5.

Acta anti papæ & Lud. exusta.

Pulsi aduersæ factionis principes

Submissi a Rob. Rege in Vrbe copiæ.

a Ptol. Luc. l. 24. c. 41.

Philippo Regi Franciæ.

b To. 6. p. 3 ep. secr. pag. 203.

50 Post plures nonnullorum mercatorum quam aliorum missas de partibus Vrbis literas, continentes, quod diuina prouidentia pro ecclesia sancta sua ibidem dignata est his diebus præteritis operari, literas dilecti filij nostri Ioannis S. Theodori diaconi Card. A.S.L. recepimus, quibus inter cætera continetur, quod die quarta præsentis mensis augusti, Ludouico de Bauaria excommunicato, schismatico, & hæretico, Vrbem cum ignominia & dispendijs plurimis exeunte, dilecti filij nobiles viri Stephanus de Columna miles & Bertoldus de filijs Vrsi Vrbem intrauerunt eandem, per quorum solertem industriam Romanus populus, se peccasse considerans & cognoscens, pacificatus & humiliatus extitit, & eosdem nobiles pro nobis & sancta Dei ecclesia constituit senatores. Et interim præfatus legatus, ad Vrbem prædictam dirigens gressus suos, illam intrauit die dominica immediate sequenti, & a Romanis clamantibus: *Viuat sancta mater ecclesia & sanctissimus pater Papa Ioannes, ac Cardinalis legatus, & moriantur Petrus de Coruaria, hæretici & Paterini, ac alij proditores*; cum gloria & honore deuote ac honorifice fuit receptus, ibique moratur pacifice, alloquendo populum, & ad deuotionem Dei ac nostram & ecclesiæ iugiter exhortando; dictique nobiles suum exercent senatoriæ officium, facto per eos in eadem Vrbe generali parlamento, in quo inter alias reformationes ibidem factas, processus, priuilegia, & alia quæcumque facta & ordinata per dictos Bauarum & Petrum de Coruaria reuocarunt, præconizato etiam per Vrbem eandem publice, quod omnia talia coram dictis senatoribus infra certum super hoc præfixum terminum portarentur, quodq; in omnibus contractibus factis illis temporibus tempus pontificatus nostri, sicut hactenus, poneretur.

Pontifex de felici successu ad Franc. Regem scribit.

Præterea sanctum sudarium Iesu Christi, quod in ecclesia B. Mariæ rotundæ de Vrbe cum magno tremore per Romanos aliquos seruabatur, præfatus legatus cum deuotione magna cleri & populi, astantium & sequentium, ad basilicam

Veronica ad basilicam S. Petri magna pompa relata.

prin-

adhærentes fore eorundem beneficiorum, feudorum, & dignitatum priuatos, & tanquam vacantes seu vacantia apud Apostolicam sedem collationi & dispositioni nostræ & dictæ sedis specialiter reseruauimus, &c. *Dat. Romæ apud ecclesiam S. Mariæ de Aracœli VI. kal. iunij pontificatus nostri anno I.*

45 Neque clerum modo, verum & Christianam plebem, incussis atrocioribus minis, a legitimi Pontificis obsequio nititur diuellere, sancitque vt statutæ in hæreticos pœnæ exerceantur in catholicos, qui ipsum Corbarium esse Pontificem negarent. [a]

Alia quæ nefaria in catholicos.

a Ib. pag. 231.

Nicolaus, &c. vniuersis in Christo fidelibus.

Cum pridem Iacobus de Caturco ab apostolatus officio, cui in Dei offensam & sanctæ matris ecclesiæ opprobrium indigne & immerito præsidebat, propter manifestas hæreses, errores, & alios nefarios & enormes excessus suos iusto iudicio depositus fuerit & amotus, dilectionem vestram attentius rogamus & monemus, & nihilominus in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus & mandamus, ne eidem vel quibuslibet suis processibus vel sententijs, habitis vel habendis, quomodolibet pareatis, nec ipsum Papam nominetis, vel in papatu faueatis auxilio, consilio, vel fauore: omnes enim & singulos, qui contrarium præsumerent, vel etiam pertinaciter assererent, seu defenderent ipsum esse verum Papam & iniuste priuatum fore, & exinde Papam nominarent; nos quoque minus rite creatum dicerent, nec nominare Papam vellent, nostrisque processibus, sententijs, absolutionibus non parerent, ac si apostolicus non essemus, aut etiam blasphemias nobis & confratribus nostris dicerent; tanquam hæreticos decernimus puniendos. Et ad executionem præmissorum efficacius habendam, inquisitori hæreticæ prauitatis damus strictissime in mandatis, quatenus quoscumque tales inuenerit, fultus auctoritate nostra pœna debita puniat & castiget, &c.] Deturbari suis dignitatibus iubet catholicos præsules. *Dat. Rom. apud S. Mariam de Aracœli VI. kal. iunij pontificatus nostri anno I.* Excitata itaque est antichristi huius iussu in fideles persecutio, ac Romæ duos a Ranerio Vguccionis Fagiolani filio senatore, quorum alter patria Etruscus, alter Insuber erat, cum intrepide & constanter assererent Ioannem verum esse Pontificem, nec apostolico gradu Ludouici sententia dimoueri potuisse; Corbarium vero esse apostaticum, eiusque complices schismaticorum & hæreticorum synagogam, flammis traditos fuisse scribit Ioannes Villanus. [b]

Vetat pio rum obseruantiā ac studiū in Pontificem.

Duo Romę a schismaticis necati.

b Io. Vill. l. 10. c. 76.

46 Dum ecclesia schismate laniabatur, Ioannes Papa, vt diuinam misericordiam ad eos sedandos fluctus flecteret, solemnes preces indixit [b], ipsasque fundentibus viginti dierum indulgentiam impertijt.

Preces ad extinguēdum schisma a Pontifice indictæ.

Ioannes, &c. Quia in missarum solemnijs ad Deum consueuerunt preces effundi deuotius, de eorundem fratrum consilio ordinamus, quod in singulis missarum celebrationibus post dictum a celebrante, *Pater noster*, responsioneque secuta, antequam in missa vlterius procedatur, illud canticum: *Lætatus sum in ijs, quæ dicta sunt mihi*; totum cum *Gloria Patri, etc.* a religiosis clericis & alijs literatis præsentibus cum deuotione dicatur. Inprimo dicantur *Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster*; & post, isti versiculi subsequantur: *Domine saluos fac Reges, & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Saluū fac populum tuum, Domine, & benedic hereditati tuæ; & rege eos & extolle illos vsque in æternum. Fiat pax in virtute tua; & abundantia in turribus tuis. Domine exaudi orationem meam; & clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum; & cum spiritu tuo.* Collecta: *Ecclesiæ tuæ quæsumus Domine preces placatus admitte, vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum nostrum, &c.*

Precum formulæ institutæ.

Hostium nostrorum, quæsumus Domine, elide superbiam, eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne. Per Christum dominum nostrum. Benedicat celebrans consequenter.

Nos autem Christifideles ad exequendum supradicta promptius donis volentes spiritalibus animare, omnibus vere pœnitentibus & confessis, tam his celebrantibus quam ipsis assistentibus obseruantibus supradicta, quam alijs preces tunc deuotas Deo fundentibus, pro præmissis diebus & missis singulis, quibus hæc fecerint, xx. dies, de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, de iniunctis sibi pœnitentijs relaxamus. Nulli ergo, &c. *Datum XII. kalendas iulij anno XII.* Solicitati etiam sunt ad fundendas Deo preces pro ecclesia religiosi viri, interque cæteros Cistercienses [a], Dominicani [b] Tolosæ congregandi, tum Minoritæ [c] Bononiæ solemnes ordinis conuentus, quibus Bertrandus electus Ostiensis Cardinalis legatus præesse iussus [d], habiti.

Religiosi viri ad preces fundādas incitati.

a To. 6. p. 3 ep. secr. pag. 188. b Ead. p. pag. 204. c Ead. p. pag. 103. d An. 12. p. 1. pag. 95. e Muss. in Lud. Bau.

47 De indictis publicis a Pontifice precibus meminit Albertinus Mussatus [e], ac repente diuinitus conuersas res & hæreticorum schismaticorumque potentiam concidisse, obseruat: *Ioannes*, inquit, *Papa tantis anfractibus rumoribusque assidue inualescentibus, etsi mente vel corde timidus, nil tamen ambigui in patulum ostendens, Dei maxime fiducia ad fratrum curialiumque exhortationes erigebatur, hoc non contingere aiens, nisi vt his luctationibus ac vexationibus sancta crescat ecclesia, inimicos sua ipsorum exterminet pernicies: edictumque subito per vniuersam ecclesiam omnibus fidelibus emisit in sacrarum missarum solemnium officijs post Pater Noster orationem specialem ad altaria cantari, sterneret Deus inimicos sua virtute, vt ecclesia illi solita & sua libertate conseruiat seu subseruiat, addito psalmo: Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, &c. Mirum quid post edicti huius decantationem notatur: euenit enim, vt eius virtute signa per eos dies subsecuta sint.* Subdit auctor, præcipuos Gibellinos proceres, qui Ludouicum in his sceleribus armis fulciuerant, breui misere perijsse: sed de tristi eorum casu agetur inferius. Nunc præcipuarum rerum inter hęc gestarum narratio percurrenda est.

48 Agente Romæ Ludouico, & in membranis maledictis in Pontificem inquinandis occupato, in eum a pontificijs res strenue gesta est; instructus a Roberto Rege ad eum depellendum exercitus in Neapolitano Regno, in Etruria Pistorium a Philippo e S. Gineto, qui Florentiæ Caroli ducis nomine præerat, interceptum: captusque est in illius vrbis expugnatione Donatus Augustinianus pseudoepiscopus (schismatis enim occasione monachorum fæx e claustris in episcopales sedes irrumpebat) quem Ioannes Cardinalis legatus exutum sacerdotio legum seueritati subijcere iussus est [f]. Castrucius porro, qui senatoriam Romanæ Vrbis præfecturam a Ludouico acceperat, mox

Ludouici res euerti captæ.

f To. 6. p. 3. ep. secr. pag. 169.

lis essem ibi Romæ in Aracæli, decimantem mentam Matth. XXIII. & anetum in quibusdam abstinentijs exterioribus & in aperto, & in abditis loculos compilantem, & inter mulierculas Romanas quasi continue residentem, & gloriam aucupantem: et sicut mihi testimonium perhibuerunt minister illius prouinciæ Romanæ & custodes tunc, cum essemus in magno concilio, de facto eius et aliorum, qui ecclesiæ et ordini rebellauerant, Anagniæ minus habentem, scilicet in castitate, et sic fidem paupertatis, et munditiæ, et obedienciæ, quæ sunt legis grauiora, relinquentem, Matth. XXIII.

Qui fuerint eius mores.

Bernardus quoque Ludouici facinus ita describit a: *Ad cumulum vesaniæ suæ, et in vituperium dictæ Vrbis, et in scandalum fidei catholicæ fecit fieri et erigi in antipapam quendam pseudoreligiosum de ordine fratrum Minorum circa festum ascensionis Domini anno eiusdem Domini benedicti MCCCXXVIII. eundemque antipapam fecit non sacris sed execratis orationibus execrari potius, quam sacrari: cui etiam antipapæ ipse Ludouicus reuerentiam indebitam tanquam summo Pontifici exhibuit, et ceruicem et genua inclinauit, ipsumque manu tenuit et deduxit tanquam idolum et pastorem et nefarium hominem pro vicario domini Iesu Christi. Præfatus pseudopapa vocabatur frater Petrus Raynalducij de Corbario Reatinæ diœcesis, qui vxorem habuerat & adhuc habebat Ioannam Matthæi de Corbario eiusdem diœcesis, cum qua cohabitabat publice coniugaliter vt maritus annis quinque, antequam assumeret habitum fratrum Minorum, quem assumpsit, renitente pariter & inuita.* Eadem Ptolemæus Lucensis repetit b, consentitque sanctus Antoninus c, qui hæc addit: *Prius fecerat Ludouicus vnum alium; sed ille nolens schismati operam dare, recusauit & ex Vrbe aufugit.* Consentientia superioribus scribunt Germanus auctor anonymus d, Ioannes Villanus, e Cortusiorum historia f, alijque plures; inter quos Albertinus Mussatus g obseruat Ludouicum ob id facinus suorum odia collegisse.

a Bern. in libell. de Imp. Rom. M. S. bibl. Vat. sign. n. 3943.

Vt vxorē tunc habuerit per scelus diuisam.

b Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 41.
c Ant. 3. p. tit. 21. c. 6. §. 7.
d M. S. bib. Vat. sign. n. 3765. in Io. XXII.
e Io. Vill. l. 10. c. 73.
f Cort. hist. l. 3. c. 11.
g Muss. in Lud. Bau.

Quod, inquit, *prauis aliquorum sibi adiunctorum consilijs Papam Ioannem abominatus ac detestatus, furioso plebeiorum populique Romani clamore, accensoque rumore, in illum sub nullius sacri solemnisque iuris serie, solius facti executione, depositionis hæreticæque superstitionis sententiam fulminasset; neue diuini humanique iuris allusioni sacrarumque constitutionum ac consuetudinum quidquam deesset, turpi ludibrio periculosoque Christiani ritus discrimine antipapam Cardinalesque creasse sub clamore fauoreque dementiæ popularis sub sacri mantis papalis effigie galeorumque rubeorum; ad vltimumque fœdum ac cæcum consistorium constituisse de potentia papæ factiosas per imperitos consodales suos astu partiario conscriptiones promulgasse; denique & simplicissimorum puerorum more Ioannis Papæ ideam seu imaginem ex stramine formari passum esse, ipsamque imaginem Ioannis Papæ nomine igni adiudicatam cremasse. Quæquidem talia toti mundo horrenda abominandaque Ludouico huic leuitatis, paruæque prudentiæ, potiusque paucæ maturitatis infamiam attulere. Verum cum per plurimos imperialis factionis hac iam dictis consodalibus prauisque consiliarijs, quam ipsi Ludouico ascribi dicerent; vsquequaque tamen ipsa excusatio non leuabat.*

Ludouic⁹ ob schisma conflatum suis inuisus.

Nulla valet excusatio pro eo allata.

43 Quarto ab ea profanatione die, nimirum decimaquinta h maij antipapa ex ijs, qui conflando schismati operam dederant, creauit pseudocardinales Iacobum Alberti olim episcopum Castellanum, quem ad ecclesiam Ostiensem & Velletrensem traduxit, Franciscum episcopum Albanensem, Nicolaum e Fabriano Augustinianum tit. S. Eusebij presbyterum Cardinalem, Petrum Oringhium S. Petri ad vincula, Bonifacium Dominicanum, Paulum Viterbiensem Minoritam, Ioannem Arlotum, Ioannem Matthæi Vicecomitis Mediolanensis filium. Exauctorati erant hi a Ioanne iusto Pontifice omnibus sacerdotijs & dignitatibus, qui mox a Ludouico amplissimis stipendijs donati: & quamuis Corbarius sententiam tenuisset, Christum & Apostolos nullius rei dominium proprio vel cōmuni nomine possedisse, atque id vitæ genus seruandum a clero; ipse tamen & pseudocardinales sui mox luxum, opes, & delicias consectari flagitio cœpere a, ac sacerdotia dignitatesque auro diuendere: ex quo patuit ab eo & alijs in Romanæ ecclesiæ magnificentiam iactata, non zelo, sed inuidia tantum temere dicta.

h Io. Vill. l. 10. c. 75.

Antipapa pseudocardinales creat.

Simoniam publice exercet.

a Io. Vill. eod. l. c. 75.

Interiectis duobus diebus, Bauarus dimisso in ædibus Vaticanis antipapa, Tybur contendit b, vt Romam solemni pompa ingrederetur sacro pentecostes die, cui Petrus Corbarius vna cum anticardinalibus ad basilicam Lateranensem occurrit, ac c Ludouicus tiaram pontificiam pseudopontifici, isque Bauaro diadema imperiale imposuit d, sicque tanquam in scenico ludo fictæ dignitatis iura sibi mutuo contulere. Confirmasse tum Ludouicum latam ab Henrico Imperatore in Robertum Siciliæ Regem ac Florentinos sententiam addit Ioannes Villanus: cum tamen Clemens V. eam, quæ in Robertum pronuntiata erat, vt iniustam rescidisset.

Tiaram a Lud. accipit.

b Id. eod. c. 75.
c Cap. 76.
d Ant. 3 p. tit. 21. c. 6. §. 9.

Quid tentauerit Bauarus in Robertū Regem.

44 Inuadere etiam tyrānidem non est veritus hypocrita Petrus Corbaria, qui ne quidem iustum principatum decere Christi vicarium ex fraticellorum schola effutierat: neque illum puduit prouincijs ditionis ecclesiasticæ præsides imponere, pseudoapostolicos nuntios legatosque in varia regna mittere: vtque Dominicanæ familiæ religiosos viros, qui vt fortissimi pugiles contra pseudominoritas ijs temporibus pro fide dimicarunt, vexaret, Bonifacium pseudoepiscopum & anticardinalem sacro illorum ordini præesse iussit e. Neque expauit sacrilega edicta proferre f, quibus latam a Ludouico Bauaro contra exauctoratum Ioannem XXII. sententiam a se corroboratam profitebatur, & omnes, qui vero Pontifici adhærebant, sacerdotijs, dignitatibus, bonisque priuabat.

Nefaria antipapæ gesta.

e Reg. Nic. antip. pag. 8.
f Eod. reg. pag. 87.

Nicolaus, &c. vniuersis præsentes literas inspecturis ad perpetuam rei memoriam.

Vobis & vestrum singulis præsentibus duximus fore manifestum, quod cum per sententiam dilecti filij nostri Ludouici Romanorum principis & serenissimi Imperatoris semper Augusti omnes & singuli, Iacobo de Caturco se Papam asserenti obedientes, adhærentes, & fauentes tanquam hæretici sint damnati, ac quod omnibus & singulis beneficijs & feudis, ac bonis omnibus sint priuati; nos eidem sententiæ iustæ & rationabili adhærere volentes, & ipsam omnimode confirmare, omnes clericos & beneficiatos ac religiosos, cuiuscumque ordinis existant, dicto Iacobo adhærentes, fauentes, & eidem obedientes, eiusq; mandata tam interdicti quam aliorum obseruantes, omnibus & singulis beneficijs ecclesiasticis & feudis & bonis omnibus priuauimus auctoritate apostolica & priuamus; decernentes ipsos & ipsorum singulos sibi, vt præmittitur,

Eius sententia in clerum catholicū

ad-

vero sua ex impiorum consilio labefactaret Ludouicus, Pontifex apostolica auctoritate omnia, quæ in Vrbe in conferendis eidem imperialibus insignibus erant gesta, conuulsit a: eaque de re nonis aprilis huius anni ad Germanos principes imperij electores literas dedit b, quibus etiam Bauarum iuribus e præterita electione quæsitis, & ducatu Bauariæ ac vectigalibus omnibus & terris, quas ecclesiæ vel imperij beneficio auctoritateque obtineret, apostolica sententia deturbatum significauit, atque ad celebrandam noui Romanorum Regis electionem solemnes conuentus celebrare iussit. Habuere itaque feria tertia post octauum a dominica resurrectione diem euolutum comitia, ac recurrente a festo pentecostes octauo die designando nouo Regi daturos se operā spopondere: qua de re Ioannes IV. kal. maij Robertum Siciliæ Regem, Bertrandum in Insubria & Ioannem in Etruria Apostolicę sedis legatos Cardinales hisce verbis fecit c certiores: *Principes ecclesiastici et seculares, in electione Regis Romanorum vocem habentes, in nouissima congregatione sua, videlicet die martis post octauas resurrectionis Domini proximo præterita, diem martis post octauas instantis festi pentecostes ad electionem celebrandam loco solito pro peremptorio termino assignarunt, ad eam procedere, fauente Domino, intendentes.* Dat. Auinione IV. kalend. maij anno XII.

Gesta in Ludouico corona cingendo rescissa.
a Ib. pag. 167.
b Ead. pag.
Solicitati principes electores de creando nouo Cæsare.
Constituta ab ijs dies pro electione celebranda.
c Ib. pag. 222.

40 Cum die constituta principes haud facile conuenire possent, non modo enim Ludouicum, verum Fridericum quoque Austriacum obstitisse, ex literis ad Albertum ducem allatis colligitur, cum is etiam armis ad imperium anniteretur; Pontifex celebrandæ electionis diem ad sex hebdomadas vel duos menses extraxit, quæ Mathiæ archiepiscopo Moguntino significauit d: *Nos*, inquit, *attendentes magnitudinem negotij, quodque sanctæ Dei ecclesiæ, fideique catholicæ, ac vtilitati reipublicæ plurimum expedit, quod persona Deum timens & Deum diligens ad regimen regni Romanorum & imperij assumatur; ac prouidere cupientes, ne propter breue tempus possit contingere periculum in hac parte, * vt si expectare potueris, & possit absque periculo negotij electionis prædictæ fieri, terminum prædictam vsque ad sex septimanas vel duos menses, si hoc magis expedire cognoueris, ab eodem termino in antea computandum, prorogare aliaque gerere valeas, quæ circa prorogationem huiusmodi fuerint opportuna, &c.* Datum Auin. nonis maij anno XII.

Ludouic* & Fridericus rem disturbāt.
d Ead. p. 3. pag. 167.
Extracta a Pont dies.
* al. valueris

Facta etiam est eidem Mathiæ archiepiscopo Moguntino cæterisq; principibus electoribus, qui die martis, post sacram resurgenti Christo celebritatem recurrēte, in Moguntino agro conuenerant a Pontifice potestas e, vt si visum esset ob hostium insidias vel conatus in alio loco, quam Francofurti electionem noui Romanorum Regis celebrare possent: *Vt alium*, inquit, *locum, de quo tuæ prouidentiæ videbitur, pro celebranda electione prædicta eligere, ac etiam tibi & alijs coelectoribus assignare valeas, in quo tu & ipsi conuenire & ibidem ad electionem prædictam possitis, sicut in dicto loco de Frankinfort valeretis, procedere in præfixo prædicto, vel alijs terminis prorogandis seu etiam assignandis, fraternitati tuæ facultatem & licentiam tenore præsentium elargimur; auctoritate apostolica nihilominus decernentes, electionem in loco, quem hac vice ad hoc elegeris celebrandam, perinde valere, quibuslibet consuetudinibus, obseruantijs, seu statutis contrarijs nequaquam obstantibus, ac si in prædicto loco de Frankinfort celebrata fuisset.* Dat. Auin. non. maij anno XII.

e Ib. ep. secr. pag. 163.
Sancitum vt in alio a Francofurto loco possit electio celebrari.

41 Data alia etiam Mathiæ archiepiscopo imperia a, vt Spirensem clerum iniusto sacramento exolueret, quo a Bauaro adacti fuerant, apostolicas ipsos literas non recepturos, pontificijsq; imperijs non parituros. Fuisse vero Mathiam ab hostibus ecclesiæ armis appetitum, ex literis ad Henricum Coloniensem b, Henricum Hassiæ Lantgrauium, ac plures alios datis colligitur, quibus ad explicandam illi opem sunt excitati c. Cum vero Balduinus Treuirensis archiepiscopus d iam diu nonnullas Moguntini principatus arces occupasset, cum ad eam ecclesiam vocaretur, de qua electione a Pontifice abrogata agit Serarius e; admonitus est, vt eas Mathiæ restitueret. Data etiam eidem archiepiscopo XII. kal. aprilis prouincia f, vt cruceatorum equitum Prussiæ & Pomeraniæ causam cognosceret, qui iuncto cum Ludouico Bauaro armorum fœdere marchionatum Brandeburgensem, irruptione facta, cædibus fœdarant; episcopatum Vvladislamensem & alias fidelium terras ferro flammisque corruperant, stuprarant virgines, homines in seruitutem abduxerant; adeo vt ecclesiæ pastoribus destitutæ essent, diuinusque cultus exolesceret: sæuierat in ipsa templa eorum furor, calices, sacra ornamenta diripuerant, adeo vt a sacrilegis ipsum dominicum corpus in terram abiectum fuerit: vetuerant etiam clientibus, obiectis grauioribus pœnis, ne denarius S. Petri Romanæ ecclesiæ penderetur, vel sacerdotum decumæ persoluerentur, publicaq; acta a pontificijs nuntijs de tantis sceleribus confecta, atque intentatas censuras ludibrio habuerant. Cum itaque eorum ope Ludouici Bauari maior natu filius marchionatum Brandeburgensem sibi vendicasset, Pontifex Bremensi archiepiscopo pridie kal. februarias munus iniunxit g, vt eam ditionem ecclesiastico interdicto subijceret, omnesque religiosos viros, etiam pluribus in simili casu auctos priuilegijs, templorum & sacrorum vsu abstinere iuberet.

a An. 12. p. 1. ep. cur. 5
Archiep. Moguntinus a Lud. sequacib* impugnatus.
b To. 7. p. 1 ep. secr. pag. 91.
c Ead. p. pag. 92.
d Ib pag. 91
e Serar. hist Mog. l. 5. in Matth.
Intentatū Prussiæ crucifetis iudicium.
f To. 6. p. 3 ep. secr. pag. 174.
Grauia eorum scelera.
Marchia Brandeburg. a Ludouici filio occupata.
g Ead. p. 3. ep. secr. pag 165.
Sacrorum vsu priuata.

42 Hæc ad elidendam Ludouici potentiam agebat in Germania Pontifex, cum ille Romæ sacro ascensionis dominicæ die atrox facinus creato pseudopontifice adorsus est: obseruatque Nicolaus Minorita h, Ludouicum vt rite scelus perageret affirmasse, Cardinalium senatum hæreticum esse, qui cum Ioanne XXII. sentiret: proinde omnes archiepiscopos & episcopos, qui eius decreta excepere, hæresi maculatos; atque ita ad plebeculam & nonnullos minoris ordinis sacerdotes, quibus præerat Marsilius hæresiarcha (nam canonicorum collegia patriarchalium basilicarum aufugerant) redactam eligendi Pontificis potestatem. Ludouicus itaque e fæce illa dignum schismaticorum caput Petrum e Corbaria pseudominoritam, qui sacerdotium iam contaminarat, dum in coniugio inuita vxore illud susceperat, ad solium pontificale extulit i. Luget tantum facinus Aluarus Pelagius in libro de planctu ecclesiæ his verbis l: *Bauarus in imperio intrusus, olim dux Bauariæ, cum populo stulto & infideli & furioso, & clero phantastico Romano adulante sibi, in furia theutonica & in insipientia sua & vindicta dominum Papam Ioannem XXII. in cuius tempore scribo hunc librum, deposuerunt in Vrbe, & sibi substituerunt de facto pseudoreligiosum de ordine Minorum fratrem Petrum de Corbaria, quem cognoui in Vrbe verum hypocritam, cum conuentualis*

h Nic. Min. MS. bibl. Vat. sign. n. 4008. pag. 27.
Petrus Corbaria creatur antipapa.
i Mss. in Lud. Bau. Cort. hist. l. 3. c. 11.
l Alu. Pel. l. 1 c. 37.

affinxitq; Ludouico alia mendacia, vt ex eadē sententia non tantū Ioannes sed alij etiam Pontifices carperentur; veluti cum obijcit Ioannem *facere se adorari, pedesque sibi osculari* permittere: seruum seruorum Dei se dicere, & non seruire; a Franciscanorum Perusinis conuentibus simulachrorum cultorem declaratum. Hæc enim non extant in Ludouici sententia, quam ex schismaticorum libris, qui in Vaticana bibliotheca reconditi sunt, decerpsimus. Ex quibus patet quæ fides huiusmodi historico, monumenta publica adulteranti, & Lutherana deliria illi principi, cuius dignitatē se asserere videri vult, impingenti habenda sit. Quamuis autem superiora facinora Ludouicus postea damnauerit, eaque vindictæ cupidini ascripserit, fassusque sit non inscium se fuisse, quantum patrarot flagitium; prodijt tamen auctor recentior a qui traducendi Ioannis Pontificis & commendandi Ludouici partes arripuit. Sed in his refellendis immorari nobis non est animus; sufficit enim veritatem puram in luce collocare, & producere monumenta veterum: inter quos Bernardus Gido episcopus Lodouensis, quid de gestis Ludouici senserit, candide historiæ tradit b.

Calūnia ab eo impacta Frāciscanis.

Herwartus defensor Ludouici.

a Io. Georg Herw. in Lud. Bau. defensione

Dānatur a Bern. Lud. facinus.

b Ber. de Imp. Rom. M.S. bibl. Vat sign. n. 2043.

37 *Præfatus Ludouicus in ostentatione coronationis suæ, suggerentibus nefarijs hominibus mente & fide corruptis, contra sanctissimum patrem & dominum Ioannem Papam XXII. vniuersali & catholicæ ecclesiæ præsidentem, & vicarium domini Iesu Christi prorupit, ausu nefario sanctum polluens sacerdotium & pontificium S. Petri, dicens eundem sanctissimum Papam esse hæreticum, & non esse Papam Romanum, nec esse sibi a catholicis obediendum,* & infra, *& alia nefaria nonnulla inuexit, quæ pudor est dicere, & auditui sunt horrori. O insania capitis! O barbarica stultitia! O furor furens ad scindendam tunicam inconsutilem domini Iesu Christi, qui dicit bonum malum & malum bonum!*

Neque his contentus Ludouicus, cum illa quæ in lata a se sententia continebantur, perficere in Ioannem ipsum non posset, in pontificiam effigiem iras conuertit, quam ex stramine efformatam cæsareos administros exussisse ex Mussato c videbimus: cuius facinoris meminit S. Antoninus d, dum tradit, Ioannem a Bauaro flammarum supplicio damnatum. *Adeo*, inquit, *fuit temerarius & superbus dictus Ludouicus Bauarus, quod post falsam coronationem ausus fuit facere contra Papam Ioannem processum & contra Regem* Robertum, *tanquam hæreticos & Patarenos, cum multis derisionibus & contumelijs eos ad ignem condemnando: vnde omnes boni fideles abominati sunt eum, & multi clerici ex Vrbe recesserunt ne participarent cum illis schismaticis & excommunicatis.*

c Muss. in Lud. Bau.

d Ant. 3. p tit. 21. c. 6. §. 6.

38 Dum atrocibus adeo iniurijs Ludouicus pontificiam maiestatem labefactare nitebatur, Albertus Austriæ dux spe aliqua elatus, Pontificē Ludouici odio Fridericum illius æmulum ad imperium euecturum, missis oratoribus flagitauit, vt Fridericum ipsum Regem iam Romanorum designatum confirmaret; ac post promissa amplissimis verbis sua ecclesiæ studia, est pollicitus fratrem se ad omnes Pōtificis voluntates adducturū: cuius postulata cum nulla ratione niterentur, nec decretum electionis Friderici ad sedem Apostolicam transmissum esset, quod tamen antea, cum Australium Germanorum oratores idem vrgerent, expetitum fuerat; Pontifex rem iuste perfici non posse respondit e, obiecitque Friderico nunquam Apostolicam sedem de suæ electionis iuribus edocuisse; neq; iustitia, sed vi imperiale solium affectare. Pontificiarum literarum potiorem partem subijcio.

Albertus Austriæ dux poscit a Pōt. vt fratri imperiū cōfirmet.

e Vat. 6. p. 3. ep. secr. pag. 173.

Ioannes, &c. Alberto duci Austriæ.

Cuius [nimirum Friderici clerici oratoris] credentia hoc habuit in effectu, quod fratrem tuum præfatum in Regem Romanorum electum scribere, nominare, & approbare etiam dignaremur: & vt ad hoc inclinaremur facilius, obtulit te paratum pro eodem fratre tuo certitudinem & securitatem facere tibi possibilem, quod idem frater ad mandatum nostrum persistet, & omnia sua negotia secundum nostram voluntatem diriget & disponet. Profecto, fili, de supplicatione tam per te facta, quam per nuncium antedictum *.. & nonnulli ex fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, quos ad hoc duximus euocandos, admodum nec immerito fuimus admirati: quis enim vnquam prædecessorum nostrorum aliquem in Regem Romanorum electum in discordia Regem nominauit seu approbauit, nulla fide de electione huiusmodi facta? Proculdubio factum non legimus, nec vidimus, quod fieri potuerit iustitia non offensa. Scimus quidem, quod dum de intitulatione duorum electorum in Reges Romanorum controuersia incidisset, per sedem Apostolicam decretum extitit, deliberatione cum S. R. E. Cardinalibus præhabita diligenti, quod neuter illorum ante approbationē seu admissionem electionis suæ, per sedem eandem habitam, deberent intitulari tali nomine, seu etiam appellari. Tuam autem prudentiam credimus non latere, quod dictus germanus nec dictæ suæ electionis decretum nobis obtulit, nec de ea nos aliter informauit: quare aduertat tua prudentia, quomodo sine offensa iustitiæ possit tua prædicta supplicatio ad exauditionis gratiam introduci. Et vtinam, fili, præfatus germanus tuus per semitas iustitiæ ad tanti honoris apicem ascendere procurasset: sed nescimus quo seductus consilio, non iuribus sed viribus, non per iustitiæ semitas, quæ inter ipsum & eius coelectum esse debebat media; sed potentia potius tam ipse quam eius coelectus, ac congressibus bellicis decreuisse videntur, exortam inter eos dirimere quæstionem.

* nos

Respōdet Pont. decretum electionis sibi non oblatum.

Fridericū iura secta ri contēpsisse.

39 Quantum autem via prædicta Deo, a quo est omnis potestas, exosa fuerit & infesta quæ eorum vtrique, prosequendo viam huiusmodi, acciderunt; euidentius attente considerantibus manifestant; in tertiodecimo siquidem anno regni sui existere se describitur, quanta autem incommoda, quot strages corporum, lapsus rerum, animarumque pericula ex eorum congressibus bellicis, vt de incommodis ipsorum taceamus personalibus; fuerint subsecuta, rei euidentia clarius manifestat. Nec adhuc a via prædicta germanus tuus se videtur velle retrahere; sed per eandem ad imperiale ascendere solium; in Dei offensam, matrisque suæ S. R. E. præiudicium & rei publicæ detrimentum; obliuioni datis periculis varijs, quæ incurrit propterea, & quæ adhuc potest incurrere, & forsitan peiora. Hæc, fili, ad tuam germanique tui prædicti & aliorum suorum sequacium memoriam vtinam curares reducere, ac vt tanta vitareris discrimina prouide prouidere, &c. *Dat. Auin. IV. non. martij anno XII.*

40 Excluso itaque Friderico spe sua, cum sibi ad imperium iustitia viam non muniret, iura

vero

34 Cum vero contenderit Ludouicus, Ioannem infectum hæresi eo quod Christum ius rerum, quibus vsus est, habuisse sanxerit a, quod vocat, *perfectionem arctissimæ paupertatis in Christo penitus denegasse: ex quo consequeretur*, inquit, *Christum non fuisse perfectissimum viatorum*; facile refellitur. Christus enim, quamuis omnium rerum creatarum imperium (quod obtinuisse quoad ius, non quoad vsum, vt nobis præluceret exemplo, certum est) exercuisset, perfectissimus tamen omnium viatorum extitisset. In quo autem sita sit vera perfectio, Aniciensis episcopus his verbis grauissime demonstrat. b

Inepta hæreseos obiectio petita ex fraterculis. Diluitur. *a Ext. de verb. sign. Cum inter nonnullos.* *b Ext. in M.S bibl. Vat. sign. n. 3740. pag. 130.* Demonstratur contra fraterculos nõ sitam esse in egestate perfectionẽ.

Tam secundum philosophos, quam secundum theologos summa perfectio humana consistit in operatione optimæ potentiæ secundum optimum habitum respectu optimi obiecti, vt patet ex primo & decimo ethicorum: sed potentia optima hominis est intellectus & voluntatis: optimi autem habitus sunt illi, qui perficiunt prædictas potentias, optimum autem obiectum est Deus; & ideo summa perfectio hominis consistit in actu intellectus contemplantis Deum, & in actu voluntatis diligentis ipsum secundum habitus vtique actui congruentes: & secundum differentiam perfectionis dictorum statuum est differentia perfectionis personalis, propter quod cum in patria sit contemplatio clara & dilectio perfecta, excludens omne impedimentum ex parte creaturæ, quod in via esse non potest; idcirco summa perfectio personalis possibilis homini est in patria, de qua dicit Apostolus 1. Cor. XIII. Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est; cui perfectioni non potest æquari aliqua perfectio viæ, iuxta quem sensum dicit Christus Matth. XI. Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista, qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo. Ex quo manifeste apparet, quod perfectio personalis viæ non attingit ad perfectionem patriæ: perfectio enim viæ habet multas imperfectiones adiunctas, quæ euacuabuntur in patria.

35 *Nihilominus tamen perfectio Christianæ vitæ in præsenti consistit, vt dictum est, in habitibus virtutum & in earum actibus: maxime tamen consistit in habitu & actu charitatis, quæ in via præeminet cæteris virtutibus; vnde Apostolus 1. Cor. XII. enumeratis donis Dei, & officijs ecclesiasticis, subiungit: Adhuc excellentiorem vobis demonstro; & loquitur de charitate, de qua prosequitur in sequenti cap. & concludit: Maior autem horum est charitas; in eius enim duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ, vt dicit Christus Matth. XXII. c. & Apostolus* Rom. XIII. *Plenitudo legis est dilectio; propter quod Coloss. III. dicitur. Super omnia autem charitatem habentes, quæ est vinculum perfectionis. In ipsa igitur & eius actu potissime consistit perfectio personalis præsentis vitæ, quia ipsa virtutibus omnibus imperat, & ad finem suum ordinat. Patet ergo in quo consistit perfectio personæ, quæ sola reddit hominem perfectum & bonum, & sine qua nullus est perfectus aut bonus, etiamsi sit in statu perfecto, quia hæc est perfectio formalis et simplex; sicut sanitas animalis est sanitas formalis & simpliciter: propter quod sicut nihil dicitur sanũ nec animal, nisi in quo est adæquatio humorum, quæ est sanitas formaliter & essentialiter; sic nullus dicitur perfectus nisi ille, in quo sunt habitus & actus virtutum, & præcipue charitatis, quia in his consistit formaliter & essentialiter perfectio hominis tanquam eius sanitas spiritualis.* Hactenus episcopus Aniciensis. Quam doctrinam iam ante docuerat apostolica sanctione Ioannes Papa his verbis: *Perfectio vitæ Christianæ principaliter & essentialiter in charitate consistit, quæ ab Apostolo perfectionis vinculum dicitur, & quæ vnit seu iungit aliqualiter in via hominem suo fini, ad quam per contemptum honorum temporalium & ipsorum expropriationem via disponitur*; scilicet in statu naturæ lapsæ, veluti etiam per ieiunia & carnis macerationem ad perfectionem itur: & sicuti non colligitur Christum non fuisse perfectissimum viatorum, quod melle siluestri, & locustis, vt Ioannes Baptista, vitam non sustentarit; multo sane minus quod ius earum rerum, quibus vsus est, tenuerit; cum perfectius sit, vti iuste quam non iuste. Ob assertam ergo fidem orthodoxam & iustitiam propugnatam, non ob hæresim pontificatu exuere summum Pontificem Ludouico consultores hæretici suaserunt.

Charitas perfectionis est apex.

Comedẽs Christus perfectior ieiunante Baptista.

36 Quod ad aliud obiectum crimen spectat, de abrogato Ludouico augustali apice; electionem cæsaream abrogari a summo Pontifice certis in casibus posse, probat Augustinus a Triumphus, confirmatque b ratione & exemplo: ratio hoc syllogismo proponitur: *Omnis res, inquit, per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur, principium autem ipsius generationis Imperatoris planum est, quod est ipse Papa quantum ad eius electionem, siquidem ab eo septemuiri constituti; quare quod per hos fit, per Papam fieri censetur, item quantum ad coronationem & confirmationem. Ergo principium eius depositionis & corruptionis ipse Papa existit.* Rei vero in opus adductæ constant iuridica exempla recentiora in Othone IV. & Friderico II. quorum primus ab Innocentio III. alter ab Innocentio IV. exauctorati fuerunt. Iuris ordinem describit Paludanus c his verbis: *Ad officium Papæ spectat de quacunque mortali peccato corripere quemlibet Christianum, & si correctionem contempsit, per districtionem ecclesiasticam coercere, de iudicijs cap. Nouit. Quod si in excommunicatione perseueret, potest ipsum, vt dictum est, deponere, & subditos ab eius subiectione absoluere, sicut schismaticum, propter contumaciam & inobedientiam pertinacem: & ex hoc etiam, quia excommunicatus & legitimis actibus & officijs publicis non debet fungi, & schismatici dignitate & cingulo militiæ sunt nudandi, XXIV. q. I. Qui circa. XV. q. VI. c. penult.* Ob hanc iuris acerbitatem, a Ioanne districtam in Ludouicum, idem Ludouicus nimium vindictæ cupidini indulsit, dum hanc ab hæretico conceptam Pontificis proscriptionem promulgauit his verbis: *Sæpedictum Iacobum, omnis ecclesiastici ordinis prærogatiua nudatum, & officio ac beneficio ecclesiastico spoliatum, tenore præsentium subijcimus secularis nostrorum ministrorum arbitrio potestatis; ab omnibus feudatarijs & iustitiarijs nostri sacri imperij vbicumque deprehensum hæreticum animaduersione debita puniendum.* Indixit etiam persecutionem in eos omnes, qui Ioannem vt Christi vicarium colerent, idque ex Italorum ac Germanorum præsulum & principum consilio actum ostentare nisus est. Verum tantum abest vt Romani, Itali, Germaniq; assenserint flagitio, vt ob id Ludouicum proborum omnium odia contraxisse, Albertinus Mussatus d & Ioannes Villanus e testentur, ac secutæ mox rerum conuersiones idem aperte commonstrarint. Consignata est eiusmodi sententia XXVIII. die aprilis huius anni, quam Auentinus ex bibliotheca Bauarica erutam refert, non quidem suis conceptam verbis, sed quia non satis vehementer continere ipsi videbatur, impostoris more multa commentus est, affin-

a Aug. Triumph. de pot. eccl q. 40. ar. 2. *b Ead. q. art. 1.* Cæsar ex auctorari a Pont. potest.

Iuris ordo. *c Palud. M S. bib. Vat. signat. n. 4109. de eccl. pot. pag. 229.*

Indignũ Ludouici facinus.

d Muss. in Lud. Bau. *e Io. Vill. l. 10. c. 70.* Auentini perfidia in adulterãda Ludouici sẽtentia.

non est simile, quia Imperator non habet potestatem nisi temporalem, terrenam & mundanam quam populus, se ei subyciendo, potest ei dare: licet enim priuatorum consensus iudicem non faciat eum, qui nulli iurisdictioni praeest. C. de iurisdictione ord. iudic. le. Priuatorum; tamen populi consensus potest facere iudicem in temporalibus. Sed in spiritualibus nullorum hominum consensus facit iudicem illum, qui non est per quamcumque submissionem; vnde nulla submissione potest se quis subycere excommunicandum illi, qui aliter excommunicare non potest. Verum quia Papa vt Papa habet spiritualem potestatem, qualis non est in tota reliqua ecclesia, vt dictum est, ideo illam per nullam electionem solum acquirere potest.

Non habet a clero quamuis eo mediante.

Secundo arguitur per illud, quod dicitur. III. *q.* VI. *Dudum. vbi dicitur, quod sancti Apostoli successoresque eorum sanctam Romanam ecclesiam primatem omnium ecclesiarum esse voluerunt: ex quo videtur, cum Apostoli & eorum successores fuerint puri homines, quod a puris hominibus ecclesia Romana habuit principatum. Solutio sicut supradictum fuit de Petro, ita & hic de sua ecclesia dicendum est, quod a solo Deo primo & principaliter habuit principatum de iure; sed a concilijs & patribus volentibus voluntati Domini obedire, sicut debebant, de facto obtinuit principatum. Sed tertio obycitur contra hoc, & videtur, quod immo etiam principaliter a concilijs, consequenter autem a Domino approbante,* XVII. *di. Huic etiam sedi, scilicet ratione primi Apostoli Petri meritum, deinde secuta iussione Domini conciliorum reuerendorum auctoritas singularem in ecclesijs tradidit potestatem. Sed dicendum, quod licet in praeferendo Romanam ecclesiam alijs meritum Petri praecesserit Domini iussionem quantum ad hoc, quod Dominus in persona Petri ecclesiam fundauit, & ibi voluit esse primatum, vbi Petrus finaliter resideret; tamen Petrus fuit causa meritoria tantum, sed Christus effectiua, concilia vero sequentia causa executoria de facto tantum.*

Non a cōcilijs nisi secundario.

32 *Secunda conclusio principalis, scilicet quod Papa praeeminentiam & plenitudinem, quam habet in ecclesia, non habet ab homine, sed a Deo, probatur multipliciter. Primo sic: Successor Petri habet in tota ecclesia non ab homine, sed a Deo praeeminentiam super omnes & plenitudinem potestatis. Papa siue Pontifex Romanus est huiusmodi. Ergo &c. Maior patet, quia illa plenitudo & praeeminentia potestatis, quae fuit in Petro, transit ex dono Christi ad Petri legitimos successores: sicut enim Adam quadam dona habuit personalia, sicut omnem scientiam, quadam vero pro sua posterioritate in statu innocentiae, sicut originalem iustitiam; sic & Petrus quaedam dona a Christo habuit pro sua persona, sicut miracula, vt quod ad eius vmbram sanarentur infirmi, quadam vero pro successoribus suis in ecclesia, & haec sunt prima, sine quibus ecclesia non staret, sicut claues ligandi & soluendi, aliter portae inferi praeualerent aduersus eam: vnde hanc plenitudinem potestatis, per quam ecclesia resistit mundo & diabolo, Christus contulit Petro pro se & suis successoribus; vnde & vbi supra sicut Christus accepit a Patre ducatum & sceptrum ecclesiae gentium, ex Israel egredient, super omnem principatum & potestatem, & super quodcumque est, vt ei genu curuetur; sic & Petro & eius successoribus plenissime commisit. Item de renunc. c. Quando dicit Innocentius: Potestatem transferendi Pontifices ita sibi retinuit Dominus & magister, quod eam soli beato Petro vicario suo, & per ipsum successoribus suis praebuit & concessit. Minor patet, quia successor Petri in plenitudine & praeeminentia potestatis, siue papatu est solus episcopus* Romanus. Et infra.

Probatur habere a Deo.

Dona Petri alia personalia, alia in successores transmissa.

Item ista conclusio, scilicet quod potestas Papae sit a Deo, probatur auctoritate Cyrilli in lib. thesaur. qui tractat illud Matth. XVI. *Tu es Petrus & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam, dicens: Secundum autem hanc Domini promissionem ecclesia Apostolica Petri ab omni seductione et haeretica circumuentione immaculata manet super omnes primates ecclesiarum & populorum in suis Pontificibus in fide plenissimam, & auctoritate Petri. Item* XXI. *dist. c. Quamuis: Sancta Romana ecclesia catholica & apostolica nullis synodaticis constitutis caeteris ecclesijs praelata est, sed euangelica voce domini & saluatoris nostri Iesu Christi primatum obtinuit. Item* XXI. *d. Omnes: Non ergo qualibet terrena sententia, sed illud verbum, quo constitutum est caelum & terra, per quod denique omnia condita sunt, Romanam ecclesiam fundauit. Item sequenti cap. Sacrosancta Romana ecclesia & apostolica non ab Apostolis, sed ab ipso Domino & saluatore nostro primatum obtinuit. Item ib. Prima ergo sedes caelesti beneficio* Romana *ecclesia. Item ib. Haec vero Apostolica sedes caput & cardo, vt praefatum est, a Domino et non ab alio constituta est. Ad idem Constit. di.* I. *Basilicas, vbi dicitur sic in fine de ecclesia Romana: Vbi dominus ecclesiae totius posuit principatum.*

Auctoritates SS. Patrum, quod potestas papalis sit a Deo.

33 At propugnat ausa Ludouicus Bauarus Othonis, & aliquorum schismaticorum Caesarum exemplo: *Praedecessorum*, inquit, *nostrorum, videlicet Othonis primi, qui eum clero et populo Romano Vrbi et orbi prouidit, et aliorum quamplurimorum Imperatorum vestigijs inhaerere volentes.* Exempli huius, vtpote nefarij, imitationem confutat Aluarus a Pelagius his verbis: *Ad illud quod dicitur, quod Imperator potest Papam iudicare, si Papa reperiatur a fide deuius, quod non probatur nisi exemplo Othonis primi Regis Theutonicorum qui, vt fertur, cum clero & populo Romano Ioannem* XII. *deposuit a papatu; dico hoc falsum esse, quia Papa in haeresi etiam incorrigibilis iudicari non potest ab Imperatore, sicut de hoc satis dixi supra in* III. IIII. XII. *&* XXXI. *cap. Nec est trahendum ad consequentiam factum Othonis.* Et infra: *Non debemus autem attendere ad factum Othonis, quia non est exemplis, sed legibus iudicandum, c. de sententia Nemo. de hoc no.* XX. *di. De quibus; leges autem infinita sunt in contrarium, quod nunquam debet nedum Papa, sed nec aliquis clericus a seculari iudice condemnari, extra de iudi. At si clerici, & c. Decernimus &* XI. *q.* I. *quasi per totum & adde quod no. in prae. c.* III. IV. XII. *&* XXXI. Haec Aluarus.

Accersit a Bauaro fucus pro colorando facinore.

a Alu. Pel. de planct. eccl. l. 1. c. 37.

Confutatur Othonis exemplum.

At directe responderi potest ex historiarum monumentis b, Othonem pessimo exemplo Ioannem pellere pontificatu aggressum, & schisma conflasse, ac pseudosynodum illam, quae Ioanni Leonem subrogare voluit, peccasse grauissime: atque in eo quod contendit propter peccata auferri Pontificibus clauium potestatem, in errorem impegisse, ex quo sequeretur nullam in ecclesia iurisdictionis certitudinem esse, & omnis politicus ordo confunderetur. Siue ergo id Othonis vindictae, siue zelo sed non secundum scientiam ascribatur, non debuit in eo Ludouicus errantem illum imitari. At neque Otho, neque coacta ipsius imperio pseudosynodus praesumpserunt in Ioannem XII. ferre sententiam.

b Baron. Annal. to. 9. an. 963. n. 14. &c.

Cum

dicit enim ibi Innocentius inter alia: Aliud enim est in alijs Regibus, qui a suis Pontificibus inunguntur, extr. de sacra vnct. c. 1. a quibus pro temporalibus subiectionibus fidelitatis accipiunt iuramenta; facit XI. q. I. *placuit* I. & XXIII. q. VIII. §. *Ecce. aliud in Romano principe, qui Romano Pontifici, a quo imperij honorem & diadema consequitur, & fidelitatis & subiectionis vinculo astringitur, sicut antiquitas tradidit, & modernitas approbauit. Item aliud inquit Innocentius, est de reliquis Regibus, in quibus pro hereditaria successione suorum proueniunt iura regnorum: aliud de Imperatore Romano, qui per liberam Germaniæ principum electionem assumitur, in quos ius & potestas eligendi Regem, in Imperatorem a nobis postmodum promouendum, sicut ipsi non abnuunt sed fatentur, ab Apostolica sede peruenit, quæ olim a Græcis imperium transtulit in Germanos. De hoc extra de electione Venerabilem, & in præc. cap. Clem. Romani principes.* In quo vtique ceteris Regibus Cęsar inferior non erit, vt praui politici argumentari voluerunt. Sed semper fuit augustior, cum in Pontifice Christo se submittat, cui quo magis se submittunt Reges, eo sublimior illorum dignitas efflorescit. Subdit Aluarus: *Et licet de hoc ius antiquum non reperiatur expressum, longa consuetudine est hoc approbatum: de facto enim & consuetudine a trecentis & quinquaginta annis & amplius inuenimus Imperatores coronatos ab ecclesia, antequam imperij officium prosequantur; consuetudo autem loco iuris succedit cum ius deficit, di.* I. *Consuetudo. Consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege accipitur cum deficit lex, vbi de hoc etiam no. & extra de consue. cap. vlt.* Hæc Aluarus Pelagius, cui de gerenda a Cæsaribus in Pontificem obseruantia adiungere lubet insignem sententiam S. Bernardi [a] in epistola ad Conradum Imperatorem scribentis subiectum salubre monitum: *Legi, omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit; quam sententiam cupio vos, et omnibus modis moneo custodire, et in exhibenda reuerentia summæ et Apostolicæ sedi et beati Petri successori, sicut ipsam vobis vultis ab vniuerso seruari imperio.* Ex eo ergo, constat Pontificem non esse subditum Cæsari, nec futurum reum læsæ maiestatis.

Non ex inde ijs inferior, sed sublimior.

[a] Bern. ep. ad Conrad Imp.

Cæsar ita subiectum esse debet Pontifici, vt suos sibi vult subiectos.

30 Sed esto fuerint ea vera Pontificis crimina, quæ Ludouicus in suæ sententiæ formula cumulat de auersis Armenorum auxilijs, fœdato stragibus Brandeburgensi principatu, concussa bellis Italia, oppugnata dignitate cæsarea; non tamen ob hæc vel aliam criminum molem præter hæresim Pontifex gradu papali deturbari potest, nedum a Cæsare, sed ne quidem ab vniuersali ecclesia, vt docte probat subiectis verbis [b] Petrus Paludanus, de quo supra memoraui: *Dicendum, inquit, quod Papa in nullo casu, quandiu est Papa, propter quodcumque crimen potest nec a concilio, nec a tota ecclesia, nec a toto mundo deponi; non solum quia est superior, sed quia est a Deo, qui sibi Romani præsulis, quamdiu præsul est, iudicium reseruauit,* IX. q. III. *Aliorum. Sed quando labitur in hæresim, tunc eo ipso præcisus est ab ecclesia, et desinit esse caput, et tunc deponitur de facto, non de iure, quia qui non credit, iam iudicatus est: de iure scilicet hoc est ante iudicium, quia eo ipso quod est hæreticus, ab ecclesia est præcisus: non potest autem caput a corpore præcisum, quandiu est præcisum, caput esse illius corporis, a quo est præcisum; vnde Papa per hoc desinit esse caput corporis ecclesiæ, quod ab illo præciditur per hæresim ipso facto, secundum illud*

Ex hypothesi quod vera crimina Ioãni sint obiecta a Bauaro, damnari nõ potuit.

[b] Palud. de eccl. pot. M.S. bibl. Vat. signat. n. 4109 pag. 229.

Nec a synodo œcumenica, si non sit hæreticus.

deuteronomij XIV. *Non poteris alterius gentis hominem facere Regem. Vnde hæreticus non potest esse nec manere Papa, quia extra ecclesiam non potest habere claues ecclesiæ. Per peccatum autem est caput languidum, et non propter hoc desinit esse caput, nec potest a membris per consequens iudicari. Quia ergo Marcellinus Papa, qui idolatrauerat, non fuit iudicatus de facto, sed dictum est ei: Tu ipse iudica causam tuam, di.* XXI. *nunc autem, hoc est quia non erat hæreticus, quia a fide nunquam deuiauerat animo, sed metu tormentorum sacrificauerat idolis; potissime propter hoc, quia papatus, qui non est ab homine, non potest ab homine iudicari: vnde propter quodcumque crimen, quo Papa non desinit esse Papa, sicut est omne aliud præter hæresim proprie dictam, Papa ab homine iudicari non potest, sed reprehendi potest, sicut Paulus in faciem restitit Petro, quia reprehensibilis erat; ita quod in malis non est ei obediendum, sed resistendum.* Et intra: *Iste, qui habet superioritatem a Deo, non subiectus, nisi per hæresim a communitatis corpore diuidatur, semper manet communitate superior; vnde non potest ab ea aliquatenus iudicari: & ideo Papa solius Dei, qui solus superior eius est, iudicio reseruatur. Secunda ratio talis est: Potestas quæ excedit potestatem ecclesiæ, non est ab ecclesia, quia nemo dat alteri quod non habet. Sed potestas Papæ solius excedit potestatem totius residuæ ecclesiæ, quia in omnibus alijs ecclesijs a Romana est pars potestatis, in sola Romana id est in solo Papa est plenitudo potestatis,* XI. *di. Quare, vt dictum est. Ergo potestas non potest esse ab ecclesia.* Nonnullisq; interiectis hæc subijcit. *Quilibet in eo, in quo non est alicui subiectus, potest se alteri submittere, qui filij sunt leg. c. Per venerabilem, & ideo populus nulli subiectus potest sibi rectorem præficere, cui submittat se in humanis & ciuilibus: & sicut liber vendens se ad pretium participandum, se emptori subijciendo, facit eum dominum suum, sic populus se subijciendo voluntarie alicui, vt principi vel rectori facit eum principem suum, dans super se potestatem in ciuilibus & humanis, & ista potestas erit in illo virtute, in quantum potens erat se subijcere. Sed potestatem spiritualem non potest populus conferre; vnde nullo consensu populus potest sibi aliquem præficere in curatum, nec se alicui subijcere, vt curato, sic quod det ei potestatem se absoluendi in foro conscientiæ, cum illa potestas non sit nisi a Deo: ideo nulla consuetudine sola potest quis sibi eligere confessorem, de pœn. c.* II. *I. di. nec similiter potest sibi aliquem præficere in episcopum sic, quod ab eis habeat potestatem confirmandi & ordinandi, quod non est nisi a Deo. Ita similiter cum Papa in eo, quod Papa, habeat plenitudinem potestatis; ex quo potest aliquid, quod totus mundus non habet formaliter nec virtute, sicut quod potest dare indulgentiam plenissimam, quod potest restringere materiam sacramenti matrimonij, multiplicare ministerium confirmationis & ordinis & huiusmodi. Ista potestas, quæ non respicit humanum iudicium nec ciuile, non est in virtute populi eligentis.*

Rationes huius rei.

31 *Sed contra est, & videtur quod ecclesia Romana habeat primatum ab ordinatione vniuersalis ecclesiæ siue conciliorum tripliciter. Primo modo per simile de Imperatore, quia sicut Papa præest in spiritualibus, quæ sunt propria clero; sic Imperator in temporalibus, quæ sunt propria populo: vnde isti duo sunt quasi duo magna luminaria in mundo. Sed Imperator præest populo in temporalibus ab electione populi. Ergo Papa in spiritualibus ab electione cleri, all. di.* XCIII. *Legimus in medio, vbi dicit glossa, quod exercitus facit Imperatorem. Respondeo*

A quo habeat suam auctorit. Papa.

non

& ad suum finem operibus eius vtendo. Propter quod principes omnes temporales obedire debent ei, apud quem spiritualis potestas in summo residet, tanquam sūmo domino nostro Iesu Christo; extra de ma. & obe. Omnes principes; & ipsum sicut superiorem & sicut caput recognoscere, ipsumq; reuereri & honorare, atque ei subijci. Peruertere nisi sunt hunc ordinem Ludouici consultores impij, qui Christi vicarium in seruitutem redigi, ac veluti plebeium Germanum subijci voluerunt.

Obiectio de bello sacro indicto a Pōt. refellitur.

27 Præterea obiecit Bauarus velut immane facinus Ioanni Papę, indictum fuisse ab eo sacrum bellum tyrannis Gibellinis, & Christi fideles in illos sacris præmijs concitatos: quod asperiori verbo vocat, abusum gladio sanguinis, & indulgentias pro homicidiorum stipendijs contulisse. At iuste sacrum bellum a Pontifice non modo contra infideles, sed etiam improbos Christianos diuini humanique iuris euersores geri, demonstrat Augustinus Triumphus Eremitanæ S. Augustini familiæ religiosus vir hisce verbis a: Dicendum, inquit, *quod Christiani cum peccant, grauius puniendi sunt, quam pagani vel Iudæi; promittunt enim in baptismo diabolo & pompis eius renunciare, & ipsi Christo per fidem & charitatem incorporari: si ergo contingat aliquos Christianos diabolicis instigationibus sic superari & implicari, vt tunicam Christi inconsutilem velint scindere, & a capite ecclesiæ tyrannica violentia se subtrahere, tanquam mendaces effecti promissionis factæ in baptismo per crucem Christi compescendi sunt magis quam pagani vel Iudæi, quia vt dicitur* II. *Petri* II. *Melius erat eis viam veritatis non cognoscere, quam post agnitionem retrorsum reuerti ab eo sancto mandato, quod traditum est eis; & signanter dicit melius, quia minus malum est pati iniuriam ab extraneis, quam a familiaribus amicis, vt glo. dicit.* Ad argumentum aduersariorum contendentium, cruceatam militiam in Christianos cruce insignitos non effundendam, respondet idem Augustinus: *Non eijcitur*, inquit, *crucesignatus cruce in quantum est crucis Christi imitator, sed vt est vicarij Christi contemptor, & membrorum Christi persecutor: dicit enim Chrysostomus in homilia de laude crucis, quod crux Christi est consolatio pauperum, refrænatio diuitum, destructio superborum, tyrannorum pœna, triumphus contra dæmones, obsessorum murus, pater orphanorum, defensor viduarum.* Licet vero belli exitus fefellerit Pontificem, haud tamen consilium ex eo damnandum; sed diuina adoranda prouidentia, quæ etiam crucesignatos exercitus ab infidelibus deleri sæpius passa est.

a Aug. Triumph. de potest. eccl. q. 26. art. 5.

Noua nouæ quæstio a Lud. sua sent.

28 Ludouicus porro post detorta in alienum sensum aliqua diuina oracula, vt se pontificiæ auctoritati subducat, hanc cōclusionem elicit: *A Deo in ipsa electione iurisdictionem & potestatem in temporalibus nos soli recipimus, dum eo ipso quod sumus electi & confirmati, nulla prorsus confirmatione fienda per hominem indigemus.* Primum in his Ludouicus ab auitis legibus deflectit: Henricus enim, vt antiquiores prætermittam, Albertus, Rudolphus, cæterique Germani Cæsares, vt publica eorundem monumenta docent, etiam concordibus electi suffragijs, agnouere pontificia se indigere confirmatione, eamque nuncupato fidei sacramento poposcere. Præterea quamquam in ipsa electione a Deo cæsarea iurisdictio confertur, haud tamen negandum, quin medio Pontifice, qui sepremuiratum constituit, medijs principibus qui eligunt, medijs imperij ordinibus qui consentiunt, conferatur: quod ita illustrat Aluarus a.

Spectare ad Pont. confirmare Cæsarē ostēditur.

a Alu. Pel. de plan. ec. cl. l. 1. ar. 36

Ad illud c. XCVI. *di. Si Imperator, vbi dicitur, quod diuinitus Imperator consecutus est suam potestatem. & ad illud quod dicitur ibi in glo. argumentando, non ergo a Papa; respondeo quod hoc non sequitur ex textu, sed est fallacia consequentis: sicut non sequitur, Gentes diuinitus sunt consecutæ baptismum. Ergo non mediantibus Apostolis; similiter, Aaron & filij eius diuinitus consecuti sunt sacerdotium. Ergo non mediante Moyse, cum exod.* XXVIII. *dixerit Deus Moysi: Vestiet his omnibus Aaron fratrem tuum & filios eius cum eo, & cunctorū consecrabis manus, sanctificabisque illos, vt sacerdotio fungantur mihi. Et de hoc* XXI. *dist.* 55. I. *ibi: Qui ex præcepto Domini Aaron, etc. Sic quod Papa facit, Deus facit, extr. de translatione Quanto. ver. non enim. Et quod Imperator habet ab ecclesia, a Deo habet. Nunquid enim non habet approbationem sui iuris, consecrationem, vnctionem & diadema a Deo, ex quo habebat a Papa? vt præ. c. Romani principes de iureiur. Quis sapiens negaret hoc? Deus enim aliqua facit immediate, vt quæ creat; aliqua vero mediante creatura in exemplis positis supra, & in exodo frequenter dicitur: Locutus est Dominus ad Moysem; & intelligunt sancti per interpositam creaturam per angelum, & vtraque possunt dici diuinitus esse facta. Ad c.* IV. XXIII. *q.* IV. *quod dicit, potestates temporales a Deo fuisse concessas; verum est, quia omnis potestas siue imperialis siue alia a Deo est immediate & principaliter, ad Rom.* XIII. *in prin.* XXIII. *q.* I. *Quid culpatur; & mediate, quia potestas sub potestate est,* XI. *q.* III. *Qui resistit. quia miles a potestate recipit gladium* XXIII *q.* V. *Miles et Imperator ab ecclesia, vt supra plurimum est probatum.*

Imperiū esse a Deo non excluditur, quin medio Pōtifice.

29 Quod vero Ludouicus vt rite patrare facinus videatur, iactat sibi soli gladium diuinitus ad vindictam malefactorum traditum; auctoritatis suæ limites plus æquo amplificat, dum gladium vertit in Pontificem: etsi enim statuamus iustum Cæsarem fuisse, is certe tantum in subditos Germanos Italosue aliquos, non in alios puta Gallos, Anglos, Hispanos, Polonosue malefactores exercere potuit: multo minus in Pontificem, a quo gladij potestatem medijs electoribus acceperat, cuique fidem addicere sacramento tenebatur, quem Gallus, Hispanus, Boemus, Polonus, Anglus, Siculus, Vngarus, Danus, Norvvegus, Suecus, Cyprius, Rhodius, Armenus, vt patrem & dominum colebant; quemque etiam ipse Germanus Cæsar singulari alio titulo tanquam fidei sacramento obstringendus auito iure & exemplo pari obsequio complecti debebat. Producta iam sunt a nobis de ea re plurium Cæsarum monumenta; nunc quæ de his aduersus schismaticos scripsit Aluarus a, breuiter perstringemus: *Item*, inquit, *nulli dubium est, quod Imperator fidelis est ecclesiæ, & fidelitatem sibi iurat, sicut sæpe supradictum est,* LXIII. *di. Tibi domino, & extra de iureiurando, Romani principes Clem. Et inde est ratio quare facilius Papa contra ipsum procedit ad depositionem, quam contra alios Reges; & Papa sibi ensem porrigit, & ipsum coronat, & inungit tanquam defensorem principialem ecclesiæ & protectorem ecclesiasticæ libertatis. Et quod non administrat ante confirmationem Papæ, licet contra no. Inno. & Ostien. extr. de elect. Venerabilem, et supra dixi, apparet præcipue per quandam extrauagantem apologeticam domini Innocentij* IV. *qui deposuit Fredericum, quam per totum orbem misit;* dicit

Ludouici iactantia de dato sibi diuinitus gladio.

Eo in Pōt. etiam malefactorē non potuisse vti ostēditur.

a Eod. l. 1. c. 43.

Magis Pōtifici obnoxius quam sint cæteri Reges.

refrænet sensus, carnem maceret, immo & aliquando, vt in martyribus, morti objiciat; ita politicam potestatem coniunctam & subiectam spirituali inter Christianos, vt si politica aberret ab vltimo fine, a spirituali coercenda sit: imperare vero politicæ spiritualem probare pergit Aluarus.

Dirigenda vtque ad vltimũ finem.

Illa potestas principatur & imperat alteri potestati, ad cuius actum tanquam ad finem ordinatur actus alterius potestatis. Sed ad actus proprios potestatis spiritualis, qui sunt Deum colere in sacrificiis, quibus vult ab homine coli, & regenerare homines sacramentis eos ordinantibus ad vitam æternã, immediate ordinatur potestas temporalis siue imperialis & eius actio sicut ad finem, dicente Augustino v. de ciuitate Dei c. xxiv. Nec enim nos Christianos quosdã Imperatores ideo felices dicimus, quia vel diutius imperarunt, vel quia imperantes filios morte reliquerunt, & infra: *sed si iuste imperant, & potestatem suam ad Dei cultum maxime dilatandam ordinant. Vnde & Isidorus: Cognoscant principes seculi Deo se debere esse reddituros rationem propter ecclesiam, quam Christo tuendam suscipiunt, & c. xxiii. q. v. Principes. Igitur potestas spiritualis imperat temporali, & Papa Imperatori. Confirmatur etiam hoc, quia illa potestas, quæ immediatius & directius ordinatur ad finem simpliciter vltimum consequendum, est simpliciter sublimior illa, quæ non nisi mediante illa ordinatur ad consequendum illum; ita quod, sicut finis est sub fine, sic & potestas sub potestate xi. q. iii. Qui resistit. Sed potestas spiritualis immediate ac directe ordinatur ad finem simpliciter vltimum consequendum, scilicet vitam æternam, xcv. di. Esto ver. Recordemur. Potestas vero temporalis non nisi mediante spirituali, pro quanto scilicet ordinatur ad cultum Dei dilatandum & defendendum; vt per c. Principes, qui cultus est actus potestatis spiritualis. Ergo potestas spiritualis est simpliciter sublimior temporali.* Et infra.

Spiritualis potestas sublimior ostenditur.

Christus est Rex Regum & dominus dominantium. Igitur & Papa eius vicarius est & Rex. Hoc est etiam quod dicit Apostolus ad Ephes. 1. quod Deus omnia subiecit sub pedibus Christi, id est sub humanitate eius secundum glo. quia sicut pes est inferior pars corporis, ita humanitas est inferior natura in Christo, & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius: vbi gl. dicit, quod proprie dicitur caput ecclesiæ secundum humanitatem, secundum quod coniungitur ei natura & gratia. Sed Papa solus est eius vicarius, vt sæpe dictum est. Igitur ipse solus est caput ecclesiæ militantis, vel tenet capitis Christi locum, cui omnia membra ecclesiæ sunt subiecta vt Christo, qui fuit Rex & sacerdos. Ad hæc xix. di. Ita Dominus extr. lib. vi. de elect. Fundamenta: vnde & Petro vicario suo dixit Io. 1. Tu vocaberis Cephas, quod latine sonat caput, eo quod pro capite sit constitutus Apostolorum, vt dicit Papias xxi. dist. In nouo xxii. di. c. 1. Vnde & clerici qui sub nullius disciplina vel prouidentia episcopi viuunt, acephali vocantur, xcii. di. Nulla ratione.

Item apud illum residet regalis siue imperialis dignitatis plenitudo, cui de iure competit imperium transferre, quod est vni auferre & alteri conferre; ius & potestatem eligendi Imperatorem tribuere, electum examinare, inungere, consecrare, & per consequens approbare vel reprobare. Sed hæc omnia de iure competunt Papæ, vt dicitur extr. de elect. Venerabilem, & in Clem. de iureiur. Romani principes, & in Clem. de re iudicata Pastoralis cura, & extr. li. vi. de re iudi. Ad Apostolicæ; & de hoc supra dixi in xiii. c. ver. item tenet. Facit ad hoc quia Papa priuat etiam Reges regnis, & substituit alios, & absoluit fideles a fidelitate eorum, potest etiam non tantum ipse sed etiam quilibet episcopus, iusta nimirum de causa, ac ni prohibeantur ab Apostolica sede, *Reges & Imperatores excommunicare: ad hæc xv. q. iii. Alius & c. Nos iuratus extr. lib. vi. de sup. neg. li. præ. Grandi xcvi. di. duo. Item apud illum residet potestatis plenitudo, ad cuius iudicium referri debet omne arduum vel ambiguum vel difficile, tam in spiritualibus quã in temporalibus. Sed talis est Papa vt per c. Per venerabilem extr. q. fi. sint legi, &c. Item ille est simpliciter prælatus omnium & monarcha, ex cuius iudicio pendent omnes, & qui pro omnibus est redditurus in diuino iudicio seu examine rationem, hi enim sunt actus prælati. Sed Papa est huiusmodi, vt xcvi. di. Duo sunt, & ix. q. iii. Aliorum. Ergo, &c. Et si dicatur quod est monarcha in spiritualibus & non in temporalibus, non est verum, quia propter contemptum in spiritualibus Papa punit Imperatorem in temporalibus, lxiii. di. Adrianus.*

Sacrat imperatorem illique dat principium.

26 *Item ille est maior alio, qui ipsum iudicare, & a quo iudicari non potest. Sed Papa potest Imperatorem iudicare & omnem hominem, & a nemine iudicari, xl. di. Si Papa & ix. q. iii. Nemo. Ergo, &c. & de hoc supra dixi. Item luna a sole recipit luminis dignitatem; & Imperator luna a Papa sole culminis dignitatem, sic arguitur per c. Solitæ extr. de maior. & obed. Item Hugo de sacramentis lib. ii. part. 2. c. iv. dicit, quod quantum vita spiritualis dignior est quam terrena, & spiritus quam corpus, tantum spiritualis potestas terrenam potestatem siue secularem honore ac dignitate præcellit, nam spiritualis potestas terrenam potestatem & instituere habet vt sit, & iudicare habet, si bona non fuerit: ipsa vero a Deo instituta est primum, & cum declinat, a solo Deo iudicari potest, sicut scriptum est 1. Cor. 11. Spiritualis iudicat omnia, & ipse a nemine; & hoc declaratum est expresse in populo Israelitico, vbi primum a Deo sacerdotium institutum est; postea vero per sacerdotium, iubente Deo, regalis est potestas ordinata. Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur, Reg. viii. Dedit eis Regem Saulem.*

Eam iudicat.

Item Ambrosius ostendit in suis scriptis, quod aurum non tam pretiosius sit plumbo, quam regia potestate sit altior ordo sacerdotalis. Item idem: Sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari, si Regum fulgori compares & principum diademati, longe erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares: quippe cum videas Regum colla et principum submitti genibus sacerdotũ, & osculata eorum dextera, orationibus eorum credant se communiri. xcvi. di. duo sunt. Item Ioannes Papa: Imperatores Christiani subdere debent executiones suas ecclesiasticis præsulibus, nõ præferre, xcvi. di. Si imperator in fi. Dicendum est ergo, quod apud Papam resides vere & originaliter vtriusque potestatis & iurisdictionis plenitudo.

Vt vero illa temporalis potestas aliter in ipso quam in principe consistat, explicat inferius Aluarus a: *Præhabet,* inquit, *potestatem temporalem, non tamen secundum eundem modum, secundum quem habetur a principe temporali; sed modo digniori & perfectiori: non enim sic habet eam, vt exerceat eius opera immediate, nisi in aliquibus casibus, extra qui fi. sint leg. per venerabilem §. Rationibus; sed agit opera eius nobiliori modo, scilicet imperando & dirigendo, & ad*

a Eod. l. 1. c. 56.

Opera imperialia nobiliori modo exercet potestas spiritualis.

Romæ, quem habemus Petrum, petram refugij cum ipsi soli libera potestate loco Dei sit ius discernendi *episcopi criminatis infamia secundum claues a Domino sibi datas.* Ex his ergo patet ad Cardinales solos, non ad reliquum clerum Romanum eligendi Pontificis ius spectare.

* de

Alia Ludouici Bauari in Pont. sententia. a Exc. apud Nic. Min. sch. M.S. bibl. Vat. sign. n. 4008. pag. 25. etc. & in M.S. sched. Val bibl. Lata auctore hæresiarcha Marsilio. b Muss. in Lud. bau.

23 Porro a memorato edicto promulgato recurrente quinto die, suadente hæresiarcha Marsilio, Ludouicus capitali sententia a summum Christianorum antistitem damnauit; tantoque sceleri duas causas prætexuit, nimirum orthodoxum dogma a Ioanne assertum defensamque Christi gloriam, & ob id egregium facinus hæreticum illum esse vocitabat; alterum ob imperij in ambigua duorum Cæsarum electione administrationem veteri instituto susceptam, defensumque ius pontificium, ad quod spectabat eam controuersiam legibus dirimere; & hanc Ioannis constantiam, læsæ maiestatis crimen appellauit. Repleuit Marsilius b mendacijs, calumnijs, hæresibus, impietatisque fœdissimis notis hanc posteriorem Ludouici Bauari sententiam, cuius errores catholici doctores eius temporis confutarunt. Primum tanquam fundamentum statuit, vt se non fuisse iure cæsareo exauctoratum probet, scilicet imperium æque ac sacerdotium independenter & sine medio a Deo traxisse principium, vt nimirum sacerdotium diuina exerceat, imperium autem humanis præsideat. Sed maximum inter vtrumque inesse discrimen, illustrat his verbis Heruæus c, neque ea aque independentia.

c Heruær. de iurisd. eccl. M.S. bibl. Vat. signat. n. 4109 pag. 396.

Sciendum, inquit, *quod licet ita sit, quod omnis dominus & omnis præsidens, siue in temporalibus siue in spiritualibus, sit aliquo modo vicarius Christi, seu Dei; tamē non eodem modo principes temporales & Papa sunt vicarij Dei, quia principes temporales, qui acceptantur ad regimen populi ex ipsius consensu, non instituuntur vicarij Dei expresse & immediate, nisi aliqui Reges fuerint, qui reuelatione Dei expressa fuerint instituti: sed possunt dici instituti a Deo implicite & mediate, in quantum a Domino inditum est rationi humanæ, quod bonum est aliquam potestatem esse eminentem alijs, quæ possit compescere malos, qui scilicet nocent reipublicæ humanæ vt humana est, & possit conseruare pacem bonorum a molestijs talium: vnde sufficit, quantum ad hoc, potestas talis instituatur, per quam præsidens possit compescere molestias & conseruator esse boni humani in republica: nec ad potestatem talium pertinet ordinare populum ad gratum obsequium Dei, modo quo fides Christiana potuit, vel etiam quod attendat acceptationem diuinam, sicut fides nostra docet: propter quod quia coniectura ordinare de bono humano pertinet ad rationem & voluntatem humanam, ideo sufficit ad institutionem talis potestatis consensus humanus. Primus autem Papa, scilicet Petrus, in tali potestate & tali statu expresse institutus est a Domino, vt eius vicarius; ita quod eius prælatio & potestas est potestas, quæ est expresse & proprie loquendo potestas vicarij alterius, & hæc vicaria commissa est sibi expresse quando dictum est sibi: Pasce oues meas; vnde potestas Petri expresse est potestas vicarij expresse deputati a Christo super oues suas, &c. Patet minor, quia potestas Papæ, quæ succedit Petro non solum vt simplici episcopo, sed vt generali vicario Christi in tota vniuersali ecclesia, est potestas vicarij Christi proprie dicti: & per consequens patet consequentia, scilicet quod institutio potestatis papalis pertinet ad solum Christum, cuius est expresse vicarius, &c.*

Imperiū a Pont. pendere ostēditur. a Alu. Pel. de plan. eccl. l. 1. c. 13.

24 Falsum etiam est imperium inter fideles independenter a sacerdotio duxisse a Deo principium, quod Aluarus Pelagius episcopus Siluensis pluribus auctoritatibus confirmat a: *Sicut*, inquit, *vnus Christi sacerdos et Rex dominus omniū, sic vnus in terris & in omnibus vicarius generalis. Ad hoc Hier. 1. Ecce constitui te hodie super gentes & super regna, &c. Ieremias autem sacerdos fuit typus Papæ: sic argumentatur* Innocentius III. *extr. de maioritate & obedientia. Solitæ §. Nos autem, ibi: Vt alienum a suo demonstraret ouili, qui Petrum & successores ipsius magistros non cognosceret, & pastores; pastores autem accipiuntur a Christo pro dominis ouium, Io. x.* Et infra: *Quodcumque ligaueris super terram, &c. Matth. XVI. 1. Cor. XV. Hebr. 11. & dict. ca. Solitæ, nihil excipiens, qui dixit, Quodcumque, XXI. dist. Cleros, ibi: Antea autem Pontifices &* Reges *erant, &c. Psal.* XCVIII. *Et Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius. Item Samuel inuocator nominis Domini, licet non sacerdos, figurans Papam, populum Israel cunctis diebus suis iudicauit, & rexit Israel, 1. Regum VII. ad finem. Item Melchisedech sacerdos Dei altissimi Rex Salem, id est Ierusalem fuit gen. XIIII. vltra medium, quia typum Christi tenuit, Psal. CIX. Tu es sacerdos in æternum; & sic Papa vicarij Christi extr. de transl. Quarto item Moyses sacerdos, psal. XCVIII. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. XXII. di. c. 11. & no. XXII. di. §. 1. & LXVI. di. Porro; qui gerit personam Christi. de pen. di. III. Inter hæc. Et rexit in tota vita sua populum Israel. exod. VII. ibi: Ecce constitui te Deum Pharaonis; & Papa Deus est Imperatoris*, id est superior quod ad directionem attinet, quod alibi hisce argumentis confirmat idem Aluarus. b

b Eod. lib. c. 37.

Item omnis potestas, quæ in ecclesia est, a Deo est: Non est potestas nisi a Deo, Rom. XIII. *XI. q. III. Qui resistit, & Ioan. XIX. Non haberes in me potestatem vllam, nisi tibi datum esset desuper, facit XXIII. q. 1. Quod culpatur. Sed quæ a Deo sunt ordinata sunt, vt dicitur ibidem Rom. XIII.* Ergo *istæ duæ potestates spiritualis & temporalis, quæ sunt in ecclesia, ordinatæ sunt. Non autem essent ordinatæ, sed potius dissipatæ, si vna alteri minime subderetur, facit LXXXIX. dist. Ad hoc. Igitur vna alteri subiecta est. Sed non spiritualis temporali, vt XCVII. dist. Quis dubitet cum seq. Ergo temporalis spirituali tanquam digniori, XCVI. di. Duo sunt. Item omnis potestas dependens in esse ab alia sicut a totali causa est illi subiecta. Sed potestas temporalis est huiusmodi respectu spiritualis. Igitur est illi subiecta.* Et infra: *Item sicut videmus in maiori & minori mundo naturali, sic & in mundo mystico, id est in congregatione hominum, & maxime fidelium debemus arguere esse: Sed in maiori mundo naturali videmus, quod corpora inferiora regulantur & subijciuntur corporibus cælestibus; & corpora cælestia spiritibus, scilicet intelligentijs & motoribus: ita similiter & in minori mundo, id est in homine, corpus regulatur & subijcitur animæ naturaliter, & ab ea vitam recipit, ad hoc LXXXIX. di. ad hoc de pœn. di. 1. Resuscitatus sub §. Hoc idem secundum Aug. x. de ciuitate Dei c. VI. anima vtitur corpore sicut stimulo & instrumento. Igitur sic erit in mundo mystico, qui est vniuersalis ecclesia, quæ potestas temporalis regulabitur & subijcietur spirituali, & per consequens Imperator Papæ.*

Temporalis potestas obnoxia spirituali, vt ea dirigatur.

25 Vrget hoc argumentum Robertus Card. Bellarminus c in libro de Romano Pontifice, ostenditque vt coniunctæ carni ita præest spiritus, vt si actiones carnis fini spiritus officiant

c Bell. l. 5. de Rom. Pont. c. 6.

re-

repellit iudicem quam testem & de accu. Quam oporteat. Item Bauarus excommunicatus & hæreticus condemnatus dare sententiam non potuit contra Papam, extr. de re iud. Ad probandum, xxiv. q. 1. §. Sin autem. Cum si. Quomodo ergo miser iste Bauarus secularis & inferior, & tot dictis laqueis irretitus procedere potuit contra Papam contra illa omnia, c. xxi. di. §. In his omnibus, cum c. seq. vsque ad fi. di. Sed & concilium, vel potius conuenticulum, quod Roma super hoc fecit (tunc prope Romam eram per tres leucas in eremitorio montis Compatris, a persecutione & facie Bauari fugitiuus in terra Guelforum) acephalum liquet esse, vbi de tanta potestate, scilicet domini Papæ, agebatur, & maiorum non fuit expectata sententia, vt xxi. dist. Submittitur. Vere etiam potest dici in hac parte Bauarus bestia lapidanda, quia montem tetigit, ad Hebr. xii. exod. xix.

De Aluaro auctore, vt tum Roma fugerit.

20 Nec defuere qui Ludouici facinus in ipsa vrbe Romana, eius oppressa armis, publice reprehenderint intrepide: refert enim Ioannes Villanus a, Iacobum Columnam Stephani filium xxii. aprilis die in S. Marcelli area pontificiam sententiam aduersus Bauarum latam coram mille Romanis & eo amplius perlegisse, contestatum syndicum cleri Romani verum non extitisse, qui aduersus Ioannem Papam verba fecisset; ipsum enim abfuisse, & clerum, nimirum Lateranensis, Vaticanæ, ac S. Mariæ maioris basilicarum canonicos & alios præcipuos auctoritate clericos, ac viros religiosos Prædicatores & Minoritas, aliosque præpotentis hostis vim fuga declinasse; reliquos, qui cum Ludouico sentirent, anathematis nota innstos, neque Bauarum verum Imperatorem esse: deinde foribus S. Marcelli pontificiæ sententiæ membranis affixis, cum quatuor socijs præcipiti fuga Præneste se recepisse, admodum ex eo casu Vrbe commota, ac Ludouico fremente, tardiusque ad eum comprehendendum equites immittente. Subdit Villanus, collaudatam a Ioanne Iacobi constantiam, ipsumque creatum episcopum fuisse.

Bauarus palam in Vrbe reprehensus. a Io. Vill. l. 10. c. 71. Egregium Iacobi Columnæ facinus.

21 Insequenti a diuulgata Romæ a Iacobo sententia pontificia Ludouicus improborum consilio aliud facinus de redigendis in seruitutem futuris Pontificibus est molitus, statuens enim hanc Marsilij hæresim, Pontifices non a Christo sed ab Imperatore pontificium ius accipere, ita ipsos esse voluit legibus imperialibus obnoxios, vt si eas transgrederentur, omni pontificia auctoritate exuerentur, hancque sanctionem edidit b: *Summus Pontifex in vrbe Romana continuam residentiam facere teneatur, nec extra vrbem prædictam seu per duas vulgares diætas longe ab ipsa vrbe possit vllo modo absentare absque cleri & populi Romani petita licentia & obtenta; nihilominus in casu præmisso in vrbe præfata sede cum consistorio remanente. Si vero talis summus Pontifex contra præscriptam formam se absentare præsumpserit, & a clero populoque Romano tertio monitus infra terminum, eidem per dictum clerum & populum moderandum, ad vrbem Romanam non redierit celeriter, ibidem vt præmittitur continue moraturus, ipso iure pontificatus sui honore & dignitate præsentis constitutionis auctoritate volumus fore priuatum; decernentes ad alterius summi Pontificis electionem procedi debere, ac si per mortem ipsius naturalem de alio electionem fieri immineret. Data Romæ apud S. Petrum sub sigillo maiestatis nostræ anno Domini MCCCXXVIII. die XXIII. mensis april. indict. XI. regni nostri anno XIV. imperij vero I.*

b Ext. in M.S. sched. Vall. bibl. Impia lex.

At si Christus vicarium suum orbi dedit, non is vtique cæsarea, sed diuina tantum lege collatam a Deo auctoritatem amittet: ni forte Romanus Imperator Deum etiam sibi esse obnoxium contenderit, qui ad cæsareum imperium vires suas modo huic modo illi conferret. Voluit vtique Marsilius sceleris auctor Græcorum Imperatorum, qui patriarchas suos vt vilissima habebant mancipia, tyrannidem impietatemque instaurari in occidente; cum tamen id in summo Pontifice quam in patriarcha pertentare atrocioris sit flagitij. Meminit de superiori edicto contra supremam Pontificis auctoritatem conscripto Ioannes Villanus a illudque vt par est, damnat.

Plures ea errores inuoluit.

a Io. Vill. l. 10. c. 72.

22 Prodit se præterea illius edicti temeritas, dum Romanis eligendi Pontificis ius confert, cum illud nonnisi a sede Apostolica conferri possit. Ad quos autem id vere spectet, illustrat Petrus Paludanus b, qui primum de Pontificatu Antiochia Romam translato ita præloquitur: *Est, inquit, aduertendum, quod sedes Petri non dicitur prima, in qua sedit, sed vltima in qua finaliter resedit, legitime translatus. Petrus qui super vniuersalem ecclesiam sedit, a principio nullam determinatam sedem sibi appropriauit; sed sedem Ierosolymitanam Iacobo fratri Domini dimisit. Postea vero Antiochiæ primo sedit: sed & illam sedem reliquit Ignatio martyri discipulo S. Ioannis Euangelistæ. Postea vero Romam venit, & ibi sedem suam transtulit, & immobiliter illic resedit: vnde non Antiochia prima, sed Romana vltima debet dici sedes Petri. Verum qui in sede Romana legitime constituitur, successor Petri efficitur, & per consequens plenus & perfectus vicarius Christi. Aliud autem est de electione episcopi, aliud archiepiscopi, quia electio episcopi debet pertinere ad clericos omnes suæ diœcesis, vel ad maiores clericos, sicut ad ecclesiam cathedralem, quia præficitur solum diœcesi; sed archiepiscopus præficitur suæ diœcesi specialiter & toti prouinciæ communiter: qui autem omnes tangit, ab omnibus debet approbari; vnde, quantum est de primitiuo iure eligendi, non ad solam ecclesiam cathedralem, cuius specialiter interest sed ad suffraganeos, quibus præficitur, spectat electio archiepiscopi: & ita olim seruabatur: propter quod in electione B. Nicolai metropolitani Myrensis ecclesiæ conuenerunt episcopi suffraganei tanquam principales, ad quos solos electio pertineret, si archiepiscopus nullam sedem determinatam haberet. Sed quia difficile est semper suffraganeos conuocare, constitutum est de consensu omnium, ad quos spectat, quod ad solam ecclesiam spectat electio archiepiscopi, sicut & episcopi. Si ergo Petrus mortuus fuisset antequam Romæ sedem elegisset, ad primitiuam totam ecclesiam, vel eius consensu ad solos Apostolos quasi suffraganeos pertinuisset electio successoria Petri: sed postquam Romæ resedit, de iure communi & ad patriarchas ratione vniuersalis ecclesiæ, et ad clerum Romanum ratione appropriationis spectat electio, vt videtur. Sed quia difficile erat patriarchas conuocare, nec erat tutum simplicibus canonicis totum negotium committere, Papa loco patriarcharũ & canonicorũ Romanorum Cardinales instituit, qui Papam eligerent, concurrente tamen ad hoc consensu ecclesiæ generalis, sicut infra plenius ostendetur: vnde qui sic in Romanum Pontificem eligitur, est verus Petri successor, & Christi plenus vicarius; vnde dicit canon concilij Chalcedonensis: Si quis prædicatur infamis, liberam habeat licentiam appellandi ad beatissimum antiquæ*

b Pet. Pal. de potest. eccl. M.S. bibl. Vat. signat. n. 4109. Demonstratur Pontificem exemplo Petri sedē transferre posse.

Ad quos spectet ius eligēdi Pontificis

ecclesiæ extr. de elect. Venerabilem xcvi. di. *Si Imperator & c. In scripturis* xi. q. iii. *Sacerdotibus: tum quia Imperator gladium recipit ab ecclesia, vt supr. in principio istius operis probaui; sed qui gladium ab alio recipit, nõ illum, a quo recipit, percutit, aut iudicat cum eodem. Ad quod bene facit quod legitur & no.* xcvi. *ai. Si Imperator, ibi: Et contra illius beneficia pugnare videatur, a quo propriam consecutus est potestatem.*

18 *Facit etiam quod legitur & no. extra de na. ex li. ven. c. 1. optime quod legitur & no. extr. de postu. c. vlt. in glo. vlt. tum quia Papa non homo simpliciter, sed quasi Deus in terris est, psal.* lxxxi. *Ego dixi dij estis. extr. de transl. c.* ii. *& c. Quanto vt ecclesia bene c.* 1. *Sed homo Deum non dijudicat, Sed e contra,* xi. iii. *aliorum. tum quia Moyses & Iosue & Samuel, qui typum tenent Papæ, sicut rectores populi generales iudicant populum exod. & Iosue quasi per totum,* 1. Regum vii. *non e contra: tum quia Papa non est de foro Imperatoris, nec ratione papatus, quem non tenet ab imperio, sed a Deo, Ioan. vlt.* xx *. dist. In nouo, nec ratione alicuius rei terrenæ, quam ab Imperatore teneat: nam etsi Imperator donationem fecit ecclesiæ de multis temporalibus.* xcvi. *dist.* Constantinus; *ipsam tamen donationem liberam fecit, nec fecit eum feudatarium suum, aut emphyteotam, aut vassallum,* lxiii. *di. Ego* Ludouicus xvi. *q.* 1. *§. Nouarum & l. placet* xxiii. *q. vlt. §. Quamuis l. scimus: quæ donatio valida & perpetua est, vt no. præ. c. Ego Ludouicus. Si ergo Papa non est de foro eius, iudicari non potest per eum, vt extra de foro compe. per totum &* xi. *q.* 1. *In primis & extra de re iu. c. Pastoralis in Clemen. ff. de iuris. omn. iudi. l. vlt. extr. de off. le. Nouit. extr. de consti. vt animarum §. fin. lib.* vi. *tum postremo, quia nedum non super Papam christum Domini, sed nec super aliquem clerum potestas aut iurisdictio datur cuicumque laico, quia sunt clericis inferiores laici & eis infesti, vt* ii. *q.* vii. *in primis* xxii. *c. Vsque ad §. Ex his extr. de accus. Cum p. extr. de consti. Ecclesia sancta Maria extr. de re eccl. non ali. Cum laicis* xcvi. *di. Bene quidem* xi. *q.* 1. *In primis* xxv. *c. vsque ad §. Cum ergo: tum quia hoc quod iuris erat de facto & sancta consuetudine & debita reuerentia hoc omnes Reges & Romani principes seruauerunt,* xi. *q.* 1. *Sacerdotibus* xcvi. *di. In scripturis* xvii. *di. §. Tunc est.*

19 At si Imperator iustus reum Pontificem iudicare non potest, multo minus designatus Rex discordibus suffragijs, pontificiaque sententia exauctoratus, propugnator aduersæ factionis ex dolo politico & apertus hostis iustum Pontificem fidei assertorem iure damnare potuit, vt aduersus Ludouicum Bauarum idem Aluarus argumentatur his verbis: *Quod autem Bauarus in imperio intrusus, olim dux Bauariæ cum populo stulto & infideli & furioso, & clero phantastico Romano, adulante sibi, in furia Theutonica & insipientia sua & vindicta dominum Papam Ioannem XXII. in cuius tempore scribo hunc librum, deposuerunt in Vrbe.* Et infra: *Hoc minus etiam est ad consequentiam deducendum, quia nedum Imperator non est, sed intrusus in imperio & tyrannus & lupus rapax, deuorans nedum oues ecclesiæ obedientes sanctæ ecclesiæ matri suæ a dextris stantes, Io. x. sed etiam hœdos putidos & olidos secundum glo. Matth.* xxv. *stantes a sinistris, fauentes sibi, alios degeneres & infrunitos,* xcvi. *di. In scripturis; & hostis ecclesiæ manifeste,* xcii. *di. Si inimicus, & ab ea iusto iudicio reprobatus extr. lib.* vi. *Fundamenta §. Quid plura; & ab eodem Papa Ioanne de hæresi sententialiter condemnatus. Qualem ergo sententiam dare potuit in imperio intrusus contra Papam catholicum, cui tota ecclesia, sicut tenetur, obedit & tenet eum pro Papa, non auditum, non confessum, non conuictum, non rei euidentia hæreticum? contra illud* xxi. *di. Nunc autem,* ix. *q.* iii. *Nemo* ii. *q.* 1. *Nos in quemquam cum. v. c. seq. extr. de cohab. cle. & mu. vestra & c. vltim. extr. in Clem. de re iudicata Pastoralis cum multis si. quæ enim ab intrusis fiunt non tenent, vt legitur & no. de cons. di.* 1.

Hic ergo quomodo potuit, quia non potuit, iste Bauarus dominum Papam Ioannem accusare, cum sibi non obediat? iii. *q.* iiii. *Alieni. ibi: Aut Apostolicæ sedis iussionibus inobedientem suscipere non debemus, supple in accusationem. Item quia infamis, quia iussa Apostolicæ sedis libenter transgreditur: caus. e. & q. ca. Si quis. Item Bauarus contra Papam conspirator cum suis Gibellinis fuit, non dico de omnibus.. Ergo Papam accusare non potuit, c. causa & q. Conspiratores. Item excommunicatus multis excommunicationibus Papam accusare non potuit caus. ead. Nullus & c. Omnes. Item Bauarus Papæ insidiator & detractor ab accusatione sua repellitur caus. c. & q. Clericus qui & c. Detractores. Item Bauarus sacrilegus propter multorum clericorum & religiosorum captionem, & multarum ecclesiarum & monasteriorum inuasionem,* xii. *q.* 1. *Nulli c. Qui abstulerit, c. De viro* xvii. *q.* iv. *Sacrilegium c. Omnes raptoris c. Qui rapit c. Si quis suadente & quasi per totum. Vide hic de Bauaro vsque ad vers. seq. qui incipit, Ad hæc etiam. &* xxvi. *q.* iv. *Quid ergo extr. lib.* vi. *de re iudi. Ad Apostolica. Ne dum non Papam, sed nec alium accusare potest,* iii. *q.* iv. *Nulli vnquam & q. v. Constituimus.*

Item Bauarus, ecclesiæ & domini Papæ publicus hostis & inimicus capitalis, Papam accusare non potuit, nec in eum sententiam ferre, etiam si alias iudex suus fuisset, iii. *q. v. Accusatores, &c.* Et infra: *Item iste Bauarus armauit se contra Papam ad literam & secundum glo. conuiciando, vel diffamando eum. Ergo contra eum vel contra quemlibet episcopum admitti non debet in aliquo ad hoc.* iii. *q. Omnes: Omnes, qui aduersus patres armantur, vt patrum inuasores infames esse censemus;* Et infra: *Quoniam iubent canonica decreta patrum, vt accusatio vel testimonium eorum, qui odio quolibet persequuntur, vel qui inimici aut suspecti habentur, nullo modo recipiantur idem. vi. q.* 1. *Sacerdotes. Quod autem contra eum sententiam ferre non potuit inimicus, patet.* iii. *q. v. Quod suspecti vbi de hoc; vnde dicitur ibi, quod suspecti & inimici iudices esse non debent, vt ipsa ratio dictat, & plurimis probatur exemplis: nam quid gratius & amabilius dare quis inimico potest, quam si ei ad impetendum commiserit quem lædere forte voluerit?* Et infra: *Vbi Athanasius a suo patriarcha canonice condemnatus, quia proclamauit, quod inimicus esset, a synodo Chalcedonensi recipere suam ecclesiam iudicatur.* Et infra: *Quæro, inquit, iudicium, quod prætendunt, vbinam possit agitari? an apud ipsos, vt ijdem & inimici sint & testes & rei iudices? Quod si in iudicio, vbi ijdem sunt inimici qui iudices, nec humana committi debent iudicia, quanto magis diuina, id est ecclesiastica, quis sapiens & non intelligat?* Et infra: *Nam quodammodo naturale est suspectorum iudicum insidias declinare, & inimicorum iudicium velle refugere, &c. De istis inimicis legitur & no. extr. de off. del. Insinuante, vbi etiam no. quod minor inimicitia re-*

Cælestis potestas terrenæ non est obnoxia.

Obstabãt multa in Bauaro, vt iure id posset agere.

Vt defuerit ipsi auctoritas.

Suspecta erant eius odia.

Professus erat palàm ceſse Pontificis hostem.

mores ſpectant eſſentialiter, & de ijs quæ accidentario pertinent: quæ eſſentialiter ſpectant, inconcuſſa eſſe nunquam Ioannes in ſua cõſtitutione negauit. De his vero, quæ ſpectant accidentario ad mores; qualia erant ad Franciſcanorum diſciplinam ſpectantia, late ediſſerit, varijſque Pontificum exemplis & prædeceſſorum & conciliorum œcumenicorum decreta conuelli poſſe demonſtrat: atque in refellenda minori propoſitione argumenti aduerſariorum inſiſtit, nimirum decreta prædeceſſorum circa regulam Minorum, vel eius elogia non fuiſſe decreta fidei, in quo tota aduerſariorum delirantium vis effundebatur. Ex his patet Ludouicum ex conſilio improborum has fraterculorum fæces mouiſſe, & paucorum apoſtatarum partes politico facinore ſuſcepiſſe.

16 His ergo de cauſis Bauarus, falſo contendens Ioannem hæreticum eſſe, repetendæ ab eo vltionis dolore elatus, hanc ſententiam protulit a:

a Ext. apud Nicol. Min. M.S. bibl. Vat. sign. n. 4008. pag. 80.

Bauarus, ſupponẽs falſo Pontificem hæreticũ, eum damnat.

Denuntiamus & declaramus, pronuntiamus & publicamus præfatum Iacobum de Caturco, ex quo, vt dictum eſt, contra fidem catholicam publice aſſeruit & ſtatuit prædicta, & ea manifeſte & notorie promulgauit & publicauit, & pertinaciter pro viribus defenſauit, fuiſſe & eſſe cenſendum hæreticum notorium, & manifeſtum excommunicatum ab omnibus catholicis euitandum, & quia de facto ſe gerit pro Papa: ipſum priuamus & deponimus, ſiue priuatum & depoſitum nuntiamus, & omnes ſententias & proceſſus, omniaque per ipſum auctoritate papali ſiue pontificali a dicto tempore citra facta & geſta, nullos & nulla fuiſſe, nulliuſque roboris & firmitatis exiſtere. His Bauarus Marſilij & Ianduni hæreſiarcharum ſequacem ſe oſtendit, dum Romanum Pontificem exauctorare pertentatum ſubijcit.

Inſuper vniuerſis, & ſingulis ſub noſtro imperio degentibus, cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, aut conditionis exiſtant, diſtricte præcipimus & mandamus, quatenus nullus dictum Iacobum de Caturco hæreticum, excommunicatum, & omni dignitate, poteſtate, & auctoritate priuatum, de cætero habeat, reputet, ſiue teneat ſicut Papam, nec eidem pareat ſiue obediat tanquam Papæ, nec in hoc præſtet ſibi auxilium, conſilium, vel fauorem, publice vel occulte; nec eius proceſſus aut ſententias, præcepta vel interdicta, a dicto tempore citra prolata, præſumat obſeruare, nec eidem tanquam Papæ & eius nuncijs obedire. Quicumque autem contrafacere præſumpſerit vel venire, cum omnibus feudis, quæ ab imperio tenet, ac omnibus gratijs, priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus, a nobis vel prædeceſſoribus noſtris eidem conceſſis, priuamus: ad quas pœnas, omnes contrafacientes poſt menſẽ a publicatione præſentiũ quoad Italicos, & poſt duos menſes quoad alios noſtro ſubiectos imperio, aſtringi volumus et arctari. In quorum omnium teſtimoniũ atque fidem præſentem proceſſum conſcribi mandauimus, & noſtræ imperialis maieſtatis bulla aurea ſignoque noſtro imperiali ſolito iuſſimus communiri. Dat. & actum in vrbe Roma in platea publica extra eccleſiam S. Petri, præſentibus clero & populo Romano, ac multis alijs principibus, tam eccleſiaſticis quam ſecularibus, epiſcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, & baronibus, ibidem nobis aſſiſtentibus, XVIII. die menſis aprilis anno Domini milleſimo trecenteſimo XXVIII. indictione XI. regni noſtri anno XIIII. imperij vero primo.

17 Ingemuiſſe ob tantum facinus bonos omnes, refert Ioannes Villanus a: norant enim Pontificem orthodoxi dogmatis aſſertorem, ac Ludouicum, fraterculorum faſcinatum delirijs, illi calumniam hæreſeos impingere, fallaceſque eſſe eius argutias, quas ab impijs doctoribus hauſerat. Ad quas refellendas non immorabimur, cum Pontificis commentarium, quo huiuſmodi argumenta confutantur, allaturi ſimus b, idque dumtaxat addemus ex Aluaro Pelagio c eius temporis ſcriptore, ſtatuta falſa hypotheſi, Pontificem fuiſſe hæreſeos rite accuſatum, haud tamen ad Ludouicum eius cauſæ cognitionem pertinuiſſe: *Synodus etiam vniuerſalis*, inquit Aluarus, *in eum, corrigibilem præſertim, iuriſdictionem non habet, nec in eum ſententiam depoſitionis profert etiam in hæreſi; ſed dicit ei: Ore tuo iudica cauſam tuam, vt per c. In tantum XXI. di. Nunc autem ibi: Et dicit ei, ſcilicet Papæ, ſynodus vniuerſalis: Noli audiri in noſtro iudicio, ſed collige in ſinu tuo cauſam tuam; rurſus: Quoniam ex te, inquiunt, iuſtificaberis, aut ex ore tuo condemnaberis; & infr. ib. Et in arbitrio præfati Pontificis tribuit iudicare iudicium ſuum. Facit eadem di. In tantum, ibi: Quia ponens in cælum os ſuum, lingua eius tranſeunte ſuper terram, excommunicationem in S. Leonem Papam dictauit. & XVII. §. Hic etiam, ibi: Nec antedictæ ſedis antiſtitem, id eſt, Papam minorum ſubiacuiſſe iudicio; & ibi: Epiſcopi vero in ſynodo præſidentes, congregata auctoritate Symmachi, quod eſt notandum, quod etiam in cauſa, quæ agitur contra Papam, ipſe ſynodum congregabit, dixerunt: Symmachus Papa ſedis Apoſtolicæ præſul ab huiuſmodi oppoſitionibus impetitus, quantum ad homines reſpicit, ſit immunis & liber: ſed cauſam eius totam Dei iudicio reſeruamus, & per c. Nemo IX. q. III. ibi: Neque ab omni clero; vbi de hoc notatur, quod concilium non poteſt Papam iudicare: no. etiam Oſtien. extr. de conc. eſſ. præb. Propoſuit, quod ſi totus mundus ſentiret in aliquo negotio contra Papam, quod ſententiæ Papæ ſtandum eſſet, quod verum intellige, niſi eſſet cauſa fidei.*

a Io. Vill. l. 10. c. 70.

b An. Chr. 1329. n. 22 &c.

c Aluar. Pelag. de planctu eccleſ. l. 1. c. 6.

Temeritas Bauari in damnando Pontifice oſtenditur.

Pontificis cauſa Deo reſeruata.

At contra ſenſit cum Ioanne XXII. vniuerſus orbis Chriſtianus in controuerſia de paupertate Chriſti, exceptis paucis apoſtatis religioſorum ordinum; quocirca eiuſmodi Fraticellorum hæreſis in ipſo præfocata fomite orbem non peruaſit. Licet autem vniuerſa eccleſia in aduerſam ſententiam contra Ioannem inclinaſſet; peccaſſe tamen grauiſſime Ludouicum in ferenda aduerſus eum ſententia oſtendit Aluarus d, cum Romanus Cæſar in ſummum Pontificem etiam ſontem nullam auctoritatem obtineat: *Quod Papa*, inquit, *vel eccleſia, vel clericus quilibet ab Imperatore iudicari non valeat, ſed e contra, tum quia Papa a Deo, non ab homine iuriſdictionem recipit, & ab eo ſolo iudicandus eſt, IX. q. III. a §. Solo vſque ad fi. q. tum quia Imperator inferior XCVI. di. Si Imperator & c. Cum ad verum, extr. de mai. & obe. Solitæ, XXI. di. Inferior;* & infra, *tum quia Imperator filius eſt eccleſiæ & non pater XCVI. di. Si Imperator: pater vero filium corrigit, non contra; vnde & lex erubeſcit filios eſſe correctores patrum in aut. de nupt. §. Si vero, XXIII. q. IV. Diſplicet. verſ. voluntas, XIII. XLV. §. Salomon, XCVI. di. Quis dubitat; tum quia Imperator imperium tenet ab eccleſia ſicut vaſſallus fidelis, LXIII. di. Tibi domino extr. in Clem. de iuretur. Romani principis: ſed vaſſalli reſpondent ſub iudicio domini, non econtra extr. de iudi. Cæterum. Facit quod no. de foro compe. Verum, glo. fin. & quod legitur & no. XXII. q. V. De forma; tum quia Imperator aduocatus eſt & defenſor eccle-*

Sentiebat cum Ioanne vniuerſa eccleſia.

d Id. Alu. Pel. eod. l. 1. c. 68.

Non ſpectat ad Cæſarem in reum Põtificem ferre ſententiam.

Varia quę id probãt argumẽta

nem per viam salutauerit is, si alia essent sub praecepto, & istud fuisset sub praecepto, quod non videtur: satis enim videtur esse durum dicere, quod Apostoli, discipuli & apostolici viri mortaliter peccassent, si aliquem in via salutassent, vt dictum fit per sapientem eccl. XII. Erubescite a salutantibus de silentio; quare patet, quod non fuit praeceptum sed documentum. Praeterea quia omnia illa, de quibus Matth. x. fit mentio, Christus & Apostoli alicubi in scriptura leguntur habuisse, quod tamen non habuissent, si fuisset praeceptum ipsos nunquam habuisse. Quod enim primo dicitur: Nolite possidere aurum; certum est, quod Matth. II. dicitur, quod Magi obtulerunt Domino aurum, thus, & myrrham: illud autem aurum non potuit fuisse alterius quantum ad dominium, quam ipsius Christi, vt deductum fuit supra. Item cum subiungitur: Neque argentum, neque pecuniam; certum est quod loculos Christus & Apostoli habebant, in quibus pecunia conseruabatur etiam pro necessitatibus ipsorum, vt dictum fuit supra. Item actuum IV. ipsi recipiebant pretia agrorum venditorum, pretium autem rei venditae communiter est pecunia; quare, &c. Item cum subiungitur: Non peram in via; certum est, quod Lucae XXII. dicit eis Iesus: Quando misi vos sine sacculo & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit nobis? at illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed & nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram, & qui non habet, vendat tunicam suam & emat gladium. Ex quibus verbis patet, quod Christus supponebat aliquos de Apostolis habere sacculum & peram. Item cum subiungitur: Neque duas tunicas; certum est, quod Christus habuit duas vel plures: constat enim in multis locis euangelij, vt patet Matth. XXVII. & Luc. XXIII. & clarius Ioannis XIX. Et infra: *Quare patet, quod omnia, quae ibi videntur eis fuisse interdicta, alibi leguntur habuisse. Patet ergo, quod non fuit praeceptum sed documentum. Praeterea si hoc fuisset praeceptum, Paulus viros apostolicos ista portare non praecepisset; cuius tamen oppositum apparet ad Titum III.* Et infra: *Quare patet, quod nomen praecepti frequenter sumitur pro documento, & sic accepit Marcus, cum dixit: Praecepit eis, ne quid tollerent, &c. Vnde sciendum, quod multa de abiectione temporalium, & parentum & aliorum amicorum carnalium ponuntur in euangelio, quae magis sunt intelligenda quantum ad praeponendum Dominum talibus secundum animi praeparationem, quam quantum ad abijciendum praedicta secundum effectum exteriorem, cum enim dicitur Lucae XIV. Siquis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus; istud non est accipiendum, quod tales quantum ad naturam odiantur, cum praecipiamur Matth. V. diligere inimicos; sed secundum Ambrosium sic intelligendum est, vt a Domino parentum amore non desistamus, ita scilicet quod praeponamus Deum amori carnali parentum; vnde super illo verbo Marci X. Nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, &c. dicit Theophil. sic: Non innuit, vt parentes relinquamus, non adiuuantes eos, nec vt ab vxoribus separemur; sed nos instruit praeferre honorem Dei secularibus rebus. Et ita etiam cum dicitur Matth. X. Nolite possidere aurum, &c. non sic accipiendum est, quasi Dominus interdixerit Apostolis simpliciter & vniuersaliter habere quodcumque ius in rebus temporalibus; sed hoc ideo dixit quando misit eos ad praedicandum, vt absoluti*

Et exemplo Christi.

Et Apostolorum.

Praeceptū pro documento interdum accipitur.

A simili confirmatur ex interpretatione alio rum textuum.

ab omni cura temporalium, ne praedicatio impediretur, scirent ea eis deberi ab illis, quibus praedicabant: vnde videtur mihi secundum expositionem sanctorum ibidem, quod Christus hoc eis interdixit non propter hoc, vt interdiceret eis habere aliquod ius in rebus temporalibus, sed propter alias causas. Primo vt ostenderet alimenta eis deberi ab ijs, quibus praedicabant, & hanc causam reddit Hieronymus super illo verbo, dicens quod quodammodo nudos & expeditos Apostolos ad praedicandum miserat, & dura videbatur esse conditio magistrorum: sed seueritatem praecepti sequenti sententia temperauit, dicens: Dignus est operarius cibo suo; quasi diceret: Tantum accipite, quantum vobis in victu & vestitu necessarium est. Recenset docte plures alias causas, quas praetermittimus. Idem etiam recte obseruat, licet statuatur, ea verba, *Nolite possidere aurum*, praeceptiua fuisse eo nempe loco & tempore; male tamen a particulari ad vniuersalem inferri. Quod etiam perpendit Guido a episcopus Elnensis aduersus pseudoapostolicos, qui in eo errore Vvaldensium deliria erant secuti.

a Guido sum. de haeres. c. 10 de haeret.

Superior obiectio petita a Vvaldensibus.

15 Septimo Ludouicus, vocauit in crimen haereseos Pontificem, quod de clauibus ecclesiae male sentiret: *In dicto*, inquit, *suo haereticali statuto, Quia quorundam, in dubium reuocat siue negat clauem scientiae ecclesiae catholicae fore clauem.* Recte id a Ioanne contra pseudominoritas, vt suo loco dictum est, negatum fuerat: ad decernendum enim fidei articulum non scientia tantummodo, qua interdum doctores praecellunt Pontificibus, desideratur; sed etiam auctoritas decernendi ex promisso Spiritus sancti singulari praesidio; ex quo fit, vt caeteri praestantissimi scientia doctores vel sanctitate conspicui, assertionem fidei condere non possint: Certe in formula b fidei Graecis, Armenis, alijsque ad ecclesiam accessuris propositum est: *Romanus Pontifex*, & infra, *si quae de fide subortae fuerint quaestiones, suo debet iudicio definire.* Quare huius auctoritatis defectu perperam Michael, Ochamus, Vbertinus Casalis, & alij pseudominoritae, qui Ludouicum Bauarum male docuerunt, quantumuis scientiae fastu turgerent in dirimenda fidei controuersia clauim apostolicam inuaserunt.

Septima obiectio de clauis definitione.

Ad definiendum fidei articulum scientia non sufficit.

b Ext. in annal. to. 14. ann. Chr. 1267 n. 75. & to. 15. ann. 1318. n. 11

Octauo deniq; insignē calumniam a pseudominoritis illatam Pontifici ira incitatus repetit: *Ipse*, inquit, *in dicto statuto, Quia quorumdam, etiam dogmatizat, quod summus Pontifex in ijs, quae ad fidem & mores pertinent, potest suorum praedecessorum definitiones & dicta reuocare, & eius contrarium statuere, quod decernitur in eisdem.* Prima obiectionis pars, nimirum affirmasse Ioannem, decreta fidei a praedecessore edita rescindi posse, ex lectione constitutionis refellitur: conspicuū enim est, rescindi non posse: de quo cum lis non esset maior propositione argumenti ab aduersarijs facti scholastico more silentio praeterita est. Illustratur vero a pontificiae illius constitutionis defensore c gemina ratione, tum quia veritas veritati contraria esse non potest; tum quia principalis decernens extitit Spiritus sanctus, eiusque minister fuerit Pontifex, atque adeo contra Spiritum sanctum, cuius instinctu decretum fidei editum, tendere non licet; alioquin quateretur fidei fundamentum iuxta illud Augustini; *Ego euangelio non crederem, nisi ecclesiae me commoueret auctoritas*; ea vero interiret auctoritas, si decretum fidei rescindi posset. Quod vero ad secundam partem obiectionis a Ludouico factae spectat; distinguendum est de ijs, quae ad mo-

Octaua obiectio mera est calumnia a pseudomin. ficta.

Refellitur

c M.S. bib. Vat. sign. n. 4869. pag. 21. 2. 2

rebus vſu conſumptibilibus non poteſt quis vti, quia iis vti non contingit ſed abuti. Sed ad fidem non ſpectat hæc quæſtio, vt propterea Ioanni, ſi in argutijs legalibus diſtinguendis erraſſet, impingenda hæreſeos calumnia non fuerit. At nullatenus lapſus eſt Pontifex, ac varias in eadem conſtitutione vocis vti & alterius abuti ſignificationes docte explicuit, oſtenditque abuti interdum ſumi pro iniuſto rei vſu, interdum pro rei conſumptione licet iuſta, ita enim dixit propheta: *Abutere eis*; id eſt conſume eos. Ex hoc vero aſpergendæ Pontifici calumniæ hæreſeos nulla arripi occaſio prudenter potuit; vt nec cudendæ tertiæ obiectionis, in qua aduerſus eandem conſtitutionem opponit, dixiſſe Ioannem, non pertinere ad perfectionem, vt Minoritæ careant iure ac dominio rerum, quibus vtuntur; ac dominium, quod Pontifices prædeceſſores de rebus ad Minoritas ſpectantibus tenuere, ænigmaticum extitiſſe, cum nullum ex illo temporarium commodum capere ſperarent. Sed quam recte id pronuntiatum a Pontifice fuerit, ex eiuſdem conſtitutionibus memoratis adeo perſpicuum eſt, vt mirum ſit tantum principem aliquorum pſeudoreligioſorum nugis & quiſquilijs ſe implicuiſſe.

Recte explanatam eam vocé demonſtratur.

Tertia obiectio de carentia iuris in fraterculorum quiſquilias negata.

13 Quarto perſtringit hæreſeos Pontificem Ludouicus ob decretum fidei, quo ſancitum eſt, Chriſtum & Apoſtolos in ijs, quibus eos vſos fuiſſe ſcriptura teſtatur, ius habuiſſe in cõmuni vel ſpeciali. Illud autem non oppugnandum fuiſſe a catholico principe, ſed religioſe colendum conſtat, cum Romanus Pontifex, ferens vti eccleſiæ princeps in controuerſo fidei dogmate iudiciariam ſententiam, errare non poſſit, teſtante Chriſto a: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*; idque alio oraculo confirmante b: *Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos*. Quæ quidem de firmitate ſedis Apoſtolicæ intelligenda ſancti patres docuerunt.

Quarta obiectio Decretũ fidei accuſatur erroris.

Pontificẽ in edendo fidei decreto errare non poſſe probatur.

a Matth. 16. Ex Chriſti oraculis. b Luc. 22. Ex Patrũ interpretatione.

Quinto obiecit Ludouicus, docuiſſe Ioannem, actum vtendi in rebus temporalibus in Chriſto & Apoſtolis non potuiſſe eſſe iuſtum abſque iure vtendi, *ciuili & mundano, contentioſo & litigioſo*, addidit Ludouicus verbis Pontificis: nam præcipuum Ioannis telum, quo hæretici confoſſi fuerunt, hoc fuit, rerum vſum in Chriſto & Apoſtolis fuiſſe iuſtum, ergo non ſine iure, & blaſphemum eſſe iniuſtum vſum ipſis affingere: de iure autem ciuili & mundano, contentioſo & litigioſo non aliud dixit, quam ius ciuile ſiue contentioſum non eſſe iniuſte, ſed iuſte inductum, & a perfectis etiam ius coram iudice ſuo repoſci poſſe: quamquam maximæ interdum ſit perfectionis, ne ſerenitas animæ turbetur, vel ob altiorem finem, iniuriam ferre.

Quinta obiectio vana de diſtinctione iuris ciuilis.

14 Sexto vertit crimini, Ioannem in conſtitutione, *Quia quorundam*, reuocaſſe in dubium, num ea Chriſti verba: *Nolite poſſidere aurum & argentum, nec pecuniam in zonis veſtris, &c.* præceptiua fuerint. Sed hęc deliria pſeudominoritarum, iactantium præceptum Apoſtolis, ne vnquam pecuniam attrectarent; refellit docte pontificiæ cõſtitutionis defenſor academicus Auenionẽſis: c *Secundum*, inquit, *Auguſtinum in lib. de opere monachorum, & in libro de mendac. cap. xx11. & in libro contra Adamantium diſcipulum Manichæi cap. xx. hoc non fuit præceptum, ſed documentum vtile pro illo tempore; vnde in prædicto libro de mendacio & prædicto cap. dicit Auguſtinus ſic: Dictum eſt Apoſtolis, vt nihil ſecum portantes in via, de euangelio viuerent & quodam loco Dominus aſſignauit cum hoc dixit, cum ſubiunxit Marci x. Dignus eſt operarius mercede ſua; vbi ſatis oſtendit Dominus permiſſum hoc eſſe, non iuſſum, vt in opere prædicationis verbi, cum aliquis ab eis, quibus prædicaret, in vſus huiuſmodi vitæ ſumeret aliquid, illicitum facere non arbitretur, cum laudabilius non fieri in* Apoſtolo Paulo *monſtratum eſt, qui cum diceret: Communicet autem qui catechizatur verbo ei, qui ſe catechizat in omnibus bonis, & in multis locis illud ſalubriter fieri ab eis qui verbum Dei prædicarent oſtenderet: ſed tamen vnquam non ſum vſus hac poteſtate. Poteſtatem ergo dedit Dominus, cum iſta diceret, non imperio conſtrinxit.* Hoc *Auguſtinus. Et in dicto libro contra Adamantium cap. xx. dicit ſic: Ne dominus Ieſus Chriſtus impijs hominibus contra ſua præcepta feciſſe videatur, qui etiam loculos habuit, quibus ad victum neceſſarium pecunia portabatur; non iuſſa iſta, ſed permiſſa ex hoc intelligitur, quod Apoſtolus Paulus manibus ſuis operatus victum quærebat, non vſus hac poteſtate, quam* Dominus *viris euangelicis, ſicut ipſe dicit, dedit. Et in libro de opere monachorum dicit: Non apparet hæc eſſe illa iuſſa, ſed permiſſa, vt quiſque vellet vti, ea vteretur, quod ſcilicet liceret ex* Domini *conſtitutione. Si quis autem vti nollet, non contra iuſſa faceret, ſed de ſuo iure diſcederet, miſericordius & laborioſius conuerſatus in euangelio, in quo & debitam mercedem nollet accipere: alioquin etiam contra iuſſum* Domini *fecit* Paulus*, qui poſtea quam oſtendit ſibi licere, ſtatim ſubiecit:* Sed *non ſum vſus hac poteſtate. Et infra dicit idem Auguſtinus: Acceperant diſcipuli hanc poteſtatem, ordinante* Domino*, vt qui euangelium nunciarent, de euangelio viuerent, eo dicente: Dignus eſt operarius cibo ſuo; qua poteſtate* Paulus*, aliqua erogans, vti noluit. Liberum ergo eſt vti & non vti hac poteſtate. Et idem etiam dicit Auguſtinus de conſenſu euangeliſtarum, & fuit auctoritas poſita ſupra. Ex quo patet intentio Auguſtini, quod illud non fuit præceptum ſeu iuſſum, ſed pro illo tempore vtile documentum; & ratio Auguſtini eſt iſta: Verba iſta, nolite portare, &c. & quod reciperet ſumptus ab ijs, quibus prædicabat, dicta ſunt ſub eodem textu verborum. Sed illud non fuit præceptũ, ſed permiſſum, & conceſſũ, quod patet quia tunc Apoſtolus Paulus in non recipiendo peccaſſet, & non ſupererogaſſet, quod eſt falſum. Ergo nec primum fuit præceptum ſed documentum. Præterea hoc fuit dictum Apoſtolis in quantum erant prælati, & in quantum eis ſuccedunt epiſcopi, quod patet quia vt ſic eis debentur neceſſaria, admittenda ab illis, quibus prædicabant vel prædicant, & ius recipiendi habent. Item quia hoc dictum fuit eis quando mittebantur ad prædicandum, prædicare autem competit prælatis ex officio; religioſi autem, non niſi ex voluntaria commiſſione Domini Papæ, vel aliorum prælatorum. Item quia ex hoc accipitur forma & inſtitutio prælatorum in eccleſia, ſicut dicit Beda in glo. Luc. x. Sed nullus diceret, quod epiſcopi, cum vadunt ad prædicandum, peccarent mortaliter, ſi haberent aliqua in communi; immo hoc eſſet damnare non ſolum ſtatum prælatorum præſentium, immo & ſanctiſſimos epiſcopos, ſicut Auguſtinum, Ambroſium, Hilarium, & ſic de alijs, qui in communi bona eccleſiæ poſſederunt, & pro ſe & alijs laudabiliter diſpenſauerunt; immo etiam adauctis multis poſſeſſionibus ampliarunt. Ergo non fuit præceptum, ſed documentum. Præterea cum ſub eodem textu verborum dictum ſit Luc. x. Neminem*

Sexta de interpretatione textus, Nolite poſſidere.

c M.S. bib. Vat. ſign. n. 4669. pag. 73.

Interpretatio pontificia a SS. patribus petita oſtẽditur.

Teſtimonium Auguſtini

Aliud.

SS. patrũ exemplis & operib⁹ idem illuſtratur.

ſti, Petri ſcilicet e Corbaria, euaderet, atque ad illius profanationem præcipuam operam correpti ſacrilegio in rebus ſacris vicariæ præfecturæ occaſione impenderet. Euomuerat iam ante eam blaſphemiam a, Romanum Pontificem non ſuam a Chriſto domino, ſed Romanorum Imperatorem auctoritatem accipere, huiuſque iuris eſſe Pontifices ad arbitrium creare vel gradu pellere.

a Io. Var. bull. pag. 67.

Edictum a Ludou. latum.

Ludouicus itaque eius hæreſeos lenocinio ab aſſentatoribus hæreticis delibutus, cum decimoquarto aprilis die purpura & imperialibus ornamentis decorus ad porticum baſilicæ S. Petri in ſolio conſediſſet, mortis ſententiam b tuliſſet in hæreticos, qui diuinam & imperialem maieſtatem læſiſſent, vtque a quolibet iudice etiam non rogato, nec ſeruata in flagranti delicto iudiciorum forma, poſſent damnari, ſanxiſſet c; vt tabelliones publica acta annis imperij ſui conſignarent; denique perduellibus bonorum mulctam inflixiſſet fraudulento aduerſus Pontificem & catholicos ſæuiendi conſilio: die lunæ inſequenti d Chriſti vicarium damnare hæreſeos, ac dignitate pontificia exuere temere eſt aggreſſus.

b Ext. apud Nicol. Minor. M. S. bib. Vat ſignat. n. 4008. pag. 24.
c Io. Vill. l. 10. c. 69. Muſſ. in Lud. Bau.
d Vill. eod. lib. c. 70. Muſſ. ibid.

Fert in Pontificē ſententiā.

Extat illa Ludouici ſententia e apud Nicolaum pſeudominoritā, qui illum a cleri & populi Romani ſyndicis, atque a Minoritis ad id facinus concitatum narrat: *Videns*, inquit auctor ſchiſmaticus, *prædictus Imperator, quod præfatus dominus Ioannes Papa ſupradictus tria ſtatuta* f, *nimirum, Ad conditorem, Cum inter nonnullos, Quia quorumdam) ediderat & publicæ promulgauerat, & pertinaciter defendebat*. Et infra: *Inductus ſupplicationibus & inſtantijs plurimis ſyndicorum cleri & populi Romani, atque fratrum Minorum, plenam ad hoc cleri & populi auctoritatem habentium & liberam poteſtatem, prout apparuit ex oblatis tunc dicto Imperatori ſyndicatus eorum publicis inſtrumentis; memoratum dominum Ioannem Papam XXII. in hæreſi publice deprehenſum, per ſententiam definitiuam ſolemniter depoſuit de papatu cuius ſententiæ tenor talis eſt, &c.* Hæc Nicolaus ad ſchiſmatis commendationem.

e Nic. Min. M. S. bibl. Vat. ſign. n. 4008. pag. 80.
f Extr. inter extrauag. de verb. ſign.

Verum hoſce ſyndicos cleri Romani, partis nimirum infectæ (potiorem aufugiſſe vidimus, idque etiam Aluarus Pelagius, qui vna cum pijs abijt, teſtatur g) fuiſſe Marſilium & Iandunum hæreſiarchas conſtat h, pariterque Sciarram Columnium, & alios, qui populi Romani nomen auctoritatemque corripuere. Quod vero Nicolaus in tanta re de ſyndicis Minorum meminit, ſatis facinoris horrorem detegit. Cur non enim tot aliorum ordinum religioſorum ſyndici exciti? Cur non collegij Cardinalium? Cur non patriarcharum, non archiepiſcoporum, non epiſcoporum, non abbatum, aliorumue præſulum cœtus vocati? Cur non rogati tot regum, principum, populorum, eccleſiarum, & academiarum oratores? ſiquidem tanta res omnes tangebat. Denique Ludouicus, qui iam ante a Pontificis ſententia ad ſynodum œcumenicam prouocauerat, quomodo illius exauctorationem ſine eadem ſynodo moliri auſus eſt? Si enim ipſum exauctorare potuiſſet, a Ioannis ſententia, non ad concilium, ſed ad Cæſareum faſtum prouocare debuiſſet: ſed lædendi Pontificis libido id facinus ſuaſit, Marſilio hæreſiarcha & Vbertino Caſali apoſtata conſultoribus, quos edicta illa impia compoſuiſſe, Albertinus Muſſatus refert i. Prior quidē ſententia cum Fraticellorum erroribus referta ſit, Vbertini

g Alu. Pel. de planctu eccl. l. 1. c. 36.
h To. 6. p. 3 ep. ſecr. pag. 110.

Ab hæreſiarchis & pſeudominoritis in id facinus impellitur

i Muſſ. in Lud. Bau.

Caſalis deliria ſtylumque redolet, prolixiorque ea eſt, quam vt a nobis repetenda ſit, ne in immenſam molem confutatio aſſurgat: præcipua itaque illius capita perſtringemus.

12 Obijcit primum Pontificem affirmaſſe in conſtitutione, *Ad Conditorem*, Minoritas non eſſe ſimplices vſuarios, & vſum iuris vel facti a rei dominio in conſumptibilibus non ſeparari: At controuerſia hæc ad fidem nō ſpectat, ſed ad quæſtionum legalium argutias; recte vero id pronuntiatum a Ioanne fuiſſe, probat huius temporis doctor: *Prima*, inquit, a *concluſio eſt, quod vſus licitus non poteſt ſeparari a iure vtendi, & hanc concluſionem probo & auctoritatibus & rationibus. Primo, auctoritate domini noſtri, qui hoc manifeſtiſſime probat in conſtitutione, Ad conditorem, & in illa, Cum inter nonnullos, & in iſta, quam habemus præ manibus. Secundo probo auctoritate Auguſtini ad Macedonium, & eſt in decretis XIV. q. IV. c. Quid dicam, de vſuris, vbi dicitur ſic: Hoc certe alienum non eſt, quod iure poſſidetur; hoc autem iure, quod iuſte; & hoc iuſte, quod bene. Tunc arguo: Hoc iure quod iuſte poſſidetur. Hoc iuſte quod bene. Tunc a primo ad vltimum quod bene poſſidetur, iuſte poſſidetur. Tertio probo auctoritate Iſidori, & ponitur extra de verb. ſign. c. Ius dictum eſt a iure poſſidendi; iure autem poſſidetur, quod iuſte, hoc autem iuſte, quod bene; arguo ſicut prius. Quarto auctoritate eiuſdem Iſidori v. etymol. & eſt in decretis di. 1. c. Ius generale, vbi dicitur ſic: Ius autem dictum eſt, eo quod iuſtum eſt. Ex qua auctoritate arguo ſic: Omnis actus iuſtus eſt iuris, quia ius dictum eſt, eo quod iuſtum. Iterum quia impoſſibile eſt adhibere rationem iuſti ſine omni ratione iuris. Sed omnis actus licitus eſt iuſtus. Ergo omnis actus licitus eſt iuris. Vſus autem quidam actus eſt. Ergo omnis vſus licitus eſt cum iure vtendi. Quod autem omnis actus licitus ſit iuſtus, patet quia omnis actus deliberatus hominis aut eſt iuſtus aut iniuſtus. Sed certum eſt quod licitus non eſt iniuſtus. Ergo omnis actus licitus eſt iuſtus. Confirmatur quia omnis actus iuſtus *. Ergo omnis licitus eſt iuſtus. Et iſtam rationem tangit dominus noſter in conſtitutione, Cum inter nonnullos; dicit enim ſic, quod dicere quod Chriſtus & Apoſtoli in rebus, quibus vtuntur, non habuerunt niſi ſimplicem vſum facti, conuincit actus eorum fuiſſe non iuſtos, quia negatio in ſubiecto apto nato infert priuationem ſicut non viſio in oculo infert cæcitatem, & non auditio in aure ſurditatem: actus autem hominis eſt ſuſceptibilis iuſti & iniuſti, quia, &c.* Plura addit in eam ſententiam, quæ breuitatis ſtudio prætermittimus.

Obiectio prima Bauar. in Pont.

a M. S. Vat. ſignat. n. 4869. pag. 31.

Ad fidem non ſpectat.

Probatur recte affirmatum a Pont. vſū iuris a dominio in re conſūptib. non ſeparari.

Non fore aliter iuſtum.

* eſt licitus.

At ſubdit Ludouicus, Petrum ſociorū nomine dixiſſe: *Ecce nos reliquimus omnia*; ex quo multis verborum ambagibus deducit, ipſos ius etiam rerum conſumptibilium reliquiſſe: vocem enim, *omnia*, nihil quod relinqui poſſit excipere. At mox mendacium ſe prodit: vt enim vſus rerum relictus non fuit, ita nec ius vtendi relictum; alterum namque ad vitæ ſuſtentationem, alterum ad iuſtitiam virtutemque ſpectat; ſanctique patres, qui Spiritu ſancto colluſtrati ea Petri verba explanarunt, de iure conſumendi relicto ab Apoſtolis altum tenuere ſilentium: neque in eo ſancti perfectionem euangelicam, ſed in ſectando Chriſto & rerum caducarum exuenda ſolicitudine nimia, collocarunt. Qua de re, tum de vero illius ſententiæ ſenſu antea abunde dictū eſt.

Inepta interpretatio ſacri textus ſūpta ex fraterculis.

Pergit Ludouicus: *Secundus error, qui in dicto ſtatuto, Ad conditorem, continetur eſt quod* re-

Secunda obiectio de explanatione grammaticali vocis abutens.

Italiam ; & per indeuotorum loca progrediens, Vrbem pollutis gressibus introiuit, serenitatem eiusdem Vrbis suæ prauæ contagione præsentiæ, quod dolenter referimus, maculando ; cuius accessus & ingressus in dictam Vrbem sicut eius sequacibus est odor mortis in mortem, sic vobis propter laudabilem vestram constantiam, & claram & commendabilem obedientiam, quam erga Deum dictamque Romanam ecclesiam & nos fortibus & robustis animis ostendistis, est odor vitæ in vitam : cum ex hoc maximæ laudis præconio magnæq; commendationis titulo apud homines fulgeatis, vestraque sinceritas fidei vbique non indigne laudis præconijs commendetur ; ita quod propterea, licet vos semper gesserimus in præcordijs charitatis, specialem beneuolentiam vendicastis. Quantæ enim commendationis laude reddidistis vos dignos, quod non obstante malitia temporis impacati ; quinimo spreto populari tumultu, & applausibus laicorum multorum, communionem eiusdem viri pestiferi declinastis hactenus, & etiam declinatis ; ac interdictum, cui propter præsentiam eiusdem hæretici Vrbs ipsa, quod non absque ingenti dolore referimus, subiacere dignoscitur, velut prædilecti filij benedictionis & gratiæ studuistis & studetis inuiolabiliter obseruare : super quibus, Deo ac nobis & Apostolicæ sedi cunctisque fidelibus gratis admodum & acceptis, circumspectionis vestræ prudentiam dilectionis plenitudine prosequentes, eam plurimum laudandam duximus & commendandam.

Romano clero ob declinatā eius communionem plaudit.

Ideoque vniuersitatem vestram rogamus attentius & hortamur, quatenus in laudabilibus cœptis vestris constantissime persistatis (sperantes in Domino & potentia virtutis eius dexteræ, quod eiusdem viri nequissimi, se aduersus Dei potentiam & scientiam extollentis, fidei catholicæ puritatem & statum reipublicæ peruertere satagentis, suorumque sequacium cornua elata confringet) eiusque violentiæ, quantum decet leuitas ministros Altissimi, in verbo virtutis potenter & viriliter resistatis, scituri quod deuotio & constantia vestra, quam super his ostendistis & ostenditis pro communione sedis eiusdem, sic indelebiliter est & erit impressa, quod suo loco & tempore eius gratitudinem realiter cognoscetis. Nos enim super ijs taliter prouidere Deo auctore studebimus, auxilij sui dexteram nobis & ecclesiæ sanctæ suæ adesse sperantes, quod eiusdem hæretici de peruersis conatibus honor erit Altissimo, catholicæque fidei robur & ecclesiasticæ libertatis augmentum prouenient, & vestra & aliorum fidelium prosperitas & vtilitas subsequentur. *Dat. Auin. xv. kal. martij anno xii.*

Ad constantiam eos hortatur.

9 Diuexarunt clerum Romanum in Pontificis obsequio constantem schismatici & hæretici, tulitque grauissimos in ea persecutione ecclesiæ labores Viterbiensis episcopus vicarius vrbanus, quem datis nonis martij literis Pontifex ad reuocanda in memoriam sanctorum gesta, imitandamque eorum inuictam inter tyrannorum iras & carnificum furorem patientiam excitauit a : promissam enim perseuerantiæ immortalitatis & gloriæ coronam. Perstitere b vna cum eo constantes in sedis Apostolicæ cultu plures viri nobiles Romani, quorum prolixior est in regesto pontificio catalogus : inter quos Iacobus Columna canonicus Lateranensis enitebat, quem vt zelo ardentissimum solicitauit Ioannes [c], vt populum ad Marsilium ac Iandunum hæresiarchas capiendos commoueret. Confluxerant a ij Romam mox atque Ludouicum ea potitum percrebuit, vt suis hæresibus fideles inficerent : ac Marsilius a Ludouico Bauaro, quasi ad eum sacrorum cura & administratio spectaret, pontificij vicarij munus, cui præerat Viterbiensis episcopus, scelere acceperat, cœpitque b tyrannidem in viros probos, qui se hæreticorum & schismaticorum communione contaminare exhorrescebant, piosque sacerdotes, qui sacrorum vsu pie abstinebant, exercere. Ad comprimendum vero ferocientem virum Pontifex Ioanni S. Theodori diacono Cardinali A.S.L. onus iniunxit c, vt in vicinis Romæ locis edicta publica proponeret, quibus Marsilium & sceleris socium Iandunum capi iuberet.

Pij a Ludouici sequacibus vexati.

a Ead. p. 3 pag. 117.
b Ib. pag. 116. 117.
c Ib. pag. 149.

a Ib. pag. 110.
Marsilius hæresiarcha Romæ in clerum tyrannidē exercet.
b Ead. pag.
c Ead. pag.

Ioanni S. Theodori diacono Cardinali A.S.L.

10 Ad nostri apostolatus auditum his diebus fama publica diuulgante peruenit, quod illi duo nequam homines Marsilius de Padua & Ioannes de Janduno hæretici manifesti, & per nos dudum de fratrum nostrorum consilio de hæresi finaliter & publice condemnati, audito quod Ludouicus olim Bauariæ dux & discorditer in Regem Rom. electus (qui suis horrendis excessibus & grauibus culpis exigentibus excommunicatus, ac iure, si quod ei ex prædicta electione ad regnum Romanorum vel imperium forsitan competebat ; nec non ducatu Bauariæ ac comitatu Palatin. Rheni, & iure quocumque habendi vocem in electione Regis Romanorum in Imperatorem promouendi, iusto iudicio priuatus extitit, & de hæresi finaliter & publice condemnatus) Vrbem intrauerat & in ea suam tyrannidem exercebat, ad Vrbem ipsam se personaliter conferentes, hæreses publice prædicare præsumunt ; dictusque Marsilius prætextu vicariatus, quem ibidem sibi per dictum Ludouicum commissum asserit, tam contra clericos, quia nolunt interdictum, cui propter dicti Ludouici præsentiam subiacere processuū nostrorum auctoritate Vrbs prædicta noscitur, violare, quam eorum cognatos & affines in nostram offensam procedere immaniter non veretur.

Nos autem periculis & scandalis, quæ fidei & fidelibus ex præmissis prouentura feruntur probabiliter, obuiare salubriter cupientes, discretioni tuæ per apostolica scripta præcipimus & mandamus, quatenus cum ad Vrbem prædictam per sæuam & damnatam dicti Ludouici tyrannidem suorumque complicum occupatam tutus accessus ad præsens non pateat, Romanum populum & eos, qui rectorum & gubernatorum ipsorum gerunt officium, quocumque nomine censeantur, per publici propositionem edicti in locis publicis, de quibus tibi videbitur, & sit verisimilis præsumptio, quod ad eorum perueniте valeat notitiam, moneas efficaciter & inducas, vt ipsi prædictos Marsilium & Ioannem hæreticos capiant & tute custodiant, subdendos, sicut iura præcipiunt, ecclesiasticæ disciplinæ, si pœnas vitare curauerint, quas incurrunt talium contemptores. *Dat. Auin. xvii. kal. maij anno xii.*

Ambos capi iubet Pont.

11 Elusit pontificiam seueritatem Marsilius clientela Ludouici tectus, quem Ioannes Villanus [d] perfidum hæreticum ac Bauari ductorem & magistrum appellat. Recensitæ sunt anno superiori illius hæreses & confutatæ : quibus sceleribus aliud atrox adiecerat, vt præcursor antichristi,

d Io. Vill. l. 10. c. 104
Marsilius in conflando schismate scelus atrox.

sed potius, dextera Domini faciente virtutem, obsistatur eidem viriliter, & sui damnandi executio propositi elidatur, opportunis prouidere remedijs cupientes; quia in his Dei & eiusdem catholicæ fidei causam agi conspicimus, illam deuote prosequentibus decreuimus etiam spiritualibus auxilijs assistendum, vt causam ipsam eo feruentius prosequantur, quo tutius huiusmodi prosecutionis euentum poterunt experiri. Ideoque nos de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui dictum Ludouicum eiusque complices, fautores, & receptatores, quamdiu extra dictæ sedis gratiam extiterit, in personis & sumptibus proprijs; nec non & ijs, qui in personis proprijs, alienis tamen sumptibus expugnabunt, & super hoc per annum incipiendum a die, de quo tu duxeris ordinandum, continuum vel interpolatum infra biennium ex tunc complendum proximo laborabunt, ecclesiæ sequendo vexillum, tam clericis, quam laicis, & eis insuper, qui suis dumtaxat expensis iuxta quantitates & facultates suas destinabunt idoneos bellatores, per dictum tempus moraturos & laboraturos ibidem; illam concedimus veniam peccatorum, quæ concedi per eandem sedem proficiscentibus in terræ sanctæ subsidium consueuit, &c.] Imponit legato promulgandæ indulgentiæ prouinciam ad fideles sub signis ecclesiæ contra ipsius hostes congregandos. *Dat. Auin. XII. kal. februarij anno XII.*

Ad Roberti gratiam indicta in Ludouicum religiosa militia.

Conceptæ eadem verborum forma literæ transmissæ ad Bertandum Cardinalem Apostolicæ sedis in Insubria legatum a, & ad Capuanum archiepisc. b in Sicilia citeriori. Præterea eidem archiepiscopo ac memoratis legatis Cardinalibus, tum patriarchæ Gradensi, ac Genuensi, Mediolanensi, & Pisano archiepiscopis data prouincia c, vt omnes ecclesiasticos ac laicos anathemate defixos pronuntiarent, qui Bauari partes tuerentur, vel ipsi commeatus atque auxilia submitterent. Quæ imperia præ cæteris, intentata censurarum religione, proposita Mediolanensibus, Saonensibus, Comensibus, Vercellensibus, Bergomensibus, Laudensibus, Cremonensibus, Arotinis, Nouariensibus, Ticinensibus, Mutinensibus, Ferrariensibus, Veronensibus, Lucanis, qui populi fœdus cum Ludouico pepigerant. Nec modo commeatus, vel auxilia Bauaro suppeditaturis, verum etiam cum eo commercium habituris obiectæ censuræ.

a To. 6. p. 6. ep. secr. pag. 107. *b Ead. pag.* *c Ead. par. pag. 109.*

Promulgata per totam Italiam.

Fœderatis Ludouici inflictæ censuræ.

6 Cum vero de occupata antea ab illo Vrbe, ac Romani cleri in fugienda Ludouici communione, intermissoque ob ipsius præsentiam templorum & sacrorum vsu constantiæ nuntius ad Pontificem affluxisset, Viterbiensem episcopum, Vrbis in diuinis vicarium pontificium, & clerum Romanum ob fidem commendauit Ioannes, vtque in ea ecclesiæ persecutione virtutum exemplo prælucerent, fortiterque obsisterent hæreticis, ac præcipue blasphemis Marsilio & Ianduno, quos duas bestias ex abysso sathanæ egressas appellat hortatus est. Vt autem Ludouicus ob susceptam eorum impietatem, aliasque causas anathemate deuinctus esset, ac loca, in quibus ageret, ecclesiastico interdicto perculsa, his literis exposuit Pontifex d.

d Ib. pag. 113.

Ioannes, &c. Angelo episcopo Viterbiensi nostro in spiritualibus in Vrbe vicario, & dilectis filijs clero eiusdem Vrbis.

7 Post multas alias moras & expectationes prolixas, quibus modis omnibus desiderabamus eundem [nempe Ludouicum Bauarum] per emendationis frugem ad sinum & gratiam sedis Apostolicæ reuocari, intellecto quod ipse non emendationi, sed consuetudini præteritarum factionum ausus illicitos deputabat, ruptisque habenis modestiæ, in campum illicitæ voluntatis exiliens, ad ciuitatem Tridentinam, infra metas Italiæ constitutam, nonnullos hæreticos & de publica hæresi rationabiliter condemnatos, ac rebelles eiusdem ecclesiæ illuc direxit conuocandos, cum eis contra pacificum statum reipublicæ, in cunctorum fidelium scandalum, ac catholicæ fidei detrimentum, & Apostolicæ sedis iniuriam & offensam consilium ineundo; illud præcipue prauis machinationibus continuando, vt omnes pariter mutuis se iuuantes auxilijs, sub vmbra culminis, quod idem Ludouicus sperabat indebite vsurpare, possent velut cohærentes squammæ in suis rebellionibus & hæresibus perseuerare liberius, ecclesiæque deuotos de suis finibus effugare, ipse Ludouicus, eorum fultus potentia, vsurpatum nomen regium indebite retinere, ac imperiale deinceps promptius vsurpare; ad hæc congerentes studia, suasque potentias conglobantes, non attendentes, quod Dominus exercituum nouit reproborum infatuare consilia, & etiam dissipare; nos eorum perniciosis volentes obuiare conatibus, prout ad id apostolicæ sollicitudinis debitum nos vrgebat, per alios processus nostros specialiter super hoc & solemniter habitos eundem Ludouicum monuimus, sibi super hoc districtius iniungentes sub anathematis & alijs pœnis a iure, seu constitutionibus quibuscumque inflictis seu comminatis ijs, qui titulum regium falso propria temeritate sibi vsurpare, aut se administrationi imperij immiscere; quæ ipso vacante, sicut tunc vacabat & vacat, ad eandem Romanam ecclesiam noscitur pertinere, ipsam ecclesiam in administratione huiusmodi perturbando &, quantum in eis erat, etiam spoliando; vel ijs, qui hæreticis ac Romanæ ecclesiæ rebellibus præsumunt contra dictam ecclesiam impendere consilium, auxilium, vel fauorem, quasque infligunt ijs, qui guerras præsumunt mouere, *& infra*, considerantes etiam, quod ipse ad omne malum præsumpta licentia aduersus Dominum & aduersus Christum eius blasphemias loquebatur, duasque bestias de abysso sathanæ & inferni sulphureo puteo prodeuntes, ac detestabiles hæreses contra Redemptorem nostrum in scandalum fidei publicantes; videlicet Marsilium de Padua & Ioannem de Ianduno, ac libellum per eos editum, impijssimos errores & fœdissimas hæreses continentem, receperat; eosque in consortium suæ familiaritatis admittens, velut credens & publicus fautor eorum, ipsis dogmatizandi & disseminandi hæreses supradictas defensionem & licentiam exhibebat; quinimmo contemptor canonum & diruptor cuiuslibet ecclesiasticæ disciplinæ, quamuis foret diuersis excommunicationum sententijs innodatus, diuina faciebat officia in locis etiam ecclesiastico interdicto suppositis, excommunicatis & interdictis præsentibus, celebrari, &c. [Pergit, vt de hæresi ob id eundem damnarit, & omnes subditos fidei sacramento liberarit, censurisque eius studiosos defixerit; tum subdit:]

De conuentibus Tridenti ab eo celebratis.

Incussæ illi nouo edicto pœnæ.

Studium in hæresiarchas obiectum.

8 Verum idem Ludouicus, omnino auersus a Deo & in profundum malorum demersus, diuina pariter & humana iura peruertens, inuasit Ita-

bis & arcium imperium addunt a, cum boni quique ingemuere, vt publicis postea tabulis professos videbimus.

a Cortus. hist. l. 3. c. 11.

Cleri & religiosor. pars precipua Vrbe diffugit. Ibi ingressu Ludouici Roma sacrorum vsu orbata.

2 Interea e clero & religiosis ordinibus prudentia & sanctitate præcipui in fugam se conuertere: sacratissima Veronica, in qua Christi domini pergentis ad crucis supplicium diuino miraculo expressa effigies, a basilicæ Vaticanæ canonico, ne a schismaticis & hæreticis indigne conspiceretur, absconsa, indictumque sacrorum iustitium. Celebrata a Ludouico in capitolio magna pompa comitia, in quibus ipse Romanorum Rex est salutatus, creatusq; a populo ad annum Vrbis senator & copiarum vrbanarum dux; denique decretum, imperiali diademate ipsum cingendum. Hæc pluribus Ioannes Villanus aliique auctores. Quam vero inani iure id sit attentatum refert Albertus Argentinensis b: *Prætenderunt enim*, inquit, *vrbici*, ij nimirum, qui Bauaro adhærebant, *hoc eis competere, Papa etiam nolente; præsertim cum senatores prius Papam requisiuerint, vt ad Vrbem se transferret*.

Creatur Lud. a rebelli populo senator. Romani perduelles coronādi Imp. sibi ius arrogant.

b Alb. Arg. in chr. & ex eo Naug. gen. 45.

3 Redimitus itaque est imperialibus ornamentis Ludouicus in basilica S. Petri, de qua celebritate hæc Nicolaus Minorita c: *Die*, inquit, * *XVII. ianuarij, quæ fuit dominica de nuptijs, anno Domini* MCCCXXVIII. *præfatus princeps dominus Ludouicus Romanorum Rex fuit non per Papam, sed per quatuor syndicos populi Romani, ad hoc specialiter constitutos, in ecclesia S. Petri in Imperatorem Romanorum solemniter corona aurea coronatus, & ex tunc Imperator vocatus: nam a die suæ electionis, vsque ad diem qua Romæ corona aurea coronatus, non Imperatores; sed Reges Romanorum in suis literis & ab omnibus appellantur.* Impositam illi a Sciarra Columnio imperialem coronam, addit S. Antoninus d: *In coronando*, inquit, *nullus solitus ordo, nemo legatus, nulla Pontificis auctoritas sibi adfuit. Imposita est illi corona populi nomine a Sciarra Columnensi, principe diuersæ factionis: in cuius rei memoriam ipse posterique eius ad antiquum gentis insigne, quod est columna, coronam addidere, quasi præclarum fuerit scelerate fecisse*.

c Nic. Min. M.S. bibl. Vat. sign. n. 4008. pag. 21. Cortus. hist. l. 3. c. 11.

* XVI. habet Vill. l. 10. c. 56.

Lud. a quo diademate redimitus.

d Ant. 3. p. tit. 21. c. 6 § 6.

Inunctus a Castellano excepiscopo.

Delibutum vero inunctione augustali vna cum vxore a Iacobo Alberto exauctorato episcopo Venetiarum e Cardinalis Pratensis nepote, susceptisque ornamentis imperialibus, pias ad ostentationem, sed suspecto consilio leges tulisse, refert Ioannes Villanus f: nimirum primam de fide catholica incorrupta seruanda, secundam de tuenda libertate ecclesiastica, tertiam de viduis & pupillis defendendis: atque astu simpliciores Romanos sibi deuinxisse; cum tamen obiecta religionis specie religionem oppugnare, odiaque in Christi vicarium atque omnes catholicos illi adhærentes, quos æquabat cum hæreticis, ipse apostolica sententia damnatus, effundere moliretur.

e Cortus. hist. l. 3. c. 11.

f Io. Vill. l. 10. c. 56.

Leges latæ a Bauaro.

4 Ignorabat Pontifex g Ludouicum tanta celeritate felicitateque in Vrbem peruasisse, & imperialem coronam suscepisse; cum XII. kalen. februarij huius anni, vt secundos illius progressus abrumperet, & Vrbe ac Siciliæ regno arceret, sacram militiam, præmijs indulgentiarum propositis ijs omnibus, qui signa ecclesiæ Robertiue Regis sequerentur, vel stipendijs, consilio, aut milite iuuarent, indixit, transmisso ad Ioannem Vrsinum Cardinalem legatum subiecto diplomate.

g To. 6. p. 3. ep. secr. pag. 107.

Indicta a Pont. in illum cruciata militia.

Ioannes, &c. Ioanni S. Theodori diacono Cardinali Apostolicæ sedis legato.

Cum præfatus Ludouicus, qui vt prædicitur iure, si quod sibi ex electione prædicta fuerat acquisitum, ac subsequenter, eius aucta contumacia, feudis omnibus, quæ a Romana vel quibusuis alijs ecclesijs, seu imperio obtinebat, & specialiter ducatu Bauariæ, ac omni iure ad ipsum in eo cum eius occasione vel causa sibi quomodolibet competenti, nec non & omnibus priuilegijs apostolicis & imperialibus ei aut suis prædecessoribus concessis, quatenus ipsius tangere poterant commodum, iusto priuatus extiterat iudicio; quique etiam pro fautoria hæreticorum innodatus excommunicationis sententia, quam per biennium & vltra indurato sustinuerat, sicut & tunc sustinebat animo, manifestus hæreticorum fautor declaratus fuerat, & pœnas a canonibus inflictas talibus incurrisset; quæ in processibus contra eum habitis plenius continentur, infra prædictum sibi præfixum terminum [nempe kal. octobris superioris anni] comparere per se vel alium non curarit, ac etiam postea de mansuetudine sedis Apostolicæ diebus pluribus expectatus; nos eundem reputauimus de eorundem fratrum consilio merito contumacem. Et quoniam se ad correctionem præmissorum disponere in aliquo non curauit, sed velut in profundum malorum perductus, mala malis superaddere, offensasque cumulare offensis, ac iram Dei contra se iugiter inuocare, ac fideles verbis & operibus persequi non cessabat; nos læsionem fidei, patrum quoque sanctorum contemptum & probra, nec non & præsentium scandala, variaque posteriorum pericula super ijs attendentes, obuiareque tantis malis & periculis salubriter cupientes, cum essent præmissa sic notoria, quod nequibant tergiuersatione aliqua occultari; Dei nomine inuocato, de fratrum eorundem consilio, præsenteque fidelium multitudine copiosa, præfatum Ludouicum fore hæreticum declarauimus: ac prædictas assertiones per dictam constitutionem hæreticas declaratas, & scripturas quascumque contra easdem, nec non & ipsum Ludouicum velut hæreticum reprobauimus, & finaliter duximus condemnandum; volentes vt si quis doctrinam, seu assertiones prædictas defendere præsumeret, vel etiam approbare, cuiuscumque dignitatis, ordinis, conditionis, aut status existeret, tanquam hæreticus deberet ab omnibus confutari.

Pontificia de re diploma.

De præteritis in Lud. edictis.

De nouo in eum iudicio hæreseos instituto.

5 Ne itaque tot & tantorum facinorum in diuinæ maiestatis offensam, & eiusdem Romanæ ecclesiæ matris omnium fidelium contumeliam & contemptum, fideique catholicæ ac vtilitatis reipublicæ detrimentum nequiter patratorum, in succedentia temporum secula sine correctione debita in multorum perniciem memoria diffundatur; nec idem Ludouicus, qui pertinaciter in suis prædictis erroribus & hæresibus persistere, ac excessus excessibus, & iniurias iniurijs cumulare, pacem Dei & ecclesiæ perturbare quasi continue non veretur, ac inter Christicolas schismata, dissensiones, & scandala (præcipue in Vrbe Romana & in regno Siciliæ citra pharum, quod ad Romanam ecclesiam iure directi dominij noscitur pertinere, & pro quo charissimus in Christo filius noster Robertus Rex Siciliæ illustris existit vassallus ecclesiæ antedictæ) nititur periculose nimium suscitare, suos prauos & damnandos conceptus, per quos cultum eiusdem fidei catholicæ, sine qua Deum nemo videre poterit, deprauare quantum est in ipso satagit, in partum possit perducere; sed

Obiectæ illi molitiones ad eripiendū ecclesiæ regni Neapolitani supremū imperium

stensem, Raimundum Rutenensis diœcesis episcopum S. Pauli; Petrum de Mortomari Lemouicensis diœcesis episcopum Antissiodorensem, Petrum de Capis episcopum Carnotensem, fratrem Matthaeum de Vrsinis Romanum de ordine Prædicatorum magistrum in theologia archiepiscopum Sipontinum, Petrum de Toleto Hispanum episcopum Carthaginis vel Murciæ, Ioannem de Columna Romanum, Vbertum de Puteo de Montepessulano. Erant ij viri insignes, qui illustribus virtutum exemplis in ecclesia præluxerant: e quibus Iacobus Nouelli Mirapiscensis Ioanni in pontificatu accepto Benedicti nomine successit, magna & doctrinæ & probitatis laude conspicuus: cui Pontifex his literis ab ecclesiæ Mirapiscensis cura ipsum solutum, atque in partem moderandæ vniuersæ ecclesiæ catholicæ vocatum, significauit a.

Iacobus Mirapisc. epis. Card creatus postea Bened. XII. dictus.

a To.6.p.1 ep. secr. pag. 193.

Iacobo olim episcopo Mirapiscensi sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ presbytero Cardinali.

Moysi legislatoris, qui Ietro cognati sui vtili adhærendo consilio viros potentes & Deum timentes circa regendam plebem Israeliticam elegisse testatur, exemplo ducti laudabili, ad onus spiritualis totius orbis regiminis, quod nobis ex iniuncto desuper apostolatus officio incumbere noscitur, auxiliatores & cooperatores nobis, viros vtique potentes & Deum timentes, in quibus sit veritas & auaritiam oderint, nos & fratres nostri profundis meditationibus, laboriosisque vigilijs, de diuersis ipsius orbis partibus perquirentes, ad personam tuam, quam bonorum omnium largitor Altissimus multis virtutibus insigniuit, intuitum considerationis nostræ direximus, & te per nos a vinculo, quo ecclesiæ Mirapiscẽsi tenebaris astrictus, de potestatis plenitudine absolutum ad honorem & statum Cardinalatus de dictorum fratrum consilio vna cum nonnullis alijs duximus assumendum. Quocirca discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus onus prædictum, apostolica dispensatione tuis impositum humeris, deuote suscipias, ac prouisioni nostræ huiusmodi in humilitate spiritus acquiescens, ad præsentiam Apostolicæ sedis absque morosæ dispendio tarditatis accedas, vna nobiscum & eisdem fratribus diuinis obsequijs, & ecclesiæ Romanæ seruitijs vacaturus. *Dat. Auinioni* XIII. *kal ianuarij anno* XII. Euexit etiam VI. kal. ianuarij ad Ostiensem & Velletrensem episcopatum Bertrandum tit. S. Marcelli Cardinalem in Insubria Apostolicę sedis legatum, cum Rainaldus episcopus Ostiensis eam ecclesiam moriens orbam reliquisset.

Virtutes in Cardinalibus desideratæ.

56 Obijsse ferunt b hoc anno B. Rochum, cuius sanctitas cœlestibus beneficijs in eos, qui peste percussi illius apud Numen diuinum suffragia implorarunt, collatis inclaruit. Eius gesta Franciscus Diedus, Petrus Pinus, Claudius e Rota, Ludouicus Maldura c, & Crantzius d conscripsere. Silentio autem dissimulandum non est, nonnulla in eius gestis apud Surium fictitia reperiri, veluti cum dicitur illius parentem Montipessulano imperasse & Rochum principatu se abdicasse, vt peregrinationem susciperet: constat enim tunc Baleares Reges eum principatum beneficiarium Gallicæ coronæ obtinuisse, & Francorum Regibus clientelari sponsione acceptum retulisse e: quamuis de insigni aliquo magistratu siue præfectura possit intelligi. Narratur f etiam B. Rochum egisse triennio Romæ apud Cardinalem natione Britonem, atque ab hoc perductum ad Pontificem, quæ fabulosa sunt,

b Apud Sur. to.4. Mors S. Rochi.

c Ib. d Crantz. in Metrop. Saxon. l.9 c.25. Eius gesta. Peste laborantibus inseruit. e To.1.p.3 ep. secr. pag.135. f To.6.p.3 ep. secr. pag.87.

vt patet, Romana curia Auenione defixa: neque antea venire potuerat, cum anno MCCXCV. natus referatur. In eo vero omnes consentiunt, ipsum in Italica peregrinatione in xenodochijs famulatum peste laborantibus, & plerosque crucis signo ab eo lustratos valetudini restitutos. Demum sanctitatis illius fama apud patres concilij Constantiensis celebrata est, quorum decreto ad propulsandam luem honores sanctis debiti eidem exhibiti fuere a: nam, solemni supplicatione indicta, imaginem ipsius, instructo agmine religioso, per vrbem ingenti pompa circumtulerunt; quo peracto extincta pestis est: indeque exemplum sumptum, vt vbique locorum eius venerandæ imagines expositæ, & sacella templaque ad eius memoriam Numini posita fuerint. Vrbanus etiam VIII. ecclesiastico officio colendam eius memoriam edixit. Translatum eius corpus aiunt Venetias anno Domini MCCCCLXXXV.

a Auct. sup citati & Bar. in not ad 16. aug A Constãtien. synodo decreti illi SS. honores.

IESV CHRISTI
Annus 1328.

IOANNIS PP. XXII. annus 13. VAC. IMP. OCCID. 15. ANDRONICI IMP. ORIEN. 45

1 EXhorruit Christianus orbis anno a partu Virginis millesimo trecentesimo vigesimo octauo indictione vndecima, pseudopontificem improbissimum, sumpta ex Romani Pontificis intempestiuæ ab Vrbe absentiæ occasione, effrænata audacia Apostolicam sedem inuasisse. Tanti auctores sceleris hæresiarchæ & proditores fuerunt, qui Ludouicũ Bauarum vindictæ cupidine, vt ipse fassus est, in Pontificem ob Romanum ipsi abrogatum imperium æstuantem, ad id concitarunt, non curantes quantum exinde illius rebus ac dignitati damnum inferrent. Penetrarat ille ineunte anno cum Germanico & Italico Gibellinorum exercitu in ditionis ecclesiasticæ terras, ac Viterbium iam a Siluestro Gatta ad defectionem adductum, secundo ianuarij die peruenerat b; cum Romani, aduersarum factionum ac spei metusque æstu incerto agitati, alijs excipiendum auide Ludouicum, alijs constanter excludendum, admittendum vero certis legibus sentientibus alijs, postremam amplexi c sententiam, amplissimos oratores Viterbium ad eum misere, vt fœderis cum ipso leges componerent. At Sciarra Columnius & Iacobus Sabellus ac Theobaldus e sancto Eustachio, viri auctoritate in Vrbe ac nobilitate principes, plurimo a Castrucio ac Gibellinis Etruriæ auro corrupti, fidei in Pontificem immemores, ac futurorum ignari malorum, Ludouico missis nuntijs arcano significarunt, vt spretis Romanorum oratorum dictis, iter in Vrbem maturaret, ea enim votisq; ipsum certissime potiturũ. Qua spe elatus Ludouicus Bauarus, perhumaniter acceptis oratoribus, Castrucio dandi illis responsi prouinciam contulit: ac mox signa moueri iussit, vt quisque itineri Romam versus se accingeret. Septimo itaque ianuarij die, attonitis ex illius improuiso aduentu Romanis, exceptus d est, de quo hæc in M.S. Vaticano leguntur: *Hoc anno Ludouicus Bauarus intrauit Italiam & licet Robertus Sicil.æ Rex & dominus Bertrandus Ostiensis Cardinalis, tunc legatus Italiæ, conarentur ipsum in passibus impedire; recto tamen itinere venit Romam: & castrametatus in pratis, vt dicitur, ante Vrbem, tandem auxilio Columnensium introiuit*. Traditum mox illi Vrbis

Progressus Lud. in Vrbem tendentis.

b Io. Vill. l.10.c.49. Romani aduersis factionib. fluctuant. c Eod. lib. c.55. Datum a proditoribus Lud. consilium

d Io. Vill. ib. Mss. in Lud. Bau. Bern. in libel. de Imp. Rom. M.S. bibl. Vat. sign. n.2043. M.S. bibl. Vat. de Rom. Pont. signat. n. 3765. Bauari aduentus

inter atque Cyprios discordia maximo Christianę rei damno recrudesceret, Pontifex Hugonem Regem, qui patruo Henrico successerat, atque in Genuenses animo propendebat, literis est adhortatus a; vt ad confirmandam concordiam studia sua conferret. Potiri tum felici pace Cyprum & Armeniam Hugo Rex Pontifici significarat b: Genuenses rantummodo nonnullos exercere piraticam, Cyprijsque infestos esse, contra quos se compararet: sed Ioannes, qui ex Genuensium bello rei Christianæ exitium conflari verebatur; Hugoni rescripsit, maximo se ex ijs dissidijs dolore affici, atque adducendæ paci & tranquillitati operam daturum; qua in re sequenti anno apostolicum studium collocasse visuri sumus. Nunc Græcorum res perstringemus.

De pace inter Genuen & Cyprios agitatum. a To.6 p.2. ep. secr. pag 80. b Ead p.2. ep. secr. pag. 86.

52 Depulit c hoc anno imperali solio Andronicum seniorem iunior Andronicus nepos. Conflata vero in eum est proditio Spiritui sancto in Apostolos igneis linguis deuoluto die sacro, quemadmodum Cantacuzenus notat d; vt nimirum ob perfidiam negatæ ex Filio Spiritus sancti processionis plecti constaret: noctuque admotis mœnibus scalis, adiuuantibus proditoribus ac porta ab ijs, qui subierant vrbem, patefacta Constantinopolis capta est quarta & vigesima die mensis maij, vndecimæ indictionis. Vt vero Andronicus senior, victoris ingredientis tumultu excitatus ad Virginis sacellum confugerit, describit Gregoras. Solicitatus est iunior Andronicus a Niphone olim patriarcha ad auum male tractandum, a quo ille gradu patriarchali fuerat depulsus: ac post agitata varia consilia illud sumptum est, vt insignia imperialia seni relinquerentur, sed extra palatium pedem efferre aut publicam rem attrectare non liceret, attributaque ilii ad vitam sustentandam modica stipendia: in qua custodia quæ & quanta mala sit perpessus describit Gregoras, atque ex eo dicetur inferius. Esaias vero patriarcha, monasterio ab Andronico seniore inclusus, a victore curru exceptus, solio patriarchali restitutus est: in qua pompa nullis episcopis & presbyteris, sed meretricibus stipari visus. Ex quo facile colligas, quantam morum sanctitati schisma cladē inferat. Potito itaque rerum Andronico iuniore, ac solo habenas imperij tractante, ciuilia bella, quibus Constantinopolitanum imperium agitatum fuerat, quieuere: quæ, quanta mala rei Christianæ inuexerint, superius indicauimus; cum inde Turcarum potentia inualuerit. Quanto vero tempore arserint, ex Cantacuzeno e decerpendum visum est: *Belligerarunt*, inquit, *annos sex mensem vnum, incipientes nimirum anno ab orbe condito vigesimo nono supra sex millia & octingentos indictione quarta XIII. kal. maias, & ad annum quintum & trigesimum supra sex mille octingentos ad indictionem vndecimam & XIV. kal. iunias perducentes.*

Andronicus senior pulsus solio. Die S. Spiritus sacro prodita Constantinopolis. c Cantac. l.1.c.59. Nic. Greg. l.9. d Cantac. l.1.c.58. Esaias patriarcha tui restitutus. Ex Græcorum discordia Turciauctapotentia. e Cantac. l.1.c.59.

53 Editæ sunt hoc anno a Pontifice nonnullæ constitutiones: atque in primis cum clerus apud Pontificem de religiosis Prædicatoribus, Minoritis, Carmelitanis, & Augustinianis expostularet, ipsos parochorum iura infringere, nec Bonifacij VIII. decretum, *Super Cathedram*, a Clemente V. in concilio Viennensi confirmatum, obseruare; Ioannes rei æquitate permotus, ne condita a prædecessoribus iura obsolescerent, ea lege religiosos viros astringi pronuntiauit f, & ad eam seruandam censurarum religione adigendos; neque ad illius seueritatem eludendam vlla apostolica priuilegia ipsis præsidio & munimini fore constituit.

De iure parochi. & religiosor. controuersia sopita. f Extr. in extr. com. l 2. de iud cap. vnic.

Præterea sanxit a, priuilegia, quæ nonnullis vrbibus & populis a sede Apostolica erant concessa, ne extra certos limites vocari in iudicium possent, ad aulam pontificiam non extendi, cum ob pontificiæ dignitatis apicem omnes ab illa iustitiam repetere debeant; par non esse, beneficia ab ipsa collata illius maiestati fraudi esse. *Attendentes*, inquit, *quod Romana curia communis est patria, sedesque Apostolica mater existit omnium fidelium & magistra; hoc edicto in perpetuum valituro auctoritate apostolica declaramus, præfatum indultum hactenus quibusuis concessum, vel in posterum concedendum, ad causas & negotia, quæ apud sedem eandem agitantur, seu pro tempore contigerit agitari, propter prærogatiuam seu eminentiam dictæ sedis aliquatenus non extendi, nec vniuersitates & personas, cuiuscumque dignitatis, conditionis, aut status existant, aliquam immunitatem exinde recipere, quominus apud sedem eandem apostolica auctoritate vocatæ comparere, ac respondere legitime teneantur. Nulli ergo, &c. Dat. Auin. non. aprilis anno XI.*

Priuilegia contra ius sedis Ap. non valet. a An. 11. p.1.ep.cur 24. Ea de re constitutio.

54 Hoc anno ad incendendam fidelium pietatem, cum Romanæ ecclesiæ grauis persecutionis procella ingrueret, Pontifex cum iam ante statuisset, vt in vespertino crepusculo fideles, dato signo, angelicam salutationem repeterent, & incarnati Verbi diuini mysteria religiose recolerent, decem dierum indulgentias sacram eam orationem pronuntiaturis adiecit b.

Fideles ad orationē Angelicā repetendā vespertino crepusculo incitati. b To.6.p.2 ep. secr. pag.1.

Angelo episcopo Viterbiensi nostro in Vrbe vicario.

Salutiferum illud verbum, *Aue Maria, &c.* pium quidem euangelicæ salutationis eloquium, orationis loco quadam a fidelibus veneratione præcipua est dicendum, cum Virgo ipsa in eius Filio domino Iesu Christo pignus mundo humanę salutis attulerit, & quæ Saluatoris omnium esse meruit genitrix, apud ipsum præ cæteris esse meruit efficax interuentrix. Dudum sane ad reddendum dictæ Virgini gloriam, & per intercessionis suæ præsidium a diuino Numine gratiam dictis fidelibus implorandam, quod in quolibet noctis crepusculo campana pulsetur, & ad sonum eiusdem ipsi fideles præmissæ salutationis verbum dicerent, pie duximus ordinandum. Et vt prædicti fideles ad hoc spirituali munere inducerentur auidius, omnibus & singulis prædicta hora huiusmodi verbum deuote dicentibus de omnipotentis Dei misericordia ac eiusdem gloriosæ Virginis & beatorum Apostolorum Petri & Pauli meritis ac intercessionibus confidentes, decem dies de indulgentia duximus concedendum, &c. *Dat. Auin. non. maij anno XI.*

Concessæ ijs indulgentiæ.

55 Exeunte anno recurrentibus quatuor temporum ieiunijs Pontifex, vt sustinendæ incumbentium rerum moli par esset, atque ecclesiam a Ludouico Bauaro quatiendam fulciret, decem nouos Cardinales laborum socios reuuntiauit c, quorum nomina Ioannis vitæ auctor d recenset his verbis: *Hic dominus summus Pontifex pontificatus sui anno XII. dominicæ incarnationis MCCCXXVII. feria VI. quatuor temporum aduentus videlicet, XV. kal. ianuarij fecit tertiam ordinationem decem Cardinalium, quos assumpsit; videlicet Ioannem de Conuenis archiepiscopum Tolosanum, Anibaldum Gaitanum Romanum archiepiscopum Neapolitanum; Iacobum Cisterciensis ordinis magistrum in Theologia episcopum Mirapiscen-*

Cardinalium creatio. c To 8.p.1 ep. secr. pag.193. d Ber. ult. Rom. Pont. M.S. Vat. bib. sign. n. 2040.

erat, qui Calabriam inficiebant, comprehendi, supplicioque iussit a affici.

a To.6.p.1 ep. secr. pag.57. & 60.

48 Ad perpurgandam etiam Bossinam, in qua vetus Catharorum & Manichæorum lues hæserat, Carolum Regem Vngariæ, qui eximia indies Christiani principis exempla in amplificanda religione, atque hæreticis insectandis explicabat, ad Dalmatiæ & Bossinæ hæreticos delendos adhortatus est, hocque ornauit elegio b: *In illis, fili charissime, quæ ad exaltationem catholicæ fidei & exterminationem hæreticæ prauitatis respiciunt, celsitudinem tuam eo libentius salubriusque requirimus, quo experientia certa didicimus, quod tu velut gloriosus athleta Domini, intrepiausque pugil ecclesiæ, ac orthodoxæ religionis Zelator assiduus, ad exterminandum labem prauitatis eiusdem de regni tui finibus, & conterendum inimicos crucis & fidei vota tua semper feliciter direxisti.* Gessisse aduersus infideles sacrum bellum Vngariæ principes pro amplificanda fide Caroli auspicijs, ostendunt datæ ad Philippum comitem Palatinum & alios proceres apostolicæ literæ c.

Carol. Vngar. Rex hæreticos insectatur

b An.11 p.1.ep.cur. 22. Gratulatur ob id ipsi Pontifex.

c To.6.p.1 ep. secr. pag.61.

49 Propagandæ etiam religionis catholicæ zelo permotus Pontifex Boleslaum ducem Russiç, Græcorum schismate infectum, vt ad Romanæ ecclesiæ coniunctionem vna cū populis suis rediret, solicitauit d. Tum excitauit Vuladislaum e Regem Poloniæ, qui proximo sanguinis gradu Boleslaum attingebat, vt in tam præclaro opere regiam diligentiam nauaret.

Bolesl. dux Russiæ ad fidē orthodox. prouocatus.

d Ead.p.1. ep. secr. pag.52.

e Ead.pag.

Vuladislao Regi Poloniæ illustri.

Famæ gloria crescis & merito, fili charissime, multipliciter profuturus tibi & alijs apud Deum, si ad incrementum fidei catholicę niteris, ad quod tanquam princeps catholicus pijs considerationibus innitaris. Cum itaque, sicut exultatione pergrandi nuper audiuimus, nobilis vir Boleslaus dux Russiæ pronepos tuus, qui ex ritus imitatione Græcorum ab vniuersalis sanctæ Romanæ matris ecclesiæ vnione diuiditur, spiritum Domino aspirante conceperit ad vnitatem ipsius ecclesiæ redeundi, nec bene conueniat, vt ex tuæ, quod absit, degeneratione prosapiæ arbor discerpet a radice; rogamus excellentiam regiam quantum affectuose possumus & hortamur, te nihilominus in remissionem peccaminum obsecrantes, quatenus præfatum ducem, cui super hoc per alias nostras literas scribimus, quod relicto huiusmodi ritu erroneo redeat, seu veniat in suæ salutis præmium ad ipsius ecclesiæ vnitatem, paternis & salubribus inducere monitis non omittas. *Dat. Auin. xvi. kalen. iulij anno xi.*

Rogatus Rex Polō. in id incumbere.

Controuersiam idem Rex habebat de regni limitibus cum Io. Rege Boemiæ, qui Vvratislauiam inter alia a Polonia diuulserat: cumque Vvratislauiensis ager denarium vectigalem Romanæ ecclesiæ penderet, ne ex ea mutatione dominiorus iuri pontificio detraheretur, Petrus Aluernus Apostolicæ sedis nuntius coram Ioanne Rege ius ecclesiæ exposuit; idque in publica monumenta iussit redigi assentiente ipso Boemo Rege, & paciscente quidquam damni ex eo ecclesiam non accepturam.

Vvratislauia vectigalis ecclesiæ.

f Ext. in M.S. Vat. sig. lit. C pag. 140. & in alio signo lit E. pag. 240.

50 Susceptа g erat Neapoli nefanda consuetudo, vt ludi crudeles ederentur, in quibus exercendarum virium specie, plurimus sanguis humanus fundebatur: ad quos abolendos nauata est a Pontifice opera, vt subiectæ literæ docent h:

Ludi cruēti Neapoli editi solit.

g To.6.p.3 ep. secr. pag. 215.

h Ead.p.3 ep. secr. pag. 215.

Ioannes, &c. archiepiscopo Capuano & Geraldo de Valle A. S. N.

Sane nostra tenet memoria, quod cum olim in minoribus constituti moram in partibus regni Siciliæ traheremus, non sine stupore audito, quod Neapoli, ciuitate vtique regia, ludus quidam perniciosus & execrabilis carbonarij nūcupatus, certo anni exercebatur tempore; in quo Christiani, per modum pugnæ seu inuasionis vires suas alter in alterum exercentes, se ipsos quandoque mutilabant inuicem, & interdum etiam occidebant impune, varijs exinde alijs scandalis & periculis subsecutis; ad quod horrendum spectaculum multitudo tam sublimium, quam aliarum personarum, in quarum conspectu præmissa committebantur horribilia, concurrebat; nos tam temeraria ludibria, tamque horrenda facinora multipliciter abhorrentes, claræ memoriæ Carolo Regi Siciliæ tunc viuenti diximus & denuntiauimus, quod talia sibi a Deo ad culpam & negligentiam merito poterunt imputari; eidem nihilominus suadendo, vt ea non sineret vlterius in suis terris & districtibus attentari, qui nostris salutaribus acquiescens consilijs, ludum huiusmodi pro tunc penitus interdixit.

Suaserat olim Carolo Ioannes, vt eos aboleret.

Recolimus etiam charissimo in Christo filio nostro Roberto Regi Siciliæ illustri, dudum apud sedem Apostolicam colloquenti nobiscum, hoc idem suasisse super ludo prohibendo prædicto, quod dicto Carolo Regi genitori suo duxeramus, vt præmittitur, suadendum. Addit Pontifex ac deplorat ludum illum nefarium instauratum, ex quo recrudescunt odia, funditur Christianus sanguis, seruntur dissidia, aliaque mala ingrauescunt: ad quæ tollenda Capuano archiepiscopo & Geraldo e Valle memoratis prouinciam imponit, vt Regem ad prohibendos, adiecto pœnarum terrore, huiusmodi ludos impellant: tum etiam, vt pro sacris concionibus tribus diebus festis in maxima populi frequentia anathemate in illos, qui eos ludos celebrarint spectarintue, fulminent, ac promulgent ipsos a nemine, nisi in extremo mortis discrimine, præterquam a Romano Pontifice, illius criminis labe absolutum iri. *Dat. Auin. xii. kal. ianuarij anno xii.* Repetita a sequenti anno eadem imperia, iussique internuntij apud Robertum Regem omni opera incumbere, vt regia auctoritate crudeles eos ludos disturbaret. Quo etiam anno, vt similia coniungamus, obiecta anathematis religione edixit b, ne quis Auinione, aut in illius suburbanis, dum pontificia aula in ea Vrbe versaretur, hastiludia exhiberet.

Ac dein Roberto.

Intentato anathemate tolli iubet.

a To.6.p.3. ep. secr. pag.215.

b An.12.p. 1.ep.cur.3. Vetita Auinione hastiludia.

51 Quod ad Siculas res spectat; Robertus Rex, vt narrat Ioannes Villanus c, mense iulio septuaginta triremium classem ad populandam Trinacriam immisit, magnaque vastitas Trinacrijs illata, vt ijs attriti malis ad obsequium cogerentur. At Fridericus Roberti impar viribus, ex aduentu Ludouici Bauari, in spem elatus, repetendæ vltionis consilia moliebatur, de quibus sequenti anno agetur. Gesserat idem Robertus in Pedemontio diuturnum bellum cū Philippo Sabaudæ stirpis principe, solicitatique ambo sunt d, vt paci animos accommodarent; pariterque Guigo delphinus vt firmando optato fœderi assentiretur incitatus e. Illum vero vna cum Sabaudiæ comite diuturnas inimicitias Reginæ Clementiæ consilijs posuisse, sequenti anno videbimus. Ne vero exercita iamdiu Genuenses in-

c lo. Vill. l.10.c.31. Robertus Trinacriā populatur

Sabaudus & delphinus ad pacem incitati.

d To 6 p.2 ep. secr. pag.79.

e Ead. pag.

cienda illata damna numeraret, Aquitani vero superiorum dissensionum auctores, qui a Franco Rege capite damnati fuerant, exilio tantum ad Anglorum gratiam mulctarentur. Superioris praeterea foederis leges restitutae, editaque Marmandae mense octobri publica de his documenta, quae proximo anno xx. februarij Parisijs Gallorum Regis sigillo obsignata fuerunt. At inuoluta & anceps haec pax extitit, cum Carolus prius e viuis sublatus sit, quam partas a Carolo Valesio Aquitaniae terras Eduardo nepoti restitueret: Philippus vero Valesius, qui componendis huius foederis pactionibus interfuit a, ad solium euectus expugnata a suo patre in Aquitania loca retinere voluerit, neque ad id a Pontificibus flecti potuerit: cumque summo & acerbiore iure cum Anglo ageret, illum ad Galliarum excidium concitauit; sed de his postea. Nunc ad Carolum orationem reuocemus. Extulit pluribus laudibus Ioannes b Caroli Francorum Regis eximium in tuendis viris ecclesiasticis, ac reprimenda eorum, qui ipsi infensi essent temeritate, studium: Ioannamque Reginam vxorem permouit c, vt ipsum ad ecclesiasticorum venerationem, Dei cultum, pia opera, atque alia exempla virtutum vrgeret.

Delusus sua expectatione Anglus.

a Idem M. S. vbi sup.

b To. 6 p. 3. ep. secr. pag. 191.

c Ead. pag.

44 Inuidit quidem daemon pij Regis felicitati, qui administros suos ad conflandas illius vitae magicis artibus insidias impulit, de quibus Pontifex his verbis queritur d: *Nonnulli perditionis filij & iniquitatis alumni, detestandae factionis nefarijs operationibus damnabiliter intendentes, quasdam sub figura seu typario regio conflari imagines plumbeas, vel etiam lapideas fabricarunt, seu fabricari fecerunt, vt magicis artibus horrenda maleficia, incantationes, & conuocationes daemonum, & alia execranda & prohibita opera exercerent.* Tantorum flagitiorum auctores nonnulli clerici accusati: qui cum a regijs administris in vincula coniecti essent, atque ad ecclesiasticum tribunal de eorum causa cognoscere spectaret, Pontifex Guillelmo episcopo Sabinensi, Petro tit. S. Susannae, ac Bertrando S. Mariae in Aquiro diacono Cardinalibus munus impofuit e, vt clericorum eorundem causam discuterent, iudicesue constituerent.

Structae magicis artibus Carolo Regi insidiae.

d Ib. pag. 179.

In nonnullos clericos mali auctores a Pont. inquiri iussum.

e Ead. pag.

45 Per ea quidem tepora daemones curiositatis lenocinio plures Christianos ad magicas artes allexisse, seque phialis, speculis, sigillis, alijsque rebus vinciendos curasse constat. Tantum enim tamque lugubrem fidelium lapsum his verbis deplorat Pontifex f: *Dolenter aduertimus, quod etiam cum nostrarum turbatione viscerum cogitamus, quamplures esse solo nomine Christianos, qui relicto primo veritatis lumine, tanta erroris caligine obnubilantur, quod cum morte foedus ineunt, & pactum faciunt cum inferno: daemonibus namque immolant, hos adorant, fabricant ac fabricari procurant imagines, annulum, vel speculum, vel phialam, vel rem quamcumque aliam magice ad daemones inibi alligandos: Ab his petunt responsa, ab his recipiunt, & pro implendis prauis suis desiderijs auxilia postulant; pro re foetidissima foetidam exhibent seruitutem. Proh dolor! huiusmodi morbus pestifer, nunc per mundum solito amplius conualescens, successiue grauius inficit Christi gregem, &c.* Obiectum est a Pontifice anathema ijs, qui nefarias huiusmodi artes exercerent; ac sancitum, vt poenis in haereticos constitutis afficerentur, omnesque libelli de arte magica conscripti, excurrente octiduo, flammis abolerentur; inflictumque anathema ijs, qui ipsos seruarent.

Plures magicis artibus infecti.

f Extrau. inter comm. in Io. xxii. com. 13.

Statutae in eos poenae.

46 Nefarijs eiusmodi artibus imbutum Franciscum Asculanum astrologum Florentiae flammarum supplicio traditum hoc anno scribit Ioannes Villanus a. In tantam enim vesaniam proruperat, vt in sphaerae tractatu a se Bononiae composito affirmaret, in superioribus orbibus caelestibus spiritus generari, qui incantatoria arte ad opera admiranda constringi possent: astra in hominum voluntates influere, easque ad necessitatem cogere: Christum dominum certo astrorum concursu natum inopem, atque in crucem suffixum; dissimilique siderum conuersione nasciturum antichristum; ac summas opes, potentiam, & orbis imperium adepturum. Quam perniciosam haeresim cum a fidei censoribus euomere iussus esset, iterumque resorbens quae vomuerat, damnato libro vteretur, vrgente episcopo Auersano Minorita ducalis scrinij praefecto, qui nefarium hominem in scelera & libidines effusum in Caroli Calabriae ducis clientela & vsu versari dolebat, flammis exustus est. Plura vera Franciscum praedixisse, vt de Ludouici Bauari Romam vsque secundis processibus, refert memoratus Villanus: quae quidem daemonum opera praesagire facile potuit, cum solemne sit huiusmodi hominibus, daemonum consortio inquinatis, ad scelus tegendum inanem astrologiam obtendere.

Francisc. Asculan. magus.

a Io. Vill. l. 10. c. 41.

Ficta ab eo haeresis.

Exustus Florentiae

47 His igitur temporibus infernae potestates ecclesiam oppugnare omnium telorum genere anniisae; promouebant artes magicas, vt nefarios & curiosos a Christo omnino abducerent. Praeterea Marsilij & Ianduni haeresibus, de quibus superius actum est, in Italia ac Germania praecipue inficiebant politicos; alios vero pietatis specie in schisma & haeresim agebant praecipites. Grassati enim in Bosnina, Sclauonia, & Transiluania religionis larua induti haeretici b. Polonia ea labe non caruit c, ad quam abolendam Praedicatores d fidei censores in eo regno sunt constituti: in Sicilia Fraticelli e sua venena sparsere. Michael Caesenas f summus Minoritarum praefectus suis scandalum iniecit: cum enim sententiam suam promulgatam in Perusinis comitijs praeferret fidei decreto a Pontifice edito, in ius ad subsellia Apostolica vocatus hoc anno rebellionem & fugam molitus est. Deinde vbi se parum collegisset, poenitere prae se tulit; ac significauit literis g Ioanni, se Apostolicae sedi, ac sententiam suam subijcere, iterque ad capessenda illius imperia ingressum. Cui rescripsit Pontifex eu se praestolarurum. At Michaelem ipsum reuersum ad vomitum, seque ad Ludouicum Bauarum contulisse, atque antipapae adhaesisse visuri sumus.

Oppugnator ecclesia variis impietatum telis.

b An. 11. p. 1. ep. cur. 20.

c Ib. ep. 25.

Michael Caesenas impietatis signifer.

Fugae se poenitere fingit.

d Ead. p. 1. ep. cur. 27. 28.

e To. 6. p. 1 ep. secr. pag. 57.

f To. 6. p. 3 ep. secr. pag. 12.

g Ead. pag. 125.

Rediere h vero nonnulli Minoritae ad sinum ecclesiae, quos expiato rite crimine a Bartholomaeo Minoritarum, vt vocant, prouinciali vna cum alijs i, qui haereticis & schismaticis studuerant, iamque resipuerant a crimine, Pontifex exemplo, vt ait, Dei non morte, sed vita peccatorum gaudentis, Astensi & Alberti episcopis in consilium adhibitis, in gratiam restitui iussit. Illos porro cum Ludouici Bauari partibus, cum ageret in Insubria accessisse colligitur, similiter namq; Alberto episcopo Brixinensi data l auctoritas, vt feu ex ijs, qui Bauaro obsecuti erant, diuinaq; coram ipso officia peregerant, censuris exolueret. At Fraticellos, quibus de paupere vita nome erat,

Plures Minoritae resipiscunt ab haeresi.

h Ib. lib. pag. 95.

i Ead. pag.

l An. 11. p. 1. ep. cu. 40.

pijs operibus se totam addicebat a, magnoque sumptu xenodochium exercendæ in pauperes misericordiæ causa condere meditabatur, proximo interuallo situm a religiosis ædibus, quas antea Conimbricæ in Clarissarum vsum extruxerat, cum quibus diuinis rebus liberiorem animum transfundere cupiebat, perficiendique pij consilij potestatem petijt a Pontifice; qui pijs eius votis subiecto diplomate annuit b.

a An. 12. p. 1. ep. com. 170. Vuad. in annal. hoc ann. n. 18 19.

b Ib.

Charissimæ in Christo filiæ Elizabeth Regina *Portugalliæ illustri.*

Petitio tua nobis exhibita, quod tu olim cupiens terrena in cœlestia, & transitoria in æterna felici commercio commutare, ad honorem B. Claræ virginis quoddam monasterium monialium ordinis eiusdem sanctæ, prope ciuitatem Colimbriensem construi fecisti, & de bonis proprijs ample dotasti, illudque permagnum & latum spatium muro vallasti, atque infra murum, & vallum huiusmodi domos, in quibus tu cum tua familia valeas commorari, ædificari mandasti; quodque nihilominus tu quoddam hospitale pro alimentandis pauperibus iuxta domos huiusmodi construere, & proprijs facultatibus dotare intendis: quare nobis humiliter supplicasti, vt tibi construendi hospitale prædictum in dicto loco licentiam largiremur.

Extructū ab ea Clarissarum monasterium.

Et xenodochium.

Nos itaque huiusmodi tuum laudabile propositum in Domino commendantes, ac volentes, quantum cum Deo possumus, votis tuis annuere in hac parte, tuis supplicationibus inclinati, vt prædictum hospitale & iuxta illud capellam, in qua altaria ad honorem B. Claræ & Elisabeth erigantur, ac vnus vel duo perpetui capellani instituantur ibidem Domino seruituri, per te & successores tuos loci diœcesano in posterum præsentandi, qui possint pauperibus dicti hospitalis & familiaribus suis sacramenta ecclesiastica ministrare; construere valeas, dote sufficienti pro præmissis omnibus eisdem hospitali & capellæ iuxta eiusdem diœcesani arbitrium per te primitus assignata, deuotioni tuæ tenore præsentium indulgemus: volentes insuper & auctoritate apostolica nihilominus concedentes, quod idem diœcesanus in loco opportuno cœmeterium benedicere possit, in quo præfati hospitalis pauperes & familiares tui prædicti, cum eos pro tempore mori contigerit, valeant sepeliri; iure parochialis ecclesiæ & cuiuslibet alterius in omnibus semper saluo. Nulli ergo, &c. *Dat. Auin. VI. kal. nouembris anno XII.*

43 Aberat ab his S. Elisabethæ Reginæ Lusitaniæ virtutum exemplis Isabella Regina Angliæ, quæ Eduardum Regem maritum suum mancipandum vinculis curauerat c: denique infelix Rex Eduardus in publicis totius regni ordinum conuentibus gradu regio deturbatus est d, ipsiusque sceptrum ad filij manus translatum. Neque is actus vltimus calamitatis miseri principis, quem sibi exitium ob contempta pontificia monita accersiuisse vidimus; arctissimæ enim custodiæ mancipatus est; cumque nonnulli de eo liberando cogitarent, in vinculis extinctus est. Tulit rumor acerbissimo eoque ignominiosissimo supplicij genere discruciatum, ne vlla in corpore violentæ mortis nota appareret, adacto nimirum in anum tubo ductili, traiectoque veru ignito, quo exusta sint viscera. Rogerius Mortimerius tutelam regis Eduardi III. vna cum Edmundo Cantij & Henrico Lancastriæ comitibus suscepit nouoque Angliæ Regi Pontifex VI. idus nouembris huius anni de adepto regno gratulatus, optimis præceptis illum imbuit, ita sceptrum caducum moderaretur, vt immortale sibi compararet. Gessit bellum sub ipsa regni initia cum Roberto Brusio Rege Scotiæ, ac Ioannes Hannoniæ comitis frater maxima e Flandria ad Eduardum auxilia adduxit: quibus copijs externis & Anglico instructus exercitu, Robertum (qui in Angliam ante irruperat) adorsurus, ob suorum discordiam reducere exercitum coactus est.

Anglorū Regina Regem in vinculis tenet.

c Vvalsing in Eduar. II.

Conuentus ordinum con tra Regē celebrati.

d Idem in eod.

Eduardus senior in vinculis extinctus.

Inutilis Eduardi expeditio in Scotiā.

44 In Aquitania Anglorum cum Gallis controuersiæ non leues erant: ac licet Pontifex idibus maij Ioanni Vvintoniensi & Guillelmo Norvvicensi episcopis de pace inita sit gratulatus; haud ita tamen res compositas a datæ ad sedis Apostolicæ nuntios iulio, & augusto literæ indicāt. Gestæ vero rei historia, quam parum accurate tractant Gallici scriptores, petenda est ex ipsis cōcordiæ, quæ tum inter Reges percussa est, publicis documentis, quæ ad Ioannem XXII. pacis solertem interpretem transmissa sunt, atque ex archiuo Auinionensi in Vaticanum illata, præ manibus habuimus, quæ diligentius a nobis excutienda visa sunt, cum ex male seruato hoc fœdere bella, quæ Anglos Gallosque exercuere tot seculis, primam duxisse originem visurisimus.

Pontificis curæ ad pacandā Aquitaniam;

a To. 6. p. 1 ep. secr. pag. 23.

In primis de fœdere antea inter Carolum & Eduardum II. inito interprete præcipue Isabella Regina Eduardi coniuge & Caroli sorore suamque ad id operam conferentibus archiepiscopo Viennensi & episcopo Aurasicano sedis Apostolicæ nuntijs, facta a nobis mentio est ex historicis, quos secuti, diximus eam latam fuisse legum, vt quæ parta fuerant in Aquitania a Carolo Valesio, Gallici iuris essent: sed in documentis b publicis Gallorum Regis sigillis obsignatis, ea pactio non est expressa, sed obscuris admodum verborum ambagibus adumbrata, quas cum huiusmodi tricarum politicarum artifices nexuissent, atrocissimarum discordiarum maximo rei Gallicæ damno semina sparsere, cum Galli in eum sensum concordiæ leges detorquerēt; Angli vero fucum sibi factum disceptarent: adiectum enim fuerat, Gallum secundum leges de his terris pronuntiaturum, ius suum Anglo repetente; atque ita lis dirempta non fuit. In illo vero tractatu ea pactio perspicua est, vt Gallus Aquitaniæ virum probum Anglo non suspectum præficeret ad iustitiam administrandam, soluerentur vtrinque exercitus, Anglusque Gallum Regem, recurrente festo assumptæ in cælum Deiparæ sacro Bellouaci conueniret, & acceptam Gallicæ coronæ Aquitaniam referret, quæ tum ipsi, reuocato memorato præfecto, restituenda foret. Et hæc pari consensu a Gallicis & Anglicis oratoribus ad Isabellæ Reginæ gratiam, sedisque Apostolicæ preces anno MCCCXXV. vt Caroli & Eduardi Regum literæ c ostendunt, sancita fuerunt. At dein, cum Eduardus II. in filium Aquitaniæ iura transfudisset, posteaq; intestino oppressus bello periisset, atque Eduardus III. Angliæ sceptrum capessiuisset, priora recruduere bella, ius sui armis, quod legibus non potuerat, Eduardo repetente; sed ne sanguinis iura violarentur, ea dissidia, vrgente concordiam Pontifice, a quo Guillelmus archiepiscopus Viennensis & Ioannes e Grat. dicono missi d, ita composita e sunt, vt primum quæ ab Anglis in Aquitania erepta fuerant Gallo contra superioris fœderis formulam restituerentur, & vicissim parta a Gallo redderentur Eduardo: tum Anglus quinquaginta millia sterlingorum ad facien-

Quæ fuerint belli causæ.

b Ext. in arch. Vat. ex Auinio. delata sign. n. 10. in chart. pergam.

Quæ fuerunt prioris fœderis pactiones.

c Ext. in eod. instr. d To. 6. p. 1 ep. secr. pag. 17.

Posterioris belli causæ.

e Ext. de eo publ. documen. sign. n. 8. in arc Vat. ex Auin. delata.

Quibus legibus sopitum.

abscessit in regnum paternum, vt illius aditus aduersus Ludouici irruptiones muniret.

Iacobus Rex Arag. suam aduersus Lud. operam offert.

39 Dum secundis rebus vtebatur Ludouicus, partesque ecclesiæ prosternebat, Petrus princeps Iacobi Regis Aragonum filius, zelo accensus, suam Pontifici operam aduersus Bauarum detulit: cuius egregia in ecclesiam studia commendauit Ioannes, temporeque opportuno eius se adhibiturum operam rescripsit a. Cæterum exagitabat b tum Petri principis pater Iacobus Rex Cæsaraugustanam ecclesiam, a qua opprimenda ipsum sibi teperare iussit Pontifex; ac Iacobum Regem Balearium est adhortatus c, ne Tarraconensis ecclesiæ iura, quæ in Minorica insula Tarraconensis archiepiscopi virtute barbaris, vt vidimus, erepta obtinebat, inuaderet; ac Philippo d e Maioricis sacræ ecclesiæ B. Martini quæstori ac regio tutori, vt seruarentur integra, commendauit: instititque e apud eundem principem, r.e suum nepotem, qui a nonnullis Aragonijs magnatibus ad dirimendas ferro quasdam controuersias in certamen singulare ex nefaria gentis consuetudine vocabatur, discrimini se committere permitteret. Tum etiam ad Regem Aragonium, vt rem vetaret, hæc scripsit f: *Quia quædam in partibus regni tui consuetudo esse asseritur, diuino prorsus & humano iuri contraria, quod barones, seu milites & eorum filij super quæstionibus suis, etiam si stare iuri se offerant, hoc non admisso, cum aduersario bellum suscipere compelluntur; nec, vt nosti, præfatum Regem Balearium scilicet, deceat, nec sibi & dicto regno suo expediat, se tanto exponere casui, prædictum Regem, tā inhumana consuetudine prædicta nonsinas aliquatenus coarctari. Dat. Auin. v. kal. iunij an. XI.*

Monitus a Pont. de tuendo iure ecclesiastico.

a To. 6. p. 1. ep. secr. pag. 40. b Ead. pag. c Ead. par. pag. 35. d Ib. pag. 36. e Ead. par. pag. 40.

Rex Balearis pro uocatus in certamen singulare.

f Ead. pag.

Rogatus Rex Arag. impium facinus disturbare.

Ereptus est e viuis paucis post mensibus, nimirum mense octobri, vt refert Ioannes Villanus g vel nouembri ineunte vt Hispani auctores affirmant, Iacobus Rex Aragonum, magnis quidem, vt aiunt, virtutibus ornatus, & pacis bellique artibus decorus, cuius peritia in rebus ingentibus se explicuit. Laudat ipsum Ioannes Mariana h litibus infensum fuisse, ac Radam iurisconsultum insignem, cum illius argutijs æquitas opprimeretur, regno pepulisse; atque hoc elogium subiungit: *Illud in Iacobo Rege eximium, quod regni principatus Aragoniam, Catalaniam, Valentiam indiuiduos fore perpetua lege sanxit.* Sexaginta sex annorum fuisse tradit Surita i eiusque corpus in monasterium S. Crucis illatum.

g Io. Vill. l. 10. c. 46. Iacobi Regis mors.

h Marian. l. 15. c. 19. Illius elogium.

i Sur. l. 6. c. 75.

Synodus Toleti celebrata.

40 Hoc anno secunda mensis februarij die habita est synodus prouincialis Toleti Ioannis archiepisc. Toletani iussu, in qua plura de seruādo in cognoscendis causis iudiciorum ordine, deque ecclesiastica restituenda disciplina statuta sunt. Tum hæc in clericos, qui censuras ecclesiasticas spernerent, sancita: *Quia frequenter aliqui clerici, qui in obedientia exhibitione & obseruatione mandatorum Dei ecclesia sua sancta esse debuerant speculum aliorum; manendo excommunicati longo tempore animo indurato occasionem laicis tribuunt similia faciendi; idcirco statuimus, quod quicumque clericus excommunicatus ab homine, passus fuerit contumaciter per triginta dies a tempore sententiæ se manere ligatum, si beneficiatus fuerit, per sententiam domini archiepiscopi vel eius vicarij suo beneficio expellatur, & per duos menses sit inhabilis ad aliud obtinendum: si beneficiatus non fuerit, pro superioris arbitrio pecuniaria * puniatur; sic quod maior pœna ei imponatur, quam per Regem & statuta contra laicos taliter excedentes.*

Contra clericos censuras spernentes decretum.

* mulcta

41 In Castella Ioannes princeps Emanuelis filius, limiti aduersus Granatenses Saracenos præfectus, belli sacri consilia meditabatur: quæ cum aperuisset Pontifici, ad ea magnis animis perducenda excitatus est a: eoque militari ardore incensus Rutem arcem, vt scribit Mariana b, improuiso aduentu cepit, collatisque ad Guadalfortium cum Mauris signis, illustrem de fidei hostibus victoriam retulit; de qua Pontifex gratulatorias hasce literas ad illum dedit c, vtque debellandis fidei hostibus operam, vti magna cum virtutis laude cœperat, collocaret accendit.

Ioannes princeps in Granatenses ducit.

a To. 6. p. 2. ep. secr. pag. 87. b Marian. l. 15. c. 19. c To. 6. p. 2. ep. secr. pag. 493.

Ioannes, &c. nobili viro Ioanni nato celebris memoriæ Emanuelis infantis.

Nobilitatis tuæ literas gloriosam victoriam, quam tibi aduersus nationem Saracenorum fœtidam pridem in eis partibus dominus exercituum de cœlo contulit, cum ingenti lætitia recepimus describentes; & ex earum lectione, nec non & relatione venerabilis fratris nostri Guillelmi episcopi Sabinensis, & dilecti filij Lucæ S. Mariæ in Via lata diaconi Cardinalis, quibus plenius super ijs scripseras (per quas modum ipsius lætabundæ victoriæ, captionisque vexilli profani Regis Granatæ, ac alia, quæ præcesserant & subsecuta fuerunt, plenius intelleximus.) lætiores effecti, et exoluere laudis iubilum curauimus, qui te tantæ zelo deuotionis accendit, vt fortis athleta & pugil Christi effectus strenuus contra blasphemos nominis Christiani, crucis hostes, & Christianorum sanguinem sitientes, pro nostri Redemptoris reuerentia potenter & viriliter offeras temetipsum; quique tandem, te gratia suæ benedictionis præueniens, aduersus hostes ipsos triumphalem tibi victoriam ministrauit.

Gratulatoriæ de victoria parta Pontificis lit.

Exultamus insuper in Domino, & in eo tuæ deuotionis prudentiam multipliciter commendamus, quod victoriam ipsam non tibi, sed sibi, qui contra suos pugnans aduersarios, non modicam in manu tua conclusit ipsorum multitudinem, sapienter ascribis. His profecto, fili, rebus intendere persuadet tibi clara tui prosapia generis, & cor tuum gratia perfundente diuina, te illis inhærere inducit studijs, quæ benedictionem tibi adaugeant, & laudem apud homines tuæ titulis probitatis adquirant. Sane quia inter virtutes, currentes ad brauium, corona est perseuerantiæ repromissa, eandem nobilitatem tuam rogandam duximus & hortandam, quatenus laudabiliter cœpta peruigili cura continuans, sic Dei negotium ad finem perducere, gratia tibi assistente diuina, studeas peroptatum; sicque, vbicunque potueris, pugil Christi cultum eius, repressis eiusdem crucis hostibus, propagare procures, &c. *Datum Auinione.* Felices ij progressus, exortis nouis in Castellana aula discordijs, abrupti: cum enim Alfonsus Rex, neglecta Constantia Ioannis principis filia, quam vxorem ducere spoponderat, in Mariam Regis Lusitaniæ filiam affectus conuertisset, Ioannes d relicto bello priore, contentus parta victoria, ad suæ ditionis oppida secessit. Abalienatus etiam est a Rege Alfonso ob crudele illius in Ioannem Cantabriæ principem facinus, quem vocatum exceptumq; conuiuio, violato hospitij iure, obtruncauit, moxque in Cantabriam misso exercitu principatum occupauit; ex quo atroci facto vindicis nomen apud suos tulit.

Discordiæ ciuiles successus euertunt.

d Marian. l. 15. c. 19.

42 Inter hæc in Lusitania Elizabetha Regina, cui sanctæ nomen eximiæ virtutes pepererunt,

S. Elizabeth Regina.

 pijs

Iudicatur Marsilio & Ianduno pœnę.

vt hæresiarchas potius reprobamus & sententialiter condemnamus. Si quis enim doctrinam prædictam defendere vel approbare præsumpserit, cuiuscumque dignitatis, ordinis, conditionis, aut status tanquam hæreticus ab omnibus confutetur.

Præterea vniuersis & singulis Christifidelibus districtius inhibemus, ne prædictos Marsilium & Ioannem hæreticos & de hæresi, vt præmittitur, condemnatos sententialiter, aut eorum alterum receptare, defendere, fouere, aut eis quomodolibet adhærere per se, vel alium seu alios, publice vel occulte, directe vel indirecte, auxilium, consilium, vel fauorem præsumant; sed eos euitent potius vt hæreticos manifestos, ipsosque, quos capiendos fidelibus exponimus, zelo persequantur fidei, & capiant vbicumque ipsos reperire potuerint, ac ecclesiæ captos assignent, animaduersione debita puniendos, &c. *Dat. Auin x. kal. nouemb. pontific. nostri anno xii.*

36 Meminit huius constitutionis Turrecremata [a], ac memoratas hæreses Marsilij & Ianduni perstringit; scripsitque aduersus eosdem Aluarus Pelagius in suo collyrio [b] aduersus hæreses, tum in libro de planctu ecclesiæ, ac duas alias insuper Marsilium vomuisse memorat his verbis [c]: *Dicit etiam ille perfidus Marsilius, quod vacante papatu succedit Imperator. Sed vnde hoc habuit, & quo motu hoc dixit ignoro, cum nedum omnis scriptura, sed huic positioni omnis ratio contradicat: Papa enim succedit imperio, extra de foro compet. Licet, extra de re iud. Pastoralis in Clement. non Imperator in papatu. Quæ enim communicatio cani & sancto? ecclesiast. xiii. ii. Corinth. vi. profanis & diuinis? extr. de Iuda. Ad hæc xii. q. ii. Nulli. Subdito & domino? extr. de elect. Venerabilem. Quomodo potest Imperator in ecclesiasticis succedere, cum inhabilis sit ad talia possidenda & tractanda, cum etiam statutum factum ab eo in ecclesiæ fauorem non valeat nisi expresse ab ecclesia approbetur? xcvi. di. Bene quidem extr. de consti. Ecclesia. Quia Balthasar vasa templi contaminat, a Deo percutitur, Dan. v. de consec. di. i. Vestimenta. Item Ozias Rex Iuda, quia sacerdotum officia vsurpare voluit, a Domino lepra percussus est, ii. Paralip. xxvi. ii. q. vii. §. Item cum Balaam versic. Sicut ergo. Item Heliodorus missus a Rege Antiocho, inuadere ærarium, vbi erant in templo reposita deposita, calcibus equi, mirabiliter apparentis, percussus semiuiuus relictus est, ii. Machab. iii. Item si Imperator succederet in papatu, iam solueret & ligaret: sed non Imperatoribus, sed piscatoribus data sunt claues a Deo, de pœn. di. i. Quem pœnitet, & non laicis, sed presbyteris: Imperator enim a sacerdotibus ecclesiæ anathematizatur & religatur xcvi. di. Duo. Ad hæc faciunt xcvi. di. Satis euidenter. xvii. di. §. Hinc etiam. Item Ambrosius Imperatori volenti ecclesiam occupare ait: Quid tibi & adultera? adultera est, quæ non tibi est legitimo matrimonio copulata: cedat palatium Imperatori, ecclesia antistiti. xxiii. q. viii. Conuenior: distincta autem quantum ad hoc sunt officia Romanorum Pontificum et Imperatorum. x. di. Quoniam, xcvi. di. Cum ad verum; vnde in fine ibi dicitur de Imperatore: Ac vicissim non ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset negotijs spiritualibus implicatus. Vide sup. cap. xl. vers. Item error.*

a Turrec. summ. de eccl. l. 4. p. 2. c. 37.
b Ext. M S in bib. Vat. signat. n. 1129 p. 5.
c Aluar. Pelag. ep. Siluen. l. 1 de planctu eccl. c. 68.
Finxit Marsil. Pōtifici succedere Cæsarem vacante sede. Refellitur

Negauit clerum tēporalia habere posse.

37 *Insuper quod dicit ille impius, subdolus, & sophista, quod ecclesia temporalia habere non potest, falsum est, quia nedum laici, sed etiam clerici possunt habere temporalia & proprium. Sed illa de antiqua hæresi traxit, hi sunt enim hæretici, qui condemnant proprium, habentes in hoc mundo, xxiv. q. iii. Quidam versic. Apostolici. Alij etiam sunt qui dicunt, quod a tempore Siluestri Papæ, qui recepit donationem a Constantino, de qua xcvi. di. Constantinus, ecclesia non fuit in statu salutis. Sed istis mentita est iniquitas sibi, psal. xxvi. nam ecclesia primitiua habebat pecunias & proprium in communi, act. iv. & xii. q. i. Dilectissimis & ca. Scimus; vnde & videntes summi sacerdotes & alij fideles magis expedire ecclesijs habere possessiones, quam pecunias, quæ dabantur eis ex possessionibus venditis, dederunt eis possessiones, quæ in ditione episcoporum consistunt, xii. q. i. Videntes de prædijs ecclesiarum, xii. q. ii. quasi per totum. Propter hanc etiam causam Christus aliquoties habuit loculos, Io. xii. quia sua erat ecclesia loculos habitura, xii. q. i. Habebat, & c. Exemplum xxiii. q. iv. Duo ista. Quod autem & episcopi & alij clerici possint habere proprium in speciali, qui religiosi non sunt, clarum est, xii. q. i. Episcopi cum ii. c. seq. & §. Cum ergo & §. Ostensum. Et infra: Item si sancti martyres & confessores prælati in ecclesia Dei sciuissent esse peccatum ecclesiam bona temporalia possidere, nunquam donationes talium recepissent & dispensassent: sic argumentatur Prosper xii. q. i. Expedit. Simile c. vii. q. i. Omnis qui gemebat. Præterea filij Leui clericos præfigurant, xxi. di. §. Terras & ciuitates possidebant xiiii. q. i. §. His ita.*

Exploditur ea hæresis.

Marsilij scripta in lucē edita a Lutheranis.

Sparsi sunt præter memoratas hæreses plures alij errores in venenatis Marsilij libris, quos in perduellionis Lutheranæ exordio, cum diu ob pontificiā præscriptionem in tenebris, quibus erāt digni iacuissent, perfidi in lucem ediderunt, ne vt ait Albertus Pighius: *Nulla non pestis nunc reuiuisceret, aut quid deesset persecutioni ecclesiæ.* Confutauit tunc idem catholicus doctor a luculento libro typis cuso Marsilij pestifera dogmata, vt fideles aduersus illius venena communiret, quē lector cupidus consulere poterit; cum ipse magna fide Marsilij argumenta referat, vt nos ex M.S. b vetusto Vaticanæ bibliothecæ, quod præ manibus habuimus comperimus, eaque solide & erudite cōfutet; nostra vero ad historicam narrationem reuocanda sit oratio, vt Ludouicum, cuius gratia assentatores nefandi tot finxere hæreses, Romam properantem sequatur.

a Alber. Pig. l. 5. de hierarch. eccl.
b M.S. bib. Vat. sign. n. 3974.

38 Exeunte anno eduxit Pisis exercitum Ludouicus c, cum a Pisano populo & clero auri vim in militum stipendia exegisset, & Castrucio aliquot diebus expectato (cui Pisanos Sarranam, Rotinam, aliaque oppida inuitos tradere coegerat d; quique non sine magnis difficultatibus, vt Romam contenderet, adduci poterat) a Romanis Gibellinis solicitatus e, vt castra promoueret, ne Vrsini ac Robertus Rex fluctuantem populum in suas partes traherent, Vrbemque occuparent; vigesimo primo decembris versus Romam per maritimam oram iter intendit non sine maximis difficultatibus. Tum vero Pontificiæ spes inanes apparuere: cum imminente Italiæ Ludouico, Ioannes perspectis Gibellinorum rebus, illius impetus fractum iri præfidebat f a Bertrando legato & Carolo duce Calabriæ, quos ad coniungenda, vt Ludouico iter abrumperent, arma animabat: qui tamen venienti nullum obicem obiecere. Peruenit Viterbium secunda ianuarij die g insequentis anni Ludouicus, quo se mox Castrucius cum lectissima equitum manu contulit. Carolus h vero dux Calabriæ vigesimo octauo decembris Florentia ab-

c Io. Vill. l. 10. c. 49.
d Cap. 47.
e Cap. 49.
Mouet versus Romā exercitu Ludouic.
f To. 6. p. 2 ep. secr. pag 61.
g Io. Vill. l. 10. c. 49.
h Ib. c. 50

habere. Item scribens eisdem alibi dixit: *Arma, inquit, militia nostra non sunt carnalia, sed potentia Deo*, idest a Deo concessa *ad destructionem munitionum consilia destruens, & omnem multitudinem, extollentem se aduersus scientiam Dei.* Et sequitur; *In promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam.* Ex quibus patet, Paulum non ab Imperatore, sed a Deo habuisse potestatem, etiam coactiuam; cuius contrarium blasphemi præsumunt dicere supradicti. Rursum aduertant isti nequam homines, quomodo audent dicere, quod ab Imperatore terreno ecclesiatum prælati coactiuam vel aliam receperint originaliter potestatem; cum, vt supra dictum est, Imperatores vsque ad Constantinum magnũ fere omnes pagani fuerint, seu idololatræ & persecutores; immo exterminatores, quantum fuit in eis, ecclesiæ sanctæ Dei. Quomodo ergo illi talibus coactiuam vel aliam potestatem concederent, vtique nullus sapiens credere debet.

34 Et quia ne tantorum actores & doctores errorum plures in ipsorum errorum pertraherent deuium, ipsiq; propter impunitatis audaciam nequaquam fierent nequiores, licet nos cum eorum excessus adeo forent notorij, quod nulla poterant tergiuersatione celari, & possemus procedere ad sententiam contra eos; de benignitate tamen apostolica, quæ conuersionem desiderat peruersorum, nos ipsos Marsilium & Ioannem & quemlibet ipsorum de fratrum eorumdem consilio v. idus aprilis proxime præteriti, die videlicet dominicæ cœnæ, per edictum citauimus publice, præsente fidelium multitudine copiosa, vt infra quatuor mensium etiam proxime subsequentium spatium, quos eis & eorum cuilibet de eorumdem fratrum consilio pro peremptorio termino præfiximus & assignauimus, apostolico conspectui se personaliter præsentarent, super prædictis excessibus & delictis, vt præfertur, notorijs iustam, dante Domino, sententiam audituri; ac responsuri & facturi quod iustitia suaderet; eisdem apertius prædicentes, quod siue infra prædictum comparerent, terminum coram nobis, siue non comparerent; nos ad prædicta absque monitione & citatione procederemus, prout videremus expediens, eorum absentia non obstante; volentes tunc nihilominus, ac etiam decernentes occasione prædicta, etiamsi termini supradicti præfixo in tempore forsitan caderet feriato, perinde valere, suumque effectum fortiri debere, ac si tempus feriatum non existeret, quacumque constitutione super hoc in contrarium edita non obstante: & vt ad ipsorum & aliorum, quos tangebant, notitiam communem deducerentur prædicta, chartas siue membranas, processum continentes eundem, in maioris ecclesiæ Auinionensis appendi vel affigi ostijs fecimus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicarent, vt ipsi & alij, quos processus ipse tangebat, nulla possent excusatione contendere, quod ad eos non peruenisset, vel quod ignorassent eundem: cum non esset verisimile, quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod publicabatur omnibus tam patenter. Voluimus etiam, auctoritate apostolica decernentes, quod idem processus prædictos citatos apprehenderet & arctaret, quia ad eos, moram trahentes cum dicto Ludouico, tutus non patebat accessus, ac si eis insinuatus personaliter & publicatus solemniter extitisset, constitutione quacumque per Romanos Pontifices prædecessores in contrarium edita non obstante.

Vt ijdem hæretici iudicio postulati sint.

Propositũ publice in eos editum.

Cum autem præfati Marsilius & Ioannes citati, vt prædicitur, nec aliquis eorundem in præfixo sibi termino comparere non curauerint, nec aliquis pro eisdem, nos ipsos & eorum quemlibet de fratrum prædictorum consilio reputauimus, & decreuimus merito contumaces. Et licet etiam eorum contumacia exigente potuissemus, cum eorum essent excessus, vt præfertur, adeo notorij, quod non poterant aliqua tergiuersatione celari, ad sententiam alias rationabiliter contra ipsos procedere & quemlibet eorundem; de benignitate tamen apostolica, quæ conuersionem peccatorum desiderat, ipsos decreuimus vsque ad nostrum beneplacitum expectandos: quocirca contra ipsos procedere vsque ad diem præsentem de eorundem fratrum consilio duximus differendum.

Conuicti contumaces.

35 Sane considerantes attente, quod præmissi Marsilius & Ioannes ad redeundum ad sinum ecclesiæ se non præparant, sed potius vt in sui erroris deuium alios pertrahant, elaborant; necnon & ad memoriam reducentes, quod dudum cum hostis humani generis ad impugnandum sinceritatem fidei hæreticorum fallaciam subinduceret fraudulentam, sancti patres prædecessores nostri contra ipsos viriliter insurgentes, eorum praua dogmata cum suis auctoribus condemnarunt, sicut patet de Arrio & Manichæo, Nestorio & Dioscoro, eiusque complicibus & pluribus alijs, quos cum suis hæresibus iustissima sententia condemnarunt, ac volentes eorundem patrum vestigijs inhærere; & insuper attendentes probabiliter formidari, quod contra præmissa mora periculum, & damnum dissimulatio forent procuIDubio allaturæ, non intendentes eos vlterius expectare, sed reputantes ac decernentes potius contumaces; ad laudem & gloriam sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, consolationemque fidelium, & fidei catholicæ firmamentum de fratrum nostrorum consilio, Dei nomine inuocato, articulos prædictos, videlicet quod illud, quod de Christo legitur in euangelio beati Matthæi, quod ipse soluit tributum Cæsari, quando staterem sumptum ex ore piscis, illis qui petebant didrachma iussit dari, hoc fecit non condescensiue & liberalitate suæ pietatis, sed necessitate coactus; item quod beatus Petrus Apostolus non fuit plus caput ecclesiæ, quam quilibet aliorum Apostolorum, nec habuit plus auctoritatis, quam habuerunt alij Apostoli, & quod Christus nullum caput dimisit ecclesiæ, nec aliquem fecit vicarium suum; rursus quod ad Imperatorem spectat corrigere Papam & punire, ac instituere & destituere; adhuc quod omnes sacerdotes siue sit Papa, siue archiepiscopus, siue sacerdos simplex quicumque, sunt æqualis auctoritatis & iurisdictionis ex institutione Christi, sed quod vnus habet plus alio, hoc est secundum quod Imperator concessit plus vel minus, & sicut concessit, reuocare potest; vltimo quod Papa, vel tota ecclesia simul sumpta nullum hominem quantumcumque sceleratum potest punire punitione coactiua, nisi Imperator daret eis auctoritatem; velut sacræ scripturæ contrarios & fidei catholicæ inimicos, hæreticos, seu hæreticales & erroneos; nec non & prædictos Marsilium & Ioannem hæreticos, immo hæresiarchas fore manifestos & notorios sententialiter declaramus; articulosque ac librum prædictos, nec non & quamcumque aliam scripturam continentem eosdem; prædictos quoque Marsilium & Ioannem, vt hæreticos manifestos & notorios, immo

Damnatæ ipsorum hæreses.

nec fuerit, patet. Inferiorum siquidem potestas superiorum non est par potestati: constat autem patriarchas esse superiores respectu archiepiscoporum, & archiepiscopos respectu episcoporum, & episcopos respectu simplicium sacerdotum. Et si dicant isti homines reprobi, quod istorum episcoporum distinctio ab Imperatore processit, non a Christo; dicimus quod immo processit ab ipso, ille enim, cuius auctoritate fit aliquid, velut fecisse videtur. Beatus autem Petrus Christi vicarius, & gregis dominici caput, attendens quod aucto grege, sine ipsius augmentatione custodiæ gregi non poterat salubriter prouideri, auctum gregem post ascensionem Domini considerans, & aucturum amplius preuidens in futurum, gradus prædictarum potestatum instituit & distinxit: quare cum auctoritate Christi prædicta distinctio facta fuerit, Christo debet ascribi. Hanc autem potestatem datam ecclesiæ, psalmista diu ante prædixit, dicens: ***Pro patribus nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram.*** Vbi patres ecclesiæ vocat Apostolos, & filios ecclesiæ fideles, per Apostolos ipsos conuersos: vbi satis aperte ecclesiæ, idest eius pastori, attributa potestas intelligitur instituendi diuersos gradus principum, cum expedire perciperet ecclesiæ sanctæ Dei. Audiant insuper isti peruersi homines, quod Iustinianus Imperator catholicus super hoc dixit; cum enim circa gradus prædictos episcoporum, eorumque superioritatem & subiectionem constituisset aliqua, subiunxit dicens: ***Nam hoc secundum sacrarum regularum explanationem, apostolicamque traditionem constituimus.*** Ex quibus colligitur euidenter, non ab Imperatore distinctionem & auctoritatem pontificum originaliter & principaliter, sed ab auctoritate apostolica processisse; Imperatoremque, vt illa seruarentur melius, iuxta statuta apostolica eadem statuisse.

Absurda ex dictis hæreticorum consequentia. Considerent etiam quæ & quanta ex his, si vera essent, inconuenientia sequerentur. Sequeretur vtique, quod vsque ad tempus Constantini nulla potestas esse potuerit in ecclesia sancta Dei, cum illo tempore Imperatores fere omnes gentiles fuerint, & persecutores ecclesiæ ac prælatorum eiusdem, de quibus dici non potest, quod prælatis ecclesiæ potestatem concesserint aliquam, vt ex prædictis patet. Ex prædictis insuper sequeretur, quod vniuersalis ecclesia, quæ Spiritu sancto regitur, erret & errauerit, ipsos honorando pro sanctis; quod est vtique contra illud, quod Christus discipulis in ascensione sua, vt in sancto euangelio Matthæi legitur, promisit dicens: ***Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.*** Secundum enim istos diaboli filios, pro illo tempore vera Christi promissio non fuisset, nec aliquis illorum Pontificum, qui a paganis fuerunt eo tempore interfecti, sancti fuerunt, nec pro sanctis honorari deberent. Hoc quoque est expresse contra illum articulum: ***Vnam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam***; quia secundum eos nec sancta fuit pro illo tempore, nec potuit dici sancta.

Parem nõ esse pontificalem & sacerdotalem potestatem ostẽditur. Vtrum autem in omnibus Apostolis, ac in simplicibus sacerdotibus fuerit ordinis potestas æqualis; dicimus, quod quantum ad ordinis dignitatem pares sunt & fuerunt: æque enim sacerdos quilibet sacerdotalem characterem recipit rite & secundum formam ecclesiæ ordinatus: potestas autem ipsius ordinis par quoad sacramentum altaris omnino non existit, nec extitit simplicis & non simplicis sacerdotis, quod patet, quia potestas ligabilis & suspensibilis illi, qui ligari & suspendi nequit, nequaquam par potest dici: constat autem, quod Papa ligare potest aliorum sacerdotum & suspendere potestatem, sic quod licite vti dicta potestate non poterunt, licet effectus subsequatur, si vsi fuerint, & ipsi sunt ex hoc merito puniendi: nullus autem aliorum sacerdotum potestatem Papæ ligare vel suspendere potest: quod etiam de alijs superioribus, & inferioribus patet. Ex quo sequitur euidenter, quod potestas etiam ordinis superiorum & inferiorum sacerdotum omnino par iudicari non potest. Concedimus tamen, quod si sine prohibitione aliqua minores vsi fuerint huiusmodi ordinis potestate, puta hostiam consecrando, par sequitur effectus. Aeque enim prolatis verbis illis: ***Hoc est corpus meum, &c.*** a simplice sacerdote fit transubstantiatio panis in corpus Christi, sicut si ea superior protulisset; quod ex eo contingere noscitur, quia vnus & idem est sacerdos interior, videlicet Christus, qui prolatis verbis prædictis a sacerdote quolibet animo consecrandi, transubstantiationem huiusmodi facit: & ideo non est mirum, si par effectus sequi debeat verbis prædictis a quocumque sacerdote prolatis, cum vnus & idem auctor huiusmodi esse noscatur effectus.

33 Quinto adhuc isti blasphemi dicunt, quod tota ecclesia simul iuncta nullum hominem punire potest punitione coactiua, nisi concedat hoc Imperator; quod vtique doctrinæ euangelicæ noscitur obuiare. Cõstat enim, quod a Christo Petro & in persona Petri ecclesiæ potestas coactiua concessa, vel saltem permissa extitit; quæ quidem permissio fuit postea adimpleta, cum sibi Christus dixit: ***Quodcumque ligaueris super terram, &c.*** Ligantur enim non solum voluntarij, sed inuiti. Adhuc constat, sicut ibi legitur in Matthæo, quod si aliquis damnum alicui indebite dederit, illudque ad mandatum ecclesiæ noluerit emendare, quod ecclesia per potestatem a Christo sibi concessam ipsum ad hoc per excommunicationis sententiam compellere potest: quæ quidem potestas est vtique coactiua. Circa quod est aduertendum, quod cum excommunicatio maior nedum excommunicatum a perceptione sacramentorum remoueat, sed etiam a communione fidelium ipsum excommunicatum excludat; corporalis est a Christo coactio ecclesiæ permissa; cum etiam secundum leges imperiales grauius reputetur inter homines conuersari, ipsorumque priuari suffragijs, quam ab hominibus separari; sequitur potestatem coactiuam non ab Imperatore terreno, sed ab ipso Christo fuisse originaliter ecclesiam consecutam. Insanus eorundẽ error, neminẽ ab ecclesia puniri coactiue posse con futatur.

Præterea beatus Petrus post ascensionem Domini in personam Ananiæ & Sapphiræ vxoris suæ sine imperiali concessione aliqua hac vsus est potestate: in quos, quia de pretio agri Deo oblato fraudauerant, mortis sententiam promulgauit; quæ quidem sententia non processit de ipsorum coniugum voluntate. Item beatus Paulus Elimam magum, Sergium Paulum a fide quærentem abducere, ad tempus luce corporali priuauit. Illum quoq; fornicatorem Corinthium in carnis interitum tradidit sathanæ, vt eius spiritus saluus esset. Item Corinthijs scribens idem Apostolus dixit: ***Quid vultis? in virga ad vos veniam, an in charitate, & in spiritu mansuetudinis?*** In quo satis expresse coactiuam potestatem supposuit se

ha-

tum, per quos & non alios probatur concessio antedicta.

Præterea legant homines isti pestiferi historias approbatas, & ostendant quis vnquam Papa catholicus ab Imperatore institutus fuerit. Profecto credimus quod nullum poterunt reperire. Nec dubium, si ad eos talis pertinuisset institutio, quin potestate fuissent vsi huiusmodi, & quin in historijs de institutione tali mentio haberetur. Dicere autem quod Papæ destitutio, seu punitio ad Imperatorem pertineat, est erroneum & insanum. Quomodo enim pertinebit Papæ destitutio, cum eius institutio ad eum non pertineat, vt ex prædictis patet? Inde etiam secundum iura imperialia priuatio debet procedere, vnde datio noscitur processisse. Præterea, quomodo Imperator principem clericorum destituere poterit, vel punire, cum etiam secundum imperiales leges id in simplici clerico nequeat exercere? Audiant insuper isti perfidi homines quid circa hoc nonnulli catholici principes senserint, & quid duxerint sanciendum.

Imperatorum testimonia, ab ipsis pontifices nō posse exauctorari. Theodosius quidem & Arcadius Imperatores catholici expresse sanxerunt, quod nullus episcoporum, siue eorum qui ecclesiæ necessitatibus seruiunt, ad ordinariorum siue extraordinariorum iudicium pertrahantur: *Habent enim illi suos iudices, nec quicquā eis cum legibus est cōmune.* Item Imperator Constantinus, cum querelam clericorum quorundam coram se deferendam conspiceret, dixit: *Vos a nemine laicorum potestis iudicari, qui Dei solius estis iudicio reseruati.* Et si dicatur: Si solius Dei iudicio reseruātur, ergo nec a iudicibus ecclesiasticis poterunt iudicari; dicendum quod immo ipsi quidem pontifices vicarij, licet differenter, sunt Christi; quia Papa vniuersalis, velut vocatus in potestatis plenitudinem; alij vero particulares, velut illi, qui in partem solicitudinis sunt vocati: vnde a Deo videntur iudicari, quia ab eo iudicantur potius quam ab ipsis, cum ille cuius auctoritate fit, illud facere videatur. Et propter hoc Imperator prædictus signanter dixit: *A nemine laicorum.* Item. * ... cum Romæ concilium conuocasset, vt sanctum concilium iudicaret de his, quæ Papæ Symmacho ab aduersarijs dicebantur impingi, certi episcopi, qui conuenerant, Imperatori dixerunt, quod ad illum, qui impetebatur, scilicet Papam, pertinebat concilium conuocare, quia eius sedi primum Petri Apostoli meritum, deinde secuta iussione Domini conciliorum venerandorum auctoritas, singularem in ecclesijs tradidit potestatem, nec ante minoris subiacuisse iudicio antistitem dictæ sedis. Quo audito * prædictus, Deo inspirante, respondit synodalis esse arbitrij in tanto negotio sequenda præscribere; ac ad se nihil, præter reuerentiam, de ecclesiasticis negotijs asseruit pertinere. Episcopis etenim principes Christianos solitum est capita subdere, non de eorum capitibus iudicare. Hinc est quod Innocentius Papa Arcadium Imperatorem excommunicauit, quia consensit vt a sua sede sanctus Ioannes Chrysostomus pelleretur. Plures quoque summos Pontifices legitur, Imperatores pro suis excessibus imperiali dignitate priuasse. Beatus quoque Ambrosius, licet ecclesiæ vniuersalis non esset Pontifex, Theodosium magnum Imperatorem excommunicans, eidem ingressum ecclesiæ interdixit. Ad huiusmodi autem erroris sui fulcimentum, scilicet quod ad Imperatorem pertineat Papam destituere & punire, illud quod in sanctis euangelijs legitur de Pilato, scilicet quod Christum crucifixerit, præsumunt inducere; asserentes ipsum Pilatum tanquam Christi ordinarium crucifixisse ipsum tāquam sibi subiectum, quod habet duplicem intellectum. Aut enim intelligunt Pilatum Christum crucifixisse de iure, aut de facto: si de iure, hoc obuiat veritati; de iure enim de crimine quis puniri non potest, nisi qui deliquerit vere, vel interpretatiue, vel qui conuictus fuerit deliquisse. Christus autem secundum veritatem non deliquit, quia innocens fuit manibus, & mundo corde: *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius*; & hoc Pilatus ipse fuit expresse testatus, cum enim ipsum Iudæis tradidit crucifigendum, dixit: *Mundus sum a sanguine iusti huius.* Item nec fuit deliquisse conuictus, quod idem pluries est testatus; cum enim Iudæi instarent quod crucifigeret eum, in vno loco dixit: *Quid enim mali fecit?* quasi dicat: Nihil inuenio eum fecisse mali. Et alibi pluries eisdem Iudæis instantibus, quod crucifigeret illum, dixit: *Ego nullam in eo inuenio causam mortis.* Quare ipsum de iure non potuit punire. Si autem intelligant quod de facto, & iniuste puniuit eum innocentem, sicut & veritas se habet, tunc non possunt concludere aliud, nisi quod Imperator Papam de facto potest interficere & iniuste; quod vtique non solum de Imperatore concedimus, verum etiam de priuato, sicut & plures Imperatores a priuatis personis, & summos Pontifices a non suis iudicibus, sicut omnes martyres legimus interemptos. Refellitur egregie a Pont.

32. Quarto dicunt isti vaniloqui, immo falsiloqui, quod omnes sacerdotes, siue sit Papa, siue archiepiscopus, siue sacerdos simplex, sunt ex institutione Christi auctoritatis & iurisdictionis æqualis. [Hanc hæresim ab Aerio confictam cum episcopalem gradum adipisci non potuisset, S. Augustinus obseruat a, quam nonnulli alij hæretici imbibere; huic vero Marsilius & Iandunus hoc virus addidere:] Quod autem vnus plus alio habeat, hoc est secundum quod Imperator concedit vni vel alij plus & minus: & sicut concessit alicui, sic potest illud etiam reuocare. Quæ vtique doctrinæ sacræ obuiant, & hæreticam sapiunt prauitatem: quod enim sacerdotum simplicium & non simplicium ex ipsa institutione Christi non existat æqualis potestas, patet tam in his, qui fuerunt in testamento veteri, quam in ijs qui fuerunt in nouo. In veteri siquidem testamento per Moysem ex præcepto Domini Aaron in summum pontificem, filij vero eius vncti fuerunt in simplices sacerdotes: quorum potestas, vt patet, inæqualis existit, quia ex simplicibus sacerdotibus velut ad superioris auctoritatis & potestatis honorem ad pontificatum sunt assumpti: tumque licebat quædam pontifici, vt sancta sanctorum ingredi, quæ non licebant simplici sacerdoti. In nouo vero testamento pontificis & simplicium sacerdotum ab ipso Christo ex eo assumpsisse videtur exordium, quod duodecim Apostolos, quorum typum gerunt pontifices, ac septuaginta duos discipulos instituit, quorū typum gerunt simplices sacerdotes. Constat autē ex multis, quod de ipsis in sanctis legitur euāgelijs, quod Apostolorum & discipulorū auctoritas dispar fuit. Nefandus error contra hierarchiam ecclesiasticā. a Aug. in catal. hær. & ex eo Guid. Carmelita summ. de hær. Bar. annal. to. 1 ann. Chr. 58. n. 4. Confutatur grauissimis argumentis

Adhuc quod potestas aliorum quorumcumque sacerdotum potestati Papæ par non sit, nec æqualis, patet euidentius ex prædictis, quod aliorum episcoporum, scilicet patriarcharum, archiepiscoporum, & episcoporum, par potestas nec sit nec

Insana hæreticorū probatio ad confirmandam hæresim.

*Theodoricus Rex

* Rex

na ecclesia loquens dixit, quod principatus sacerdotum & Christianæ religionis caput ab Imperatore cœlesti constitutus est Romæ. Iustinianus quoque in quadam epistola Ioanni Papæ missa, testatur hæc dicens: *Non patimur quicquam, quod ad ecclesiam pertineat, quamuis manifestum & indubitatum sit, quid innouetur, & non hac vestræ sanctitati, quæ caput est ecclesiarum omnium, innotescat.* Et alibi sic dicit: *Summum pontificatus apicem apud Romanam ecclesiam esse, ipsamque fore sacerdotij fontem, nemo est qui dubitet;* idest qui debeat dubitare. Ludouicus autem Imperator beatum Petrum principem Apostolorum vocat.

Præcellere Petrū reliquis Apostolis ostēditur.

Quod autem beatus Petrus plus quam alij Apostoli habuerit auctoritatis, ex prædictis etiam concluditur euidenter: certum est enim, quod maior est auctoritas pastoris, quam gregis; Petrus autem totius gregis dominici generalis constitutus est pastor, vt probatum est superius: quod de nullo alio potest dici. Præterea constat, quod maior est non limitata auctoritas, limitata: omnes autem alij Apostoli receperunt limitatam potestatem, siue supra verum corpus Christi conficiendum, sumendum, & alijs ministrandum: quæ quidē auctoritas seu potestas fuit in cœna Domini omnibus Apostolis attributa; & etiam illa, quam post resurrectionem Dominus supra corpus mysticum dedit illis, dicens: *Quorum remiseritis peccata, remissa sunt: & quorum retinueritis, retenta sunt.* Siue etiam in ascensione, quando dixit eis: *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes in nomine Patris, &c.* Petro autem sine limitatione aliqua commisit curam gregis dominici, cum sibi dixit: *Pasce oues meas: pasce agnos meos.* Item sibi soli, ita quod nulli alij singulariter dixit: *Tibi dabo claues regni cælorum: & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis.* Hæc etiam in sancto Lucæ euangelio Iesus videtur satis congrue designasse, vbi loquens Petro dixit: *Duc in altum;* significans quod ad ipsum solum pertineat, in altum, id est, in profundum disputationum fidei dubia definire; sibi autem & alijs quod sequitur: *Laxate retia in capturam;* quia omnes Apostolos constituit huiusmodi piscatores, iuxta illud quod in sancto euangelio Marci dixisse legitur Christus: *Venite post me, faciam vos hominum piscatores;* hoc quoque, scilicet quod Petrus plus cæteris Apostolis receperit auctoritatis, apparet ex multis quæ Iesus sibi, & de ipso alijs dixit; necnon & ex multis, quæ ipsum post ascensionem Domini dixisse atque fecisse, sacra scriptura testatur. Ex prædictis itaque patet, quod Petrus a Christo fuit vicarius constitutus, quando sibi totius gregis dominici curam commisit, & per consequens rector, & caput gregis ipsius institutus est, & vocatus. Ex quibus sequitur, quod sibi a Christo amplior, quam alijs attributa fuerit auctoritas & potestas. Hinc est quod Clemens eiusdem Petri successor & discipulus dixit: *Nec inter ipsos Apostolos par fuit institutio: sed in omnibus præfuit vnus, scilicet Petrus.*

Effutiebant, ad Imp. spectare Pontifices instituere & deturbare.

31 Tertio isti filij belial asserere non verentur, quod ad Imperatorem spectat, Papam instituere & destituere, ac punire; quæ vtique omni iuri obuiant, & repugnant. De primo quidem post Christum noui testamenti summo Pontifice scilicet Petro patet, quod non ab Imperatore temporali, seu terreno constitutus Papa fuerit, sed a Christo, dicente sibi illud Ioannis: *Pasce oues meas; pasce agnos meos;* per quæ verba ipsum suum vicarium generalem constituit, vt patet ex prædictis. Adhuc, de illis summis Pontificibus, qui fuerunt ante Constantinum magnum Imperatorem, quod ipsorum institutio ad Imperatores non pertinuerit, satis liquet volenti acquiescere veritati. Cum enim fere omnes Imperatores illius temporis fuerint idololatræ, ac fidei catholicæ & orthodoxorum Pontificum persecutores atrocissimi, adeo quod omnes fere a beato Petro inclusiue vsque ad beatum Siluestrum effecerint martyres; quod ad eos Papæ institutio potuerit pertinere, nullo modo vtique credi debet. Nec de ipso Constantino vsque ad suam conuersionem ad fidem catholicam, quod ad eum institutio pertinuerit, dici potest; nec per conuersionem ad fidem hoc assequi potuit, cum per eam Papæ filius ac discipulus fuerit & subiectus. Præterea cum Imperator ipse post susceptum baptismū inconueniens reputauerit & iniustum, quod vbi principatus sacerdotum & Christianæ religionis caput ab Imperatore cælesti institutum fuerat, videlicet Romæ, illic Imperator terrenus potestatem haberet, ideoque sedem imperialem Siluestro Papæ concesserit, & ad partes orientales imperij & regni transtulerit potestatem; multo fortius iniustum & inconueniens est censendum, quod ad ipsum Imperatorem Papæ potuerit institutio pertinere. Et idem patet dicendum esse de Græcis Imperatoribus, qui sibi in imperio successerunt.

Id falsum esse, probatur in Petro primo Pontifice.

Non ire id spectasse ad Impp. idololatras.

Constantinū Imp. contrariū factis ostēdisse.

Spectare non potuisse ad Impp. Græcos.

Quod autem ad Imperatores Latinos non pertinuerit, nec pertineat institutio supradicta, patet: imperium enim per Papam a Græcis translatum est in Latinos; nec plus iuris in ipsos, quam apud Græcos existeret, Papam ipsum transferentem legimus transtulisse: Græcis autem Imperatoribus, vt ex prædictis patet, talis non pertinebat institutio; quare nec pertinere poterit ad Latinos. Et si dicatur, quod Papæ institutio ad Latinos Imperatores pertinet ex concessione postea ipsis facta per summum Pontificem, vel summos Pontifices, est dicendum, quod nulla concessio facta per Papam aliquem Imperatori seu Imperatoribus debet intelligi, quod ipsi Imperatores Papam possent instituere seu eligere; sed quod possent electioni summi Pontificis interesse. Et quod sic concessiones illæ intelligi debeant, satis ex eo, quod in quodam capitulo legitur, vbi sic dicitur: *Verum quia Imperatores quandoque modum suum ignorantes, non in numero consentientium, sed potius distribuentium, immo exterminantium esse voluerunt, &c.* Item querimonia nunciorum Ludouici Imperatoris, quibus in Vrbe præsentibus electio de Papa Adriano II. ipsis non vocatis extitit celebrata, hoc similiter probat: conquerebantur enim dicentes, quod cum præsentes essent, non fuerant inuitati: nec optatæ meruerunt electioni futuri præsulis interesse. Adhuc quia nonnulli Imperatores illo priuilegio abusi fuerunt, ac frequenter in hæreticorum prolapsi perfidiam, & catholicæ matris ecclesiæ vnitatem fuerunt impugnare conati; statuta sanctorum patrum contra eos, vt se electioni Papæ non ingererent, prodierunt, ac vt anathematis innodaretur vinculo quisquis eorum suffragio ecclesiam obtineret. Nonnulli quoque Imperatores ducti religione mentis affectu ex abundanti, supradicto renunciauerunt priuilegio, vt patet ex tenore canonum super hoc conditorum,

Neque ad Latinos.

An fuerit concessa aliquibus Impp. Pōtificis institutio.

Ostenditur non concessā.

plures prælati, necnon & alij viri catholici per perniciosas hæreses inter catholicos dogmatizari publice indecens & perniciosum nimium reputantes, nobis certos articulos exceptos de libro prædicto curauerunt nonnulli mittere, ac per seipsos aliqui præsentare, supplicantes attentius, vt super præmissis curaremus sanctæ Dei ecclesiæ de optimo remedio prouidere: de quibus articulis subscriptos duximus præsentibus annotandos. Et licet tam cum fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, quam cum archiepiscopis & episcopis alijsque ecclesiarum prælatis, necnon & cum pluribus sacræ theologiæ magistris, ac vtriusque iuris professoribus deliberationem super ipsis articulis prahabueramus diligentem; ex quorum deliberatione aperte conuincitur, quod errores articulorum ipsorum sunt adeo manifesti, quod quidquid ad eorum manifestationem adijcitur, frustra adijci videatur, & quasi sol facibus adiuuari; vt tamen minus periti promptius illos percipere valeant & vitare, quædam ad ipsos declarandos errores perfunctorie satis de eorundem fratrum consilio præsentibus duximus inserenda.

29 In primis itaque isti viri reprobi dogmatizare præsumunt, quod illud, quod de Christo legitur in euangelio beati Matthæi, quod ipse soluit tributum Cæsari, quando staterem, sumptum ex ore piscis, illis qui petebant didrachma iussit dari, hoc fecit non condescensiue e liberalitate suæ pietatis, sed necessitate coactus. Quod vtique doctrinæ contradicit euangelicæ, nostrique sententiæ Saluatoris. Cum enim, sicut in eodem euangelio legitur, Christus interrogasset Petrum: *Reges terræ a quibus accipiunt tributum, vel censum? a filijs suis, an ab alienis?* & Petrus dixit: *Ab alienis*, ex hoc concludens Christus filios Regum esse liberos, dixit: *Ergo liberi sunt filij*; constat autem Christum secundum carnem fuisse Dauid filium, iuxta testimonium angeli sic dicentis: *Dabit ei Dominus sedem Dauid patris eius, &c.* Et per consequens quod ipse a solutione tributi vel census erat prorsus immunis. Hoc etiam ex hoc patet, quod statim subiunxit: *Vt autem non scandalizemus eos, vade & da staterem pro me, & pro te eis.* Vbi euidenter patet, quod non vt astrictus, sed vt euitaret scandalum, staterem tributi exactoribus iussit solui.

Christum et necessitate tributum Cæsari pensitasse affirmabant.

Ex prædicto autem dicto suo nituntur concludere præfati viri reprobi, quod omnia temporalia ecclesiæ subsunt Imperatori, & ea potest accipere velut sua. Videntur enim supponere, quod ex hoc, quod Christus tributum soluit ex debito, res temporales eius Imperatori subessent; & per consequens, quod res ecclesiæ temporales sint Imperatori subiectæ, & eas possit recipere velut suas. Quæ quidem conclusio nullatenus ex præmissis sequitur, nec sequi potest etiam apparenter: cum enim liqueat ex prædictis, Christum fuisse a solutione tributi vel census liberum & immunem, & staterem non soluisse ex debito, sed vt aliorum scandalum euitaret; nullo modo potest concludi, quod res Christi, quales sunt res ecclesiæ, subsint Imperatori. Præterea etiamsi Christus staterem soluisset ex debito, impertinenter concluderetur ex eo, quod res Christi, quales sunt res ecclesiæ, subessent Imperatori: cum Christus non pro rebus, sed pro persona staterem soluit antedictum; quod patet ex eo, quod ille iussit solui pro se & Petro modo prædicto, non pro rebus suis & bonis. Vnde non sequitur, quod ex eo quod persona est tributaria, sunt & bona: immo qui pro persona tributum tenetur soluere, habere potest bona libera, & e contra: & quia hæc patent falsa etiam per iura imperialia manifeste, supersedimus super hoc plenius allegare.

Falso inferebant res ecclesiasticas ad Cæsarem spectare.

30 Secundo, isti filij belial, dogmatizare præsumunt, quod beatus Petrus Apostolus non plus auctoritatis habuit, quam alij Apostoli habuerunt, nec aliorum Apostolorum fuit caput. Item quod Christus nullum caput dimisit ecclesiæ, nec aliquem vicarium suum fecit: quod est totum contrarium euangelicæ & apostolicæ veritati. Quod enim Christus vicarium suum beatum Petrum constituerit, patet. Constat enim, quod Christus officium pastoris gessit in terris. Hinc est quod in Ioanne se vocat pastorem dicens: *Ego sum pastor bonus, &c.* Liquet etiam quod curam gregis sui ante ascensionem beato Petro generalem commisit, quando sibi illud Ioannis dixit: *Pasce oues meas, pasce agnos meos.* Vnde cum pastor gregis dominici, scilicet Christus, curam eiusdem gregis beato Petro commiserit; quin eum, quoad curam gregis suum vicarium fecerit, nullus debet in dubium reuocare. Hoc ille Imperator Christianissimus Constantinus aliquando testatus est dicens: *Beatus Petrus videbatur in terris vicarius Dei Filij constitutus.* Ex hoc etiam sequitur euidenter, quod Petrus caput vniuersalis ecclesiæ potest dici iuxta morem illum sacræ scripturæ, quo rector alicuius multitudinis dicitur esse caput. Vnde legitur in Ioele *: *Congregabuntur filij Iuda & filij Israel pariter: & ponent sibi caput vnum*; id est, rectorem. Constat autem quod beatus Petrus eo ipso, quod Christus sibi commisit curam gregis dominici, ipsum eiusdem gregis constituisse rectorem, & per consequens caput.

Primatū Petri negabant.

Refelluntur ex scripturæ oraculis.

** Osea.*

Fatemur tamen cum Apostolo, quod Christus ecclesiæ est verum caput & principale, sub quo tamen Petrus caput dicitur secundum modum prædictum; secundum quem modum sub Christo capite & Petro multa capita particularia possunt dici, sicut patriarcha patriarchatus sui & archiepiscopus archiepiscopatus sui: sicut videmus, quod licet Christus sit ecclesiæ principale ac primarium fundamentum, iuxta illud Apostoli: *Fundamentum autem nemo potest ponere præter illud, quod positum est, quod est Christus Iesus*; & alibi, loquens gentilibus conuersis, dixit: *Vos estis ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum, ipso summo lapide angulari Christo Iesu*; id est, quod fundamentum est Christus Iesus; tamen etiam Apostoli dicuntur fundamentum, iuxta illud Psalmistæ: *Fundamenta eius*, id est, ecclesiæ, *in montibus sanctis*. Et secundum hunc modum Christus videtur Petrum prædixisse futurum ecclesiæ fundamentum, dum dixit: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.* Vnde sicut Christus dicitur sanctus sanctorum, Rex Regum, & dominus dominantium; sic similitudinaliter pastor pastorum & caput capitum & fundamentum fundamentorum ecclesiæ potest dici. Sic igitur ex prædictis patet, quod Petrus secundum prædictum modum caput est ecclesiæ & vocatur. Et hoc videtur Christus in impositione nominis designasse; dixit enim sibi, sicut legitur in Ioanne: *Tu vocaberis cephas*; cephas autem Græce interpretatur Latine caput. Vnde Constantinus Imperator de Romana

fauere quomodocumque, directe vel indirecte, publice vel occulte, præſumant; nec portent, mittant, portari vel mitti faciant, aut procurent granum, vinum, aut quæcumque victualia, pannos, ligna, ferrum, arma, ſeu quæuis mercimonia, pecuniam, vel quidquid aliud, quod poſſit in ipſius vtilitatem vel commodum redundare; nec ſocietates, confœderationes, colligationes, pactiones, aut ligas quaſcumque cum eodem initas & contractas, præſertim in eius fauorem, auxilium, vel vtilitatem, conſeruent. Alioquin perſonas quaſcumque ſingulares excommunicationis, vniuerſitates vero vel communitates & collegia, quæ poſtquam videlicet proceſſus noſter huiuſmodi ad eorum peruenerit notitiam, vel perueniſſe probabiliter potuerit; aut per ipſos ſteterit, quominus peruenerit ad eoſdem, in hac parte offenderent quouis modo, nec non terras & loca quorumcumque circa prædicta delinquentium interdicti ſententijs, & generaliter pœnis omnibus, quibus fautores & defenſores hæreticorum & adhærentes eiſdem ſubijciuntur a iure, vel quibuſuis conſtitutionibus, volumus & decernimus ſubiacere; apertius prædicentes eiſdem, nos ad earumdem pœnarum declarationem & executionem contra delinquentes huiuſmodi proceſſuros, ſpecialiter ſi & quando & quoties videbimus expedire, non obſtantibus ſi eis vel eorum aliquibus, communiter vel diuiſim, a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem; & quibuslibet priuilegijs, indulgentijs, & literis apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus, quibuſuis perſonis, locis, vel ordinibus ſub quacumque forma vel expreſſione verborum conceſſis; etiam ſi de illis eſſet ſpecialis & expreſſa & de verbo ad verbum in præſentibus mentio facienda, per quæ nullum contra præmiſſa vel præmiſſorum aliquod volumus afferri ſuffragium, vel obſtaculum interponi. Cæterum proceſſus tam contra prædictum Ludouicum, quam fautores & adhærentes ipſius, per nos habitos, de fratrum eorundem conſilio ratos exiſtere decernimus, eoſque ratificamus & ex certa ſcientia etiam approbamus. Vt autem ſententiam & proceſſus præſentes huiuſmodi ad dicti Ludouici & aliorum, quorum intereſt, communem notitiam deducantur, chartas ſiue membranas, ſententias & proceſſus continentes eoſdem, in eccleſia Auinionenſi appendi vel affigi oſtijs ſeu ſuperliminaribus faciemus, quæ ipſos ſententiam & proceſſus ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo indicio publicabunt; ita quod dictus Ludouicus & alij, quos contingere dignoſcuntur, nullam poſſint excuſationem prætendere, quod ad eos non peruenerint, vel quod ignorarint eoſdem: cum non ſit veriſimile, quoad ipſos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. *Dat. Auinione x. kalend. nouembris pontificatus noſtri anno XII.* Data ſunt mox Germaniæ præſulibus imperia, vt Ludouicum hæreſeos ſentētia damnatum promulgarent: quo argumento literæ a plures ad Moguntinum archiepiſcopum ac ſuffraganeos, aliosque III. non. nouembr. conſignatæ ſunt.

a To. 6. p. 3 ep. ſecr. pag. 70. & poſt eand. ep. & pag. 171. 173.

Marſilius & Iandunus hæreſiarchæ.

27 Præcipui hæreſiarchæ, quos ſuis ſtudijs Ludouicus impiorum politicorum conſilio efferebat, erant memorati Marſilius Patauinus & Iandunus, qui ad illius attollendas res, deprimendamque maieſtatem pontificiam nouas hæreſes conflarant. Meminit de Marſilio Patauino nefandiſsimo hæreſiarcha Albertus Pighius, deque eiuſdem nefarijs ſcriptis hæc habet a: *Nemo diligentius, vehementius, aut etiam copioſius cauſam ſecularis poteſtatis aduerſus eccleſiaſticam egiſſe legitur, quam plane ſubuertere & in nihilum redigere omni ſtudio conatus eſt. Scripſit is ante annos ducentos ad Ludouicum Bauarum temporibus Ioannis XXII. a quo ille excommunicationis vinculo innodatus fuerat, ex contumace hæreticum facere ſatagens, velut apologiam quamdam aduerſus auctoritatem pontificiam, cui Defenſoris* b *pacis titulum fecit, cum eandem omni ſtudio eliminet ab eccleſia. Fuit homo Ariſtotelicus magis quam Chriſtianus, atque ex illius magis quam Chriſti inſtitutis nouam eccleſiaſticæ hierarchiæ formam conatus effingere; quamuis ſacras literas & ſanctorum patrum ſententias, ſed ſuo more intellectas, ſine fine & modo congerat, veritatique confidentiſſime obijciat, vbique ſeipſum victorem pronuntians: ſed ante victoriam tam amarus, tam virulentus in Romanos Pontifices, vt merito dubitares, niſi tempora disiungerent, hic ne a Luthero, an Lutherus ab iſto ſuam didicerit rhetoricam; nam vterque alterum in hac parte conatur vincere.* Hactenus Pighius. Cum peſtifer Marſilij liber, cui etiam conſarcinando damnatiſſimam operam Iandunus contulerat, in vulgus emanaſſet, Pontifex ſeruandæ incorruptæ religionis zelo ductus, cum illis iudicium conſtituta die intendiſſet c, obfirmatos in contumacia x. kalen. nouembris decretoria perculit ſententia, eorumque hæreſes damnauit. d

a Albert. Pigh. l. 5. c. 1.

b Ext. M.S in bibl. Vat. ſign. n. 3974.

Sacrarum literarum corruptores.

c To. 6. p. 3. ep. ſecr. pag. 221.

d Vat. bull. pag. 76. & in append. lib. Marſil. M.S. Vat. ſignat. n. 3974.

Ioannes epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Decretoria in eos ſententia.

Licet iuxta doctrinam Apoſtoli ob id eſſe hæreſes ſit neceſſe, vt fiant qui probati ſunt apertius manifeſti; quia tamen iuxta doctrinam eiuſdem Apoſtoli, hæreticorum ſermo vt cancer ſerpere, id eſt, a paruo ad maius paulatim tendere conſueuit, neceſſe eſt, vt talibus eorumque peruerſis dogmatibus ſic celeriter occurratur, quod tam pernicioſus morbus neglectus inter initia vires ſumere nequeat; ſed potius ſuo præfocetur in ortu. Sane dudum ad noſtram euidentiam relatione, tam verbali quam literali, plurium ſublimium ac fidelium perſonarum, necnon fama publica notoriante perducto, quod duo viri nequam, perditionis filij, & maledictionis alumni, quorū vnus Marſilium de Padua & alter Ioannem de Ianduno ſe faciunt nominari, quemdam librum compoſuerant multa falſa, erronea, & hæretica continentem; quodque ipſos errores ac hæreſes in ducatu & terris Bauariæ (Ludouico de Bauaria excommunicato, Dei & eccleſiæ fideique catholicæ perſecutore manifeſto & hoſte crudeli, ſuiſque horrendis exceſſibus & grauibus culpis exigentibus iure, ſi quod ei ex electione diſcordi, quæ de ipſo celebrata dicebatur, ad regnum Romanorum vel imperium competebat, iuſto priuato iudicio eiſdem Marſilio & Ioanni fauente ſuper his, ac etiam adhærente) dogmatizare publice præſumebant; quibus licet nonnulli viri catholici, ſe pro defenſione fidei opponentes, oſtendiſſent aperte, quod illa doctrina erat erronea & hæretica, velut contraria euangelicæ & apoſtolicæ veritati, & vt a tali doctrina deſiſterent ſuaſiſſent eiſdem, ipſique eorum nollent acquieſcere monitis, ſed in publicandis ſuis erroribus perdurarent; tandem tam præfati, quam plu-

Editus ab ijs liber refertus hæreſibus in gratiā Lud.

Commoniti non reſipuerunt.

assignandum, prædicentes publice, quod siue veniret, siue non veniret, ad proferendum procederemus sententiam & alias super omnibus præmissis & singulis, coniunctim vel diuisim, prout videremus expediens & iustitia suaderet.

23 Et vt processus noster prædictus & omnia ac singula in eodem contenta ad præfati Ludouici & omnium aliorum, quorum intererat, communem deducerentur notitiam, chartas siue membranas, processum continentes eundem, in ecclesiæ Auinionensis appendi, & affigi ostijs, seu superliminaribus fecimus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicarent, vt idem Ludouicus & alij, quos processus ipse tangebat, nullam possent excusationem prætendere, quod ad eos non peruenerat, vel quod ignorassent eundem, cum non esset verisimile, quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod publicabatur omnibus tam patenter: prædictum insuper citandi modum decernentes eligere cum, vt prædicitur, ad dicti Ludouici præsentiam propter viarum pericula & alia discrimina varia tutus minime pateret accessus; volentes & auctoritate apostolica de potestatis plenitudine decernentes, vt perinde processus dictæ citationis eundem Ludouicum apprehenderet & arctaret, ac si eidem insinuatus personaliter & alias solemniter extitisset, constitutione quacumque, per prædecessores nostros Romanos Pontifices in contrarium edita, non obstante.

24 Sane cum dictus Ludouicus (quem, vt prædicitur, iure si quod sibi ex electione prædicta acquisitum fuerat, priuaueramus iustitia exigente: ac subsequenter, eius aucta contumacia, feudis omnibus, quæ a Romana, vel quibusuis alijs ecclesijs, seu imperio obtinebat; & specialiter ducatu Bauariæ, ac omni iure, quod in eodem, aut eius occasione, vel causa sibi competebat, seu competere poterat quoquo modo; nec non & omnibus priuilegijs apostolicis & imperialibus sibi, seu eius prędecessoribus, quatenus scilicet ipsum tangere poterant, indultis iusto priuaueramus iudicio: quemque pro fautoria hæreticorum excommunicationis innodatum sententia, quam per biennium & vltra indurato sustinuerat, sicut & adhuc sustinet animo, declaraueramus manifestum hæreticorum fautorem, pœnas omnes a canonibus inflictas talibus incurrisse, prout hæc plenius in nostris processibus contra ipsum habitis continentur) infra prædictum sibi præfixum terminum iam elapsum comparere per se vel alium non curarit, ipsum vsque in crastinum hora consistorij duximus de fratrum nostrorum consilio expectandum. Et quia nec tunc comparuit, nec aliquis pro eodem, de fratrum eorundem consilio eum reputauimus & declarauimus contumacem.

Pronunciatus fit fautor hęreticorũ.

25 Et licet tunc præmissa adeo essent notoria, quod nulla poterant tergiuersatione celari, & contra ipsum ad sententiam possemus procedere, exigente iustitia, proferendam; ipsum tamen de benignitate Apostolica vsque ad diem præsentem hora consistorij de eorundem fratrum consilio duximus expectandum. Et quoniam nec hac die hora iam dicta cõparuit, nec comparet adhuc, nec aliquis pro eodem, nec ad correctionem prædictorum se disponit in aliquo; sed velut in profundũ malorum perductus mala malis superaddere, offensasq; offensis cumulare, ac iram Dei cõtra se prouocare, fidelesque verbis & operibus persequi non omittit; nos in prædictis læsionem fidei, patrumque sanctorum contemptum & probra, nec non & præsentium scandala variaque posterorum pericula attendentes, tantisque malis & periculis obuiare salubriter cupientes, cum præmissa adeo sint notoria, quod nequeant tergiuersatione aliqua occultari; præsente hac multitudine fidelium copiosa, ipsum reputantes & declarantes merito contumacem, Dei nomine inuocato, de fratrum eorumdem consilio ipsum fore hæreticum declaramus, ipsasque assertiones per dictam constitutionem hæreticas, vt prædicitur declaratas, & scripturas quascumque cõtinentes easdem; nec non & ipsum Ludouicum velut hęreticum reprobamus & sententialiter condemnamus. Si quis autem doctrinam & assertiones prædictas defendere vel approbare præsumpserit, cuiuscumque dignitatis, ordinis, conditionis, aut status existat, tamquam hæreticus ab omnibus confutetur. Et nihilominus ipsum Ludouicum bonis omnibus, mobilibus & immobilibus, iuribus, iurisdictionibus, & quibuscumque alijs, vbicumque sint, & quibuscumque nominibus censeantur; & specialiter comitatu Palatino Rheni, & omni iure, ratione, vel occasione illius vel alias quouis modo ad eundem Ludouicum pertinentibus; habendi vocem in electione Regis Romanorum in Imperatorem promouendi, seu in electione huiusmodi aliquem ad prædicta regnum vel imperium eligendi, seu quomodolibet nominandi, priuatum fore decernimus & priuamus, exponendis vel concedendis catholicis, si, prout, & quando, ac quibus, vel de quibus sedes Apostolica ordinandum duxerit, iure principalis domini semper saluo.

Conuict' hæreseos damnatur

Pœnæ illi incussæ.

26 Vassallos quoque ipsius & quascumque alias, tam ecclesiasticas quam seculares personas, nec non communitates & vniuersitates & ciuitates castra, terras & villas, quæ sibi fidelitatis vel alijs quibuscumque iuramentis tenerentur astricta, prorsus ab illis absoluimus; ac quascumque colligationes, confœderationes, societates, pactiones, & ligas per quoscumque cum eodem contractas vel initas; etiamsi iuramentis, pœnis, vel alijs quibuscumque firmitatibus essent innexæ, quatenus fauorem aut commodum ipsius concernerent; de potestatis plenitudine penitus dissoluimus: ac pœnas adiectas, & iuramenta super ijs præstita relaxamus, decernentes quasuis personas singulares, ac communitates, vniuersitates, castra, villas, terras, & oppida nequaquam teneri de cætero ad obseruationem earum, vel cuiuslibet earundem. Vniuersis etiam & singulis prælatis & personis ecclesiasticis, secularibus & regularibus, cuiuscumque præeminentiæ, dignitatis, ordinis, status, vel conditionis existant, etiamsi patriarchali, pontificali, aut maiori seu inferiori fulgeant dignitate; nec non Regibus, ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, potestatibus, capitaneis, rectoribus, & alijs dominis temporalibus, & qui aliquo titulo se præmissorum intitulant, licet ius non habeant in eisdem; ac communitatibus, vniuersitatibus, ciuitatibus, castris, & villis; & specialiter Mediolanensi, Saonensi, Cumanæ, Vercellensi, Pergamensi, Laudensi, Cremonensi, Aretinæ, Nouariensi, Papiensi, Mantuanæ, Ferrariensi, Veronensi, Lucanæ, & alijs quibuscumque inhibemus & mandamus expresse, ne prædicto Ludouico de hæresi, vt præmittitur, condemnato adhærere, communicare, participare, vel faue-

Vetiti fideles illi parere.

illustrauit. Nunc vero, vt Ludouici errorem comprimeret, illum iustissima hac sententia [a] definxit.

[a] Var. bull pag. 75.

Ioannes, &c. episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

20 Dudum volentes certis dubijs, quæ inter nonnullos viros vertebantur scholasticos, finem dare, de fratrum nostrorum consilio duximus declarandum, quod pertinaciter affirmare, quod redemptori nostro & domino Iesu Christo, eiusque Apostolis in ijs, quæ ipsos habuisse scriptura sacra testatur, nequaquam ipsis ius vtendi seu consumendi competierit, nec illa vendendi, seu donandi ius habuerint, aut ex ipsis alia acquirendi; quæ tamen ipsos de præmissis fecisse scriptura sacra testatur, seu ipsos potuisse facere supponit aperte; cum talis assertio ipsorum & vsum & gesta euidenter includeret in præmissis non iusta, quod vtique de vsu, gestis, seu factis Redemptoris nostri Dei Filij sentire nefas est, scripturæ sacræ contrarium, & doctrinæ catholicæ inimicum; assertionem ipsam pertinacem de fratrum eorundem consilio deinceps erroneam fore censendam & hæreticam, duximus declarandum. Ac subsequenter cum ad notitiam nostram fama publica perduxisset, quod nonnullorum mentes dicebatur pater mendacij adeo excœcasse, quod ausu nefando ac petulantia improba ausi fuerant defendere publice damnatam per constitutionem nostram prædictam hæresim, ac etiam approbare, videlicet quod Christus & eius Apostoli in ijs, quæ habuisse leguntur, tantum habuerunt absque iure aliquo simplicem vsum facti; ex quo, si verum esset, sequeretur, vsum Christi fuisse non iustum, quod profecto blasphemiam continet, & est catholicæ fidei inimicum; cum hoc de pertinaci animositate ac erronea non esset dubium processisse, omnes & singulos, qui verbo & scripto per se, vel alium, seu alios talia præsumpserant publice, ipsos quoque, qui eos instruxerant in talibus, & vt præmissa facerent docuerunt, in damnatam incidisse hæresim, ac euitandos fore vt hæreticos, de fratrum nostrorum consilio per nostram constitutionem aliam, quæ incipit, *Quia quorumdam*, duximus declarandos, prout in eisdem constitutionibus plenius continetur.

Pontificia in eum sententia.

Vt damnata sit hæresis negantium, Christum ius in res, quibus vteretur, obtinuisse.

21 Sane cum fama publica nec non & insinuatio, tam verbalis quam literalis, plurium sublimium personarum ad nostrum perduxisset auditum, quod Ludouicus de Bauaria, in discordia dudum in Regem Romanorum, vt dicebatur electus, velut in reprobum sensum datus contra prædictam declarationem temere præsumpserat, facta mentione expressa de constitutione prædicta, *Cum inter*, contrarium asserere publice, ac in eius præsentia per alios, vt plures in sui erroris deuium traheret, facere publicari; & vt sua insania in plurium notitiam perueniret, libellum quendam, sigillo suo in eodem appenso, inter alia multa falsa & erronea prædictam continentem hæresim, videlicet quod in Christo & Apostolis in rebus, quas habuerant, nullum ius competijt, sed tantummodo vsus facti; insuper adiecto, quod dicere contrarium hæreticum est censendū, prout etiam nos & plures ex fratribus nostris in diuersis libellis prædicti Ludouici eius sigillo pendenti sigillatis vidimus contineri; per certos nuntios ad diuersas ciuitates & principes Alamanniæ & Italiæ & aliarum partium, nec non & ad tyrannos & hæreticos partium prædictarum curauerat transmittere, libellum ipsum affigi faciens in locis publicis & exponi publice, vt haberet de tanta & tali insania plures testes; ex quibus euidētius apparebat, ipsum asseruisse pertinaciter esse catholicum quod dicta constitutio hæreticum iudicauit, ac fore hæreticū quod dicta cōstitutio catholicum declarauit, præcipue cū in eodē affirmaret libello, se credere esse vera; & insuper cumulās mala malis duos viros nequam, perditionis filios & maledictionis alumnos, quorum vnus Marsilium de Padua & alter Ioannem de Ianduno se faciunt nominari, ad eundē Ludouicum (quem suis demeritis exigentibus velut hæreticorum fautorem, & persecutorem sanctæ Romanæ ecclesiæ, ac plurium atrocium aliorum excessuum patratorem de fratrum ipsorum priuaueramus consilio iure, si quod sibi ex electione prædicta fuerat acquisitum) gressus suos propere dirigentes, sibi librum quendam erroribus plenum, ac varijs hæresibus non vacuum, sicut multorum fidedignorum catholicorum habebat assertio, præsentarant; quos errores & hæreses in terra ipsius Ludouici, & in eius præsentia docere sæpius præsumpserant publice, sicut habebat insinuatio eorundem; quodque, licet nonnulli viri catholici sacris literis eruditi eidem Ludouico dicerent doctrinam illam hæreticam, ipsosque Marsilium & Ioannem fore veluti hæreticos puniendos, periculosumque sibi fore tales ad suam familiaritatem admittere, aut in terris suæ ditioni subditis sustinere; ipse tamen non acquiescens eorum salutaribus monitis, velut credens illorum hæreses, ipsos in suos familiares retinuerat, errores prædictos ac hæreses publice dogmatizare permittens; adhuc quod diuersis ligatus excommunicationum sententijs in locis interdictis diuina faciebat, etiam nonnumquam contra rectorum ecclesiarum & religiosorum voluntatem & beneplacitum excommunicatis & interdictis præsentibus celebrari, immo quantum in eo erat, potius profanari; ex quibus euidenter præsumebatur, immo conuincebatur potius, clauium ecclesiæ sanctæ Dei euidenter contemptor existere, ac labe respersus hæreticæ prauitatis; nos attendentes, quod iuxta doctrinam Apostoli peccantes publice sunt publice arguendi, ac vtilitati publicæ expedire, peccata nocentium deduci in publicam notionem, cum ad ipsum non esset tutus accessus, per quem nostra posset ad eum redargutio per nuntios ac literas peruenire; excessus ipsos multitudini tunc astantium fidelium non absque dolore ingenti animi referendos duximus, vt sic saltem ad eius notitiam nostra posset circa excessus ipsos reprehensio peruenire.

Professus sit eam Ludou.

Germanos & Italos in eidem inducere sit conatus.

Marsilij & Ianduni libellū receperit.

Permiserit eorum hæreses dis seminari.

Ecclesiastica interdicta violarit.

22 Et licet, iustitia exigente, tunc possemus ad sententiam super præmissis proferendam procedere contra ipsum, cum adeo præmissa forent notoria, quod nequirent tergiuersatione aliqua occultari; volentes tamen adhuc de benignitate apostolica expectare, an dimissis præfatis erroribus ad sinum sanctæ matris ecclesiæ & viam vellet se conuertere veritatis, de fratrum eorundem consilio ipsum III. non. aprilis proxime præteriti per edictum publicum citauimus præsente fidelium multitudine copiosa, vt infra kal. octobris, ex tunc proxime subsequentis, coram nobis personaliter compareret, facturus super præmissis quod suaderet ratio, & sententiam auditurus. Quem terminum, eidem denuo de fratrum nostrorum consilio peremptorie duximus assi-

Intentarū sit illi iudicium hæreseo:.

deque Artiminum expugnatum a. In Insubria a Cardinale legato Mutina, depulsa e ceruicibus Passarini seruitute, ad ecclesiæ partes quarto iunij die traducta b, ac mense decembri oppidum cui S. Domnini nomen inditum, inescatis auro ciuibus, ad deditionem pellectum c. Non tamen itinera Ludouico in Apennini augustijs intercludi fuere ab eodem legato.

a Eod. lib. c. 30. *b Cap. 23.* Mutina ad Pont. partes reuocata. *c Cap. 51.* *d Ib. c. 33.*

17 Penetrauit itaque in Etruriam cum exercitu Ludouicus, cum mense augusto Insubria castra mouisset, atque vna cum vxore a Castrucio magnificentissime exceptus e, cum Pisas cogitaret, eius oratores exclusi sunt a ciuibus, qui proditionis metu Germanos pepulere, atque ad tolerandam obsidionem se accinxere. Concepit in eos graues iras Bauarus: tumque Guido Tarlatus episcopus Aretinus exauctoratus pro conciliandis Pisanis intercessit: quorum oratores cum sexaginta aureorum millia Ludouico sponderent ea lege, vt Pisas prætergrederetur, indignante Bauaro subito abrupto tractatu in vincula coniecti sunt, ac mox Pisæ sexto septembris die cinctæ f obsidione, quæ ad mensem extracta est. Postea dissensio inter ciues exorta, vrbsque oppressa g metu ijs legibus tradita Ludouico, vt ipsi sexaginta millia aureorum penderent, Castrucius vero & exules vrbem non ingrederentur: sed tertio die magistratus adacti metu scripta fœdera exussere, seque addixere seruituti Ludouici; qui præter illa sexaginta aureorum millia, alia centum millia, vt Romanum iter conficeret, exegit. Pœnituit tum eos spontaneæ deditionis, qui si constanter hostem mœnibus arcuissent, Bauarus obsidionis diuturnitate debilitatus conatus suos frustra consumpsisset. Ex Pisarum autem expugnatione illius potentiæ terror omnibus offusus est.

In Etruriam Ludouicus penetrat. A Pisanis excluditur. *e Io. Vill. l. 10. c. 34.* Pisæ ab eo obsessæ. *f Ib. c. 35.* Exorto tumultu de ditione captæ. *g Ext. de ea instrũ. publ. apud Io. var. bull. pag. 103.*

18 Post hæc adeo elate se gerere cœpit, vt publice, Pisis capitis, sententiam latam in Robertum Siciliæ Regem ab Henrico VII. Imperatore, atque a Clemente V. reuocatam renouarit, vt narrat Pontifex in literis ad Carolum Francorum Regem ea de re scriptis h. Dum vero Pisis agebat Ludouicus, inter ipsius factionis principes, Castrucium scilicet & Guidonem exepiscopum Aretinum, orta contentio i: in Guidonis enim os ab altero obiectum est proditionis crimen, eiusque culpa, qui suas copias non adduxisset, Florentiam expugnatam non fuisse, cum ipse vna cum Azone Galeatij filio castra ad mœnium conspectum promouisset. Retorsit in Castrucium Guido perfidiæ infamiam, vt qui Vgucionem Fagiolanum Gibellinarum partium Pisarum & Lucæ principatu exuisset; nec se datam Florentinis induciarum fidem frangere debuisse: cum vero Bauarus Castrucium non reprehendisset, Guido presso intus iniuriæ dolore, consulendarum Aretinarum rerum specie abscessit a Ludouico; grauissimaque indignatione, atque ex ea morbo correptus, coram multis commissa in Pontificem Romanum crimina, ac Ludouicum vt hæreticum, & hæreticorum fautorem execratus; conceptoque pio, si valetudinem recuperaret, defendendæ ecclesiæ dignitatis desiderio, vigesima prima octobris die extinctus est, vt narrat Ioannes Villanus l, quibus consentanea scribit S. Antoninus m, adductis in medium illius vitijs virtutibusque, hisce verbis.

Renouata a Lud. in Robertum Regem capitis sententia. *h To. 6. p. 3 ep. secr. pag. 193.* *i Io. Vill. l. 10. c. 36.* Guido olim episc. Aret. a Castrucio accusatus. Ex dolore morbum cõtrahit. Eiuratis Ludouici partibus moritur. *l Io. Vill. l. 10. c. 36.* *m Ant. 3. p. tit. 21. c. 6 § 5.*

Vir quidem magnus fuit & gloriosus in seculo, nisi quod aduersus Pontificem rebellis: vt omittam, quod & statui suo & dignitati exercitium id omnino fuit contrarium. Quem tandem errorem recognouisse ante obitum, ac pro Pontifice, si vita suppeteret, aduersus hostes militaturum promisisse, quidam literis tradiderunt. Quamuis enim multos soleat decipere sera pœnitentia, misericordiæ tamen Dei nec mensuras possumus nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras conuersio. Post eius autem mortem Petrus cognomento Sachon huius Guidonis frater tyrannidem Aretinorum exercuit.

Dederat a paulo antea Pontifex censoribus fidei prouinciam, vt in Guidonem Tarlatum e Petramala, episcopali deiectum dignitate, hæreseos infamia laborantem, legibus agerent. Cuius morte audita, Bertrando Cariti Vaurensi archidiacono & Guillelmo Dulcino ordinis Prædicatorum Apostolicæ sedis nuntijs munus iniunxit b, vt inquirerent an Guidonem in extrema mortis cõfinia adductum anteactæ vitæ scelerum pœnituisset, atque adeo sepulturæ ecclesiasticæ mandari potuerit, quiue tabelliones publici illius pœnitentiam scriptis consignarint.

a To. 6. p. 1 ep. secr. pag. 60. Inquiri iubet Põt. an illum scelerum pœnituisset. *b To. 6 p. 3 ep. secr. pag. 118.*

19 Perculit eo tempore, nimirum vigesima octobris die Ioannes exultantem secundis rebus Ludouicum Bauarum apostolica sententia c, atque omnibus honoribus & dignitatibus ac iuribus exuit. Extat ea sententia, inferius a nobis subijcienda, in M. S. codice archiui Vaticani d, in qua Pontifex præfatus, se apostolica constitutione damnasse hæreseos illos, qui pertinaciter negarent, Christum & Apostolos ius in res, quibus vsi fuere, habuisse, addit Bauarum scripta suo munita sigillo eiusmodi errore fœdata ad principes ac populos Germaniæ & Italiæ misisse, libellum hæresibus inquinatissimum a Marsilio & Ianduno compositum recepisse atque ad eas hæreses promulgandas studia conferre; quamuis a præsulibus catholicis monitus esset ne tantum piaculum patraret, neue sacerdotes ad diuina, violato ecclesiastico interdicto, profananda adigeret. Extat is libellus apud Nicolaum pseudominoritam schismaticum e, in quo cæsareus scriba nomine Ludouici, quem hoc facto prodebat turpissime, aspersa ipsi hæreseos infamia, blasphemas delirasque illationes ex orthodoxo dogmate asserto a Pontifice elicit, nimirum si Christus ius in eas res, quibus vsus est, habuisset, paupertatem altissimam præ se non tulisse; ex quo ita concludendum impie contendit.

c Io. Vill. l. 10 c. 37. *d Variar. bull. to. xxii pag. 75.* Institutũ aduersus Bauar. hæreseos iudicium. Vt mittere ad profitendam hæresim a proditoribus adduci se passus sit. *e Nic. Minor. M.S. bibl. Vat. signat. n. 4008. pag. 18.*

Necessario concluditur Christum, nempe si ius in eas res, quibus vtebatur habuit, *non fuisse verum Christum, nec Messiam illum, quem lex & prophetæ promittunt: in æstimatione enim diuitiarum, siue communium siue propriarum, est principale fundamentum & ianua singularis secta antichristi & totius erroris mendacij, & etiam Saracenorum, &c.* Hæc ille, fusaque oratione inde Iudæorum ac Saracenorum superstitionem confirmari disceptat: quasi Christus altissimam, omnium angelorum & hominum admiratione & laudibus celebrandam, paupertatem non esset professus, qui ius & dominium paucissimarum rerum, quibus ipsum esse vsum diuina testantur oracula, exercuerit: cum tamen in reliqua omnia condita, quorum abstinuit vsu, supremum ius & imperium, longe quidem augustius, quam quod maximi Imperatores vnquam sibi arrogarunt, tenuerit: quod Ioannes ad depellendam superioris erroris caliginem eximio commentario, quem suo loco afferemus, postea illu-

nostris, vt impedimenta tollantur viæ vel itineris, quantum in nobis erit, diligentiam adhibere intendimus sedulam; ac illum, cui mare & venti obtemperant, & cui cum voluerit subest posse, deuotis orationibus, vt illa dignetur tollere, & propulsare, rogamus. [Et infra vbi literas Romani populi inseruit, adijcit]

Spōdet se in Vrbem si id præstent, opportuno tempore accessurū.

Sane quoniam vox viua efficacius, quam mortua, imprimere consueuit; ecce quod dilectos filios Guidonem de S. Germano præpositum Aniciensis capellanum nostrum, causarum nostri palatij auditorem, & Guillelmum de Veiraro præcentorem Agathensis ecclesiarum, Apostolicæ sedis nuncios, de quorum circumspectione plene confidimus, ad vos pro præmissis explicandis seriosius destinamus: quos pro nostra & Apostolicæ sedis reuerentia honorifice velitis recipere, attente ac patienter audire, ac eis & eorum cuilibet in solidum indubie credere super his, quæ vobis circa præmissa pro parte nostra duxerint explicanda. *Dat. Auin. VI. kal. augusti anno XI.*

Oratores ad illos mittit.

14 Cum his motibus Vrbs fluctuaret, Pontifex Ioannem Card. Vrsinum A.S.L. Romam, aut ad propiora loca se cōferre hisce literis iussit a, vt seditionem sopiret, ac dissentientes ad tuendas contra Bauarum ecclesiæ partes conciliaret.

Ioannes Cardinalis in Vrbē iussus proficisci. a Ead. pag. 5.

Ioannes, &c. Ioanni S. Theodori diacono Cardinali A. S. L.

Cum ad statum Romanæ vrbis, in qua caput sacerdotij prouidentia diuina noscitur statuisse, conuertimus aciem mentis nostræ, ipsum vtique non absque grandi turbatione animi periculis subiectum varijs cernimus & turbatum. Quis enim statum tutum & absque periculo dicere poterit, cuius populares de nobilibus suspicantur, ipsosque ab ipsius regimine, imino ab habitatione, quod est durius, prorsus efficiunt alienos, fortalitia ipsorum recipiunt, & ipsos nobiles obsides dare cogunt? Quis enim talis ciuitatis statum ruinæ magnæ vicinum non timeat, sic diuisæ? Profecto dum hoc in consistorio deducimus rationis, super eam flere cogimur, & nostrum amaritudine cor repletur; illique paterno compatientes affectu, vias & modos non cessamus perquirere, per quos possit Vrbs ipsa inclyta a tantis periculis eripi & reduci ad statum quietis & pacis. Et quia te ad statum illius prosperum non ambigimus affici, velut nobile membrum eius, de tua industria & prudentia plenam in Domino fiduciam obtinentes, discretioni tuæ per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus ad Vrbem prædictam, vel ad locum aliquem illi vicinum, sicut magis cognoueris expedire, te personaliter conferens, iuxta datam a Deo tibi prudentiam ad vniendum Vrbem ipsam, & tollendum omnem suspicionem huiusmodi cures interponere solicitudinis tuæ partes, &c.] Legatum ad munus obeundum, percellendosque peruicaces necessaria auctoritate instruit. *Dat. Auinione XIII. kal. augusti anno XI.* Excitauit alijs literis, III. kal. augusti exaratis b, ad rem strenue gerendam, & quinquaginta duos viros populumq; c Romanum solicitauit, vt legato concordiam inter ipsos adducturo obsequerentur: tum patritios ac præ cæteris Neapoleonem Vrsinum d, Stephanum Columnam, Pandulphum comitem Anguillariæ e, & Annibaldum, Angelum episcopum Viterbiensem f pontificias vices Romæ gerentem, abbatem S. Pauli, ac Ioannem Achaiæ g principem solicitauit, vt neruos omnes ad Vrbem in pristinum statum reuocandam intenderent.

Ad seditionem sopiendā incumbete.

b Ead. p. pag. 7. c Ead. pag. d Ead. pag. e Ib. pag. 5 f Ib. pag. 7 g Ead pag. I Achaiæ princeps ad id solicitatus.

Misisse tum Robertum Siciliæ Regem fratrem suum Ioannem memoratum Peloponnesi principem, increbrescente de Ludouici aduentu fama, vt regni aditus ac maritimæ, Campaniæque arces milite præsidiario muniret, refert Ioannes Villanus a: illumque Romam, vt ciues in pontificias partes traheret, vi ingredi parasse: repulsam passum Romanorum terris vastitatem intulisse, atque etiam quinque Genuensium triremes quinto augusti die cepisse Ostiam, ac fauces tyberinas obsedisse, vt commeatus Vrbi intercluderent: cum Romani nonnullas copias ad recuperandam Ostiam transmisere, quæ non sine cæde propulsatæ; Genuenses autem veriti, ne maioribus copijs impares essent, facibus Ostiæ iniectis abscessere. Quo excidio efferati Romani, cœptum cum Roberto concordiæ tractarum abrupere.

a Io. Vill. l. 10 c. 21. Repulsus Romanū agrum euastat. Romani cæsi.

15 Accedit interea, vt erat iussus, legatus Cardinalis: & exeunte augusto cū Ioanne Achaiæ principe, atque exulibus Guelpharum partium Romanis Vrbem ingredi nititur, vt pacem illi restituat: at repulsus a ciuibus vi penetrare in Vrbem apparat: initaque cum aliquot ciuibus coitione, nocte intempesta per hortos pontificios ad ecclesiam S. Petri cum Ioanne principe & Neapoleone Vrsino, ac lectissimis equitum copijs irrumpit, Romanorumque præsidia cædit. Subsistere iubet in area S. Petri instructam ad pugnam equitum aciem, atq; vlterius euentum belli tentat. Sed cum ij, qui arma pro pontificio nomine coniuncturos polliciti erant, se in Vrbe non commouissent, atque plurimus vndique populus ingrueret; exoriente luce suburbanis ignes iniecit, vt Romanos a se insequendo retardaret. Cuius incendij ope agmina ex Vrbe tuto educit. Vt vero Romani factiosi, missis oratoribus, Bauarum in Vrbem exciuerint, dicetur inferius.

Poscit legatus in Vrbem ingressum. Repulsa accepta, vi irrumpit noctu. Propulsatus suburbana incendit.

16 In reliqua ditione ecclesiastica graues etiam tumultus concitari. Viterbienses, excusso ecclesiæ iugo, Ludouici hostis obsequio se addixerant: in quos cum Robertus Siciliæ Rex & Ioannes Achaiæ princeps signa attollere meditarentur, ipsorum consilia & conatus Pontifex commendauit b. Alberghettinus c Fauentinos ad defectionem traxit, homo in ecclesiam perfidus, impius in parentem Franciscum Manfredum, quem dominandi libidine principatu depulit: cum Richardus Manfredus frater, acceptis a Bertrando Cardinale legato, qui Bononiæ agebat, copijs, Fauentiam reuocare ad officium studuit d: sed repulsus a Fauentinis agros circumquaque vastauit. Inde aduersus Imolenses e, qui licet a Pontifice officij & constantiæ admoniti f, cum Alberghetino tamen defectionis agitabant consilia, versæ iræ, magnaque ij clade cæsi & eorum opes direptæ. Arimini Rambertus Malatesta ab ecclesia desciuit g: rogati vero Veneti h, Iadertenses i, atque insularum Dalmatiæ adiacentium incolæ, ne perduellibus commeatus inferrent. Et quidem optime de ecclesia meritos, ac studium & operam Æmiliæ præsidi ad hostes oppugnandos explicuisse Venetos, commendatoriæ ad Ioannem Superantium ducem ac populum senatumque Venetum indicant literæ. l

Tumult' in ditione ecclesiastica. b To. 6. p. 3 ep. secr. pag. 219. c Io. Vill. l. 10. c. 27. d Ead. l. 10. c. 45. e Id. c. 40. f To. 6 p. 2. ep. secr. pag. 12. g Ib. pag. 68. 69. h Ib. pag. 67. i Ib. pag. 68. l Ib. pag. 69.

Certatum quoque in alijs prouincijs magno animorum ardore aduersus ecclesiæ hostes: atque adeo in Etruria munita arx, cui S. Mariæ ad montē nomen est, a Carolo duce Calabriæ & Florentinis erepta m Castrucio Lucensium tyranno, inde-

m Io. Vill l. 10. c. 29.

tinere studuit, reditus in Vrbem moras excusauit. a

a lib. pag. 5. & 6.

Ioannes, &c. dilectis filijs quinquaginta duobus electis viris per Romanum populum super pacifico statu Vrbis, consulibus artium, populoque Romano.

Quanta nostrum ad Vrbem accessum desiderio affectetis, quantoq; desideretis affectu, vestrarum præmissarum literarum nos docuit lectio, ipsorumque nunciorum insinuatio luculentius patefecit. Et licet, filij amantissimi, filiorum desiderantium patris præsentiam videatur desiderium commendandum; hoc tamen intelligimus, si sit, vt decet & expedit, debitis circumstantijs communitum: inter quas circumstantias indubie numerandas supponimus habilitatem temporis, securitatem viæ vel itineris, & quod locus, ad quem accessus petitur, sit pacificus & securus. Sane, si ad habilitatem temporis proficiscendi ad Vrbem ipsam sine mora; vt petitur, mentis aciem conuertatis, proculdubio si quantum temporis apparatus ad accessum huiusmodi exigat attendatis, reperietis tempus inhabile subsequi ad recessum. Si autem vos ad securitatem viæ vel itineris conuertatis, tam maritimas quam terrestres, tam nobis, quam fratribus nostris, quam ijs, qui ipsam sequuntur curiam, quam qui ad eam de cunctis mundi partibus pro suis necessitatibus sunt venturi, reperietis innumeris insidijs & periculis varijs inundare.

Quod desiderium ab illo datū fuerit.

E vestigio prouolare in Vrbē ipsum nō posse.

Iter tutū non esse.

11 Porro si de statu Vrbis inquiratur, an censendus sit pacificus & securus, respondeant super his quæ acta sunt ijs diebus inibi & aguntur. Ab ea quidem nobiles nouiter sunt eiecti, ac compulsi in manu populi sua dare fortalitia, & filios seu nepotes pro obsidibus assignare. Filio quoque nostro charissimo Roberto illustri Regi Siciliæ, nostro in dicta Vrbe vicario, eiusque fratribus est interdictus accessus; nec eius in ea recipiuntur literæ, nec nuntij admittuntur: & qui consueuerunt Romano populo esse chari, propter Regem odio sunt habiti & suspecti. Ludouicus insuper de Bauaria, Dei & noster æmulus, persecutorque notorius ecclesiæ sanctæ Dei palam asserit, & prælatis ac principibus scribere non omittit, nouitates prædictas in Vrbe prædicta fore in eius fauorem & præsidium attentatas; atque adeo in eadem Vrbe potentem existere, quod non credit, quod eius ingressum potentia aliqua impedire valeat, sicut in plerisque literis suis vidimus contineri.

Vrbem impacatā fore.

Robertū Regem accessu Vrbem ia tesdictū.

Bauarum iactare sibi fauere Romanos

Quas insuper nouitates quidam vester conciuis (sicut in quibusdam suis literis infidelibus missis & interceptis a fidelibus, ab ijs, qui eas se vidisse asserunt, contineri dicitur) pro fauore partis, & ad honorem Bauari asseruit factas esse: & quod negotia Vrbis, prout vellet, procederent, & Regis e contra se nouitatum ipsarum fuisse esse & futurum promotorem. Vos quoque, de quibus potius admiramur, si forsan nos Vrbem præsentialiter contingeret non adire, si quid sinistrum accidit vel contingat, & filij patris præsentia destituti, tanquam acephali declinent ad dexteram vel sinistram, id est, ad receptionem Bauari, sicut nuntiorum habuit expositio, apud Deum totamque cælestem curiam & ecclesiam ipsam, ac omnis mundi Christicolas petitis excusari. Si quis autem hæc omnia & singula ad examen rectæ deduxerit rationis, non credimus, si in eo ratio vigeat, quod præmissis sic stantibus, possit pro nobis, fratribus nostris, & curia Vrbs sæpesata locus tutus, quietus, & pacificus reputari.

Sciarram Columnā nouatarei auctorem se dicere.

12 Sane quia noster ac fratrum nostrorum ad hoc intense fertur affectus, vt nos ad Vrbem prædictam, cum primum opportune poterimus, conferamus; Deo ac sanctis Apostolis Petro & Paulo & sanctis alijs, quorum inibi corpora requiescunt, exhibituri reuerentiam debitam; ac vt ibidem vicis commissæ nobis officium, interueniente ipsorum suffragio, vtiliter exequamur, mutuaque præsentia nos & vos inuicem consolemur; circumspectionem vestram rogandam duximus & hortandam, quatenus sub ratione vestrum desiderium restringentes, sic curetis Vrbem ipsam disponere, quod in ipsa probabiliter tute possit & quiete residere curia, nosque in eadem pastorale possimus officium libere ad Dei gloriam, consolationem vestram, reique publicæ commodum exercere. Et vtinam, dilectissimi filij, præmissa verba; scilicet quod si vos in sinistram declinare contingeret, haberemini apud Deum, &c. nec mente concepta, nec ore prolata, nec, quod est grauius, scripturæ tradita extitissent. Quomodo enim ab infidelitate scienter committenda potuistis petere, vt haberemini excusati? Quomodo creditis, quod Deus, cœlestis curia, ecclesia, vel Christicolæ de tanto excessu, quantus esset ille, si in illum, quod absit, vos incidere contingeret, vos excusatos haberet? Præterea quomodo propter absentiam nostram vos acephalos dicere potuistis? Papæ namque præsentia nequaquam patrem ipsum vobis constituit, nec equidem absentia acephalum quemquam reddit: alioquin nobis in Vrbe moram trahentibus, sequeretur quod omnes Christicolæ alij possent acephali, quod veritati obuiat, reputari.

Arguit Pont. Romanos, se dixisse acephalos

Vtinam tunc memores fuissetis verbi Apostoli, quod ad laudem Romanorum ipsis scribens protulit dicens: *Gratias*, inquit, *ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur vniuerso mundo*. Credimus etenim, quod si verbum apostolicum vestræ memoriæ occurrisset, verbum illud declinandi in sinistram de ore vestro nullatenus processisset: quod vtique vos in fide fluctuantes arguit, ac arundini vento agitatæ seu maris fluctui, quæ a vento mouetur & circumfertur, similes vos ostendit: nisi velimus dicere, quod desiderium ingens, quod habetis, vt in Vrbe curiam haberetis, vos ad proferendum illud impulit, non quod cor vestrum intrauerit tam detestabile verbum.

Comminatos ad hoste ecclesiæ defecturos.

13 Et quia facta potius, quam verba sunt attendenda, hortamur vestram prudentiam & rogamus, quatenus sic factis fidem vestram constantem & indubiam ad nos & sanctam Romanam ecclesiam ostendere studeatis, quod euidenter appareat, præmissa ab ore vestro non ex animo processisse, deuotis ecclesiæ & specialiter Regi prædicto vos ostendendo beneuolos, ac indeuotis vt ad deuotionem redeant, præsertim dicto Bauaro (cui per nostros processus, quos debet venerabilis frater noster Viterbiensis episcopus noster in in Vrbe vicarius publicasse, specialiter est interdictus ingressus, ac contra ipsum, si eum intrare contingeret, nec non & ipsum recipientes, seu in hoc fauentes eidem, & dantes consilium, auxilium, vel fauorem impendentes, publice vel occulte, pœnæ variæ sunt inflictæ) viriliter resistendo; scituri quod nos vna cum fratribus no-

Hortatur ad pristinam constantiam.

Ioannes, &c. dilectis filijs consulibus Bonacceriorum & mercatorum, ac singularum aliarum artium viginti sex bonis viris, duobus videlicet per quamlibet regionem, ac populo Vrbis.

Sane, dilectissimi filij, quia displicenter nimis audiuimus his diebus, quod in Vrbe innouata sunt aliqua, per quæ inter vos videtur dissensionis periculosæ iecisse semina hostis pacis; quodque ab æmulis a deuotione ecclesiæ sanctæ Dei per diuersa iam est mundi climata publicatum, quod in fauorem & subsidium illius hostis sanctæ Romanæ ecclesiæ, Ludouici scilicet de Bauaria, qui velut hæreticorum fautor, & infestus persecutor eiusdem sanctæ Rom. ecclesiæ, varijsque alijs criminibus irretitus, iure si quod ex electione, quam de se in Regem Romanorum celebratam asserit, fuerat acquisitum, nec non & ducatu Bauariæ, feudisque omnibus, quæ a Romana & quibusuis alijs ecclesijs, seu imperio obtinebat, per sedem Apostolicam est priuatus, ac de fautoria hæreticorū sententialiter condemnatus; cuique per sedem eandem ad audiendum super crimine hæresis, de qua conuictus euidenter noscitur, est assignatus terminus peremptorius, sunt nouitates huiusmodi attentatæ: quanquam hæc nullatenus possimus credere, cum sint prorsus rationi obuia, & præmissarum vestrarum continentiæ literarum. Quis enim credere debeat, quod tam deuoti filij, sic radicati in fide catholica, sicque firmati in deuotione sincera ecclesiæ sanctæ Dei, ponendo maculam in sua gloria, sic horrendam viro tam pernicioso, tamque atroci persecutori eiusdem ecclesiæ, contra matrem suam fauorem, seu subsidium cogitauerint impertiri? Proculdubio tam periculosus defectus de viris tam prouidis nequaquam probabiliter est credendus.

Promissa hosti ecclesiæ auxilia.

Nō ea expectanda de Romanorum fide & cōstantia.

Hæc vobis, licet apud nos sint incredibilia, nuntiare duximus, vt super ijs possitis cautius prouidere; vestram circumspectionem prouidam exhortantes attentius & rogantes, quatenus nouitates istas ad finem Deo gratum, vestræque deuotioni ac fidei, quam ad eandem matrem vestram gessistis & geritis, congruum prompte sic ordinare curetis, quod interpretatio huiusmodi peruersorum interpretum nouitatem ipsarum falsa & mendosa cunctis euidenter appareat, vestraque sincera fides elucescat euidentius, & prorsus inuiolata persistat; prouidentes attente, ne subdola malignorum vos seducere persuasio valeat, nec ad suam vos perfidiam pertrahat, sicut optant; sed vestrorum progenitorum vestigijs inhærentes, firmi & immobiles in fide ac deuotione ipsius sanctæ Dei ecclesiæ matris vestræ curetis persistere; ipsique contra præfatum persecutorem Dei & eiusdem ecclesiæ, eiusque fautores assistatis viriliter & potenter: per hoc enim vestri nominis augmenta suscipiet gloria Dei ac eiusdem ecclesiæ matris vestræ, nostram quoque merito vberiorem promereri poteritis gratiam, ac ad vestra beneplacita reddere promptiores, &c. [Excusat se nondum posse prout gerit in votis, iter in Vrbem aggredi, subditque.] Gratia Domini nostri Iesu Christi in agendis vos dirigat, nec vos seduci permittat; sed in suo prorsus beneplacito vos corroboret & confirmet. Amen. *Dat. Auin. VI. id. iunij anno XI.*

Commonitio officij.

8 Hortatus est etiam a scriptis eodem die literis Romanos patritios Stephanum, Iacobum, Sciarram, ac Ioannem Columnenses; Neapoleonem Vrsinum, Theobaldum e S. Eustachio; Anibaldum, Petrum, Allebrandinum Annibaldenses; Ioannem & Nicolaum Comites, vt strenue ecclesiæ partes contra Ludouicum tuerentur. Sed iam curandæ publicæ salutis specie res in rebellionem eruperat a: Neapoleo Vrsinus & Stephanus Columna, vt pontificiarum partium vindices, atque a Roberto Rege Siciliæ nuper creati aurati equites, ne illi Vrbem proderent, in exilium pulsi sunt: Siciliæ Regi Romæ senatori interdictus in Vrbem accessus: Sciarra Columna, Gibellinæ factionis vir, vrbanis rebus, adiunctis quinquaginta duobus viris, delectis quatuor ex singulis regionibus vrbanis, præfectus: ac tum, vt refert Ioannes Villanus b oratores iterum Auinionem misere, vt Pontificem Romam accerserent; exponerentque se, ni veniret, Ludouicum in Vrbem admissuros, suæque consulturos saluti. Sextus is erat dies a coronato Mediolani Ludouico, quo oratores decreti, missæque a Romanis literæ; terror enim ipsos compleuerat; datique tantum tres oratoribus dies, vt in aula pontificia morarentur, ne alias ex alijs moras Ioannes traheret, repetitisque aduentus sui promissis eos eluderet. Eiusmodi literarum exemplum infra scriptum est c.

a Ead. p. 3. ep. secr. pag. 4.

a Io. Vill. l. 10. c. 20. Pontificij magistratus pulsi. Roberto Regi abrogata senatoria dignitas a Rom.

Sciarra Columna eam sibi arrogat.

b Eod. cap. Oratores ad Pontificem missi a Romanis.

9 *Nexum immensi debiti, quo parentibus filij alligantur insufficientes totaliter ad soluendum in hoc saltem retribuunt, quod gaudent in illorum honoribus & opprobria detestantur. Hac certe meditatione continua nos veri filij ecclesiæ sanctæ Dei modernis temporibus audientes iniquos flare ventos pro Petri nauicula tempestatibus conquassanda; turbamur in intimis, & lethaliter vulneramur, præsertim cum ecclesia sancta matre nostra, cum qua & viuere & mori vnanimiter sumus dispositi, ab ea tam longæuo spatio separati præsentialiter & continue non manemus. Eapropter vestræ beatitudini flexis poplitibus supplicamus, quatenus sedem vestram primæuam, & verum ecclesiæ fundamentum, quam obliuioni videmini tradidisse, abiectis morulis & exceptionibus consuetis, præsentialiter visitetis: in qua omnium aduersantium repulso turbine, pater & filij conflati in vnum poterunt, Deo propitio, in pacis pulchritudine nuptialiter delectari.*

c Ext. apud Io. XXII. to. 6 ep. secr. pag. 5. Literæ ab ijs scriptæ ad Pont.

Alioquin ex nunc apud Deum, totamque cælestem curiam, & ecclesiam ipsam, ac omnes mundi Christicolas excusemur, si quid sinistrum accidat vel contingat; & filij patris præsentia destituti, tanquam acephali declinent ad dexteram vel sinistram. Et ecce quod pro his seriosius enarrandis oraculo viuæ vocis nobiles & sapientes viros dominos Petrum Vaiani & Petrum de Magistris Luca iudices, & Gocium Gentilis dilectos ciues & ambaxatores nostros ad vestram præsentiam destinamus; eisdem districtius iniungentes, quod quia facto opus est, non verbis, vltra tres dies apud Romanam, immo Auinionicam curiam non morentur: sed cum festinantia retrocedant, vt eorum audita relatione saltem nostræ indemnitati cautius consulere valeamus. Data Romæ apud ecclesiam S. Mariæ in Aracæli die VI. mensis iunij X. indictione.

Denuntiant, in venerit fœdus se cum hoste inituros.

Triduum oratoribus tantum datum, vt agant cū Pontifice.

10 Auditis Romanorum oratoribus Pontifex, reque in consilium magna celeritate & maturitate cum Cardinalibus adducta, cum euoluto trium dierum spatio reditum adornarent, nec literæ, quibus ipsis respondere meditabatur, compositæ essent, recedendi facultatem impertijt; ac significauit se nuntiorum opera, quos citissime erat transmissurus, consilium suum expositurum. His vero postea literis Romanos in officio con-ti-

Ioannes responsū extrahit.

fentia Vrbem in fqualore iacere, ciuium numero minui, attenuari opibus, vetera ecclefiarum decora in rudera redigi. Ioannem itaque demiffis primum precibus interpellarunt, vt fedem Apoftolicam Romæ reftitueret. Quos Pontifex mulcere aduentus fui fpe fubiectis literis conatus eft a.

Romani vrgent Pōtificem, vt in Vrbem veniat.

a T. 6. p. 2. ep. fecr. pag. 13.

Ioannes, &c. dilectis filijs confilio & populo Romano.

Super eo nimia commendatione condigno, quod vos, vtique filij benedictionis & gratiæ, videndi patris auidi zelatores, inftanter a nobis & gratanter exigitis, vt matris & vniuerfalis ecclefiæ S. Petri Apoftolorum principis limina vifitemus, aduertat quæfumus veftra prudentia variam negotiorum vrgentiam, quæ pro tranquillo ftatu cunctorum Chrifti fidelium & præfertim Italiæ partium diutius, proh dolor! inquietæ, nos ad præfens inexplicabiliter detinet occupatos. Verum illis (in quibus filiali compaffione, fi libet, æquanimiter & amabiliter potius corporalem ex caufa noftram fupportetis abfentiam, cum diuinæ maieftatis auxilio profpere, ficut cupimus & pariter affectare vos credimus, confummatis) nedum libenter & prompte, immo anhelantibus ex corde affectibus huiufmodi limina ipfius ecclefiæ, cuius minifter apoftolicæ feruitutis exiftimus, iter bonum parante nobis Altiffimo, vifitare curabimus præfentialiter; fruituri, fi Deo placuerit, veftra paternis affectibus corporea vifione: licet infpiciamus vos mentalibus oculis & fauoribus præuijs, quos bono modo valemus, & gratijs geramus vos merito in vifceribus charitatis, &c. *Dat. Auin. XIII. kal. februarij anno XI.*

Pontificis excufatio.

5 Non his promiffis deliniti Romani quieuere, fed magis tumultuati funt, cum Ludouicum Romam cum exercitu petere rumor increbrefceret: ac Pandulphus Anguillariæ comes & Annibaldus de Annibaldis regionarij, atque a Roberto Rege Siciliæ Vrbis fenatore publicę rei præfecti, hafce literas b Pontifici transmifere, quibus obteftabantur, vt iter Romam intenderet; ac fignificabant, populum intuendæ illius fanctitatis cupidiffimum ad retundendos Ludouici impetus fe comparare.

Repetitæ apud Ioānem Rō. preces.

b Ext. ib. pag. 4.

Epiftola Pandulphi comitis Anguillariæ & Annibaldi de Annibaldis, regiorum in Vrbe vicariorum, ad Ioannem XXII.

Licet veftræ beatitudinis, fanctæque matris ecclefiæ profiteamur effe fideles; ex debito tamen noftri officij pro fubfidio veftri peculiaris populi Romani foliciti reddimur ad cuncta, quæ veftræ placeant fanctitati. Et quamuis beatitudo veftra vniuerfali præfit ecclefiæ; peculiari tamen iure præeft ciuitati Romanæ: & tanto amplius veftra fanctitas in fcrinio beatitudinis veftræ crebro populum prælibatum decet habere, quanto qui nati funt & continue nafcuntur totis vifceribus mentis & animi defiderant continuis recitationibus videre fanctitatem veftram; his præfertim temporibus, quibus infurrexerunt noua illius peffimi tyranni Bauari fanctæ matris ecclefiæ inimici, qui vt fertur, ad ipfam veftram ciuitatem vt ipfam viribus intret, dirigit fuos greffus: quem Romanus populus reputat inimicum, & contra eum difponimus cum dicto populo pro veftra fanctitate & fancta matre ecclefia viriliter refiftere, & pati, fi oportuerit, corporum cruciatum; & cum ea auiditate, qua poffumus, nos cum populo memorato ftudemus ad hoc facere apparatū, &c.]

Magiftratus literæ de ea re datæ.

Extulit a multis laudibus Ioannes præclarum illorum in fedem Apoftolicam ftudium; atque ad conftantiam in retundendo Ludouico Bauaro eos eft cohortatus, fe opportuno tempore fedem ipfam Romam translaturum pollicitus. Confignatæ hæ literæ VI. id. iunij. Quo etiam die alias ad Iacobum Sabellum, plurefque alios patritios Romanos dedit b, rogans vt omni ope anniterentur, ne Romani Bauaro ftuderent.

a Ead. pag.

b Ead. pag.

6 At dum hæc fcribebat Pontifex, Romani plurima nouarant in Vrbe c, atque in Ludouici partes propendebant, ne Vrbem ipfam cædibus ac direptioni exponerent: parati tamē pro maieftate pontificia bellum gerere, fi Ioannes fedem Apoftolicam Romam reduceret. Quem vt permouerent magis, Matthæum Vrfinum ex facro Prædicatorum ordine religiofum virum, poftea creatum Cardinalem, oratorem decreuere, fubiectifque literis d, vt reditum maturaret, inftitere: *Quoniam totius mixti corporis connexio fpiritualis fuperioribus inferiora fubiecit, & caput vnum membris fingulis excellentiæ fublimitate præfecit, condignum procul dubio æftimamus, vt culmini Apoftolicæ fedis cuiufcumque fubfit dignitatis poteftas, non folum veftræ almæ Vrbis, fed totius orbis, cui Deus claues regni cœlorum conceffit, ac primatum contulit pontificij fingularis; & ei, quem vniuerfalem Regem, præfulem, & paftorem Saluator inftituit, cuncti qui Chriftiani vocabulo nuncupantur, humiliter pareant, & paftorali præeminentiæ inclinentur.*

c Io. Vill. l. 10. c. 20.

Miffus iterum orator, vt in Vrbem rediret.

d Ext. apud Io. to. 6. p. 2. ep. fecr. pag. 3

Propofitū Romam diuinitus electam Pontificū fedem.

*Vt veftræ reuerendiffimæ fanctitati pateat manifefte totius veftræ Vrbis, & generaliter omnium ciuium Romanorum voluntaria vnitas & vnita voluntas implendæ fanctæ matris ecclefiæ, & * fedis veftræ beneplacita & mandata fincero animo & valenti; latorem præfentium reuerendum virum magiftrum Matthæum de filijs Vrfi prouincialem Romanæ prouinciæ fratrum ordinis Prædicatorum, vita & fcientia approbatum; quem pro fancta Romana ecclefia, veftræ deuotionis honore feruidum nouimus zelatorem, quemadmodum in veftrorum publicatione proceffuum experimento didicimus, quos conftanter publicari mandauit, curauimus ad veftræ fanctitatis pedes fingulariter deftinare; qui vt conciuis fidiffimus reuerentiam veftram de intentione & affectione noftra voluntariæ vnitatis certiffime informabit; expectantes & optantes quidquid per eum veftra beatitudo duxerit intimandum, & mandare decreuerit feruis fuis, paratis contra quofcumque rebelles, fedi Apoftolicæ non parentes, toto conatu infurgere & pro viribus obuiare. Cæterum cum filiorum affectus fufpenfis defiderijs patris expectent præfentiam perfonalem, ficque expectatione diutina fufpirent propenfius & anhelent, fanctitati veftræ deuote & humiliter fupplicamus, quatenus ipfos veftros filios in Vrbe veftra inclyta dignemini corporali vifitatione eorū defideria cito cum gaudio adimplere.*

* fanctitatis

Preces additæ vt fedem vrbi reftituat.

7 Acceptis hifce Romanorum literis Pontifex, folitis verborum blandimentis opportuno fe tempore in Vrbem acceffurum, refpondit e; grauiffimeque expoftulauit, ipfos inclinare in partes Ludouici, quem vt hæreticorum defenforem iuribus imperij priuaffet, hoftem ecclefiæ iudicaffet, principatu Bauariæ deieciffet, cui ob crimen hærefeos diem ad decretoriam fententiam excipiendam conftituiffet: corrumpendam non effe fidei & conftantię in fedem Apoftolicam gloriam, quam a maioribus accepiffent; atque ideo hortatus, vt in priorem ftatum Vrbem reftituerent.

Queritur Pont. nouatū effe in Vrbe.

e Ead. pag. 3.

subesse, exaratis XII. kalendas aprilis literis, respondit a; partesque ipsi dedit, vt cum Carolo duce Calabriæ, cui eo argumento eadē die rescripsit b, ad propulsandos hostes se compararet: sed Pontificis consilia & vires Bauari vicit bellica audacia. Cuius itinera Marinus Sanutus c descripsit, datis ad Cardinales sibi familiares literis, quibus auctor erat, vt ad declinanda mala imminentia Pontifex Ludouicum admitteret in gratiam, cum populorum studia in eum vergerent. Ingrediente Italiam Bauaro, Florentini vt periculū anteuerterent, oratorem misere d ad sedem Apostolicam Simonem Pazium, qui a Pontifice flagitauit, vt aduersus Ludouicum ne Italiam penetraret, sacram expeditionem dato crucis symbolo indiceret; Bononienses exules, vt ciuitas milite instructior foret, patriæ restitui a legato iuberet; ac Ferrarienses ad augendas vires in gratiam admitteret. Cui respondit Ioannes e, adducturum se in deliberationem, an crucis signa in Ludouicum essent explicanda: tutum non esse Bononienses exules reuocare in patriam, ne proditionem conflarent: Ferrarienses, qui recenter cum Tridentinis coitiones inierant, vix ad officium adduci posse. Nauata tamen ei rei opera f. De Bononiensibus etiam exulibus in patriam reducendis data legato imperia g, si e pontificia re id fore cognosceret; alios vero ciues hortatus est, ne ob Ludouici in Insubriam irruptionem animos desponderent, vllisue aduersis rebus ab ecclesia diuelli se paterentur. Tum certiores fecit, quibus censuris hostes defixi essent.

a Ib. pag. 61.
b Ibid.
c Sanut. in appen. ep. 16.
Ludouici ingressus in Insubriam.
Florentini oratorē ad Pont. mittunt.
d To. 6. p. 2. ep. secr. pag. 50.
e Ibid. pag. 45.
f Pigna de Princ. Atest. l. 4.
g To. 6. p. 3. ep. secr. pag 126.

Solicitati ad constātiam Bononienses

Ipse quidem, inquit, Ludouicus suis demeritis exigentibus, sicut vos nosse credimus, iure si quod ei ex electione, quam de se celebratam asserit, ad regnum Romanorum acquisitum fuerat, priuatus iamdiu extitit iustitia exigente; ac subsequenter ducatu Bauariæ, & omnibus feudis, quæ ab ecclesia Romana, seu ecclesijs alijs, vel imperio obtinebat; nec non & omnibus priuilegijs ecclesiasticis & imperialibus fuit his diebus præteritis priuatus, seu declaratus priuatus, iustitia exigente. Et nihilominus extitit declaratum ipsum fautorem hæreticorum notorium, ipsumque pœnas inflictas talibus incurrisse. Et quia de hæresi euidentius est conuictus, ad audiendum super hoc sententiam est sibi peremptorius terminus assignatus, sicut plenius in nostris processibus, quos dilecto filio Bertrando tit. S. Marcelli presbytero Cardinali A. S. L. in illis partibus transmittendos duximus, poteritis intueri. Illos autem Dei hostes & nostros ac vestros, tyrannos scilicet de Mediolano, de Ferraria, & de Mutina, de hæresi ac de fautoria; illum de Cumis, & de Luca, & de Aretio condemnatos, vestra prudentia non ignorat, &c. Dat. Auinione III. kal. maij anno XI. Excitati sunt ad coniunctionem armorum & constantiam simillimis literis alij fœderati populi: tum Benignus & Albissus e Vico iudices Pisani ob nauatam ecclesiæ operam cōmendati h. Vt vero Pisani demum sub Bauari potentia & artibus succubuerint, videbitur inferius.

Intentatū Ludouico iudicium hæreseos.
Guelphi in hostem ad arma concitati.
h To. 6. p. 2 ep. secr. pag. 71.
Ludouic' Mediolani ab excommunicatis corona ferrea redimitus
i Io. Vill. l. 10. c. 19. Ant. 3. p. tit. 21. c. 6. §. 5. Alber Argen. in chron. Mutius lib. 24.
l To. 6 p. 2 ep. secr. pag. 50.

3 Interea redimitum ipsum magna pompa, exeunte maio die sacro pentecostes in æde Ambrosiana, refert Ioannes Villanus i: non quidem vt moris est, ab Aycardo Mediolanensi archiepiscopo; illum enim partium ecclesiæ defensorem acerrimum vidimus, pontificiamque potius in Ludouicum sententiam, vt fuerat iussus l, diuulgabat; sed a Guidone Tarlato olim Aretino exauctorato & Brixiensi defixo anathemate episcopis, qui dignitatem suis sceleribus inquinarant, Interfuere vero profanæ celebritati Gibellinæ factionis proceres: qua perfecta pompa colligendo in militum stipendia auro intentus Bauarus Galeatium, & eius filium ac fratres, pro quibus tuendis Pontificis hostem se professus erat, in vincula coniecit. Ascripta est, vt refert S. Antoninus a, huius tyranni calamitas diuinæ vindictæ, vt ab illo, quem exciuerat ad deprimendam ecclesiam, dominatu pelleretur. Sed nec minus Ludouicum ingrati animi vitio in ea re laborasse subijcit. Terruere Galeacij aliorumque Vicecomitum vincula Gibellinos proceres b, quos vt sibi conciliaret Ludouicus, ac suspiciones de ipso conceptas amoueret, indictis comitijs, plura obiecit Galeatio; atque inter cætera, de defectione ad pontificias partes consilia cum Bertrando legato Cardinale agitasse: quæ an vera essent, an ad abolendam inuidiam facti subornata, non est facile discernere. Marcum vero Vicecomitem, vt ab omni criminis labe purum, vinculis soluit: Luchinus & Azo ducentis supra quinquaginta aureorum millibus redimere libertatem iussi.

a Ant. 3. p. tit. 21. c. 6. §. 5.
b Id. ib. c. 33. Ant. vbi sup.
Luchinus & Azo libertatem magno pretio redimunt.

Ludouicus porro refecto ea ratione ærario, ac sumpta, vti dictū est, Mediolani ferrea corona, ad auream Romæ accipiendam se accinxit. Ferunt nonnulli c ipsum, vt morem maiorum seruare videretur, oratores ad Pontificem misisse, qui ab ipso deposcerent, vt Romam ad conferendum illi imperiale insigne accederet, vel legatis, vt Clemens V. cum Henrico VI. egerat, id munus tribueret. Sed abhorrebat longe a confirmando Ludouico Ioannes, cum non modo iuribus imperij, verum etiam ducatu Bauariæ illum priuarit d, ac sententiam ad Ioannem Regem Boemiæ transmiserit e: illius iussu Ioannes S. Theodori diaconus Cardinalis die S. Ioanni Baptistæ sacro sententiam in eum, vt hæresis nota contaminatum & ecclesiæ persecutorem latam, diuulgarit f Florentiæ: data g sint Aycardo Mediolanensi archiepiscopo eadem imperia in Insubria: in Germania Balduinus h Treuirensis archiepiscopus, qui etiam tum rem distulerat, Ludouicum omnibus pœnis pontificia sententia comprehensis deuinctum pronuntiarit: Henricus Coloniensis archiepiscopus i parem in sententijs pontificijs diuulgandis laudem tulerit; ac Matthias Moguntinus vna cum alijs archiepiscopis ad insectandum Bauarum sit excitatus l.

c Caspin. de Cæsar. Trithem. in chron. Hirsaug.
d To. 6. p. 1 ep. secr. pag. 44.
e Ibid. pag. 51.
f Io. Vill. l. 10. c. 26.
g To. 6. p. 2. ep. secr. pag. 50.
h To. 6. p. 1 ep. secr. pag. 52.
i Ead. p. 1. ep. secr. pag. 48.
l Ib pag. 44.

Germaniæ etiā principes ac populi solicitati m, ne noua ab illo vectigalia, ad quæ exigenda turrim in Rheni insula excitarat, imponi finerent, pristinamque tuerentur libertatem. Vetiti etiam Italiæ proceres, vt Philippus n Sabaudus, Guecelo o Tempesta, Taruisini, pluresque alij sentire cum Ludouico, sed omni contentione suum ecclesiæ studium explicare iussi. Placentini p, vt vrbem propugnaculis contra Ludouici impetus munirent, admoniti q: Genuenses, inter quos Gibellini inualuerant, ad mutuam concordiam excitati r. Commouerat enim populos Ludouici aduentus, atque hos spe, hos metu concitarat. Ac Pisis f quidem, cum de Ludouico Mediolani coronato nuntius accessisset, coorta seditio, sed magistratuum diligentia mox repressa.

m Ead. pag
n To. 6. p. 2 ep. secr. pag. 78.
o Ead. p. pag. 71.
p Ib. pag. 82.
q Ib. pag. 95.
Genuenses muluis discordijs discissi.
r Ib. pag. 70.

4 Grauiores vero motus Romæ a populo nobilissimisque ciuibus concitati. Agebat t eos indignatio, translatā Auenionem a Gallis Pontificibus Apostolicam sedem, amissoque veteris imperij splendore, ipsos summi sacerdotij dignitate carere; orbatam Pontificis & Cardinalium præsen-

f Io. Vill. l. 10. c. 24.
Seditio Pisis orta compressaque.
t Ib. c. 29.

præclaram ædificari feci cum omnibus officinis sufficientibus pro XXII. fratribus, & cum quatuor cameris, quarum quælibet esset pro quocumque prælato sufficiens. In quo quidem loco moram traho continuam, & viuo de eleemosyna regia memorata, quæ iuxta mercatorum Ianuensium æstimationem ascendere potest annuatim ad valorem centum florenorum aureorum vel circiter: & de hac eleemosyna magnam partē in ædificatione loci prædicti expendi, cui similem in eremitorijs in tota nostra prouincia nullum scio quoad pulchritudinem & omnem amœnitatem.

Denique non longo elapso tempore post obitum fratris Peregrini recepi decretum archiepiscopi de locatione nostra in memorata ecclesia cathedrali, cuius locationi assensum præbui, causa rationabili suadente: & nunc in loco, vel ecclesia ciuitatis, nunc in eremitorio moram facio iuxta meæ libitum voluntatis, & sum sano corpore, & quantum longæuitas vitæ patitur, aliquibus adhuc annis in hac messe laborare potero, licet canitiem habeam ex defectibus naturalibus, & proprietatibus senectutis. Sane in isto vasto imperio sunt gentes de omni natione, quæ sub cœlo est, & de omni secta, & conceditur omnibus & singulis viuere secundum sectam suam. Est enim hæc opinio apud eos, seu potius error, quod vnusquisque in sua secta saluatur; & nos prædicare possumus libere & secure: sed de Iudæis & Saracenis nemo conuertitur. De idololatris baptizantur quamplurimi, sed multi ex baptizatis non recte incedunt per viam Christianitatis. Quatuor nostri fratres martyrizati fuerunt in India a Saracenis, quorum vnus bis in ignem copiosum iniectus illæsus euasit; & tamen ad tam stupendum miraculum nullus est a sua perfidia permutatus, &c. *Dat. in Cayton anno Domini* MCCCXXVI *in mense ianuarij*.

Omnes sectæ apud Tartaros tolerantur.

32 Hoc anno Placentini, permoti fama miraculorum Gregorij Papæ X. supplices a Ioanne XXII. flagitarunt, vt illum in sanctorum albo collocaret: ad quorum iustas preces Ioannes, vt in tanta re solitam consilij maturitatem adhiberet, Pisano archiepiscopo & episcopo Mutinensi prouinciam dedit [a], vt de illius sanctitate & miraculis, adductis in religiosum examen testibus, publica documenta conficerent.

Gregorius X. miraculis claruit.

a An. 9. p. 1. ep. com. 1519.

Ioannes, &c. venerabilibus fratribus archiepiscopo Pisano & episcopo Mutinensi, ac dilectis filijs Bindo de Senis preposito ecclesiæ Coloniensis notario nostro.

Dudum ex parte dilectorū filiorum Iaconini de Pontecanali pro Rom. ecclesia rectoris, ac prioris antianorum, & ipsorum antianorum, nec non consilij & communis ciuitatis Placentinæ coram nobis & fratribus nostris propositum extitit, quod felicis recordationis Gregorius Papa X. prædecessor noster, dum viueret, nitore sanctitatis emicuit, conuersatione resplenduit, ac multis magnisque tam ante quam post suum obitum miraculis coruscauit: quare pro parte ipsorum fuit nobis humiliter supplicatum, vt de eiusdem Gregorij vita & miraculis inquisitione præmissa, si reperiremus præmissa veritate fulciri, eum ascriberemus sanctorum catalogo, ipsumque faceremus per vniuersas ecclesias honore congruo solemniter venerari. Verum, licet prædicta coram nobis & eisdem fratribus nostris exposita, si vera sint, nostrum & fratrum nostrorum corda multiplici iucunditate repleuerint; attendentes tamen, quod Romana ecclesia, præsertim in tanto negotio consueuit cum magna maturitate procedere, vbi videlicet de re tam ardua quæritur, & de cælestibus indagatur; nam si difficile existimamus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore, quæ in cælis sunt quis inuestigabit? vt tutiori & solidiori tramite procedamus, discretioni vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo vestrum in loco vel locis, vbi expedire videritis, de vita, conuersatione, ac miraculis Gregorij prædicti cæterisque circumstantijs, huiusmodi negotium contingentibus, iuxta formam, quam vobis sub bulla nostra transmittimus interclusam, inquiratis diligentius veritatem; & quæ super præmissis inueneritis, fideliter in scriptis redacta, sub testimonio sigillorum vestrorum per viros idoneos ad sedem Apostolicam destinetis, vt per inquisitionem vestram sufficienter instructi, sicut res exigit, & expediens visum fuerit, securius in ipso negotio procedere valeamus. *Dat. Auin. VI. id. maij anno IX.* Conditæ erant Gregorij reliquiæ in Aretina ecclesia, cuius diœcesis hoc anno dispartita est [a], condito Cortonæ nouo episcopatu.

Placentini SS. catalogo annumerandum postulāt.

Institutū a Ioann. de illius miraculis religiosū examen.

Conditus episc. Cortonen.

a Ib. ep. 56. 2071.

IESV CHRISTI
Annus 1327.

IOANNIS PP. XXII. annus 12. — VAC. IMP. OCCID. 14. ANDRONICI IMP. ORIEN. 44

1 CONcussit [b] Italiam Ludouici Bauari ad eam sibi armis subijciendam, corripiendaque vi insignia imperij, aduentus anno Christi millesimo vigesimo septimo indictione decima: cum enim ob Caroli ducis Calabriæ, qui Florentinam rempublicam administrandam susceperat, & Ioannis S. Theodori Cardinalis A. S. L. & publicæ pacis seruatoris in Etruria instituti superiori anno accessum, annuas Regis Siciliæ in Trinacriam irruptiones, attritamque Friderici potentiam, & Insubriam a Bertrando legato continuis afflictam bellis, Gibellini hinc armis hinc censuris pontificijs vrgerentur, illum crebris legationibus & pollicitationibus ad maturandum iter pellexere. Indixit [c] Tridenti mense februario suæ factionis comitia Ludouicus, in quibus plura perperā gessit, schismaticorumque & impiorum illuuiem ad se traxit, qui in eum prorupere furorem, vt supremum in terris Christianorum caput anathematis notarent infamia, captatisque ex nomine inanibus argutijs, vt facete sacrilegi viderentur, presbyterum Ioannem appellarent: ex quo pontificiæ dignitatis contemptu sententiæ apostolicæ habitæ ludibrio, & ecclesiasticum interdictum, coram Ludouico, diuinis celebratis officijs, violatum. Eminebant [d] inter cæteros impietate scelestissimi Ludouici Bauari assentatores Marsilius Patauinus theologicæ scientiæ improbus interpres, & Iandunus philosophicarum argutiarum nugarumque artifex, qui nouis hæresibus ex inferis excitatis, id vnum moliebantur, vt ecclesiam Dei exscinderent, vel fœdissime subijcerent seruituti; quibus Pontifex quinto idus aprilis iudicium hæreseos intendit: sed de his agetur inferius. Nunc Bauarum Italiam ingredientem sequamur.

b l. XXII. to. 6. p. 1. ep. secr. pag. 60.

Bauarus in Italiam a Gibellinis excit.

c to. Vill. l. 10. c. 17. Tridenti suorum conuent. agit.

d To. 6. p. 3 ep. secr. pag. 221. Marsilius & Iandunus ad illius gratiā fingunt hæreses.

2 Cum de Tridentinis conuentibus habitis a Gibellinis certior esset factus a Bertrando legato Ioannes Papa, tenues eorum vires, suasque superiores arbitratus, nullas timendi causas sub-

Ad quas fœdas excindendas hæreses Pontifex Raimundum patriarcham Hierosolymitanum zelum explicare hisce literis iussit, a

a To. 6 p. 1 ep. secr. pag. 80.

Ioannes, &c. Raimundo patriarcha Ierosolymitano.

Trahimur in amara suspiria, & multa mentis turbatione mouemur, dum infra fines ecclesiæ catholicæ, curæ nostri regiminis diuina dispositione commissæ, contra puritatem catholicæ fidei errores percipimus pullulare; ad quos extirpandos tanto solertius vigilare nos conuenit, quanto maiora formidantur ex illis pericula fidei & fidelibus prouentura. Habet siquidem infesta nimis de transmarinis partibus insinuatio, nobis missa, quod in regno Cypri, vbi catholicæ fidei viget cultus, quidam iniquitatis filij, Nestoriani & Iacobitæ vocari, quorum secta nequissima olim in concilijs generalibus reprobata extitit & damnata, se aduersus Dei scientiam extollentes, ac in damnatos errores & hęreses incidere non verentes; præfati Nestoriani in Christo Iesu domino nostro duas personas, & ipsum per inhabitantem gratiam adoptiuum Dei Filium existere; dictique Iacobitæ vnam tantum inesse naturam contra veritatem orrhodoxæ fidei damnabiliter profitentur; habenres suas illic distinctas ecclesias, in quibus errores & hęreses huiusmodi, non sine magnis suarum & multorum aliorum animarum periculis, publice dogmatizant. Et insuper quod Græci aliqui, qui pro maiori parte in regno morantur eodem, negant purgatorium & infernum, asserentes mendaciter & temere, nullum sanctorum esse in paradiso vsque post iudicium generale; sed interim in certo loco quiescere sine pœna: & hoc idem etiam de malis asserere moliuntur. Alij quoque Græci sunt ibi, qui sacramento altaris non communicant, nisi eis de Constantinopoli deferatur, & nonnulli etiam alij huiusmodi sacramentum in escam iumentis pro sanitate ministrare præsumunt.

Plures Nestorij heresi infecti.

Alij cum Iacobitis vnam in Christo naturam asserunt.

Alij purgatorium & infernū negant.

Infandū de Eucharistia animalibus porrecta sacrilegiū.

29 Cupientes igitur prædictos errores & hęreses de finibus fidelium extirpari, ac de tuæ circumspectionis exquisita prudentia plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternitati tuæ per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus ad extirpandum prædictos errores & hęreses, ac reformandum & corrigendum quæ in hac parte reformanda noueris ac etiam corrigenda, intendere iuxta datam a Deo tibi prouidentiam adeo studeas diligenter, quod diuinam & Apostolicæ sedis gratiam vberius propter hoc merearis, &c. *Dat. Auin. kalend. octobris anno XI.*

Patriarchæ Ierosol. aduersus impios data impęria.

De gliscentibus ijs hęresibus Hugoni Regi Cypri eadem sententia scripsit Pontifex b, vtque ad eas excindendas Raimundo patriarchæ regiam opem porrigeret, hortatus est; cum nullam maiorem gloriam, quam in fide amplificanda, afferendoque studio ne illius flos ac dignitas emarcesceret, colligere posset: *In virtute,* inquit, *ac decore fidei a Domino censentur constituti viri potentia prædıti, & prosapia illustrium praecellentes, qui dum illam fulciunt, & se operosos exhibent in illius dilatatione ministros, fama crescunt & meritis, & a Domino in suis actibus diriguntur. Sed in eorum gloria non parum macula ponitur, cum in suis districtibus fides vim patitur, & infidelium subiectorum morsibus laceratur; frequenter enim exercitatione membrorum caput affligitur, & nonnunquam pœna principibus propter peccata plebis infertur.*

b Ead. pag.

Solicitat Rex Cyp. vt patriarcham fulciret.

30 Proferebat se latius per id tempus in remotioribus orientis oris fides Christiana, atque in Tartaria Imperator missos a Romanis Pontificibus ad eos populos Christianis sacris imbuendos episcopos perhumaniter excepit, & ad sustentandam honeste vitam stipendia attribuit, vt Andreæ e Perusio episcopi e sacro Minoritarum ordine suffraganei archiepiscopi Cambaliensis ad Perusinorum Minorum præfectum literæ testantur a.

Amplificata apud Tartaros Christiana religio.

a Ext. apud Vuad to. 3. hoc an. n. 2.

Frater Andreas de Perusio de ordine Minorum fratrum, diuina permissione vocatus episcopus, reuerendo patri fratri guardiano Perusini conuentus, &c.

Nouistis me cum bonæ memoriæ fratre Peregrino coepiscopo, & meæ peregrinationis indiuiduo comite, præter multos labores & languores, inedias, variaque tormenta, atque pericula in terra pariter & in mari, vbi fuimus, rebus omnibus, etiam tunicis & habitibus spoliati; demum Deo iuuante ad Cambaliensem ciuitatem, quæ sedes est imperij magni Chanis, anno dominicæ incarnationis MCCCVIII. vt credo, peruenisse: vbi secundum mandatum a sede Apostolica nobis datum, archiepiscopo consecrato, moram ibi per quinquennium fere contraximus. Infra quod temporis spatium procurauimus alafa ab Imperatore magnifico pro victu & vestitu octo personarum: est autem alafa impensa, qnam Imperator tribuit nuncijs magnatum, oratoribus, bellatoribus, diuersarum artium artificibus, iaculatoribus, pauperibus, & diuersis diuersarum conditionum personis: quæ impensæ plurium Latinorum Regum introitus & expensas transcendunt. De diuitijs, magnificentia, & gloria huius magni Imperatoris; de vastitate imperij, multitudine populorum, numerositate ciuitatum, & magnitudine earundem; & de ordinatione Imperij, in quo nemo aduersus alium ausus est leuare gladium, transeo, quia longum foret scribere, & audientibus incredibilia viderentur: nam ego ipse, qui præsens sum, talia audio, quæ vix ipse credere possum. *Et infra.*

Imperator Tartar Andreæ episcopo ex ærario victum tribuit.

31 Est quædam magna ciuitas iuxta mare oceanum, quæ vocatur lingua Persica Cayton; in qua ciuitate vna diues domina Armena ecclesiam erexit præclaram satis & grandem, quam quidem, de ipsius voluntate per archiepiscopum in cathedralem erectam, cum competentibus dotibus, fratri Gerardo episcopo, & fratribus, qui cum eo erant, donauit in vita, & in morte reliquit; qui primus eandem cathedram suscepit. Mortuo autem dicto episcopo, inibique sepulto, voluit archiepiscopus in eadem ecclesia me facere successorem: sed huiusmodi locationi & successioni me non præbente assensum, ipsam contulit fratri Peregrino episcopo memorato, qui illuc habita opportunitare se cōtulit, & postquam paucis annis rexit eandem, anno Domini MCCCXXII. in crastino octauæ Apostolorum Petri & Pauli diem clausit extremum. Ante cuius discessum per quatuor fere annos ego, qui in Cambaliech non eram consolatus ex aliquibus causis, procuraui quod dicta alafa seu eleemosyna imperialis mihi daretur in præfata ciuitate Caytonis, quæ distat a Cambaliech itinere hebdomadarum fere trium; vt dixi, sollicite procuraui: & cū octo equitibus, ab Imperatore mihi concessis, ad eandem ciuitatem cum magno honore perrexi & applicui, adhuc fratre Peregrino præfato viuente; & in quodam nemore proximo ciuitati ad quartam partem vnius milliarij ecclesiam conuenientem & præ-

fidei catholica rebellem & hostem exhibens manifeste, Raynaldo & Opizoni marchionibus Estensibus, ac Galeatio de Vicecomitibus, eiusque fratribus hereticis, & de crimine heresis a suis competentibus iudicibus sententialiter & publice condemnatis; nec non Ludouico de Bauaria excommunicato, Dei & ecclesia rebelli & hosti, adhaserat. Et infra: *Contra dictum Rizardum super pradictis & ea tangentibus secundum formam canonum, ac priuilegia officio inquisitionis concessa solerter & diligenter per te, vel alium, seu alios inquirere ac procedere non postponas. Dat. Auin. non. maij ...*

Idem adhæret Gibellinis & Bauaro.

25 Interea hoc anno ad Genuensium gratiam iustis causis adductus Pontifex apostolicas leges de non ferendis ad Saracenos mercibus ad biennium molliuit, cum ea respublica, antea florentissima opibus, tum ob ciuium dissensiones, tum intercepta commercia cum orientalibus ab antiquo splendore deficeret, neque ad Constantinopolitanum imperium, aliasque plures prouincias merces transferre possent. Permisit a itaque retinendæ veteris dignitatis causa, vt merces ferro, telis, lignis, naualibus exceptis, ad Laodicenam oram Babylonio soldano obnoxiam aduehere; indeque cum Persis, Tartaris, Indis, & alijs populis, quibus Christianorum commercio interdictum non esset, merces distrahere ac permutare possent. Imposita b vero est archiepiscopo Genuensi prouincia, vt sacramento nauium rectores e portu soluturos adigerent, ipsos contra imperia pontificia non ituros, nec merces vetitas Saracenis inuecturos. Cum vero in pontificijs literis dicatur, Genuenses ad Constantinopolitanum imperium merces deuehere tum non potuisse, id ob Turcarum excursiones, qui ea maria infesta reddebant, videtur contigisse, de quibus supra ex Sanuto memoraui; is enim auctor suadebat propterea Romano Pontifici, vt classem ad reprimendos Turcas compararet, ita namque & Christianorum libertati consulturum; atque a Græcis, qui ad coniunctionem cum Romana ecclesia his beneficijs allicerentur, summam gratiam initurum.

a An. 10. p. 1. ep. c. 890.
b Ib. post eand. ep.

Data Genuensib' facultas, vt cum infidelib' merces communicarent.

Turcæ maria grassationibus infestant.

26 Præseferebat c quidem Andronicus Imperator redintegrandæ cum Romana ecclesia coniunctionis desiderium, atque oratores ad Francorum Regem Carolum misit, quibus significabat, se pacem cum omnibus Christianis maximeque cum Gallis seruaturum, & alias ingentes spes & promissa ostentabat: de quibus vt certior fieret Carolus, Benedictum e Cunis Dominicanæ familiæ religiosum virum legandum censuit d; quem Pontifex ad Robertum Regem Siciliæ ac Philippum principem Tarentinum transmisit, vt quæ ipsis in tanta re gerenda visa essent, optima consilia explicarent.

Andronicus reuocandæ ad Rom. Græcor. ecclesiæ desideriũ præfefert.

c To. 5. p. 2. ep. secr. pag. 266. & 372.
d Ead. pag. 266.

Regi Siciliæ.

Significauit nobis charissimus in Christo filius noster Carolus Rex Franciæ & Nauarræ illustris, quod vir magnificus Andronicus, qui se Romæorũ Imperatorem & moderatorem intitulat, per suas literas insinuauit eidem, intentionis & voluntatis esse sui imperij, velle pacem & amorem cum omnibus, & specialiter Christianis: & cum Regem ipsum, eiusque domum, & prædecessores super alios mundi principes ad hoc perciperet delectari, certum ad ipsum destinabat nuncium literarum exhibitorem ipsarum, super intentione prædicta plenius informatum. Rex itaque præfatus scire, vt asserit, desiderans certius, an ipse Andronicus præfatæ intentionis existat, & an quæ literis præfatis astruit, operibus cupiat adimplere, dilectum filium Benedictum de Cunis ordinis Prædicatorum sacræ theologiæ magistrum ad eundem Andronicum pro scrutandis huiusmodi prouidit de nostro beneplacito cum suis literis destinandum.

Oratoré ad Regé Francor. ea de re acturum mittit.

Nos autem attendentes, quod negotium huiusmodi tuam excellentiam, nec nõ & dilectum filium nobilem virum Philippum principem Tarentinum germanum tuum inter cæteros catholicos principes non mediocriter tangit, volumus quod idem magister, prius quam ad dictum accedat Andronicum, ad tuam, dictique principis se conferat præsentiam, auditurus vtriusque intentionem, ac informationem, si quam ei dare decreueritis super his, nobisque illas postmodum rescripturus. Quocirca regalem excellentiam attentius excitamus, quatenus cum eodem principe, quid nos deceat, vel expediat in hac parte, prouida deliberatione discernens, magistrum eundem reddere studeat super his plenius informatum: nos enim præfato magistro collegam alium in negotio ipso cogitaueramus adiungere; sed donec de tua, dictorumque principis & Andronici intentionibus super his plenius nobis liquerit, consultius id prouidimus differendum: super quibus etiam præfato germano tuo per magistrum ipsum litteras nostras dirigimus opportunas. *Datum Auinione XIII. kal. septembris anno X.*

Robertus Rex Sicil. & Philip. princeps de ead. re consulti.

27 De misso ad Andronicum Imperatorem Benedicto e Cunis, vt ipsum ac Græcos ad fidem orthodoxam alliceret, extant aliæ literæ a, quibus ea spe facultatem ipsi tribuit, vt cum mathematicis (ijs nimirum, quorum profanæ artes in prædicendis, magistro dæmone, vanaque astrologiæ ostentatione, rerum futuris euentibus ab ecclesia damnatæ sunt) & cæteris schismatis labe infectis publice occulteue ageret, concionesque sacras haberet. Terruerant Andronicum peruulgati de expeditione Gallorum Asiatica ineunda sermones, fueratque a Marino Sanuto admonitus b, plerosque Constantinopolitanum prius imperium expugnandum censere, & eorum opinionem in Regum consilijs a se refutatam; sollicitarusque, vt Christifideles contra Saracenos omni studio iuuaret. Cæterum præclara adeo de restituenda Asiæ Christiana religione, ac superstitione excindenda Mahumetica ob occidentalium dissensiones est turbata; neque vniuersus exercitus, sed leues copiæ ad defendendas Christiani nominis reliquias orientem petebant, pluresque crucesignati ostentationis magis, quam pietatis causa crucis symbolum ferebant: quos in Æmilia Pontifex a prouinciæ præside Aymerico archiepiscopo Rauennate vel ad promouendam sacram rem Asiaticam profectionem inire, vel sacrum symbolum abijcere monendos curauit. c

Missus ad Andronicum a Pont. internũtius.

a Ib. pag. 372.

b Sanut. in lit. ad Andronic.

Segniter bellum sacrum geritur.

c To. 5. p. 2. ep. secr. pag. 331.

28 Adducebatur hoc interim spatio in discrimen orthodoxa in Cypro religio, cum Nestoriani duas in Christo personas, ipsumque non natura, sed adoptione Dei filium; Iacobitæ contra vnicam in eo tantum naturam, contra œcumenica concilia cum Eutyche publice impieque effutirent: Cyprij etiam Græci purgatorium ignem negarent, ac peruerse sentirent, neq; improbos inferni pœnis affici, nec sanctos cælesti felicitate ad diem vsque extremum iudicij potiri: sacramentum etiam corporis dominici animalibus ad restituendam ijs valetudinem porrigerent, ac nisi Constantinopoli deferretur, excipere abnuerent.

Cyprij Græci male de fide sentiunt.

Ad

virtutibus coruscare, tam profanæ vanitatis flatibus ventilantur, talia in deuotis mentibus præsentium, dum agebantur sacra mysteria & celebrabantur diuina officia, non sine fidelium scandalo nefarie præsumendo: ex quibus intime tangimur & mouemur.

Inflicta ijs pœna.

Ne igitur huiusmodi præsumptuosa temeritas in perniciem transeat aliorum, sed in committentibus puniatur, ac etiam extinguatur, ne quod absit, cæteri sumant audaciam similia committendi; auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio, eundem Ioannem Garnerij omnibus officijs, si qua in eodem habet ordine, perpetuo priuamus, ipsumque inhabilitamus & inhabilem reddimus ad quæuis officia in posterum obtinenda, & alios actus legitimos exercendos, & per vnius anni continuum spatium a missarum celebrationibus ipsum suspendimus; quodque ipse per totum eundem annum ieiunare sexta feria, & dumtaxat panem comedere & aquam bibere, sedendo donec comeditur & bibitur in superficie terræ coram sui conuentus fratribus teneatur; & quod per integrum annum huiusmodi in quolibet capitulo de manu illius, qui sibi præerit, acutam seu rigidam & bene sensibilem recipiat disciplinam, vt huiusmodi ab eo commissum sine rubore & cum scandalo aliorum excessum defleat, & deflendo patienter ad contritionis affectum eius animus efficaciter inducatur. Ordinamus quoque atque decernimus auctoritate prædicta, vt prædicto Ioanni Robineti caputium habitus dicti ordinis, quem defert, amoueatur omnino, sicque huiusmodi detruncato habitu vsque ad festum resurrectionis Domini proximo venturum maneat & incedat, nisi cum eo interim super hoc per sedem prædictam extiterit dispensatum; quodque per totum eundem annum dicta feria ieiunare, comedere, bibere, ac sedere, prout de dicto Ioanne Garnerij prætangitur, teneatur; & quod per eundem annum viginti vicibus in capitulo, sicut sibi exprimitur, successiue recipiat disciplinam similem, &c. *Dat. VIII. kal. Augusti anno x.* Eodem argumento Pontifex Bituricensi archiepiscopo scripsit, præcepitque vt in Exoldunensi conuentu pontificiam sanctionem promulgaret, pœnasque reis infligendas curaret.

Nonnulli Minoritæ rebellant in Pontificem.

23 Emarcuerat adeo inter nonnullos Minoritas pristinę pietatis flos, vt aliqui hæreseos infamia laborarint, contemptisque sacris institutis S. Francisci, quem ipsis Romani Pontificis & præsulum obseruantiam religiosissime commendasse vidimus, nefarias voces in sedem Apostolicam effutirent. In ijs Petrus [a] quidam minister, vt vocant, eo crimine postulatus traditus custodiæ est; commissaque Hugolino abbati monasterij S. Petri, & Matthæo Vngari Minoritæ theologo prouincia, vt de illius dictis in Pontificem temere iactatis inquirerent. Guillelmus [b] etiam Minorita e Villafranca e sacro suggestu contra apostolicas constitutiones, quibus definitum erat ab hæresi nō abesse, qui pertinaciter affirmarent Christum dominum & Apostolos aliquid proprio vel communi nomine non possedisse, declamare non perhorruit: cuius causam Elnensis episcopus cognoscere iussus est.

a To.5.p.2 ep. secr. pag.328.

b An. 21. p.1.ep.cur 3.

Impostores in Italia.

Nonnulli quoque tum scelestissimi hypocritæ, qui pseudoapostoli vel Fraticelli videntur extitisse, religiosa veste insignes, multis verborum lenocinijs simplices quosque contaminare suis erroribus in ditione pontificia, ac pietatis specie pietatem omnem extinguere nitebantur. Contra quos Ioannem Amelium archidiaconum Foroiuliensem ducatus Spoletani præsidem leges distringere imperauit [a].

a To.5.p.2 ep. secr. pag.325.

Dilecto filio Ioanni de Amelio archidiacono Foroiulien. ducatus Spoletani rectori.

Imperatores grassati in Italia.

Ad audientiam nostram tua nuper insinuatione peruenit, quod nonnulli prauitatis filij, ouinam pellem sub religionis habitu prætendentes extrinsecus, lupi vero rapaces intrinsecus existentes, decretam tibi prouinciam, velut ouile dominicum sub hac fictione, proh dolor! & simulatione subintrant, vt inuenientes ibi simplices fidelium animas, quædam eis, sub verbo prædicationis enuncient, & sophisticis atque fallacibus suggerant argumentis, ex quibus ipsi fideles inducti, abiurata fide, labantur in perfidiæ lubricum, & a nostrorum, ac sanctæ Romanæ matris ecclesiæ declinent semitis mandatorum. Cupientes itaque his prouidere salubriter, ac gerentes de tuæ circumspectionis industria fiduciam in domino specialem, procedendi contra tales simpliciter & de plano, absque strepitu & figura iudicij, toque per omnes vias & modos iuri non obuios informandi, ac faciendi quod suadebit iustitia, tibi auctoritate præsentium licentiam impartimur. Contradictores, &c. *Dat. Auin kal. martij anno x.* Similiter in Germania Franciscus e Lutra Benedictinus apostata, de quo iam ante egimus, pestiferos errores in omnibus, quæ circumcursabat, locis disseminabat: quocirca Ratisponensium Minoritarum præfecto munus a Ioanne iniunctum est [b], vt impium hominem carceri traderet.

Arius in Germania.

b Ib.pag. 247.

24 Cum vero nonnulli impij Christiani, qui terreni lucri cupiditate illecti, iacturam æternitatis incurrere, totiesque a concilijs œcumenicis ac Romanis Pontificibus vetita cum Saracenis commercia inire non perhorrerent, vt pœnarum metu a crimine submouerentur, Ioannes ob insignem ecclesiasticarum censurarum contemptum in eos statutis in hæreticos legibus agi iussit [c]. Quorum suscipere patrocinium ausus est Rizardus Cremonensis [d], ac dictis contrariam apostolicis constitutionibus sententiam tueri; qui cum sentiret etiam cum hæreticis & perduellibus ecclesiæ, censoribus fidei in ipsum animaduertendi munus iniunctum est. Quibus etiam sequenti anno, cum magis fureret illius improbitas, eadem repetita imperia [e]; ac Bertrando Cardinali A.S.L. datæ partes [f], vt in ipsum legibus ageret, cuius scelera his verbis in medium adducit.

c To.5.p.2 ep. secr. pag. 247. d Ead.pag.

e To.6.p.2 ep.secr. pag.204. & 215.

f Ib.pag. 37.& 40.

Rizardus Malumbre de Cremona approbationis, innouationis, & declarationis huiusmodi, nimirum criminis labem contrahere, non modo qui merces in concilijs œcumenicis vetitas Saracenis Ægyptijs inueherent, verum etiam alias a Nicolao IV. Bonifacio VIII. Clemente V. prohibitas inferrent, aut illi flagitio consentirent, *non ignarus asserere, affirmare, astruere, ac dogmatizare verbo & scriptis in suæ salutis animæ dispendium, & multorum, quos secum in errorem hæresis damnatæ satagebat trahere, perniciem & iacturam; quod deferre vel mittere Saracenis in Alexandriam, aut alia loca Saracenorum terræ Aegypti victualia & alia quæcumque mercimonia, præter prædicta in eisdem consilijs prohibita, non erat peccatum, præsumpserat damnabiliter ac etiam præsumebat: quodq; idem Rizardus huiusmodi prauis suis ac iniquis actibus non contentus; sed se Dei & ecclesiæ ac fidei*

Rizardi Cremon. doctrina de commercio infid. damnata.

fieri non praecepit; ipse namque sua efficiet, si ea neglexerit reuocare: licet enim Heli in se bonus existeret, peccata tamen sibi filiorum imputauit diuina prouidentia, quae negligenter omiserat emendare. Dat. III. id. martij anno X.

Ilerdae episcopi decretum rescissum a Pontifice. *a An. 10. p. 1. ep. 16. 452.*

Sanxerant [a] Ilerdae episcopus & canonicorum collegium, non passuros se in alijs templis, quam in principe baptismalia sacra conferri infantibus, vel nuptos benedictione sacra donari. Quae lex cum iniqua esset, ac plura inueheret mala; tum breuis aeui & imbecillium virium infantes ob id baptismo non abluti excederent e vita, Pontifex Petri principis adductus precibus eam rescidit, ac sacramenrum, quo episcopus & canonici de non tradenda aliarum ecclesiarum parochis facultate irritum iussit esse.

Regis Lusit. lex de vltione legibus tantum persequenda. *b ib. pag. 345.*

In Lusitania Alfonsus Rex edicto regio cauit, ne quis vltionem de hoste ferro, sed legibus peteret: nefarius enim mos inoleuerat, vt furori in vlciscendis iniurijs fraena laxarentur. Quam Alfonsi legem multis laudibus commendauit Pontifex, egitque illi gratias [b], apostolicum nuntium Petrum Labruna honorifice excepisse. Beatrici vero Reginae nonnullas sacras reliquias, easque inter viuificae crucis, in qua redempti humani generis perfecta mysteria, particulam transmisit [c]. *c Ib. pag. 344*

20 Hoc anno XXV. mensis iunij die celebratum est [d] Complutense concilium prouinciale a Ioanne Toletano archiepiscopo Hispaniarum primate, & regij Castellae scrinij praefecto; cui Petrus Segobiensis, Ioannes Exomensis, Fernandus Conchensis, Giennensis episcopi, & Palentini Seguntini, & Cordubensis episcoporum procuratores interfuere, ac plura in eo ad asserendam rei ecclesiasticae dignitatem constituta; atque inprimis Ioannes archiepiscopus, vt suam auctoritatem confirmaret, haec sanxit: *Quia, ipsa experientia rerum magistra nos edocente, probauimus nonnullos suffraganeorum nostrorum nobis & nostrae Toletanae ecclesiae in eisdem promittendis*, vultu nimirum & obseruātia in archipraesulem, *negligentes hactenus extitisse; idcirco concilio approbante praesenti constitutione duximus statuendum, vt episcopus per alium quam per nos sine nostra licentia consecratus, ex quo suam fuerit ingressus dioecesim vsque ad annum, legitimo impedimento cessante, ad nos accedere personaliter teneatur, ad promittendum nobis & nostrae ecclesiae reuerentiam & obedientiam, vt tenetur, nisi de nostra speciali licentia dictus terminus sibi per nos fuerit propagatus: alias contrarium faciens tamdiu ab ingressu ecclesiae sit suspensus, donec ad nos accesserit, & obedientiam praestiterit a canonibus definitam.* Confirmata etiam ad libertatem ecclesiasticam tuendam statuta, quae a Gundisaluo Ioannis praedecessore apud Pennafielem edita erant: quibus adiunctum est, vt cum quis ob ecclesiarum iura inuasa, bona ecclesiasticorum direpta, vel atroces iniurias ijs illatas ab episcopo dioecesano anathematis infamia notatus esset; reque ad archiepiscopum relata, ab eo caeteris omnibus suffraganeis fuerit iniunctum, vt patrati criminis auctorem solemni ritu in omnibus ecclesijs anathemate defixum pronuntient, interdictum sit ingressu ecclesiae ijs omnibus, qui se inertes in imperijs exequendis praebuerint, donec illum solemni ritu fidelium coetu pulsum diuulgarint.

d M. S. bib. Vallicell. lit. L n. 18 pag. 68. De suffraganeorum consecratione decretum. Aliud de tuendo iure ecclesiastico.

21 Celebratum [e] aliud sequenti anno Toleti concilium visuri sumus ab eodem archiepiscopo Ioanne, qui egregia pastoralis solicitudinis exempla explicuit, ornatusq; est a Pontifice eo priuilegio [a], vt extra prouinciam accepta a Metropolitanis potestate certis diebus in peragendis diuinis pallio vteretur. Adiungenda hic visa sunt alia priuilegia a Pontifice hoc anno concessa. Meditabatur peregrinationem Compostellanam Philippus Valesij comes sequenti anno inire, eaque perfecta bello sacro in Saracenos Hispaniae se deuouere: quae pia consilia cum exposuisset Apostolicae sedi, ea vri a Spiritu sancto afflata magnis laudibus extulit Pontifex [b], atque omnibus, qui ipsum in acie stiparent, fortiterque pro fide occumberent, praemia indulgentiarum proposuit.

Celebrata Toleti synodus. *e Eod. M. S pag. 69.* *a An. 10. p. 2. ep. 68. 1315.* Datum archiep. Toletano priuilegiū. Philippus Valesius expeditionem in Granatēses meditatur. *b To. 5. p. 2 ep. secr. pag. 284.*

Excesserat e viuis paucis ante mensibus illius parēs Carolus Valesius, quem aiunt [c] in extremo vitę confinio procuratę Engerrani, de quo dictum est, necis poenituisse, obtinuisseque a Rege Carolo, vt illius corpus e patibulo depositum consanguineis sacrae sepulturae mandandum traderetur. Magnis sane virtutibus ornatus erat princeps, quem ad restituendam orienti armorum vi catholicam fidem saepius paratissimum vidimus, si temporum ratio cum illius votis consensisset: e quo Valesiorum Regum prosapia duxit originem, atque inter illius elogia illud affertur, non quidem Regem, sed filium, patruum, ac parentem Regum extitisse.

Caroli Valesij mors. *c Paul. Aemil. in Carol. IV. d An. Chr 1315. n. 3*

22 In Gallijs patrata hoc anno est infanda scurrilitas a nonnullis, qui inter diuina mimicas ineptias exercuere: quos Pontifex iusta seueritate, vt subiectae docent literae [e], perculit. *e An. 10. p. 1. ep. cur 50.*

Ioannes, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Non absque vehementi admiratione percepto, quod mense maij proximo praeterito fratribus ordinis Minorum in villa Exoldunensi Bituricensis dioecesis commorantibus, de translatione B. Nicolai confessoris festum celebrantibus celebre, ad quod quamplures personae fuerant inuitatae; quidam frater ipsius ordinis cum baculo pastorali, annulo, & alijs pontificalibus insignijs missam conuentualem & solemnem, guardiano conuentus eiusdem villae alijsque praedictis fratribus, vno videlicet eorum tenente ad instar abbatis altū baculum pastoralem, & decem alijs cappis indutis sericis sibi assistentibus, celebrarat. Et subsequenter in secundis eiusdem festi vesperis, dicto fratre ibidem in pontificalibus vesperorum ipsorum officium prosequente, quidam alius frater eiusdem ordinis indutus mulieris amictu, duas literas bullatas portans in manibus, ad fratrem accesserat eundem in pontificalibus, vt praemittitur celebrantem, dicens ei, quod ipsum faciebat summus Pontifex Cardinalem. [Et infra, vbi subiecit Bituricensi archiepiscopo datam prouinciam, vt sine strepitu forensi diligentissime exquireret veritatem, exploratoque facinore Gaucelino tit. SS. Marcellini ac Petri presbytero, ac Bertrando S. Mariae in Aquiro, tum Arnaldo S. Eustachij diaconis Cardinalibus partes demandatas, vt illum qui personatum episcopum egerat, atque alterum qui muliebri veste indutus illum creatum Cardinalem denuntiarat, in examen adducerent; crimenque ab ijs compertum fuisse, addit Pontifex:] In patratione praemissorum excessuum a recto regulae declinatur, dum a viris sacrae religioni deditis in tantae leuitatis ludibrium prosilitur, & forma ecclesiastica deformatur, dum pontificalis dignitatis auctoritas deducitur taliter in contemptum, & ij, qui deberent in domo Domini verbo pariter & exemplo proficere, ac vir-

Indigna aliquorū scurrilitas.

que Regem, quem suis lenocinijs corruperat, in exitium traxit. Describunt tragicam illam rerum conuersionem auctores a, nimirum Isabellam Reginam furentem in virum zelotypia, atque in Spenserios odio, Caroli Regis Francorum fratris ærario comitisque Hannoniæ, cuius filiam Philippam Eduardus filius vxorem acceperat, in Hollandia mense septembri octoginta nauium classem comparasse, & cum proceribus Anglis quibus Spenseriorum administratio exosa erat, in Britanniam vela fecisse: vsam vero militari dolo, ac diuulgasse armorum fœdera pepigisse cum Scotis, atq; in finitima eorum ora exscensionem facturam: cumque his rumoribus delusus Rex Eduardus Londino in eas se partes conferret, haud procul a regia vrbe applicuisse, ac recto itinere contendisse Londinū, plura edicta in Spenserios sparsisse, ac melioris administrationis spe populos deliniuisse; tum certatim omnes, atque inter alios Londinenses illius partibus accessisse, Regemque in Vualliam persecutam: Eduardum autem cum se in extremum discrimen ab vxore adductum videret, nauiculam conscendisse, vt vna cum Hugone suo in Hiberniam euaderet; sed maris æstu ventisque contrarijs sæpius in terram reiectum: haud vero ita multo post a Lancastriæ comite, cuius parens Eduardi iussu capite truncatus fuerat, captum vna cum Hugone; ac tum Eduardum, cum se honorifice ab hostibus tractari videret, Hugoni metuentem, illum amplexu sibi adstrinxisse: sed agminum ductores dolo vsos finxisse, de arcanis quibusdam se cum Rege agitare velle: atque ita dimissum Hugonem, moxq; raptum ad Isabellam Reginam, illiusque iussu patibulo suspensum, auulsis genitalibus & in ignem iniectis, vnco tractum, atque in partes concisum. Is infelicis Spenserij exitus fuit. Rex vero Eduardus in custodiam datus, ac tristi supplicio ad sequentem annum reseruatus. In ijs bellorum ciuilium motibus Ioannes apostolico muneri non defuit, vt ad Regem ac Reginam exeunte septembri datæ ad pacem hortatoriæ literæ ostendunt b, tum ad Apost. sedis nuntios, vt coitiones sacramento etiam firmatas rescinderent c; sed odiorum pertinacia ac subiti casus pontificiam diligentiam elusere.

a Io. Vill. l. 9. c. 7. Vv a Sing. hist. angl. in Eduar. II. & alij

Londinū occupat.

Regem fugientē persequitur.

Hugonē ad supplicium rapi iubet.

Regem Eduardū vinculis tradi.

b To. 6 p. 1 ep. secr. pag 22.

c Ib pag. 3

17 Adducere etiam in alijs prouincijs ac regnis publicam pacem Ioannes studuit: ad quam conciliandam inter delphinum Viennensem & Sabaudiæ comitem, Ioannem Tolosanum archiepiscopum & magistrum Hospitalariorum equitum iussit d incumbere, ac pœnis grauioribus intentatis, aduersas partes prælio abstinere, plurimus enim superiori anno fusus sanguis fuerat. De qua ineunda concordia plures ad Guidonem delphinum, Eduardum Sabaudum, nec non Galliarum & Boemiæ Reges literas dedit e. Afferendæ etiam concordiæ studio bella, quæ in Pedemontio inter Regem Siciliæ ac Philippum e Sabaudia, Manfredum Salutiarum, Montisferrati, & Carreti marchiones exarserant, sopire studuit f, indictasque iam ante inducias prorogauit.

Imperatę induciæ inter delphinum & Sabaudum.

d To. 5. p. 2 ep. secr. pag. 363.

e Ib. pag. 362. ad 370.

Pedemōtium pacare nititur Pontifex.

f Ib. 337. et 342. et to. 6 p. 2. ep secr. pag. 46.

Agitatum etiam ab eo est g cum Iacobo Rege Aragonum de pace inter Robertum Siciliæ & Fridericum Trinacriæ Reges coniungenda, quam Aragonius fratris studio vrgebat, eaque de causa ad sedem Apostolicam oratores legarat; reque in deliberationem adducta, visum est h, vt ij ad Aragoniam aulam redirent, atque a Iacobo ad Fridericum Trinacrium mitterentur regij legati, qui ipsum ad pacis leges Regi Roberto tolerabiles adducerent, ac voti effecti compotes ad Regem Robertum diuerterent, illumque ad eas admittendas flecterent: si trahere in suam sententiam non possent, inducias intereos firmare satagerent, quibus excurrentibus Siciliæ & Trinacriæ Reges oratores ad Pontificem mitterent, vt de fœdere cum eo tractarent; ac tum a sede Apostolica cum Iacobo Aragonio de re perficienda agitaretur: de quibus eundem Regem certiorem fecit, ac si consilij ratio accepta esset, quamprimum oratores ad Siciliæ & Trinacriæ Reges transmitteret. Felicem illi rei exitum his verbis vltimis comprecatus est: *Gratia Dei cor regium dirigat in agendis. Dat. Auin. XVIII. kal. maij anno X.*

g To. 5. p. 2 ep. secr. pag. 234.

h Ib. pag. 240.

De pace inter Siciliæ & Trinacriæ Reges agitur

18 Agit de ijs Surita a, ac belli inter hos Reges causam eam notat, Fridericum ab armis quiescere negasse, nisi Trinacriæ regnum suis posteris permitteretur; quæ res cum antiqui fœderis a Carolo Valesio initi, confirmatique a Bonifacio VIII. legibus pugnabat: Robertum vero illud regnum ad se reuocare studuisse, illatisque annis singulis fœdissimis populationibus adeo attriuisse Trinacriam, vt nil propius abesset, quam vt populi tot calamitatibus fessi se Roberto subijcerent: Regem autem Aragonum, fratris casu consternatum, de concilianda pace multos tractatus, de commutanda certis legibus Trinacria cum Dyrrachij comitatu, ac suppeditādis vectigalibus pro Albaniæ regno Friderico comparando, de Sardinia illi tradenda, de Murcię regno & Granata ipsi cōferendis ingessisse; sed graues in ijs difficultates subortas: cumque Friderico fratri auxilia submittere decerneret, a filio Alfonso reuocatum, ne ab Alfonso Rege Castellæ bello peteretur; Robertum vero se obtulisse Friderici posteris amplissimas fortunas traditurum, si regnum sibi Trinacriæ restitueret. Tum mense maio classem immisit in Trinacriam b, fœdamque illi expositis in terram copijs intulit vastitatem.

Belli inter Reges causæ.

a Sur. l. 6. c. 75.

Trinacria hostili populatione vexata.

b Io. Vill. l. 9. c. 348.

Dum ea parabatur classis, ineunte anno, atroces insidiæ Caroli ducis Calabriæ vitæ comparatæ sunt, quæ cum feliciter discussæ essent, Pontifex Robertum Regem ad adorandam diuinā prouidentiam excitauit his verbis c: *Consideret, quæso, serenitas regia bonorum omnium largitoris beneuolentiam, quæ dicto principi & in eo tibi & vniuersis fidelibus in præmissis clementer ostendit, vt pro ea te sibi gratum exhibeas, & ad gratiarum iuges actiones assurgas, &c. Dat. Auin. VII. kal. februarij anno X.* Alijs etiam literis Carolum ad agendas Deo pro insidijs superatis grates permouit d. Gerebant ij principes bellum cum hostibus, qui insidias, proditiones, & quidquid ignaua perfidia comminiscitur, genus putabant victoriæ: quocirca superiori etiam anno Neapoli atque antea Auenione Robertum insidijs appetitum vidimus.

c To. 5. p. 2 ep. secr. pag. 263.

Carolo dux ei structæ insidiæ discussæq.

d Ead. pag.

19 Quod ad Aragonias res attinet; Ioannes Alfonsum e comitem Vrgellensem ingrati in Deum & ecclesiam animi perstrinxit, qui mox eius criminis suspicionem ex Pontificis animo multis verborum officijs delere conatus est f. Grauioribus quoque verbis increpitus est Rex Aragonum g violati iuris ecclesiastici, ac reuocare iussus h quæ in Barchinonensem episcopum, præconis voce sede sua depulsū scelere hactenus inaudito, gesta essent: *Præconizationem prædictam ocyus*, inquit, *studeas reuocare, quod præmissa possis merito deuitare. Nec immunem se putet a prædictis circumspectio regia, eo quod ea*

e Ead. pag.

Alfonsus comes de violato iure ecclesiastico correptus.

f To 6. p. 1 ep. secr. pag 34.

g Ead. pag.

h To. 5. p. 2 ep. secr. pag 238.

fieri

auctoritate confisi; & illa, quam ipse nobis Dei Filius ligandi atque soluendi tribuit potestatem, omnibus vere pœnitentibus & confessis singulis diebus, quibus vsque ad annum postquam eis innotuerit computandum, deuote pro præmissis orauerint, viginti dies de iniunctis sibi pœnitentijs relaxamus. *Et infra*: Et quia in missarum solemnijs ad Deum consueuerunt preces fundi deuotius, ordinamus quod in singulis missarum celebrationibus post dictum a celebrante, *Pater noster*, responsioneq; secuta, antequam in missa vlterius procedatur, illud canticum: *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi*, cum *Gloria Patri*, a religiosis clericis & alijs literatis præsentibus cum deuotione dicatur; & post dicantur: *Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison*, & *Pater noster*; & post isti versiculi subsequantur: *Domine saluos fac Reges. Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Saluum fac populum tuum Domine. Et benedic hereditati tuæ, & rege eos, & extolle illos vsque in æternum. Fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.* Oratio: *Largire domine famulis tuis indulgentiam placatus & pacem, vt pariter ab omnibus mundentur offensis, et secura tibi mente deseruiant. Per Christum dominum nostrum. Dat. Auin. iv. kal. octobris anno xi.*

Indictæ ob id solemnes preces

Dissensio inter Regem Reginamque Angliæ.

13 Auctæ a sunt ex inter Carolum & Eduardum Reges discordiæ ex atroci inter Isabellam Reginam Angliæ Caroli sororem ac virum dissensione: cum enim illa antea Gallicam aulam pro componenda pace accessisset, diutius in ea, quam vir cuperet, hæsit: vocatam etiam in suspicionem turpis cum Rogerio e Mortuo mari consuetudinis nonnulli ferunt b. Ab oratoribus vero Regis Angliæ nomine in regnum redire iussa, negauit se reuersuram, nisi Rex Hugonem Spenseriu eijceret exosum omnibus, qui regni administratione abutebatur c & a quo fama d erat Regem in libidinum cœnum impelli, cuius perfidiæ nunquam se committeret. Respondit contra Isabellæ Eduardus, Spenserium nullas ei moliri insidias, sed meritis ipsam officijs prosecuturum: atque ea de re Eduardo apud sedem Apostolicam expostulante; conquerente etiam Francorum Rege violatam a Regis Angliæ copijs in Vasconia pacem, & contestante malorum omnium, quæ fœdifragorum culpa emergerent, auctorem se non futurum, si sua armis iura tueretur; Pontifex adducta re in deliberationem cum Cardinalibus, Guillelmum archiepiscopum Viennensem & Hugonem episcopum Arausicanum, qui e legatione redierant, vt in ijs peritissimos, adiuncto Ioanne e Grandisono, iterum mittendos censuit e: eosque ad pacem Eduardum inter ac Isabellam reuocanda iussit incumbere. Qua de re ad Francorũ Regem f ac plures alios g tum Gallos tum Anglos scripsit. Denique Isabellam Reginam Regemque Eduardum pluribus literis varijs exaratis temporibus est adhortatus h vt in mutuam gratiam redirent, e quibus hæc saluberrima consilia Regi, cui extremum exitium impendebat, a Pontifice data afferre suffecerit.

a To. 5. p. 2. ep. secr. pag. 204. b Walsin. in Eduar. II. Meyer. hist. Fland. l. 12. c Io. Vill. l. 10. c. 7. d Walsing. ubi sup.

Missi ad eam sopiendam a Pontifice nuncij.

e To. 5. p. 2. ep. secr. pag. 206. 213. & 219. to. 6. p. 1. ep. sec. pag. 1. & 5 & an. 10. p. 1. ep. cō. 1301. f To. 5. p. 2. ep. secr. pag. 211. g Ib. pag. 204. 216. 221. & to. 6 p. 1. ep. secr. pag. 10. & 23. h To. 5 p. 2 ep. secr. pag. 219.

14 *Celsitudinem regiam rogamus & hortamur attentius, ac per Dei misericordiam obsecramus, quatenus varia scandalosa discrimina, quæ valerent ex huiusmodi discordia, si quod absit, procederet, merito formidari, ac quot & quanta bona sperari possint probabiliter ex concordia prouentura, inscrutinio regiæ considerationis adductis, præfatos nuncios, tuæ salutis et honoris feruidos zelatores, benigne recipiat; sicq; ipsos patienter ac quieto, pacifico, & tranquillo animo audiat & exaudiat regia prouidentia in hac parte, quod omni turbatione, Regis pacifici & æterni gratia suffragante, sedata, pacis & charitatis grata subsequatur tranquillitas, quam desiderabiliter affectamus. Et licet aliqui murmurasse dicantur, quod præfati nuncij nequaquam reciperentur a tua serenitate benigne, quin immo afficerentur iniurijs, si ad tuum regnum Angliæ se transferrent nos tamen hoc credere nequiuimus, nec in cor nostrum ascendit, quod nuncios a sede missos prædicta, & pro tuis honoribus laborantes offendi vel iniuriose tractari sineret regia prudentia quoquo modo. Quamobrem eisdem mandauimus, sicut præmittitur vt dictis obtentis literis illuc accedere non postponant. Cæterum, dilectissime fili, negocia venerabilium fratrum nostrorum Noruuicensis, Lincolniensis, & Herfordensis episcoporum, ac tam ipsorum quam aliorum prælatorum regni tui personas & ecclesias regiæ celsitudini, sicut alias, commendamus; ipsam attentius deprecantes, quatenus ipsos ob diuinam & Apostolicæ sedis reuerentiã regio fauore pertractans, ab eorum iniurijs & oppressionibus facias tuos officiales & subditos abstinere, &c. Dat. Auinioni iv. id. maij anno x.*

Consulit Eduardo Pontifex, vt paci se accõmodet.

15 Affecerat inter alios Eduardus atrocioribus iniurijs Ioannem e Britannia Richemundiæ comitem, bonisque priuarat: cum tamen ille in Gallias ad gerendas ipsius res accessisset, summaque fide & constantia in maximis bellis sua studia & officia Eduardo ac parenti explicuisset; maximos etiam periculorum æstus, & hostium carceres eius causa subijsset. Cuius rei indignitate permotus Pontifex, Eduardum hortatus est a, vt comitem pristinæ gratiæ fortunisque restitueret; non has pro acceptis beneficijs iniurias reponendas: tum Gualterum archiepiscopum Cantuariensem optimis eum monitis ad id flectere, atque apostolicas ipsi reddere literas iussit b. Agebat Eduardum præcipitem in hæc & alia mala nefarijs suis consilijs Hugo Spenserius, quem paulo ante memoraui, e cuius voluntatibus infelix princeps pendebat, eaque re omnium in se odia concitabat. Imminentium vero malorum præsagus Pontifex Hugonem monuit, nisi Apostolicis consilijs morem gereret, voluntatesque a se auersas conciliaret, demum sub rerum mole succubiturum.

Ne principes Anglos vexet.

a Lib. 10. ep. com. 1301.

b Reg. post eand. ep.

Hugo Spenserius discordiarũ auctor.

Hugoni Ledespensier iuniori.

Vtinam, fili, consideranter attenderes, ne dum tibi credis consulere, grauioribus periculis te submittas. Hæc pro tanto dicimus, quia, vt habet vox communis, nobis vtique implacida & ingrata, tu inimicitias minuere * satagens, ad grauamina prælatorum & principum continue ac vigilanter intendis; ex quibus nedum grauatorum inimicitias aggrauas, sed & Dei & hoc videntium iram contra te prouocas & irritas. Quocirca nobilitati tuæ sano consilio suademus, quatenus ab his prorsus abstineas, ac vijs & modis alijs inimicitias minuere studeas, & prouideas amicitias cumulare: veremur etenim, quod nisi nostris acquieueris in hac parte monitis, oneri quod sufferre non poteris, te submittis. *Datum Auinione x. kal. maij anno x.*

* non

Monet eū Pontifex, ne in se aliena odia conciliet.

16 Spreuit pontificia monita Spenserius, atque in triste fallacis humanæ felicitatis exemplum versus, carnificum, qui ipsum omni suppliciorum genere discruciarunt, ludibrium extitit; miserumque

Isabella Regi bellũ infert.

Ioannes, &c. Ioanni de Serone Prædicatori, & Bernardo de Ortolis Apostolicæ sedis nuntijs,

Dudum ex insinuatione charissimi in Christo filij nostri Magni Regis Norvvegiæ illustris, non absque magna mentis compassione percepimus, quod infideles pagani, Carelli videlicet & Ruthenî, regnis suis Norvvegiæ, Sueciæ, ac Gotiæ propinqui, adeo regna ipsa, præsertim Norvvegiæ prædictum sibi vicinius, & degentes Christicolas in eodem per rapinas, incendia, strages varias, captiones, incarcerationes, depopulationes, & tam locorum sacrorum, quam aliorum dirutiones, & alios incursus hostiles multiplices hactenus; maxime post claræ memoriæ Hayquini Regis Norvvegiæ aui sui obitum, crudeliter & immaniter afflixerunt, & molestare continuis vexationibus non desistunt, quod ijdem Christicolæ, sic ex præmissis afflicti multipliciter & consumpti, aduersus hostium crucis prædictorum sæuitiam, & superbam sementem stare non poterunt diutius, nisi opportunis subsidijs fulciantur; quodque Regis eiusdem ad hoc, necnon & infideles eosdem ad diuini nominis laudem & gloriam ac fidei exaltationem catholicæ, liberationemque Christiani populi impugnandos non sufficiunt, vt habet præfati Regis petitionis series, nobis per dilectos filios nobiles viros Bertrandum de Suciolis & Raimundum de Lemena nuncios & ambaxiatores suos exhibitæ, facultates...

Implorata a Norvvego Pont. auxilia.

Nos autem eisdem Regi, & suis subditis Christicolis super oppressionibus, calamitatibus, & miserijs huiusmodi, paterno compatientes affectu, eisque volentes de illo, quod commode præsentialiter possumus, subsidio prouidere; discretioni vestræ per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus si de prædictis necessitatibus nobis ignotis merito vobis, dum in illis partibus fueritis, constiterit euidenter, præfato Regi medietatem pecuniæ dictæ decimæ sexennalis collectæ in eisdem regnis, ac etiam colligendæ in subsidium & necessitates prædicta, secundum ordinationem venerabilis fratris nostri archiepiscopi Narbonensis, & duorum ex suis suffraganeis, per eundem archiepiscopum & vos super hoc assumendis, quorum oneramus in hac parte conscientias, dispensandæ nostro nomine concedatis, &c. *Dat. Auinione idibus augusti anno x.*

Ad eos arcendos media sexennalis decimæ pars attributa.

11 Fœdauit [a] eodem anno cædibus Flandriam Iacobus Peyt ijs barbaris impietate & crudelitate non impar, seditionum popularium, quæ violata pace Arkensi recrudeuere, signifer: adeo enim impius extitit, vt clericis & ecclesijs omnia, quæ posset, damna inferret, cunctosque viros ecclesiasticos in vnum corpus refusos, illudque perditum velle publice iactaret: adeo crudelis, vt fratres & consanguineos in se mutuo exercere carnificinam iuberet. Obtruncatus ille demum est, atque ob labem hæreseos ab episcopis eius memoria damnata. Redeuntibus porro ad officium sub huius anni initio Flandris, atque Francorum Rege Carolo exposcente, vt censuris soluerentur, Pontifex Siluanectensi & Tornacensi episcopis prouinciam eam imposuit [b].

Belgium ciuili discordia laniatum.

a Meyer. hist. Fland. l. 12. in Lud. Niu.

Flādri ad officium reuocati.

b An. 10. p. 1. ep. cõ. 605.

Recrudeuere aliæ in Aquitania discordiæ, cũ Francorum Rex partas vltimo bello terras retinere vellet, easque Anglus repeteret: quæ quidem vt restituerentur Eduardo iuniori duci Aquitaniæ Ioannes nuncios suos apud Gallum operam dare subiectis literis iussit. [c]

Orta in Aquitania noua belli semina.

c To. 5 p. 2 ep. secr. pag. 219.

Guillelmo archiepiscopo Viennensi, & H. episcopo Aurasicensi Apostolicæ sedis nuntijs.

Desiderantes intense, vt inter charissimos in Christo filios nostros Carolum Franciæ & Nauarræ, & Eduardum Angliæ Reges illustres pacis perennis & concordiæ, sublatis quibuscunque impedimentis contrarijs, vigeat plenitudo, volumus, & fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus instetis apud eundem Regem Franciæ, sicut videritis expedire, vt ipse circa restitutionem terræ ducatus Aquitaniæ per ipsum occupatæ, dilecto filio nobili viro Eduardo prædicti Regis Angliæ primogenito duci Aquitaniæ faciendam, non iuris rigorem velit attendere, sed potius se habeat gratiosum; nos super his & alijs vobis occurrentibus reddituri nihilominus, quotiens opportunum noueritis, certiores. *Datum Auinione kal. maij anno x.*

Missi pro pace redintegrāda nuntij.

Hortatus iam erat ad id Carolum ipsum Pontifex, vt nimirum clementiam & liberalitatem in nepotem clientem, redditis terris, quas bello pepererat, explicaret; alijsque literis [a] ineunte iulio exaratis suasit, vt mutuæ coniunctioni aliquid daret, tum etiā Tolosanum [b] & Aginnatem pro Rege Gallorum, Vasconiæ [c] vero pro Anglo præfectos ad sopiendos tumultus ac seruandam pacem iussit incumbere.

Monitus Carolus Rex, ne acerbiori iure in Anglum vtatur.

a Eod. p. pag. 209.
b Ib. pag. 208.
c Ib. pag. 212.

12. At cum erumperet in maius incendium dissensionis flamma, ad diuinam opem implorandam publicas preces indixit Pontifex; quo argumento literas ad Galliarum & Angliæ archiepiscopos & episcopos dedit [d], vt populos ad cœleste illud munus expetendum permouerent, ac preces, quæ inter diuina essent fundendæ, præscripsit:

d To. 6. p. 2 ep. secr. pag. 2. ext. etiam in M.S. bibl. Vall. sign. lit. C. n. 27 pag. 65.

Ioannes, &c. Ad illum, qui mari & ventis imperat, per quem fit de turbatione tranquillitas, cum fratribus nostris deliberauimus recurrendum; ac apud ipsum, in cuius manu sunt omnium potestates & iura regnorum, quique Regum corda inclinare potest, quo voluerit, humilibus supplicationibus insistendum, vt benignius Reges præfatos [Carolum nimirum & Eduardum] aliosque orthodoxos principes, eorumque principatus & regna respiciat, ac ab illis dissensiones amoueat, diffidentium corda in concordiæ vnitate conciliet, tranquillitatem tribuat, ipsosque in illius soliditate consolidet & confirmet, sicque ipsos præesse, vt prosint, tribuat; eorumque regimen sic regat & dirigat, vt cedat tam ipsis, quam eorum subditis ad salutem, perpetuam quietem, ac pacem; nobisque ipse, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, modos & vias aperiat, per quas hoc, vt in votis gerimus, efficaciter promouere possimus.

Encyclicę ad præsules literæ de poscenda a Deo pace.

Vt autem hoc multiplicatis intercessoribus promptius assequamur, vniuersitatem vestram, cuius suffragia supponimus multipliciter opportuna, monemus, rogamus, & hortamur attente, quatenus vos nostris desiderijs in hac parte conformantes, & vestras diebus singulis ex totis præcordijs in excelsa preces humiles porrigentes, deuotas orationes fundatis ad Dominum, vt ipse, cuius est ita pacis perfecta concessio, quod ipso eandem concedente, non sit qui condemnet iudicio, potestate deterreat, vel terrore perturbet; inter memoratos principes suæ pacis & concordiæ fluenta diffundat. *Et infra.* Et vt ad prædicta per salutaris retributionis exinde obtinendæ præmium promptius exequi studeant orthodoxi, nos de omnipotentis Dei misericordia, beatorum quoque Apostolorum Petri & Pauli au-

qui Magdeburgensibus eam pœnam imposuit a, vt sacellum in eo loco, in quo cæsus fuerat Bochardus, excitarent: vt in eo sacerdos pro archiepiscopi trucidati anima sacra quotidie perageret: in templo etiam principe quinque altaria Deo ponerent, vt in ijs pariter diuina ad placandum eidem cæso præsuli diuinum Numen celebrarentur; sanxitque vt Magdeburgenses singulis archipræsulibus successuris clientelarem sponsionem fidemque sacramento addicerent.

a An. 15. t.4. ep.18. 575.

Magdeburgẽses veniam poscunt.

Ioannes, &c. ad perpetuam rei memoriam.

8 Quamuis cædes eiusdem antistitis [nempe Bochardi archiepiscopi Magdeburgensis] mentem nostram horrendi criminis atrocitate commouerit, cum inauditum sit facinus proprium necare pastorem, parricidiale committere crimen in præsulem, & funestam perniciem in antistitem proprium ministrantem subditis verbum fidei Christianæ tam nequiter exercere; considerantes tamen, quod per plurium annorum curricula consules & communitas prælibati magnam contritionem & deuotam pœnitentiam ostendentes de excessibus supradictis, pro consequenda super his misericordiæ venia penes sedem Apostolicam per procuratores eorum, propter hoc apud dictam sedem per plures annos continue commorantes, insistere continuatis precibus non cessarunt; attendentes quoque propter multitudinem delinquentium prædictorum fore in hac parte seueritati canonicæ detrahendum, ac rigorem pœnarum, eis pro præmissis excessibus debitarum, eiusdem sedis misericordia temperandum; nec minus etiam in meditationis nostræ scrutinium deducentes, quod dicti consules & communitas erga dilectum filium Othonem electum & eandem ecclesiam Magdeburgensem sic se gratos, humiles, & deuotos reddere studuerunt, atque student, quod idem electus & capitulum eiusdem ecclesiæ pro misericordia cum dictis consulibus & communitate habenda penes nos, & sedem eandem solicita & instanti deuotarum precum instantia interpellant; de eiusdem sedis consueta clementia satisfactionem & emendam prædictas, nobis oblatas, iuxta modum & formam expressos præsentibus per consules & communitatem prædictos prouidimus exhibendas; videlicet quod consules & communitas præfati ad laudem Dei construi faciant vnam capellam in longitudine septem, in latitudine vero tres cum dimidia cannas, & in altitudine condecentem mensuram habentem pro consideratione longitudinis & latitudinis prædictarum, secundum consuetudinem terræ illius, in loco vel prope locum, in quo dictus Bochardus archiepiscopus, proh dolor! fuit occisus, & per tempus iacuit occultatus; in qua vnus clericus infra annum, si sacerdos non fuerit, in presbyterum promouendus, seu sacerdos libere per archiepiscopum Magdeburgensem, qui erit pro tempore instituendus, in ea quotidie per se ibidem diuina officia celebret, vel per alium faciet celebrari pro anima Bochardi archiepiscopi memorati: & quod in eadem capella esse debeat perpetuum luminare, sintque eiusdem capellæ perpetui redditus annui assignandi realiter cum effectu eidem capellæ per consules & communitatem prædictos quadraginta & octo florenorum auri, diuidendorum hoc modo: si quidem triginta floreni auri præfato clerico, seu sacerdoti, & duodecim eius ministro, & tres pro luminari, & alij tres residui dabuntur pro candelis cereis pro vsibus dictæ capellæ opportunis: & quod in maiori ecclesia Magdeburgensi per dictos communitatem & consules quinque altaria debeant fieri, seu construi, in quibus per quinque sacerdotes in diuinis officijs perpetuis futuris temporibus ad laudem Dei & pro anima dicti Bochardi archiepiscopi seruiatur; ad illa per archiepiscopum Magdeburgensem, qui erit pro tempore, libere instituendos in eos: quibus etiam debeant per eosdem communitatem & consules sufficientes dotes, seu annui & perpetui redditus assignari per infrascriptum modum inter eos similiter diuidendum. Nam singuli dictorum altarium singulos sacerdotes habebunt, & percipient singulariter singuli vigintiquinque florenos auri redditus annuatim. Sed quia vsus florenorum auri in dicta ciuitate, vt dicitur, non existit, loco quatuor florenorum auri, quando eorum copia inibi non habebitur, vna marcha puri argenti & vsualis monetæ persoluatur eisdem. Quæ omnia ijdem procuratores, prout ad id habebant sufficiens & speciale mandatum, acceptarunt, ratificarunt, & approbarunt expresse procuratorio nomine communitatis, &c. [Soluit Pontifex Magdeburgenses censurarum nexu, exceptis Bochardi interfectoribus, quorum percenset nomina, eorumque posteros notat infamia, edicitque ne ab vllo sacerdote quam a Romano Pontifice absolui possint; tum addit.] Volumus etiam, quod præfati consules & communitas cuilibet archiepiscopo Magdeburgensi, qui erit pro tempore, in cuiuslibet archiepiscopi nouitate iuramentum fidelitatis & homagij præstare & facere teneantur, &c. *Dat. Auin. xi. kal. iulij anno x.*

Prosequũtur luctu pastoris cædem.

Othonẽ successorem honorifice excipiunt.

Quo ritu expiatum crimen.

Sacra ædes in loco vbi trucidatus est, extruitur.

Attribuẽda illi pro gerendo cultu diuino vectigalia.

Altaria quinque in ecclesia principe excitanda.

Marcha argentea quatuor aureis valet.

9 Hoc anno irrupit hostili furore in marchionatum Brandeburgensem, quem Ludouicum Bauarum maiori natu filio contulisse vidimus, Vladislaus Rex Poloniæ auxilijs Lithuanorum, cum quibus fœdus pepigerat, Ruthenorum & Vvalachorum succinctus; ac maximam infelici prouinciæ intulit vastitatem. Vltum ipsum esse acceptas a superioribus marchionibus iniurias, cum Premizlaus Rex ab ijs cæsus est, vastata Pomerania & vedita, refert Michouias a, atq; infanda flagitia a barbaris in ea expeditione patrata, templa flammis absumpta, direpta monasteria, matronas & virgines violatas. Inter tot scelera editum est insigne a moniali, quę rapiebatur ad stuprum, virtutis facinus, quod narrat Chromerus b: *Memoratur*, inquit, *forte & praclarum monachæ cuiusdam facinus, quæ capta a Lithuano quopiam, cum ad stuprum traheretur, rogauit eum, ne sibi vim faceret; mercedis autem loco promisit, se eum edocturam esse, qui corpus eius vulnerari nullo vnquam ferro posset: quod cum discere ille percuperet, iugulum ei fortis puella præbuit, vt in ipsa eius rei periculum faceret. Credulus ille, stricto gladio, caput eius amputauit. Sic illa barbari libidinem elusit, stuprumque turpe honesta morte euasit.*

Regis Poloniæ in marchiõ. Brandeburgensẽ irruptio.

a Michou. l.4.c.9.

b Chrõ. l. 11. in Vlad. Crãt. Vvandal. l.8. c.13.

10 Infestata sunt hisce temporibus Norvvegiæ, Sueriæ, & Gotiæ regna varijs paganorum excursionibus, Carelorum maxime & Ruthenorum, qui graues earum partium Christianis clades intulerunt. Ad quos propulsandos cum Magnus Rex sedis Apostolicæ auxilia implorasset, Pontifex mediam illi e vectigalibus ecclesiasticis collectæ sexennalis decimæ, in Syriæ res conuertendæ, partem attribuit, ac nuntijs apostolicis Ioanni e Serone & Bernardo de Ortolis partes c dedit, vt eam illi, explorata re de barbarorum irruptionibus, erogarent.

Septẽtrionalia regna ab infidelibus infestata.

c To.5.p.2. ep. secr. pag.373.

personæ electæ in Regem Romanorum in Imperatorem assumendæ approbatio & electionis admissio pertinet, non admissa, nec eius approbata persona, nomen Regis Romanorum indebite vsurparat, ac regni Romanorum & imperij administrationi se, in eiusdem ecclesiæ manifestam iniuriam, plurimorum scandalum, ac suæ aliorumque multorum animarum periculum ingerebat, diuersos processus fecimus, varias pœnas & sententias continentes. [Nonnullis interiectis, quibus censuras Ludouico adhærentibus inflictas recenset, subiungit:] Tuque dictos processus & contenta in eisdem literis publicare solemniter curauisti, prout tua nobis insinuatio patefecit. Et quia nonnullas personas & loca tuæ ditioni subiecta reputasti contra processus & sententias eosdem dicto Ludouico adhęsisse ac etiam adhærere, tu prout ex forma literarum huiusmodi tibi directarum poteras, publice nunciari mandasti & fecisti personas ipsas tunc nominatim expressas excommunicationis ac loca huiusmodi & specialiter ciuitatem Magdeburgensem, Hallensem, Caluensem, de Barboys, & de Roseborg, cæteraque alia oppida & castra tuæ diœcesis interdicti sententijs subiacere. Verum quia, sicut ex insinuatione prædicta percepimus, huiusmodi personæ singulares, quas excommunicatas, nec non dictæ ciuitatis ac prænominatorum & aliorum oppidorum & castrorum (quæ interdicta mandasti & fecisti, vt præmittitur nunciari) vniuersitates coram te post huiusmodi spatium proponere curauerunt, se prædictas sententias minime incurrisse, pro eo quod ipsi contra processus & sententias præfatos eidem Ludouico minime adhæserant, nec etiam adhærebant, offerentes se super hoc purgare, seu ipsorum innocentiam ostendere iuxta morem illius patriæ per propria iuramenta; nobis humiliter supplicasti, vt illorum statui & saluti prouidere clementer & misericorditer dignaremur.

Sententes eum Bauaro percutit anathemate,

Incumbit ad Magdeburgenses ad officium reuocandos

Nos igitur cunctorum Christicolarum tranquillitatem & salutem plenis desiderijs affectantes, & volentes vt eos, qui consistunt in fide ac deuotione ipsius Romanę tuęque ecclesiarum, confirmes & corrobores in eisdem, & alios qui forsan deuiarunt ab illis ad gratiam reconciliationis admittas, ipsosque sic admissos verbo informes & stabilias salutari; tuis supplicationibus inclinati fraternitati tuæ, de qua sinceram & firmam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus circa illas ex eisdem personis singularibus, quas excommunicatas, & eas ex vniuersitatibus, ciuitatis, ac prænominatorum & aliorum oppidorum & castrorum eorundem, quas & quæ interdictas seu interdicta mandasti & fecisti, vt prædicitur, nunciari; quæue se sine culpa fuisse asserunt in præmissis, seque coram te purgauerint, seu innocentiam suam ostenderint iuxta morem illius patriæ per proprium iuramentum, facias quod iustitia suadebit; alios vero, qui adhærendo dicto Ludouico, vel præstando eidem auxilium, consilium, vel fauorem contra processus prædictos excommunicationis vel interdicti sententias incurrerunt, ab huiusmodi excommunicatione iuxta ecclesiæ formam, si tibi videbitur, possis absoluere ac interdictum huiusmodi, quod vniuersitates ciuitatis oppidorum & castrorum prædictorum ob causam similem incurrerunt, auctoritate prædicta valeas relaxare, iniungendo eisdem super ijs quæ de iure fuerint iniungenda. Volumus tamen quod ipsi vel illi eorum, qui eidem Ludouico contra processus prædictos in posterum adhærebunt, si personæ singulares, in excommunicationis, si vero vniuersitates extiterint, in interdicti eo ipso prædictas sententias relabantur. *Dat. Auin. x. kal. februarij anno ix.*

8 Dum impositum munus obibat Bochardus strenue, ac Magdeburgenses & alios pontificijs imperijs parere ac Ludouici exauctorati partes deserere iuberet, captus ab hostibus tetro carcere inclusus est, in quo a laruatis carnificibus clauа armatis, parricidales choræas agentibus, necatus est. Quam tristem cædem describit Crantzius a: *Sub noctem*, inquit, *rapitur in carcerem tenebrosum, squalidum, profundum; oneratur catenis, maceratur inedia, mille excruciatur modis, vir Deo dignus, quem improbi diu habere pontificem non merereantur. A die nati Ioannis ad festum vsque Matthiæi sedebat in tenebris, lucerna lucens. Iam consilium parricidæ firmauerunt. Eliguntur viri quatuordecim; de Magdeburgo octo, de Hallis quatuor, de Caluis duo, veste per omnia simili, & laruis induuntur, vt etiam inter sese nosse non possent, quis esset quisque. Clauas manibus præferentes irruunt in carcerem, clamoribus testati nequitiæ ebrietatem. Vinctum pontificem ludibundi choriZantium in morem circuierunt, & vt in tenebris poterant, clauis sæpe innoxijs iacentem tetigerunt. Iam vertigine in errorem acta, vt internosci quis caderet non posset, vnus ex bis clauа ferit caput pontificis; nec opus fuit ictum iterare. Vertiginem tamen continuarunt, donec mortuum esse non dubitarent. Egressi ponunt laruas, nec inter eos quis necem peregisset, sciebatur: nisi quod omnes æque noxij & esse & haberi voluerunt, qui vno consilio grauissimum parricidium & atrocissimum facinus peregerunt: nec refert cuius manu interierit, quando omnium conatu consummatum est scelus. Linquitur sanctum in carcere cadauer anno pene toto. Ignorabat capitulum vacare ecclesiam. Iam pene in obliuionem venerat pontifex, cum ciues, velut ignari rerum, inspectare vadunt quid agat carceratus. Reperiunt iam fœtore grauem, vermibus scatere, diuturnitate pene consumptam carnem: enunciant defunctum in carcere. Non potuit internosci pontificis nisi in capite signum. Extrahitur, in medio templo tumulatur, lacrymantibus per circuitum bonis omnibus, quod vir iustus & pontifex inter suos tam miserabiliter laceratus periisset.* Hac ille.

Insidijs capitur.

a Crantz. Vvand. l. 8. c. 12. & 13.

Immane mortis illi illatæ genus.

Audito cædis nuntio Ioannes Papa, sicarijs intendit iudicium, ac Misnensi, Nuemburgensi, & Hildesemensi episcopis partes dedit, vt Magdeburgensem prouinciam sacrorum vsu interdicerent, auctoresque sceleris ferirent anathemate, atque ex ijs octo, eorundemque posteros ad tertiam progeniem publicis muneribus, gerendisque sacerdotijs mulctarent. Obtemperasse illos iussis apostolicis, refert Crantzius b, additque Bochardi successorem designatum etiam a Ludouico Bauaro captum in carcere breui vitam clausisse: tunc vero suffectum Lantgrauij Hassiæ filium. Ex pontificijs autem literis c certissime constat, Magdeburgenses sacris interdictos patrati sceleris in Bochardum acerbe pœnituisse, atque Othonem designatum archiepiscopum magnis honoribus, & demissis obsequijs prosecutos d: tum missis oratoribus ad sedem Apostolicam a commisso crimine rite expiari poposcisse, ac demum ad clemētiam Ioannem quinto post anno flexisse: qui

Intentatū iudicium parricidis

b Crantz. eod. c. 13.

c To. 6. p. 1 ep. secr. pag. 45.

d An. 15. p. 4. ep. co. 575.

bratis, agit Ioannes Villanus a, ac refert, emisso e vinculis Friderico Austriaco exeunte superiori anno primum habitum, atque inter partes aduersas discordiam exortam, cum Leopoldus negaret consensurum se, vt frater iuribus imperij abscederet. Hoc vero anno alium tractatum habitum, atque in eo agitatum, vt Ludouicus Bauarus in Italiam accederet ad insigne imperiale accipiendum, ac Leopoldus ab eo vicarius imperij diceretur: Fridericus autem in Germania regio nomine potiretur. Verum vrgentibus Pontifice ac Rege Francorum principes imperij electores aduersatos, obiecisseque Fridericum sua in Ludouicum suffragia conferre sine noua electione non potuisse. Initum quidem ea de causa inter Pontificem ac principes electores fœdus indicare videntur Ioannis Papæ literæ b ad Ioannem Boemiæ Regem & Balduinum Treuirensem archiepiscopum datæ, quibus Austriæ ducis oratori responsum significat, nullum fœdus cum Ludouico aut Friderico eo inconsulto a sede Apostolica firmatum iri.

a Io. Vill. l. 9. c. 315.
b To. 5. p. 2 ep. secr. pag. 256.

Dum superiora agitabantur, addit Ioannes Villanus c, Leopoldum, qui cum Roberto Siciliæ & Carolo Francorum Regibus ac Florentinis fœdus percusserat, vigesima septima februarij die, non sine veneni suspicione extinctum. Vocatur in crimen a nonnullis d nefariæ cum necromantis familiaritatis susceptæ, ac insano videndi dæmonis correptum desiderio, illum deformi aspectu magi opera intuitum, ac mox ex horrore decubuisse morbo, ac phreneticū obijsse. Quæ si ab inuidis non iactata ad calumniam, qui magicarum artium sint fructus, tristes exitus ostendunt.

c Io. Vill. l. 9. c. 315.
Leopoldi ducis mors.
d Alb. Arg. in chron. & add. ad Lambert. auctor.

Porro adulto anno Fridericus Austriacus, cum Pontificem abalienatum a Ludouico cerneret, asserendi sibi imperij spem concepit, atque vna cum fœderatis amplissimam suo, ac Moguntini & Coloniensis archiepiscoporum nomine apparauit legationem, cuius princeps erat futurus Albertus Austriacus: sed ab his præmissi oratores auersum a confirmando eodem Friderico Ioannem & alia meditantem consilia compercre: moliebatur nimirum Carolum IV. Regem Francorum euehere ad imperium, deque ea re arcanos inijsse tractatus colligitur ex subiectis literis quibus Austriacorum consilia ac molitiones aperuit. e

Frideric⁹ Austriac⁹ imperiū a Pont. eblandiri nititur.
e M. S. arc. Vat. bullar. Io. XXII sig. lit. A pag. 121.

Ioannes, &c. Regi Franciæ illustri.

Regali magnificentiæ taliter respondemus, quod gratum est nobis, opportunitatibus fauendo regijs, dictæ dilationi annuere, quantum videlicet ipsum negotium nos concernit: sed dum attente circa illud attendimus, quod in tractatu dicti negotijque præfixione termini nonnulli ambasiatores solemnes certarum ciuitatum solemnium de ipsorum regiorum nuntiorum beneplacito affuerunt, veremur quod ipsius termini prorogatio eis inconsultis vel inscijs dubios ipsos reddat & anxios; quod vtique non expedit in hac parte. Præterea, sicut ad aures supponimus regias peruenisse, ambassiata solemnis pro parte viri magnifici Friderici ducis Austriæ, dudum in Regem Romanorum electi, dirigenda nobis ordinata extitit pridem, in qua dilecti filij nobilis vir Albertus ipsius Friderici germanus pro eo, & de Buchelis ac de Virnemberch comites pro venerabilibus fratribus nostris Maguntino & Coloniensi archiepiscopis fuerunt ad veniendum cum alijs nonnullis personis solemnibus specialiter deputati. Qui siquidem Australes duos postmodum præcursores nuntios præmittentes, a nobis nonnulla in fauorem electionis Friderici prædicti cum feruenti instantia postularunt: quibus cum annuendum minime decreuerimus, tam præcursoribus ipsis oretenus, quam Alberto prædicto per speciales literas duximus taliter respondendum, videlicet quod super negotio per eosdem nuntios proposito, præfatum Fredericum principaliter contingente, parati eramus prompte & expedite cum fratrum nostrorum consilio, sicut & requirit negotij qualitas, iustitiam exhibere: & adhuc gratiose & fauorabiliter, quantum sine Dei offensa, suæque dictæ ecclesiæ præiudicio, ac iniuria principum, ad quos electio Regis Roman. promouendi in Imperatorem pertinere noscitur, poterit fieri, cum hoc opportune postulatum fuerit, nos habere. Ex quibus ptouidentia, quæso, colligat regia, quæ possent, præsertim exordio nec non intento fini dicti negotij, ex prorogatione responsionis huiusmodi, maxime Australibus ipsis & sibi adhærentibus, condictam ambaxiatam prosequentibus obstacula prouenire. Nihilominus tamen offerimus nos paratos memoratis ciuitatum prædictarum ambaxiatoribus iuxta regium beneplacitum scribere prorogationem termini antefati, rogareque illos etiam, quod exinde displicentiæ materiam eorum deuotio non assumat. *Dat. Auin. IX. kal. septembris anno X.* Non Gallus, non Austriacus potiri imperio potuere, sed Ludouicus Bauarus vi & armis illud tenuit; exindeque a principe Pontifici aduersante maximam procellam, quæ ecclesiam concussit grauissime, excitatam visuri sumus.

Decreta pro eo legatio.
Pertentata prius Ioannis mens.
Datum a Pont. anceps responsum.
Ad Francorū Regis gratiā extractū interregnum curreum.
Gallus & Austriac⁹ votis delusi.

Interea Germania, cui pacem ex æmulorum Cæsarum coniunctione restitutam pleriq; sperabant, fluctuabat vrgente sua in Ludouicum edicta Pontifice, qui Treuirensem archiepiscopum ob prætermissam eorū promulgationem corripuit his verbis a: *Miramur insuper, nec sufficimus admirari, cum nobile membrum esse noscaris ecclesiæ sanctæ Dei, cur a capite & commembris tuis alijs, publicando processus contra dictum Bauarum habitos, te renuis conformare. Quocirca fraternitatem tuam requirimus & hortamur, vt attendens attentius, quantum Deum offendis & matrem tuam, quæ te præfecit ecclesiæ Treuerensi, quantumque honori tuo detrahis, quantisque per hæc periculis te exponis, præceptis sedis Apostolicæ toties iteratis obedire non protrahas; sed ea prompte studeas adimplere, &c. Dat. Auinione VII. idus martij Pontificatus nostri anno X.* Terrere poterant Treuirensem obiecta pericula, si pontificia in Ludouicum Bauarum edicta vulgaret: Bochardus enim archiepiscopus Magdeburgensis, a Ludouici sequacibus appetitus insidijs, pro defendenda ecclesiastica dignitate occubuerat. Obsecutus ille Romano Pontifici censuris Magdeburgensem prouinciam ob susceptas Bauari partes defixerat: cumque illa ea religione solui deposceret, ac Pontifici obsecuturum sponderet, data b fuere hæc Bochardo anno superiori imperia.

a To. 5. p. 2 ep. secr. pag. 254.
Treuerensis arch. edicta in Bauarum promulgare iussus.
b An. 9. p. 2 ep. com. 1343.

Ioannes, &c. venerabili Bochardo archiepiscopo Magdeburgensi.

Dudum ex manifestis rationabilibus & vrgentibus causis contra Ludouicum de Bauaria, tunc in discordia in Regem Romanorum electum, pro eo quod discordi electione huiusmodi per Romanam ecclesiam, ad cuius examen per-

De Bochardo archiepisc. Magdeburgensi.

enim Lucam versus castra mouissent, cum mense augusto Castrucius graui implicitus valetudine teneretur, leui momento res esset cōfecta. Cum vero conualuisset, ac mense octobri duæ arces, quibus Canignanum & Mammianum nomina, ab ipso defecissent, adeo strenui ducis partes obiit a, vt occupatis itinerum angustijs, Caroli ducis copias ne eo tenderent repulerit, omnesque conatus fregerit.

a Io. Vill. l.10.c.6.

Caroli impetus fortiter sustinet.

4 Nec parum Castrucium iuuere exortæ inter Carolum & Florentinos discordiæ, quas a legato demum sopitas ipsi Pontifex gratulatus est b. Cui etiam prouinciam iniunxit, vt apostolicam sententiam in Guidonem episcopum Aretinum, quem dignitate exauctoratum c diximus d, Gibellinarum partium ducem acerrimum latam diuulgaret e. Corripuerat is malis artibus Aretinorum præfecturam, & graues clientibus ecclesiæ clades intulerat; interque alia scelera Castrucio arctissimo fœdere se coniunxisse, queritur Pontifex f.

b To.6.p.2 ep. secr. pag.59. c Io. var. Guido episc. Aretinus eis coniungit bull. pag. 13. Io. Vill l.9.c.342. d Ann. 1324.n.21 e To.5.p.2 ep.secr. pag.348. f Ibid.

Ioannes, &c. dilecto filio Ioanni S. Theodori Cardinali A. S. L.

Idem episcopus, mala malis accumulans, sibique iram in die vltionis & iusti iudicij Dei thesaurizare damnabiliter non formidans, damnato Castrucio de Anterminellis, Dei & ecclesiæ manifesto rebelli & hosti, excommunicato, ac de hæreticorum fautoria sententialiter & publice condemnato, excommunicationis & alias graues pœnas & sententias contra quoscumque participantes, fautores, adiutores, valitores, consiliatores, receptatores, defensores, & adiutores dicti Castrucij; cuiuscumque status, dignitatis, ordinis, vel conditionis existant, etiam si pontificali, vel quacunque alia præfulgeant dignitate; per literas & processus nostros super hoc habitos, & in eis partibus sic solemniter publicatos, quod non est dubium illos ad ipsius Guidonis notitiam peruenisse, impositas & inflictas incurrere nequaquam metuens; sed in mortis & damnationis præcipitium potius se immergens, adhæsit, fauit, adhæret & fauet, sibique præstat & præstitit contra eandem Romanam ecclesiam & fideles ipsius publice ac notorie, auxilia multiplicia, consilia, & fauores.

Pontificis in eum sententia.

Postmodum vero cum ad dilectorum filiorum Ioannis de Ancona & Seruidei de Penna de ordine fratrum Minorum, inquisitorum hæreticæ prauitatis in prouincia nostra marchiæ Anconitanæ deputatorum, auctoritate apostolica notitiam clamoribus plurimum validis, referenteque fama seu potius infamia publica peruenisset, quod dictus Guido quondam Friderico de Montefeletro, ac Iacobo & Berardo Perseualli, Aioleto Cruciani, Burgaresco eius nepoti, Zanolo, Cerolo, ac Leoni de Racanato, de hæresi & idololatria, necnō Lipacio & Andreæ quondam Gonzoli de Auximo de hæresi sententialiter & publice condemnatis adhæserat, ac eisdem post condemnationem huiusmodi præstiterat multipliciter auxilia, consilia & fauores, &c.] Recenset atrocia alia eiusdem scelera, vtque ob episcopatus administrationem pontificio iussu non dimissam anathema incurrerit, veteraque flagitia recentibus cumularit: ob quæ omnes præsules, & vrbium magistratus, intentata censurarum religione, Guidonis commercio abstinere iussit; cunctaque cum ipso inita fœdera rescidit. *Dat. Auin. VIII. kal. iunij anno X.* De promulgata a legato aduersus Guidonem exauctoratum sententia meminit

Vt senserit cum perduellibus ecclesiæ.

Anathema incurrit.

Ioannes Villanus a, atque a Pontifice Vbertinum e nobili Aretinorum familia satum creatum b episcopum Aretinum; possessionem tamen ecclesiæ, quamuis res tentata fuerit (eo argumento ad Franciscum Florentinum episcopum, vt vi & armis electum Aretinum in ecclesiam induceret, extant literæ secundo post anno ineunte datæ c) inire non potuisse. Vocatus quoque est in suspicionem Simon Pisanus archiepiscopus, sentire cum hostibus, ac præcipue Castrucio: sed in eam opinionem se adduci non potuisse, significauit illi Pontifex d; vtque in pristina fide & constantia perstaret, hortatus est. Tulit vero grauiter Bononiensium defectionem, quam in literis ad Bertrandum tit. S. Marcelli presbyterum Cardinalem datis e ob aduersos casus, quibus occulto Dei, vt ait, iudicio excepti fuerant contigisse, illosque hæreticis & alijs cum ipsis sentientibus adhæsisse deplorat, seque inducias, quas pepigerant cum hostibus, rescidisse significat: quo argumento ad Bononienses scriptis literis, eos seruandarum pactarum induciarum cum Passarino Mantuæ tyranno religione exoluit. f

a Io. Vill. l.10.c.3. Vbertius in episcopatu Aretino subrogatus. b Ead.lib. c.12. c To.6.p.2 ep.secr. pag.59. d Ead.p. ep.136. Bononienses ab eo deficiunt. e To.5.p.2 ep.secr. pag.335. f Ib. pag. 360.

5 Certatum quoque pariter euentu vario est in ditione ecclesiastica inter eos, qui partes ecclesiæ defendebant, ac perduelles, qui se Gibellinos profitebantur. Fabrianenses g, Piceni Gibellinis & Aretinis coniuncti quoddam, oppidum impetu cepere impleuereque cædibus: ij tamen postea a Tano Æsino & Malatesta profligati h. In victorem vero conflata coniuratio a Lamberto i, qui dominandi cupidus consanguineos opiparo exceptos conuiuio adortus, Ariminum sibi subiecit absente Malatesta: qui mox eo aduolans, perrupta vrbis porta, tyrannum pepulit. Turpi quoque proditionis genere Auximani l Firmanos, dum lusibus & iocis indulgebant, contra fœdera inuasere, vrbemque sanguine & flammis deformarunt. His malis fessi Firmani se ad obsequium ecclesiæ redituros spopondere m. Fabrianenses n etiam, quos a Malatesta contusos diximus, ad officium reuersi.

Varij & tristes belli casus in ditione pontificia. g Io. Vill. l.9.c.334. h lib.c.351 i Ead.cap. l Ib.c.340 m To.5.p.2.ep.secr. pag.321. n Ead.p. pag.315.

6 Dum ea in Italia gerebantur, Pontifex initum inter imperij æmulos fœdus omni opera dissoluere nisus est. Inter cætera vero obiecit, plura o in eo contra electorum principum, ac Romani Pontificis dignitatem contineri, cum illius leges religioso Chartusiano sacerdote adhibito initæ occultæ tenerentur, nec Ludouicus cum ijs, quæ affirmabant Friderici sequaces, consentiret; questusque est de Balduino archiepiscopo Treuirensi, edicta in Bauarum pontificia non diuulgasse: *Non sufficimus, inquit, admirari, quod in cor alicuius prudentis, qui nostros processus contra Bauarum habitos nouerit, ascendere possit vel potuerit, quod concordia, quæ facta esse inter Australes & Bauarum dicitur, nobis grata sit vel accepta; præsertim cum illa concordia solis tribus ex ipsis, vel ad plus quatuor nota, omnibus alijs, prout fertur, occulta remanet & incerta. Ex quo probabiliter conuincitur reproba & indecentia, ac iuri sanctæ Romanæ ecclesiæ & illorum, ad quos ius eligendi Regem assumendum in Imperatorem pertinet, obuia continere; præsertim cum Bauarus ijs, quæ Australes asserunt, non concordet: immo, sicut fertur, in duabus congregationibus eligentium habitis pro parte sua ijs fuerit contradictum expresse.*

Pontifex pacem Bauarum inter & Fridericum initam dānat. o To.5.p.2 ep.secr. pag.254.

7 De ijs duobus principum conuentibus in Germania, pro illius turbis componendis cele-

Habiti in Germania conuentus.

fert Nicephorus Gregoras a: seruatosque in ea celebritate ritus Ioannes Cantacuzenus b exactius describit. Qua perfecta pompa, cum e S. Sophiæ basilica rediret Andronicus, senior equo in lutum est prouolutus, qui casus a plerisque in triste labentis imperij omen versus est c.

a Greg. l. 8. b Cantac. l. 1. c. 41. c Greg. eod. l. 8.

IESV CHRISTI

Annus 1326.

IOANNIS PP. XXII. annus 11. VAC. IMP. OCCID. 13. ANDRONICI IMP. OR. 43.

Io. Card. S. Theodori legatus in Italiam missus.

1 CVm discordia in Insubria atque Etruria anno Christi millesimo trecentesimo vigesimo sexto indictione nona in dies ingrauesceret, ac populos inter se magno furore committeret; nec Bertrandus Cardinalis legatus in eas prouincias missus ob negotiorum molem, quibus obruebatur, solicitudinem suam ad omnia, quæ occurrebant, interponere posset; Pontifex oneris impositi partem in Ioannem S. Theodori diaconum Cardinalem conuertendam censuit d.

d To. 5. p. 2. ep. secr. pag. 350. & an. 10. p. 1. ep. cur. 5.

Ioannes, &c. Ioanni S. Theodori diacono Card. A. S. L.

Attendentes quod gratiarum dator Altissimus personam tuam, nobilitate generis, scientiæ magnitudine, prouidentiæ dono, discretionis virtute, industriæ munere, circumspectionis gratia, & aliarum virtutum titulis insigniuit, humeros tuos fortitudinis robore muniendo, vt onera grauia facilius supportares; plenam quoque immo plenissimam de huiusmodi tuis laudabilibus meritis fiduciam obtinentes, licet apud sedem Apostolicam ex tui maturitate consilij tua non modicum opportuna præsentia dignoscatur, nosque illa careamus inuiti; te ob honorem & exaltationem ecclesiæ ad reformationem & directionem necessarias, ac desideratam quietem prouinciæ ac partium prædictarum, nimirum Etruriæ, de fratrum prædictorum consilio illuc tanquam pacis angelum duximus destinandum: discretioni tuæ in eadem prouincia Tusciæ, tam in imperio quam in terris Romanæ ecclesiæ constituta; nec non archiepiscopatu Pisano, & Castelli ac Perusina ciuitatibus & diœcesibus, Massa Trabaria, ciuitate Vrbini, diœcesi & districtu ipsius, marchiæ Anconitanæ, ducatus Spoletani prouincijs; Campaniæ, Maritimæ, & Sabinæ comitatibus, patrimonio B. Petri in Tuscia, & Vrbeuetana, Viterbiensi, Tiburtina, Reatina, Tudertina, Interamnensi, Narniensi ciuitatibus & diœcesibus, omnibus alijs prouincijs & terris in literis legationis dicti Bertrandi Cardinalis legati expressis; necnon insulis & terris Sardiniæ & Corsicæ, sub ipsius Bertrandi legatione libere remanentibus & inclusis; plenæ legationis officium committendo, vt euellas & destruas, dissipes & disperdas, ædifices & plantes, ac facias auctoritate nostra quæcumque ad honorem Dei, prosperum statum partium earundem, ac reformationem pacis fidelium videris expedire, concessa tibi auctoritate simili contradictores, & rebelles quoslibet, præterquam nostros & eiusdem ecclesiæ Romanæ ecclesiæ officiales, quos nobis specialiter reseruamus, per excommunicationis & interdicti, vel amotionis, aut depositionis sententias, siue alias per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, cōpescendi, &c. *Dat. Auin. xv. kal. maij an. x.*

In quibus prouincijs munus illi demandatum.

Creatur pacificator in Etruria.

Eundem creauit paciferum, siue publicæ pacis seruatorem in Etruria, quod munus amplissimum erat, ad factiosos ad concordiam adducendos reprimendosque. Ornauit a etiam pluribus priuilegijs pro concilianda illi populorum veneratione, & officio egregie obeundo; atque inter cætera, vt cum Florentiam accederet, templorum & sacrorum vsum ciuibus restitueret. b Tum vero vniuersos Etruriæ & aliarum prouinciarum, quæ legato obnoxiæ erant, præsules, viros nobiles, magistratus vrbium, ac populos eidem Cardinali S. Theodori, vt legato sedis Apostolicæ pacisque seruatori parere iussit c: cum autem ille se Pisas contulisset, fuit a Pisanis honorifice exceptus habitusque, quo nomine gratias ipsis egit Pontifex. d

Priuilegijs ornatur. a Ib. ab ep. cur. 7. ad 42. b To. 5. p. 2. ep. secr. pag. 350. c Ib. pag. 351. & an. 10 p. 1 ep. cur. 5. 6. & 10. 6. p. 1. ep. secr. pag. 59. Pisis excipitur. d To. 5. p. 2. ep. secr. pag. 361.

2 Dum vero Pisis agebat legatus, Castrucius Anterminellus Lucanorum tyrannus, vt refert Ioannes Villanus e, missis ad eum literis pacem orauit: quo accepto nuntio Pontifex respondit legato f, Lucanos se in gratiam amantissime admissurum, si ad ecclesiæ partes se traducerent; sed vereri se, ne animus ab eorum dictis longe abhorreret.

Castrucius ab eo poscit in gratiam admitti. e Io. Vill. l. 9. c. 349. f To. 5. p. 2. ep. secr. pag. 355.

Legato Tusciæ.

Lætanter audiuimus, fili, te cum tua comitiua Pisis peruenisse prospere, clerumque ac populum ciuitatis eiusdem te amicabiliter ac honorificentia placida recepisse. Placent nobis quæ illorum infidelium [Lucenses notat hoc verbo] nuncijs respondisti: & si Dominus in eorum cordibus spiraret, quod a deuio suos vellent pedes retrahere, dummodo realis esset retractio non verbalis, esset nobis gratum admodum & acceptum ac in his & alijs proinde plus ad facta, quam ad verba tuum intuitum dirigendo, dilecto filio magnifico viro Carolo duci Calabriæ scribimus, vt amicabiliter, & benigne Pisanos pertractare studeat, ac vt ipsos suæ deuotioni attrahat, studiosam curet diligentiam adhibere, ad quod eum tua prouidentia inducere non omittat. Gratia domini nostri Iesu Christi sit tecum, quæ te in agendis dirigat & protegat ab aduersis. In confectione præsentium nos & fratres nostri, Dei misericordia, valebamus. *Dat. Auin. vi. idus iulij anno x.*

Asserit se Pont. modo fictè non agat.

3 Non aberrauit a vero Pontificis coniectura: Castrucius enim, vt se in rursum subduceret redimeretque tempus, dum nouas vires ad excipiendos hostiles impetus comparabat, pacis tractatum dolo iniecerat, vt refert Ioannes Villanus g: traditque h Gualterum ducem Athenarum Carolo duci præiuisse, ac Florentiæ pontificium diploma, quo Robertus imperij in Italia administrator, dum teneret interregnum, pronuntiabatur, promulgari iussisse: mense vero iulio Carolum Senas accessisse, atque ob discordias Tolomæorum & Salimbenensium, inter quos inducias imperauit i, præfecturam Senarum ad quinquennium obtinuisse l; deinde inclinante eodem mense vna cum vxore, magna procerum multitudine ac flore nobilitatis magnisque copijs succinctum Florentiam ingressum m. Stipauit ipsum in ea expeditione Ioannes Achaiæ princeps patruus, quem Pontifex literis, vt nepoti opera & consilio adesset, est adhortatus n.

Athenarũ dux Florentiam a duce Calabriæ missus. Florentiæ Robertus imperij vicarius promulgatur. g Io. Vill. l. 9. c. 349. h Eod. lib. c. 347. Senensiũ imperium datum Carolo duci. i Io. Vill. l. 9. c. 351. l Anō. sit. 214. 6. & m Io. Vill. l. 10. c. 1. n To. 5. p. 2. ep. secr. pag. 265.

Elusisse o Castrucium arte & dolo horum principum vires formidabiles, dum tractatum pacis simulatæ cum legato, cui Pontifex vt omni studio ad Gibellinos ad ecclesiæ partes reuocandos incumberet, commendabat p, extraxit q. Ita enim consumptum tempus, bellumque mora consenuit, quod impetu gerendum fuisset: si

Castruci simulata pacis petitione se tuetur. o To. 6. p. 2. ep. secr. pag. 55. q Io. Vill. l. 10. c. 1.

enim

Minoritas, tantummodo autem Franciſcani ordinis hoſtes, ſacris eius inſignijs indutos, inſectatũ.

Boſnia cõtaminata hæreticis.

28 Pullulantem etiam tum in Boſſina hæreſim excindere ſategit, ac Stephanum a & Elizabetham b Boſſinenſes principes excitauit, vt in ea labe delenda zelum explicarent. Tum Regem Vngariæ Carolum grauiſsimis literis monuit c, vt regia auctoritate Fabianum Minoritam fidei cenſorem fulciret.

a An. 9. p. 1. ep. cur. 5. b Ib. ep. 7. c Ib. ep. 6.

Ioannes, &c. chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Vngariæ illuſtri,

Frequenter, fili chariſsime, fide digna relatio Apoſtolicæ ſedis pulſauit auditum, quod principe tenebrarum, humanæ ſalutis æmulo, nocendique cupido, conſuetis nequitiæ ſtimulis procurante, magna hæreticorum caterua, de multis & varijs partibus congregata, ad principatum Boſnenſem, in confinio Dalmatiæ conſtitutum, ſub fiducia inibi ſeminandi obſcœnos errores tuteque nocendi confluxit. Qui antiqui hoſtis imbuti verſutia, ac veneno ſuæ falſitatis armati, catholicorum animas, ſub ſimplicitatis ſimulatæ fallacia prætenſa, ſed falſa Chriſtiani nominis profeſsione, corrumpunt, dum eorum ſermo ſerpit vt cancer; humiliter irrepunt, ſed latenter occidunt; & lupi rapaces interius exiſtentes, veſtitum onium exteriori ſimulatione demonſtrant, quia non poſſent fallere veras & ſimplices Chriſti oues, niſi ſub nomine Chriſtiano tegerent rabiem beſtialem,

Expurgãdæ illi dat operam Pontifex.

Cum igitur prædictorum hæreticorum nefanda, ſed eliminanda ſeductio in dicto principatu, ſicut aſſeritur, iam multas animas labe reſperſerit, ſeu infecerit hæreticæ prauitatis; dictuſque principatus tuæ, ſicut accepimus, ſit ditioni ſubiectus, ac propterea deceat & expediat cum omni cautelæ ſtudio & prouiſionis accelerate medio, de principatu prædicto peſtem huiuſmodi radicitus extirpare, ne paſsim vagari permiſſa intactas adhuc Chriſti oues morbo eiuſdem prauitatis inficiat, & in vicinis prouincijs periculoſius dilatetur; ſerenitatem regiam rogamus & hortamur in eodem domino Ieſu Chriſto, tibi nihilominus per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ob reuerentiam Apoſtolicæ ſedis & noſtram, ac pro ſalute animarum, ad eliminandum & extirpandum dictos hæreticos de principatu prædicto opem præpares & impendas congruentem, regio culmini, & eiuſdem prouinciæ ſtatui opportunam, &c. *Dat. Auinione nonis iunij anno IX.*

Carolus Rex ad fidem tuẽdam incitatus.

29 Agitabat tum Carolus ingentia fidei propagandæ inter finitimos barbaros conſilia, quæ cum expoſuiſſet Pontifici, flagitauit vt e regnis, in quibus florebat Chriſtiana religio, auxilia ſibi pro fide augenda dimicaturo ſubmitteret. Cuius pijs votis Ioannes annuere non potuit, reſponditque d moris non eſſe vt Romanus Pontifex vlla auxilia cuiquam principi extra regni ſui limites petenda attribueret: *Sane,* inquit, *fili chariſſime, cum per eaſdem literas inter cætera nobis duxeris ſupplicandum, vt ad refrænandam nationum infidelium tuo regno vicinarum, contra quas te pugnare frequenter oportet, ſuperbiam & malitiam contemendam, certum tibi ſubſidium in certis alijs regnis propinquis concedere dignaremur; regalem prouidentiam volumus non latere, quod licet te, dictumque regnum tuum prærogatiua fauoris præcipui proſequamur, libenter ad ea, quæ tuum & ipſius regni commodum & honorem reſpiciunt, paternis affectibus intendentes; quia tamen nulli Regi ſubſidium extra regnum ſuum concedere conſueuimus, tuæ petitioni huiuſmodi annuere cum noſtra decentia non valemus: quare nos habeat regia magnificentia ſuper hoc, quæſumus, excuſatos, &c. Dat. Auin. id. ſeptembris anno IX.* Gratulatur quoque iiſdem literis filium regni heredem futurum ab ipſo ſuſceptum. Cæterum Pontifex, quem extra Vngariam Carolo negaſſe auxilia vidimus, vt Vngaros ad ſequenda illius ſigna concitaret, omnibus qui in acie aduerſus infideles & Saracenos pugnando fortiter caderent, vel occumberent ex vulneribus, præmia indulgentiarum contulit.

Pugnat aduerſus infideles.

d To. 5. p. 2. ep. ſecr. pag. 258.

Poſcit ex alienis regnis ſubſidia.

Pontificiũ reſponſũ.

Vngaris cum ſecu turis conceſſæ indulgẽtiæ.

30 Ardebat a ſimili pio deſiderio proferendæ inter barbaros religionis Chriſtianæ Ioannes Boemiæ Rex, atq; oratorum opera ſuſcipiendæ a ſe Aſiaticæ expeditionis conſilia ſignificauit Pontifici: qui magnis ea laudibus extulit, illumque hiſce literis ad conſtantiam in concepta voluntate incitauit. b

a An. 9. p. 1. ep. com. 212.

Rex Boemiæ profiſciſci in Syriam meditatur.

b To. 5. p. 1. ep. ſecr. pag. 46.

Ioannes, &c. Ioanni Regi Boemiæ.

Cum nuncij te, fili chariſſime, ad tranſfretandum zelo fidei catholicæ in ſubſidium terræ ſanctæ, & ad certos honores noſtros & eiuſdem eccleſiæ toto cordis affectu ſub eadem credentia coram nobis aſſeruerint aſpirare, perſonam & bona tua propterea te paratum exponere nihilominus offerentes; nos oblationem huiuſmodi, quam Deo gratam, tibique honorabilem, & nobis placidam admodum & acceptam indubitanter ſupponimus, tuumque in hac parte laudandum propoſitum gratiarum actionibus vberibus proſequimur, & digna laude in Domino commendamus. Et licet ſupplicatis pro parte tua per ipſos nuncios, qualitate ſupplicatorum ipſorum & alijs pluribus obſiſtentibus, per nos præfatis nuntijs expoſitis, & tibi referendis per eos, non annuerimus vſquequaque; ea tamen de illis, quæ ſecundum Deum & honeſte potuimus, ad exauditionis gratiam admittenda fauorabiliter duximus, ſicut in literis confectis ſuper hoc regiæ patebit magnitudini, & ipſi nuncij referre poterunt viua voce. Rogamus igitur excellentiam regiam & obſecramus in domino Ieſu Chriſto, quatenus in eodem propoſito, exhibitione fructuoſi operis, cum opportunum fuerit, proſequendo conſtanter & indefeſſe perſeuerare ſtudeat regia celſitudo: tenemus enim indubie, quod perſeuerantia ipſa grata diuinæ maieſtatis accedet oculis, & honoribus & profectibus regijs exiſtere poterit multipliciter opportuna. *Dat. Auin. kal. aprilis anno IX.*

Pontifici pium animum ſignificat.

Ad conſtantiam in ſuſcepto conſilio ſolicitatur.

31 Quod ad orientalium res ſpectat; refert Io. Villanus c Ioannem Roberti Regis Siciliæ fratrem, Peloponeſi ſiue Moreæ principem, comparata viginti quinque triremium claſſe, ad Cephaloniam applicuiſſe; cumque comitem a fratre cæſum reperiſſet, eas inſulas ſibi ſubieciſſe, ac domitis rebellibus, Clarentiam appuliſſe feliciter, atque a ciuibus maximo cum honore exceptum. Addit Marinus Sanutus d in literis ad Ingramum Capuanum archiepiſcopum Regiſque Siciliæ ſcrinij præfectum, irrupiſſe e Blachia in Græciam Albanenſium ingentem exercitum, ac Græcos & Catalanam ſocietatem magnis cladibus attriuiſſe, ipſorumque regionem late populatos: tum eorundem coniunctas copias propulſaſſe. Præterea Turcas piraticam exercuiſſe in Ægæo mari, atque Eubœam & Naxon inſulas, abductis in ſeruitutem Chriſtianis, infeſtaſſe.

c Io. Vill. l. 9. c. 282.

Ioannis principis felices in Græcia progreſſus.

d Sanut. in append. ep. 3.

Albanenſium irruptio in Græcos & Catalanos.

Turcar piratica excurſio.

Redimitum Conſtantinopoli, ineunte februario Andronicum iuniorem imperiali diademate, refert

Andronicus iunior corona redimitus.

in se & in suis sanctis non meretrix, sed sancta est; non habens maculam hæresis Ephes. v. nec rugam schismatis. Et infra: *Ait Ieremias xxxi. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te, miserans tui. Hoc matrimonium Initiatum fuit in paradiso, quando de latere dormientis Adæ formata est Eua. gen. ii. xxxv. q. i. Cum igitur in princi. extra de diuort. Gaudemus. extra in Clemen. de sum. Trin. Sacrosancta. ratificatum in cruce, vbi de latere Christi dormientis processerunt duo sacramenta, scilicet sanguis & aqua, quibus formatur & dotatur ecclesia, vt præalleg. cap. Sacrosancta, & extr. de celebr. miss. In quadam: aqua enim mundatur, vt sit sine macula, cant. iv. ibi: Et macula non est in te; Christus loquitur ecclesiæ. Sanguine ornatur, vt sit purpurata sicut Regina, psal. xliiii. Adstitit Regina, id est ecclesia. Consummatum erit post iudicium, quando introducetur sponsa in thalamum sponsi, vt bonis eius plenarie perfruatur, & nunquam ab eius amplexibus auellatur, apoc. xix. ibi: Quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se.* Et infra: *De isto etiam matrimonio inter Christum & ecclesiam dicitur Oseæ ii. ibi: Desponsabo te mihi in fide: sponsabo te mihi in iudicio, et iustitia, & misericordia & miserationibus. Sponsabo te in sempiternum. Ter dicit, Sponsabo, vt ostendat hoc matrimonium initiatum, ratum, & consummatum: initiatur enim in fide, per quam quælibet anima de ecclesia Dei sponsa Dei efficitur, & annulo fidei subarrhatur.* Et infra: *Consummatur autem hoc matrimonium in æternitate: & hoc est quod ait: In sempiternum.* Sed non dicit in quo stat *consummatio, innuens quod ineffabilis erit delectatio matrimonij consummati; vnde Augustinus: Quod Deus præparauit diligentibus se, fide non capitur, spe non attingitur, charitate non comprehenditur, desideria & vota transgreditur; acquiri potest, æstimari non potest.* Hactenus Aluarus.

[Margin: Conjuratur e sacris oraculis.]

26 Edoctus præterea a patre mendacij Petrus Ioannis, pseudoprophetam agens; vaticinatus erat [a], Pontificem & ecclesiam euersum iri. Tum effutierat inter cætera fore, vt euangelium obsolesceret inter Latinos, atque inter Græcos, Saracenos, & Tartaros efflorescerct: quæ cum etiam nonnulli iactarent apostaræ, nam & Fraticellos metu Bonifacij VIII. in orientem se subduxisse vidimus [b], imperauit Ioannes, edita constitutione, ne quis e religiosis ordinibus nisi a suis præsulibus missus inter infideles euangelium promulgaret.

[Margin: Pseudoprophetiæ Petri Ioannis. — a Eymer. sup. q. 9. — b Annal. tom. xiv. an. 1297. n. 55 — Vetitum monachis sine superiorũ venia oriẽtẽ petere.]

Ioannes, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Ad nostrum nuper relatio fidedigna perduxit auditum, quod nonnulli religionis gestantes habitum, sed a veritate religionis omnino vacui, & modestia penitus alieni ad partes quandoque transmarinas se transferunt, in quibus pauci fideles respectu infidelium commorantur; & vt ibidem facilius decipere simplicium animos, ac ipsos & alios in errores præcipitare seu retinere valeant; sub ouili veste ac humilitatis habitu lupinum animum occultantes, per doctrinas suas reprobas & erroneas fidelium mentes, quantum in eis est, corrumpere satagunt: in ipsis partibus periculosa nimium spargere non omittunt, nec non & os suum ponentes in cœlum, lingua eorum transeunte falsidica super terram, sanctæ Romanæ ecclesiæ detrahere constitutionibus, & alia multa a fide deuia in suis sermonibus & secretis collocutionibus euomere insanis ausibus non verentur: ex quibus Deus offenditur, periculosa suscitantur scandala, paratur simplicibus laqueus, ipsique talium præsumptores de hæresi vehementer arguunt se suspectos.

[Margin: Fraticell. orientem suis hæresibus inficiunt.]

Nos itaque, tãtis obuiare periculis paternæ diligẽtiæ studijs cupientes, vniuersis & singulis religiosis cuiuscumque religionis, ordinis, status, vel conditionis existant, de fratrum nostrorum consilio districtius auctoritate præsentium inhibemus, ne ipsorum aliquis absque superioris sui ordinis licentia, sibi per ipsius literas patentes concessa, de cætero ad partes se transferat antedictas; superioribus ipsis nihilominus iniungentes, ne quibusuis sui ordinis fratribus, nisi dumtaxat viris literatis, prouidis, & expertis huiusmodi licentiam impertiri præsumant, &c.] Intentatum anathema, cuius nexu nisi in extremo mortis discrimine solui possent, ijs qui contra hæc tenderent: dataque præsulibus imperia, vt eiusmodi monachos nisi superiorum syngrapha instructi essent, diuina celebrare aut conciones sacras habere permitterent, sed veluti apostatas insectarentur; ac si qui e sacro suggestu aliqua aduersus religionem effutirent, ipsos sine iudiciario strepitu in carcerem conijcerent, soluta quauis prærogatiua, qua pontificijs diplomatibus munitos se contenderent. Quæ sanctio vi. *id. maij pontificatus anno* ix. edita est.

27 Refregit pontificium hoc decretum pseudomonachorum audacia; plures enim ex Fraticellorum fæce, qui Romanã ecclesiam collapsam penitus, ac religionis & sanctitatis expertem ob amplissimas opes, quibus suæ dignitatis splendorem tuebatur, impiaque dogmata effutiebant, penetrarunt in orientem, ac fideles nonnullos hæresi antea damnata infecere, non Clementem V. non Ioannem XXII, non Benedictum XII, non quoscumq; alios etiam Pontifices veros pastores fuisse, sed fucatam tantum & vmbratilem auctoritatem gessisse; veram autem firmamque auctoritatem a diuino Numine in ipsos, paucos numero & specie mendiculos, sed cœlestibus thesauris affluentes transfusam. Ad quorum reprimendam improbitatem, orientales fideles a Clemente VI. [a] monitos, vt ab ijs hypocritis scelestissimis cauerent, inferius [b] visuri sumus. Cæterum edidit Ioannes aduersus nascentes errores plures sanctiones [c], quas in academia Parisiensi iussit diuulgari; datisque ad Robertum Regem Siciliæ literis, ipsum edocuit [d] ecclesiam nil contra Minoritas statuere, sed in impios tantum illos, qui se spirituales iactabant, atque ecclesiam Romanam euertere nitebantur.

[Margin: Blasphemant trãslatum in ipsos a Rõ ecclesia pontificatum. — a Cle. VI. l. 3. ep. secr. 52. ext. etiam in M.S. arch. Vatic. de reb. transmar. pag. 57. — b Ann. Chr. 1344 — c To. 5 p. 2. ep. secr. pag. 201. — d To. 5. p. 1 ep. secr. pag. 58. & lib. var. bull. sign. lit. A. pag. 118.]

Roberto Regi Siciliæ.

Constitutionem, fili charissime, non contra fratrum Minorum ordinem, sed contra nonnullos illis fratribus, qui se spirituales nominant, adhærentes eorumque doctrinam sequentes pestiferam, sanctam Romanam ecclesiam, eiusque statuta falsis insanijs satagunt impugnare, nos excellentia regia nouerit de fratrum nostrorum consilio edidisse: cuius tenorem regiæ prouidentiæ, vt eidem innotescant de illa plenius, in cedula mittimus præsentibus interclusam. *Dat. ii. non. feb. anno* ix. Rogauit alijs literis [e] eundem Regem, vt Beguinos, qui ex Sicilia in ducatũ Calabriæ ad disseminandos errores suos fugerant, coerceret, ne ea lue populos inquinarent, ac præsulibus puniendos traderet. Ex his cõstat iniquas esse eorum querelas, qui Ioannem in inuidiam nimiæ in Minoritas acerbitatis adducunt; perpendere enim debuerunt ipsum amantissime complexum Mi-

[Margin: Impia inter Minoritas spiritualium secta. Excindi iussa. — e Ib. pag. 59.]

lator, & summus post Christum & eius matrem observator. Et infra: *Ponit assertionem de incertis minus probabilem & non credibilem, cum supponat, quod Apostoli minus quam B. Franciscus vitā euangelicam & regulam obseruarint: quod ratio refugit, & probabilis crudelitas aspernatur.* Et infra: *Per hoc quod dicitur, vitam euangelicam fore propagandam sexto & septimo tempore, clare satis innuitur, quod adhuc aliud euangelium sit futurum: quod est omnino erroneum, & per ecclesiam tempore Alexandri IV. iamdiu damnatum tanquam hæreticum: sic enim sequeretur, quod lex Christi, quæ per euangelium nobis exponitur, non esset perfecta, & sic non posset homines introducere ad vitam æternam.* Et infra: *Non est ergo expectanda in sexto vel septimo tempore propagatio vitæ & regulæ euangelicæ, quia nullus status vitæ præsentis est futurus perfectior, quam euangelij iam diuulgati, per quod homines ad finem omnimus perfectionis, scilicet ad æternam beatitudinem perueniuntur: & dicere contrarium omnino est hæreticum. Si autem aliquis dicat, quod per vitam regulæ euangelicæ, sexto & septimo tempore propagandæ, intelligitur regula fratrum Minorum, quam B. Franciscus edidit, non autem intelligitur per illam propagationem nouæ regulæ nouum euangelium futurum; dico, quod istud nihil videtur valere, primo quia, cum ipse dicat, quod B. Franciscus est summus obseruator talis vitæ post Christum & eius matrem, innuit per hoc quod Christus & eius mater illam regulam & vitam, de qua loquitur, seruauerunt. Constat autem, quod non seruauerunt regulam, quam B. Franciscus edidit, quia nondum erat tempore Christi & matris eius. Ergo non intelligitur de illa, &c.*

Impium S. Franc. encomium.

De fictitio statu perfectionis in extremo tempore.

23 Scriptæ præterea ab eodem Florentino præsule aliæ animaduersiones in damnatos Petri Ioannis commentarios præfixo hoc titulo.

Super tertio cap. super verbo: Tene quod habes.

Item a *sicut soli primo*, verba sunt Petri Ioannis, *comminatur translationem suæ ecclesiæ de loco suo, sic soli sexto significat, quod si non perseuerauerit, eius corona ad alium transferetur: cuius mystica ratio est; quia sicut primus status habuit primatum respectu sui totius primi generalis status mundi, qui ab Apostolo vocatur tempus seu ingressus plenitudinis gentium, sic sextus habebit primatum respectu totius tertij duraturi vsque ad finem seculi. Ne ergo superbiant de suo primatu, aut insolescant, quod non possint ipsum perdere, aut quod alius nequeat substitui eis & fieri æque dignus, insinuatur eis prædicta translatio. Secunda ratio est, quia vterque eorum substitutus est alteri; nam gloria, quæ fuerat synagogæ parata & pontificibus suis, si in Christum credidissent, translata fuit ad primitiuam ecclesiam & ad pastores eius; sic & gloria parata finali ecclesiæ quinti status transferetur propter eius adulteria ad electos sexti status, vnde & in hoc libro vocatur Babylon meretrix circa initium sexti status damnanda. Notandum tamen, quod per hoc verbum docemur, numerum electorum ad complendam fabricam ciuitatis supernæ sic esse præfixum, quod si vnus per suam culpam corruat, alterum oportet substitui, ne illa fabrica remaneat incompleta.*

a ib. pag. 88.

Figmēta de translatione pōtificatus in Fraticellos.

Blasphemia in Rom. eccl.

Qui vicerit. Hoc verbum expositum est supra. Notandum quod ipse victor signanter dicitur fiendus columna templi Dei: & sicut primi Apostoli Christi fuerunt fundamenta ecclesiæ, sic iste debet esse columna recta ipsius, & pertingens ad sublimem consummationem ipsius; debetq; esse firmum et decorū sustentaculum altæ & finalis perfectionis ipsius, &c.

Reuerende pater, is erat memoratus Franciscus episcopus Florentinus, *dominus noster*, scilicet Ioannes Papa, *vult quod super hoc*, id est, propositionibus Petri Ioannis in postilla, *deliberetis & scribatis.*

24 Secundum a *Hieronymum verba & scripta sanctorum doctorum sunt pie accipienda & exponenda, & semper trahenda ad bonum & verum ac pium sensum & sententiam: sed verba & scripta hominum suspectorum sunt fugienda vt pestis, & repellenda vt quoddam venenum & lepra. Sicut enim dicit Augustinus in homilia, vera falsis permista in vna disputatione vel narratione hominis significant lepram: vnde secundum eundem leprosi non absurde intelligi possunt, qui scientiam veræ fidei non habentes, varias doctrinas profitentur errorum. Et quia frater Petrus Ioannis prædictus multa falsa & erronea, ac hæretica scripsit in sua postilla super apocalypsim, prout iam incipit innotescere toti ecclesiæ fidelium, in Romana curia & alibi per diuersas mundi partes & nationes; ideo verba præmissa in dicto notabili credo esse trahenda & intelligenda secundum suum sensum peruersum & corruptum, quia qui semel malus in eodem genere malitiæ, semper præsumitur malus.* Et infra.

a Ib. pag. 81.

Suspecta scripta rigide interpretanda.

Dicit primo, quod sicut primus status habuit primatum respectu sui totius primi generalis status mundi, sic sextus habebit primatum respectu totius tertij duraturi vsque ad finem mundi. Ne ergo de suo primatu superbiant, aut insolescant, quasi non possint ipsum perdere, aut quasi alius nequeat substitui eis, & fieri æque dignus, insinuatur eis prædicta translatio. Secundam rationem assignans dicit sic: Secunda ratio est quia vterque substitutus est alterius, nam gloria, quæ fuerat synagogæ parata & pontificibus suis, si in Christum credidissent, translata fuit ad primitiuam ecclesiam, & ad posteros eius; sic & gloria parata finali ecclesiæ quinti status transfertur propter eius adulteria ad electos sexti status: vnde & in hoc libro vocatur Babylon meretrix, circa initium sexti status damnanda. Ex præmissis colligi potest, quod exponendo prædictum textum: Tene quod habes, &c. ne alius accipiat coronam tuam; ponit de facto, quod primus status perdidit primatum, quem habuit; & sextus status poterit perdere primatum quem est habiturus, & sicut synagoga perdidit gloriam sibi paratam, quæ gloria parata fuit translata ad primitiuam ecclesiam.

Refellitur fictitia pōtificatus translatio

His consentanea Guido episcopus Elnensis b: tum de Petri Ioannis erroribus plura habent Aymericus in directorio inquisitionis c, qui ex eiusdem commentarijs in apocalypsim blasphema in ecclesiam conuitia recenset, quibus ille hypocrita proscindit ecclesiam, dum ipsam Babyloniam meretricem, bestiam, synagogam sathanæ, carnalem ecclesiam, habitationem dæmoniorum; Pontificem vero mysticum antichristum impie vocat d: at suæ sectæ homines Christi militiam, ecclesiam spiritualem, & sanctos patres appellat. His mendaciorum lenocinijs & blasphemis in ecclesiam vocibus iam ante vsi erant Vvaldenses, ac pseudoapostoli, qui stupris adulterijsque contaminatissimi ecclesiam meretricem vocitarant; quod impium mendacium Aluarus Pelagius e episcopus Siluensis his verbis confutat: *Attendendum est isto toto tempore Matth. XVI. Mar. VIII. Luc. XII. a fermento quorundam pseudoprophetarum, quod est hæresis, dicentium ecclesiam meretricem, scilicet vere de meretrice impia conscientia, & malignante psal. XXV. odiui ecclesiam malignantium; tales adulterij & spurcitiei filij sunt exorti. Ecclesia enim catholica*

b Guid. Carmel. summ. de hær. c. de hær. Petri Io.

c Aymer. direct. inquisit. p. 2. q. 16.

Blasphemæ voces in ecclesiam.

d Ead. p. q. 9.

d Guid. episc. Elnē summ. de hær. Valdē. Turrecrē sum. de eccl. p. 2. l. 4. c.

e Alu. Pel. de planct. eccl. l. 1. c. 66.

in

adduceret: qui ijs accurate discussis, sententiam suam subiectis verbis explicuit a.

a Apud Io. XXII. var bull pag. 99. & in M.S. bibl. Vat. sign. n. 4004.

Mittantur, nimirum articuli memorati, *reuerendo in Christo patri domino domino Francisco Dei gratia episcopo Florentino.*

In nomine Domini. Amen. Super articulis mihi transmissis, quæ inferius continentur, duxi breuiter sicut sequitur rescribendum. Primus noscitur esse talis: Vtrum catholice possit dici, quod pontificatus Christi fuerit primo stirpi vitæ euangelicæ & apostolicæ in Petro & alijs apostolis datus, ac deinde ad statum habentem temporalia vtiliter & rationabiliter commutatus. Et infra.

Vt fictitiã pontificatus mutationem induxerit

Prædictus articulus videtur implicare duos errores. Primus est, quia dicit pontificatum fuisse datum determinate stirpi, scilicet stirpi vitæ euangelicæ & apostolicæ: hoc enim videtur esse falsum & erroneum, quod potest probari sic, quia pontificatus fuit datus toti cœtui fidelium Christianorum, & non determinatæ stirpi: quod patet ex hoc, quia quicumque fidelis Christianus rite eligitur & consecratur in Pontificem vel episcopum, vere est Pontifex vel episcopus, nec oportet, quod teneat vel obseruet vitam apostolicam, id est, proprio abrenuntiet, Et infra.

Florentini episcopi censura.

Item dico, quod videtur sine dubitatione, faciendo mentionem de pontificatu Christi dato stirpi, vt dicit, quædam supponere & principia facere, ex quibus possit aliquos errores fundare, quibus destructis tales non possunt nec debent errores fundari. Et ideo dicendum videtur quod Petrus Ioannis, qui in sua dixit postilla, quod dictus pontificatus datus fuit stirpi vitæ, &c. iure primogenituræ; & sic ad ordinem Apostolorum tali iure spectare dixit, vt vidi contineri in prologo eiusdem postillæ VII. *notabili, subtrahendo Apostolis quod suum erat, & eis datum, vt est dictum; & hoc dixit ad hoc, quod qui de stirpe dictæ vitæ non fuerit, ad dictum pontificatum non debeat assumi. Quod falsum videtur tali ratione, quia si concedatur quod datus fuerit ipse pontificatus eo modo, quo dicit in Petro & alijs Apostolis, quod ipsi Apostoli omnes fuerunt pontifices, & hoc est verum; licet Iudas non expectauerit pontificatum, quamuis sacerdos fuerit: sed Petrus ex concessione Christi speciali & ampliori propter rationem & ordinem vniuersi, qui est, quod omnia ad vnum caput seu terminum reducantur; summus fuit Pontifex, & exercitium habuit vniuersaliter vt vicarius Iesu Christi, dicente sibi Domino Ioan. vltimo: Pasce oues meas. Vbi aliquis de stirpe decedit, in locum eius succedere debet proximus, quem nemo antecedit, vt hæc plene probantur in alia facultate. Sed Apostoli, quos nullus anteibat in sancta ecclesia, erant proximiores Petro eorum capiti post Christum de stirpe vitæ prædictæ. Ergo quicumque de Apostolis remansit post Petrum, sibi ipsum Petrus successorem debuit facere in pontificatu ratione iuris primogenituræ, & quia stirpi datus erat pontificatus secundum Petrum Ioannis, & si hoc B. Petrus non fecit propter rationes prædictas mortaliter peccauit, subtrahendo Apostolis quod suum erat, & eis datum, vt est dictum.*

Error de pontificatus successione hereditaria.

Dico quod quia pontificatus non erat datus stirpi, secundum quod ipse Petrus Ioannis dixit, beatus Petrus sibi Clementem substituit, nec aliquem Apostolum VIII. *q.* 1. *Si Petrus in te. Et glo. Et quod de Apostolis aliquis post Petrum remanserit, vide* XII. *q.* 1. *Dilectissimis. Et quod B. Petrus peccauerit mortaliter sic faciendo, spiritu sancto plenus, & qui sciebat, quomodo pontificatus erat datus, est impossibile.* Et infra.

Refellitur

Secundus error implicatur in hoc, quod dicit, pontificatum mutatum de statu vel stirpe Apostolorum ad statum habentium temporalia: quia per hoc clare dicitur, quod Apostoli non habuerunt temporalia nec in proprio nec in communi. Et infra: *Non tamen pontificatus ipse datus est sub præcepto non habenas temporalia, vel sub prohibitione habendi; constat enim quod & Christus & Apostoli temporalia habuerunt: nam & Dominus habebat loculos, & a fidelibus oblata conseruans & suorum necessitatibus, & alijs indigentibus tribuebat; & Apostoli, cum rerum pretia, quæ offerebantur reciperent, & etiam dispensarent,* XII. *q. c. Dilectissimis. & c. Scimus; quamuis nihil proprium dicerent eorum, quæ possidebant, sed omnia erant communia, vt in illis capp. dicitur. Patet igitur, quod status ille primus in Christo & Apostolis erat status habens temporalia & hoc quoad communia bona temporalia, sicut sunt bona ecclesiastica hodie quantum ad clericos & pauperes, quoniam bona ecclesiæ pauperum sunt,* XVI. *q.* 1 *c. vlt. Ex quibus satis apparet, quod quoad bona temporalia ecclesiarum, quæ non propria sed communia sunt & dicuntur,* XII. *q.* 1. *Expedit, pontificatus tempore Christi & Apostolorum erat in statu habente temporalia, & nunc similiter. Ergo non potest dici commutatus ad statum habentem temporalia; cum commutatio vel mutatio sit de vno in aliud.* Et infra.

Error, quod Apostoli nõ habuerint temporalia.

22 Secundus articulus est: *Vtrum catholice possit dici, quod in sexto statu huiusmodi vitæ non solum simplici intelligentia, sed palpatiua & gustatiua experientia videbitur omnis sapientia Verbi incarnati, & potentia Dei Patris, quia Christus promisit, quod cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Multis interiectis ad hæc confutanda, non videri nempe septem humanitatis Christi mysteria, non conceptionem, non natiuitatem, non passionem, mortem, & sepulturam, non descensum ad inferos, non resurrectionem, non ascensum in cœlos, non aduentum postremum; non etiam Trinitatis mysteria conspici, verbum generari, procedere Spiritum, nec diuinam essentiam, &c. subdit.

Error de sexto statu.

Prædictus articulus non videtur catholicus in eo quod dicit, quod in præsenti vita non solum simplici intelligentia, sed etiam gustatiua & palpatiua experientia videbitur omnis sapientia Verbi incarnati, & potentia Dei Patris; quia ex hoc sequitur, vt probatum est, quod in præsente vita habebimus experimentalem notitiam de articulis fidei: sed sic fides non habebit meritum, dicente Gregorio in homilijs, quod fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Sic etiam fides euacuaretur in præsenti vita, quod est contra auctoritates præmissas, nempe Apostoli: *Videmus nunc per speculũ & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Et: *Nunc ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est*, id est, imperfectum. Itemque: *Fides est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium. Sic etiam in præsenti vita possemus in aliquo statu habere notitiam experimentalem de vnitate diuinæ essentiæ, & trinitate personarum, & sic plene esse beati, &c.*

Alius cõtra fidei naturam.

Tertius articulus est de prædestinatione, post quem subijcitur.

Quartus articulus talis est: Vtrum catholice possit dici, quod B. Franciscus sit euangelicæ vitæ & regulæ sexto & septimo tempore propagandæ reuela-

proximo ineunte anno, factionis, quæ inter Minoritas spiritualium speciosum nomen sibi arrogabat, princeps: hauserat a vero plurimam fæcem partim ex Vvaldensium lacunis, partim ex abbatis Ioachimi delirijs, accommodatis nempe S. Francisco blasphemis ijs encomijs, quæ Ioachimus in S. Benedictum temere effudisse ferebatur, magnoque argumento est improbum hypocritam a cacodæmone in angelum lucis transformato delusum, si vera sunt quæ referunt Franciscani annales b, illum in extremo vitæ discrimine professum, omnem suam scientiam ipsi infusam diuinitus, & quadam die hora tertia repente a Numine collustratum fuisse: hoc enim auctore patre mendacij dictum colligitur, vt hæreses suas altius defigeret in animis simplicium discipulorum, qui adeo erant fascinati, vt pro ijs tuendis flammas pertulerint c. Cæterum vana penitus sunt, quæ nonnulli de Franciscana familia referunt, illam adeo fuisse collapsam hoc tempore, vt viros sanctos disciplinæ restitutores circumuentos calumnijs incendio deleuerit; deformatores enim fuisse, ex serie historiæ patet. Quamuis autem nonnulli Petri Ioannis errores iam ante in concilio Viennensi damnati fuissent, cum tamen alij ex eiusdem scriptis eruti inualescerent, impietatis iudicio damnata sunt, vt tradit M. S. Vaticanum d; *Anno*, inquit, *domini* MCCCXXV, sumpto nimirum illius ab incarnatione Verbi exordio, *sabbato primo quadragesimæ condemnauit* (nimirum Ioannes) *postillam fratris Petri Ioannis Biterrensis diœcesis de ordine* Minorum: *ex qua fomentum sumpsit quædam secta pestifera illorum, qui se pauperes de tertio ordine S. Francisci appellant, ex quibus multi fuerunt combusti.* Confirmat hæc Bernardus e, qui etiam ab eodem amplificatam Beguinorum sectam scribit.

Anno Domini MCCCXXV. *sabbato primo quadragesimæ, quæ fuit* VI. *idus februarij dominus Ioannes Papa* XXII. *reprobauit & sententialiter condemnauit in publico consistorio, assistentibus Cardinalibus & prælatis & magistris in theologia & doctoribus vtriusque iuris, quandam pestiferam postillam, quam frater* Petrus *Ioannis olim ordinis fratrum Minorum de Serinhano diœcesis Biterrensis fecerat super librum apocalypsis B. Ioannis, tanquam continentem pestiferum & hæreticum dogma contra vnitatem ecclesiæ catholicæ, & potestatem summi Pontificis Romani, et Apostolicæ sedis. Continebat etiam plures articulos erroneos et hæreticos. Ex qua postilla sumebat originem et fomentum secta quædam pestifera illorum, qui Beguini sunt vulgariter appellati, qui se fratres pauperes de tertio ordine S. Francisci communiter nominabant: ex quibus quamplures fuerant per iudicium prælatorum et inquisitorum hæreticæ prauitatis tanquam hæretici condemnati, & relicti iudicio curiæ secularis & combusti diuersis locis in prouincia Narbonensi, &c.* In libri margine æque vetusto charactere additum est: *Narbonæ, Biterris, in Capite stagno, apud Pedeuacium, apud Lodouam, apud Lunellum, & Massiliæ, et Carcassonæ, et Tholosæ.* Eadem afferuntur in M. S. Card. Baronij notis, quibus consentit Aymericus his verbis: *Dominus Ioannes Papa* XXII. *Auinione residens, informatus de peruersa doctrina fratris Petri Ioannis de ordine fratrum Minorum, cum magno consilio multorum in theologia magistrorum et doctorum condemnauit dicti fratris Petri Ioannis, de quo actum est supra, hos libros vt vere hæreticales; scilicet postillam super apocalypsim, postillam super Matthæum, postillam super canonicas propter errores contentos in eis, et hæreses, quæ recitantur supra quæstione nona.* Eadem Pegna a refert in commentario, qui ipsum professione Minoritam ait, Ceriaco diœcesis Biterrensis oriundum, ac sepultum Narbonæ in ecclesia Minorum. Ad cuius sepulchrum cum simplices afferrent venerationis ergo donaria, iussu pontificio refossa eius ossa refert, & dissipata: *Idem*, inquit, *dominus Papa fecit exhumari ossa dicti fratris Petri Ioannis, et omnia tam cereas imagines, quam pannos per manus simplicium ad eius tumulum deducta Narbonæ fecit publice concremari. Aliqui tamen volunt dicere, quod licet ossa fuerint exhumata, non tamen cum prædictis concremata, sed Auinionem deducta, et de nocte in Rhodanum proiecta pro eo, quia repertum extitit, quod libros suos prædictos supposuerat correctioni sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ.* Ac ne quis ambigat, posthac damnatos Petri Ioannis in apocalypsim commentarios a Romana ecclesia, testimonium producimus eius temporis scriptoris insignis, scilicet Aluari Pelagij ordinis Minoritarum, postea episcopi Siluensis, qui in suo tractatu in extrauag. Ioannis, *Cum inter nonnullos*, hæc narrat b.

Dominus Papa de consilio sacri collegij dominorum Cardinalium in condemnatione, iuxta supplicationem sibi factam pro parte ordinis fratrum Minorum, quam fecit de postilla, quam Petrus Ioannis super apocalypsim conscripsit, habuit consilium magistrorum in sacra pagina, quibus examinationem ipsius postillæ commisit: inter quos magistros fuerunt fratres Gregorius de Landinio archiepiscopus Viennensis, & Petrus de Palude ordinis Prædicatorum, & multi alij magistri aliorum ordinum & statuum. In quo iudicio, per ipsos magistros in scriptis sub eorum sigillis etiam in forma publici instrumenti præfato domino Papæ tradito, de quodam articulo, quem dictus Petrus Ioannes scripsit in dicta postilla, cuius articuli tenor de verbo ad verbum talis est: Ex quo per Romanæ *ecclesiæ autenticas testificationem & confirmationem constat, regulam Minorum per B. Franciscum editam, esse vere et proprie illam euangelicam, quam Christus in se ipso seruauit, & Apostolis imposuit, & in euangelijs suis conscribi fecit; & nihilominus constet hoc per irrefragabilia testimonia librorum euangeliorum & cæterarum scripturarum sanctarum, & per sanctos expositores eorum, prout alibi est superabunde monstratum; dicti magistri in sacra pagina de ipso articulo suum dant consilium in hæc verba.*

Si dictus Petrus Ioannis hæc verba accipit secundum intellectum & declarationem decretalis Exijt qui seminat: verum dicit. Si autem intelligit, sicut ipse alibi declarat, & sui sequaces asserunt, quod regula B. Francisci sit vere & proprie idem & id ipsum, quod Christi euangelium & e conuerso, & quod dominus Papa non habet potestatem super eam, sicut nec super euangelium; vel quod quidquid est in regula B. Francisci, totum Christus ad literam seruauerit, & Apostolis imposuerit obseruandum; hoc totum simpliciter reputamus hæreticum, ridiculum, & insanum: nec istud probatur per aliquod testimonium, quod inducat. Hæc verba dicti concilij.

21 Extant in M. S. archiui Vaticani nonnulli alij articuli, ex Petri Ioannis scriptis decerpti, qui cum nefariæ doctrinæ suspicione nō carerent, transmissi fuere Pontificis iussu ad Franciscum episcopum Florentinum, postea Cardinalitia purpura exornatum, vt ipsos ad theologicum examē ad-

Damnati Petri Ioannis commentarij.

a Guid. episc. Elneu. sum. de hær. Petr. Io.

b Marc. Olysipp. l. 5. c. 23.

c Eod. lib. c. 24.

d M. S. bib. Vat. sign. n. 3765 in Io. XXII.

e Chron. Rom. Pon. M. S. bib. Vat. sign. n. 2043. et ex eo Bar. in schedis

Ex his Beguini sectarij tuebantur hæresim.

Varia Petri Ioannis scripta exitialia.

a Pegna comm. 51. in q. 26.

Dissipatū eiusdem hypocritæ monumentum.

b Ext. in M. S. arch. Vat. var. bullar. Io. XXII. pag. 89. ext. etiā typ. cusa apud Aluar. Pelag. de plā. & ecclesiæ l. 2. c. 59.

Vt maturitas consilij adhibita in dānando Petro Ioannis.

Laus regulæ Minoritariæ.

Nonnulli eius articuli iussu pontificio discussi.

18 *Quibus dictis, idem dominus noster summus Pontifex sententiam dictarum litterarum præfatarum domini Bonifacij Papæ VIII. super donatione Sardiniæ & Corsicæ regni confectarum, summatim eidem militi exposuit in vulgari: & interrogauit eundem, si vellet admittere, acceptare, facere, & adimplere omnia & singula, ad quæ se suum procuratorium extendebat, ita quod præmissa, pactis, conditionibus, & obligationibus prædictis inter eandem Romanam ecclesiam & ipsum Regem Aragonum factis & stabilitis non derogaretur in aliquo; quin potius in suo robore & efficacia permanerent. Qui quidem miles respondit, quod volebat, in quantum ad hoc se lectum suum procuratorium extendebat. Tunc dominus noster præfatus, iuxta formam oblationis eidem domino Petro infanti per ipsum dominum nostrum dudum, & postmodum præfato Regi Aragonum per suas literas factæ, prout in tenore ipsarum literarum superius inserto plenius continetur, sub modis, conditionibus, & forma prædictis, de fratrum suorum consilio medietatem duorum millium marcharum argenti sterlingorum census annui, & militaris seruitij prædictorum vsque ad x. annos proxime venturos præfato Regi Aragonum, suisque heredibus in dictarum expensarum suffragium de mera liberalitate & gratia speciali remisit: adiecto tamen per eundem dominum nostrum, quod si ipse Rex Aragonum vel heredes sui in solutione residuarum mille marcharum census annui præfati, in dicto termino festi beatorum Petri & Pauli Apostolorum facienda, quocumque anno dicti decennij forte cessarent, remissio huiusmodi de illis mille marchis pro censu ipso, quam faciebat tam pro illo anno, quo cessatum esset a solutione prædicta, quam pro toto residuo temporis dictorum decem annorum haberetur penitus pro non facta: quodque per præmissa pactis, conditionibus, & obligationibus prædictis inter eandem Romanam ecclesiam et antedictum Regem factis & stabilitis non derogaretur in aliquo; quin potius in suo robore & efficacia permanerent.*

Pactiones initas cũ ecclesia ratas habet.

De remissis ad decennium mille marchis gratias agit.

Ac consequenter præfatus miles, humiliter genuflectens, nomine dicti Regis Aragonum domini sui, dictam gratiam per dictum dominum nostrum summum Pontificem & Romanam ecclesiam, præfato domino suo & heredibus eius factam, admisit, recepit, & acceptauit, & eidem expresse consensit: & nomine quo supra recognouit præfatum Regem Aragonum dominum suum, eiusque heredes, eidem domino nostro, suisque successoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus, ac Romanæ ecclesiæ ad totum censum duorum millium marcharum argenti sterlingorum annis singulis; & ad militare seruitium supradicta pro Sardiniæ & Corsicæ regno teneri, quod idem Rex tenet, & heredes sui tenere debent in feudum ab eis, sub modis, formis, & conditionibus contentis in literis super dicta donatione confectis. Et voluit & consensit expresse procurator præfatus nomine quo supra, quod si Rex dominus suus, vel heredes sui in solutione residuarum mille marcharum census annui præfati, in dicto termino festi beatorum Petri & Pauli Apostolorum facienda, quocumque anno dicti decennij forte cessarent, remissio huiusmodi de mille marchis pro censu ipso Regi Aragonum eiusque heredibus facta tam pro illo anno, quo cessatum esset a solutione prædicta, quam pro toto residuo temporis dictorum decem annorum, haberetur penitus pro non facta: quodque per præmissa pactis, conditionibus, & obligationibus prædictis inter eandem Romanam ecclesiam & antedictum Regem factis & stabilitis non derogaretur in aliquo; quin potius in suo robore & efficacia permanerent. De quibus omnibus & singulis tam per dominum nostrum ex mera liberalitate eidem Regi de gratia speciali remissis & adiectis, quam per eundem militem nomine procuratorio Regis ipsius admissis, acceptatis, recognitis, quibus expresse consensit, mandauit nobis notarijs infrascriptis idem dominus noster summus Pontifex, quod inde faceremus vnum vel duo publica instrumenta, quæ idem miles fieri voluit, & concessit.

Cautum pontificio iuri.

19 *Cumque præfatus miles pro ampliori gratia, eidem domino suo Regi Aragonum facienda, domino nostro humiliter supplicaret, idem dominus noster summus Pontifex de fratrum suorum consilio gratiam prædictam eidem domino Regi factam, sub modo ampliauit & forma inferius comprehensa: videlicet, quod si ipse Rex Aragonum vel heredes sui in solutione residuarum dictarum mille marcharum annui census præfati, in dicto festo beatorum Petri & Pauli apostolorum facienda, quocumque anno dicti decennij forte cessarent, remissio huiusmodi de mille marchis pro censu ipso, & medietate seruitij militaris prædicti pro illo anno solummodo, quo cessatum esset a solutione prædicta, haberetur penitus pro non facta, cæteris omnibus suprapositis in sua liberalitate & gratia & adiectionibus antedictis, vt supra plenius continetur, in omnibus & per omnia in suo robore duraturis: & de hoc etiam voluit idem dominus noster, quod faceremus publicum seu publica instrumenta. Quam quidem ampliationem gratiæ, & omnia contenta in ipsa sub forma superius expressa dictus miles nomine dicti Regis reuerenter & humiliter acceptauit, & eidem expresse consensit. Acta fuerunt hæc Auinione in episcopali palatio, vbi prædictus dominus noster Papa cum sua curia residebat, anno, indictione, die, & pontificatu prædictis, præsentibus venerabilibus in Christo patribus dominis Gasberto archiepiscopo Arelatensi camerario, Ademario episcopo Massiliensi thesaurario eiusdem domini nostri Papæ, & domino Petro de abbatia canonico Valentino ad præmissa vocatis testibus & rogatis.* Quod ad aliorum regnorum vectigalia sedi Apostolicæ pendenda spectat; solutum a Roberto Rege Siciliæ pontificia syngrapha docet a. Tum etiam missos in Poloniam nuntios ad exigendum denarium S. Petri, commendatoriæ ad Vladislaum Regem & Andream e Verulis ac Petrum de Aluernia literæ ostendunt b.

Temperata non soluentis censum mulcta.

a To. 5. p. 2 ep. secr. pag. 307.

b To. 5. p. 2 ep. secr. pag. 160.

20 Interea recrudescere de proprio Christi & Apostolorum controuersiæ, nonnullis hypocritis, quos malus agebat spiritus, detrahentibus constitutionibus apostolicis, quas superioribus annis editas vidimus; quibus illorum error, qui Christum Dominum & Apostolos puro rerum vsu sine vllo iure potitos affirmabant, refellebatur. In quos in regno Balearico a Maioricarum episcopo, in Aragonio a Valentino inquiri imperauit Ioannes c. Inter cæteros Vbertinus e Casali pseudominorita iudicio postulatus d cũ lis apud sedem Apostolicam penderet, non obtenta facultate discessit; atque in vincula a Pontifice abripi iussus est. Verum ipse seueritatem elusit, confugitque ad Ludouicum Bauarum, cui vna cum hæresiarcha Marsilio in concipienda aduersus Ioannem sententia, retexendisque hæresibus postea operam nauasse, refert Mussatus e; meminitque de eiusdem impijs scriptis aduersus decreta apostolica M.S. f Vat. Vbertini g Casalis magister fuerat Petrus Ioannis Oliui, damnatus pro-

Nonnullorum pseudominoritarũ peruicacia & hæresis.

c Ib. pag. 134.

d To. 5. p. 2 ep. secr. pag. 168. & pag. 275

Vbertus e Casali factionis signifer.

e Muss. in Lud. Bau.

f M S. Vat. signat. n. 4010. in indice.

g Marc. Vlyssip. l. 8 c. 24.

Magistro Petro Ioã nis Oliui erat vsus.

Portugalliæ viri tui obitum nunciantes, non indigne amaricauerint mentem nostram, cum non potuerimus de tam deuotissimi & charissimi subtractione filij non dolere; felix tamen ipsius Regis transitus, qui deuotione ad Deum & sanctam ecclesiam clarens præcipua, & zelo fidei orthodoxæ accensus, deuote receptis sacramentis dominicis, de morte transijsse ad vitam, & in excelsis cum amicis & electis Dei obtinuisse mansionem perpetuam creditur, nobis in partem magnæ consolationis accessit.; & eiusdem Regis nati tui debita gratitudo, quam ipsum erga dictum genitorem suum gerere prædictarum literarum series indicauit, dum de ipsius animæ salute solicitus, illam per nos & cœtum fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium haberi commendatam in nostris orationibus supplicauit humiliter; cordis amaritudinem non modicum temperauit: cum hoc nobis spem tribuat, quod ipse circa salutem propriam velit intendere, ac eam studiosis operibus procurare. Ad quod eidem necessarium nunciamus, vt Deum timeat, eiusque præcepta obseruare tenaciter nō postponat, sponsam eius sanctam ecclesiam in suis prælatis & alijs personis ecclesiasticis honorando, compatiendo pauperibus, & eos ab oppressionibus defendendo; virosque Deum timentes, pacem & iustitiam diligentes ad sua consilia & officia admittendo: super quibus Regem eundem per alias nostras literas duximus exhortandum.

Sane, filia charissima, quia sicut nosti, ex præsentis vitæ fallacijs rerum mundanarum veluti corruptibilium figura præterit, & nihil quod sub sole nascitur, soliditatis habet stabile fundamentum; nec aliquem a lege mortalitatis, cunctis indictæ mortalibus, eminentia dignitatis, seu cuiusuis potestatis excusat, sed potius omnes tam diuites quam pauperes sibi iuxta voluntatis & dispositionis diuinę beneplacitum sint subiecti; excellentiam regiam deprecamur, quatenus præmissa, nec non & prædicti Regis viri tui felicem obitum, cuius animam veluti deuoti & catholici principis nos & dicti fratres nostri commendatam specialiter in nostris orationibus habuimus & habere intendimus, consideranter attendens, abstersis lacrymis, & mitigatis doloribus spiritum consolationis assumas, quo Regem natum tuum, & domum regiam tuæ circumspectionis prouidentia consoleris; ipsum ad prædicta quæ præmisimus, & alia quæ salutem suam respiciant dirigendo, maternis affectibus & sedulis exhortationibus inducendo; ad nos nihilominus fiducialiter habitura recursum super tuis opportunitatibus quæ, quantum cum Deo poterimus, & propitios reperies & benignos. *Dat. Auinione kal. martij anno IX.* Superfuisse ferunt [a] Reginam Elizabethā annis vndecim, quos in omnium virtutum genere exercuit, adeo vt sanctitas vitæ ingentibus illustrata miraculis ipsi in triumphanti ecclesia sanctorum felicitatem, atque in militanti cultum venerationemque pepererit. Erexit etiam ad constantiam scriptis eodem argumento literis [b] Pontifex Alfonsum Regem, cuius oratores ad aulam apostolicam in illo primo illius regni ingressu missos excepit [c], ipsique viros ecclesiasticos, præsertim religiosos equestres ordines, ad tundendos Saracenos institutos, enixe commendauit [d].

Solicitatur, vt filium virtutibus excolat.

a Marian. l.15.c.18.

S. Elisabetha post viri obitū diuinis rebus se totam addixit.

b To.5 p.1 ep. secr. pag.39.

c Ead. pag.

d Ibid.

Renouatū in Sardinia inter Pisanos & Aragones bellum.

e Sur. l.6. ann. c.60.

17 Hoc anno Rex Aragonum bellum Sardicum redintegrauit [e], proximoque totius insulæ liberam possessionem est adeptus: licet enim anno superiori pacem firmatam viderimus; ex quo tamen Alfonsus regni heres Sardiniæ classem soluerat, Pisani & Catalani mutuis cædibus passim se conficere cœpere; ac Pisanis oratorum opera de iniurijs agentibus [a], Iacobus auxilia in Sardiniam submisit, tum vt parta vltimo bello retineret, tum Fridericum aduersus Siciliæ Regem iuuaret. Missus vero a Iacobo Rege Bernardus e Boxados orator, qui coram Pontifice & Cardinalibus adiectas a Bonifacio in regni Sardiniæ donatione leges Iacobi nomine ratas habuit, ac pontificiam liberalitatem in remittendo ad decennium dimidio censu admisit, eaque de re publica hæc edita monumenta [b]:

a Ead. lib. c.60.

Missus orator ad Pōt. pro re Sardica.

b Ext. in lib. priuil. Rom. eccl. to.3. pag. 315. & in M.S. bibl. Vallicel. lit.B.n.12 pag.343.

In Christi nomine Amen. Anno eiusdem a natiuitate MCCCXXV. indictione VIII. Pontificatus sanctissimi patris & domini nostri domini Ioannis diuina prouidentia, Papæ XXII. anno nono, die XXI. mensis iunij, constitutus in consistorio coram sanctissimo patre, & domino nostro prædicto, ac sacro collegio reuerendorum patrum dominorum S. R. E. Cardinalium, præsentibus nobilibus clericis cameræ, notarijs, & testibus infrascriptis, nobilis miles dominus Bernardus de Boxados domini Iacobi, Dei gratia, Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, Corsicæ Regis illustris, comitisque Barchinonensis, ac S. R. E. vexillarij, ammirati, & capitanei generalis procurator & nuncius per ipsum dominum Regem ad admittenda, acceptanda, recognoscenda & facienda quæ inferius describentur, ad ipsum dominum nostrum Papam specialiter destinatus, quasdam ipsius domini Regis patentes literas, suo magno pendenti sigillo sigillatas, humiliter præsentauit & exhibuit dicto domino nostro Papæ, quarum tenor inferius inseretur, per quas idem miles de sua dicebat procuratione constare.

Quibus quidem procurationis literis coram se, & dicto collegio, nobis notario ac dicto milite præsentibus, primo publice lectis, idem dominus noster Papa quasdam alias literas eiusdem domini Regis aurea sua bulla bullatas; in quibus idē Rex fatetur & recognoscit expresse Sardinia & Corsica regnum a domino summo Pontifice & Rom. ecclesia recepisse infeudum sub conditionibus, conuentionibus modis & forma, atque tenore, qui in papali rescripto cōtinetur, facto super donatione & concessione ipsius Sardiniæ et Corsicæ regni per felicis recordationis dominum Bonifacium Papam VIII. sub certis modo et formis in ipsis literis regijs comprehensis, quarum secunda linea incipiebat: Sanctitati vestræ, tenore præsentium patefiat, &c. penultima finiebat: Bona nobis competentia & competitura in eo humani, &c. necnon & copiam alterius literæ, quam ipse dominus noster Papa eidem Regi olim sub bulla sua transmiserat, vt asseruit pro eo quod ipsa contingebant negotia, ad quæ dictus procurator & nuncius destinatus extiterat immediate mihi fecit legi, cuius tenor sequitur in hunc modum, &c. Dat. Auin. XII. *kal. decemb. pontificatus nostri anno IX.*

Iacobi Regis, profitentis regnū Sard. spectare ad sedem Ap. literas affert orator.

Ioannes, &c. Inseruntur literæ anno superiori a nobis adductæ: tum aliæ publicæ tabulæ, quibus Iacobus Rex Bernardum e Boxados procuratorem regio instruxit mandato, vt se obstringeret, remissionem illam futuram irritam, si reliquum censum pontificio fisco non inferri contingeret: tum caueret eam rem pontificijs iuribus fraudi non fore, nec leges a Bonifacio in conferenda iure beneficiario Sardinia abrogatum labefactatumque iri. *Dat. Valentiæ VIII. id. martij anno Domini* MCCCXXIV. Subdunt publicæ tabulæ,

Qui-

Hugoni episcopo Aurasicano A. S. N.

Lætanter fraternitatis vestræ recepimus literas, pacem inter charissimos in Christo filios nostros Carolum Francorum & Nauarræ, & Eduardum Angliæ Reges illustres ingenti desideratam desiderio non absque Spiritus sancti gratia in die fuisse concordatum pentecostes ad vniuersalis ecclesiæ immensum gaudium, nunciantes. Super quo illi, qui vbi vult spirat & diffidentium misericorditer corda vnit, atque conciliat iuxta suæ beneplacitum voluntatis, in humilitatis spiritu cernui gratias duximus referendas. Et quia, sicut eædem literæ continebant, optant partes, vt quousque per Regem præfatum Angliæ homagium præstitum fuerit, moram in illis partibus contrahatis, placet nobis & volumus, vt earum beneplacitis acquiescere debeatis, &c. *Dat. Auin. IV. non. iunij anno IX.* His consentiunt quæ Ioannes Villanus a scribit, ijs legibus pacem confectam, vt Eduardus clientis officia Carolo Regi solemni ritu Aquitaniæ nomine exhiberet; & quę parta bello a Carolo Valesio fuerant, a Gallis retinerentur. Verum, vt refert Vualsingamus b, Eduardus in filium Aquitaniæ ducatum transfudit, vt fidem Carolo sacramento obligaret.

Concordia confecta inter Reges sacro Pentecostes die.

a Io. Vill. l.9.c.314.

Quæ pactiones fuerint initæ.

b Vualsin in Eduar. II.

13 Nouum porro Aquitaniæ ducem Pontifex instruxit c ad sectandas virtutes, præceptisque optimis informauit, vti se in parentes & Carolum Regem auunculum gereret.

Eduardus iunior creatus dux Aquitaniæ.

c To.5.p.1 ep.secr. pag. 215.

Eduardo duci Aquitaniæ.

Quia recte ordinata principia felices solent sortiri euentus, desideranter appetimus, fili, & tibi nequaquam ambigimus expedire, vt in initio tui regiminis sic te geras & proinde prudenter, quod status tuus & terræ tuæ, te præsidente, Deo propitio de bono semper in melius prosperetur. Ad quod opportunum admodum & necessarium reputamus, vt tecum habeas viros maturos & prouidos, qui tuam salutem diligant, quorum consilijs regules facta tua; & in officijs terræ tuæ homines constituas peritia præditos & fide pollentes, pacem & iustitiam diligentes, odientes auaritiam & iniustitiam abhorrentes; inclytis Regibus charissimis in Christo filijs nostris Carolo Francorum & Nauarræ velut tuo domino speciali, & Eduardo Angliæ tanquam patri & domino cum omni deuotione & reuerentia pariturus; nec non charissimæ in Christo filiæ nostræ Isabellæ Reginæ Angliæ illustri genitrici tuæ honorem exhibiturus debitum, labores quos ipsa te in vtero gestando pertulit, & amorem sincerum, quo te prosequitur, non oblitus.

Salubribus præceptis a Pontifice instruitur.

Nec prætermittas, fili, super omnia Deum diligere ac timere, ipsiusque mandata tenaciter obseruare; ecclesias & personas ecclesiasticas pro diuina reuerentia honorando, & in suis iuribus & libertatibus confouendo, pauperibus, orphanis, ac viduis & alijs personis miserabilibus miserando, eosque ab oppressionibus & grauaminibus tuorum officialium & quorumcumque malignantium releuando. Quocirca nobilitatem tuam paternis rogamus & hortamur affectibus, quatenus sic in huiusmodi & alijs pijs operibus tuam solidare studeas iuuentutem, quod cum ad ætatem prouectiorem deueneris, & curis fueris maioribus occupatus, portes assueta suauius, ac in tam pijs actibus magis ac magis quotidie delecteris; indeque Deo mereatis fieri semper acceptior, qui te ad laudem sui nominis & rei vtilitatem publicæ perducat, sicut oramus suppliciter, in dierum longitudinem & salutem, ad nos quos, quantum cum Deo poterimus, propitios & benignos in tuis opportunitatibus reperies, recursum fiducialiter habiturus. *Dat. Auin. II. non. octobris anno X.* Similiter Isabellam Reginam est hortatus a, vt filium Eduardum virtutibus excoleret: tum vt ad redintegrandam pacem recenter initam abruptamque inter Reges omni studio contenderet. Quo etiam argumento ad Carolum & Eduardum Reges hortatorias literas dedit b. Conceperat nimirū Anglus in Regem Francorum, & vxorem filiumque odia, cum Isabella & Eduardus, spretis ipsius imperijs, redire in Angliam detrectarent c: abalienati enim ob nimiam Spenseriorum gratiam improbamque administrationem a Rege Angliæ erant. Ad quam remouendam discordiam duos episcopos legauit Ioannes d: demum rem in apertum bellum erupisse, ac Spenserios capite damnatos, Regemque exauctoratum videbimus.

a Ib. pag. 215.

Obortæ nouę turbæ.

b Ib. pag. 211. & 225.

c Io. Vill. l.9.c.314.

Missi ad eas componendas nuntij a Pontifice.

d Io. Vual vbi sup.

14 In Belgio præterita dissidia recrudvere e: cumque Ludouicus comes nonnullos Brugenses, proditionis crimine postulatos, Curtraci persequeretur, ac faces tectis, vbi agebant, inijci iussisset, tantum excitatum incendium est, vt Curtraci magna pars ignibus conflagrarit. Irritati municipij clade Curtracenses, arma strinxere in comitem: excitique in auxilium Brugenses Ludouicum, fuso eius exercitu, vinctum Brugas adduxere, ac participes comitis consiliorum, vt publicorum malorum auctores, capite damnarunt: demum arrepta f a Gallo Rege comitis clientela, missoque g Petro Atrebatensi episcopo internuntio apostolico, ob peruicaciam desixi h anathemate, ac gemino prælio fusi i, comitem Ludouicum libertati restituere: cuius fœderis leges Meyerus prosequitur l.

e To.5.p.1 ep. secr. pag.15.

Io. Vill. l.9 c.309.

Meyer. hist. Flan. l.12.

Belgium ciuili bello laborat.

f To.5.p.1 pag.15.

g Ead. pag.

h Meyer. sup. l.12.

i Io. Vill. l. 9.c.330.

Meyer. eod l.12.

l Meyer. hist. Flan. l.12.

15 In Lusitania Dionysius Rex hoc anno ineunte e viuis sublatus est, de quo hæc Ioannes Mariana m: *Anno millesimo trecentesimo vigesimo quinto septimo nonas ianuarij Dionysius Lusitaniæ Rex Scalabri decessit, diuturno regno anno quadragesimo quinto nouem mensium dierum quinque: excelsa animi magnitudine & perpetua felicitate inter principes ea ætate inclytus. Domestica dissidia, implacabileque inter patrem & filium odium ad aliquam iniuriam extrema ætate accesserunt. Corpus in Cisterciense monasterium illatum, quod eius impensa ab Olysippone sex passuum millibus ab imo totum erat extructum: pietatis id argumentum est. Liberalitatem magnificentiamque animi multa oppida constituta, alia perpetua mœnium corona, aut alijs operibus munita indicant.* Successit Dionysio Alfonsus filius cognomento fortis, quem e S. Elisabetha susceperat. Si quæ porro in vita Dionysius crimina violato iure ecclesiastico, commisisse, vel ætatis ardore in vesanos amores actum præcipitem diximus, sanctissimæ coniugis precibus obtenta cælesti gratia, ea magno sensu pietatis delibutus lacrymis deleuisse visus est, vt in consolatorijs ad sanctam Reginam literis Pontifex exponit n, dum ritu Christiano omnibus ecclesiasticis munitum sacramentis, concepta ingenti de alterius vitæ immortalitate spe emigrasse ait.

Dionysij Regis Lusit. mors.

m Marian. l.15.c.18.

Alfonsus filius succedit.

n To.5.p.1 ep. secr. pag.39.

S. Elisabetham de mariti morte solatur Pontifex.

Charissimæ in Christo filiæ Elizabethæ Reginæ Portugalliæ illustri.

16 Licet charissimi in Christo filij nostri Alfonsi Regis Portugalliæ illustris nati tui literæ nobis missæ, claræ memoriæ Dionysij Regis

Datæ ad ipsam lit.

opem ferret, occasionem nactus est a. Concitauit quidem in Etruria aduersus Guelphos grauissimos motus, illisque plures intulit clades Castrucius Gibellinarum partium Lucensium ac Pistoriensium Cæsareus legatus, vt Ludouici ostendunt diplomata b; contra vero pontificia sententia damnatus c postulatusque est crimine hæreseos, quem bellica virtute ac peritia e parua & tenui fortuna ad summas opes ac potentiam effloruisse, Marinus Sanutus in literis hoc anno ad Ingramum archiepiscopum Capuanum & Regis Siciliæ scrinij præfectum datis describit d. Contra quem Florentini, aduerso ad Topalsium attriti e certamine, Carolum ducem Calabriæ ad publicæ rei gubernacula in decennium vocauerunt f.

a Id. ib. Aut. 3. p. tit. 21. c. 6. §. 4.

Castrucius creatur a Lud. legatus imperij in Etruria.

b Ext. in append. post Rebd. chr.

c To. 5. p. 1 ep. secr. pag. 188.

d San. ep. 3 pag. 292.

e Io. Vill. l. 9. c. 305.

Solicitati sunt inter hæc Pisani multis verborum lenocinijs a Bauari oratoribus, vt more maiorum imperialem causam defendendam susciperent; sed repulsi sunt: quocirca Pontifex multis laudibus eorum constantiam atque in ecclesiam fidem extulit g, vbi nonnullis verbis Bauarum, veluti male de ecclesia meritum, quæsito ex electione iure excidisse præfatus est: *Suos, inquit, prout fida relatione didicimus, non admisistis, sed exclusistis instanter præ foribus nuntios venientes, vt ipsi velut pseudopropheta labiorum dulcedine vestram non imprauisam inde prudentiam quadam serpentis astutia seducerent in ruinā.* Afferebat Pontifici horum bellorū moles grauiores molestias, ac varios in animo æstus cōcitabat, vt ipse in literis h ad Carolum ducem Calabriæ datis testatur: *Scire, inquit, te facimus, auctore Deo, in cuius manu vita est hominis, sospitatem, qua te, fili dux, perfrui cupimus, nobis exterius adesse corpoream; interius vero vltra metas potentiæ nos languore spiritus laborare, &c.*

Aut. 3. p. tit. 21. c. 6. §. 4.

f Io. Vill. l. 9. c. 329.

Adhærēt Pontifici contra Ludouicum Pisani.

g To. 5. p. 1 ep. secr. pag. 102.

h To. 5. p. 2 ep. secr. pag. 56.

Robertus Rex expeditionem comparat in Trinacriam.

Comparabat tum Carolus princeps vna cum patre ingentem aduersus Siciliæ insulam expeditionem; ad quam discutiendam Fridericus Roberti Regis vitæ struxit insidias i, ac submisit incendiones, qui classi faces subijcerent: sed, detecta proditione, de reis sumptum supplicium. Cum vero a Pontifice expetijsset Carolus dux, vt præmia indulgentiarum signa contra Fridericum secuturis concederet, eius preces non admisit Pontifex, repulsæque hanc rationem subiecit l: *Quia non præcesserunt processus nostri contra tuum æmulum, per quos ad concedendum indulgentiam, quam olim felicis recordationis Martinus Papa prædecessor noster contra Siculos & insulæ Siciliæ occupatores concessit, procedere cum nostra decentia valeamus, habeat nos tua nobilitas, quæsumus, super hoc excusatos, &c.* Cumque Carolum belli illius conficiendi prouinciam in se suscepisse Pontifex accepisset, ob ingentia pericula, in quæ se conijceret, sibi rem ingratam accessisse significauit, pijsque monitis instruxit m.

i Io. Vill. l. 9. c. 281.

Parātę illi insidiæ a Friderico.

l To. 5. p. 2 ep. secr. pag. 59.

Car. dux Calab. ducere in Trinacriā meditatur.

m Ib. pag. 60.

Ioannes, &c. Carolo Roberti Regis Siciliæ primogenito, duci Calabriæ.

10 Te, fili, capitaneatum armatæ regiæ, mittendæ in insulam, Siciliæ suscepisse displicenter audiuimus in persona propria prosequendum, cum nobis personæ tuæ pericula, quæ Deus auertat, verentibus satis fuisset acceptius, si alius capitaneatum huiusmodi assumpsisset. *Et infra.* Cum mittas manum ad fortia, tuæ nequaquam prudentiæ innitaris; sed viros fideles & prudentes tecum habeas, quorum vtaris consilijs, teque prudenter & mature regas & alios, ac dirigas sic in omnibus actus tuos, quod personam tuam euidentibus non supponas periculis, nec omittas etiam quæ vtilia & expedientia videbuntur. Et vt virtutum Dominus actiones tuas aspirando præueniat, & adiuuando salubriter prosequatur, ipsum timere & diligere super omnia studeas, exercendo quæ sibi placita fuerint; & quæ possent eius oculos offendere penitus deuitando. Ecclesias insuper & personas ecclesiasticas semper habeas in honore, ab ipsarum iniurijs & oppressionibus penitus abstinendo: nec non pupillis, orphanis, ac viduis, alijsque personis miserabilibus pietatis & misericordiæ non claudas viscera; sed sis eis potius misericors & defensor. Redeuntibus quoque ad obedientiam, & tuam misericordiam implorantibus te pium exhibeas in parcendo, vt beatitudinis, quam viris misericordibus repromittit Veritas, participio non frauderis, &c.

Præceptis eum instruit Pontifex.

11 Accepto illius belli apparatu Alfonsus comes Vrgellensis, Aragonici sceptri heres, viginti triremes ac sex naues instruxit, vt primum Sardicam rem curaret, ac deinde redintegrandæ inter Siciliæ & Trinacriæ Reges concordiæ ratione tentata, si voti compos non fieret, patruum Fridericum armis iuuaret. Aggressus vero est Carolus Calabriæ dux Siculum bellum, vt refert Ioannes Villanus a, magno apparatu ac terrore, ineunte maio: cumque aliquandiu contrarijs ventis fuisset agitatus, Panormum frustra obsidione tentauit; idque mirum accidit, vt tertio a soluta obsidione die maxima mœnium pars spōte corruerit; ex quo in quanto periculo Panormitanorum res versatæ fuerint, constitit. Messanam etiam incassum oppugnauit, oramque maritimam euastasse contentus præcipiti æstate reuersus est, cui de felici reditu Pontifex x. kal. nouembris est gratulatus b. Caroli porro parentem Robertum Regem, cum diuinarum rerum studio se addixisset, hisce literis ad transfundendum rebus cœlestibus animum magis incendit.

a Io. Vill. l. 9. c. 297.

Panormū frustra tētatum obsidione.

Messana incassum oppugnata.

b To. 5. p. 2 ep. secr. pag. 261.

Robertus Rex diuinis rebus animum addicit.

Regi Siciliæ.

Exultantem de te, fili charissime, nuper concepimus ex auditu lætitiam, quod vt familiari cum Deo sæpe loquaris eloquio, & in conspectu suo cordis tui meditatio dirigatur, horas canonicas solicite recitas, & deuota veneratione, qua decet, cultus diuini mysterium solemnizas. Quæsumus igitur, & excitando te, fili charissime, intimo patris affectu, quo possumus deprecamur, quatenus sic delectabiliter ista continues, summa orationis dulcedine gustum tuum quasi libamine suaui reficiens, mulcens mentem, ac eius præsidio componens, & roborans vitam tuam, quod ex illorum perseuerantia, quæ sola præmium promeretur vt nosti, sentias incrementum votiuæ prosperitatis in terris, & coronam vitæ assecutum finaliter gaudeas te in cælis. *Dat. Auin xv. kal. decembris anno x.*

Gratulatur ipsi Pontifex.

12 Contulit ad redintegrandum inter Carolum Francorum & Eduardum Angliæ Reges maximum studium Pontifex c, cum quo suum Isabella Regina, vt coniugem fratri conciliaret, coniunxit: vtque facilius concordia coalesceret initæ superiori anno induciæ extractæ sunt d. Gratulatus etiam est kalend. aprilis Ioannes e Eduardo, Reginam in Gallias misisse: quæ adeo strenue ad rem perficiendam incubuit, vt sacro pentecostes festo pax constituta sit, de qua gratulatoriæ ad Viennensem archiepiscopum & Hugonem episcopum Aurasicanum extant Pontificiæ literæ f.

Pacem inter Franc. & Angl. Reges cōciliare nititur.

c To. 5. p. 5 ep. secr. pag. 16. ad 24.

d Ib. pag. 8

e Ib. pag. 21.

f Ib. pag. 12.

Ioannes, &c. Guillelmo archiep. Viennensi & Hu-

Germaniam a Bauaro notato anathemate defciuiffe; laturam auxilia Vngariam. Sed plura erant, quæ Carolum Regem a confectando anxie imperio deterrerent. Multos autem Germanos ad Carolum inclinaffe, vt collapfam maieftatem imperij reftitueret, maiorique terrore ac vi infideles adoriretur, fcripfit Bertrando tit. S. Marcelli Apoftolicæ fedis in Italia legato Marinus Sanutus a cuius verba fubijcio: *Frater Albertus de Nigrocaftro de Alemannia, qui fuit magnus præceptor fanctæ domus hofpitalis S. Ioannis Ierofolymitani de Alemannia, familiariter retulit mihi, quod principes Alemanniæ contentabantur dare coronam imperij prædicto Regi Franciæ folum in vita fua: & hoc faciebant, vt imperium aliquod bonum haberet principium, nam reuerenter loquendo, videtur mihi, quod illud ex humilitate maxima & fapientia procedebat.* At horum confilia a Bertholdo Moguntini archiepifcopi fratre in Confluentinis cœtibus difiecta fuiffe, fubdit Argentinenfis. De tentata noua Regis Romanorum electione extant pontificiæ ad Carolum Francorum Regem literæ IX. kalend. feptembris datæ b, quibus ipfi indicat, quæ Germaniæ principes in ea caufa fedi Apoftolicæ fcripfiffent, alijfque literis fignificat c, Albertum ducem Auftriæ Auftralefque grauare accepiffe datum in extrahenda Friderici electionis confirmatione refponfum, ac Ioannem Regem Boemiæ & Balduinum archiepifcopum Treuirenfem in fuas partes allicere meditatos; atque ideo admonet, vt rebus fuis confulat, quidue ad perducenda confilia agendum fit exploret: quibus literis III. non. feptembris dies afcripta eft. Boemum porro Regem ac Balduinum archiepifcopum Treuirenfem Gallorum Regi, ne eligeretur, aduerfaros fcribit Rebdorfius his verbis d: *Papa Ioannes mifit quemdam legatum in Alemanniam priorem de Tolofa de ordine Hofpitalariorum, mandans principibus electoribus & principaliter dominis Henrico Colonienfi & Mathiæ Moguntino epifcopis, de quibus fpecialiter confidebat, vt alium Regem eligerent: & cum in termino condicto præfentes conueniffent, domini Valdeuvinus Treuirenfis archiepifcopus & Ioannes Rex Boemiæ huius propofitum impediuerunt; & fic legatus reuerfus eft fine fine.* Hæc Rebdorfius. Neque his obftat Marinus Sanutus, dum in literis e ad Bertrandum Cardinalem, de quo paulo ante memoraui, narrat Boemum Regem de Carolo, cui fororem nuptui locarat, euehendo ad imperium egiffe, varietati enim temporum rerumque conuerfioni feruiunt hominum voluntates.

a Marin. San. ep. 17. — Nonnulli Germani ftudere Gallo. — Diffipata tandem confilia. — b To. 5. p. 2. ep. fecr. pag. 210. — Tentata noua Regis Romanorum electio. — c Ib. pag. 211. — d Rebdor. in chr. — Miffus ad eam promouendā legatus. — Rex Boemiæ & archiep. Treuirenfis illam difcuziunt. — e Marin. San. ep. 17.

8 Fuere itaque vera comperta Ioannis Papæ monita Carolo Regi Francorum data, ipfum votis non potiturum, nifi acerrimis ftudijs illa confectaretur: inferret nimirum Ludouico Bauaro, hofti ecclefiæ iudicato, bellum: Pontifex enim reliquos Reges finitimos ad figna in Ludouicum attollenda, vt Ioannem Boemiæ & Vvladislaum Poloniæ Reges, ac plures alios principes concitare ftuduit f: traxitq; Polonus in Brandeburgico bello Lithuanos infideles armorum focios; vnde non leuem Ioanni creatam inuidiam indicat Rebdorfius g.

f To. 5. p. 1 ep. fecr. pag. 52. — Rex Poloniæ contra Ludouicum incitatus. — g Rebdor. in chr. — Lithuanos in Brandeburg. marchionatū im mittit.

Vertiffe Ludouico Bauaro crimini Pontificem, non adepta confirmatione fiduciarium imperij marchionatum Brandeburgenfem filio contuliffe, fuperius vidimus: ferebat enim ægre Bauarum potentiam fuam auxiffe eo principatu, quem cum Vvladislaus Loktckus Rex Poloniæ cum exercitu inuafiffet, de re vt præclare gefta idibus iulij gratulatus illi eft Pontifex a: neque ex eo fufcepto bello ipfius gloriam apud quemquam obfcurari poffe: fi eius oratores in aula pontificia traxiffent moras, vt veniam daret rogauit b; Reginæque Hedvvigi de effufo in Romanam ecclefiam ftudio gratias egit c. Meminere hiftorici d de bello Brandeburgico a Polonis gefto eo confilio, vt Brandeburgenfes a fœdere equitum cruciferorum diuellerent; ac Lithuanos belli focios plura crudeliter & barbare egiffe: at præter Pontificis voluntatem: ex eo tamen poftea a Bauaro fumpta eft inuehendi acerbiffime in Ioannem occafio, ferendæque in eum nefariæ fententiæ e, de qua fuo loco agetur. Nunc ad inftitutam orationem regredimur. Solicitati quoque a Pontifice in Ludouicum Bauarum alij principes, Slauiæ, Glogouiæ, Lothomeriæ duces f comefque Spainhem g, ne illius filium marchionatus Brandeburgici poffeffionem inire finerent.

a To. 5. p. 2 ep. fecr. pag. 52. — Gratulatur illi Pōtifex. — b Ib. pag. 51. — c Ibid. — d Chr. l. 11 & alij. — e Ext. apud Nic. Min. M.S. Vat. bibl. fign. n. 4008. pag. 25. & in M.S. fched. Valli.

Præfertim cum nullum ius, Ioannis verba funt, *vt veftram prudentiam latere non credimus, fibi competat in eodem: nec dictus dux de illo potuerit aliquid difponere, ficut in noftris proceffibus contra eum, fuis culpis grauibus exigentibus, per quos reuocare debuiffet, quidquid de facto & indebite attentauerat, fuper his plenius continetur; fcituri, quod obedientes dicto Ludouico, feu fibi præftantes fuper dicto marchionatu auxilium, confilium, vel fauorem, excommunicationis & alias graues fpirituales & temporales pœnas & fententias contentas in eifdem proceffibus incurrere dubium non exiftit, &c. Dat. Auin. IV. id. augufti anno IX.* Vetiti alijs literis h Brandeburgenfes ftudere Ludouici filio, quem de parentis manu nullo iure principatum accepiffe ait; pœnafque fi cum ipfo fenferint, apoftolicis diplomatibus comprehenfas incutit. Neque de ea feueritate quis iufte queri poteft, cum Romanos pontifices eorum, qui percuffi funt anathemate, fequaces cenfuris percellere confueuiffe, tum a Card. Baronio, tum a nobis in fuperioribus tomis demonftratum fit.

f To. 5. p. 2 ep. fecr. pag. 54. — g Ib. pag. 52. — Contēdit Ludouicū marchionatum filio conferre nō potuiffe. — h Ib. pag. 177.

9 Non porro in Germania modo Ludouicum Bauarum ac fequaces, verum in Italia ii fectatus eft Pontifex. Acceperat is recentem a Mediolanenfibus Vicecomitibus cladem, cum ipfi vicum, cui S. Domnini nomen inditum, in Parmenfi agro menfe martio expugnaffent i, vt ex eo in Etruriam ac Liguriam bellum traducere, ac Gibellinis contra Guelphos ferre auxilia poffent. Pertimuit Pontifex, ne inde, vt contigit, ad reliquam turbandā Italiam hoftis excurreret; Bertrandoque legato recuperandæ eiufdem loci prouinciam dedit l, ac folicitauit m Genuenfes n, vt auxiliares copias, ne in priores bellorum fluctus & difcrimina conijcerentur, cum legato conferrent. Obfecuti funt Genuenfes pontificijs precibus, quibus Ioannes de balliftarijs in Infubriam miffis gratias egit o. Poftulari p etiam vna cum pluribus alijs Florentini, vt copias egregie inftructas ad legatum mitterent: Coegerat is hoftem ad fummam rerum inopiam, cum Scaliger Veronenfium, Paffarinus Mantuanorum, atque Ateftini marchiones Ferrarienfium præfecti, iuncta armorum focietate, commeatus obfeffis innexere q; indeque Azo, vt Caftrucio, qui Lucenfibus dominabatur, aduerfus Florentinos cum copijs opem

Ab ijs eadem accipit. — i Io. Vill. l. 9. c. 289. — Genuenfes imminentis periculi præmonet. — l To. 5. p. 1 ep. fecr. pag. 93. — m Ead. 103 — n Ead. pag. — o To. 5. p. 2. ep. fecr. pag. 357. — p To. 5. p. 3 ep. fecr. pag. 95. — q Io. Vill. l. 9. c. 307.

si quos habent, reddent si in cœptis perstiterint se indignos. *Dat. Auin. VII. kalend. augusti anno IX.*

Adhæret Pontifici Leopold⁹. a Io. Vill. l. 5. c. 315. b Chron. Elvvang. Ludouicū ad Burgra uium fun dit. c To. 5. p. 1 ep. secr. pag. 49. Flagitant a Pontifice Germani, vt Fridericū Regem confirmet. Respondet Ioannes, non oblatum electionis illius decretum. d To. 5. p. 2 ep. secr. pag. 158.

5 Perstitit in suscepta sententia, & cum Ioanne Papa ac Francorum & Siciliæ Regibus, Florentinisq; fœdere Leopoldus a: atque hoc ipso anno Ludouicum, dum Burgrauium obsidebat, fudit fugauitq; b Cum vero Pontifex Fridericū, vt vincula euaderet, sua ad imperium in Ludouicum iura trāsfuderat, pristinis iuribus ex electione quæsitis restituisset c; Bauarum vero vt hostem ecclesiæ omni iure priuatum, ac sceptro indignum pronuntiasset, nonnulli Germani diuturnæ pertæsi discordiæ, missis oratoribus ad Auenionensem aulam, flagitarunt vt Fridericum, excurrente breui tempore, Regem Romanorum declararet: ægre enim ferebant tot annis ancipites & incertos, quem agnoscerent, fluctuare. Quibus respondit Ioannes, non oblatum sibi de Friderici electione decretum, neque illius iura discussa: quæ si proponerentur in iudicio, ex legibus sententiam se laturum, deque his Ioannem episcopum Argentinensem docuit d.

Ioannes, &c. Ioanni episcopo Argentinensi.

Sane frater, mirati fuimus admodum, quod nuncij prædicti electionem, de magnifico viro Frederico duce Austriæ in Regem Romanorum dudum discorditer celebratam, decreto electionis non oblato, nec data informatione alia super ea, coram nobis petierunt infra breuis temporis spatium confirmari. Et vt responsionem, quam super propositis huiusmodi fecimus, non ignores; ecce quod tam ipsis nuncijs verbo, quam dilecto filio nobili viro Alberto duci Austriæ literis taliter duximus respondendum; videlicet quod super ipso negotio parati sumus prompte, & expedite cum fratrum nostrorum consilio, sicut & requirit negocij qualitas, iustitiam exhibere; & adhuc gratiose & fauorabiliter, quantum sine Dei offensa, suæque sanctæ ecclesiæ præiudicio, ac iniuria principum, ad quos electio Regis Romanorum promouendi in Imperatorem pertinere noscitur, poterit fieri, cum hoc opportune postulatum fuerit, nos habere. *Dat Auinione II. non. septembris anno X.*

Laturum se iustam sententiā, cum id a sede Apost po stulabitur

e Rebdorf. in annal. Albert. Argent. in chron. Ioānis cōsilium de imperio ad Gallos transferē. do. f To. 5. p. 2 ep. secr. pag. 154. g Ib. pag. 214. h Io. Vill. l. 9. c. 294. i To. 5. p. 1. ep. secr. pag. 15. l Ead. p. 1. ep. secr. pag. 52.

Non assensit æquissimo responso Albertus, ac Pontifex apud Germanos in suspicionem adductus est e, ex innato in patriam studio illi imperium inferre moliri, apud quam summum iam sacerdotium peruenerat, ac repente mutata rerum facies est. Nam & populi Australes ad Ludouici partes se contulere f: Albertus dux Ioannem Regem Boemiæ & Treuirensem archiepiscopum ad fœdus cum Ludouico & Friderico trahere studuit g: Bauarus & Austriacus electi partiri inter se imperium ducentes potius, quā si omnino ab eo excluderentur, sancito nouo fœdere (priori enim ad Ludouici gratiam Fridericus regno abscesserat) h in eas concordiæ leges descendere i, vt alter Germanicum, Italicum alter regnum capesseret: ex quo cum pontificijs rebus ac fœderatis Guelphis haud dubium exitium immineret, Carolum Gallorum Regem in consectando imperio remissum animis fuisse incusauit l Ioannes, ex eoque studia pontificia intepuisse, ostendendum ea occasione ærarium, excutiendum in rebus agendis languorem, occupandum tempus antequam efflueret: significatum sibi, Fridericum fidem Ludouico deuinxisse, proque eo in gratiam apud sedem Apostolicam restituendo intercessurum; ac si repulsam tulerit, ipsum recepta imperij parte arctissimum cum Ludouico fœdus coniuncturum.

Carolo Regi Francorum illustri.

a Ib. pag. 15. Electi Reges Germaniam Italiamq; inter se partiti.

6 Diligenter a percepimus quæ continebant literæ regiæ, & transcriptum literæ de Alamannia excellentiæ regiæ destinatæ: & antequam nobis fuissent præsentata, per dicta illius, qui de Alamannia prædicta scripserat, literas receperamus; & non tantum eadem, quoad familiaritatem & amicitiam illorum ducum incredibilem, continentes adhuc fidedignorum receperamus literas quod dictorum ducum ad hoc intentio ferebatur, quod liberatus deberet remanere in Alamannia sub titulo regio, & illud ab ipso recognoscere liberante; liberans autem sub imperiali titulo deberet ad partes Italiæ se transferre, vel si liberanti esset acceptius, liberatus pro eo deberet ad partes Italiæ proficisci: creditur tamen quod, spretis periculis, liberans eligat Italiam visitare. [Extant b de eiusmodi seu diuisione, seu societate imperij pacta inter Ludouicum & Fridericum publica documenta, quæ a Cuspiniano referuntur, septima septembris huius anni die consignata, & repetuntur ab Hervvatto c ludibrij gratia, ea quippe vt commentitia refellit. At cum arcanis pontificijs literis consentiant, non conficta esse constat: neque conuincit idem auctor falsitatis, adductis prioribus tabulis, siquidem diuersas pactiones varijs temporibus ob rerum conuersiones initas exploratum est. Pergit Pontifex, quem illud Friderici & Ludouici arctissimum fœdus vrebat, in literis ad Gallorum Regem datis.]

b Apud Cuspinianum Austr. pag. 638. c Hervv. ad hunc ann. n. 34. &c. Refellitur Hervvattus.

Monitus Rex Francorum, vt his occurrat.

Profecto, fili charissime, si conceptus isti, quod absit, producerentur ad partum, multa possent pericula, & vtique ampliora quam considerari valeant, prouenire. Ideoque prouidentia regia, tepiditate deposita curet super hoc vigilare: res enim sic adhuc sunt dispositæ, vt regium possit vt prius desiderium adimpleri, quod forsan non poterit, si prædicti possint suum propositum stabilire. Tepiditas regia multum negotio obfuit, quia & nos reddit & reddidit tepidos & morosos. Literam illam, per quam de regio thesauro nil emittitur, tenuit magnificentia regia iam fere per annum, licet sæpius spes data fuerit transmittendi. Excutiat circumspectio regia, quæso, hunc torporem; & operetur si ad hoc intendat, dum dies est: nox enim superuenire poterit, in qua non poterit operari. Solicitatur, sicut intimatum est nobis de illis partibus, is qui regali excellentiæ insinuauit prædicta, vt nostram liberanti debeat gratiam impetrare: quod si non posset fieri, se cum illo velit coniungere, & de imperio recipere quidquid volet. Scribenti rescripsimus, prout vidimus expedire. Ex multis, quæ audiuimus, credimus quod nondum liberatus de modo liberationis, & factis in ea promissionibus suis fratribus exposuerit veritatem, &c. *Dat. Auin. III. kal. augusti anno IX.*

Posse adhuc votis potiri, si segnitiem excusserit

7 Non hisce stimulis Carolus Francorum Rex excitatus est, vt ad subijciendum sibi imperium cum Germanis alijs beneuolentia & promissis splendidis, cum alijs ferro, cum alijs auro certaret: de quo, deque Leopoldo duce Austriæ, qui Ludouici odio, ac fratris liberandi causa traducere ad Carolum imperium studuerat, narrat Mutius d Leopoldum ipsū in Gallias se cōtulisse, & Carolum Regem vrsisse, vt Ludouico bellum inferret; res maximas geri facile posse: Ger-

Leopold⁹ Francum incitat, vt imperiū corripiat. d Mut. chr. Ger. l. 24.

ſiue clerici, comites, liberi, vaſalli, aut alij quocunque nomine, id facere noluerint; contra illum & illos debent Regi auxilium ferre cum corpore & bonis ſuis ſine fraude & dolo tamdiu, quoad ille vel illi ſua feuda accipiant a Rege; illumque agnoſcant, & habeant pro ſuo vero domino, eique obediant ac ſubditi ſint tanquam Romano *Regi de iure; præter illos octo ſupradictos, ſcilicet Charinthium, Badenſem, & alios principes, qui vna cum ducibus, ſua feuda abſolute abſque omni contradictione accipere debent a Rege, etc. Facta & ſcripta eſt in Transnicht die mercurij ante dominicam, qua cantatur lætare.* Cum has concordiæ pactiones reſpueret Leopoldus, ad eum ſibi conciliandum ſtudium omne conuertit Ludouicus.

2 At contra Pontifex, cum ſolutum vinculis Fridericum audiſſet, Leopoldum eſt adhortatus [a], ne fœdus cum Ludouico iungeret, neue in colloquium cum ipſo ſaltem in loco ſuſpecto deſcenderet, datamue Regi Francorum fidem violaret; ſed potius pontificiam ſententiam, vltimo latam in Bauarum, diuulgandam curaret coram Friderico fratre: ad quem etiam Fridericum extant pontificiæ literæ [b], quibus de Ludouico exauctorato, cenſuriſque defixo fit certior, & omni religionis, qua ſe ipſi deuinxiſſet, nexu ſoluitur. Qui tamen eidem Ludouico coniunctus hæſit, ac Regem & principem ſuum profeſſus [c], ſocios & ſequaces populos proceresque in Bauari obſequium publicis literis pellicere ſtuduit. Cum vero initas inter illos pactiones Leopoldus aperuiſſet Pontifici, Ioannes eas vt iniquas damnauit, contenditque ipſos de ijs, quæ ad ſe non ſpectarent, paciſci non potuiſſe; ac Leopoldum monuit [d], vt ab eorum fraudibus ſibi caueret, cum grauiſſima ſubeſſet ſuſpicio, illos inter ſe geſta & conuenta non aperire, atque ex aliorum damnis ſua commoda conſectatos.

a To. 5 p. 1 ep. ſecr. pag. 49.

Damnat Pontifex pactiones a Frid. initas cum Bauaro.

b Ead. pag. 45.

c Ib. pag. 52.

d Ead. ep. pag. 52.

Ioannes, &c. Luipoldo duci Auſtriæ.

Percepimus quid, iuxta relata tibi per germanum ijs diebus præteritis a carceribus liberatum, inter ipſum & liberantem in ipſa liberatione fuerit ordinatum; quidque a te & tuis alijs fratribus ab ipſis fuerit poſtulatum: ſuper quo tuam beneuolentiam plurimum in Domino commendantes, eidem referimus gratiarum vberes actiones. Profecto, fili, ordinationem ipſorum non indigne reputamus temerariam & inſanam; velut de his, quæ ad ipſos non pertinent attentaram; & quæ in eccleſiæ Romanæ, electorum quoque, ac totius rei publicæ præiudicium & iniuriam, ſi (quod abſit) procederet, redundaret.

Vergere eas in dedecus eccleſiæ & electorum ait.

Petitiones autem prædictæ fraudulentæ ſunt, per quas ſua venantur commoda, non ſine tuo fratrumque tuorum tam corporali quam ſpirituali incommodo euidenti. Per primam quidem ſatagunt te fratreſque tuos prædictos ſuæ ſubijcere ditioni, quorum alter veſter eſt capitalis æmulus; quique, ſi diem illum videre poſſet (quod auertat Dominus) non poſſet de veſtris diſpendijs varijs ſatiari. Per ſecundam autem petitionem a deuotione Dei & ſanctæ matris eccleſiæ ac noſtra, in qua perſtitiſtis viriliter hactenus, & vt tenemus indubie perſiſtetis, retrahere vos laborant; & ad hoſtis Dei & eccleſiæ obedientiam inclinare, eiuſque vos ſubdere ditioni.

3 Sane fili quia, ſicut noſti, virtuti non minus aſcribitur, quam acquirere, parta ſeruare; circumſpectionem tuam prouidam, & prouidentiam circumſpectam duximus exhortandam, tibi & nihilominus ſano conſilio ſuadentes, quatenus fel & venenum, quæ ſub petitionibus huiuſmodi latitant, cogitans & recogitans diligenter, ipſas a tuo cures abijcere animo; & contra illas more ſerpentis, cuius in hac parte prudentia commendatur, aures tui cordis ſtudeas obturare: ac amicitiam Dei & eccleſiæ, ac noſtram & cunctorum eccleſiæ fidelium, quas per actus tuos fideles & ſtrenuos merito quæſiuiſti, in ipſis immobiliter perſiſtendo, ſtudeas omni diligentia ſedula obſeruare, conſideranter attendens ſapientis conſilium ſuadentis, ne inimico tuo te credere debeas in æternum, quia eius nequitia more æruginat æramenti: ſed & ſi humiliatus curuus incedat, animum tuum ab illo abijce, teque ab illo perinde cuſtodi: *Eſt enim qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo.* Sed & ſi vocem ſuam ſumpſerit, caue ne credas te illi, quoniam ſeptem nequitias in ſuo, te vt decipiat, corde gerit.

Ne fidat hoſti Leopoldum monet.

Qualem autem ad fratrem tuum prædictum ante liberationem eius geſſerimus animum, qualemue ex quo extitit liberatus, ex oblatis per nos tibi & tuis nuntijs, & literis deſtinatis tuam credimus prudentiam plenius informatam. Quomodo autem tam in liberatione ipſa, quam poſtea noſtram & Apoſtolicæ ſedis gratiam conſeruare, ac ampliorem ſtuduerit promereri, quæ geſſit in ipſa liberatione ac poſtea, & quæ gerere & procurare continue non omittit, hæc arguunt quæ ſcimus tuam prouidentiam non latere. In ipſa quidem liberatione cum hoſte Dei, & perſecutore eccleſiæ execrabili fœdus & amicitiam copulauit, & inſuper ad contrahendum parentelam cum ipſo contra ſtatuta canonum ſe aſtrinxit. Nec his contentus, te fratreſque tuos, quantum in eo fuit, a deuotione noſtra ſubduxit & eccleſiæ, & illi tuo ſingulari æmulo nos coniungere laborauit; cõmunitates & principes ad eius obedientiam verbis & literis nihilominus pertrahendo, ipſumque nominando Regem & ſuum dominum, & eidem fauendo & totaliter adhærendo; non attendens pericula, quæ per proceſſus noſtros incurrunt talia facientes.

Queritur de Friderico Auſtriaco.

Appellaſſe Ludouicum Regem.

4 Rurſus ſi diligenter attendens quantum ipſum poſt liberationem repereris varium, ne dicam mendoſum, vide quantum nos & tu de eo confidere, quamdiu in his perſtiterit, valeamus: cum indubie ſupponamus, quod de ijs, quæ inter ipſos acta ſunt, nondum tibi aperuerint veritatem. Linguas ſiquidem ſuas tam liberatus quam liberans videntur docuiſſe loqui mendacium, & vt iniqua perpetrent, conueniſſe. Propterea ſuum fecerunt conuenticulum, omnibus ſuis neceſſarijs prætermiſſis, contenti ſolis ſuis duobus confeſſoribus, quibus forſan omnia non panderunt. Hoc enim habent peruerſa tractantes proprium, vt lucem odiant, nec ad lucem libenter veniant, ne forte ſua opera arguantur. Deduc itaque fili, quæſumus, præmiſſa omnia in conſiſtorio rationis, illaque diligenter examina, eorum finem inſpiciens, vt paratos tibi laqueos valeas euitare, nec eorum conſilia verearis: ſperamus enim in Domino, quod ipſe illa velut exoſa ſibi merito diſſipabit. Perſta igitur, fili, in cœptis tam laudabiliter: nobis enim videtur indubie, quod continue a ſuo propoſito ſe elongent, quodque vt in foueam, quam tibi & alijs fidelibus parauerunt, incidant ſe diſponant; ac honore, quem ambiunt impudenter aſſumere, carebunt merito, & habitis, ſi quos

Non ſincere agere.

Qui inter Ludouicũ & Fridericum cõcordiæ fuerint interpretes.

erumperent præcidenda, intentato anathemate, ijsdem equitibus apostolico pro imperio præcepit, ne similia vnquam auderent; restituerent præsulibus ecclesiasticis ac Rigensibus erepta, neque vllam ijs molestiam inferrent: deuincti censuris tum ijs, qui vulneratos in certamine commilitones religiosos necarent, tum, qui tam horrendo sceleri consentirent: cauerent, ne venientes ad sedem Apostolicam interciperent: coitiones ac sacramenta, quibus ecclesiæ auctoritati detraheretur, conuulsa: colerent ecclesiasticos, atque ab iniurijs quibuscumque illis inferendis, aut templis violandis temperarent: sinerent neophytis ecclesias extrui, in quibus lege Christiana erudiri atque excoli possent: ipsos non modo non opprimerent, sed etiam officijs prosequerentur: sacerdotes, qui ad disseminandum apud infideles euangelium, ac proferendos religionis Christianæ fines se conferrent, saluos & incolumes tuerentur; quos si forte quapiam in re violarent, tam sceleris auctores, quam cæteri omnes, ad quos quoquo modo ea criminis labes pertineret, anathemate damnati. Quæ sanctio IV. *id. februarij pontificatus anno* VIII. est consignata.

Eas emendare iussit Pontifex.

In Polonia Henricus dux Haleciæ & Posnaniæ, idemque Poloniæ heredem se gerens, datis ad Pontificem literis [a], Glogouiæ peruigilio S. Ioannis huius anni, professus est a se clientelæ nomine Romanæ ecclesiæ censum persolutum iri; quæ literæ in M. S. Nicolai Cardinalis Aragonij extant: hisque aliæ adiectæ [b] Vvladislai Regis Poloniæ datæ Cracouiæ in peruigilio S. Trinitatis, quibus denarium S. Petri pensitandum pollicetur, poscitque vt apostolica auctoritate Poloni ad profirendam in Tartaros crucis accepto symbolo, religiosam militiam concitentur, atque auxilia ad eorum retundendos conatus efflagitat.

Poloniæ ecclesiæ vectigalis.

a *Ext. in M.S. Nicol Card. Aragon. sign. lit. C. pag. 139.*

b *Ead. pag. 139. et in alio M. S.*

54 Claudimus hunc annum insigni prodigio. Narrat Ioannes Villanus [c] sacro epiphaniæ die in Prouincia Guillelmi Corni animam, quæ paulo ante e corpore migrauerat, se pluribus videndam obiecisse, multaque admiranda de alterius vitæ rebus & pœnis purgatorij dixisse. Cumque plurimo hominum comitatu stipatus prior Prædicatorum eo accessisset, atque aduersus diabolicas fraudes sacratissimam hostiam clam detulisset, spiritus Saluatorem mundi delatum pronunciauit. Eadem refert S. Antoninus his verbis [d]: *In prouincia Prouincia in ciuitate dicta Alesio circa illud tempus hoc accidit mirum, vt refertur in chronico. Apparuit quidam spiritus, qui asserebat se esse animam cuiusdam, qui de propinquo mortuus fuerat in ciuitate illa: vtrum autem audiretur tantum, et non videretur; vel videretur, et in qua specie appareret, non clare habetur. Mira hic spiritus referebat de alia vita, & de purgatorio. Prior autem conuentus ordinis Prædicatorum, qui erat in illa ciuitate, vir venerabilis conuersationis, accessit ad illum, occulte secum deferendo sacramentum corporis Christi ad obuiandum fraudibus diaboli, si forte esset opus eius: & cum dictus prior examinaret illum, & adiuraret in præsentia plurimorum hominum, hoc cognoscens ille spiritus, dixit priori: Tu habes tecum verum Deum saluatorem mundi. Sub adiuratione vero inquisitus plura secreta manifestauit; addens demum, quod propter merita eius & fratrum cito haberet requiem.*

c *Io. Vill. l. 9. c. 234.*

d *Ant. 3. p. tit. 21. c. 5 §. 8.*

Anima cuiusdam defuncti regressa in domum.

Mira de altera vita narrat.

Cognoscit delatam clam Eucharistiam.

IESV CHRISTI

Annus 1325.

IOANNIS PP. XXII. annus 10. VAC. IMP. OCCID. 12. ANDRONICI IMP. OR. 42.

1 Annitebatur ad imperium occidentis Carolus Francorum Rex [a], eiusque causam Romanus Pontifex promouebat anno Christi millesimo trecentesimo vigesimo quinto indictione octaua, cum spes affulgeret, si Carolus eueheretur ad imperium, optime rei Christianæ consultum iri: ob illius enim potentiam, cui suam etiam Siciliæ & Vngariæ Reges, Gallico sanguine sati, coniungendam offerebant, sopienda bella ciuilia, obterendos hostes ecclesiæ; cæterosque perduelles ad officium reuocandos, denique sacram in Saracenos expeditionem, cui se Carolus deuouerat, ab ipso, coniuncto cum Galliarum & Nauarræ regnis imperio, felicioribus auspicijs contra soldanum Babylonium promouendam. Dissipata tamen ea consilia, cum Ludouicus Bauarus omni contentione pro asserendo sibi imperio contraria studia conferret. In primis quidem cum solicitatum ad bellum sibi inferendum ab Austriacis ducibus Francorum Regem ob tentum in diuturni carceris squalore Fridericum, pluresque ob id a se abalienatos videret; fœdus cum Friderico ea lege, vt omni ad imperium iure discederet, inijt [b] mense aprili: quam concordiam ipsius fratres, excepto Leopoldo, admisisse refert Ioannes Villanus [c]. Huius vero fœderis & pactionum formula ex monumentis Bauaricis affertur a Georgio Hervvarto [d], cuius præcipua decerpimus capita.

Carolus Francor. Rex ad imperium annititur.

a *To. 5. ep. secr. pag. 15.*

Initum a Bauaro fœdus cū Friderico.

b *Io. Vill. l. 9. c. 315.*

c *Eius chr. Elub. e Io. Vill. l. 9. c. 294.*

d *Hervv. ad hunc ann. n. 39.*

Primo, prædictus dux Fridericus renunciare debet clare & omnimode regno, & omni iuri, quod in illo habere posset, & debet literas, quibus eligebatur, si electio vocari posset & omnes alias literas, quæ ipsum ad hoc iuuare ac promouere possent, a quocumque hæ illi datæ & in quacumque forma scriptæ sint, reddere Regi sine omni fraude & dolo: neque etiam regnum vnquam ambire vlla ratione, neque per vllius voluntatem aut instantiam, nec in eo vllum obstaculum a quocunq; inductus aut irritatus, siue ab eo qui se Papam nominat, scilicet Ioannem a quo, Fraticellorum errores secutus, desciuerat Ludouicus; *siue a quouis alio Regi opponere quam diu Rex viuit.*

Fridericus controuerso iure imperij abscedit.

Deinde debent prædicti duces omnes quinque, nimirum Austriaci, *Regi restituere quicquid de imperio tenent & occuparunt, siue sint dominia, ciuitates, & in vniuersum terra, homines, & bona quocunque nomine, & quicquid de his oppignerarunt; siue etiam quod ab alijs Imperatoribus & Romanis Regibus Regis antecessoribus oppigneratum est, aut oneratum, id omne debent redimere & liberare. Debent etiam omnes quinque cum Rege fœdus inire æternum, cum eo & eius liberis permanendi, & illos iuuandi contra quoscunque, quocunque dictos nomine, clericos & laicos, & nominatim contra illum, qui se Papam dicit; omnesque eius adiutores ac fautores, quamdiu is contra Regem & regnum est.* Et infra. *Debent etiam procurare, vt omnes principes, siue laici siue clerici, comites, liberi, vasalli, & alij quocunque nomine, qui in illorum ministerio hactenus fuerunt propter bellum, feuda sua recipiant a Rege, & illum agnoscant & habeant pro suo domino, illiq; obediant tanquam Romanorum Regi de iure. Et quicunque principes, siue laici siue*

Sequaces in Lud. obsequium adducere spondet.

te Domino, per circumspectam Apostolicæ sedis prouidentiam, quod ab huiusmodi molestijs, damnis, & iniurijs tibi de cætero inferendis penitus resipiscant; tecumque fraterne teneantur viuere, & in pace, sine qua non congrue colitur pacis auctor. Et nihilominus, cum simus omnibus, secundum Apostolum, in iustitia debitores, super huiusmodi articulis, causis, & quæstionibus, quos & quas cum dictis magistro & fratribus, vel aduersus eos te habere proponis, post tuæ felicis conuersionis auspicium adeo fauorabilis iustitiæ plenitudinem ac defensionis præsidium tibi tuisque natis & regno exhibere proponimus, quod tu, qui nos dictosque Cardinales fratres nostros in patres cum eisdem filijs tuis, vt præmittitur, elegisti, merito gaudere poteris tales elegisse patres; teque in nobis & prædicta Romana ecclesia id, quod in patris & matris auxilio reperire speraueras, inuenisse. Sed & memoratis episcopo & abbati dedimus in mandatis, vt omnia inter te dictosque magistrum & fratres in dictis partibus agere studeant & tractare, quæ ad cultum & laudem Dei, exaltationem catholicæ fidei, honorem Apostolicæ sedis, releuationem ecclesiarum & pauperum, animarum salutem & corporum pertinebunt.

Secundū leges pronuntiaturum.

Ideoque magnificentiam tuam rogamus, monemus, & hortamur attente, quatenus eosdem episcopum & abbatem pro diuina, dictæque Apostolicæ sedis, ac nostra reuerentia, immo potius nos in ipsis benigne recipiens, & honeste pertractans, eorum salubribus monitis acquiescas; sisque Christianis catholicis, qui apud te degunt, pius & misericors, beneuolus & benignus; & permittas, quod ijdem episcopus & abbas aliæque personæ idoneæ, gratiam euangelicæ prædicationis habentes, quas ad huiusmodi prædicationis officium duxerint assumendas, Christianis eisdem alijsque infidelibus tibi subditis euangelizare libere valeant Iesum Christum. *Dat. Auinione.*

Hortatur, vt orthodoxos foueat.

51 Ad Lithuanos Rhutenosque, ad fidem catholicam redeuntes, arctiori vinculo ecclesiæ adstringēdos, Theutonicos equites religiosos, qui atroci ipsos diutius bello afflixerant, ab inferenda illis vlla molestia abducere studuit. Significauit igitur, vt Gedeminnius Rex diuino radio a Patre luminum, a quo omne donum optimum & omne donum perfectum descendit, collustratus Christianam fidem suscepisset suaque Apost. sedi obsequia detulisset, atque adeo ad ipsius subditos in euangelicam lucem adducendos episcopum Electensem atque abbatem Bertrandum mitti flagitasset. Ne vero res disturbaretur, ipsos ad componendas omnes controuersias, quæ cum eodem Rege ipsis intercederent, est adhortatus [a].

Datæ ad cruciferos literę.

a An. 8. p. 1 ep. cur. 17.

52 Interea confirmatæ sunt a Pontifice [b] hoc anno fœderis inter Gedeminnium & Liuones Vilnæ initi superiori anno leges, ac fœdifragis censurarum incussa religio. Refrixisse porro in egregie cœptis pium Gedeminnij ardorem, atque in veteribus tenebris inuolutum hæsisse, refert Crantzius his verbis [c]: *Nihil cunctatus Pontifex annuit postulatis, mittens episcopum cum abbate & clero competenti: qui vbi in Liuoniam peruenere, perducti sunt, annitente archiepiscopo Rigensi* (is erat Fridericus) *memorato, in conspectum Letuaniæ principis. Exposito legationis suæ mandato, cum barbarus vir iam animum mutasset, in hanc sententiam fertur respondisse: Papam vestrum nec noui nec nosse cupio. Fidem ac religionem, quam paterna traditione accepi, in ea permanebo, certans pro illa a sanguine vsque ad mortem. Legati vbi audiuerunt, deiectis in terram frontibus, non læti redierunt, tantum itineris tantum periculorum per mare per terras emensi: sic se res habet. Antiquus ille hostis princeps tenebrarum, Ægypti tyrannus Pharao non dimittit populum Domini, nisi in manu forti.* Sequenti porro anno Gedeminnium Regem filiam Vuladislai Loktcki Regis Poloniæ filio Casimiro, demissis pro dote captiuis Polonis iunxisse, illamque solemni ritu in Cracouiensi templo baptismalibus sacris initiatam Annæ nomen accepisse, tradunt auctores [a]. Sancitum inde inter Polonos & Lithuanos fœdus, ac finitimas prouincias, quæ Lithuanico bello continuis fœdatæ excursionibus atque in solitudinem redactæ fuerant, reuocatis colonis excoli ac reflorescere cœpisse, tum vtrumque aduersus cruciferorum fœderatos excursiones fecisse; demum diuina vltione perijsse Gedeminnium, cæsumque ad Ploscouiam a Polono equite, refert Crantzius [b], qui tamen Dauidem illum vocat.

Confirmatæ concordiæ leges inter Gedeminnium & Liuones

b An. 8. p. 2 ep com. 1893.

c Crantz. Vvandal. l. 8. c. 9.

Gedeminnus ad vomitum reuersus.

Pontificij legati sine fructu vllo reuersi.

a Michou. l. 4. c. 11. Chromer. l. 9. in Vulad. Loktek. & alij.

Captiui Poloni pro dote a Lith. filiæ dati.

b Crantz. Vvandal. l. 8. c. 10.

53 Cum equitum crucigerorum Liuoniæ ac Theutonicorum hospitalariorum S. Mariæ Ierosolymitanorum ordo grauissimorum criminum, ob quæ ad sedis Apostolicæ tribunal supremus illius magister atque alij inferiores præfecti exciti erant, infami suspicione laboraret; quę tamen equites illi negabant constanter, ac se illorum labe puros, ac immunes contendebant; Pontifex, vt rei Christianę consuleret, singulis accusationum capitibus in medium adductis contraria remedia apposuit [c], ordinisq; procuratores sacramento adegit, imperia apostolica ipsos religiosissime seruaturos. Obiectum ergo ipsis fuerat, arceri ab illis præcones euangelicos, siue religiosos sæculares siue, ne populis, veteris superstitionis tenebris inuolutis, euangelij lucem inferrent, eosque sacris concionibus ad Christi cultum traducerent; cumque per eorum terras iter habendum esset, securitati ipsorum cauere recusasse: preterea neophytos, quos paterna complecti beneuolentia, ac singularibus studijs prosequi debuissent, vt alios ad Christum ea amoris significatione pellicerent, intolerabili seruitutis iugo atterere: non permittere, vt excitarentur templa, in quibus diuina doctrina imbui atque informari possent; neque in illos modo exercere tyrannidem, verum etiam viros ecclesiasticos opprimere, necare, spoliare ecclesias & excindere, aut flammis delere, cumque eos atrociter læsissent, vinculis, minis, terrore, pœnis ad remittendam iniuriam adigere: coitiones ad labefactandam in ijs partibus Romanę ecclesię auctoritatem fecisse: tum itinere prohibere eos, qui ad sedem Apostolicam se conferrent; quodque immanitate barbarum atque a Christiana mansuetudine ac lege penitus abhorret, sæuire pietatis specie in sodales suos siue fratres, quorum si quis in prelio ab hoste sauciatus esset, ei mox inhumane, antequam extremos agerent spiritus, reliquam ferro vitam abrumpere, ac flammis cadauer inijcere: inuadere etiam iura Rigensis archiepiscopi & illius ecclesię canonicorum collegij, atque episcoporum, qui sub archiepiscopi auctoritate erant; tum in ciuium Rigensium bona inuolare, pessundare immunitates, publicam rem labefactare, fluminum, Dunę præcipue, occupare ripas, ac portum Rigensem, ne libere commercium iniretur, intercludere.

Cruciferi in ius vocati.

c An. 8. p. 1 ep. com. 722.

Obiecta ijs crimina.

Ad ea igitur tollenda mala, vel ne aliquando

erum-

cessuum expressiuos; subnectens, quod tu nequaquam Christianos impugnas tanquam fidem velis destruere Christianam, sed defendis te ab inimicis tuis, vt faciunt Reges & principes alij Christiani; & quod Prædicatorum & Minorum ordinum fratres tecum habes, quibus commisisti & licentiam dedisti liberam, vt baptizent, prædicent, & informent Christianum populum, & etiam infideles, vt ad omnipotentem Deum & Dominum conuertantur. Supplicasti denique nobis, vt ad statum tuum flebilem attendere dignemur, quia paratus es nobis in omnibus, sicut cæteri Reges catholici, obedire, ac fidem recipere orthodoxam; dummodo prædictis magistro & fratribus in nullo penitus tenearis; eligens nos dictosque fratres nostros prædictæ Romanæ ecclesiæ Cardinales cum filijs tuis præsentibus & futuris in patres, ac iterato supplicans, vt venerabilem fratrem nostrum Fredericum archiepiscopum Rigensem vna cum legato nostro & Apostolicæ sedis ad te ad partes illas pro facienda pace, ac terminis disponendis mittere dignaremur.

Bellum cum ijs non religionis odio ab ipso geri.

Datam religiosis viris promulgandi euangelij facultatē.

Ad pacē cum Cruciferis ipsum comparatum esse.

Consequenter post aliqualis decursum temporis profusæ deuotionis odore secundæ literæ, quas nobis tua excellentia destinauit, exultationem & gaudium super eo nobis & eisdem fratribus nostris vberrima cumularunt, quod tu & alij principes omnes & barones regni tui, perseuerantes laudabiliter in præmissis, circa nos & eandem ecclesiam te & ipsos plena sinceritate conspicuos indicarunt; illum in persona tua innuentes obedientiæ tenerentis haberi spiritum, tibi vt credimus, non sine diuinæ clementiæ dono concessum, prout in earundem literarum principio annotatur, quod ex illustratione diuina te asseris, vnum esse Deum Patrē, & Filium, & Spiritum sanctum; & hoc firmiter credis & tenes, noscens ab eodem Deo viuo & vero nos pastorem & gubernatorem saluandorum omnium constitutum, vt quidquid ligauerimus & soluerimus in cælo & in terra, ab altissimo Iudice ratum maneat. Multa insuper grata nostrisque accepta propositis earundem tenor continet literarum, quæ inserere præsentibus causa omittimus breuitatis.

Vt Gediminnus primatū ecclesiæ agnouerit.

49 Nos igitur tam primis, quam secundis huiusmodi literis, debita cum eisdem fratribus nostris attentione discussis, Deo Patri omnipotenti (a quo bona cuncta procedunt, in cuius manu Regum corda consistunt, cui etiam quæcumque vult illa sine obice difficultatis inclinat) multimodas gratiarum retulimus actiones pro eo, quod Spiritus sancti gratia videtur mentales tuos oculos sui fulgore radij illustrasse, ac ostendisse tibi viam catholicæ veritatis; vt regalis prouidentia reformet salubriter fidem ipsam catholicam, quam prædecessor tuus prædictus cum suo regno susceperat, licet ab ea deficientes postmodum damnabiliter in errorem pristinum laberentur, vt tuæ literæ continebant; præsertim cum & nostrum ex hoc, & ipsius ecclesiæ hoc expectemus magnum & salutare desiderium adimplendum, si viderimus eandem ecclesiam multiplicatæ prolis fœtu concrescere, variasque gentium nationes, sub eiusdem fidei obseruantia in vnum acceptabilem Christo populum congregatas, in domo Domini habitare.

Pontifici zelus pro Lithuan. ad Christi cultū traducendis.

Hanc vtique domum, vnam videlicet ecclesiam sibi ex gentibus congregatam, non habentem maculam neque rugam, Dominus noster elegit, iuxta quod legitur in canticis canticorum: *Vna est sponsa mea, electa mea, immaculata mea.* Ipse quoque Dominus vnum esse ouile ouium, & vnum pastorem, in euangelio protestatur: & in Apostolorum symbolo vnam esse catholicam & apostolicam ecclesiam fides catholica profitetur. Hanc autem dominus Iesus Christus in semetipso lapide angulari fundauit: hanc & sui pretiosi sanguinis effusione redemit; cuius magisterium Apostolorum principi B. Petro vicario suo, & per ipsum suis successoribus, singularis priuilegij prærogatiua commisit: *Tu es*, inquiens, *Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*; & cum ille post suam resurrectionem verbo tertio repetito dixisset: *Pasce oues meas*. Pro cuius etiam fide se orasse fatetur, loquens ad eum in euangelio: *Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos*. Ac vt eiusdem Apostolorum Principis, suorumque successorum vniuersalis ecclesiæ esset auctoritas, & introducendi in regnum cælorum indubitata potestas, ad eundem dixit: *Tibi dabo claues regni cælorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis.*

Primatus Romanæ ecclesiæ illustratur.

Qui ergo se ad huiusmodi ouile, & sub eiusdem pastoris cura reduxerint, ac sub eius doctrina & magisterio cursum vitæ peregerint, saluationis gratiam merebuntur; qui vero ab eis deuiarint, damnationis sententia ferientur. Et ideo paterno desideramus affectu, vt salutis tuæ vitato dispendio, electorum aggregari consortio merearis; & quæ credit, tenet, & seruat eadem Romana mater ecclesia (deletis omnino schismaticorum erroribus, in quorum obseruatione deuiatur a via lucis, & panditur iter ad tenebras) veræ conuersionis & conuersationis gratiam amplectaris. Hinc est quod nos ad venerabilem fratrem nostrum Bartholomæum Electer.sem episcopum, & dilectum filium Bernardum abbatem monasterij S. Theofredi Aniciensis diœcesis, viros vtique literarum scientia præditos, vita & conuersatione laudabiles, & gratiam euangelicæ prædicationis habentes, nobisque propterea ac dictis fratribus acceptos, dirigentes oculos mentis nostræ; ipsos ad te ac partes tuæ ditioni subiectas de ipsorum fratrum consilio vt nostros & dictę sedis nuntios duximus specialiter destinandos, vt tibi ac regno tuo euangelizent & prædicent Deum & dominum nostrum Iesum Christum; vosque in orthodoxæ ac sanctæ catholicæ & apostolicæ Romanæ ecclesiæ fidei veritate salubriter instruant & informent; quatenus ipsum Dei Filium Iesum Christum tu & gens tua salutaribus eorum eruditionibus agnoscentes, baptismi, qui nondum illo forsan renati estis, purificari mereamini in sacramento; ac suum gloriosum nomen Christianæ fidei obseruantia colatis.

Commēdati Gediminno legati.

50 Cæterum quod super memoratis articulis, in prædictis primis ac secundis literis etiam contra dictos magistrum & fratres expositis, ad nos dictosque Cardinales fratres nostros habuisti recursum; nos attendentes, quod ex recta confidentia & pura deuotione procedit, quod nostrum & ipsius ecclesiæ subire in illis iudicium non recusas, & imploras auxilium confidenter, eius obedientiæ te submittens; eisdem magistro & fratribus, te post susceptionem eiusdem fidei ad gremium eiusdem ecclesiæ redeunte, nostris dabimus literis in mandatis, & faciemus, aucto-

Spondet Ioannes ad conciliandam inter Lithuan. & cruciferos pacē se incubiturum.

re

uiolabiliter obseruari; damnantes et reprobantes errorem eorum, qui astruere vel affirmare contendunt, victualia et alia quæcumque mercimonia, præter dicta prohibita in eisdem concilijs, in Alexandriam vel alia tota Saracenorum terra Aegypti deferre vel mittere non esse peccatum: ac decernentes eosdem tanquam hæreticos puniendos; cum non sit dubium in damnatam incidere hæresim affirmatores vel assertores erroris huiusmodi pertinaces. Nulli ergo, etc. Dat. Auin. nonis septembris anno VIII. Erepto e viuis Petro patriarcha Hierosolymitano, Pontifex Raimundum Dominicanæ familiæ virum religiosum eo titulo exornauit a, eique contulit b Nimociensis ecclesiæ administrationem, cum Ierosolymis ob infidelium tyrannidem sedere non posset. Tum ea instruxit, auctoritate c vt in Auenionẽsi vel alijs vrbibus ac locis de causis ad patriarchatum Hierosolymitanũ spectantibus cognoscere posset: denique ipsum a Guillelmo episcopo Sabinensi sacrari, & pallio a Neapoleone ecclesiæ S. Adriani, Luca S. Mariæ in via Lata, ac Bertrando S. Mariæ in Aquiro diaconis Cardinalibus ornari, fideique sacramento adigi iussit d: factaque abeundi potestate, clero Ierosolymitano & Henrico Regi Cypri eum commendauit.

Raimundus Petro in patriarchatu Ierosol. subrogatus. a An.8.p.2 ep.com. 1169. b Ib.ep. 1170. c An.9 p.1 ep.com. 377. d An.8 p.2 ep.com. 1480.

45 Nec consultum modo est a Pontifice Asiæ, verum septentrioni, in quo amplissimæ gentes infidelitatis gelu constrictæ hactenus; diuini amoris ardore visæ sunt colliquescere. Ad quas fide orthodoxa imbuendas decreti sunt e apostolici nuncij Bartholomæus episcopus Electensis, & Bernardus abbas monasterij S. Theofredi Aniciensis diœcesis, quibus data prouincia est f, vt ex omnibus religiosis ordinibus viros pietate ac doctrina insignes in laboris & gloriæ promulgandi apud Lithuanos & Ruthenos euangelij societatem asciscerent. Gedeminnius enim Lotvvinorum siue Lithuanorum Rex, de cuius agitata ad fidem conuersione historiam superiori anno delibauimus, ad Romanum Pontificem vt supremum Christianorum sacrorum principem literas dederat, quibus se diuino instinctum spiritu, vt in filiorum Dei numerum accederet, significarat. Legatis itaque collata est subiectis literis amplissima auctoritas ad religionem Christianam in ipsius regno propagandam.

e An.8.p.1 ep.cur.11. Missi in Lithuaniã legati pro fide amplificãda. f Ib.ep.16

46 *Ioannes, etc.* Vobis auctoritatem concedimus, vt in terris illarum partiũ, conuertendarũ ad fidei catholicæ veritatem, proponere verbum Dei; & constitutis ibidem, non obstante si aliqui fuerint maiori excommunicatione ligati, in verbo, officio, cibo, ac in alijs honestis & licitis communicare secure, ipsosque seu alios, quos conuerti ad veritatem fidei Christianæ affectamus recipere, baptizare, aggregare ouili fidelium valeatis; in his omnibus per vos, vel alium, seu alios exequendis pari in omnibus potestate fungi nisi in ijs, quæ ordinis episcopalis existunt, & auctoritatem pontificalis exigunt dignitatis, quæ per te frater episcope volumus exerceri. Liceat quoque personis dudum sacro baptismate delibutis, redeuntibus ad fidei veræ lumen & obedientiam dictæ sedis, maiori excommunicatione ligatis, absolutionis beneficium iuxta formam ecclesiæ impertiri: ac etiam dispensare, vt redeuntes de schismaticis ad ecclesiæ catholicæ vnitatem inter suos; si voluerint, valeant habitare, eisque communicare sine contumelia Creatoris; & quod clerici nationum ipsarum, publice ad dictæ sedis obedientiam redeuntes, gaudeant priuilegio clericali.]

Legati amplissima instructi auctoritate.

Ornauit ipsos pluribus alijs prærogatiuis, quo rem catholicam augere ac diuinum cultum amplificare possent. Tum auctoritate muniuit, vt pristino statui præteritorum temporum iniuria collapsas episcopales sedes ac metropoles restituerent, vel nouas excitarent, præficerent idoneos pastores in vrbibus atque oppidis, religiosas familias admitterent, conferrent indulgentiarum præmia, commutarent vota, exceptis religionis, continentiæ, ac peregrinationis vltramarinæ: tum auctoritate apostolica rata haberent eorum matrimonia, qui in schismate in tertio; vel quarto consanguinitatis gradu contraxissent, atque ecclesiæ se aggregarent. Præscripta a quoque fidei formula, quã Romana profitetur ecclesia, in eaq; ipsos Gedeminnium Regem ac Lithuanos erudire iussit. Prætermittenda vero hic nobis visa est, cum eisdem verbis, atque ea, quam ad Palæologum b Imperatorem, Græcos & Armenos transmissam vidimus, concepta sit.

a Ib ep.19. Tradita legatis formula fidei Lithuanis propagandæ. b Ext. in to.14. An. Ann.Chr. 1367.n. 14.&c.et an.1318. n.10.

47 Commendauit eosdem legatos Pontifex c Lithuaniæ, atque amplissimæ Russiæ partis Regi, gratulatusque est ipsum diuino afflatum spiritu vnicam diuinitatem, personarumque triadem; Romanum vero Pontificem Christi in terris vicarium, a cuius sede fidei orthodoxæ puritas petenda sit, agnouisse. Cum vero graues de cruciferis equitibus querelas attulisset, qui etiam olim adeo Mindaunm Regem oppresserant, vt illum ac Lithuanos post suscepta Christiana sacra ad veterem superstitionem desciscendi causã dederint, quos quidem e Longino diximus Lithuaniæ supremũ imperium affectasse d, cum illud Mindauus in ipsos baptismo rite lustratus obtenta e ab Alexandro IV. regia corona transfudisset; Gedeminnio Ioannes est pollicitus f, ad componendas eas controuersias curas se adhibiturum, ipsumq; ac Lithuanos & Rhutenos paterno studio complexurum.

c An.8. p.1.ep.cur 14. Gratulatur Pontifex Regi Lith. ipsũ fidei veritatẽ agnouisse. d Ann. Chr 1255 n.58. e Ib.n.58. f Sup. ep. cur.14.extat etiam in M.S. at ob Vat.de reb. insid. & schism pag.16.

Excellenti & magnifico viro Gedemanno Letuvinorum, et multorum Ruthenorum Regi illustri, Deum colere & timere.

48 Missa nobis tuæ magnitudinis litera deuotione referta, verbisque succincta, grata nimirum nostris ac fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium venit affectibus: in qua, dum tuam deuotionem attendimus, dum aduertimus salutationis tuæ salubre propositum, dum illum, quem ad Deum, ac nos & Romanam ecclesiam te gerere asseris deuotionis affectum intentæ meditationis intuitu contemplamur, auditui nostro gaudij & lætitiæ materiam præbuisti. Post primum quidem tuæ gratæ salutationis alloquium, in ipsius primordio literæ subiunxisti, quod omnes fidei Christianæ cultores auctoritati nostræ debent esse subiecti, quodque tota fides catholica iuxta prouisionem Romanæ ecclesiæ gubernatur; declarans nobis, quod quondam prædecessor tuus Rex Mindouue, cum toto suo regno fuit ad fidem Christi conuersus; sed propter atroces & innumerabiles iniurias dilectorum filiorum magistri & fratrum ordinis S. Mariæ Theutonicorum Ierosolymitanorum a fide huiusmodi recesserunt & in errorem pristinum sunt relapsi, sicut & te oportet propterea vsque ad hodiernum diem, licet inuitum, in errore huiusmodi permanere; ac subsequenter quamplures articulos contra eosdem magistrum & fratres in eisdem literis annotasti, multorum grauaminum, iniuriarum, exces-

Expostulat. ab Rege Lith. in crucigeros querela.

domino Gualterio de Castilione comite Porzani & Comestabulo Franciæ, & cum domino Roberto comite Bononiæ & Aluerniæ, de negotio supradicto; qui pro magna parte regunt, & ordinant ipsum regnum: ac etiam colloquium habui cum prælatis de multis, quæ tangunt honorem & securitatem vestri imperij, & reperi multos prædictorum habere optimam voluntatem. Et ideo propter Dei honorem & vtilitatem fidei, & amorem specialem vestri magni imperij offero me, si opportunum vobis videbitur, tractare & laborare secundum meam possibilitatem pro prædicta vnione ecclesiarum, & pace ac concordia cum sancta Romana ecclesia, & cum excellenti domino Carolo ac cæteris personis, quibus vestræ magnificæ prudentiæ videbitur opportunum. Plura alia explicaui de ista materia domino fratri Hieronymo episcopo Caphensi, quæ oretenus vestræ maiestati poterit explicare.]

Vt cum Gallis de eo egerit.

41 Cum discessurus etiam esset ex aula pontificia Caphensis episcopus, illum Marinus Sanutus rogauit a, vt Andronicum Imperatorem faceret certiorem, ipsum ad asserendum illi imperium pluribus egisse cum occidentalibus principibus, ne arma verterent in Græcos: licet enim eorum imperium euerti posset, haud tamen ob gentes efferas, quibus cinctum erat, diu seruari posse; & quamuis subderentur iugo Græci, a schismate non recessuros, vt de Cyprijs, Cretensibus, Eubœis, Atheniensibus, & Achiuis constabat: neque ad diuinam gloriam amplificandam quid vtilius excogitari posse, quam si Imperator & patriarcha sponte Romanæ ecclesiæ se aggregarent: magna enim exinde subsidia ad Palæstinam e Mahumetana tyrannide vindicandam comparatum iri; *Via, inquit, per quam potest ecclesia reuniri, vt mihi videtur, esset habere magnificam personam suam vna cum suo patriarcha, & cæteros etiam de domo sua: propter quod omnes ipsius subditi, & alij, sicut Rutheni, & Exagora, & regnum Seruia & * Zorzani & aly, qui sunt sub dominio * Francorum, Tartarorum, Turcorum, & sub dominio soldani Babylonici, erunt obedientes ecclesiæ Romanæ: quod quidem esset maximum bonum pro reuniendis ecclesijs, & securum pro gente sui imperij, tam pro anima, quam pro corpore.* Certatum est b magna contentione in arcanis consilijs Regum ac principum, an per Constantinopolitanum imperium exercitus in Saracenos traducendus esset, an maritimo itinere classe instructa in soldani terras irrumpendum: sed nullus pedem mouit.

a San. ep. 8.

Conciliū Græcis datum.

* al Georgiani

* Alanorum

b Superiori epist.

Agitatum an terra, vel mari expeditio ducenda.

42 Quod ad Asiaticas res spectat; Leo Armeniæ Rex amplissimos oratores Basilium Tarsensem archiepiscopum atque auratos equites Aythonum, Manuzac, & Balduinum in occidentem ad imploranda auxilia, miserumque orientalium Christianorum statum exprimendum misit: qui cum ad Carolum Francorum Regem se contulissent; Pontifex ipsos illi enixe datis nonis maij literis commendauit c, rogauitque d Carolum Valesiorum, Ludouicum Clarimontis comites, Alfonsumque Hispanum in aula regia auctoritate florentissimos, vt operam suam in ea re collocarent. Meminit de hac legatione Marinus Sanutus, vir ardentissimo zelo pro vrgendo bello sacro præditus, qui libros ac membranas cosmographicas Pontifici obtulit, quibus regionis situm, ac bellandi rationem explicabat, Armenosque oratores demisse ei commendauit e,

c To. 4. p. 2. ep. secr. pag. 25.

d Ib. post eand. ep.

Sanutus eam promouere annititur.

e San. ep. 8

calamitatesque ab impijs acceptas his verbis describit: *Viuunt sub tributis intolerabilibus, quæ infidelibus profanis persoluunt, & innumerabilibus angustijs alijs cum timoribus continuis comprimuntur: quod licet iam habeant licentiam a soldano reædificandi terram de Laiaza cum castro suo de terra, non tamen permittitur eis reædificare castrum de mari, cuius reædificatio eis pernecessaria iudicatur. Remedium contra ista mala est vestra sanctitas singulare, si dignetur præcipere diligentem maris custodiam fieri per fideles.* Et infra: *Et per consequens per defensionem custodiæ antedictæ reædificaret Rex Armeniæ castrum de mari, quantumcumque soldanus impie reclamaret. Maximum vero miraculum fuit, quod Redemptor noster amissis terris de Laiaza, ac castris tam de terra quam de mari regni Armeniæ, residuum conseruauit: vnde videtur quod diuina clementia illam partem seruare disposuit, ne Christiani de recuperatione, si tota fuisset perdita, desperarent: & partem prædictam aliam ab infidelibus occupari permisit, vt saltem propter pœnam damni passi fideles circa maris custodiam, quam prius suam per ignauiam neglexerant, de mandato ac ordinatione clementissimæ vestræ celsitudinis diligentius vigilarent, &c. Dat. Venetijs anno domini nostri Iesu Christi* MCCCXXIV. *de mense decembris.*

Hortatur ad coercendas in fideliuм excursiones.

Instauratitem Armenam posse.

43 Diuturnæ Pontificis cum Ludouico Bauaro dissensiones, Italorum factiones, Francorum in suscipiendis cum finitimis bellis ardor, ac bellandi pro Christo post nuncupata toties vota segnities consilia de Asiatica expeditione confregere. Ne tamen conijcerentur omnino in desperationem Armeni, Ioannes archidiacono Beneuentano sedis Apostolicæ nuntio, & Aymerico episcopo Paphensi prouinciam v. id. augusti commisit a, vt pro Armeniæ & Christianorum earum partium tuitione triginta aureorum millia numerarent; ac Leonem Armeniæ Regem ad regnum strenue propugnandum est adhortatus b. Tum Henricum c Cypri Regem ad reprimendam detestabilem eorum auaritiam, qui merces Saracenis inueherent, e quibus praeferociores infideles efficerentur, excitauit: in quos etiam grauissimas pœnas statuit, disceptantesque in ea re peccatum nō committi, damnauit d erroris.

Cur omnia pia illa consilia euanuerint.

a To. 4. p. 2. ep. secr. p. 89. 90. Data a Pont. alia qua Armenis sub sidijs.

b Ead pag. 90.

c Ib. pag. 91.

Cyprij merces vehentes Saracenis inhibere coercenti istis.

44 *Quia, inquit, sicut graui insinuatione percepimus, nonnulli solo dumtaxat nomine Christiani in illum errorem ausu damnabili præsumpserunt prorumpere & præsumunt, vt pertinaciter asserant, et affirment ab illarum rerū commercio & negotiorum exercitio fore solummodo abstinendum, quæ dumtaxat in præfatis concilijs*, Lateranensi nempe & Lugdunensi, *probibentur mendaciter; quinimo damnabiliter astruentes contra constitutiones prædictas victualia, & alia quæcumque mercimonia, præter dicta probibita in concilijs supradictis in Alexandriam, vel alia loca Saracenorum terræ Ægypti deferre vel mittere non esse peccatum, per affirmationem erroris huiusmodi pertinacem se & alios, eorum imitantes errores, in peccatorum facem & labem prauitatis hæreticæ immergentes; nos eorundem prædecessorum in hac parte vestigijs inhærentes, tantoque super præmissis prouidere solertius cupientes, quanto magis hoc exigere noscit negotium fidei et vrgens necessitas dictæ terræ, quæ ab eisdem prædecessoribus Nicolao, Bonifacio, et Clemente super præmissis, vt prædicitur, facta sunt, grata habentes et rata, illa auctoritate apostolica approbamus et innouamus, et præsentis scripti pagina communimus, eaque præcipimus inconcussæ et inuio-*

d Ad. 8 p. ep. curr. Pontifici in auctores illud facinus sententia.

Illata jam a Rom. Pontificibus censuræ renouat.

Natæ inter Anglorum & Francorũ Reges discordiæ.

38 Hoc anno erupisse inter Eduardum Anglorum & Carolum Francorum Reges grauiores discordias, ex quibus in Aquitania atrox bellum accensum, & Angli magna illius ditionis parte Caroli Valesij armis depulsi, refert Vualsingamus a. Obstrictus erat Eduardus, vt more maiorum Aquitanicum ducatum & comitatum Pontiniacensem beneficio & auctoritate aulæ Gallicæ obtinere solemni ritu profiteretur, & nouo Regi Carolo clientis officia deferret: cumque varias, vt illud onus excuteret, obtenderet causas, bellique immineret terror, Pontifex tuendæ inter eos concordiæ solicitus, Eduardum monuit b, vt Francorum Regi clientelæ nomine fidem addiceret, omnesque dissidiorum causas amputaret. Pullularant ea culpa Radulphi Aquitaniæ præfecti, qui municipium S. Sacerdotis ob prouocationem ad Gallum Regem, supremum Aquitaniæ dominum, editam flammis deleuerat. Qua lacessiti iniuria Galli illum apud Montem Pisatum cinxere obsidione. Cuius belli cum leuia quidem viderentur principia, sed formidandi exitus; Pontifex ab Eduardo contendit c, vt cum ea, quæ a suis crudeliter in Aquitania gesta erant damnaret, si quo modo in seruata aduersus ipsos iudiciorum forma læsa esset ducalis auctoritas, controuersiam amicitia & æquitate cum Gallo Rege componeret d.

a Vualsin in Eduar. II. Polyd. Virg. l. 17. in eod. Paul. Aemil. in Carol. IV Gaguin in eod. & alij

Cõstatur Eduardus acceptam referre Aquitaniam Carolo.

b To. 4. p. 2. ep. secr. 45

Belli principijs occurrere nititur Põtifex.

c Ead. pag. 45.

d Vualsin in Eduard II.

Spreta ab Eduardo magno suo malo pontificia consilia.

Auertit aures pontificijs monitis Eduardus: cum enim ipsius frater Edmundus Cantij comes in Gallica aula orator pacis studio assensisset, vt Radulphus discordiæ fax vna cum socijs traderetur Gallis, vt in eos ageretur legibus; contra Dublinensis archiepiscopus consulendum esse Eduardum contenderet; accepta re Anglorum Rex Edmundi fratris sententiam reuocauit d, ac suos tueri armis aduersus Gallorum impetus constituit. Discessit itaque ab aula Gallica in Aquitaniam Edmundus Cantij comes ad eam defendendam: Carolus vero Rex patruum Carolum Valesium valido succinctum exercitu immisit ad fiduciarias terras ab Anglo repetendas. Quo accepto Pontifex, qui sicuti ex concordiæ primis rumoribus magna fuerat lætitia delibutus, ita ex aduersis consternatus, Francorum Regem solicitauit literis e, ne armorum vi, sed blando tractatu rem dirimeret, seq; affinitatis nexu Eduardo coniunctum meminisset.

Discussio cõcordiæ tractatu, Carolus Vales. in Aquitaniam irrũpit.

e To. 4. p. 2. ep. secr. pag. 31. & pag. 33

In medio interim belli ardore, Ioannes Guillelmum archiepiscopum Viennensem atque Hugonem episcopum Aurasiensem, vt concordiam vrgerent IX. kal. septembris misit f, instruxitque auctoritate g ad coitiones paci contrarias dissoluendas. Perfecit demum pluribus literis Pontifex h, vt Eduardus amplissimos oratores Vuintoniensem & Norvvicensem episcopos, Ioannem e Britannia comitem Richemundiæ, & Henricum, e Bellomonte ad Carolum miserit, quē enixis rogauit i precibus, vt illius amore, in cuius aduentu cœlestes ab omni humana contagione segregatæ mentes præconia pacis cecinere; tum redintegrandæ Asiaticæ expeditionis, eo bello disturbandæ studio, ac proximæ cũ Eduardi primogenito ex Isabella sorore nepote suo coniunctionis intuitu, paci animum accommodaret.

f Eod. to. 4 p. 2. ep. fecr. pag. 34. & to. 5. p. 1. ep. secr. pag. 1.

g To. 4 p. 2 ep. secr. pag. 35.

h Ibid. ep. secr. pag. 44. 45 46. 51. 52. 53. et to. 5. p. 1. ep. sec. pag. 3. et 18.

Oratores ad Francorũ Reg. ab Anglo missi.

i Eod. to. 5 pag. 4.

Adhibuit quoque Pontifex l studium in reuocandis ad mutuam pacem Eduardo principe Sabaudiæ cum Guigone delphino nec non Sabaudos m principes & marchionem Saluciarum, qui Pedemontio bellum intulerant, Roberto Regi, qui oratores ad sedem Apostolicam pro iungendo fœdere miserat a, conciliare nisus est. Propendebat in eam pacem Robertus Rex, cum alia bella cogitaret: misere enim ad illum Veneti suos oratores, vt de catholica re redintegranda in Græcia cum ipso agitarent. Solicitati b vero ad id bellum erant a Ioanne principe Achaiæ, in quem cum Superantius ducale studium explicuisset, illi ac senatui Veneto Pontifex gratias egit: alijsque literis eodem die, nimirum VI. kal. nouembris datis * Gantinum Brenensem ducem Athenarum, quem a Catalana societate Græcisque schismaticis oppugnatum vidimus ipsis commendauit c.

l To. 4. p. 2 ep. cur 1. et to. 5. p. 2 ep. secr. pag. 61.

m To. 4. p. 2. ep. secr. pag. 86. 87

a To. 5. p. 1 ep. secr. pag. 61.

Veneti cũ Roberto de oriẽtali bello agitant consilio.

b Ib. pag. 99.

* al. Gualterum

c Ib. pag. 100.

Immanis Tartarorum in Græciam excursio.

39 Irrupisse hoc anno mense februario in Thraciam Tartaros Scythas e Gazaria & Russia cum innumero equitatu, atque ad Constantinopolim vastatis agris excurrisse, scribit Ioannes Villanus d. S. Antoninus vero trecenta equitum millia adduxisse, remque non incredibilem ait e, ac Græcorum centum quinquaginta millia vel necasse ferro, vel in seruitutem abduxisse; hancque addit sententiam: *Iusto autem Dei iudicio Græci sic flagellati sunt ab inimicis Dei, scilicet infidelibus, quia ipsi Græci facti sunt inimici Dei diuersis schismatibus & hæresibus, pluries ad veritatem redeuntes, & cito ad vomitum reuertentes.* Perculsus his aduersis Andronicus Græcorum Imperator, cum etiam fama accepisset, occidentales principes, qui instaurandæ in Syria Christianæ religionis consilia agitabant, expeditionem ad imperium Constantinopolitanum illi eripiendum meditari; de reuocandis ad Romanæ ecclesiæ coniunctionem & obsequium Græcis agere cœpit. Quo felici rumore permotus Marinus Sanutus, qui se suaque diuino cultui in Syria redintegrando deuouerat, gratulatorias ad Andronicum ipsum literas dedit f, eique significauit se cum Roberto Rege Siciliæ ac Gallis principibus & Cardinalibus ac præsulibus egisse, vt Græcorum prætermisso imperio, arma in Syriam traducerentur: sequentiam pacis cum Carolo Valesiorum duce, qui dotalia ad imperium iura obtendebat, interpretem fore spopondit.

d Io. Vill. l. 9. c. 241.

e Ant. 3. p. tit. 21. c. 5. §. 9.

Andronicus de Græcis ad ecclesiam reuocandis agitat.

f Sanut. ep. 7.

Excellentissimo ac sapientissimo principi, ac suo domino, domino singulari domino Andronico Palialogo, Dei gratia Imperatori Constantinopolitano, moderatori Romæorum magnifico et semper Augusto, Marinus Sanutus, dictus Torcellus, de Venetijs se ipsum humiliter ad omnia imperialia beneplacita & mandata.

Gratulatoriæ ad illum Sanuti literæ.

40 Nouerit vestrum magnificum imperium, quod diligo & dilexi, me fuisse satis longo tempore in Romana curia, & tandem in curia magnifici domini Regis Franciæ pro tractandis & ordinandis opportunis negotijs terræ sanctæ; & a viris religiosis, qui venerant de vestro imperio, & præcipue a domino episcopo Caphensi, intellexi de vestra imperiali sapientia & fide ac voluntate bona, quam ad vnionem ecclesiarum habetis. De quo cor meum fuit & est non modicum hilaratum, cognoscens quod ecclesiarum vnio est complementum passagij terræ sanctæ: nec scio maius bonum posse fieri in hoc mundo, quam ecclesias reunire. Propterea frequenter colloquium huiusmodi cum pluribus dominis Cardinalibus, & cum excellenti domino Rege Roberto, & cum aliquibus principibus regni Franciæ & etiam cum domino Petro de Via nepote domini Papæ; & maxime cum nobilissimo domino Gulielmo comite Hanoniæ, Vlandiæ & Zelandiæ ac Frisiæ domino, genero domini Caroli, & cum do-

ctionis affectu, quo te dictumque comitem supplicantem & domum tuam regiam prosequimur in visceribus charitatis, volentes super his, quæ secundum Deum possumus, tuam celsitudinem prosequi gratiose; eidem comiti de dictorum fratrum consilio duximus offerendum, nos medietatem duorum millium marcharum census & militaris seruitij prædictorum vsque ad decem annos proximos venturos, nullo tamen pacto nullaque conuentione astricti, sed de nostra mera liberalitate & gratia speciali, tibi, tuisque heredibus in dictarum expensarum suffragium remissuros, dummodo comes prædictus tecognoscendi nobis & ecclesiæ Romanæ totum censum & militare seruitium supradicta sub modis, formis, & conditionibus contentis in literis super dicta donatione confectis, & recipiendi dictam gratiam tuo nomine, ac ipsis expresse consentiendi, esset suffultus sufficienti regia potestate; adiecto tamen quod si tu & heredes prædicti in solutione residuarum mille marcharum, in dicto termino festi beatorum Petri & Pauli Apostolorum facienda, forsitan cessaretis, remissioque de illis mille marchis facta esset, tam pro illo anno, quo cessatum fuisset a solutione prædicta, quam pro toto residuo temporis dictorum decem annorum, haberetur penitus pro non facta; quodque per præmissa pactis, conuentionibus, & obligationibus prædictis inter eandem Romanam ecclesiam & te facta & stabilita non derogaretur in aliquo, quin potius in suo robore & efficacia permanerent.

Vectigal pecuniarium & militare ad decennium dimidiat.

Verum præfatus comes, audita oblatione prædicta, & cum suo consilio deliberatione habita super ea, se non habere respondit super hoc potestatem; sed ipsam gratiam non respuens, nec admittens, vt tuam in hac parte posset consulere prouidentiam, per nos sibi petijt indulgeri: quod vtique nobis gratum extitit & acceptum. Super quibus, fili dilectissime, proinde prospicias quid agendum: nos enim quæ sibi obtulerimus sub modis, conditionibus, & forma prædictis, sumus adimplere parati. Cæterum ad hoc, quod vlterius de grauamine census & minori valore regni prædicti, eadem petitio continebat; de dictorum fratrum consilio duximus respondendum, quod licet pro tempore isto acquisitionis tam nouæ futuri terrarum regni prædicti redditus nequeant æstimari, cum in nouitate tanta multa expendere oporteat, & de quibus non erit necessarium in futurum; intendimus tamen, prius informatione super his habita diligenti, cum eisdem fratribus opportuno tempore ordinare quod in hac parte fieri honeste poterit, & debebit. *Dat. Auin. XII. kal. decembris anno IX.* De remissis ad decennium mille marchis ex Sardico censu, ac media copiarum stipendiariarum parte, meminit Surita. a

Acta Ioãni a Petro gratiæ.

a Sur. l. 6. c. 58.

37 Præterea tum Regem Aragonum regni Balearici ad aulam Aragoniam & Ceritaniam, Russinonem, Montempessulanum, Omeladesiam, & Carladesiam occupandi armis consilia agitasse, addit auctor; cum ex aui Iacobi voluntate Sancij Regis Maioricarum morte ad se deuolui viderentur, quippe nullos ex vxore liberos Sancius reliquerat; cumque Iacobus maior natu frater viuo patre vitæ tranquillioris amore se ab omni ad sceptrum iure abdicasset, Philippus vero alter Sancij frater sacerdotalibus sacris esset initiatus; Iacobus Ferdinandi filius, attributo Philippo tutore, successor testamento dictus est b, Iacobo vero Ferdinandus subrogatus, atque huic Reges Aragonum substituti. In ijs vero Balearici regni motibus, cum Rex Aragonum cæteris regnis Baleares insulas cæterosque principatus adiungere affectaret, Pontificem pupilli Regis clientelam aduersus Aragonij potentiã suscepisse constat ex literis ad Carolum Regem Frãcorum & comitem Valesium scriptis a, quibus rogat, vt Iacobo Regis Sancij nepoti & heredi in Montispessullani principatus causa, aliarumque terrarum, Gallicæ aulæ vectigalium, quæ ad Sancium spectabant, studeret; tum ex alijs ad sanctiorem Iacobi Regis senatum datis. b

Sancij Regis Balear. obitus.

Iacobus testamento Rex creatus b Lib. 6. c. 57.

Illius clientela a Põtifice suscepta.

a To. 5. p. 1 ep. secr. pag. 2.

b Ib. pag. 27.

Consiliarijs charissimi in Christo filij nostri Iacobi Regis Maioricarum illustris.

Fatali recolendæ memoriæ Sancij Regis Maioricarum audito nuper occasu, de ipsius obitu velut illius, quem de brachijs Apostolicæ sedis subtraxit Altissimus, nobis merito inde dolentibus, rationabiliter condolemus. Sed cum idem Rex tanquam perfecte catholicus migrans ad Dominum, vt firmiter credimus, pro istius peregrinationis exilio vel iam fruatur, vel sit fruiturus in proximo patriæ gaudio sempiterno; vobisque, sicut audiuimus, & subiectis de charissimo in Christo filio nostro Iacobo Rege Maioricarum illustri nepote suo, eius in dicto regno vtique successore, prouiderit licet impubere; si eius ætatis optando prouectui diuinæ gratiæ sauerit incrementum, & alias quantum in se fuerit in consilio non defecerit salutari, adhuc actore Deo tempore ac virtute proficiens, dicere poterit: Cum sederem quasi Rex circumstante me exercitu, eram tum mœrentium consolator; ex vtriusque considerationis intuitu, quæsumus, vt cessantibus concepti doloris angustijs, inde consolationis in Domino spiritum assumatis. Et quia Rex ipse defunctus in vltimo testamento, seu codicillis eiusdem, dicto Regi successori suo, vt præfertur, impuberi super salubri suo & dicti regni regimine de opportunis contutoribus certo modo dicitur ordinasse; rogamus vniuersitatem vestram & hortamur attente, quatenus tanquam diligentes statum prosperum præfatorum Regis & regni, ordinationem huiusmodi seruantes tenaciter, & facientes, quantum in vobis fuerit, efficaciter obseruari, naturalem veræ fidei & deuotionis affectum, quem ad patruum habuisse noscimini, propagetis laudabiliter ad nepotem, velut illum de cuius successione Rex ipse defunctus, sicut speramus in Domino, digne disposuit; & quem nobis imaginarium stirpis regiæ dereliquit, &c. *Dat. Auin. XI. kal. octobris anno IX.*

Moniti Baleares de Regis Sancij testamento obseruando.

Cæterum Iacobum Regem Pontifex salubribus præceptis informauit, monuitque c vt iuuentutem virtutibus assuesceret, atque ecclesias tueretur: *Cum*, inquit, *Christus sic diligat ecclesiam vnicam sponsam suam, quod quis sibi nequaquam placere valet, nisi præfatam ecclesiam deuote studeat honorare; regiam magnitudinem attentius exhortamur, quatenus ecclesias & personas ecclesiasticas pro diuina reuerentia semper habeas in honore; sicque in deuotione huiusmodi, & alijs pijs actibus tuam solidare studeas iuuentutem, quod dum ætatis prouectioris fueris, & curis maioribus fueris occupatus, portes assueta suauius & in bonis operibus magis quotidie delecteris; vt te in omnibus Domino dirigente, cuncta tibi succedant prospere, ac tandem æternæ beatitudinis præmium assequi merearis. Dat. Auin. VII. kal. nouembris anno IX.*

Præcepta nouo Regi proposita.

c Ib. pag. 28.

Hoc

in alia, ad fidem spectante non sine magno rei Christianæ detrimento, improbissimorum hominum artibus incitatus in speciem amplexus sit. At de his hactenus. Nunc reliqua hoc anno gesta prosequamur.

Sardinia ab Alfonso compa rata.

36 Parta est hoc anno Sardinia ab Alfonso Aragonici sceptri herede, quam a Bonifacio VIII. iure beneficiario vna cum Corsica traditã Iacobo Regi vidimus, vt Siciliæ insulam Carolo II. restitueret: sed nullo compendio, cum Fridericus frater illam tenuerit. Gesta varia in eo Sardico bello prælia narrat Ioannes Villanus [a]: denique pacem inter Pisanos & Aragonios ea lege initam, vt insula pareret Aragonijs. Cæterum Calarim in Pisanorum potestate relictam, Mariana refert [b]: quibus addit Surita [c], Petrum Ripacurtiæ comitem a Iacobo ad aulam pontificiam missum [e], qui ob grauissimos sumptus in eo bello profusos exposceret, vt ex annuo duorum millium marcharum Sardico censu Pontifex, ad quem supremum insulæ spectat imperium, quingentas marchas, tum ex alijs stipendijs & oneribus mediam partem detraheret, atque a Iacobo Rege & Alfonso superstitibus nullum vectigal exigeret. Fœdissimæ hæ ingrati erga sedem Apostolicam animi notę non vulgari stupore Pontificem & collegium Cardinalium defixere. Ioannes tamen, ne a se Aragonium Regem abalienaret, illiusque petitis aliqua ex parte annueret, ex liberalitate, non pacto, vel vlla sibi imposita lege, decennio vertente mille marchas annuas, ac submittendi militaris vectigalis mediam partem remisit. Iacobum itaque Pontifex, reuocatis in memoriã conuentis [d] cum Bonifacio VIII. initis de soluendis duobus millibus marcharum, & centum equitibus & peditibus quingẽtis in castris pontificijs regijs sumptibus trimestri sustentandis; & Caroli Regis proposito exemplo, qui parta maximis sumptibus & laboribus Sicilia, octo millia vnciarum auri ecclesiæ summa fide persoluisset, hortatus est [e], vt rem æqui consuleret.

a Io. Vill. l. 9. c. 239.
b Marian. l. 15. c. 18.
c Sur. l. 6. c. 50.
Petrus Arag. Regis filius orator ad Pontificem missus.
d Extr. an. nal. to. xiv. an. 1297. n. 2. &c.
e To. 5. ep. secr. pag. 29.

Charissimo in Christo filio Iacobo Regi Aragonum illustri.

Quæ sint ab eo Ioanni proposita.

Ad nostram nuper accedens præsentiam dilectus filius nobilis vir Petrus infans natus tuus comes Ripacurtiæ sub commissa sibi per literas regias, quas nobis præsentauit, credentia pro parte tuæ celsitudinis prudenter exposuit coram nobis; quod tu, fili charissime, ac heredes tui pro regno Sardiniæ & Corsicæ, quod felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. prædecessor noster tibi & eisdem heredibus donauit de fratrum suorum tunc S. R. E. Cardinalium consilio & concessit, ab eadem ecclesia & Romanis Pontificibus in perpetuum tenendum feudum sub homagio, ligio, & pleno vassallagio, ac fidelitatis debitæ iuramento, alijsque pactis & conditionibus in eiusdem prædecessoris literis expressis plenius & contentis, ad censum annuum duorum millium marcharum argenti bonorum & legalium sterlingorum, in festo beatorum Petri & Pauli Apostolorum Romano Pontifici, vbicumque fuerit, & Romanæ ecclesiæ annis singulis soluendorum; ac militare præstandum seruitium, centum videlicet equitum, cum vno equo ad arma & duabus equitaturis ad minus pro quolibet, ac quingentorum peditum armatorum, quorum centum existant balistarij sufficienter muniti; qui vestris sumptibus infra Italiam semel in anno, quandocumque prædicta indigebit ecclesia per trimestris temporis spatium a die, qua terram intrabunt ecclesiæ computandi, seruire debeant ecclesiæ prælibatæ; mutandi nihilominus huiusmodi seruitium in stolio galearum, seu vasorum maritimorum, dando per te & heredes eosdem quinque galeas armatas & munitas infra maritimam Italiæ, dictis sumptibus per tempus prædictum tenendas, ac milites & pedites, vel galearum ipsarum stolium vltra tempus retinendi prædictum similibus gaggijs ad expensas ecclesiæ Romani Pontificis pro suæ voluntatis arbitrio, libera potestate retenta, sicut in eisdem literis plenius & seriosius continetur; existere noscimini efficaciter obligati.

Quæ pactiones a Bonifacio VIII. cũ Iacobo initæ.

Cum autem prædicti regni, non absque graui discrimine tuæ gentis, & importabili tibi profluuio expensarum per te nouiter acquisiti, redditus & prouentus adeo, sicut asseruit dictus comes, reperias tenues & exiles, quod vltra necessarias expensas faciendas ibidem parum aut nihil, quoad præsens, tibi poterit superesse de illis; nec speres etiam, quod tantum in futurum valeant, quantum valere prædictæ concessionis tempore credebantur; reputaresque propter hoc non leuiter te grauatum, si pro dicto regno tu & heredes prædicti singulis annis soluere teneremini tantum censum; præfatus comes natus tuus tuo nomine nobis humiliter supplicauit, vt tibi super expensarum oneribus, quæ te subire oportuit pro regni acquisitione prædicti, & alijs prædictis per eum propositis benigno compatientes affectu, duorum millium marcharum summam pro censu debitarum prædicto, ad quingentas marchas reducere, ac residuum dicti census, prædictique militaris seruitij medietatem tibi & eisdem heredibus remittere in perpetuum; quodque tu & dilectus filius nobilis vir Alphonsus primogenitus tuus, censum quingentarum marcharum huiusmodi, seu eius partem non teneremini soluere dum viuetis, nec vsque ad decem annos præstare huiusmodi militare seruitium, vel galearum stolium vobis in dictarum expensarum releuamen & subsidium de benignitate solita concedere dignaremur.

Eas mutari poscit Aragonius.

Et licet prædicta petitio, quam diligenter audiuimus, nobis & fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, cum quibus plene deliberauerimus super ea, grandem iniecerit, velut insolita & alias inaudita, materiam admirandi; cum non legerimus, nec sciuerimus, quod vnquam per aliquem prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum cuiquam personæ de censu ecclesiæ debito aliqua fuerit in toto, seu parte facta remissio in perpetuum, vel ad tempus, quamquam ex causis interdum legitimis, aliquibus fuerint solutionum termini prorogati: certum est enim, quod claræ memoriæ Carolus primus Rex Siciliæ non sine multa effusione sanguinis & excessiua expensarum magnitudine, regno Siciliæ de manibus inimicorum ecclesiæ potenter erepto, ad octo millia vnciarum de censu annuo pro dicto regno, de quo satis modicus census antea debebatur, semper ecclesiæ memoratæ soluenda se ac heredes suos efficaciter obligauit; de qua summa tam ipse, quam heredes prædicti satisfecerunt statutis terminis vsque modo, vel super solutione ipsius certis & iustis causis prorogationem impetrarunt aliquotiens; inde tamen sibi nulla facta remissione in perpetuum vel ad tempus, & etiam non obstante, quod ad præsens per alios, magna pars regni detineatur prædicti; tamen ex sinceræ dilectio-

Rem ab æquitate abhorrere demonstrat Pontifex.

actionem, non tamen petit eam necessario, immo voluntarie, Ergo possunt habere ius in aliqua re detenta per alium absque hoc, quod sibi vendicent in iudicio. Secundo quia illud possunt habere fratres, quod adijcit ad perfectionem sicut melius, vel saltem non est illicitum: Sed sua non repetere iudicio vel adijcit ad perfectionem, vt videtur innuere Apostolus 1. ad Cor. vi. vel saltem non est illicitum. Ergo fratres possunt habere vsum in rebus per actionis in iudicio abdicationem. Et sic patet quomodo in talibus fratres Minores possunt habere vsum nudum, & quomodo non. Et infra.

a lib. pag. 34.

Controuertitur, an vsus possit a proprietate separari.

35 *Quartum* a *dubium hic declarandum, vtrum in rebus vsu consumptibilibus possit vsus licitus a proprietate seu dominio rei separari; & arguo primo quod sic, quia monachus in nullo casu est capax proprietatis: abdicatio enim proprietatis ita est regulæ monachorum annexa, quod contra eam Papa dispensare non potest, vt dicitur extra de statu monachorum, Cum ad monasterium. Sed monachus necessario vtitur rebus vsu consumptibilibus, sicut quando comedit & bibit. Ergo in talibus rebus potest vsus licitus a proprietate seu dominio separari.*

Contra concluditur non posse separari.

Contra. In rebus vbi vsus non est sine consumptione proprietatis, impossibile est esse ius in vsu sine iure in proprietate: hoc patet, quia ex quo per vsum consumitur proprietas, vsus non erit licitus, nisi possim consumere licite proprietatem. Sed non possum licite consumere proprietatem sine potestate licita seu iuris in proprietate. Ergo, &c. Sed in rebus vsu consumptibilibus non est vsus sine consumptione proprietatis. Ergo in talibus rebus non potest vsus a proprietate seu dominio separari.

Distinctio consumptibilium.

Subdit auctor varia rerum consumptibilium discrimina; aliæ nempe in sua natura & forma mutantur, corruptæque in substantiam vtentis vertuntur, vt alimenta; aliæ vsu non quidem momentaneo, sed diuturno paulatim deteruntur, vt vestes: aliæ non ex ipso vsu per se, sed per accidens, quia omnia terrena consenescunt ac depereunt. Deinde loquens de ijs, quæ mox absumuntur, ostendit in ipsis iustum vsum iure rei nõ orbatum: *Ille*, inquit, *qui potest per se rem licite transferre in alium non solum quantum ad vsum, sed quantum ad proprietatem, habet ius necessario in re & in vsu rei: hoc patet, quia nemo potest transferre pro se & nomine suo in alio quod ipse non habet. Sed qui vtendo consumit rem, non minus transfert rem & alienat a quocumque, cuius ante fuit, quam qui per venditionem & donationem transfert in alium; immo magis, quia vendendo & donando adhuc manet res in propria forma, post talem autem consumptionem non. Ergo si talis per se licite vtitur, necessario habet ius in re non solum in vsu rei illius.*

Probatio conclusionis.

Distinctio consumptionis completæ & incompletæ.

Distinguit deinde auctor vsum rei statim consumptibilis completum & incompletum, & vbi iustus vsus rei incomplete consumptæ, incompletum est rei ius & dominium; & vbi iustus vsus completus pariter consumptę rei completæ, completum ius siue completa proprietas. Tum concludit b; *In rebus vsu consumptibilibus non potest vsus licitus separari a dominio in re seu proprietate rei. Ergo in talibus rebus non possunt fratres Minores nec alij habere vsum nudum per proprietatis exclusionem: & ideo patet differentia inter res quæ non consumuntur vsu, & eas quæ statim vsu consumuntur; quia in rebus quæ non consumuntur vsu, potest esse nudus vsus per proprietatis exclusionem, licet non per omnis iuris nudationem: sed in rebus quæ statim vsu consumuntur, non potest esse vsus licitus nudus per omnis iuris nudationem, nec per proprietatis exclusionē.*

b Ibid. pag. 36.

Soluitur obiectio antea proposita.

Ad principalem rationem dico, quod monachus non est capax proprietatis sic, quod de re possit disponere ad libitum: immo tamdiu potest dispensator monasterij vel monasterium rem ad vsum concessum monacho reuocare, donec vsus sit inchoatus; et ideo non dicitur dominus, vel habere proprietatem. Sed in ipso vsu, quia non potest esse sine consumptione proprietatis, ideo quantum conceditur monacho de vsu in tali re, tantum sibi conceditur de proprietate: nec abdicatio talis proprietatis monacho est annexa: quare, etc.

Monachus propter illud ius non fit proprietarius.

Ex his illustratur solutio difficultatis, quæ torsit ingenia plurium doctorum catholicorum, qui Ioannem, dum in rebus consumptibilibus iustum vsum a iure & dominio rerum non separari in memorata constitutione pronuntiauit, errasse in controuersia ad fidem non spectante existimarunt; inter quos numeratur Robertus Cardinalis Bellarminus a hoc deceptus argumento: *Quia*, inquit, *esse dominum non est posse rem destruere quocumque modo: sed posse libere destruere quando, vbi, quomodo quis voluerit; et etiam donare, vendere, commutare, etc. Constat autem omnes veros religiosos habere vsum panis quem comedunt, et vini quod bibunt; nec tamen posse illa donare, vendere, mutare, proijcere.* At ex hoc probatur tantum non haberi a religioso viro plenum & liberum dominium ante vsum rei consumptibilis; non vero in ipsa consumptione, quod haberi constat, cum nulli alteri remaneat, vt demonstrat pontificiæ constitutionis propugnator b hoc argumento: *Si res illa, qua quis vtitur, est alterius concedentis talem vsum rei, aut concedit vsum rei, nihil retento in re; aut concedit vsum, retento dominio in re: si primo modo, sequitur quod concedens vsum concedit quidquid habet in re, et quantum ad vsum et quantum ad ius: si autem ille, cuius dicitur res esse, concedit vsum talem retento dominio, hoc est impossibile, quia in re consumpta non remanet ius alicui.* Refellit deinde obiectionem ineptam, posse retineri ius abstrahendi ex ore, tum enim foret rei vsus incompletus, atque ideo ius incompletum, subditque: *Patet quod monachus et filiusfamilias et seruus habent aliquale ius in rebus, quibus vtuntur: sed quia non habent plenum ius et liberum nomine suo, ideo tales non dicuntur esse capaces simpliciter iuris vel dominij in rebus, sicut etiam in religionibus.*

a Bellar. l. 4. de Rom. Pont. c. 14

Bellarmini oppositio.

b M.S. bib. Vat. sign. n. 4869. pag. 5.

Diluitur.

Porro mirum non est, si in ea quæstione legali de distinctione iuris ab vsu iusto rei consumptibilis plures Ioannis mentem non sint assecuti, cuius non videre commentarium: neq; enim vt Pontifex ipse docet c, res consumptibilis pro tempore, antequam destruatur, debet sumi; sed legaliter, vti etiam Nicolaus Papa acceperat, nimirum pro ipsa consumptione, in qua ius ab vsu distrahi non potest, nisi quis abutatur iniuste (quod de Christo sentire impium esset) vt aduersarij, qui simplicem vsum facti sine vllo iure ipsi tribuebant, sentire voluerunt. Quod autem ad eam constitutionis partem, in qua Ioannes sanctionem, *Cum inter nonnullos* repetit; in ea Cardinalis Bellarminus, cæterique pij omnes cum Ioanne consentiunt, neq; Herwartus Ludouicum Bauarum rite excusat, cum Bellarminus Ioannem in re metaphysica ad fidem non spectante immerito perstringat erroris: Ludouicus vero non in ea modo, quam ad fidem pertinere cum pseudominoritis falso contendebat; sed

c Io. in com. Quia vir reprobus.

Res consumptibilis in superiori quæst. accipitur pro re quæ consumitur.

in

lexit quantum ad bona immobilia, quæ primitiua ecclesia habere noluit, quia futuram ecclesiam in gentibus prævidebat, sicut supradictum est; non autem quantum ad bona mobilia, nec etiam de immobilibus intellexit quantum ad ius in vsu, sed solum quantum ad ius et dominium in re simpliciter: quare, etc. Vel potest aliter glosari, quod aliquid potest dici proprium duobus modis, vno modo in quantum distinguitur contra commune, et sic abdicatio omnium rerum in proprio etiam mobilium est meritoria et sancta: alio modo vt proprium distinguitur contra alienum, et sic abdicatio omnium rerum in proprio, sic quod homo semper viueret de alieno, in quo nullum ius haberet, saltem sicut pars communitatis, non est meritoria nec sancta.

Illustratur solutio probationis primæ ad Minorem adductæ.

Ex dictis patet minoris propositionis ab aduersarijs factæ solutio; fuit definitum a Nicolao tamquam illud sit decretum fidei, vbi sonant verba, *quod Christus et Apostoli nihil habuerunt, quantum ad dominium, in proprio vel in communi*; falsum est; vti demonstratum fuit; sed in constitutione illud opinatiue positum est: quod autem nihil habuerint in proprio vel communi quantum ad immobilia, illud verum est, vti Ioannes declarauit ex Nicolai voluntate in constitutione expressa: quod neque mobilia habuerint, falsum.

Quod vero ad secundam probationem minoris petitam e concilio Viennensi spectat; falsum omnino est, controuersiam eam diremptam in concilio, quantumuis exclamet Michael Cæsenas in suis hæreticis commentarijs a: *Ecclesia posuit finem in quæstione de paupertate Christi per sextum, et per concilium*. Corrigendusque est auctor nitelæ Franciscanæ, qui Michaelis Cæsenatis errorem secutus. Contendit b decretalem, *Exijt*, in concilio Veiennensi confirmatam, & Iacobum Cardinalem, qui in pontificatu Benedicti XII. nomen gessit, Fraticellorum argumenta dissoluentem, negantemque approbatam vnquam per vniuersalem ecclesiam aliter, nisi vt communes constitutiones papales, nullamque de ea in concilio mentionem habitam, confutare nititur. Certe Clemens V. qui in sua decretali, *Exiui de paradiso*, non dicit concilium generale approbasse vel confirmasse decretalem, *Exijt*; Ioannes XXII. qui in ordine tum episcopali, concilio interesse potuit, deque re tota diligentissime quæsiuit, & cum Cardinalibus & episcopis qui interfuere, contulit, Michaelem Cæsenatem hæresiarcham contrarium asserentem arguit mendacij; Benedictus XII. qui vesanam illam Fraticellorum erroris patrocinium a concilio œcumenico petentium impudentiam refellit, rem melius nouere, quam recens auctor aut alij, quos errantes secutus est. At licet fingatur eam decretalem approbatam in concilio, negat tamen Ioannes XXII. in constitutione, *Quia vir reprobus*, quod attinet ad articulum de abdicatione rerum in speciali & in communi, approbatam: neque enim ea controuersia in concilio Viennensi discussa fuit, aut a concilio de dogmate non proposito fertur cœcis oculis decretoria sententia: *In hoc*, inquit Ioannes c, *quod dicit*, nempe hæresiarcha Michael Cæsenas, *quod dicta constitutio, Exijt, fuit per vniuersalem ecclesiam approbata; dicimus quod quantum ad hoc, scilicet quod fratres Minores in rebus vsu consumptibilibus habeant vsum facti, nunquam fuit per vniuersalem ecclesiam approbata: dicimus etiam, quod non fuit in Viennensi concilio confirmata, nec hoc poterit per constitutionem aliquam vel aliquas apparere; immo nec de fratrum consilio promulgata.* Multo certe minus dici potest in eo concilio fuisse definitum, Christum & Apostolos nullū habuisse ius vel dominium rerum, quibus vsi sunt: proferant enim aduersarij acta concilij. Sed mendacissimus hæresiarcha sibi potius somnianti, quam Cardinalibus, episcopis, & doctoribus, qui illi interfuerant, fidem adhiberi voluit, & contra superiorem Pontificis constitutionem, *Quia quorundam*, nefarium commentarium edidit, quem Ludouicus Bauarus vna cum alijs suis edictis promulgauit, de quo inferius agetur. Aduertendum porro est in memorata sanctione, præter decretum de iusto rerum vsu in Christo & Apostolis, quod ad fidem spectat, aliam quæstionem expendi, an in rebus vsu consumptibilibus vsus iustus a iure segregetur; quæ quæstio ad fidem non pertinet: eā tamen Pontificis hostes ad fidem spectare inepte contenderunt, contrarium errorem secuti, vt ex ea pharetra iacula blasphemiæ in Christi vicarium torquerent, quem propterea exutum a Christo pontificia potestate garriuerunt a. Præstat itaque doctorem Auinionensem prædictam constitutionem propugnantem audire.

a M.S. bib. Vat. sign. n. 4010. pag. 232.
b Nitel. Franc. q. 17. in cōs. responsionis ad obiectionem 5. Fratic. et in cons. 15.

Demonstratur concilium Vienn. nō approbasse sanctionē Exijt. Testimonia Pontificum de ea re.

c Ioan. in cōst. Quia vir reprobus n. 40.

Impudentia contra id tendētium.

Quæstio an ius in re, quæ cōsumitur, separetur a iusto vsu, ad fidem non spectat. Hostes pōtif. spectare ad fidē insulse voluerunt.

a Ludoui. Bau. in sententia aduersus Io. M.S. bib. Vat. sign. n. 4008. pag. 80.

34 *Quantum*, inquit b, *ad quartum articulum, quomodo fratres Minores possunt habere vsum nudum facti, intelligendo istum articulum quantum ad res, quæ non consumuntur vsu; pono quatuor breues conclusiones. Prima erit, quod non possunt habere in talibus rebus vsum nudum licitum per omnis iuris nudationem. Secundo quod possunt habere nudum vsum per proprietatis exclusionem. Tertia quod non possunt habere nudum vsum per omnis vtilitatis priuationem. Quarta quod possunt habere per actionis in iudicio abdicationem.*

b M.S. bib. Vat. sign. n. 4869. pag. 32.

Quomodo vsus nudus facti in non consumptibilibus possit haberi.

Primam conclusionem probo faciliter sic: Impossibile est, esse vsum licitum sine iure vtendi seu iure in vsu simpliciter, & sine iure in re, secundum quid; hoc patet ex prima & tertia conclusione præcedentis articuli. Ergo impossibile est, quod fratres Minores habeant vsum in talibus rebus licitum, si sit denudatus omni iure: & ideo, sicut dominus noster deducit, talem vsum, sic omni iure denudatum, nunquam fratribus dominus Nicolaus reseruauit, quia ille vsus perfectionem non adijcit, immo potius repugnat, sicut ille qui necessario est illicitus. Ergo talem vsū nunquā dictis fratribus reseruauit.

Non habetur per omnis iuris denudationē.

Secunda conclusio est, quod in talibus rebus possunt habere vsum nudum per proprietatis exclusionem; & hanc probo faciliter. In rebus in quibus aliquis potest habere vsum salua rei substantia, dominio illius rei penes alium remanente, potest homo habere vsum nudum per proprietatis exclusionem vel absq; dominio in proprietate; & si habeat talem vsum ex concessione domini, erit vsus licitus. Sed fratres Minores possunt habere vsum in rebus, quæ vsu non consumuntur, sicut in domibus, libris, & huiusmodi, salua rei substantia, dominio illius rei penes dominum Papam, vel alium remanente & ex concessione domini. Ergo, &c.

Potest per proprietatis exclusionem.

Tertia conclusio est, quod non possunt habere vsum nudum in talibus rebus per omnis vtilitatis priuationem, & hanc probo sic: Vsus domus est inhabitatio domus. Sed inhabitatione domus fratres indigent &c.

Non per vtilitatis priuationem.

Quarta conclusio est, quod possunt habere vsum nudum per actionis in iudicio abdicationem, & hanc probo faciliter sic: Quando aliquis petit aliquam rem, non tamen necessario, non est repugnantia habere illud sine alio. Sed ius & si pariat actio-

Potest per actionis in iudicio abdicationem.

rebellis Rom. ecclesia habeatur. Iste est casus et sententia totius istius decretalis. Hactenus Auinionensis doctor, ex quo obseruādū est, pseudominoritas aliosque pontificiarum constitutionum de paupertate euāgelica impugnatores superius argumentum in eo, quod scientiam clauem dixerant, cum ad hoc, vt clauis dicatur, potestas illi sit coniungenda, correxisse; maiorique apparatu subornatum, ac mole vibratum illud repetijsse,

Recudunt illi idem argumentum.

32 *Quod est*, inquiebant a, *per sedem Apostolicam in fide & moribus semel definitum & approbatum, fas non est deinceps contradicere; hoc statim probatur XIX. di. Si nouitiorum, vbi dicitur: Quod vere apostolica fides approbauit, hodie teneatur acceptum; & sequenti cap. Sed omnes, & XIV. q. 1. Hac est fides.*

a Ib. pag. 59.

Maior vera si ea sint fidei & morum essentialia.

Probatur etiam ratione, primo quia tunc ecclesia aliquo tempore aliud contra fidem declarasset, & tunc non semper fuisset virgo sine macula & sine ruga. Item promissio Christi, qua promisit Luc. XXII. quod fides Petri nunquam deficeret, fuisset falsa, tunc enim fides aliquo tempore defecisset. Praeterea B. Augustinus in epistola ad Hieronymum arguit sic: Si in scriptura sacra semel aliquid falsum inueniatur, tota ipsius scripturae vacillabit auctoritas. Ergo a simili, si sedes Apostolica aliquid falsum determinasset, tota ecclesiae auctoritas titubaret. Et confirmatur quia secundum beatum Augustinum contra epistolam Fundamenti: Ego euangelio non crederem, nisi me catholicae ecclesiae commoueret auctoritas. Ergo sicut ei quod est per euangelium diffinitum, non est fas deinceps contradicere. Sed per sedem Apostolicam semel fuit diffinitum & approbatum, quod Christus & Apostoli nihil habuerunt quantum ad dominium in proprio vel in communi. Ergo oppositum asserere nefas est.

Vera eius confirmatio.

Fraus latet in minori.

Probatur Minor extra de verborum significationibus Exijt lib. VI. §. Porro, vbi dicitur sic: Dicimus, quod abdicatio omnium rerum in proprio vel in communi propter Deum meritoria & sancta est. Et sequitur: Quomodo primi fundatores militantis ecclesiae, prout ab ipso fonte hauserant, in volentes perfecte viuere per doctrinae & vitae ipsorum alueos deriuarunt. Item ibidem dicitur, quod Christus hanc expropriationem & verbo docuit & exemplo firmauit. Quae quidem decretalis fuit per plures Romanos Pontifices approbata, & etiam per concilium Viennense, &c. Haec illi. Sane maior propositio, nimirum nefas esse contradicere in ijs, quae definita sunt per sedem Apostolicam in fide & moribus, certissima est, & additae probationes eam omnino confirmant, si intelligantur, vti debent, ea quae spectant ad fidem & vniuersales ecclesiae mores in necessarijs ad salutem: at pseudominoritae non in eo sistunt, sed quae ad fidem & mores tantum spectant accidentario & remote, qualia sunt nimirum Franciscani instituti encomia, priuilegia, seu decreta Pontificum eo attinentia, & omnia in ijs contenta fidei & morum essentialia esse falso supponunt, ac ludunt in aequiuoco: illas ergo sanctiones, licet sint in Sexto, esse fidei & morum decreta essentialia negandum est constantissime b; neque enim decreta fidei condunt Pontifices nisi id expresserint, & vt de necessitate credenda proposuerint: ita constitutionem, *Exijt*, non fuisse decretum fidei, indicat Nicolaus ipse, dum non damnat haereseos contrarium sentientes: immo eandem sanctionem velut ambiguam successoris decretoriae sententiae subiecerit;

Et in eius probatione.

Respondetur ad maiorem sub distinctione.

Aduersariorum aequiuocatio & fraus detegitur.

b Direct. inquisit. 2. p. comm. 42. in q. 17.

Contēta in const. Exijt non sunt decreta fidei.

ac si fingatur esse fidei decretum; non quidem in eo sensu quem quilibet ipsi affinxerit, sed in eo quem Pontifex declarauerit, fidei decretum erit, vt Patrum & ecclesiae traditiones in huiusmodi litibus docent; quam rationem Auinionensis doctor subiectis verbis illustrat a.

Si spectet ad fidem, spectabit in sensu ab eccl. declarando.

33 *Respondetur quod sicut patet extr. de baptis. & eius effectu c. Maiores, quando occurrit aliquod dubium in articulis fidei, vel in scriptura sacra, licet declaratio magistralis possit pertinere ad illos, tamen declaratio & determinatio auctoritatiua & finalis, cui omnes habent acquiescere, pertinet ad dominum Papam; quod clare fuit demonstratum Actuum XV. vbi orta dissensione, vtrum legalia debeant seruari cum euangelio, consuluerunt Petrum & alios Apostolos, qui erant in Ierusalem: & Petrus sicut princeps Apostolorum decreuit, legalia non esse obseruanda.*

a M. S. bib Vat. sign. n. 4869. pag. 72.

Probatur oborta in ijs dubia a sede Ap. dirimēda.

Nec obstat, quod Iacobus ibidem dicit: Ego iudico non inquietari eos, &c. tum quia Petrus primo decreuit, postmodum Iacobus sicut illius loci episcopus ad ostendendum, quod Petrus ibi, sicut & in tota ecclesia, iurisdictionem ordinariam habebat; Iacobus autem in loco illo non quidem aequalem, sed subordinatam, quia sua erat sub illa Petri & successorum eius: alij autem Apostoli ibi iurisdictionem non habebant.

Confirmatur Apostolorum exemplo.

Item certum est, quod sententia Iacobi non potuit arctare extra fines suae iurisdictionis, sicut sententia episcopi Parisiensis non arctat illos de dioecesi alia. Sed illa sententia obligauit vniuersos per totum mundum constitutos. Ergo fuit sententia in toto orbe vniuersaliter praesidentis. Ille autem erat solus Petrus: quare, &c. Si ergo, cum occurrunt dubia circa scripturam sacram vel circa articulos fidei, declaratio & determinatio ad dominum Papam pertinet, multo fortius cum dubia occurrunt circa intellectum alicuius constitutionis, per ipsum vel per praedecessorem suum editae, declaratio vel determinatio pertinet ad ipsum. Modo circa dicta illius constitutionis quantum ad paupertatem Christi & Apostolorum contingebat dubitari: & ideo dominus noster & rei veritatem & verum intellectum constitutionis voluit declarare.

Cum ergo dicitur, quod in illa decretali definitur, quod Christus & Apostoli nihil habuerunt quantum ad dominium in proprio vel in communi; dico quod non est verum simpliciter: vel si alicubi diceretur, intelligendum esset quantum ad bona immobilia, non autem quantum ad bona mobilia; & hoc videtur dicere textus canonis Luc. IX. cum dicitur: Filius hominis non habet vbi caput reclinet; Christus enim & Apostoli non habuerunt domum, agrum, aut praedia: sed bene habuerunt eorum pretia. Et credo quod ista glossa est ita bona, sicut etiam glossa, quam dant doctores communiter super illo verbo illius constitutionis extr. de statu mon. Cum ad monasterium, quod castitas & paupertas ita sunt ossibus monachorum annexa, quod contra ea summus Pontifex dispensare non potest, id est non debet, sicut glossant multi solemnes doctores.

Non contradicit Ioannes constitutioni, Exijt, sed eam declarat.

Quod ergo dicitur in illa constitutione, Exijt, in §. Porro: Dicimus quod abdicatio omnium rerum in proprio vel in communi propter Deum meritoria est & sancta, quam primi fundatores, &c. dico quod intelligenda est abdicatio omnium rerum in proprio vel communi, supple omnium rerum immobilium. Et eodem modo ad illud, quod ibidem dicitur, quod hanc expropriationem Christus et verbo docuit, et exemplo firmauit; dico enim: quod intel-

Expropriatio quoad immobilia commendata est.

lexit

præfetulit impulsoribus impijs cōsiliarijs, qui prin-
cipis politica iura quauis ratione tueri annitentis
facilitare abusi sunt: quem etiam non sine conqui-
tis coloribus excusare nititur Hervvartus a.
Porro a sententia, quam Romanus Pontifex in
iudicio fidei tulit, sine hæreseos crimine disce-
dere non licet b, cum ob diuini Spiritus singulare
præsidium promissum a Christo tunc errare non
possit. Iuridicam itaque Pontifex in Ludoui-
cum sententiam tulit, qua illum ob impugnatum
ecclesiæ dogma publice promulgatum, quod
nimirum Christus & Apostoli in ijs, quibus ip-
sos diuinæ scripturæ testantur vsos, verum ius
siue in speciali siue in communi obtinerent;
crimine hæreseos damnauit, ac pœnas in hære-
ticos statutas ipsum contraxisse sanxit. Cuius
sententiæ autographum in archiuio Auenionensi
Octauio Aquauiua Card. legato compertum est. c

a Hervv. ad ann. Chr. 1328 n. 46. &c. b Turrecr lum. de eccl. l. 2. c. 112. & alij

Pontifex in edendo fidei decreto errare non potest.

Pœnituit d postea Ludouicum tanti scele-
ris in propugnanda fraterculorum hæresi, lanian-
daq; Pontificis fama perpetrati, atque hoc respō-
so illud excusauit, gestū id Vdalrici scribæ inui-
dia, & improbitate, eumq; scelus in morte fassum,
se vero armorum tantum, non theologicarum
controuersiarum peritum esse: *Sicut miles*, inquit,
*scripturarum & literarum subtilitatum ignari, quia
dicebantur meliores magistri theologia & fratres re-
ligiosi, non credentes nos aliquid contra fidem facere,
appellationi eorum consensimus, & sic adhærebamus,
& ipsam pro defensione nostra & iurium nostrorum
& imperij interposuimus*. Dixit etiam non stu-
dio tuendi erroris, sed Pontificis, qui ipsum in
eripiendis cæsareis apicibus pupugisset, repun-
gendi animo illa fudisse: qua de re inferius men-
tio recurret. Cæterum Ioannes, cum hostes ec-
clesiæ latius in dies virus suū diffundere, & Ludo-
uicum principem subornasse conspiceret, ac pa-
lam duabus memoratis prioribus cōstitutionibus
impie detrahi, tertiam edidit e, quæ ab his ver-
bis ducit exordium, *Quia quorundam*, & iuri ca-
nonico adiecta est; in qua grauibus rationibus a se
antea promulgata confirmauit: cuius argumentū
pontificiæ curiæ doctor in suo commentario, pro
ea defendenda edito, ita accurate exponit f.

c Ext. n. 277. in arch. Auen.

Lata in eū hac de causa sententia.

d Ext. de eo Lud. lit. reper. in arch. Aui. n. 138.

Pœnituit Ludouicū sceleris.

e To. 5. p. 1 ep. secr. pag. 52. & 120. et p. 2 pag. 19. et lib. variar bull. pag. 32. et extr Quia quorundā de verb. sign. f M.S. bib. Vat. sign. n. 4869. pag. 21.

*Contra istas duas constitutiones, nempe, Ad
conditorem canonum, & Cum inter nonnullos, ali-
qui dixerunt., obiectantes dominum nostrum non
potuisse ea quæ dicta sunt, declarasse; & ad sui men-
dacij colorationem adducebant talem rationem: Il-
lud, quod per clauem scientiæ in fide & moribus de-
finiuerunt semel Romani Pontifices, adeo immuta-
bile perseuerat, quod illud successoribus suis reuoca-
ri non licet in dubium, nec contrarium affirmare;
licet secus fit in ijs, quæ sunt per eos per clauem po-
tentiæ ordinata. Sed, vt dicunt, Romani Pontifices
& multa concilia generalia declarauerunt & defini-
uerunt per clauem scientiæ primo, quod regula fra-
trum Minorum est regula euangelica, Christi &
Apostolorum imitatrix, quæ nihil habet in hoc mun-
do proprium, vel commune; sed in rebus, quibus
vtuntur, habent simplicem vsum facti: secundo quod
Christi & Apostolorum paupertas consistit in ex-
propriatione cuiuslibet temporalis dominij ciuilis &
mundani, & quod eorum sustentatio fuit in solo &
nudo vsu facti. Ergo quibuscumque successoribus
non licuit oppositum declarare. Sed oppositum in
dictis duabus constitutionibus declaratur, vt visum
est. Ergo hoc non licuit facere domino. Ad hanc
autem rationem primo dominus noster valde subti-
liter, artificiose, & efficaciter respondit g, & circa
maiorem insistendo, & circa minorem. Et primo*

Papales sanctiones oppugnatæ.

Aduersariorum argumentū

Ad illud respondetur a Pontifice.

g Ext. Quia quorundā de verb. sign.

*circa maiorem ostendendo, quod scientia vel non
est clauis spiritualis, vel sic vt ad ipsam non perti-
net aliquod definire, sed solum ad clauem potestatis.*
Reliquā maioris propositionis pars silētio prætermis-
ta, quia vera, & ideo nil cōtra a Pōtifice dictū est.
*Secundo circa minorem primo ostendendo, quod fal-
sum est quod Romani Pontifices definiuerunt, quod
fratres in rebus, quibus vtuntur, habeant simplicem
vsum facti; & probat per eos, quod habeant vsum
iuris, ostendendo quod dictus dominus Nicolaus, in
quo se fundant principaliter, nunquam dixit su-
stentationem Christi & Apostolorum extitisse in solo
& nudo & simplici vsu facti; immo quod opposi-
tum sensit, probat. Tertio ostendendo, quod habere
aliqua in communi, non derogat altissimæ paupertati.
ti. Quarto ostendendo, quod in rebus vsu consum-
ptibilibus non potest vsus a proprietate seu dominio
separari. Quinto probando, quod vsus denudatus
omni iure non est iustus, quare perfectis non compe-
tit talis vsus, nec eis talem vsum conditor canonis
reseruauit. Sexto ex eorum dicto eos confutando
ostendit, quod si licuit dicto domino Nicolao contra
declarationes prædecessorum suorum aliqua decla-
rare in materia supradicta, quod eadem ratione
sibi licuit contra determinata per dominum Nico-
laum prædictum; vel si non licet, non alteri licuit.
Septimo ostendit per ea, quæ in constitutione dicti do-
mini Nicolai continentur, quod ad Romanos Ponti-
fices, & per consequens ad dominum nostrum perti-
net, si quid dubietatis circa suam constitutionem
emergeret, declarare. Octauo ostendendo, quod li-
cet Romanis Pontificibus ordines confirmare, &
confirmatos cassare: quare esto non habeant maius
periculum fratres Minores, vt videtur, licet circa
eorum regulam talia facere & opposita declarare.
Nono ostendendo, falsum esse, permulta concilia
generalia talia declarasse, vel quod concilia genera-
lia, nempe ij Pontifices, non celebrauerunt, vel nul-
lam de talibus mentionem fecerunt. Decimo osten-
dendo, quod nec ad fidem, nec ad mores pertinet,
Christum & Apostolos non habuisse in ijs, quibus vsi
sunt, nisi simplicem vsum facti: immo magis opposi-
tum pertinet, cum nec in scriptura sacra, nec in sym-
bolo habeatur, quod fratres Minores non habent
in rebus nisi simplicem vsum facti; nec quod non
liceat Romano Pontifici dominium, quod sibi reser-
uauit in rebus, quæ in fratribus obueniunt, abijce-
re; nec quod procuratores per summos Pontifices con-
stitutos successori non liceat reuocare. Quare con-
cludit necessario, quod responsio talium nulla est, &
quod ipse talia superius præmissa potuit declarare,
& ipsa etiam ordinare. Vltimo concludendo definit
primo, quod tales nisi sunt publice defendere &
etiam approbare hæresim damnatam in ista constitu-
tione, Cum inter nonnullos, asserendo quod Christus
& Apostoli in ijs, quæ habuerint, habuerunt tan-
tum simplicem vsum facti omni iure denudatum:
& quod omnes tales & singuli, qui verbo ac scripto
per se, vel alium, seu alios talia publice præsum-
pserunt; illique qui eos instruxerunt in talibus, et
vt præmissa facerent docuerunt, in damnatam hære-
sim inciderunt, et vt hæretici sunt vitandi. Secun-
do diffinit, quod si aliquis deinceps damnatas per
constitutionē prædictam, Cum inter nōnullos, hæreses
vel ipsarum alteram scienter verbo vel scripto de-
fendere, vel approbare præsumpserit, tanquam hæ-
reticus ab omnibus euitetur. Tertio inhibet, ne quis
contra ordinata, definita, seu facta in constitutione,
quæ incipit, Ad conditorem canonum, verbo vel scri-
pto scienter approbet aliquid vel defendat; et si quis
contrarium præsumpserit, tanquam contumax et
re-*

Error quē maior supponebat confutatur.

Minor multipliciter oppugnata.

Non spectat ad fidem Minoritas non habere nisi simplicem vsum facti.

Decretū fidei, Cum inter nonnullos confirmatū.

Intentatq aduersarijs pœnæ

contra fas a Ioāne exauctoratum fuisse, ac nomen cæsareū iusque non dimittere constituit; sed illud contra edicta pontificia sibi armis asserere: tū acceptæ, vt putabat, iniuriæ impatiēs multa in pontificiā dignitatē molitus est a, cum Ioannes anathematis illū sententia, quam antea intentarat, ni poneret titulos, ineunte octobri perculit, ac fotæ hæreseos crimine postulauit, constitutis illi ad dicendam causam die peremptorio. Cuius sententiæ series ad plures prouincias præcipueque Romam ad episcopum Terracinensem, pontificium in Vrbe vicarium in diuina re, transmissa est, vt promulgandam curaret. In charta vero pergamena descripta Auinione gerente Auinionensem legationem Octauio Aquauiua Cardinale cum alijs insignibus monumentis est reperta b.

a Eod. pag. 40.

28 Ad declinandam huius pontificij fulminis vim, celebratos in Germania mense octobri a Ludouico Bauaro solemnes ordinum imperij conuentus, refert Ioannes Villanus c, in quibus graues de Ioanne Papa querelas effudit, atque a lata in se sententia ad concilium œcumenicum Romæ celebrandum prouocauit. Deinde vindictæ expetendæ cupiditate æstuans ad eripiendam, si posset, illi tiaram apostolicam, qui sibi diadema imperiale eriperet, multa Ioanni obiecit, quibus indignum illum pontificatu contendebat; eamque prouocationis formam mense nouembri ad aulam pontificiam misit: ex qua grauissimum ecclesiæ iniectum scandalum, tumultusque conciatı. Vtebatur, vt e Villano d colligitur, in exarandis illis nefarijs scriptis Ioannis Ianduni & Marsilij Patauini insignium philosophorum & astrologorum opera: sed quos pluribus hæresibus contaminatos ait. Cæterum plures prouocationum formulas a Ludouico compositas, quibus in Pontificem per gradus inuehebatur acerbius, vt ab ipso nouis edictis percellebatur, ex aliquot earum exemplis e literisque f apostolicis colligitur: extatque conceptus Ludouici Bauari nomine a viris impijs, de quibus paulo ante memoraui, libellus in M.S. bibliothecæ Vaticanæ a Nicolao Minorita schismatico compacto g in quo ex improborum consultorum consilio atrocissimas in Ioannem iniurias fudit, impiumque de Christi & Apostolorum paupertate dogma, quod nōnulli pseudominoritæ hypocritæ tuebantur secutus in speciem, in illius erroris abyssum cæcis ducibus adductus est, vt Romanum Pontificem, dum controuersiam dirimeret, hæresim ex Petri sede promulgasse affirmaret; cum huiusmodi decretoriæ fidei sentētiæ princeps auctor sit Spiritus sanctus illiusq; administer Romanus Pōtifex. Cuius infelicis lapsus nefarium hoc monumentum in illa sua in Ioannem inuectiua reliquit h, quod ad eorum, quæ consecuta sunt vberiorem doctrinam, lucemque historiæ potiori ex parte repetemus.

b Arch. Auin. nu. 103. an. 1594. c Io. Vill. l. 9. c. 275. Bauarus a pontificia sententia ad concilium prouocat. In Ioannem plures euomit calūnias. d Eod. l. c. 265. Quibus viris impijs vsus sit ad nefaria scripta cōponenda. Variæ ab illo editæ prouocationum formæ. e Ext. apud Herwvart. ad an. 1324. n. 39. & seq. f Lib. 4. p. 2 ep. secr. pag. 79. & to 5. p. 1. ep. secr. pag. 40. g Apud Nic. Min. M.S. bibl. Vat. sig. n. 4008. pag. 13. h ib. pag. 16.

29 *Non sufficit*, inquit, *sibi temporalis imperij iura attentare subuertere, & in coronam nostram ac fideles imperij tam nequiter desæuire, nisi & ipsum dominum nostrum Iesum Christum Regem Regum & dominum dominantium, principem Regum terræ, & eius sanctissimam Matrem, quæ eiusdem voti & status consilio in obseruantia paupertatis vixit, & sanctum Apostolorum collegium, ipsorum denigrando vitam, & actus infringeret, & doctrinam euangelicam de paupertate altissima, in qua exemplaris perfectio exterioris vitæ ipsorum de pleno et perfecto mundi contemptu tanquam in fundamento immobili est firmata. Quod fundamentum nō solum sua mala vita, & a mundi contemptu aliena conatur subuertere; sed hæretico dogmate, & venenata doctrina in prædicationibus publicis & solemnibus, & varijs assertionibus affirmando asseruit, Christum & Apostolos habuisse bona communia in communi eo modo, quo alia collegia habent. Quod dictum est notorie hæreticum, profanum, & contra euangelij sacrum textum: innumera enim sunt dicta sanctorum prophetarū, prædicantium Christi paupertatem altissimam. Cuius renouator fuit principalis seraphicus vir Franciscus: tota enim silua sacri euangelij quoad Christi ortum, incolatum, & exitum; & circa sanctorum doctorum, & discipulorum ipsorum Apostolorum vsque ad tempora hæc, omnia clamant, Christum scilicet et Apostolos vixisse in altissima paupertate prædicta, quæ consistit in nihil habendo ciuiliter in hoc mundo. Quod si quæratur, quid vult dicere, altissima paupertas, de qua Apostolus dicit: Altissima paupertas eorum, &c.? Respondet Innocentius Papa V. Alta paupertas est habere pauca propria propter Deum: altior, quæ nulla habet propria, habet tamen in suo collegio in communi: altissima, quæ nihil habet in hoc mundo in proprio vel in communi: & hæc fuit Christi & Apostolorum.* Nonnullisque in beati Francisci laudem interiectis, ad conuitia in Ioannem redit Bauarus, miscetque hæresim.

Ob decretum fidei editum Pont. hæreticum vocat.

Dicta hæc ab Innoc. vt priuato doctore.

30 *Hic oppressor pauperum, vita Christi & Apostolorum inimicus, prædicta omnia paruipendens, ac volens Christi paupertatem altissimam de medio tollere, & sub miris dolis & fraudibus, et venenatis fallacijs ipsam rationaliter annullare, duo nefanda statuta, in quibus hæresiarcha et hæreticus perfectius cum alijs assertionibus alias factis notorie comprobatur, et in Christi vitam blasphemus, et sacris diffinitionibus sanctorum priorum Pontificum prædictorum aperte contrarius, promulgauit.* Subdit earum constitutionum primam fuisse, *Ad conditorem canonum*; alteram, *Cum inter nonnullos*; quas varijs argumentis, ab hæreticis & apostatis suggestis, refellere nititur. Tum pluribus iniurijs & calumnijs eundem Pontificem proscindit, aduersusque ipsum prouocationis ad concilium œcumenicum formulam impiam concepit, in qua impacta Ioanni, quem pontificia exutum auctoritate contendit, hæreseos calumnia, vbi fallacibus verbis colorare facinus nisus est, subijcit: *Ad sancta Dei euangelia tacto libro iurauimus, omnia & singula supradicta nos credere vera esse, et quod prædicta talia probari poterunt contra eum: quæ secundum sanctorum statuta patrum sufficienter sufficient ad eum hæreticum iudicandum. Iurauimus etiam nos contra eundem pro viribus persecutores, &c.* Concilium præterea clientum imperij nomine, quos ob defensas partes cæsareas, propugnatamque imperij dignitatem censuris contra fas percussos disceptabat, cogendum postulauit, vt ipsorum causa in eo cognosceretur; cui prouocationi hæc temporis nota adiecta est: *Acta et publicata fuit hæc appellatio anno Domini* MCCCXXIV.

Decretū fidei pro hæresi acceptum a Lud.

Impiū Ludouici iuramentū.

31 Exinde Ludouicus Bauarus, quamuis non iniustam antea causam tueri pluribus cæsarei nominis studiosis visus esset, tanto tamen piaculo iniquissimam prorsus reddidit, seque augustali iure exuit: dum enim Fraticellorum hæresim constitutione, *Cum inter nonnullos*, damnatam professus est, eamque suscepit amplificandam, in barathrum hæreseos præcipitem se dedisse pa-

Post hæc Lud. seculum iura exauctoratus.

& etiam ciuitatum, castrorum, villarum, & locorum, vniuersitatumq; ipsarum, ac feudorum, quæ a Romana, vel quibusuis alijs ecclesijs, seu imperio prædictis obtinent; & alias spiritualiter, & temporaliter, quando & sicut facti qualitas suadebit, aut expediens putabimus, diuina gratia præeunte,

25 Porro cum nostri Saluatoris exemplo conuersionem peccantium, quorum non perditionem, sed salutem quærimus, affectemus; vniuersas personas & singulas, ecclesiasticas & mundanas, cuiuscumque sint præeminentiæ, ordinis, dignitatis, conditionis, aut status; nec non ciuitatum, castrorum, villarum, & locorum quorumcumque vniuersitates & communitates, quæ forsan præfato Ludouico tanquam Regi seu in regem Romanorum electo adhærendo, obediendo, & intendendo; seu consilium, auxilium vel fauorem præstando, directe vel indirecte, publice vel occulte, in ijs quæ ad regimen seu administrationem pertinēt regni seu imperij prædictorum, aut alias quidquam contra tenorem dictorum processuum temere attentando, pœnas & sententias contentas in eisdem processibus propterea incurrissent; per hoc edictum publicum monemus & hortamur in Domino, vt infra dictas kalendas octobris a prædictis adhæsione, obedientia, consilio, auxilio, & fauore resilientes & resipiscentes omnino, non parituri vel adhæsuri eidem vlterius quomodolibet in præmissis ad gremium & mandata sanctæ matris ecclesiæ cum effectu, & sine cuiusquam fictionis velamine redire procurent: quo casu per opportunæ absolutionis remedium illorum cupientes benigne prouidere saluti, metropolitanis eorum absoluendi eosdem a memoratis pœnis & sententijs, recepta primitus ab ipsis resipiscentibus cautione iuratoria de vlterius non parendo contra dictos processus & sententiam huiusmodi præfato Ludouico, nec præstando super dictis auxilium, consilium, vel fauorem; plenam concedimus tenore præsentium potestatem. Volumus tamen quod super absolutionibus & cautionum receptionibus prædictarum metropolitani præfati duo confici faciant publica vel autentica monumenta, quorum altero penes se retento, reliquum nobis fideliter mittere, nosque de illis per suas patentes literas certiores efficere non omittant.

Data præsulibus facultas cēsuris deuinctos soluendi.

Si vero aliquem vel aliquos taliter absolutos forsan, quod absit, contingeret in errores pristinos, vel aliquem eorumdem relabi contra processus & sententias memoratas, & contenta in eis temerarijs ausibus veniendo; illos in easdem pœnas & sententias reincidere decernimus ipso facto: a quibus, præterquam vt præmittitur per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi dumtaxat in mortis articulo, liberari nequeant vel absolui; adimentes tam prædictis metropolitanis, quam quibusuis alijs, iuxta prohibitionem præcedentium nostrorum processuum, omnimodam super hoc potestatem. Licet autem ex præsumptuosis & indebitis vsurpationibus, iniurijsque, inobedientijs, culpis, & excessibus prædicti Ludouici quadam necessitate compulsi fuerimus procedere taliter contra eum; nequaquam tamen nostræ intentionis extitit, nec existit iuri principum ecclesiasticorum & secularium, ad quos electio Romani Regis, in futurum Imperatorem promouendi, spectare noscitur, per processus nostros, seu aliqua contenta in eis, in aliquo derogare: cum illud omnino illibatum eis volumus reseruare, &c.] Iubet edictum Aueniomensis ecclesiæ postibus affigi, ne Ludouicus id se latuisse obtendat. *Dat. Auinion. v. id. iulij pontificatus nostri anno* VIII.

Principū iura illibata esse iussa.

Diuulgata in omnib' regnis pōtificia sētentia.

Transmissa est ad Christianos principes pontificia sententia, vt e literis ad Carolum Francorum a, Eduardum Anglorum b Reges eo argumento datis apparet, promulgataque est in Gallijs a Guillelmo Senonensi c, Burchardo Magdeburgensi d in Germania, in Anglia Cantuariensi e & Eboracensi, Capuano in Italia archiepiscopis. Exercitæ porro seueritatis a Pontifice culpam tribuendam Ludouico, non modo dicta a nobis demonstrant, sed etiam Germanus auctor docet f: *Quia, inquit, idem Ludouicus confirmationem petere contempsit a Papa, dictus summus Pontifex, multis præmissis processibus & sententijs, ipsum priuauit, & electionem eius cassam declarauit, multis pœnis alijs successu temporis adiectis.*

26 Tulit publicus rumor g, nec vanum indicant Ioannis literæ h ad Francorum Regem, exauctorato Ludouico, agitatū de imperio transferendo ad Gallos, ad quorum gratiam vt pontificatum mordicus tenerent, sedes Apostolica Aueniome defixa erat, ac vix alij quam generis Gallici Cardinales creabantur: refertque Ioannes Villanus i, Carolum Regem Francorum vna cum Ioanne Rege Boemiæ læuiro suo, dum Robertus Rex Siciliæ in aula Apostolica agebat, ad Aueniouenses partes vere ineunte accessisse, vt de imperio a Pontifice obtinendo paciscerentur: deinde cum Germaniæ principibus egisse l, vt ab ijs eligeretur: indictosque in confinibus imperij apud Barenses conuentus, ac principes, electores eo profecturos spopondisse: elatum itaque ea spe Carolum Regem, splendido stipatum comitatu ad constitutum locum mense iulio se contulisse; sed cum solus Leopoldus dux Austriæ accessisset, delusum Germanorum principum promissis non sine pudore abscessisse m. Regis quidem Boemiæ ac fratris Balduini archiepiscopi Treuirensis studia in Carolum videntur refrixisse, cum Maria Lucemburgica Regina ex partus doloribus vna cum filio iam obijsset: ita eo casu reuocandi ad Gallos imperij spes succisa.

Carolus Francorū Rex nititur ad imperium.

Cæterum de Barensi colloquio in literis ad Regem Francorum meminit Pontifex n, quibus Leopoldi ducis oratores significasse ait, Austriacum fœdus arctissimum cum Rege Carolo coniunxisse: cum in alijs ad Leopoldum ipsum a Ludouico postulatum de fœdere pro liberando Friderico, quibus ipsum cum eodem Ludouico vt Rege Romanorum, vel electo in Regem fœdus iungere vetat: *Ante omnia, inquit, prouisurus, ne cum dicto Ludouico, qui iure, si quod sibi ex electione sua quæsitum fuerat, suis demeritis exigentibus est priuatus, ac vinculo excommunicationis innodatus, velut cum Rege Romanorum vel in Regem electo ad præmissa procedas; cum per processus nostros, sicut te nosse credimus, contra talia præsumentes pœnæ variæ sint inflictæ. Dat. Auin. XVIII. kal. octobris anno IX.*

Lud. Austriacum de fœdere postulat.

Prohibit' Leopold' ne cum eo vt Rege vel electo agat.

27 Pontificiæ in Ludouicum Bauarum sententiæ meminere etiam Ioannes Villanus o, & S. Antoninus p, eundemque vt ecclesiæ persecutorem fautoremque hæreticorum omni iure ad imperium ex electione adepto priuatum aiunt: iniectasque minas, ni appetentibus kal. octob. animum ad ecclesiæ obsequium frangeret, in ipsum vt hæreticum & schismaticum legibus actum iri. Contendit Ludouicus Bauarus se con-

Ludouic' anathemate percussus.

a To. 4. p. 2 ep. secr. pag. 22. & 164.
b Ib. pag. 47.
c To. 5. p. 1 ep. secr. pag. 74.
d To. 4. p. 2 ep. secr. pag. 67.
e Ib. pag. 47.
f M.S. bib. Vat. sign. n. 3765. in Io. XXII.
g Alb. Mus. in Lud. Bauar. Alb. Arg. in chron. Rebdorf. in chron.
h To. 5. ep. secr. pag. 15.
i Io. Vill. l. 9. c. 248.
l Eod. l. c. 268.
m Eod. l. c. 248. & M.S. Vat. sign. n. 2043. Bzo. chr. Reg. Franc. in Carolo IV
n To. 5. p. 1 ep. secr. pag. 1.
o Io. Vill. l. 9. c. 263.
p Ant. tit. 21. c. 5. §. 10.

dimus; nosque ipsum iure præfato sententiando priuatum declaramus, & priuamus: nihilominus ad cautelam de benignitate sedis Apostolicæ, & eorundem fratrum consilio supersedentes ad præsens a pœnis alijs, quibus excessus prædicti ipsum reddiderunt obnoxium, cum ad illas infligendas vel declarandas inflictas possemus procedere iuxta tenorem nostrorum prædictorum processuum, iustitia mediante, reseruantes nobis procedendi ad pœnas ipsas infligendas, seu inflictas declarandas coniunctim vel diuisim, prout negotij qualitas exiget, eiusdem Ludouici obedientia vel inobedientia suadebit, & expedire viderimus, plenariam potestatem.

Intentatę si Regem se dixerit pœnę.

23 Et quia, si deinceps præfatus Ludouicus se Regem Romanorum seu electum intitulare præsumeret, seu administrationi regni vel imperij ingerere attentaret, eius excessus & contumacia grauiores existerent, quam ante nostram præfatam sententiam extitissent; idcirco, præsente hac fidelium multitudine copiosa, Ludouicum præfatum per hoc nostrum edictum publicum monemus, eidem nihilominus auctoritate prefata apostolica districtius iniungentes sub pœna excommunicationis & priuationis feudorum, quæ ab ecclesia Romana, vel alijs, seu imperio obtinet; nec non & priuilegiorum quorumcumque, a sede Apostolica vel Romano imperio eidem vel suis prædecessoribus, quatenus eius commodum tangerent, quomodolibet concessorum, ne deinceps se Regem Romanorum vel electum intitulet, nec administrationi regni vel imperij se immisceat, seu ingerat quoquomodo: a fautoria quoque prædicta desistat realiter, nec illam vlterius reassumat; ac quæ gessit vel fecit sub colore prædicti tituli regij temere vsurpati reuocet, quantum erit sibi possibile, cum de iure non tenuerint, velut attentata ab illo, cui ius non competit faciendi: quæ & nos in nostris processibus alijs reuocauimus, quatenus de facto processerant, ipsa cassa, nulla & irrita nunciantes; eaque præsentialiter cassamus, annullamus, & irritamus, ac cassa, nulla, & irrita declaramus: quas pœnas & earum quamlibet ipsum incurrere volumus ipso facto, si præmissa contempserit contumaciter adimplere. Ipsumque nihilominus citamus per hoc edictum publicum, vt kal. octobris venturi proxime, vel sequente die non feriata, si dies kalendarum ipsarum feriata fuerit, quam sibi peremptorie de eorundem fratrum consilio assignamus, per se vel per procuratorem idoneum compareat coram nobis, super pœnis alijs, quibus excessus prædicti ipsum reddunt obnoxium, sententiam auditurus, & alias facturus, quod iustitia suadebit; prædicentes eidem, quod siue venerit, siue miserit, siuę non venerit neque miserit, nos ad sententiam prædictam coniunctim vel diuisim, prout expedire viderimus, absque citatione alia procędemus.

Vetiti fideles studere Ludouico.

24 Vniuersis præterea Christi fidelibus cuiuscumque conditionis, præeminentiæ, siue status existant; etiam si dignitate patriarchali, pontificali, aut alia superiori, vel inferiori, seu etiam regali forsitan decorentur; nec non & alijs personis ecclesiasticis, secularibus vel regularibus, cuiuscumque religionis, aut ordinis; ducibus quoque, marchionibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, vniuersitatibus ciuitatum, castrorum, cæterorumque locorum; & specialiter vniuersis incolis & habitatoribus eorundę regni & imperij Romanorum inhibemus & mandamus expresse, ne eidem Ludouico super ijs, quæ ad administrationem regni vel imperij præfatorum pertinent, quoquo modo assistant, pareant, seu intendant; aut præstent eidem consilium, auxilium, vel fauorem per se vel per alium, publice vel occulte, quacumque occasione quæsita, etiam prætextu alicuius homagij, vel cuiuscumque colligationis, confœderationis, societatis, seu cuiusuis conuentionis aut ligæ contractæ ante, vel in posterum contrahendæ; etiamsi colligationes, confœderationes, societates, & conuentiones huiusmodi, & alia supradicta pœnarum adiectione, literarum, vel iuramenti, seu cuiuslibet alterius essent vinculo firmitatis innexa: nos enim colligationes, confœderationes, societates, conuentiones, cæteraque huiusmodi præmissa, quoad hoc, de plenitudine dissoluimus potestatis, iuramenta super illis præstita, pœnasque propterea præmissas penitus relaxantes, & vniuersos ac singulos, qui eas contraxerant, se ad obseruantiam eorundem quantumcumque solemniter astringendo, ab ipsarum in præmissis obseruatione penitus absoluentes. Specialiter autem incolis & habitatoribus eorundem regni & imperij prohibemus expresse, ne dicto Ludouico vel alij pro eo de redditibus vel obuentionibus siue iuribus regalibus, vel imperialibus, seu ratione regni seu imperij prædictorum, aut dominij cuiusuis per eum vsurpati in illis respondeant, vel aliam impendere sub quocumque velamine satisfactionem attentent. Alioquin omnes singulares personas, cuiuscumque sint præeminentiæ, conditionis, aut status, ecclesiastici vel mundani, excommunicationis; terras vero, loca ipsorũ, nec nõ ciuitates, castra, villas, & loca quæcumque alia vbilibet constituta, ac vniuersitates ipsorum, quæ prædictas inhibitiones vel earum aliquam præterire, propria temeritate præsumerent, interdicti sententijs, quas ex nunc proferimus, decernimus subiacere: non obstantibus quibusuis priuilegijs & indulgentijs apostolicis, præfato Ludouico, seu quibusuis personis religiosis & secularibus, ac alijs tam ecclesiasticis, quam mundanis, cuiuscumque præeminentiæ, status, dignitatis, vel conditionis existant, etiam si patriarchali, seu regali, aut alia quacumque præfulgeant dignitate; aut vniuersitatibus, communitatibus, & locis alijs, communiter vel diuisim, sub quacumque forma, vel expressione verborum ab eadem sede concessis, vel in posterum concedendis, etiamsi de illis, totoque tenore ipsorum de verbo ad verbum specialiter & expresse oporteret fieri mẽtionem, quæ sibi, vel eorum alicui contra præsentem processum, vel aliqua contenta in ipso in nullo volumus suffragari; quæ quidem priuilegia & indulgentias omnino, quoad hoc, volumus & decernimus viribus vacuari: apertius nihilominus prædicentes, quod aduersus huiusmodi præsumptores, & specialiter contra prælatos, religiosos, & alias personas ecclesiasticas; nec non marchiones, duces, comites, barones, incolas, habitatores, ciuitates, castra, villas, loca, & vniuersitates ipsorum, ad infligendum pœnas contra tales in præfatis nostris processibus contentas & comminatas, seu declarandum inflictas; videlicet excommunicationis, priuationis dignitatum, personatuum, officiorum, & beneficiorum ecclesiasticorum personarum ipsarum, ac priuilegiorum quorumcumque apostolicorum, & imperialium eorundem personarum secularium

& etiam

Institutæ in eum actionis causæ. Dudum, pro eo quod dictus dux Bauariæ in discordia, in Regem Romanorum promouendum in Imperatorem, electus, discordi electione huiusmodi per ecclesiam Romanam, ad cuius examen personæ electi in Regem Romanorum in Imperatorem assumendi, approbatio & electionis admissio pertinet, discordi electione huiusmodi non admissa, nec eius approbata persona, nomen Regis Romanorum indebite vsurpauerat, ac regni Romanorum & imperij administrationi se in eiusdem ecclesiæ manifestam iniuriam, plurimorum scandalum, suæ & aliorum multorum animarum periculum, ac etiam contra processus nostros, aduersus talia præsumentes excommunicationis, & alias diuersas spirituales & temporales pœnas & sententias continentes, factos antea & solemniter publicatos, nimis præsumptuose & periculose ingesserat, exigendo videlicet & recipiendo sub præfato titulo regio fidelitatis in Alamanniæ & nonnullis Italiæ partibus, tam a personis ecclesiasticis quam secularibus vasallis imperij per se & alios iuramenta; ac de dignitatibus, honoribus, & officijs, ad eiusdem Romani regni seu imperij dispositionem spectantibus, pro suo libito disponendo; sicut diebus præteritis de marchionatu Brandeburgensi, quem primogenito suo de facto publice contulit, ordinauit, & alia plurima exercendo quæ ad eiusdem Romani regni & imperij regimen non est dubium pertinere; nec non ecclesiæ memoratæ rebellibus, sicut Galeatio de Vicecomitibus, eiusque fratribus de crimine hæresis a suis competentibus iudicibus, exigente iustitia, sententialiter & publice condemnatis; ac nonnullis alijs perfidis Dei & ecclesiæ prædictæ hostibus se contra ipsam defensorem exhibuerat & fautorem, & alia grauia commiserat, quæ nec non & alia plurima, quæ circa præmissa temere præsumpserat attentare, adeo erant notoria, quod nulla tergiuersatione celari poterant, nec dissimulatione neglecta irreprehensibiliter incorrecta relinqui; certos processus, per quos ipsum a deuijs huiusmodi ad veritatis & iustitiæ semitam reducere studebamus de fratrum nostrorum consilio diuersis temporibus fecimus contra eum.

Gestorũ in eundẽ anacephalæosis. Primo namque, videlicet VIII. idus mensis octobris iam elapsi, ipsum per edictum publicum præsente fidelium multitudine copiosa monuimus, &c. [Pergit gesta cum Ludouico recensere, quæ ante a nobis allata sunt, vt primum iussus fuerit non Regis Romanorum, sed electi in Regem Romanorum nomen vsurpare; Galeatio hæreseos nota inusto nullam opem ferre, Ferrariensium Romanæ ecclesiæ perduellium clientelam deserere: deinde oratores miserit, ad quorum preces intentati iudicij dies ad bimestre extractus sit: constituto vero die x. kal. aprilis recurrente cum spreuisset monita, nec vllos misisset oratores, pronuntiatum Ludouicum obiectam anathematis sententiam contraxisse, repetitaque imperia ne Ferrariensibus perduellibus & Galeatio hæretico auxilio esset, neue Regem se, sed electum in Regem appellaret, aut administrationem imperij corriperet; expositaque reliqua illius sententiæ a nobis adductæ serie, vt trimestre ad obiecta in iudicio emendanda indictum fuerit, eoque iam euoluto non comparuerit, subdit].

22 Verum quia præfatum trium mensium spatium eidem Ludouico ad deponendum titulum regiũ, & ab administratione regni & fautoria hæreticorũ & rebellium prædictorum penitus abstinendum; necnon realiter & cum effectu quæcumque de facto, cum non potuisset de iure, tanquam Rex Romanorum gesserat, quantum sibi foret possibile, reuocandum, nobisque & ecclesiæ satisfaciendum de iniurijs & offensis & grauaminibus, per præmissa nobis & eidem ecclesiæ temere irrogatis, ac de præmissis per autenticas literas, vel instrumentum publicum nos certiores reddendum; & hoc sub pœna priuationis omnis iuris, si quod ei ex sua electione prædicta ad dicta regnum & imperium competebat seu competierat, quam, nisi præmissis pareret efficaciter, eum ipso facto incurrere volumus, prout superius plenius continetur; nec non & super dictis excessibus, & iniurijs ac sub pœna priuationis prædicta declarandum, seu inferendum, & pœnis alijs, quibus excessus inobedientia & contemptus prædicti obnoxium eum reddiderant, definitiuam sententiam, & nostrum beneplacitum audiendum, quantum nostrum patere tur officium, per nos peremptorie assignatum; idem Ludouicus nec per se comparuerit, nec alius pro eodem, neque prædicta impleuerit, infra prædictum terminum, nec curauerit adimplere, sed illis potius peiora studuerit cumulare, nec nos per autenticas vel instrumenta publica reddiderit certiores; licet tunc merito potuissemus contra ipsum procedere, eius proterua contumacia exigente; de benignitate tamen sedis Apostolicæ, de fratrum prædictorum consilio, ipsum vsque ad diem præsentem hora consistorij duximus expectandum. — Obiectæ ni cœptis absisteret pœnæ.

Eiusdem contumacia ostenditur. Cum itaque nec interim comparuerit, nec adhuc ipse compareat, nec aliquis alius pro eodem, de fratrum eorumdem consilio præfatum electum reputamus & declaramus merito contumacem; eiusque contumaciam tam in non comparendo, quam in non acquiescendo nostris superius expressis salutaribus monitis & mandatis auctam considerantes attente, ne deinceps plures trahat in sui erroris deuium, ad quod sua tota ferri videtur intentio, & ne de tanta contumacia glorietur, si iustitia vlterius differatur; omnino nos tam temerarijs ausibus, tam periculosis excessibus, tamque obstinatæ malitiæ electi præfati ocyus cupientes occurrere, ne sero medicina ipsis procedentibus vlterius præparetur; attendentesque, quod ad excessus huiusmodi perpetrandos gloria tituli regij, quem sibi temere vsurpauit, intentius sibi tribuit, ac in ipsis perseuerandi fomentum periculose nimium subministrat; hanc ad Dei honorem, & sanctæ Romanæ ecclesiæ, ac totius catholici populi quietem & pacem, eiusdemque electi salutem, prout & iustitia exigit, amputare volentes; de fratrum ipsorum consilio memoratum electum, qui propter excessus notorios, contemptus quoque ac superadditas obstinatas contumacias supradictas, tam in non comparendo sibi præfixis terminis, quam in non parendo nostris salutaribus præceptis & monitis supradictis, prædictis regno & imperio reddidit multipliciter se indignum, quique propter suam proteruam ambitionem, & superbam proteruiam a Deo, ne regnet vel imperet, est abiectus; ipsum Ludouicum ducem Bauariæ omni iure, si quod sibi ex electione sua prædicta competere seu competijsse poterat, ac dominio priuatum denunciamus & ostendi- — Omni iure ex electione quæsito priuatur.

Veneti in Ferrarienses solicitati.

ipsorum partibus implicitos indicto; contenditque precibus, vt in hostes ecclesiæ magnis animis consurgerent: neque Firmanorum & Fabriahensium perduellium precibus, qui Sperantiam e Monteferetro hæresi notatum ducem crearant, ac Venetæ reipublicæ opem implorabant, corrumpi se paterentur, conceptasue de ijs ecclesiæ spes fallerent: Eam, inquit a, *gerit de vobis velut deuotis filijs ecclesia mater vestra fiduciam, quod ipsius rebelles & hostes tanquam proprios abhorrentes, ipsam curabitis, sicut hactenus, in omnibus reuereri.* Meriti sunt optime de ecclesia Veneti b, atque ad Ferrariam in pontificiam ditionem redigendam classem Aemiliæ præsidi obtulere c. Qua in re Superantij ducis ac Venetorum eximium in ecclesiam studium Ioannes extulit. d

a Epd. to. pag. 42.

De ecclesia optime meriti

b Ibid. pag. 41. c Ead. pag. 41. d Ead pag. 41.

Ioannes, &c. duci, consilio, & communi Venetiarum.

Apostolicæ ad eos lit.

Relatione grata nuper audiuimus, quod vos Firmanorum nostrorum & sanctæ Romanæ ecclesiæ publicorum rebellium damnatorum, & hostiũ obstinatã considerantes insaniam, nulla miseratione condignam, denegastis eisdem petita per ipsos pecuniæ mutua: misistis ad eos vestros nihilominus nuncios, vt ad eiusdem ecclesiæ redirent gremium & mandata. Iniunxistis præterea illis, qui vasis vestris maritimis præsidebant (quod simul cum cæteris valde nobis est placitum) vt contra Ferrarienses, laborantes vtique damnationis mole permaxima, dilecto filio prouinciæ Romandiolæ rectori ad requisitionem ipsius assisterent auxilijs & fauoribus opportunis. Super quibus notantes, quod erga nos & dictam ecclesiam sinceræ deuotionis obsequio clarere nitimini, deuotionem vestram cum gratiarum actione multiplici dignis in Domino laudibus commendamus, &c. *Datum Auinione x. kalend. iunij anno* VIII.

A Pontifice commendantur.

Cæterum non modo tum potuit Ferrariensium edomari rebellio, immo Atestini marchiones, qui Ferrariam ecclesiæ eripuerant, Argentam proditione octobri exeunte e occuparunt. Cum vero tristem illum Argentæ casum e Bononiensium literis accepisset Pontifex f, ipsos anno proximo ineunte ad militarem in hostes explicandam virtutem solicitauit; ne ob aduersos euentus animos curasue remitterent: *Ob hoc tamen*, inquit, *ad reprimenda conamina huiusmodi hostium studia solicitudinis nostræ non desinunt; nec in illo sperare desinimus, cuius est inexpugnabilis, & infinita potentia: qui tunc præualet, cum succumbere creditur; & tunc fortius vindicat, cum applausisse peccantibus reputatur. Dat. Auin. XII. kalen. februarij anno* IX.

e Io. Vill. l. 9. c. 276. Rubeus hist. Rau. l. 6.

f To. 5. p. 1 ep. secr. pag. 100.

Guido episc. Aretin. tyrannus.

20 Passa est etiam ecclesia plures alios hostes, atque inter cæteros acerbissimum persecutorem, qui defensor illius esse debuerat, Guidonem episcopum Aretinum, qui eius vrbis tyrannidem corripuerat, & Cæsarei nominis augẽdi fucato prætextu, ecclesiasticam ditionem acerbe vexauit. Cuius præcipua flagitia his verbis recenset Ioannes.g *Adeo*, inquit, *licentiauit nequitiæ suæ ausus in malum, quod hoc præsenti anno ciuitatem Castelli, fidelem & deuotam ecclesiæ memoratæ, procurauit & fecit per Sacconum germanum suum, aliosque consanguineos suos cum militibus & peditibus suis armatis proditionaliter occupari; multis ex fidelibus ciuitatis eiusdem peremptis gladio, & multis alijs, quos a nece gladius præseruarat, post spoliationem bonorum de ciuitate prædicta exulare compulit.*

g Lib. var. bull. pag. 13.

Tifernum Pontifici eripit.

Amplius autem præfatus episcopus præmissis adijciens, quasi sibi impune peccandi libera facultate concessa, de proximo præterito mense februarij cum nonnullis ciuibus ciuitatis Vrbini intrinsecis, & extrinsecis; necnon cum Firmanis & Fabrianensibus, alijsque Romanæ ecclesiæ rebellibus, diuersis tractatibus habitis, ordinauit cum eis qualiter dictam ciuitatem Vrbini, iure proprietatis plenique dominij ad Romanam ecclesiam pertinentem, posset suæ tyrannidi applicare; & vsque adeo tractatum huiusmodi in partum nequitiæ scelerata perduxit, quod gentes suæ, & dictorum rebellium die certa mensis prædicti per duas portas ciuitatem eandem cum multitudine peditum & equitum intrauerunt: sed diuina fauente clementia, quæ eum vult superbos humiliat, & fideles suos ab inimicorum suorum præseruat insidijs & defendit, gentes eiusdem episcopi & alij rebelles ecclesiæ de ciuitate prædicta deiecti fuerunt, & fugati turpiter; ciuitate eadem in deuotione & fidelitate eiusdem Romanæ ecclesiæ remanente, &c. Subdit illum obfirmatum in scelere; atque ad defectionem clientes ecclesiæ omnibus artibus solicitare; datque obiectis pœnis grauioribus imperia; vt Tifernum restituat ecclesiæ, Aretij præfecturam deponat, Picenos rebelles fulcire ope absistat. *Dat. Auin. II. id. apr. anno* VIII. Spreuit hæc iussa Guido; ad cuius frenandam temeritatem Cortonium ab Aretio a Pontifice diremptum est a, illique Rainerius Bordilius episcopus datus. Sed ex eo grauissima inter Aretinos & Cortonienses prælia secuta, nec Guido a Guelphis insectandis tractandisque iniustis armis destitit, donec dextra diuini Numinis vindice percussus acerbe hæc crimina defleuit b, damnauitque Ludouici Bauari partes.

Vrbinum ab eo tentatum.

Cortoniẽsis ecclesia ab episcopatu Aretino dirempta. Rainerius illi episcopus datus

a Aut. 3 p. tit. 22. c. 5. §. 10.

b Alb. Mus in Lud. Bauaro.

21 Appetebat interea dies Ludouico Bauaro eidem constituta, qua nisi ad expianda gesta aduersus Pontificiam dignitatem iudicio Apostolicæ sedis se sisteret, omnibus ad imperium ex electione comparatis iuribus priuare ipsum Ioannes erat comminatus: cumque Ludouicus erepta ecclesiæ iura restituere, suamue Pontifici causam permittere denegaret; armisque regiam asserere sibi dignitatem in animum induxisset; tum antistites, vt Salisburgensem archiepiscopum & episcopum Argentinensem, qui ne pontificias censuras incurrerent, illius respuebant imperia, insectaretur; Pontifex iudiciario fulmine illum percellere, iuribusque omnibus, quibus sibi imperium vendicabat, vt contemptorem sedis Apostolicæ, iurium illius in re Ferrariensi inuasorem, atque hæreticorum Vicecomitum protectorem exuere decretoria sententia constituit; de quo hæc habet Bernardi c M.S. libellus de Romanis Imperatoribus: *Dominus Papa Ioannes* XXII. *multis factis processibus contra prædictum Ludouicum cum iuris ordine obseruato, & præmissis citationibus cum terminis peremptorijs & publicis edictis, cum ipse Ludouicus non duceret comparendum, priuauit eum in publico consistorio v. idus iulij anno Domini* MCCCXXIV. *omni iure, si quod sibi competebat; aut competere in imperio ratione electionis factæ de ipso in discordia; quia ante confirmationem electionis suæ, & antequam persona sua esset per sedem Apostolicam approbata, vsurpauit sibi titulum regij nominis & Augusti, & quia adhæsit & fauit rebellibus & aduersarijs ecclesiæ Romanæ Mediolanensibus & Ferrariensibus, & etiam quibusdam pro crimine hæresis condemnatis de Mediolano.* Extat ea sententia subiectis concepta verbis d, cuius præcipuam partem decerpimus.

Bauarus in pristinis consilijs obfirmatus.

c Bern. de Imp. Rom. M.S. bib. Vat. sign. n. 2043.

d To. 4. p. 1 ep. secr. pag. 113. & lib. var bull. pag. 43.

Lata in eũ sententia.

Ioannes, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Du-

nequaquam extitit, nec existit per processus prædictos tuis & aliorum coelectorum iuribus in aliquo derogare: indecens enim esset, quod inde sequerentur iniuriæ, vnde iura nascuntur; & illi de paterna manu nocumenta sentirent, qui per eam ad gratiam meruerunt attolli. Quocirca serenitatem regiam attentius deprecamur, quatenus tuum animum ad cuiuscumque sinistræ suggestionis instantiam super his non inclines; sed potius suggestores eosdem fabricatores mendaciorum reputes, & mendaces. *Dat. Auin. VII. kal. iunij anno VIII.* Eodem exemplo ad Treuirensem, Maguntinum, & Coloniensem archiepiscopos missæ literæ [a].

a Reg. post eund. ep.

18 Non deerant etiam Ludouico aliæ artes & illecebræ, vt aduersarios sibi conciliaret; multisque fucis ac blanditijs mulcere tentauit Leopoldum ducem, qui, cum sparsa de Pontifice figmenta aperuisset, de rei veritate hisce verbis est edoctus [b]: *Quod autem se scire asserat, quod si nobis certa dimiserit, nos nedum sibi, sed eius heredibus alia dimittemus; quomodo sit ausus dicere sic euidenter falsa & impossibilia, non sufficimus admirari: cum, Deo teste, nunquam pro parte sua nobis, nec pro nostra sibi de nostra conscientia, vel mandato factus de his sermo fuerit; nec nobis credimus hæc licere. Quare verbis talibus nequaquam est fides ab aliquo prudente adhibenda: sed ad illum finem loquitur, vt alios in sui erroris attrahere valeat fulcimentum.* Addidit monita, ne se fallacibus hostis promissis irretiri pateretur. *Datum Auinione VI. id iunij anno VIII.* Tum fœderatos Ludouici Reges ac principes ab ipsius amicitia diuellere est conatus; interque eos Christophorum Regem Daniæ fecit certiorem [c], Ludouicum a cœptis non potuisse abduci; atque adeo non parum regium decus obscuratum iri, si illius partibus se infici pateretur, in quem latæ sententiæ has causas expressit.

b Ib. pag. 70. Confutata figmenta.

c Ib. pag. 68. Queritur de Lud. apud Reges Pontifex.

Ioannes, &c. Christophoro Regi Danorum illustri.

Magnificentiæ tuæ litteris solita benignitate receptis, prout ex illarum tenore perpendimus, magnam deuotionem erga nos vt spiritualem patrem, & sanctam Romanam ecclesiam matrem tuam habere prætendis, non absque sinceræ mentis indicio te nobis & tua liberaliter offerendo. Super quo beneuolentiam regiam cum gratiarum actione multiplici dignis in Domino laudibus commendantes, vt versa vice de sincera patris affectione confidas, placitum gerimus quod nos requiras in tuis opportunitatibus confidenter: nam sicut te vt charissimum filium brachijs paternæ dilectionis amplectimur, sic in illis, quantum cum Deo poterimus, te fauorabiliter prosequemur. *Et infra.*

Audiuisse te credimus, quod cum magnificus vir Ludouicus dux Bauariæ, discorditer in Romanorum Regem electus, ante obtentam ab Apostolica sede approbationem & confirmationem ipsius, indebite se immiscens administrationi eiusdem regni atque imperij, cuius regimen imperio ipso vacante, sicut vacare noscitur in præsenti, ad nos & prædictam ecclesiam de iure noscitur pertinere; impertinenter nomen & titulum regium sibi assumeret, & iura dicti regni & imperij occuparet in offensam Dei, nostram & ecclesiæ præfatæ iniuriam, opprobrium pariter atque damnum: quamuis ad ipsum publica monitio nostra præcederet, vt infra certum competentem terminum sibi præfixum a præmissis desisteret, & attentata indebite reuocaret. Quia tamen sic insania suæ mentis inualuit, quod huiusmodi nostra monitione contempta, patenter adhæret & fauet nostris in Italia & eiusdem ecclesiæ rebellibus & hostibus publicis, finaliter tanquam hæreticis condemnatis; contra ipsum ducem processum nouiter fecimus: in quo cum, proh dolor! tam exigente quam clamante iustitia excommunicauimus publice, & processus adhuc alios fecimus, ex quibus damnandos & reprobos ausus suos salubriter, actore Domino, reprobamus, &c. *Dat. Auin. II. kal. iunij anno VIII.* Non placuerunt hæc Dano Regi, qui affinitatem cum Ludouico pepigit, orauitque literis a Cardinales, vt ad conciliandum Ioanni Ludouicum operam darent: *Vobis, inquit, & vestrum cuilibet omni instantia qua possumus supplicamus, quod dominum Ioannem summum Pontificem velitis pie monere & inducere, vt prædictum D. Ludouicum Regem Romanorum iure suo ac iuris sui prosecutione perfrui amore Dei, iustitiæ & nostrarum precum interuentu, velit permittere.*

Danus in Lud. partes inclinat. a Ext. apud Heruvart. ad an. Christ. 1324. n. 107.

19 Non ob Dani preces deferendum ius pontificium Ioanni visum est, nec Ludouicus admonitus sæpius flecti non potuit, vt legibus cæsarei apicis controuersiam dirimi assentiretur. Immo iure in vi aperta constituto, pontificios varijs prælijs attriuit in Insubria ducum suorum opera: quæ Ioannes Villanus [b] alijque accurate describunt, ac præter susceptum Vicecomitum iuris imperialis specie patrocinium, etiam perduelles pontificios, qui ditionem ecclesiasticam laniabant, tuebatur. Inter hos marchiones Atestini Rainaldus & Opizo iudicaria sententia percussi, in qua de eorum perfidia ita Ioannes queritur [c]: *Ipsi in desperationis currentes abyssum, & mala malis prioribus addere non verentes, quamquam eadem Ferrariensis ciuitas, eiusque comitatus & districtus ad ius & proprietatem B. Petri & Romanæ ecclesiæ pertinere noscuntur; in sceleratissimæ proditionis dolo machinationes eisdem ecclesiæ per falsum alterius nominis titulum in ciuitate, comitatu, et districtu nouam ingerere quæstionem *, post dictas sententias & condemnationes in eos rationabiliter promulgatas a magnifico viro Ludouico duce Bauariæ in discordia in Regem Rom. electo contra iuramentum fidelitatis, quod eidem ecclesiæ præstiterant, recognitione facta per eos coram eisdem ducis nuncijs, recognoscere promiserunt: ac præmissis reatum addentes periurij, iuramento fidelitatis licito eidem ecclesiæ per eosdem prius præstito violato, eisdem nuncijs dicti ducis nomine aliud fidelitatis pro dictis ciuitate, comitatu, & districtu; quinimmo infidelitatis & perfidiæ iuramentum præstare temere præsumpserunt.* Subijcit alia patrata Adria & Comaclo expugnatis contra ecclesiam scelera, ob quæ cruceatam in eos expeditionem indicit, atque arma anno excurrente a die a legato constituenda gestaturis indulgentias impertitur. *Dat. Auin. IV. non. maij anno VIII.* Commissæ sunt patriarchæ Aquileiensi & Bertrando tit. S. Marcelli presbytero Cardinali partes [d], vt bellum sacrum in Atestinos & Ferrarienses promouerent: excitatusque Robertus Siciliæ Rex [e], vt regiam operam ad recuperandam Ferrariam collocaret: decoris illius fore, vt cum ea ciuitas, dum illius gerebat præfecturam, amissa esset, eiusdem potissimum armis ad obsequium reuocaretur.

Perduelles pontificis defensi a Lud.

b Io. Vill. l. 9. c. 259. 271.

c To. 4. p. 1. ep. secr. pag. 107. Atestini marchiones Ferrariæ iura ab eccl. ad imperiū transferre nisi. * conati

Comaclū & Adriā eripiunt ecclesiæ.

Indictum in eos bellum sacrū

d Ib. pag. 139.

e To. 4. p. 2. ep. secr. pag. 81.

Certiores etiam fecit Venetos Pontifex [f] de bello sacro in Raynaldum & Opizonem aliosque ip-

f Eod. to. pag. 40.

eo odium patet, sed in asserendis legibus Ioannis constantia: addit aliam querelam Ludouicus: *Item manifeste patet, quod se sacro imperio & nobis prius inimicum capitalem constituit, nos & deuotos sacri imperij videlicet persequendo, & rebelles & hostes imperij videlicet publice & notorie confouendo, inimicorum nostrorum & sacri imperij continue vtendo consilijs; immo seipsum, & actus suos, & opera sua dirigendo in omnibus & per omnia consilijs eorundem: & post hæc iudicem nostrum se constituere nititur contra antiquos canones, decernentes, quod suspecti & inimici iudices esse non debent.* Falsum est Pontificem Ludouici & imperij hostem se professum esse, sed prior Ludouicus suscepta hostium ecclesiæ clientela hostem se est professus: non etiam imperij hostis Ioannes dici potest, qui legibus litem, quæ euertebat imperium, dirimi voluit, nec quamuis suspectus contendatur, iudiciarium ordinem debuit intermittere; cum nullus sit eo superior legum arbiter. Pergit Ludouicus.

Fucus ad subterfugiendum Pont. iudicium.

Reijcitur

Præterea cum constet & notorium sit, omnes Reges Romanorum electos etiam in discordia, licet electio nostra haberi debeat omnino ex causis euidentibus pro concordi, vt superius est narratum; & tam Lotharius quam Conradus, tam Philippus quam Otho, tam Richardus quam Alfonsus, tam Adolphus quam Albertus electi fuissent in discordia; tamen administrauerunt semper imperium sicut potuerunt de iure, nec per quemquam Romanum Pontificem præsumptum fuit, quod per ipsum nuper noscitur attentatum, in præiudicium & grauamen notorium sacri imperij, atque nostrum & principum electorum imperij & principum aliorum. Falsa sunt hæc, nam Vrbanus & Clemens Richardi Alfonsique litem cognouisse ostensum est. Quæ vero sequuntur de electione, iam ante a nobis discussa fuere: *Præterea electione nostra a maiori parte, immo a duabus partibus principum facta, & quæ ex causis euidentibus & notorijs debet esse legitima; nobilis vir Fredericus dux Austriæ licet nō in loco electionis, nec in die ad eligēdum præfixa, a longe minori parte principum, videlicet a duobus tantūmodo se eligi fecit in Regem: & ex prædicta electione non solum nos, qui de iure notorio poteramus et debebamus, possumus & debemus administrare; immo etiā ipse Fredericus administrauit, cui in administratione sua ipse procedens, immo verius excedens, fauit pro posse suo, sicut notorium est & manifestum, nec aliqua potest tergiuersatione celari: nunquam tamen non solum nobis, sicut nec debuit nec potuit, sed nec ipsi Frederico, quem administrare sciebat, administrationem quomodolibet interdixit; cum tamen & ante assumptionem suam, & post ipsam iam per annos octo et vltra administrauerimus, et administrare nos sciret notorie ac etiam euidenter, sicut poteramus et debebamus, possumus et debemus, prout patet ex supradictis.*

An lis de imperio cognoscēda a Pont.

Cognoscendam confirmatur exemplo.

Argum. Lud. de administrando imperio.

16 *Item per diuersas mundi partes et prouincias persequens imperiales ac sacrum imperium, parti eos impugnanti fauet et fauit, prout est notorium toti mundo, ipsos filios charissimos ecclesiæ appellando, et conando pro viribus subiugare deuotos imperij et fideles, eorum faucibus deuorandos: adeo quod se iactat, quod non remanebit in breui de omnibus imperialibus et imperio adhærentibus vnus, quin ipsum destruxerit et confuderit; ita quod nemo de imperialibus et imperio adhærentibus, atque fidelibus remanebit, quod absit* Iactata sunt hæc ad creādam inuidiam: Gibellinos autem tyrannos iure repressos armis sat ante demonstratum est; tum iniquas esse subiectas querelas.

Lud. querelæ in Guelph.

Item cum nobiles viros de Grambachet de Treueligen & de Suffen comites ad legatum eius in Italiam legatos a latere nostro mitteremus, facturos eius ope et auxilio pacem et concordiam inter partes, quæ illic sibi bellum et duras guerras mouebant, continue ipsarum partium inuitatione et pietatis officio excitati, ipse renuit, et bellum et obsidionem fidelibus Mediolanensibus parauit, et parare mandauit, sicut in istis partibus est notorium et manifestum; quod tamen professioni suæ minime congruebat, dictos comites in nostrum et ipsorum, vel verius in ipsius vituperium dimisit nimium inhoneste.

Dolet preces non admissas pro Vicecom.

Item ipse crudelis vsurpator iura principum imperij priuata, negotio indiscusso, parte inaudita, nititur vsurpare: cum enim vacante imperio comiti Palatino Rheni de iure et approbata consuetudine imperij obseruata hactenus inconcusse, præsertim in partibus Alamanniæ ius competat administrandi iura imperij, feuda ecclesiastica et temporalia conferendi, et cuncta alia negotia disponendi; ipse in dicti principatus et principum suorum iniuriam contendit, quod in illum casum sibi competit ad se administrationem vacantis imperij pertinere.

Controuersū ad quem spectet imperij vacantis administratio.

17 Germaniæ administrandæ non se Ioannes ingesserat, neque contra veteres consuetudines quidquam nouauit: Italiæ autem administrationem si prædecessorum more acceperit, argui iure non potest. Verum superiora iactabat Ludouicus Bauarus, vt Germanos in suas partes pelliceret: qui etiam ad principes in Ioannem Papam concitandos spargebat, nil aliud Ioannem moliri, quam vt Germanis eriperet augustales apices, & Imperatoris creandi auctoritate ad se reuocata, electores principes ferendi suffragij iure deturbaret. Nauarunt ea in re Ludouico operam nonnulli nefarij viri, qui cum adducendæ publicæ concordiæ ex officij religione studere debuissent, augere discordiam ac Pontificem in inuidiam & odium apud electores principes adducere conabantur. A quorum calumnijs vt se Pontifex vindicaret, hæc ad Moguntinum, Coloniensem & Treuirensem archiepiscopos, ac Ioannem Regem Boemiæ scripsit a.

Variæ Bauari artes ad creandum Pontifici odiū.

Ioanni Regi Boemiæ illustri.

Infausti rumoris assertio nostris pertulit auribus his diebus, quod quidam iniquitatis filij, sub veste humili religionis exterius gestantes habitum, sed interius a religionis veritate vacui, iniquitate pleni, & malitia non carentes, eius qui ab initio mendax est & pater mendacij, opera nequiter imitando, tibi fili charissime, ac quibusdā alijs Regis Romanorum promouendi in Imperatorem coelectoribus tuis falso & mendaciter suggesserunt, quod circa processus, quos contra magnificum virum Ludouicum ducem Bauariæ, dudum in discordia in Regem Romanorum electum, propter varios excessus execrabiles contra Deum, nos, & Romanam ecclesiam, reique publicæ vtilitatem per eum perpetratos, nuper habuimus, adhoc nostra ferebatur intentio & dirigebantur studia mentis nostræ, vt tandem te & coelectores alios eligendi iure huiusmodi priuaremus. Et licet credamus te, tuosque coelectores huiusmodi falsis suggestionibus, ex fermento iniquitatis & malitiæ prodeuntibus, aures non accommodasse faciliter ad credendum; tamen ad confundendum omnino nequitiam huiusmodi detractorum, satagentium inter matrem & filios scandala suscitare, præmissa tuæ celsitudini prouidimus describenda, quam tenere volumus indubie, quod nostræ intentionis

a To. 4. p. 2 ep. secr. pag. 67. & post eand. ep.

Ad eas dissipandas præmonet electores Pōtifex.

ne-

mus; ipsumque prædicta excommunicationis sententia innodatum, & velut excommunicatum, præter casus exceptos, euitandum ab omnibus nunciamus: eumque nihilominus, astante prædicta multitudine copiosa fidelium, per hoc præsens edictum publicum solemniter auctoritate prædicta monemus, sibi auctoritate apostolica sub pœna priuationis omnis iuris, si quod sibi ex sua electione prædicta, quæ de ipso dicitur celebrata, vel ad regnum & imperium Romanum quoquo modo competit & possit competere; quam, si monitioni & mandato huiusmodi efficaciter non parebit, eum incurrere volumus ipso facto; districtius iniungentes, vt infra trium mensium spatium a data præsentium, in antea computandum, se Regem Romanorum non intitulet, non denominet, nec describat, nec per alios faciat, quantum in eo fuerit, tali intitulari titulo, vel etiam nominari; ab intitulatione & denominatione regali huiusmodi, per eum indebite vsurpata, ac administratione regni & imperij prædictorum & rerum & iurium eorundem (denominationem, intitulationem, & administrationem præfatas non resumpturus vlterius, nisi, si, & quando personam ipsius & electionem, quæ de ipso celebrata fuisse dicitur, per sedem eandem approbari contigerit, & admitti) a fautoria quoque & defensione tam dictorum hæreticorum Mediolanensium rebellium Dei & ecclesiæ [nimirum Galeatij & fratrum Vicecomitum] quam Ferrariensium, videlicet Raynaldi & Opizonis filiorum dilecti filij nobilis viri Ildebrandini marchionis Estensis, qui quidem filij sunt similiter de labe prauitatis hæreticæ condemnati, ac rebelles ecclesiæ memoratæ, eorumque fautorum, valitorum, & sequacium prorsus abstinere procuret; fidelitati etiam & homagio, quæ ratione ciuitatis Ferrariensis, quæ ipsius Romanæ ecclesiæ pleni iuris & proprietatis existit, præsumpsit recipere ab eisdem, in nostrum & eiusdem ecclesiæ magnum contemptum, atque dispendium & præiudicium manifestum, publice & omnino renunciet; illaque prorsus a se abijciat, quasi nunquam sibi præstita extitissent: nec ratione illarum aliquid penitus iuris vsurpet in ciuitate Ferrariensi prædicta, eiusque districtu vel ciuibus ac districtualibus eorundem; sed potius omnia prædicta vsurpata, præsumpta, & attentata per ipsum sub denominatione & intitulatione prædictis, seu colore vel occasione ipsarum, curet effectualiter infra dictum terminum, prout sibi possibile fuerit, solemniter & publice reuocare; ac parere in omnibus prædictis nostris monitis, inhibitionibus, & mandatis; necnon & ad eiusdem ecclesiæ redire gremium studeat, satisfactionem debitam impensurus de offensionibus & iniurijs supradictis: ac nihilominus infra dictum terminum, quod prædicta omnia reuocauerit ac paruerit in eisdem omnibus huiusmodi nostris monitionibus, inhibitionibus, & mandatis plenarie cum effectu, nos per autenticas personas, literas vel instrumentum publicum certificare procuret: ac insuper infra dictum terminum per se, vel procuratorem seu procuratores idoneos compareat coram nobis, super dictis excessibus, offensionibus, & iniurijs; ac super pœna priuationis iuris, si quod sibi competit vel competierit ad regnum seu imperium supradicta, declaranda vel inferenda; nec non & pœnis alijs, quibus excessus ac inobedientia & contemptus prædicti eundem electum obnoxium reddiderunt, definitiuam sententiam, &

Constitutum trimestre, quo excurrente non Regis sed electi in Regem nomen sibi tribuat.

Clientela Mediolanensium, & Ferrariensium deserat.

Vsurpatũ in Ferrariam imperiũ ponat.

Sarciat iniurias illatas ecclesiæ.

nostrum beneplacitum, quãtum officium nos patitur, auditurus, & alias facturus & recepturus quod iustitia suadebit, &c.] Addit plura grauia imperia, ac præsules, proceres, & populos Romani imperij Ludouico vt Regi parere vetuit, antequã cæsarea electio sedis Apostolicæ auctoritate confirmata esset, & contra nitentibus diuinas humanasque pœnas intentauit. Tum quorumcumq; principumcum Ludouico inita fœdera rescidit. *Dat. Auin. x. kal. april. pontificatus anno VIII.*

14 Disceptabat contra publicis libellis Ludouicus, se iure & legibus cæsareos accepisse apices, ac Fridericum æmulum imparibus electum suffragijs, & si qua lis intercessisset, diremptam prælio, in quo ille sub victoris potestate succubuerat: nunquam hactenus Reges discordibus suffragijs creatos in ius vocatos, si Reges se dixissent: consulenda in ea lite vetera Germanorum & imperij instituta; tum graues querelas in Ioannem fudit: *In dicto*, inquit a, *processu siue excessu mandare dicitur subditis nostris ecclesiasticis & mundanis, seu secularibus etiam cuiuscumque status vel conditionis existant, etiamsi regali vel quacumque alia præfulgeant dignitate, sub pœnis grauibus inflictis ac etiam comminatis, ne nobis tanquam Regi Romanorum, & in Regem Romanorum electo pareant vel intendant, aut ne nobis præstent auxilium, consilium, vel fauorem*, & infra, *contra nostram manifestam iustitiam, atque iura, vt ex prædictis apparet, & contra libertatem & dignitatem & vtilitatem sacri imperij, & principum imperij electorum et aliorũ principum, et omnium imperij subiectorum, et contra cõsuetudines imperij approbatas prædictas, quæ pro lege servantur & seruatæ sunt ab antiquo: præcipue contra consuetudinem iam approbatam, atque seruatam ab eo tempore, cuius contrarij memoria non existit, qua cauetur, quod si vota principum, ad quos spectat eligere, ad eligendum conuenientium diuidantur in plures, & duo in discordia eliguntur, alter electorum, qui potentior fuerit & præualuerit, debeat obtinere. Sed victoriam nobis contulit plenam, atque plenissimam misericors Dominus, ad quem bellorum spectat victoria, vt victo hoste & aduersario conculcato, potentiorem atque victorem nos fecerit per misericordiam suam.* Falsa est hypothesis probari a Deo semper victoris causam, nec enim misericors Deus crudelitate sed æquitate, non ferro sed legibus lites dirimi iubet. Subdit Ludouicus: *Licet electio eiusdem aduersarij nulla fuerit, & nullum ius tribuere potuerit, nec nostro in aliquo derogare: quia a minori parte principum fuit electus, videlicet a duobus, & quia facta fuit ex interuallo post primam electionem nostram, & ideo vt nulla nullum ius sibi tribuere potuit, nec nostro in aliquo derogare. Item quia electio sua facta fuit non in loco debito de Franchefort, & sic nulla de iure, & per consuetudines approbatas prædictas. Item quia facta fuit non in termino & die præfixis ad eligendum per eum ad quem spectat præfigere: & sic nulla per iura communia & per consuetudines imperij approbatas, quæ pro iure seruantur.*

15 *Item quia coronatus fuit & inunctus in Regem non in loco ad hoc antiquitus deputato, videlicet Aquisgrani, & ex pluribus alijs rationibus euidentibus, atque causis, quas numerare & exprimere non expedit, velut notorias, & omnibus manifestas*: Et infra: *Reseruasse sibi dicitur, vt possit pendente dilatione contra nos procedere, prout sibi videbitur expedire.* Ex quo manifeste patet odium notorium, quod ad sacrum imperium & nos gerit. Non ex

Intentatæ ni compareat dicto peremptorio termino pœnæ.

a Ext. apud Nicol. Min. schismaticum M.S. bibl. Vat. sign. n. 4008. pag. 15. & M.S. sig. n. 4010. pag. 23.

Ludouici argumenta.

Assertam victoria electionẽ disceptat.

Confutat Frederici electionẽ.

& subsequentet Marcum, Luchinum, Ioannem, & Stephanum natos eiusdem Matthæi legitime conuictos de hæresi, iuxta formam canonum auctoritate nostræ commissionis huiusmodi, & prout alias eis ex officio inquisitionis contra hæreticos competebat, per diuersas sententias diffinitiuas successiue prolatas decreuerunt & iudicauerunt hæreticos manifestos: eosque de hæresi condemnarunt, ipsorum bona omnia, mobilia & immobilia, iura, iurisdictiones, & quæcumque alia vbicumque essent, & quibuscumque nominibus censerentur, per easdem sententias confiscando, & confiscata declarando; nonnullis alijs pœnis in præfatos Matthæum, Galeatium, & Marcum & alios eiusdem Matthæi filios & nepotes legitime promulgatis; prout in processibus & sententijs, per dictos archiepiscopum & inquisitores super his habitis & probatis, plenius continetur.

Lata ab illo in eosdem sententia.

11 Cum autem postquam idem Matthæus, in obstinata prauitate deficiens, infelicissimæ mortis persoluit occasum, dicti Galeatius, Marcus, Luchinus, Ioannes, & Stephanus hæretici manifesti secundum obstinatam nequitiam & cor impœnitens eorundem, absque erubescentia scelerum, dura facie, & indomabili mente velut domus exasperans aduersus Deum & Romanam ecclesiam & orthodoxam fidem semper damnabilius & contumacius intumescant; per victricis crucis suffragium de fratrum nostrorum consilio contra dictos hæreticos, eorumque fautores, adiutores, consiliarios, & valitores quoscumque, eisque quomodolibet adhærentes vel parentes eisdem; & eos, qui eisdem hæreticis impendent auxilium, consilium, vel fauorem, vel adhærebunt aut, parebunt eisdem; prouidimus in virtute Altissimi insurgendum, ac vniuersos Christi fideles ad tollendum de fidelium medio infideles eosdem & incredulos, ac subuersores catholicæ fidei de catholicorum gregibus extirpandos, donis spiritualibus inuitandos, vt Dei causam fideique negotium tanto assumant feruentius & animosius persequantur, quanto salutis æternæ clypeo communiti huiusmodi persecutionis euentum poterunt securius experiri. Ideoque nos de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, illa quam nobis, licet insufficientibus meritis, Deus ligandi atque soluendi contulit potestate, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui contra dictos Galeatium, Marcum & Luchinum, Ioannem & Stephanum eiusdem Matthæi filios, rebelles, hæreticos, excommunicatos, Dei aduersarios & hostes apertos, persecutores & inimicos ecclesiæ manifestos, ac quoslibet adhærentes vel parentes eisdem; nec non contra eos, qui in posterum in huiusmodi hæretica prauitate & excommunicatione durantibus impendent auxilium, consilium, vel fauorem, vel adhærebunt aut parebunt eisdem, processerint, *et infra*, illam suorum, de quibus cor de côtriti & ore confessi fuerint, concedimus veniam peccatorum, quæ proficiscentibus in terræ sanctæ subsidium concedi per sedem Apostolicam consueuit, & in retributione iustorum salutis æternæ pollicemur augmentum, &c. *Dat. Auin. x. kal. aprilis pontificatus nostri anno* VIII.

Indictum in illos sacrum bellum.

Propositæ arma sumpturis indulgentiæ

12 Decreta est sacra hæc expeditio in Vicecomites, cum iam februario exeunte pontificius exercitus ab auxiliaribus Ludouici Bauari copijs profligatus fuisset a, eiusque ductor Raimundus Cardona Mediolanum in vincula adductus. Qua iniuria & clade exulceratus Ioannes, Bauari legatos Bertholdum, Marsteron dictum Niffen, Bertholdum Groispach, Fridericum Truendingen, qui Vicecomites armis tutati fuerant, defixit anathemate a ob præstita damnatis hæreticos auxilia. Tum aduersus Bauarum ipsum iudiciorum ordinem vrsit, cum is in ius vocatus non cœpta emendasset nec misisset procuratores, vt responderet in iudicio, vel controuersias pactione sedaret; sed expediret arma, & Romanæ ecclesiæ iura, occupato etiam supremo Ferrariæ imperio, inuaderet. Præterea contendebat Ioannes, interregnum esse creatis duobus Cæsaribus, donec lis a sede Apostolica dirimeretur: neque illam in acie, in qua iustus possit succumbere, sed in iudicio æquitate decidendam: proinde Robertum iure a Clemente V. legatum imperij in Insubria constitutum; ac ne munus illud exerceret, iniusto bello appetitum. Contra Ludouicus Bauarus opponebat, ius in armis, capto in acie Friderico æmulo, siue is iuste vel iniuste Cæsar designatus esset, sublatam omnem controuersiam, diremptamque ferro, neque iam pontificia sententia dirimendam; ac post sustentatum a se tot annis Romanum sceptrum interregnum dici non posse, iuraque imperij contra Pontificê & Robertum iure recuperari: quæ Ludouici defensio fuse in eius scriptis tractatur b. Secundo itaq; armorum successu tumidus, legum voces & iudiciorum ordinem contemnebat: quæ res Pontifici acerbissima accidit, quippe qui iustitiæ tenax & legum vindex Cæsarum discordibus suffragijs electorum controuersias in apostolico tribunali dirimi volebat, vt Richardi Alphonsique causa fuerat olim disceptata. Hanc itaque in Ludouicum, in iudicio non comparentem, sententiam pronuntiauit c.

a Io. Vill. l. 9. c. 239.

a To. 4. p. 2 ep. secr. pag. 118. & lib. var. bull. pag. 16.

Præcipua inter Pontificem ac Bauar. controuersia.

b Ext. apud Nicol. Min. M. S. Vat. sign. n. 4008. pag. 13. & c.

c To. 4. p. 2 ep. secr. pag. 110. & lib. var bull. pag. 28.

Ioannes, &c. ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum.

13 Quamuis præfati electi [nempe Ludouici] in non parendo nostris monitionibus & mandatis inobedientia pertinax, nec infra secundum terminum sibi similiter huiusmodi dilatione concessum comparendo coram nobis per se vel procuratorem legitimum, nec etiam postea, de benignitate sedis Apostolicæ diebus pluribus expectati contemptus eiusdem exigant; scandalum quoque, & pericula plurima, quæ profecto præmissorum dissimulatio & impunitas vel dilata iustitia probabiliter comminatur, desiderent super præmissis contra dictum electum de remedio celeri per opportunam & rigorosam iustitiam prouideri; nos tamen adhuc volentes cum eodem electo vti potius mansuetudine, quam rigore, ac probare, vtrum mansuetudinis nostræ benignitas ipsum a tam periculoso deuio valeat, quod desiderijs intensis appetimus, reuocare; de dictorum fratrum consilio auctoritate Apostolica per infrascriptum modum duximus ordinandum: videlicet, quod ad publicationem sententiæ excommunicationis per nos, vt præmittitur, promulgatæ, in quam idem electus propter suam in præmissis commissam inobedientiâ & contemptû incidisse dignoscitur, procedentes ab aliarum pœnarum publicatione, in quas similiter incidit, supersedeamus ad præsens.

Accusatur Ludouicus cô-tumaciæ

Pronunciatur côtraxisse anathema

Ideoque præfatum electum de ipsorum fratrum consilio auctoritate apostolica in prædictam excommunicationis sententiam incidisse; præsente hac multitudine copiosa fidelium, declaramus;

ctiones canonicas tumulari: id idem per Galeacium in Placentina & per Marcum filios suos in Terdonensi ciuitatibus, tunc sub eorum tyrannide consistentibus; & per alios tyrannos ciuitatum & locorum, quæ per eum & alios suos filios tenebantur, vel cum eis fuerant iuramento vel confœderatione ligata, eidem interdicto subiecta, obseruari faciens, dictumque interdictum nequiter violari, & diuina, quantum in eo erat, profanari officia in eisdem in contemptum clauium earumdem.

Insectatus sit Galeatius Placentinũ episcopũ.

Idemque Galeatius, perfidia paternæ præuaricationis imbutus, bonæ memoriæ episcopum Placentinum, tunc viuentem, bonis omnibus spoliauit, domos, vineas, & alia bona episcopalia deuastando, ac ea, quæ de redditibus & prouentibus dictorum bonorum percipi potuerunt, suis vsibus applicando. Nonnullos etiam clericos Placentinos, grauibus afflictos vulneribus, bonis omnibus spoliauit; & quibusdam eorum horribili nece peremptis, ecclesiastica beneficia eorundem alijs nequitiæ suæ fautoribus, de facto concessit; dictum episcopum Placentinum cogens miserabiliter exulare, qui deinde Apostolicam sedem petens, ibidem diem clausit extremum. Idem Galeatius, ad execrabiliora licentians manus suas; clerum Placentinum tallijs, collectis, gabellis, & diuersis angarijs, pedagijsque nouis afflixit: claustra etiam monialium ciuitatis eiusdem damnabiliter violauit, exinde nonnullas moniales adducens, eisque virginitatis lilium, quod perpetuo voto Christo spoponderant, effræni & damnata libidine auferendo. Nonnulla etiam bona, quæ tam clerici quam laici in locis Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum S. Augustini & alijs diuersis ecclesijs Placentinis pro securiori custodia duxerant deponenda, tam per se quam per suos satellites asportauit. Diuersas quoque ecclesias, hospitalia, & alia pia loca cremauit incendio, & contra claues ecclesiæ per se & alios labia detractionis apertiens, per quosdam clericos & religiosos fautores suos fecit coram omnibus prædicari, quod * tenendæ non erant excommunicationis & aliæ sententiæ latæ contra eum. Propter quæ non erat dubium, dictos Matthæum eiusque filios diuersarum excommunicationum fore sententijs innodatos.

Clerum vectigalibus onerarit. Sanctimonialibus stuprum intulerit. Depositæ in sacrar. iis diripuerit.

Ecclesias incenderit.

Censuras contempserit.

*timendæ

9 Præter hæc idem Matthæus & filij eius obstacula præstiterant, ne nostri vel dilecti filij Bertrandi tit. S. Marcelli presbyteri Card. in illis partibus A.S.L. nuncij ciuitatem Mediolanensem, vel terras & loca prædicta, seu territoria possent ingredi eorumdem, vel infra illa nostras vel eiusdem legati deferre literas, ac quoscumque nuntios ipsos capi, incarcerari, & frequenter occidi crudeliter faciendo. Nec adhuc idem Matthæus contentus, quod ipse in profundum malorum demersus præceps abierat, sed laborans, vt alios secum traheret in ruinam, deuotos eiusdem ecclesiæ a deuotione ipsius auertere, & indeuotos, ne ab erroris inuio ad vitæ viam & deuotionem redirent eiusdem ecclesiæ, impedire vijs & modis omnibus, quibus poterat, conabatur: immo vt contra dictam ecclesiam & fidem catholicam execrabilius posset suam nequitiam exercere, cum schismaticis confœderationem & colligationem iniuit. In prouincia etiam Lombardiæ, ac circumadiacentibus locis, & partibus seminauit discordias, guerras mouit, fructum pacis subuortens scandalis & scissuris in tantum, quod eccle-

Appetitus sit bello pontificius legatus.

siarum prælati, propter eiusmodi pressuras & scandala multipliciter impediti, personas ecclesiasticas suarum ciuitatum & diœcesum & alios eorum subditos non poterant visitare, nec corrigendos corrigere, nec illis proponere verbum Dei, aliaque spiritualia gerere, quæ exigebat officium pastorale. Ex quibus profecto pullularunt & pullulant in illis partibus hæreses, creuerunt schismata, diminutus est cultus diuinus, fidelium animæ perditioni fuerunt expositæ, corpora patuere periculis & malis innumeris licentia præstita; & scandala suscitata fuere: propter quæ sic licentiose per dictos Matthæum eiusque filios aduersus Deum, & ecclesias & fidem catholicam perpetrata, & alia quæ sequuntur, habebantur grauiter, nec indigne, suspecti de labe hæreticæ prauitatis.

Notum est enim in partibus Lombardiæ, quod eiusdem Matthæi paterni auus & auia, dum viuebant, fuerunt habiti de memorata prauitate suspecti: quinimmo propter huiusmodi labem pestiferam eadem auia, iudicio ecclesiæ de hæresi condemnata, tradita fuit flammarum incendio per iudicium seculare. Communis etiam in partibus illis habet notitia, idque fama publica manifestat, quod quondam Manfreda mulier de Mediolano, dicti Matthæi ex linea materna propinqua, labe respersa prauitatis eiusdem, in persona cuiusdam, quæ Guillelma nomine vocabatur, Spiritum sanctum asseruit incarnatum, ipsamque Guillelmam a Deo assumptam mirabiliter extitisse: post quæ, cum super his, ac diuersis alijs articulis, hæresim sapientibus manifeste, per inquisitores prauitatis eiusdem tam contra eas, quam nonnullas alias credentes ipsarum, fuisset veritatis certitudo comperta, Manfreda & Guillelma prædictæ traditæ fuerunt iudicio seculari, & demum ignis incendio concrematæ. Et quia inter alios credentes ipsarum præfatus Galeatius culpabilis fuit repertus, inquisitores ipsi propter hoc captiuarunt & detinuerunt eundem: licet postmodum per eiusdem Matthæi potentiam coacti minis & terroribus eum duxerint dimittendum. Idem quoque Matthæus in tantum exorbitabat a fidei catholicæ veritate, quod carnis resurrectionem negabat.

Vicecomitum familia infecta hæresi.

Galeatius de ea suspectus. Noua Matthæi hæresis.

10 Cum ex præmissis præfati Matthæus & filij eius se Dei aduersarios manifestos, & fidei catholicæ corruptores patenter ostenderent, incessanter deteriora prioribus committentes; nos considerantes attentius, quod non expediebat, quod tam horrendorum scelerum in succedentia temporum secula sine recordatione vindictæ memoria deferretur, venerabili fratri nostro archiepiscopo Mediolanensi, & dilectis filijs inquisitoribus hæreticæ prauitatis in prouincia superioris Lombardiæ, nostris dedimus literis in mandatis, vt ipsi, vel duo, aut vnus eorum contra prælatos Matthæum, Galeatium, Marcum, & alios præfati Matthæi filios eiusdem hæresis fultos labe, quoad ea, quæ præmissa contingebant & alia, de quibus poterat haberi verisimilis suspicio contra eos, iuxta formam canonum, & prout alias eis ex officio inquisitionis contra hæreticos competebat, procedere cum omni diligentia procurarent. Qui super præmissis, earundem literarum nostrarum forma seruata, diligentius inquirentes, ac comperto legitime prænominatos Matthæum, Galeatium, Marcum, & alios eius filios sæpedictos de prædicta labe respersos; primo dictum Matthæum, & deinde Galeatium, & sub-

Data archiepisc. Mediolan. prouincia in Vicecomites inquirendi.

*prælatos in pace * sine restitutis locis, prædijs, & bonis ad ecclesias spectantibus, quibus sacræ coluntur ecclesiæ, illum Maphæum stirpemque eius tantis malis nutritam, vt de iusto vsu abusum, & de æquitate iniquitatem fecissent, monuisse; diuinum cultum in ea vrbe exerceri per veros prælatos permitterent.*

* *suis*

Horum impietas.

Sed mandata apostolica spernentes, non modo desistere, sed infandos actus auxere, preces Apostolicæ mansuetudinis renuentes; deinde seipsos excommunicationum vinculis innodantes, & verba proterua in sacram ecclesiam, ipsumque Apostolicum iactantes, quæ manifeste hæresis ignominias, & intolerabilis Christianæ *religionis contemptus & pertinacias ostendebant. A quibus similiter canonice & solemniter moniti, nec abstinere passi, vel ab ecclesiastica monitione correcti, peccata infanda accumulauere peccatis, Saracenorum & aliarum superstitionum sectas & materias imitati, vt & ipsi Saraceni & hæretici manifesti. Insuper monitum hunc Ludouicum Bauarum, illorum hæreticorum erroribus infandisque actibus non adhærere: sed si ad sacrum imperij culmen aspirasset, illos & consimiles abhorrere, & veri filij sacrosanctæ ecclesiæ more ad illos repellendos & refellendos tam prauis ausibus, ecclesiæ astare & seruire. Sed ille, cuius mens in ecclesiam effera earum tyrannidum tyrannorumque Italicorum iura tenere spiritu diabolico coniectauerat, non modo destitit; sed vicarium suum gentemque Germanam aduersus ecclesiæ monita patenter transmisit, & se hæreticum & diuinarum constitutionum exhibuit contemptorem*]. Hactenus Mussatus.

Monitus Lud. ne hostibus ecclesiæ se iungeret.

Auxilia ijs submittit.

6 Hos tyrannos impios Ludouicus, cum eorum opera imperiale insigne se adepturum speraret, Italiaque potiturum, defendendos suscepit. Qua in re non inique modo, sed imprudenter etiam se gessit: imprudenter quidem cum pontificia beneuolentia ad firmandum solium longe foret aptior; & Vicecomites non cæsarei nominis tuendi, sed augendarum rerum suarum cupiditate mouerentur, vt exitus edocuit: quippe qui firmata potentia Cæsares irriserunt. Inique vero Ludouicum datam Pontifici de ijs debellandis fidem infregisse iudiciaria sententia in Galeatium paternæ sequacem impietatis lata indicat, in qua eius flagitia hisce verbis recensentur a.

a To. 4 ep. secr. pag. 126. & lib. variar. bul lar. pag. 25

Ioannes, &c. ad perpetuam rei memoriam.

7 Dudum ad nostri apostolatus famam, quin immo infamia publica deduxit auditum, quod quondam damnatæ memoriæ Matthæus de Vicecomitibus de Mediolano nonnullos de diuersis mundi partibus ad sedem Apostolicam venientes capiebat, & etiam detinebat, eos bonis omnibus spoliando; ac literas clausas, quæ nobis per nonnullos ecclesiæ Romanæ deuotos filios & fideles de diuersis partibus mittebantur, per se, officiales, & ministros suos aperire & lacerare, & alias pro suo libito contrectare, & inspiciendas diuersis exponere ausu damnabili præsumebat.

Vt Matthæus improbe erga eccl. se gesserit

Expositum etiam fuit in publico consistorio coram nobis, quod ipse ecclesijs, monasterijs, & alijs pijs locis, ac personis ecclesiasticis, secularibus & regularibus, ciuitatis & districtus Mediolanensis talliam seu collectam plurimum onerosam imponens, ad exactionem illius procedebat adeo violenter, quod illam ab aliquibus personis ecclesiasticis per expoliationem rerum, a quibusdam per captionem & detentionem personarum ipsorum, & ab alijs per diuersos cruciatus corporum extorquebat; & nonnulla alia impia & iniqua in personas ecclesiasticas immaniter exercebat, quæ in grauem diuinæ maiestatis offensam, opprobrium catholicæ fidei, & magnum fidelium scandalum redundabant: quodque tam ipse, quam Galeatius, Marcus, & alij filij sui, paternæ nequitiæ sectatores, bona cathedralium & aliarum ecclesiarũ, consistentia per ciuitates & diœceses, in quibus per se & alios tyrannidis sæuitiam exercebat, vel maiorem partem ipsorum occupare & occupata tenere damnabiliter præsumebat: ipsarumque prælatos amarissimas pœnas exilij cogebat miserabiliter experiri.

Tributa ab ecclesiasticis exegerit.

Exercuerint tyrannidem eius filij.

Idemque Matthæus adeo redditus erat religionis cuiuslibet insolens persecutor, quod tam prælatis eisdem, quam religiosis Prædicatorum, Minorum, ac Eremitarum S. Augustini fratribus, & aliorum ordinum paupertatis, ne synodos & concilia, vel quælibet capitula congregarent, vel in eorum subditos visitationis vel prædicationis officium exercerent, interdicebat expresse; peruersos dictorum ordinum fratres, suæque iniquitati conformes in eorum fouendo nequitia, eosque suis conuentibus per violentiam præfici faciendo: & quod in ecclesijs secularibus & regularibus, tam virorum quam mulierum ausu sacrilego personas intrudebat indignas, vtpote qui in monasterio S. Celsi Mediolanensis nonnullos monachos, abbate dicti monasterij exulare compulso, violenter intruserat. Nonnullas etiam puellas in monasterio monialium Mediolanensium, postquam illis fuerat impudenter abusus, per intrusionis reatum recipi fecerat violenter.

Religiosos ordines turbarint.

Nec veritus adhuc in Christum Deum rabiem diræ persecutionis armare, venerabilem fratrem nostrum episcopum Vercellensem in ciuitate Vercellensi, conflatis viribus, obsederat violenter, ac demum eundem per violentiam captiuatum in carcere præsumpserat detinere; quamuis postea de manibus eius per fugæ subsidium diuina fuit misericordia liberatus. Per sufficientem quoque informationem, de speciali mandato nostro habitam per bonæ memoriæ Berengarium episcopum Tusculanum, tunc viuentem apud sedem prædictam, idem Matthæus repertus fuit super huiusmodi sacrilegijs, offensis, & excessibus publica infamia laborare.

Vercellẽsis episc. in seruitutem redactus sit.

8 Validus etiam clamor ad audientiam nostram deduxit, quod idem Matthæus, per Stephanum natum eius, dilectum filium abbatem S. Stephani Vercellen. ac præpositum, archiepresbyterum, & plures canonicos Vercellenses; ac per virum sacrilegum Scottum de S. Geminiano, aliosque suos satellites & ministros iniquos & impios, nonnullas alias personas ecclesiasticas, seculares & religiosas, etiam in sacerdotio constitutas, capi fecit ac teneri carceri mancipatos, in illos diuersorum tormentorum genera exercẽdo. Statuta etiam canonica, tanquam a fide catholica prorsus exorbitans, contemnens damnabiliter & impugnans, interdictum ecclesiasticum, cui dicta ciuitas Mediolanensis eius culpis exigentibus subiacebat, sicut & adhuc subiacere dignoscitur, obseruare despexit, & fecit per alios violari, defunctorum corpora laicorum in cœmeterijs ecclesiarum pulsatis campanis, ministris ecclesiarum ipsarum renitentibus & inuitis, faciendo in contemptum clauium contra sanctio-

Violata ecclesiastica interdicta.

duximus intimandum, quod si in præmissis in dicto processu contentis per omnia infra præfixum ad hoc sibi terminum exequendum foret negligens vel remissus, nos contra ipsum ad publicationem pœnarum, in quas propter præmissos excessus notorios inciderat, vel incideret in futurum, & alias quantū suadet iustitia procederemus, eius absentia non obstante; intendimus vsque ad duos menses, a data præsentium computandos, a publicatione pœnarum & processibus huiusmodi, ac ab aggrauatione supersedere processus eiusdem, infra quos certificari possimus quid per eundem circa præmissa extiterit reformatum.

Concessit bimestre a Pont. vt Ludouic. male cœpta emēdet.

Per hoc tamen non volumus nec intendimus nos aliquatenus obligare, quin etiam eorundem duorum mensium pendente termino ad aggrauationem dicti processus & alias possimus procedere contra ipsum, si & prout nobis pro conseruatione iurium & honoris eiusdem ecclesiæ viderimus expedire, &c. *Dat. Auin. VII. id. ianuarij anno VIII.* Affixæ fuere hæ literæ Auenionensis ecclesiæ foribus, & in Germaniam ad Frisingensem episcopum transmissæ a vt eas diuulgandas curaret, ne quem latere posset, quid inter Ludouici oratores ac sedem Apostolicam agitatum esset, ac dolo & calumniæ ora obstruerentur. b

a *Ibid.*

b *Eod. to. 4 p. 1. ep. sec. pag. 110.*

4 Effluxere duo ij menses Bauaro a Pontifice dati, vt commissa aduersus Apostolicæ sedis dignitatem expiaret. Verum ipse, non impetrato, vt vidimus, sex mensium spatio, vt causam ageret, congregato suorum cœtu, constituras sibi a Pontifice angustiores temporis metas contestatus est: se fidem catholicam colere, & ecclesiæ decus semper asserturum; neque in animum posse inducere, se quapiam in re læsisse sedem Apostolicam, ac si læserit, facturum satis: prosecuturum Pontificem honoribus debitis, ac iura etiam imperij tutaturum; seque eadem coram Pontifice, cum se daret prima occasio, professurum. Quæ Georgius Hervvartus subiectis concepta verbis ex veteribus monumentis affert. c

Contempsit Ludouicus die constituto compa rere.

Eius doli ad declinandum iudicium.

c *Hervva ad ann. 1324. n. 40.*

Nos Ludouicus Romanorum Rex semper Augustus comparemus, & infrascriptas protestationes nostras coram vobis proponimus, & in scriptis offerimus, ac si in præsentia domini nostri summi Pontificis (cuius copiam, arctante termino, tanquam absentis & remote distantis habere non possumus) essemus personaliter constituti: promittentes expresse, quod easdem in ipsius summi Pontificis, quamprimum commode poterimus, notitiam deducemus, & coram eo innouabimus. In primis protestamur, quod sanctam ecclesiam Rom. *magistram fidei catholicæ matrem & alumnam nostram colere, diligere, & fouere: statum eius solidare, & iura seruare semper intendimus bona fide. Item quod hostes eius & rebelles quoslibet quos scimus, vel a professione dictæ fidei aberrantes, tanquam fidelis aduocatus & feruidus Christianæ fidei zelator hostiliter persequi & exterminare volumus toto posse.*

Iactatq; ad pompam vanæ pollicitatio-nes.

Item quod non credimus contra ipsam sanctam ecclesiam nos vnquam in aliquo excessisse: & si quando excederemus, parati sumus ad eius correctionem humiliter emendari, & sub regula disciplinæ suæ obedienter consistere, & suo consilio & regimine gubernari. Item quod eidem volumus reuerentiam debitam & honorem. Potestamur insuper, quod domino nostro summo Pontifici eam, quam debemus, & quemadmodum Romanis Pontificibus Rom. Imperatores & Reges prædecessores nostri obedientiam, deuotionem, & reuerentiā gesserunt & habuerunt, volumus similiter gerere & habere.

Item protestamur quod statum Rom. imperij & & iura, res & honores suos saluos sine præiudicio cuiuslibet, iuxta debitum fidei nostræ & virtutem præstiti sacramenti, quantum scimus & possumus, nostris temporibus similiter disponimus custodire.

5 Magnifica hac ostentatione inuidiam exortæ dissensionis omnem in Pontificem apud suos deriuabat Ludouicus enim iactabat. Speciore constitutum bimestre, vt cœpta emendaret, quod ipse de disceptanda iudicio causa interpretabatur, angustius esse: de erepto vero ecclesiæ supremo Ferrariæ imperio, adactoque in sua verba illius vrbis oratore, tacuit; cum magna verborum pōpa ecclesiæ iura se tutaturum profiteretur; recusabatque hæretici hostisque fidei Galeatij clientelam deserere, cum fidei splendorem se vindicaturum sponderet: immo ad tuendos ecclesiastici iuris oppressores exercitum immisit, vt suo loco videbimus. Frustra itaque cum excusare nititur Hervvartus a, dum publicas eas tabulas, quæ ad coloranda gesta plurima arte editæ erant, veluti illustria iuris Ludouici eiusdem monumenta adducit; & Ioannem veluti iniquum immerito traducit: non enim verba Ludouici spectanda sunt, sed opera potissimum.

Pugnant cum verbis eius opera.

a *Hervva to. 1. in Lud. defen sione ad ann. 1324 n. 14. & 6.*

Vt vero funestæ illius dissensionis, quæ maximos fluctus in ecclesiam concitauit, culpam non in Ioannem, sed in Ludouicum eiusque senatores impios deriuandam, illustremus, rem vti gesta est, in luce collocabimus, eā paulo altius ex iam dictis repetendo. Potuisset Ludouicus pontificia sibi studia conciliare, si vt cæsarei erat muneris ecclesiam tueri, eamque ab hostium sæuissimorū nefaria tyrannide vindicare studuisset. Sed improborum fascinatus consilijs, cum Pontifici aduersus Vicecomites diuini ecclesiastici iuris euersores, & Numinis rerumque sacrarum contemptores operam regiam spopondisset, eorum deinde, vt dictum est, patrocinium suscepit, atque etiam Ferrariensium perduellium clientelarem sponsionem admisit, inuasitque Romanæ ecclesiæ iura: nec pluribus edictis monitus, resipuit, sed iniqua prouocatione ad concilium diffugia captauit. Commotum vero iuste Pontificem indicat Albertinus Mussatus b, dum Italiæ tyrannorum, quos armis in Pontificem defendendos suscepit Ludouicus, impietatem describit hisce verbis.

Consecutorum malorum causæ Ludouico ascribendæ.

Primus læsit Pontificem Ludouic.

b *Alb. Mus in Lud. Bauaro.*

Pestis, tyrannorum scilicet, *per ea tempora per totam ferme Italiam, & præsertim Lombardiam, Tusciam, Romandiolam, & Marchiam inuaserat: qui, contemptis Deo & sanctis, sanctas ecclesias, scilicet episcopatus, abbatias, prioratus, & quascumque etiam magnorum prouentuum basilicas, quos vt populos vorarent, in armis, bellis, & quotidianis armorum vsibus stipendiarijs erogabant; deque ipsis sacris locis equorum stabula, pulsis antistitibus & prælatis, fecerant. Hanc, tyrannis Vicecomitibus Mediolani, sæuam rabiem nequius cœpisse, & adeo perseuerasse, vt ipsi tyranni ecclesias & prælaturas de facto, spreta papali sede & iurisdictione, suis clientibus & parum dignis conferrent: promouisse primum, & non alium, hæc omnia momenta senem illum inueteratum malorum Maphæum Vicecomitem. His nefandis actibus abstinere; archiepiscopum Mediolani & alios pulsos præ-*

Patrocinium tyrannorū suscepit.

& tueri; terminum petimus sex mensibus longiorem.

2 Mirum cuiquam videri posset, quomodo hac demissione Christiana, & obseruantia Pontificem mulcere studuerit Ludouicus, qui paulo ante, vt vidimus a cōcepta appellationis formula Pontificem ipsũ calumnia hæreseos appetiuerat, atque ab eius iudicio ad concilium œcumenicum prouocarat; quod Ludouici factum ignorans Ioannes, accepto eius libello supplice, rem in deliberationem cum Cardinalibus adduxit, ac publico consistorio VII. idus ianuarij congregato, præsentibus oratoribus obiecit, Ludouicum non cognita a sede Apostolica electionis controuersia, contra decreta pontificia non electum in Regem, sed Regem se dixisse, Vicecomites hæreseos crimine postulatos tutatum esse; cum antea ad eos euertendos accessurum se in Italiam spopondisset: marchiones Atestinos & Ferrarienses ecclesiæ perduelles in sua verba sacramento adegisse; vetera ecclesiæ iura, quæ interregni tempore ac discordibus suffragijs duobus electis Regibus vicarios imperij creare solet, infregisse: ob quæ licet ipsi dies proroganda non esset, ad duos tamen illam menses proferre, non vt ab ipso gesta tueretur, sed venia petita demisse emendaret. Quæ subiectis verbis prodit Pontifex.

a An. 1323 n. 34. &c.

Quæ responsa sint a Pontifice.

Ioannes, etc. ad perpetuam rei memoriam.

Nos super litera & supplicatione prædictis cum eisdem fratribus deliberatione præhabita diligenti, eosdem nuntios VII. idus eiusdem mensis ianuarij coram nobis fecimus euocari; ac eisdem in nostra & dictorum fratrum præsentia in consistorio constitutis, taliter duximus proloquendum.

3 Vidimus literam patentem & supplicationem prædictas, quas in nostra & fratrum nostrorum præsentia exhibere curastis, & contenta in eis intelleximus diligenter: ac super illis cum eisdem fratribus deliberatione præhabita diligenti, attendentes & ad memoriam reducentes deuotionem, quam præfatus dux Bauariæ per alios nuntios suos ad præsentiam nostram hactenus destinatos, eius literas de credentia deferentes, ad nos & præfatam ecclesiam se gerere asserebat; & quod inter alia nonnunquam nobis obtulerat per nonnullos ex nuncijs supradictis, se paratum in ecclesiæ prædictæ & nostrum obsequium contra rebelles ecclesiæ ad partes accedere Lombardiæ, miramur quamplurimum, & causa nobis iustæ admirationis ingeritur, quomodo sic subito, nulla per nos data sibi occasione vel causa, in virum alterum sit mutatus. Is se namque in contemptum nostrum, & magnam iniuriam sanctæ matris ecclesiæ, se Regem Romanorum intitulat: cum de electo in discordia in Romanorum Regem, sicut iste fuisse dicitur, a nullo sit in dubium reuocandum, quod ante approbationem seu admissionem electionis suæ per sedem Apostolicam habitam, non debet tali nomine vel titulo appellari: quod vtique dudum, cum de intitulatione duorum electorum in Reges Romanorum controuersia incidisset, per sedem eandem auditis allegationibus partium in casu simili decretum extitit, deliberatione cum similibus tunc sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus præhabita diligenti. At insuper dux prædictus Galeatio de Vicecomitibus eiusque fratribus de Mediolano rebellibus eiusdem ecclesiæ, & de hæresi per eorum competentes iudices condemnatis, fauere hactenus contra præfatam ecclesiam non expauit, nec adhuc, sicut audiuimus, a fautoria destitit eorumdem.

Queritur Bauarum perduellium ecclesiæ causam suscepisse. Regium nomen sine confirmatione Apostolica sumpsisse.

A Ferrariensibus etiam, videlicet Raynaldo & Opizone natis dilecti filij Aldebrandini Estensis, de labe prauitatis hæreticæ similiter condemnatis, ac rebellibus ecclesiæ memoratæ ratione ciuitatis Ferrariensis fidelitatem & homagium præsumpsit recipere, ipsisque fauorem, auxilium, & consilium impendere in nostrum & eiusdem ecclesiæ magnum contemptum, atque dispendium & præiudicium manifestum: cum dictam ciuitatem Ferrariensem, eiusque districtum ad plenum ius atque dominium & proprietatem eiusdem Romanæ ecclesiæ pertinere noscitur.

Perduellium Ferrariensiũ clientelã arripuisse.

Administrationi etiam imperij se indebite ac irreuerenter immiscuit, donando de bonis ipsius, homagia recipiendo, & alia indebite attentando: cum tamen huiusmodi administratio, imperio prædicto vacante, prout ad præsens vacare dignoscitur, ad sedem pertineat memoratam; sicut hoc iure patet, consuetudine declaratur, & Romani Pontifices prædecessores nostri in casu vacationis imperij iure huiusmodi vsi sint, velut ad eos pertinente indubie, sicut etiam nonnullis exemplis euidentibus paret. Nam felicis recordationis Clemens Papa IV. prædecessor noster, tempore suo existentibus duobus in Romanorum Reges electis, claræ memoriæ Carolum Regem Siciliæ in Tuscia vicarium generalem constituit, qui dictum officium exercuit diligenter. Similiter piæ memoriæ Clemens Papa V. prædecessor noster in prouincijs Lombardiæ & Tusciæ charissimum in Christo filium nostrum Robertum Regem Siciliæ illustrem vicarium ordinauit: cuius iuris possessione, vel quasi, præfatus dux Bauariæ, quantum in eo est, nos & dictam ecclesiam indebite & præsumptuose nimium spoliare conatur.

Vicariatũ imperij Roberto traditum interturbasse.

Si igitur prædicta, nec non verba in dictis literis & supplicatione per vos exhibitis posita, quæ magis sunt ad turbationem irritantia, quam ad mansuetudinem mentem intelligentis prouocantia, vellemus attendere diligenter, nullum vobis responsum dare vtique deberemus: tamen memores deuotionis præteritæ dicti ducis, vobis præfatis nuncijs de dictorum fratrum consilio breuiter respondemus, quod cum processus noster prædictus contra dictum ducem Bauariæ & electum, vt prædicitur, factus rite sit, & super notorio habitus; terminumque competentem contineat, infra quem ad eius deduci, nisi per ipsum steterit, notitiam potuerit, ac a præsumptis per ipsum temere etiam resilire, ipsaque quantum erat sibi possibile reuocare, quorum neutrum ipsum constet fecisse per exhibita; sed potius, quod intendat illa, vt dicta scriptura asserit, excusare ac de iure, quod vtique electo faciendi nequaquam competat nec potest competere, se velle dicere asserat, intendens per consequens excessus suos notorios minus prouide defensare; non intendimus aliquid innouare, ipsum tollendo vel suspendendo, vel quoad impediendum effectum sententiarum in eo latarum terminum, dilationem, vel prorogationem aliquam concedendo: immo volumus eum quoad omnia contenta in ipso, & ipsorum effectum in suo pleno vigore atque robore permanere.

Verum quia in dicto processu eidem aperte du-

vulnere lateris Christi: illic enim habito, et ibi me poteris inuenire, frustra alibi quæsitura. Datus is est a Roberto Rege Siciliæ ob singularem virtutum splendorem virtutis præceptor Carolo duci Calabriæ, Siculi regni heredi, vt eum probis moribus perpoliret. Neque irrita a viro sancto impensa opera a: cum enim Carolus, iuuenili abreptus leuitate, obscœna verba fundere & lasciuire solitus, ab Elcazaro correptus esset, ita illius monita impressit pectori, vt postmodum pudicitiæ legibus frænaret ora, neq; impuros magna procerum admiratione a suis sermones laxari pateretur. Cum vero plurima polleret auctoritate in regia Neapolitana, illam in tuendis inopum iuribus collocauit: quocirca patroni pauperum nomen vulgo illi inditum b. Deinde Luteriam legatus c, vt vxorem Carolo ex stirpe Gallica regia compararet, prudenter munere perfunctus est, in medio regalis aulæ luxu diuinis rebus transfundere animum solitus. Quo tempore ad alias cœlestes agni nuptias vocatus, pijssimo exitu ad immortalitatem migrauit. Describit d extremum illius vitæ actum antiquus auctor hisce verbis.

Vt præceptor fuerit Caroli ducis Calab. — a Ib. c. 27. — Patrocinium pauperum acceperit. — b Cap. 28. — c Cap. 32. — d Apud Sur. 27. die sept.

Sentiens mortem impendere, magistro Francisco Maronensi Minoritæ conterraneo suo, qui tum erat Parisijs generalem fecit confessionem cum multis lacrymis. Quotidie etiam mane apud lectum suum missæ sacrificium pie audiuit, & crebro sub illa aduersa valetudine confessus est: & quamuis tota vita sua & suam & Dalphinæ virginitatem celasset accurate; attamen sub vitæ finem, compellente eum spiritu Dei, ita ad astantes loquebatur: Saluatus est homo malus per mulierem bonam, quam sicut virginem accepi, ita et in hac mortali vita virginem relinquo.

Pie ad mortem se compa rat.

69 *In ea ægrotatione e, qua grauissimos, eosque perpetuos et dolores afferebat, quos ille patientissime spe futurorum tolerabat, spiritus eius iugiter coniunctus cum Deo fuit; volebatque nihilominus etiam bona audire, iubebatque sibi Christi passionem legi, nec lingua etiam a diuinis cessabat laudibus, crebro repetens illum versum f: Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Sumpto autem dominico sacramento cum sacro oleo vngeretur, & versum illum dicerent: Per sanctam crucem & passionem tuam libera eum Domine; ipse eundem tertio repetiuit, & addidit: Hæc est spes mea: in hac volo mori. Ad extremum iam in agone positus, vultum præ se tulit valde terribilem; vnde colligi liceret eum in magno versari labore ob quædam illi obiecta, atque sub eiusmodi conflictu exclamauit: Magna est dæmonum vis; sed eam penitus eneruarunt virtus & merita sacrosanctæ incarnationis & passionis Iesu Christi. Et post paululum rursus exclamans: Plane, inquit, vici. Post aliquantum temporis spatium cum ingenti clamore dixit: Totum me diuino iudicio committo; atque bis dictis reparatus est vultus eius, & quodam rubore atque splendore multaque elegantia perfusus: atque ita reddidit spiritum; nec fuit vel tenuiter mutatus vultus eius, sed permansit serenus & pulcher. Hæc autem omnia vidit quidam nobilis multum petulans & lubricus, adeoque ob sua peccata corde compunctus est, vt nullo pacto ferre sustinens, mox accito ad se fratre Franciscano, qui illic aderat, in quodam cubiculo cum ingenti pietate, & largissimo lachrymarum imbre sua peccata confiteretur. Obijt sanctus comes plenus virtutibus & operibus bonis anno salutis MCCCXXIII. v. kal. octobris.*

e Cap. 33. — f Psal. 40. — Sacramétis procuratur. — Felix eius mors. — Lasciuus iuuenis ex illa conuersus.

Sepultus in cultu Franciscano primum est Parisijs in Minoritarum templo: ac deinde Aptam translatæ eius reliquiæ, ad quas maximæ cœlestes virtutes editæ, ac vario morborum genere laborantibus valetudo diuinitus restituta: immo & mortui ad vitam reuocati. Quinetiam Balearicum regnum, quod atroci turbabatur bello, eo videndum sese obijciente, docenteque, fine fuso cruore pacatum est. Quibus permotus Vrbanus V. sanctorum honores solemni ritu postea illi decreuit a. Diploma vero morte oppressus edere non potuit: quod ab illius successore Gregorio XI. est promulgatum, vti sequenti tomo dicetur.

Translatio reliquiarum S. Elcazari. — Decreti a illi sanctorum honores. — a Vvading. in annal. Min. hoc ann. n. 39. & seq.

IESV CHRISTI
annus 1324.

IOANNIS PP. XXII. annus 9. — VAC. IMP. OCCID. 11. ANDRONICI IMP. OR. 41.

1 INeunte anno Christi millesimo trecentesimo vigesimo quarto indictione septima Ludouici Bauari oratores, quos antea ad aulam pontificiam legauerat, vt obsequentem se ecclesiæ, nec sentire cum hæreticis profiteretur, diemque ad dicendam causam constitutam extrahi deposceret, ingressi purpuratorum patrum consistorium IV. nonas mensis ianuarij Pontifici, in solio considenti, supplicem hunc libellum b porrexere.

Lud. Bauari oratorũ ad sedem Ap. access. — b Ext. apud Ioan. 4. p. 1. ep. secr. pag. 107. & l. 1. bull. pag. 35.

Pater sanctissime.

Ad mandatum sanctitatis vestræ in scriptis posuimus ad quid venimus, & quid a sanctitate vestra petere debeamus. Dicimus igitur ex parte domini nostri filij vestri deuoti, quod licet paucis diebus elapsis ab aliquibus murmuraretur, & absque tamen vlla insinuatione certa referretur apud dictum dominum nostrum, processus aliquos esse factos a sanctitate vestra, ipsum & iura sua ac statum suum grauiter contingentes; tamen dominus noster prædictus nullatenus credere poterat, nec credebat: immo æstimabat æmulorum suorum esse figmenta, nec etiam verisimile reputabat, quod sancta Romana ecclesia taliter processisset, cum nunquam antea super ijs fuerit monitus vel citatus. Ad cautelam tamen nos misit ad inquirendum ac inuestigandum, vtrum contra ipsum, vt præmittitur, processus aliqui facti essent: & si inueniremus eos factos, quod supplicaremus sanctitati vestræ vt, saluo in omnibus iure suo, daret ei terminum aliquem competentem & decentem, inspecta locorum distantia, & maxime negotij arduitate considerata; infra quem domino nostro prædicto processus huiusmodi veritatem referre possemus, vt ipse sibi ac iuribus suis, ipsum tangentibus, de consilio suorum principum & procerum valeat super ijs, prout tenetur & debet, salubriter prouidere; & de informando sanctitatem vestram plenius circa dictum processum & ipsum contingentia, & de ostendenda iustitia sua & innocentia sua circa dictum processum & ipsum contingentia, prout sibi videbitur expedire; nec non de reformando in statum debitum, si forsan in aliquibus excessisset. Igitur, pater sanctissime, cum inuenerimus processus huiusmodi esse factos, supplicamus sanctitati vestræ ex parte domini nostri præfati humiliter & deuote, vt saluo in omnibus iure suo terminum competentem, prout præmittitur, dare & concedere dignemini: cum dictus dominus noster intendat, quantum in ipso est, tanquam deuotus filius sanctitatis vestræ paternitatem & sanctam ecclesiam vt matrem reuereri, & ipsam finali obedientia pro posse adiuuare, defendere, & tue-

Porrecti ab ijs Pótifici libelli supplicis formula. — Extrahi flagitant iudicij dié.

dulcedine Dei liquefacta, inter cætera multa & decora quæ protulit, hæc vel similia fidei & deuotionis verba, toto illius monasterij conuentu multisque dictorum Prædicatorum & Minorum ordinum assistentibus fratribus erudisse refertur: *Ego de isto sanctissimo corpore domini nostri Iesu Christi, & alijs sacramentis multa docui, multa scripsi in fide Iesu Christi et sancta Romanæ ecclesiæ; cuius correctioni cuncta subijcio, cuncta suppono.*

Quæ de ea scripserat moriens Romanæ eccl. censuræ subijcit.

Recepto deinde ab ipso eodem viuifico sacramento, cunctisque alijs sacramentis ecclesiæ debita veneratione cum lacrymarum effusione susceptis, tertio die obdormiuit in Domino, cui credidit quem amauit, & tota mentis affectione dilexit, &c. [Affert Pontifex probatissima miracula, ob quæ sanctorum catalogo solemni ritu adiectus sit, nimirum ipsius corpus post decem menses aperto sepulchro suauissimum odorem diffudisse; podagricum post annis decem toleratum morbum, implorata eius ope, morbo solutum: defunctum ad illius sepulchrum exportatum restitutum vitæ: non recte de illius sanctitate sentientem repente a diuino Numine percussum, petitaque a S. Thoma venia ad sanitatem reuocatum; morbos eius opera ab ægris depulsos, mutis linguæ officium, surdis auditum redditum. Tum hæc de sacra illius memoria singulis annis recolenda præsulibus imperia dat] Vniuersitatem vestram monemus & hortamur attente, per apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes, quatenus nonis martij festum confessoris eiusdem deuote ac solemniter celebretis, & faciatis a vestris subditis veneratione debita celebrari; vt pia eius intercessione, & hic a noxijs protegi, & in futuro sempiterna gaudia consequi valeatis] proponit nonnulla indulgentiarum præmia illius sepulchrum annis singulis adituris. *Dat. Auin. xv. kal. augusti pontificatus nostri anno* VII.

Miracula post mortem edita

Eius corpus post decem menses suauem odorem spirat.

Puer mortuus restitutus vitæ.

Detractor percussus diuinitus ac resipiscens sanatus.

Festus illius dies nonis martij institutus.

67 Institere apud sedem Apostolicam Guillelmus Bituricensis archiepiscopus, atque eius ecclesiæ canonicorum collegium, vt cum Deus pluribus miraculis Philippum, qui olim Bituribus præfuerat, ornaret ipsi sanctorum cultum decerneret: qua de re antea ab Vrbano IV. & Clemente IV. examen agitatum fuerat; sed cum in tanta re maturitas consilij maxima adhibenda Ioanni videretur, Carnotensi & Aurelianensi episcopis ac prædicatorum Bituricensium præfecto partes dedit a, vt de vita ac miraculis illius inquirerent: *Pium est*, inquit, *penitus atque iustum, vt quos Deus merito sanctitatis coronat & honorat in cælis, nos venerationis officio laudemus & glorificemus in terris: cum ipse potius laudetur & glorificetur in ipsis, qui est laudabilis & gloriosus in sanctis; quique vt sua virtutis potentiam mirabiliter manifestet, & nostræ salutis causam misericorditer operetur, fideles suos, quos coronat in cælo, frequenter etiam honorat in mundo, ad eorum memoriam signa faciens & prodigia, per quæ prauitas confundatur hæretica, & fides catholica roboretur. Sed licet sit pium & debitum venerationi sanctorum intendere, & eos colendos in terris populis exhibere; expedit tamen in illis illam maturitatis adhibere cautelam, vt nulla fallat incertitudo iudicium, nec ignorantia facti iudicantis solertiam circumscribat, quæ tanto periculosior foret in talibus, quanto in maioribus erraretur; sed prudentia multa præambula & diligenti maturitate seruata, veritas exquisita solicite deducatur in lucem, & de dubijs sententia eliciatur indubia; & certitudo habeatur & sumatur certior in incertis, &c.*

Philippus archiep. Bituricensis miraculis clarus.

Vrb. IV. & Clem. IV. de ijs examen institui iusserant.

a An. 8. p. 1 ep. com. 163.

Qua maturitate consilij ecclesia illa discutiat.

Subdit vt ab Vrbano & postea a Clemente IV. Carnotensi & Niuernensi episcopis datæ fuerint partes, vt Philippi olim archiepiscopi Bituricensis miracula ac vitæ gesta ad examen sacrum reuocarent, testiumque dicta in publicas tabulas referrent. Postmodum vero vt Clementi V. eæ suis sigillis communitæ oblatæ fuerint, illeque Nicolao episcopo Ostiensi & Ioanni tit. SS. Marcellini & Petri presbytero, & Guillelmo S. Nicolai in carcere Tulliano diacono Cardinalibus munus rei exactius discutiendæ imposuerit; quibus duæ membranæ conuolutæ ex sanctiore Bituricensis tabulario, in quarum altera de miraculis a viro sancto patratis, in altera de ipsius vitæ sanctissimæ gestis testium dicta continebantur, vna cum literis Vrbani & Clementis fuerint oblatæ. Quibus omnibus discussis, ad illustrandam magis veritatem Ioannes S. Petri Perusini & S. Petri Assisinatis monasteriorum abbatibus partes dedit a, vt earum Clementis & Vrbani literarum exemplum e pontificio regesto exciperent: sanxitque nouum iterum examen instituendum esse; atque hanc Carnotensi & Aurelianensi episcopis, ac priori Bituricensium Prædicatorum, de quibus paulo ante memoraui, prouinciã iniunxit.

Vt Clem. V. de ijsdẽ cognoscẽdi nonnullis Card. partes dederit.

a Ib. ep. 564.

Duo episcopi vitæ illius gesta & patrata prodigia adducere in examen iussi.

Mandamus, quatenus vos, vel duo vestrum in locis, vbi expedire videritis, de vita & conuersatione & miraculis prefati archiepiscopi, quæ ipsius meritis dignatus est hactenus, vel nunc pendente inquisitione huiusmodi dignabitur Omnipotens operari, cæterisque circumstantijs negotium huiusmodi tangentibus, iuxta formam quam vobis sub bulla nostra interclusam transmittimus, inquiratis diligentius veritatem: & quæ super præmissis inueneritis, fideliter in scriptis redacta, sub testimonio sigillorum vestrorum per viros idoneos ad sedem Apostolicam destinetis; vt per inquisitionem vestram sufficienter instructi, sicut res exigit, & expediens visum fuerit, securius in ipso negotio procedere valeamus. Dat. Auin. xix. kal. ianuarij anno VIII. Meminit de Philippo archiepiscopo Bituricensi in Gallia Christiana Claudius Robertus b, quem beati nomine insignit, & septuagesimum primum in archiepiscoporum numero collocat; cuius insigne clementiæ exemplum in Hugonem episcopum Claramontensem refert: cum enim Innocentius quartus illum contumaciæ in Philippum damnatum exauctorasset episcopatu, vir egregius non prius e genibus voluit assurgere, quam summum Pontificem ad misericordiam in aduersarium explicandam flexisset.

Singulare benignitatis in ipso exemplũ.

b Claud. Rob. Gall. Christ. in archiep. Bituric. Vinc. l. 3. c. 134.

Translatio capitis S. Martini.

Celebratam translationem capitis S. Martini Turonensis episcopi præcipua Caroli Regis Francorum opera & religione, qui thecam argenteam eleganti arte elaboratam, vt in ea reponeretur comparauit, pontificiæ literæ c indicant ad decanum & ecclesiæ B. Martini canonicos datæ, quos sedis Apostolicæ auctoritati tantum obnoxios ait.

c To. 4 p. 1 ep. secr. pag. 76.

68 Clausisse hoc anno vitam Parisijs S. Eleazarum Ariani comitem ferunt d, vigesima septima septembris e die, dum pro Roberto Siciliæ Rege in aula Gallica oratorem agebat: qui vna cum vxore B. Delphina raro exemplo, licet eodem cum ipsa thoro vteretur, virginitatem tamen coluit. Cui aliquando de nimia apud Montem Pessulanum mora expostulanti hæc per literas respondit f: *Sanus corpore sum et sospes: si vero me videre cupis, quære me in* *vul-*

De S. Eleazaro comite.

d Sur. to. 5

e Bar. in not. ad mart. R. 27. sept.

f Sur. ib. c. 2 3.

Piũ illius ad vxorẽ responsũ.

dictum est, vt ea repetere opus non sit: iam reliqua hoc anno gesta prosequamur.

Thomas Aquinas sanctor. catalogo adijcitur.

64 Auctum Thomam Aquinatem sanctorum honoribus hoc anno consignat subiectis verbis M.S.[a] Vaticanum: *Anno Domini* MCCCXXIII. *xv. kal. augusti Auinione canonizauit*, nimirum Pontifex, *sanctum Thomam de ordine Prædicatorum, quinquagesimo a felici eius transitu decurrente*. Confirmat hæc Bernardus [b], qui eius laudes celebrat his verbis: *Anno Domini* MCCCXXIII. *xv. kalen. augusti dominus Ioannes Papa* XXII. *apud Auinionem in consistorio, vt est moris, cum solemnitate debita canonizauit, & sanctorum confessorum ascripsit catalogo S. Thomam de Aquino ordinis Prædicatorum, a felici eius transitu de hoc mundo anno quinquagesimo decurrente; de vita eius & miraculis inquisitione duplici præuia diligenti, &c.* nonnullis de eius nobili prosapia, virtutum ornamentis, doctrinæ præstantia intericctis, addit: *Hic propter eius eminentem scientiam vocatus a Gregorio Papa X. ad generale concilium Lugdunense, veniens de Neapoli, vbi famose legebat vt doctor, cum peruenisset ad monasterium Fossænouæ Cisterciensis ordinis Terracinensis diœcesis in Campania, ibidem susceptis cum deuotione & fide mirabili ecclesiæ sacramentis, in Domino obdormiuit, virgo mente & corpore, clarus opere & doctrina. Ob cuius sanctitatis præconium & virginitatis titulum declarandum, post eius obitum elapsis septem mensibus vna vice, & iterum elapso septennio vice altera, ac tertio annis circiter* XIV. *euolutis in apertura sepulchri eius, diuersis ex caussis per vices temporum sæpius patefacti, singulis vicibus ex eius sacro corpore odor magnus & suauissimus emanauit: qui, locum replens, mirifice fundebatur, & omnem fragrantiam aromatum superabat; multisque alijs miraculis in vita claruit & post mortem.* Meminere de sanctorum cultu B. Thomæ decreto Ioannes Villanus [c], & S. Antoninus [d], quorum verba repetenda non sunt, cum hæc Ioannis encyclicæ literæ confirment, in quibus præcipua viri sancti gesta & post mortem eius suffragio patrata miracula describuntur. [e]

Ioannes, &c. vniuersis patriarchis, archiepiscopis, & episcopis, &c.

Dum adhuc infra pubertatis annos existeret, ordinis Prædicatorum habitum suscepit: in eo, inuito etiam patre, qui eius felicibus actibus inuidebat, constantius mansit; ac in ipso tandem regularem professionem emisit: vbi in breui adeo scientia, vita, & moribus profecit, vt ætate adhuc iuuenis ad sacerdotium promoueretur; & ad eiusdem theologiæ magisterium Parisijs, loco vtique celeberrimo, assumptus magno inibi sui, suique ordinis, ac Parisiensis studij fauore per multorum annorum curricula cathedram regeret magistralem: quippe cum illi vita existentiam, conuersatio famam, doctrina pareret opinionem, opera diuulgationem, eademque tam breui confecta tempore admirationem merito exhiberent, vt illud psalmi: *Rigans montes de superioribus tuis: de fructu operum tuorum satiabitur terra*; in eo verissime impleretur, quod vtique thema idem sanctus, dum esset in sacra pagina incœpturus, assumpsit; quodque, vt fertur, reuelatione sibi post suam orationem facta didicerat, dum propter iuuentutem suam se inhabilem ad magisterium reputans, quod proponeretur in instanti principio hæsitaret. *Et infra.*

65 Profecit vtique vir peritus, a terrenorum ambitione semotus, & ad cælestium assecutionem intentus, perfecto vacans studio, intendebat Deo: prætermittebat terrena, vt assequeretur æterna: præmittebat diuina, vt roboraretur in schola; cum singulis diebus, antequam lecturus ascenderet cathedram, vel distraheretur ad alia, missam vnam celebraret, aliam audiret: in quibus & alias in oratione, cum in illa foret assiduus, lachrymarum effusionem mentis suæ dulcedinem deuotionemque Deo, cui nihil est absconditum, reuelabat.

Cumque castitatis nitore canderet, parsimonia deuota custodiebat; humilitatem, hanc eamdem sobrietate medica nutriebat adeo, vt multi eum in carne virginitate mansisse incorruptum existimarent: quod eiusdem sancti confessor ordinis memorati, qui longo tempore ipsius confessionem audierat, publice, vt ad nos testimonio fidedigno peruenit, coram omnibus die defunctionis eiusdem asseruit, dicens: *Ego confessionem generalem istius sancti viri audiui, de quo testificor, quia ita inueni eum purum, sicut puerum quinque annorum: quia nunquam sua carnis sensit corruptelam.* Qui præterea vir Dei cibis religiosorum vestimentisque communibus contentus, conuersione mitis, benignitate suauis, pietate misericors, humilitate subiectus, cæteraque virtutum varietate redimitus, honorum supercilium, mulierumque cautius consortia spernebat: non elatus, non præeminens, nec etiam disputans, quod & interdum disputanti solet esse commercium, iactator effectus, vt ampullosis, etiamsi sibi eadem inijcerentur ab alijs, in illo palæstricæ syllogizationis exercitio vteretur. Totus igitur Dei famulus diuinis operibus intentus, aut eruditioni, qua præcellebat; aut prædicationi, qua immotus erat; aut orationi, qua deuotus; aut scripturæ sacræ, qua profundus sedulus vacabant; adeo vt, præter naturalis necessitatis aut quietis horas, nullum sibi aut vix temporis spatium relinqueret otiosum.

66 Appropinquante autem die, qua de hoc sæculo migraturus esset ad Dominum, quaque deuicto triumphatoque mundo in perpetuas æternitates recipiendus in patria, nam bonorum laborum gloriosus est fructus, cum a felicis recordationis Gregorio Papa X. prædecessore nostro ad Lugdunense concilium diceretur esse vocatus, de Neapoli veniens, vbi tunc temporis more solito famose legebat vt doctor; & per maritimam transiens, cum ad monasterium Fossænouæ ordinis Cisterciensium Terracinensis diœcesis, parumper digressurus, per dies aliquot antea ad ipsum, vt illuc deferretur, affectuose depostulans, peruenisset, intrans monasterium plenus Dei spiritu, hæc verba protulisse refertur: *Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo quoniam elegi eam.* Quod verum esse euentus edocuit, & sacri corporis sui illic facta tumulatio manifestat. Cœpit enim illic in infirmitate grauari eadem, viribus paulatim destitui: infirmitatem tamen ipsam, etsi dierum plurium, non impatienter tolerans; sed æquanimiter, totus vt erat humilis, patientia supportans, qua sibimet leniret infirmitatem, Deo obedientia placeret, ministris de se, quos non intendebat aggrauaret, reuerentiam imitandæ quoque patientiæ exempla præberet. *Et infra*: Cumque in eadem infirmitate, de qua obijt, sanctissimi Dei & domini nostri Iesu Christi corpus, in cibum sumendum, sibi vt viaticum deferretur, totus profusus in lacrymas, & dulci amore eiusdem anima, assueta dul-

Margin notes (left): a M.S. bib. Vat. sign. n. 3765. in Clem. — b Bern. in chr. Rom. Pont. M.S. Vat. bibl. signat nu. 2043. Ptol. Luc. in hist. eccl. M.S. l. 24 c. 42. — c Io. Vill. l. 9. c. 218. — d Ant. 3. p. tit. 21. c. 5 §. 8. — e Au. 7. p. 2 ep. com. 1376. ext. in bu. l. in Io. XXII. const. 1. — Dominicanam familiam ingreditur. Literis egregiam operam dat. — Diuinitus accipit ingentes in ijs progressus se facturũ.

Margin notes (right): Cæle stiũ rerum cõtemplationi addictus. — Illibatam coluit castitatem. — Quantũ ab otio abhorreret. — Euocatus a Greg. X. ad Lugd. conciliũ apud Fossamnouã decũbit. — Mortem sibi præsagit diuinitus. — Quã pie euchari stiam percepérit.

Multipliciter refellitur.

Detecta ſunt in ea argumentatione plura vitia, nam ex eo quod Ioannes Baptiſta in genere operis ieiunij ita excelluerit, vt niſi locuſtas & mel ſilueſtre comederet; ſimiliter in genere aſperioris cultus ita emineret, vt pilis camelorum veſtiretur, non colligendum Chriſtum, exemplar & regulam perfectionis, locuſtas & mel ſilueſtre tantum comediſſe, indutumque fuiſſe pilis camelorum, ne a regulato & menſurato vinceretur. Ita Chartuſiani inferrent Chriſtum non comediſſe carnes, ne Chriſtus a S. Brunone ſuperaretur. Quamuis ergo S. Franciſcus non attrectarit aurum, ſuiſque illud attrectare vetuerit, non ſequitur Chriſtum numquam loculos quoad ius & dominium habuiſſe. Falſum etiam eſt, S. Franciſcum non vſum iure ijs, quibus vitam ſuſtentabat. Falſa quoque probatio, Chriſti inſignibus ob paupertatem ſingularem, & non ob ardentiſſimum amorem in Chriſtum fuiſſe decoratum.

Hæret. in pertinacia Michael Cæſenas.

Sed puduit Michaelē reuocare errorem, quem e comitijs Peruſinis datis ad fideles encyclicis literis propagare erat niſus: vocatuſque in iudicium, defecit palam ab eccleſia, verſuſque in hæreſiarcham, quinto poſt anno nefario commentario edito calumniam hæreſeos Chriſti vicario aſperſit, ſuam impietatem pluribus argutijs fulcire molitus: quas a Ioanne luculentiſſime confutatas viſuri ſumus.

Guill. Ocham. ei9 ſocius.

Adiunxit ſe ſocium illius perfidiæ Guillelmus Ochamus Anglus qui, ſecta Nominaliū inter philoſophos condita, plurimum in ſcholis puluerem excitauit, eo temeritatis prorupit, vt dum ſuperior quæſtio apud ſedem Apoſtolicam agitaretur,

Indictum illi iudiciū apud Ap. ſedē.

Chriſtum Dominum vel Apoſtolos priuato aut communi nomine quidquam obtinuiſſe e ſacro ſuggeſtu damnaret hæreſeos. De quo Pontifex in literis ad Ferrarienſem & Bononienſem epiſcopos datis a, quibus intendendi illi iudicij prouinciam impoſuit, vt excurrente menſis ſpatio ad ſedem Apoſtolicam ad dicendam cauſam ſe ſiſteret, ita expoſtulat:

a To. 4 p. 8 ep. ſecr. pag. 38.

Veſania eius temeritas.

Plus ſapere, quam oportet ſapere moliens, & os ſuum ponens in cœlum, non ſubmiſſa voce, ſed altius ſolito proclamando indiſcrete & imprudenter dicere & affirmare non ſine multa temeritate præſumpſit, hæreticum eſſe dicere & aſſerere, ſaluatorem noſtrum & dominum Ieſum Chriſtum ac eius Apoſtolos aliquid habuiſſe in proprio vel communi: quamuis nec poſſet nec deberet quomodolibet ignorare quæſtionem ſubortam ſuper hoc eſſe in Romana curia, & in ea terminari debere, &c. Dat. Auin. kalend. *decembris anno* VIII. Is rebellionis aduerſus Romanum Pontificem poſtea ſigna extulit, ſenſitque cum hæreticis & ſchiſmaticis, vnde infami hæreſiarchæ nomine a Pontifice notatus eſt, b :

b Io. an. 14. pag. 4.

63 Porro ex aſſerta a Ioanne fide orthodoxa, & Chriſti domini maieſtate calumniandi occaſionem ſumpſit proximo anno Ludouicus Bauarus corruptus ab impijs; neque intelligens, quæ diceret, plura temere effudit c, contrariam fidei ſententiam amplexus: atque etiam poſtmodum alij, Fraticellorum ſectam augentes, in Ioannem acerbe inuecti ſunt. Quorum obſtruxit ora Iacobus Nouellus Cardinalis ordinis Ciſtercienſis, in ſummo pontificatu Benedicti XII. nomen adeptus, erudito commentario, in quo theologum agens, reſpondet hæreticis, licet ſtatuatur falſa hypotheſis, Nicolaum Papam pronuntiaſſe, Chriſtum & Apoſtolos abdicaſſe proprietatem, ius, & dominium omnium rerum, tam immobilium quam mobilium, atque etiam veſtium,

c Apud Nic. Min. M. S. Vat. ſignat. n. 4008. pag. 17.

Iacobus Nouellus ſcribit in Fraticellos.

cibi, & potus, & in his tantummodo ſimplicem vſum facti habuiſſe ſine vllo iure ciuili ac mundano; haud tamen inferendum, Ioannem prolapſum in hæreſim, vt effutiebant impij, dum contrarium huic ſententiæ poſtremæ decretoria conſtitutione, *Cum inter nonnullos*, definiuit; locutum enim Nicolaum in ſanctione, *Exijt*, ſolum opinatiue; cum dubia illius a ſucceſſore explanari voluerit, neque illam ſententiam veluti articulum fidei credendam propoſuerit vniuerſæ eccleſiæ: corrigi itaque potuiſſe a Ioanne, qui obortam in eccleſia controuerſiam ex ſacris oraculis diremit, vti Petrum a Paulo correctum obſeruat Auguſtinus: *Non enim, inquit, fuit voluntas in crimine, ſed defectus humanæ intelligentiæ: potiſſime quia dominus Nicolaus dicta ſua ſuppoſuit correctioni ſedis Apoſtolicæ.* Hæc Benedictus apud Eymericū a, ſcilicet ex falſa hypotheſi, vt obſeruat Pegna, quod Nicolaus ita ſenſiſſet, vt hæretici eum ſenſiſſe voluerunt; ſed non ita ſenſerat: quocirca explanatione allata a Ioanne, non correctione eguit. Neque vero Benedicti verba carpi poſſunt, etiamſi conceſſiſſet Nicolaum, dum opinando loquebatur, erraſſe: Ioannem vero decernendo errare non potuiſſe contenderet. Reſpondet enim Ioannes Turrecremata Cardinalis b: *Aſſiſtentia Spiritus ſancti promiſſa a Chriſto non reſpicit perſonam Papæ, ſed officium ſiue ſedem: & ideo cum opinari ſit perſonæ, iudicare vero ſit officij, licet eſſet poſſibile Papam male opinari, errare tamen ſententiando in iudicio de his, quæ ſunt fidei, non eſt poſſibile, ſtante diuina promiſſione.*

Reſpōdet ad eorum mentē ex falſa hypotheſi.

Dicta Nicolai non fuere decretoria.

a Apud Eymer. 2. p. direct. inquiſ. q. 17. ad obiect. 13.

In ijs explanandis Ioannem errare nō potuiſſe demonſtratur.

b Io. Turr. ſum. de eccleſ. l. 2. c. 113. ad obiect. 6.

Ex his vero peruicacia memoratorum hæreticorum conuincitur, ſiquidem ij Ioanni ſingulari præſidio Spiritus ſancti inſtructo, ex diuinis oraculis motam in eccleſia controuerſiam e Petri cathedra dirimenti, aſſentiri recuſarunt, & confictæ impie ab ipſiſmet interpretationi verborum Nicolai opinantis adhæreſcere maluerunt. Ceterum refert Ioannes Bacho c occaſione ſuperioris decreti d fidei, a Ioanne editi, ab aliquibus ventilatam nouam quæſtionem: *Vtrum Chriſtus & Apoſtoli, vt viam perfectionis exercentes, habuerint aliquid in proprio vel in communi*, tum ſubdit idem auctor: *Hæc quæſtio mota eſt per aliquos præſumentes, qui volebant exponere articulos condemnatos per dominum Ioannem, dicendo quod verum eſt, quod Chriſtus condeſcendens imperfectionibus infirmorum interdum loculos habuit & aliqua in illis; ſed tunc geſſit perſonam infirmorum, prout in multis alijs infirmitates noſtras ipſe portauit: tamen Chriſtus, viam perfectionis oſtendens, & primi fundatores militantis eccleſiæ proprietatem omnium rerum abdicarunt, tam in ſpeciali quam in communi, & hoc habetur, vt videtur,* VI. *de verb. ſignif. c. Exijt* §. *Porro, & fuit conſtitutio Nicolai.* Hæc Bacho, qui pluribus deinde argumentis eam opinionem refellit: quam tamen nonnulli recentiores inſtaurare videntur. Verum non tantum poſt editum decretum fidei a pertinacibus ea quæſtio agitata, ſed etiam antequam fieret, motam propugnatamque a Vitali Minorita Cardinale Albanenſi pluribus commentarijs vidimus: quare cum eruditione & pietate præſtantiſſimus huiuſmodi opinionem abiecerit, vt pontificiam amplecteretur, non tutum putamus ſuſpectam hæreticorum doctrinam, qualis illa eſt hæretici Vbertini Caſalis, quam nonnulli recentiores magni feciſſe videntur, longo ſepultam æuo reuocare. De germana vero dictorum Nicolai interpretatione ſat antea di-

c Io. Bacho q. 12. diſt. 25.

d Extrau. Cum inter.

auctoritatem autem Basilij, quæ inducitur contra hoc; dicendum quod paupertas extrema, quam tenuerunt Apostoli, & de qua loquitur Basilius, non consistit in nihil habendo penitus; sed in non habendo vltra necessaria vitæ: alioquin nihil debuissent habere quantum ad vsũ facti, nec quãtum ad ius; quia maior paupertas est carere rebus quantum ad vtrumque, quam quantum ad alterum tantum. Et quod dicitur vltra, quod ipsi non debebant curare etiam de nutrimento, hoc non est sic intelligendum, quod absolute non curarent de nutrimento nisi vellent mori fame; sed sic intelligendum est, quod videlicet propter curam nutrimenti præternecessariam non omitterent prædicationem, vel ea quæ Dei sunt. Et hoc etiam patet per illud, quod sequitur, quod scilicet nec duas tunicas possiderent: quod non est intelligendum absolute, sicut sancti exponunt: sed intelligendum est de præternecessario impedimento, sicut supradictum est. Et infra: *Ad secũdum dicendũ, quod minor*, nimirum paupertatem nihil habentium in communi esse inter virtutes integrantes statum perfectionis, *est falsa, quia paupertas nec est perfectio formaliter, nec pars perfectionis. Ad probationem, cũ dicitur: Si vis perfectus esse: &c. dicendum, quod hoc non dicitur quia paupertas secundum exteriorem effectum sit perfectio formaliter, vel pars perfectionis: sed quia facit dispositiue ad perfectionem.* Hactenus Herueus.

a Ib. pag. 121.

An perfectio sita in paupertate. Argum. pro affirmatiua. Respondetur per fectionem non in dãdo pauperibus, sed in sequẽdo Christo positã, Probatur ex Christi oraculo. Dicitur dum in [illegible] papa[illegible] cõtrouersia.

Huius argumenti solutionem ita illustrauit Lucerinus episcopus a, vt perfectionem non in suis opibus distrahendis, sed in sequendo Christo sitam demonstrarit: *Quod*, inquit, *in arguendo subditur, quia dixit Dominus Matth. xix. Si vis perfectus esse, vade vende quæ habes, & da pauperibus: & veni, sequere me; dico quod Dominus in rebus illis duo dixit, vnum scilicet, quod venderet omnia, quæ haberet, & daret pauperibus; & hæc est via perueniendi ad perfectionem: alterum autem dixit, quod sequeretur se; & in hoc consistit perfectio. Vnde Hieronymus dicit super Matthæum exponens illud, quod dixit Petrus in persona sui & aliorum Apostolorum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: Quia non sufficit tantum omnia relinquere, subiunxit Petrus quod perfectum est: Et secuti sumus te. Vnde & ipse Dominus laudans perfectionem Apostolorum, respondens Petro nullam mentionem fecit de rerum dimissione; sed tantum de sequela, dicens: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos, &c.*

b Ext. in cod. M.S. bibl. Vat. signat. n. 3740 Bertr. Rom. Pont.

Decretũ fidei pronuntiatũ e Petri cathedra.

c To. 4 ep. secr. pag. 1 & M.S. bibl. Vat. signat. n. 3765. in Io. xxii. ext etiam inter extr. c. 4. tit. de verb. sign.

61 Editis ita multis commentarijs b, & concertationibus habitis; cum omnes fere Cardinalium, episcoporum, doctorumque paucis exceptis, qui Pontificem decernentem secuturos se profitebantur, in id concurrerent sententiæ, Christum & Apostolos iure ea, quibus vsi sunt, habuisse; & paupertatem euangelicam in iusto rerum vsu, non iniusto constare, ac figmento ineptę distinctionis quoad simplicem vsum facti adulterari sacra oracula, & verum eorum sensum peruerti; Pontifex in hac fidei controuersia diuino, quod nunquam ecclesiæ defuturum Christus pollicitus est, præsidio fultus, e Petri cathedra decretoriam hanc tulit sententiam c, quam per vniuersum orbem Christianum promulgari iussit.

Venerabili fratri Andreæ episcopo Terracinensi vicario nostro in spiritualibus in Vrbe.

Eius formula.

Cum inter nonnullos viros scholasticos sępe contingat in dubium reuocari, vtrum pertinaciter affirmare, redemptorem nostrum & dominum Iesum Christum, eiusque Apostolos in speciali non habuisse aliqua, nec in communi etiam, hæreticum sit censendum, diuersis diuersa & aduersa etiam sentientibus circa illud; nos huic concertationi finem imponere cupientes, assertionem huiusmodi pertinacem, cum scripturæ sacræ, quæ in plerisque locis ipsos nonnulla habuisse asserit, contradicat expresse, ipsamque scripturam sacram, per quam vtique fidei orthodoxæ probantur articuli, quod ad præmissa fermentum aperte supponat continere mendacij; ac per consequens, quantum in ea est, eius in totum fidem euacuans, fidem catholicam reddat, eius probationem adimens, dubiam & incertam: deinceps erroneam fore censendam, & hæreticam, de fratrum nostrorum consilio hoc perpetuo declaramus edicto. Rursus in posterum pertinaciter affirmare, quod Redemptori nostro prædicto, eiusque Apostolis in ijs, quæ ipsos habuisse scriptura sacra testatur, nequaquam ius ipsis vendendi, seu consumendi competierit; nec illa vendendi, seu donandi ius habuerint, aut ex ipsis alia acquirendi, quæ tamen ipsos de præmissis fecisse scriptura sacra testatur, seu ipsos potuisse facere supponit aperte; cum talis assertio ipsorum vsum, & gesta euidenter includat in præmissis non iusta, quod vtique de vsu, gestis, seu factis redemptoris nostri Dei Filij sentire nefas est scripturæ sacræ contrarium, & doctrinæ catholicæ inimicum; assertionem ipsam pertinacem de fratrum eorundem consilio deinceps erroneam fore censendam merito & hæreticam declaramus. Nulli ergo, &c. *Dat. Auin. 11. id. nouemb. pont. nostri anno octauo*. Ex his consignatum in extrauagantibus editis annum emendes.

Damnati hæreseos negantes in Christo & Apostolis ius in rerum vsu.

62 Assensere decernẽti Pontifici, ac susceptam antea opinionem erroneam propugnatamque (sine pertinacia tamen) exuerunt Vitalis & Bertrãdus e Turre Cardinales Minoritæ, ac Berengarius episcopus Tusculanus, tum Arnaldus Royardus Salernitanus & Monaldus Beneuentanus archiepiscopi; pariterque Caphensis, Vlyssiponensis, Rigensis, & Pactensis episcopi, qui plura scripta excutiendæ veritatis gratia ediderant. Inter quos eminebat scientia & doctrina Vitalis Cardinalis, qui tres commentarios a, detortis in suam sententiam scripturis diuinis & sanctorum patrum dictis confecit, cuius argumenta Ioannes Neapolitanus ordinis Prædicatorum insignis theologus dissoluit b.

Cardd. & episcopi Pont. decretum amplectũtur.

a Ext. in M.S. bibl. Vat. sign. n. 3740. pag. 3. & c. pag. 80.

b Ib. pag. 210.

At Michael Cæsenas supremus Minoritarum præfectus, conceptum erroris virus alto pressit animo, atque in hæresim post sanctionem pontificiam auctum impie effudit, perperamque intellectis Nicolai Papæ sententijs, quas in prauum & obliquum sensum tractas velut decreta fidei obtrudebat, abutebatur in scriptis tum editis, atque hoc argumentum c tanquam validissimum magno in S. Francisci laudem epiphonemate iactabat: *Non est hæreticum asserere, quod exemplar, regula & mensura non exceduntur in perfectione ab exemplato, & mensurato. Sed B. Franciscus fuit voluntarie sic pauper, quod non habuit aliquid in proprio vel communi. Ergo asserere, quod B. Franciscus non excesserit in paupertate Christum, qui exemplar, regula, & mensura omnis perfectionis, non est hæreticum. Præterea hoc idem patet stigmatibus sibi impressis propter singularitatem sequelæ in Christi paupertate, quod admodum super deductum est.*

Minoritarum magister in errore pertinax.

c Ext. in resumptione dicti & eius pag. 82. eiusd. M.S. Vat.

Fallax e[illegible] argumentum.

De-

venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, et vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc & animam suam, non potest meus esse discipulus. Quod quidem non esse accipiendum; quod tales quantum ad naturam odiamus, qui praecipimur diligere inimicos, sed secundum B. Ambrosium sic intelligendum est, vt a Deo parentum amore non desistamus; ita scilicet, quod praeponamus Dominum amori carnali parentum. Super illud Marc. x. Amen dico vobis, nemo est, qui reliquerit patrem, &c. dicit Theophil. Ea autem dicens, non innuit vt patres relinquamus, non adiuuantes eos; nec vt ab vxoribus separemur: sed nos instruit praeferre honorem Dei secularibus.

Quod autem secundo adducunt illud Matth. x. Nolite possidere aurum, &c. non sic accipiendum est, quasi Dominus interdixerit eis simpliciter & vniuersaliter habere quodcumque ius in rebus temporalibus: sed hoc ideo dixit, quando misit eos ad praedicandum, vt absoluti ab omni cura temporalium, ne praedicatio impediretur, scirent ea eis deberi ab illis, quibus praedicaturi erant. Vnde B. Hieronymus super illud verbum: Dignus est enim operarius mercede sua; dicit sic: Et quia quodammodo nudos & expeditos ad praedicandum Apostolos miserat, & dura videbatur esse conditio magistrorum, seueritatem praecepti sequenti sententia temperauit, dicens: Dignus est operarius cibo suo; quasi diceret: Tantum *accipite, quantum in victu & vestitu necessarium vobis est. Vnde Apostolus: Habentes victum et vestitum, his contenti simus. Et alibi:* Com*municet is qui catechizatur, & qui se catechizat in omnibus bonis; vt quibus discipuli seminant spiritualia, consortes faciant eos carnalium suorum, non in auaritiam, sed in necessitatem. Item Chrysostomus super illud verbum dicit sic: Deinde, vt non dicant Apostoli: Mendicantes ergo nos iubes viuere, & in hoc verecundarentur, monstrat eis hoc debitum esse, operarios eos vocans, & quod datur, mercedem appellans. Item Augustinus super illud verbum: Nolite possidere, &c. dicit sic: Vel aliter cum diceret* Dominus*: Nolite possidere aurum, etc. continuo subiecit: Dignus est operarius cibo suo. Vnde satis ostendit cur eos possidere hoc, aut ferre noluerit: non quod necessaria non sint sustentationi vitae huiusmodi, sed quia sic eos mittebat, vt eis hoc deberi demonstraret ab illis, quibus euangelium credentibus annuntiarent, tanquam stipendia militantibus. Apparet autem hic non ita praecepisse* Dominum, *tanquam euangelistae viuere aliunde non debeant, quam eis praebentibus, quibus annuntiant euangelium; alioquin contra hoc praeceptum fecit Paulus, qui victum de manuum suarum laboribus transigebat: sed apparet potestatem dedisse Dominum Apostolis, in qua scirent ista sibi deberi. Cum autem a Domino quid imperatur, nisi fiat, inobedientiae culpa est: cum autem potestas, licet cuique non vti, & tanquam de suo iure recedere.*

Verba Nolite possidere, ad tempus praedicationis cōtrahenda

Nec stricte accipienda demōstratur ex Apostolo.

Hoc ergo ordinans Dominus, *quod qui euangeliū annunciant, de euangelio viuant, illa Apostolis non loquebatur, vt securi non possiderent, non portarent huic vitae necessaria, nec magna nec minima; ideo posuit: Nec virgam; ostendens a fidelibus suis omnia deberi ministris suis, nulla superflua requirentibus. Et si dicatur, quod id debitum, de quo loquuntur Chrysostomus & Augustinus, intelligatur quantum ad debitum gratitudinis, non autem quantum ad debitum iuris; non valet, quia & Chrysostomus dicit necessaria Apostolis debita sicut mercedem operarijs; & Augustinus dicit necessaria esse debita Apostolis sicut stipendia militantibus, & dicit etiam, quod Dominus dedit potestatem Apostolis in qua scirent ista sibi deberi. Sed tale debitum non dicit tantum debitum gratitudinis, sed & iuris, quod expressius infra ostendit Augustinus dicens, quod Apostolus non vtens tali potestate, recedebat a iure suo. Ergo talis potestas est potestas iuris, & non tantum debitum gratitudinis.*

Sciendum autem, quod habere aurum & argentum, vel consimilia prohibuit Dominus Apostolis, non interdicendo eis vniuersaliter quodcumque ius in rebus temporalibus, sed propter alias causas, & specialiter propter duas. Primo quia talia aliunde debebantur eis, scilicet ab eis quos docebant. Secundo ne haberent ista ad superfluitatem, sicut exponit B. Hieronymus. Et infra: Probatur ex causis, propter quas dicuntur Apostoli nihil iuris habere in temporalibus, quia causa, quam allegant illi, qui asserunt Apostolos non habuisse tale ius, est quia carentia talis iuris pertinet ad euangelicam perfectionem. Sed hoc est falsum, quia habere aliquid in communi non diminuit de perfectione personali, vel status. Ergo, &c.

Vetitam ex ijs curiosam affluentiā.

60 *Et ex his etiam, quae dicta sunt in ista quaestione, non solum habere tale ius non diminuit de perfectione personae vel status: immo oppositum videtur diminuere de perfectione vitae quantum ad personas vel statum; quia hoc esset carere eo, quod ordinatur ad vsum temporalium, vt ad finem, sine quo vel finis non posset simpliciter haberi, vel aeque bene: cum tamen ad talem finem, scilicet ad vsum temporalium quantum ad necessitatem vitae teneamur ex praecepto diuino. Idem probatur ex commutatione, quam faciebant Christus & Apostoli. Vendebant aliqua, puta pisces, quos capiebant, & opera quae manibus faciebant: quandoque etiam emebant aliqua pro pecunia, sicut patet Io. iv. & innuitur etiam Io. xiii. Tunc ergo quaero: quando emebant, vtrum pecunia, quam tribuebant venditoribus, transiret in ius venditorum, vel non? Si non; venditores nullum ius habebant in illa pecunia, quod est inconueniens, tum quia ipsi decipiebantur, nam ipsi intendebant habere ius in pecunia eis tradita, & sic Apostoli erant deceptores; tum quia aliquod genus hominum praeter Apostolos tenebatur tam ad perfectionem euangelicam, quam ad habendum nudum vsum facti sine iure: nam illi venditores vtebantur de facto illa pecunia eis tradita, & tamen vt ponitur, nullum ius habebant in ea. Et infra: Et sic, vt mihi videtur, vel modicam apparentiam habet assertio illa, quae dicitur, quod Christus & Apostoli non habuerunt, saltem vitae necessaria, nullam habet existentiam veritatis: nam omnes illae auctoritates siue sint scripturae sacrae, siue sanctorum, in quibus videtur, quod Christus eis talia interdixerit, vel quod ipsi eisdem renunciauerint; intelligendae sunt vel quantum ad modum habendi, quod ista scilicet non haberent in proprio, sed in communi; vel quantum ad curam superfluam prouidendi. Et si essent centum millia auctoritatum, non potest plus concludi ex ipsis.*

Ostēditur Apostolos verum ius habuisse in rebus.

Falsum est Christum & Apostolos dum gerebant personam perfectorum, nil habuisse.

Ad primam ergo in oppositum, nimirum ad decretalem, *in qua dicitur quod Christus assumpsit aliquando personam infirmorum, sicut quando habuit loculos, aliquando vero assumpsit personam perfectorum, sicut quando nihil habuit in proprio vel communi, ergo secundum hoc nihil habere in proprio vel communi conuenit Christo secundum quod assumpsit personā perfectorum; maior est falsa simpliciter, quod videlicet Christus &* Apostoli *in suo perfecto esse, vel quando gerebant personam perfectorum nihil habuerunt in proprio vel communi. Ad*

au-

illa verba sub vnico sensu & sine interpositione quacumque contineantur in textu euangelij. Et quod praedicta auctoritas non sit intelligenda ad literam, sicut sonant verba grammaticaliter, nec in toto nec in parte, ego probo ex hoc, quod omnia illa, quae ibi perhibentur & praecipiuntur negatiue, alibi in euangelijs continentur affirmatiue, & de facto affirmatiue inuenitur facta per Christum & Apostolos. Verbi gratia: Nolite possidere aurum, &c. contrarium legitur de Christo Matth. II. quod Reges obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham; & distincte, dicit glossa, non Mariae, nec Ioseph, sed puero. Item: Neque peram; contrarium Luc. XXII. Quando misi vos sine sacculo & pera, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram. Item: Nec tunicas habeatis; contrarium Io. XIX. Christus habuit plures tunicas, quia milites, qui crucifixerunt Christum, diuiserunt vestes in quatuor partes: tunicam autem inconsutilem non diuiserunt. Item: Neque calceamenta; contrarium Ioannis I. Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius, scilicet Christi: Item actorum XII. dixit Angelus Petro: Surge calcea te caligas tuas. Item Marc. VI. praecipit eis Christus portare sandalia in pedibus. Sed sandalia episcoporum sunt perfecta calceamenta. Item Ephes. VI. dicitur de Apostolis: Calceati pedes in praeparatione euangelij pacis. Neque virgam; contrarium dicitur Marc. VI. Praecepit eis, ne quid tollerent in via, nisi virgam. Nec pecuniam in zonis; contra de loculis Iudae, quos portauit de mandato Christi, vt dispensator eius. Item Io. IV. Discipuli abierant in ciuitatem, vt cibos emerent; non nisi de pecunia, quam portabant. Oportet ergo dicere propter ista, quod illa auctoritas: Nolite possidere, &c. non est intelligenda grammaticaliter: sed ad literam Christus ibi prohibet solam superfluitatem & solicitudinem rerum temporalium, & permittit & praecipit temperatum & parcum vsum.

Ostenditur Christi sententiam grammaticaliter non sumendam.

Ad tertiam & quartam dicendum, quod quicumque religiosus in quacumque probata religione ex voto suae professionis abrenuntiat omnibus, quae possidet in proprio, et dat omnia, quae habet pauperibus & collegio suo religioso, quia omne collegium religiosum quodcumque collegium est vere pauperum, pro eo quia nullus eorum habet aliquid in proprio, licet totum collegium alias habeat multa bona temporalia in communi; vnde religiosi sunt pauperes, quia nullus per se potest habere proprium in proprio, licet omnes in simul de vno collegio habeant proprium in communi: & sic loquitur decretalis, quod ingredientes monasteria se & sua Deo dedicant. Ad quartam dicendum ad illud Chrysostomi: Nullus discipulorum pecunias afferebat, &c. dico quod verum est proprias; sed illae mulieres, quae sequebantur Christum, dabant Christo & discipulis suis pecunias: & tunc erant communes totius collegij, & de his nutriebantur.] Hactenus academia Parisiensis.

De religiosorum paupertate.

a Ext. in Cod. M.S. bibl. Vat. signat. n. 3740. pag. 195.

58 Editi sunt in ea controuersia a pluribus alijs viris doctissimis insignes commentarij, atque inter alios Herueus a magister ordinis Praedicatorum prolixum conscripsit, e quo eam partem delibabimus, in qua aduersariorum argumenta ita confutat.

Herueus magist. ord. Praed. consultus a Pont.

Dicunt quidam, quod Christus & Apostoli habuerunt res venientes in vsum vitae humanae quantum ad communem vsum, quantum ad quem dominus talium rerum potest vti eis, scilicet consumendo, alienando, praecipue quantum ad res, quae consumuntur vsu suo: & hoc quantum ad nudum vsum facti, non autem quantum ad ius, quia Christus & Apostoli non erant capaces illius iuris. Et hoc declarant, quia ipsi erant obligati ad oppositum, scilicet ad non habendum tale, ius & voto & praecepto. Primum declarant per illud Matth. XIX. Ecce nos reliquimus omnia; vbi dicunt, Apostolos renuntiasse voto omni iuri in rebus temporalibus. Secundum declarant per illud Matth. X. Nolite possidere aurum, neque argentum, nec pecuniam in zonis vestris: non peram in via, non duas tunicas, non calceamenta, nec virgam: dignus est enim operarius cibo suo. Vbi dicunt dominum interdixisse sub praecepto Apostolis, ne haberent aliquod ius in rebus temporalibus. Haec autem responsio videtur mihi multum irrationabilis, videlicet quod aliquis obligetur voto vel praecepto ad carendum iure in illis, quorum vsus est in praecepto. Sed vsus rerum temporalium, quantum ad necessaria vitae sunt in praecepto. Ergo obligare se ad nullum ius, vel etiam praecipere quod nihil iuris in talibus habeatur, satis videtur irrationabile. Et hoc patet dupliciter.

Impugnat argumenta aduersariorum.

Horum sententia pugnare cum ratione ostendit.

Primo quia ita sit, sicut supradictum est, quod ius in talibus, siue quantum ad vsum, siue quantum ad ipsam substantiam rei, nihil aliud sit, quam potestas vtendi licite talibus; sequitur quod vsus talium sine iure est illicitus. Sed praecipere quod homo careat eo, sine quo vsus talium est illicitus, est praecipere quod careat totaliter vsu talium, vel quod exerceatur vsus istarum rerum illicite; quorum vtrumque est illicitum, & contra Domini praeceptum. Ergo dicere, quod praecepto diuino prohibeatur aliquis ne ius habeat in talibus, est dicere quod Deus praecipit illicitum, & praecepto suo de sustentatione vitae contrarium.

Non stat carentia iuris in rebus cuius vsus est in praecepto.

Secundo quia secundum omnes ius in rebus temporalibus ordinatur ad vsum earum tamquam ad finem, & praecipue quantum ad vsum necessarium pro sustentatione vitae, ad quem quidem vsum homo obligatur praecepto diuino. Sed nulla res habet ordinem per se loquendo ad aliquem finem nisi sit tale, quod finis non possit haberi sine eo, vel saltem non aeque bene, aliter enim frustra ordinaretur ad finem. Ergo praeceptum illud, quo praeciperetur alicui carere iure in rebus temporalibus, esset praecipere carentiam illius, sine quo vsus temporalium non potest vel simpliciter haberi, vel saltem aeque bene: tale autem praeceptum videtur irrationabile, videlicet praecipere finem & praecipere carere eo, sine quo finis vel simpliciter non potest haberi, vel saltem non aeque bene. Et idem etiam sequitur de voto, quod scilicet illud votum esset irrationale & illicitum, quo aliquis obligaret se ad carentiam illius, sine quo vsus temporalium, & praecipue quantum ad hoc, quod est in praecepto, vel simpliciter non possit haberi, vel non aeque bene: nec vnquam Christus fecit tale praeceptum, vt dicunt isti; nec etiam aliquis Apostolus vouit tale votum. Quod autem dicitur Matth. XIX. Ecce nos reliquimus omnia; intelligendum est quantum ad abdicationem temporalium in proprio, non autem quantum ad abdicationem totalem tam in proprio quam in communi. Et hoc est, quod habetur Act. IV. vbi dicitur: Nec quisquam eorum quod possidebat, id suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia. Et infra.

Non vouere Apostoli carentiam iuris in vsu rerum.

Interpretatio textus, Ecce nos reliquimus omnia.

59 *Sciendum quod multa talia de abiectione temporalium & parentum & aliorum amicorum carnalium dicuntur in euangelio, quae intelligenda sunt quantum ad praeponendum Deum talibus secundum animi praeparationem; non autem intelliguntur quantum ad abijciendum praedicta secundum effectum exteriorem. Verbigratia Luc. XVI. Si quis*

tia consequentis, quia potuit habere multa alia: tributum enim & vectigal non soluitur nisi de pecunia monetata. Christus autem, etsi tunc non habuit pecuniam, habuit tamen vestes proprias, & potuit habere multa alia sibi data. Secundo committitur eadem fallacia, dicendo; Christus non habuit tunc vnde solueret tributum, Ergo nunquam alias: quia frequenter multi diuites non habent actu obolum, vnde soluant tributum; qui tamen habent multa alia bona. Est autem sciendum, quod sicut habetur ex textu Ioannis XIII. in loculis Iudæ ad duo pecunia ponebatur, quia aliquando dabatur eleemosyna Christo pro suis necessitatibus & sui collegij, scilicet discipulorum; interdum vero dabatur sibi pecunia per eum seu discipulos, & eorum arbitrio pauperibus, & Christum sequentibus; quod forte fiebat, vt secretius & prudentius distribueretur: sicut & nunc diuersis religiosis pro prædictis duabus causis pecunia datur a deuotis personis. Et propter hoc dicitur Io. XIII. quod Christus dixit Iudæ: Quod facis fac citius; quasi Christus diceret ei: Eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum; scilicet pro Christo & collegio, aut egenis vt aliquid daret. Et forte istæ pecuniæ reponebantur in distinctis loculis: & possibile erat, quod tunc Christus non haberet aliquid in loculis Iudæ de eis, quæ erant data sibi pro suis necessitatibus & discipulorum; sed solum de his, quæ erant data ad distribuendum cæteris pauperibus: & de illa pecunia noluit accipere ad soluendum tributum pro se & pro Petro: non quin possit licite recipere sicut verus dominus rerum omnium pauperum; sed in hoc dat exemplum nobis, sicut dicit dicta glossa Hieronymi, vt res pauperum in nostros vsus non conuertamus.

Ad tertiã. *Ad tertium dicendum est, quod Dei Filius, quando nostram substantiam induit, ad summam paupertatem peruenit, accipiendo paupertatem non solum materialiter & informem, quæ est mera priuatio & carentia: sed accipiendo paupertatem formatam per charitatem, quia ex maxima & suprema charitate paupertatem elegit.* (Quæ sit vera paupertas euangelica)

Ad quartam. 55 *Ad quartum dicendum dicitur primo, quod quando dicitur in decretali, quod illam paupertatem quæ est non habere nec in proprio nec in communi, Christus verbo docuit, & exemplo firmauit; dico quod intelligendum est de paupertate, quæ est non habere in proprio nec in communi bona immobilia, quæ Christus nunquam habuit nec in proprio nec in communi quantum ad dominium acquisitum, sicut patet supra in secunda quæstione: sed de bonis mobilibus non est verum, quia Christus habuit aliqua pauca in communi. Et videtur ista ratio ita esse rationabilis de iure, sicut illa, quam faciunt doctores iuris, & Goffredus quolib. XI. q. IV. super illo verbo Extr. Cum ad monasterium: Abdicatio proprietatis & custodia castitatis adeo sunt annexa regulæ monachali, vt cõtra ea nec summus Pontifex possit licentiam indulgere; quod exponitur, non potest id est non debet; quia non potest, non dicit ibi impotentiam, sed difficultatem. Secundo potest dici, quod hodie illa decretalis est abrogata per dominum Ioannem Papam XXII. in illa decretali noua, Quia nonnunquam quod coniectura aliqua, &c. ibi enim dicitur, quod amodo liceat de his, quæ continentur in illa decretali, maxime de paupertate, de qua loquitur, disputare & conferre propter aliqua dubia in hoc de nouo suborta: ex quo videtur constitutio illa declaratiua paupertatis Christi abrogata & reuocata; non directe sicut falsa, sed tanquam dubia, & per consequens non habet auctoritatem, nec firmitatem; aliqua enim constitutio declaratiua potest abrogari dupliciter, vno modo, quia a conditore iuris, qui putat id, quod prius declarabatur, esse verum; & postmodum diligenti inquisitione probabita inuenitur, & pronuntiatur falsum: & isto modo decretalis, Exijt, nondum est abrogata, seu etiam reuocata. Alio modo, quia id quod prius declaratum erat, postea per ius sequens vertitur in dubium: & isto modo decretalis, Exijt, est nunc reuocata & abrogata per sequentem decretalem domini Ioannis, sicut dictum est.* (Solida decretalis interpretatio.) (De eius auctoritate.)

56 *Ad * sextum dicendum, quod si illa ratio est bona, probat quod Christus nunquam debuit comedere nisi panem & aquam, quia certum est, quod superior gradus paupertatis & abstinentiæ est non habere nisi panem & aquam, & solum eis vesci, quam habere panem & vinum, carnes & pisces. Ergo si Christus debuit tenere supremum gradum paupertatis & abstinentiæ, debuit tenere supremum gradum in vtendo, sicut & in possidendo: & per consequens non debuit comedere nisi panem & aquam, sicut fecerunt antiqui patres multi.* Et paucis interiectis: *Immo secundum hoc sequeretur, quod Ioannes baptista, qui non comedebat nisi locustas & mel siluestre, & induebatur pilis camelorum fuit perfectior simpliciter & perfectione essentiali, quæ secundum istos consistit essentialiter in paupertate, quia Christus comedit communiter panem & vinum & pisces & carnes, sicut patet ex diuersis locis euangeliorum. Et ideo ipse dicit Matth. XI. Venit Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini. Christus non induebatur de pilis camelorum, sicut Ioannes; sed habuit plures tunicas & vnam inconsutilem, vt habetur Io. XIX. Dicendum est nihilominus ad rationem, quod paupertas potest accipi dupliciter, vno modo materialiter, scilicet pro carentia & priuatione rerum; & isto modo potest esse virtus informis: alio modo, vt paupertas est virtus formata per charitatem. Christus summe perfectus non oportuit, quod acciperet supremum gradum paupertatis primo modo sumptæ, scilicet vt est virtus informis; sed decuit eum sumere supremum gradum paupertatis secundo modo sumptæ, prout paupertas est virtus formata per charitatem, quod & fecit, quoniam suprema charitate pro nobis pauper fieri voluit: vnde Christus magis fuit pauper paupertate sic formaliter sumpta, quam Ioannes Baptista, quia ex maiori charitate: sed Ioannes fuit magis pauper paupertate materiali.* (*quintum. Ad quintum.) (Distinctio paupertatis, vt virtus est informis, & vt formata.) (Quomodo Christus Ioanne Bapt. pauperior fuerit.)

57 *Ad quatuor rationes, quæ fiebant de Apostolis dicendum ad primam, quod in tota illa auctoritate:* Nolite possidere, &c. *nihil prohibet Christus discipulis suis, nisi rerum temporalium superfluitatem, & inordinatam sollicitudinem, sicut patet in toto illo capitulo decimo per textum & glossam: Nolite solliciti esse, &c. Et ideo secundum veritatem nihil facit ad propositum. Si autem omnino dicatur, quod auctoritas est intelligenda ad literam, oportebit dicere, quod sicut Apostoli habuerunt ex præcepto Christi et ex voto non habere aurum nec argentum; ita fuerit in præcepto & in voto non portare duas tunicas, nec portare calceamenta, nec portare virgam in via, quod falsum est; immo contrarium frequenter fecerunt Christus & Apostoli. Et secundum hoc sequitur, quod religiosi, qui reputant se tenere professionem Apostolorum, non possent portare duas tunicas, vel calceamenta, neque virgam: vel si in istis admittunt sensum spiritualem & mysticum, eadem ratione debent admittere in hoc, quod dicitur: Nolite possidere aurum, &c. cum omnia illa* (Ad argũ. Nolite possidere.)

opus erat. Item cap. 10. Nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Sequitur: Quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat; vnde glo. Respondetur, quod prædicti textus non loquuntur de Apostolis, sed expresse loquuntur de tota turba fidelium tunc conuersorum in Iudæa, quorum erant omnia communia in ecclesia primitiua. Sed istud non videtur, quia certum est, quod textus expresse loquitur tam de Apostolis, quam de quibuscumque alijs, tunc de nouo conuersis in Iudæa; vnde dicit: Omnes, qui credebant, &c. vnde omnes Apostoli & cæteri fideles conuersi apud Iudæam omnia simul possidebant in communi: quod forte erat & propter conuersorum paucitatem, & propter fidei feruorem. Et istum ritum seruabant vsque ad tempus Constantini, sicut videtur dicere decretum XII. q. 1. Non ita alij sensere, sed tantùmmodo apud Iudæos conuersos, qui diuino amore inarserant, initio omnia fuisse communia: non autem postea, cum aucta est ecclesia numero populorum; nec apud conuersos ex gentibus, vt grauissime Ioannes XXII. in suo commentario [a] docet. Et quod dicta auctoritas intelligi debeat non solum de turba, sed & de Apostolis, patet ex hoc, quod ibi dicitur, quod omnes, qui credebant, pariter erant, & erant illis omnia communia. Tantum ergo de distributione ly omnia communia, quantum ly omnes credebant, contraponitur. Sed ly omnes credebant, distribuit non solum pro turbis, sed etiam pro discipulis; quia omnes pariter credebant. Ergo ly omnia communia, debet distribuere non solum pro turbis, sed etiam pro discipulis omnibus. Nec prædicta glossa negat de discipulis, sed specialiter affirmat de turbis, quia de eis minus videbatur.

[a] Io. in cō. stitutione Quia vir reprobus.

Probatur ex lucro ipsorum iusto.

53 Secundo: constat ex diuersis locis scripturæ, quod beatus Paulus operabatur manibus proprijs, & de hoc viuebat, ne grauaret illos, quibus prædicabat. Sic habetur I. Thessal. II. & II. Thess. III. Item Act. XX. Ad ea, quæ mihi opus erant. Illa opera, quæ Paulus vendebat, aut sua propria, aut communia Apostolorum, aut alterius. Non propria secundum omnes. Ergo communia Apostolorum, quia non bene potest fingi cuius alterius essent. Idem posset argui de pretio illorum operum: idem de membranis Pauli. Cuius erant? sicut prius.

Tertio: Io. XXI dicitur, quod post resurrectionem Christi Petrus & quidam alij discipuli redierunt ad piscationem suam, & solus Petrus traxit rete in terram plenum magnis piscibus; vbi quæro: Cuius erat ius & dominium illorum piscium, quos ceperunt, & postea comederunt, & forte partem vendiderunt? Non potest dici nec fingi, quod alicuius alterius, quam Apostolorum, qui piscati fuerant; quia pisces existentes in mari sub nullius dominio continentur: & ideo Philosophus I. politic. cap. VI. dicit, quod prædatiua piscium maris, & ferarum, & auium cæli competunt homini iure naturali. Ergo isti pisces fuerunt Apostolorum.

[Ex iusto] [vsu] rerū [co]nsumptibiliū.

Quarto: Apostoli comederunt & biberunt post resurrectionem Domini, & iuste sine iniuria cuiusquam. Ergo habuerunt ius in vsu saltem illius cibi & potus; quia dicere quod aliquid sit iustum, & non sit ibi ius, seu iustitia, est contradictio; sicut dicere, quod aliquid sit album, & non sit ibi albedo: effectus enim formalis ac forma sunt idem, vnde sicut album ad albedinem, ita iustum ad ius vel iustitiam. Ergo si Apostoli iuste comederunt, aliquod ius & aliquam iustitiam in cibo illo habuerūt, saltē in vsu: & si in vsu, ergo & in proprietate, quia in talibus non differt vsus a proprietate.

Quinto: de Augustino legitur in ecclesia, quod factus presbyter monasterium clericorum, id est canonicorum regularium mox instituit, & cœpit viuere secundum regulam sub sanctis Apostolis constitutam. Sed constat, quod canonici regulares secundum regulam Augustini habent in communi multa bona, quorum habent plenum ius & dominium vendendi, distrahendi, & alienandi. Ergo & Apostoli habuerunt, secūdum quorum regulam fuerunt instituti, vel B. Augustinus nesciuit regulam apostolicam.

Ex sancto rum disci plina monastica.

Sexto: Gregorius qui fuit monachus, & cæteri sancti instituerunt monasteria & cœnobia habentiā possessiones in communi, vel non seruarunt perfectionem apostolicam, & vitam Christi & Apostolorū, vel Apostoli habuerunt aliquid in communi sicut et ipsi.

Responde tur ad aduersar. obiectiones

54 Contra duas istas conclusiones obijcitur quatuor medijs in principio quæstionis. Ad primum ergo, quod obijcitur in contrarium de Christo, quia Matth. VIII. dicitur: Vulpes foueas habent, &c. dicendum videtur primo, quod ad literam Christus ibi loquitur non de vbi locali terrenæ possessionis; sed vbi accipit ibi pro conscientia cuiusdam scribæ elati & cupidi, qui dolose & fraudulenter dixerat Christo: Magister sequar te quocumque ieris; non intendens sequi eum amore fidei aut doctrinæ, sed dolose cupiens alloquendo eum addiscere facere miracula, sicut Christus faciebat; & ex hoc cupiebat lucrari pecunias, & fauores. Et Christus, respondens illi scribæ, dixit: Vulpes, id est, dolositates & auaritiæ, & aues cœli, id est vanitates & superbiæ habent locum in conscientia tua: filius autem hominis, id est Christus, non potest per gratiam in tali conscientia habitare, nec ibi vbi caput reclinet habere. Non ergo loquitur Christus ad literam de vbi locali & terrenæ possessionis, sed de vbi mentali & spirituali illius peccatoris. Et infra: Secundo dicendum ad istam auctoritatem & vere ad omnes alias consequentes, quod omnes peccant per fallaciam consequentis, arguendo a superiori ad inferius negatiue, & a particulari ad vniuersale negatiue, in quo casu est fallacia consequentis; sicut si dicerem: Non est sor, ergo non homo, isto modo arguitur in proposito dicendo: Non habuit Christus vbi caput suum reclinet. Ergo nihil habuit; prædicta fallacia consequentis ab inferiori ad superius negatiue: posito enim quod non habuit vbi reclinaret caput, potuit tamen habere pecuniam & multa alia mobilia. Firmior & illustrior est secunda hæc responsio, quam plures alij episcopi & doctores vsurparunt [a]. Licet Christus eo in loco domum non possideret, Nazarethi tamen & lectum & domum pauperculam habere potuisse: & quamuis rerum immobilium dominium exercere noluerit, non colligi quin rerum vsu consumptibilium dominio vteretur. Ad auctoritatem Hieronymi dicendum, quod Hieronymus ibi nihil negat habuisse Christum nisi solum de domo, et tecto. Et si ex hoc inferatur, Ergo nihil habuit, est fallacia consequentis, vt dictum est. Ad auctoritatem Chrysostomi dicendū, quod Chrysostomus negat solum Christum habuisse domum & vtensilia seu supellectilia domus, scilicet mensam & candelabrū, etc. huiusmodi; vnde dicit: Nec aliquid talium; de alijs autē nō negat: immo arguere esset fallacia consequentis.

Ad primam.

Respondetur 1.

Respondetur 2.

[a] Ext. eorum tract. in cod. M. S. Vat. sign. n. 3740.

Christi sētentiam non esse genericā quoad omnia tēpora & loca.

Ad secundum dicendum dicitur primo, quod Hieronymus in illa glossa dicit, quod Christus non habuit pro tunc vnde solueret tributum, & nil plus negat; & ideo arguere, nihil habuit, est falla-

Ad secūdā obiect.

simul, interdum vero quantum ad vsum tantum sine proprietatis consumptione. Probatur primo per illud Matth. xxi. Ite in castellum, quod contra vos est, & inuenietis asinam alligatam, &c. Sequitur: Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet. Ecce quia Dominus vsus fuit re quantum ad vsum solum absque consumptione proprietatis. Item interdum fuit Christus vsus dominio mobilium quantum ad vsum & proprietatem simul, quia constat quod Christus comedit & bibit. Sed in cibo & potu, sumptis nimirum in actu secundo, *vsus non differt a proprietate: immo vti cibo & potu est totalis consumptio proprietatis eorum. Ergo si Christus fuit vsus iure suo quantum ad vsum, vsus etiam fuit in talibus iure proprietatis; & sic habuit executionem dominij quantum ad vsum, & habuit quantum ad proprietatem. Ex istis omnibus patet, quod Christus habuit verum dominium rerum sibi collatarum a fidelibus; ex triplici vero iure: ipse namque fuit verus dominus iure diuino & increato, sicut omnium creaturarum. Secundo fuit dominus iure humano & creato infuso sibi ab instanti conceptionis. Tertio fuit dominus iure creato & particulari acquisito ex collatione deuotorum, & sua acceptatione. Sed contra istas tres conclusiones obijcitur quinque medijs positis in principio quaestionis.*

Conclusio Apostolos habuisse aliqua mobilia ante passionem.

50 *Secundo principaliter circa Apostolos & discipulos pono duas conclusiones:* Prima est, *quod ante Christi passionem habuerunt cum Christo aliqua bona mobilia in communi quantum ad proprietatem.* Secunda conclusio est, *quod post passionem Christi ipsi Apostoli & discipuli habuerunt aliqua in communi, quorum fuerunt veri domini quantum ad proprietatem & vsum.*

Prima conclusio probatur quinque modis. Primo sic: *Decima, accipiendo eas non pro decima parte determinata secundum quaedam determinata, sed accipiendo decimam pro necessaria & decenti sustentatione ministrorum ecclesiae; talis, inquam, decima secundum omnes theologos & iuristas debetur solis ministris ecclesiae de iure diuino & naturali, vt patet extra de decimis in multis capitulis, in quibus dicitur, quod de iure diuino debetur. Sed veri ministri ecclesiae primitiuae fundatae per Christum fuerunt Christus & Apostoli & etiam discipuli, Christus sicut summus Pontifex, Apostoli vero vt episcopi, discipuli autem tanquam veri curati, & nullus alius fuit verus minister ecclesiae, maxime ex quo legalia cessauerunt et fuerunt mortifera. Ergo ipsis tanquam veris et solis ministris ecclesiae debebantur iure diuino et naturali decimae fidelium, et necessaria vitae suae. Sed ille, cui aliquid debetur iure naturali et diuino, habet verum ius et verum dominium in illo; quare, etc. Et confirmatur ista prima ratio per Augustinum lib. de opere Monachorum, et habetur in glos. 1. Corinth. ix. super illo verbo: Nunquid non habemus potestatem manducandi, etc. Euangelistis et ministris Dei a plebibus necessaria debentur: et si quis eo, quod sibi debetur, vti non vult, amplius ecclesiae impendit; sicut Paulus, qui exigendo stipendium debitum, quotidianum victum suis laboribus continue transigebat. Sequitur: Hoc apparet non esse iusta illa, sed permissa, vt quisquis vti vellet, eo vteretur quod sibi liceret, et ex Domini constitutione: Si quis autem vti nollet, non contra iussum faceret; sed de suo iure cederet misericors conuersatus in euangelio, in quo et debitam mercedem nollet accipere. Sed de suo iure cedere non potest qui non habet verum ius. Ergo Apostoli verum ius habuerunt. Item debita merces et debita stipendia sonant ius et dominium illius, cui debentur. Ergo, etc.*

Probatur.

51 *Secundo Matth. xv. dicitur, quod Christus, qui non habuit vnde solueret tributum in Capharnaum, dixit Petro: Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem: illum sumens da eis, scilicet tributarijs, pro me & pro te. Tum arguo sic: Illud quod competit homini iure politico & iure naturali, competit viris Apostolicis absque praeiudicio sui status: hoc patet, quia ext. Exijt, dicitur quod in articulo extremae necessitatis vitae politicae omnia sunt illis viris apostolicis communia. Sed res vagae, quae sub nullius dominio sunt, iure naturali, et diuino competunt occupantibus & capientibus: vnde & Philosophus etiam 1. politic. c. vi. dicit, quod praedatiua ferarum, auium caeli, piscium maris est naturalis: Talis, inquit, acquisitio ab ipsa videtur natura data hominibus, sicut secundum primam generationem mox fit & secundum perfectam. In iure etiam dicitur, quod illud, quod sub nullius dominio continetur, occupanti conceditur; vnde pisces piscati in mari, & gemma & thesaurum inuenta in profundo maris iure naturali competunt inuenientibus. Sed Christus cepit piscem & staterem in mari. Ergo ille piscis & stater fuerunt Christi & Petri iure naturali. Ergo ipsi habuerunt in eis verum ius & verum dominium in proprietate & vsu. Tertio Ioan. x. cap. dicitur, quod quando Iesus cum Samaritana iuxta fontem loquebatur, quod discipuli eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent. Quaero, quis portabat pecuniam illam, & cuius erat, & cuius erant illi cibi empti?* Aut *Christi, aut collegij discipulorum, aut aliena?* Si *sua, habeo propositum. Si aliena, non licebat eis comedere nec emere de alieno. Apostoli autem quandoque emebant sicut huiusmodi, aliquando vendebant. Act. iv. Ioseph, qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis, cum haberet agrum, vendidit eum. Et de Paulo Act. xx. & ad Thessalon. dicitur, quod ipse operabatur manibus suis, & de pretio viuebat: emere autem & vendere sunt actus veri dominij, & nulli alteri competunt iure proprio & auctoritate. Et si dicatur: Apostoli emebant & vendebant iure alieno, vt procuratores vel dispensatores tantum, & non vt domini; cum non legatur procuratio ista, nec quis constituerit eos procuratores aut quorum, eadem facilitate contemnitur: quod probatur, quia certum est, quod illos cibos emptos in suam vtilitatem & commodum comedendo regulariter conuertebant, & non in vtilitatem domini cuiuscumque, cuius possent dici procuratores.*

Confirmatur ex iure naturali in res, quae sub nullius dominio sunt.

Ex actibus emptionis & venditionis.

Quarto quia dicitur super illo verbo Ioannis xxiii. quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, &c. dicit glossa Augustini: Christus loculos habebat, in quibus oblata conseruabantur suorum necessitatibus, & alijs indigentibus: in quo datur forma ecclesiae, seruari necessaria, qua iubetur non cogitare de crastino, ne pro terrenis seruiant aut timore inopiae iustitiam deserant. Et alibi dicit Augustinus, & habetur xii. q. i. quod in illis loculis primum ecclesiastica pecuniae forma instituta est. Auctoritates planae sunt cap. xii. q. i. Et *infra.*

52 *Secunda conclusio est, quod post passionem & ascensionem Christi Apostoli inter se habuerunt aliqua bona immobilia in communi: quod probo multipliciter. Primo quia Actor. ii. dicitur: Omnes etiam, qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Possessiones & substantias vendebant, & diuidebantur illa omnibus, prout cuique opus*

Cõclusio Apostolos post passionem possedisse aliqua in cõmuni.

secundum ex patris sui Dauidis collatione et successione III. Reg. 1. et sicut filij Israel in exitu de Aegypto habuerunt duplex ius in spolijs Aegyptiorum, saltem quamdiu fuerunt in Aegypto, vnum ex Aegyptiorum accommodatione, aliud ex diuina collatione; propter quod excusantur a furto, quia asportauerunt eas secum, sicut patet exod. XII. sic Christus in quantum homo habuit et habere potuit duplex ius et duplex dominium, diuersarum tamen rationum in rebus sibi a deuotis collatis: vnum sibi a Deo infusum in conceptione, commune aliud, postea acquisitum ex fidelium collatione et sua acceptione.

Argumenta ex scriptura in quaestione.

47 *Et confirmatur auctoritatibus scripturae, quod Christus fuit verus dominus rerum sibi collatarum. Primo per illud quod scribitur Io. XII. Maria vnxit pedes Iesu; sequitur? Dixit ergo vnus ex discipulis suis Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc vnguentum non venditur trecentis denarijs, et datum est egenis. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertineret ad eum; sed quia fur erat, et loculos habens ea, quae mittebantur, portabat. Glossa interlinearis super illud: Et loculos habens; Domini loculorum custos. Ergo dominus habebat loculos illos, et contenta quae in loculos mittebantur, quorum Iudas solus erat custos. Item alia glossa marginalis: Non pertinebat ad eum de egenis quantum ad intentionem suam, quia non curabat de eis, non quin commissum esset ei dispensare pauperibus. Ergo Christus commiserat dispensationem illarum pecuniarum Iudae. Sed dispensationem pecuniae nullus potest alteri committere, nisi ille, qui habet ius in pecunia. Secundo: Est dominus pecuniae. Ergo Christus habuit ius et fuit verus dominus pecuniae. Secundo probatur idem per illud quod scribitur Ioannis XIII. quando post buccellam introiuit in eum satbanas, dixit ei Iesus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei: quidam autem putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus: Eme ea quae opus sunt nobis ad diem festum; aut egenis aliquid daret. Augustinus, vt habetur in glo. Tho. Habebat ergo & Dominus loculos, et a fidelibus oblata conseruans, suorum necessitatibus & alijs indigentibus tribuebat.*

Aduersariorum effugium.

48 *Ad hoc respondetur,* nempe ab aduersarijs, *iuxta decretalem, Exijt, quod Christus loculos habuit non quantum ad statum Apostolicum, quem assumpsit, qui fuit status summae perfectionis, in quo nihil habuit nec in proprio nec in communi; sed Christus interdum condescendit infirmis, & tunc loculos habuit. Et hoc videtur expresse dicere quaedam glossa marginalis Io. XII. super illud: Et loculos habens. Cui angeli ministrabant, loculos habebat in sumptus pauperum, condescendens infirmis. Ad istud dicendum, quod ista responsio non interimit quaestionem nostram, sed magis confirmat; quia dat rationem & causam, quare Christus habere voluit loculos: certum est enim quod ille, qui habet loculos & pecuniam propter infirmos & pauperes, vere habet loculos & vere habet pecuniam, & potest habere verum ius habendi & dominium, sicut patet de hospitalibus & de domo Dei: constat enim quod domus non habet pecunias, nec aliqua bona temporalia, nisi propter infirmos & pauperes; & cum hoc stat, quod domus Dei habet verum ius & dominium in his, quae possidet propter sublevationem pauperum. Solum ergo causa redditur in ista glossa & per similes auctoritates, quare Christus habuit loculos & pecuniam: certe propter infirmitatem & imperfectionem Apostolorum & discipulorum sequentium Christum; tanta est enim*

Discutitur.

Vt habuerit Christus loculos propter infirmitatem.

infirmitas & debilitas humanae naturae, vt non possit praesentem vitam transire absque cibo & potu & quibusdam alijs necessarijs, quae non sufficienter interdum sine pecunijs habentur. Item propter eorum infirmitatem personalem, qui postquam viderant multa miracula, adhuc dubitabant de Christo, & omnes in passione dubitauerunt; vnde dicit eis Iesus Luc. XII. Nolite timere pusillus grex. Et Matth. XXVI. dixit Petro: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Et ideo propter istam duplicem infirmitatem Apostolorum & discipulorum, scilicet infirmitatem humanae naturae, & infirmitatem personalem eorum, qui fuerunt valde duri ad credendum, & timidi ad mala toleranda, scilicet paupertatem, &c. quia statim credebant deficere; Christus condescendens eorum infirmitati & imperfectioni, statuendo statum perfectum apostolicum, voluit habere loculos & bona mobilia in communi, sicut magis patebit in secunda quaestione.

49 *Tertia conclusio est, quod licet Christus secundum quod homo habuit verum ius & verum dominium a Deo sibi in conceptione infusum rerum omnium creatarum; isto tamen dominio nunquam fuit vsus quantum ad res immobiles, nec habuit dominij executionem rerum immobilium nisi sicut & quantum vnus extraneus posset vti: dominio autem aliquarum rerum mobilium fuit vsus, sed paucarum & parce valde propter nostrum exemplum.* Concluditur Christum non vsum dominio nisi in paucis.

Prima pars huius conclusionis, scilicet quod non habuit vsum, nec executionem dominij quoad immobilia, patet, quia Matth. VIII. dicitur: Vulpes foueas habent, & volucres caeli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Sed qui non habet vbi reclinet caput, non habet aliquem locum, nec per consequens aliquam rem immobilem. Ergo, &c. Vnde glo. Hieronymi super praedicta auctoritate: Quid me propter diuitias & seculi lucra cupis sequi, cum tantae sim paupertatis, quod nec hospitiolum quidem habeam, & tecto vtar non meo? Et Chrysostomus super eodem verbo Lucae q. in glo. Tho. Aspice qualiter paupertatem, quam Dominus docuerat, per opera demonstrat. Non erat ei mensa, non candelabrum, nec quidquam talium. Primu autem, quod homines consueuerunt acquirere communiter inter res immobiles, est domus: quare, etc. Est tamen aduertendum, quod non vti de facto bonis temporalibus maxime immobilibus, nec quantum ad proprietatem nec quantum ad vsum non minuit verum dominium, nec tollit ius vtendi; quia constat quod filius paruulus posthumus mortuo patre suo habet verum & plenum dominium, & verum ius in omnibus patris defuncti, quia si filius & heres, & hoc tam in proprietate, quam in vsufructu & vsu; & tamen paruulus heres non potest habere executionem sui dominij, nec vti suo iure. Isto modo loquitur Apostolus Gal. IV. Quanto tempore heres paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit dominus omnium. Christus igitur noluit vti dominio rerum immobilium propter nostrum exemplum, vt retraheret homines ab affectione & amore inordinato mundi: rebus enim temporalibus vti parce est aedificatio videntium; ideo pauperem vsus docuit Christi perfectionem: sed dominium & eius priuatio seu carentia est res inuisibilis, & per consequens non est materia aedificationis; ideo non oportuit Christum habere paupertatem dominij, sicut pauperem vsum, & vsus paupertatem.

Describitur maxima eius paupertas.

Distinctio inter dominium & executionem dominij.

Secunda vero pars quaestionis, scilicet quod Christus fuerit vsus iure & dominio aliquarum rerum mobilium quantum ad vsum & proprietatem

simul,

Quarto principaliter probatur eadem conclusio sic, & est ratio particularis quantum ad quædam bona, quæ habuit non a conceptione, sed quasi a natiuitate. Et infra: *Probatur quod Christus habuit verum ius quantum ad vsum in omnibus, quæ comedit & bibit ab instanti suæ natiuitatis vsque ad mortem, & arguo primo sic. Quicumque facit aliquid iuste, habet ius faciendi illud; et quicumque habet aliquid iuste, habet ius habendi illud: hoc patet per locum a coniugatis, et contrarium videtur implicare contradictionem, scilicet quod aliquis faciat aliquid iuste, et tamen nō habeat ius faciendi. Sed Christus iuste comedit & bibit, & iuste vsus est cibo & potu, et alijs necessarijs ad sustentādam vitam humanā, quia omnia habuit dono expresso vel tacito, vel alio iusto titulo. Ergo habuit ius habendi, et ius vtendi, comedendo vel bibendo. Probatur: Iustum et iniustum sunt priuatiue opposita circa actum humanum saltem deliberatum. Ergo secundum legem priuatiuæ oppositionis omnis actus Christi saltem deliberatus fuit iustus vel iniustus. Sed actus comedendi et bibendi in Christo fuit actus deliberatus: et non fuit iniustus, ergo iustus; et si iustus, ergo habuit ius vtendi cibo et potu, aliter esset dare concretum sine abstracto, et effectum formalem sine forma, quod est impossibile: quia sicut nulla potentia potest fieri, quod aliquid sit album sine albedine, ita nullo modo potest fieri, quod aliquid sit iustum sine iustitia et iure. Probatur, si Christus comedit, et non habuit aliquod ius in cibo, nec quantum ad proprietatem nec quantum ad vsum, vsus Christi & comestio non differebat ab vsu latronum; quia & illi vtuntur de facto comedendo cibum furatum omnino sine iure.* Et infra.

Probatur habuisse ius quantum ad vsum.

Ex actib⁹ iustis.

45 *Secunda conclusio est, quod præter dominium infusum ab instanti conceptionis respectu omnium creaturarum, Christus in quantum homo, & ratione suæ indiuidualis naturæ acquisiuit verum ius et dominium in quibusdam rebus sibi collatis ex fidelium collatione & sua acceptatione: quod probo vi. medijs.*

Conclusio, quod in quantū homo ius verum habuerit.

Primo quia non plus repugnat dominium acquisitum aliquarum rerum dominio infuso omnium creaturarum ab instanti conceptionis Christi, quam scientia experimentalis acquisita rerum temporalium repugnat scientiæ omnium naturalium et gratuitorum, vel supernaturalium infusæ animæ Christi a principio suæ creationis. Sed animæ Christi fuit a Deo infusa scientia omnium naturalium et supernaturalium a principio suæ creationis et conceptionis; et hoc non obstante Christus præterea acquisiuit lumine intellectus agentis scientiam experimentalem rerum naturalium, sicut dicit Thomas par. vlt. q. xii art. ii. iuxta illud Lucæ ii. Iesus proficiebat sapientia, ætate, & gratia apud Deum *& homines. Ergo simili causa dominio sibi infuso ab instanti suæ conceptionis respectu omnium creaturarum, potuit et debuit stare dominium de nouo sibi acquisitum per modum naturalem et communem processu temporis in rebus a deuotis et fidelibus collatis.*

Ex iusta acquisitione per modum naturalē.

Secundo cuicumque acquiritur aliquod nouum ius in vsu rei, quæ totaliter consumitur ipso vsu, eidem competit ius & dominium in proprietate. Sed Christus in quantum homo in rebus sibi a fidelibus collatis, puta in cibo & potu, collatis sibi a Martha & Zachæo & cæteris, acquisiuit verum ius & nouum modum dominij vtendi illo cibo sibi dato; alias non plus nec magis licuisset comedere cibum datum, quam non datum. Ergo tunc acquisiuit nouum ius & nouum modū dominij in tali proprietate.

Per donationem piorum.

Tertio quia si Christus non acquisiuisset aliquod nouum ius, vel nouum dominium in rebus sibi de nouo collatis, hoc fuisset aut quia donantes non potuissent ius suum dare, aut quia Christus non potuisset recipere: primum non potest fingi, ex quo illi erant veri domini rerum collatarum: secundum etiam non potest dari, quia si Christus in quantum homo non potuisset recipere nouum ius rerum donatarum, hoc fuisset aut ratione diuinæ naturæ, cui vniebatur; aut ratione pleni dominij omnium iam infusi a conceptione, cum quo forsan non posset stare nouum dominium particulare; aut ratione alicuius paupertatis & abdicationis dominij. Non propter primum, quia humana natura vnita deitati retinuit omnes proprietates & conditiones humanas, præter defectus innaturales, & defectibiles passiones secundum Damascenum. Nec etiam obsistit, quod licet vnus & idem non possit habere in eadem re plura dominia eiusdem rationis, tamen plura dominia diuersarum rationum & distincta talia iura potest acquirere, & simul habere: sicut dominium altum & dominium bassum, directum, & vtile; dominium autem humanitati Christi infusum in conceptione, & dominium postea acquisitum ex tempore in rebus collatis non est eiusdem rationis, nec modi: sicut nec scientia Christo infusa cum scientia acquisita experimentali. Et infra.

Cōfirmatur.

Quarto, quia datio & receptio dicuntur relatiue, & mutuo se respiciunt; quia non potest esse datio nisi vbi est receptio, & quantum donans dat, tātum recipiens recipit. Sed dantes Christo bona sua dando priuabant se & spoliabant iure & dominio, quod habebant in rebus datis: aliter non fuisset verum donum, sed fictum. Ergo Christus, recipiendo eorum dona, illud ius & dominium sibi acquirebat.

46 *Quinto sic arguo. Primo præmitto duo: primum est, quod potestas iudicandi, est potestas iure dominij; quia nulli competit iudicare iure proprio nisi soli domino, iuxta illud i. Cor. iv. qui autem iudicat me Dominus est, & ad Rom. xiv. Tu quis es, qui iudicas seruum alienum? secundo præmitto, quod meritum de condigno innititur iuri & iustitiæ, & non solum liberalitati & gratiæ donantis: verum quicumque meretur de condigno, merendo acquirit nouum ius in præmio, quod meretur.* Ex his arguo. *Quicumque meretur de condigno iudiciariam potestatem, merendo acquirit nouum ius & verum dominium super iudicandos. Sed Christus in quantum homo meruit sibi per passionem potestatem iudicandi viuos & mortuos, sicut Thomas declarat part. vlt. q. xix. art. v. & illam iudiciariam potestatem Christus meruit ab instanti suæ conceptionis. Ergo Christus super omnes iudicandos ex parte sua verum ius & verum dominium acquisiuit. Ergo sicut Christus in quantum* Deus *est verus dominus omnium creaturarum, iure tamen & dominio increato; ita Christus in quantum homo est verus dominus omnium creaturarum, iure tamen & dominio infuso & creato, sicut patet ex prima quæstione principali. Sed non obstante dominio increato rerum omnium, res dedicatæ & oblatæ sunt Dei specialiter & Deo subiectæ iure speciali dedicationis & oblationis iuxta c. extr. Ingredientes monasteria se & sua Deo dedicant. Ergo a simili res Christo homini, & in quantum homo collatæ & oblatæ erant Christi duplici iure, iure generalis dominij creati & infusi a principio suæ conceptionis, & iure specialis dominij sibi acquisiti tempore collationis, et receptionis talium donorum. Et potest confirmari, quia sicut Salomon habuit forte duplex ius in regno Ierusalem, vnū ex diuina promissione et electione ps. lxxxviii.*

Probatur habuisse verū dominium per potestatem iudiciariā.

se-

Per Christi oraculum. de eadem minor probatur per illud Matthaei vltimo: *Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra, &c. Qui omnia dicit, nihil excludit. Et quod intelligatur de humanitate, patet per glossam ibidem: Data est; non de coaeterna Patris aetate, sed de assumpta dicit humanitate, qua minor est angelis, in qua etiam gloria & honore coronatus est.* Et paulo infra: *Et glo. Tho: Filius quippe Dei Virginis filio, Deus homini, deitas carni contulit, quod semper ipse cum Patre praecedit. Tertio probatur* Per apocalypsim. *per illud apocalypsis XIX. Habet in vestimento & femore suo scriptum, Rex regum & dominus dominantium. In vestimento; interlinearis, id est, in humanitate: & dominus dominantium; id est, illorum, qui dominium exercent in subditos. Quarto probatur eadem minor per illud Philipp. II. Propter* Ex titulo redemptionis per Apostolum. *quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine eius omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum, glo. Aug. Quod a conceptione acceperat, dicitur ei & donatur post resurrectionem propter manifestationem, & glossa Ambrosij sequitur: Quaeres,* Et interpr. Ambrosij *cui donatum? Vtrum homini an Deo? Respondeo, homini donauit nomen, quod est super omne nomen, non Deo. Sequitur in glo. Augustini: Donauit ergo secundum hominem Christo secundum carnem mortuo, resurgenti, & ascendenti, vt in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum; id est, imperio eius fateantur subiecti angeli, homines, & daemones. Haec Augustinus.* Et Augustini. *Constat autem, quod ille est verus dominus, cui subijciuntur angeli, homines, & daemones, quia subiectio refertur ad dominium & principatum; vnde subdit idem Augustinus in glossa: In carne, quam accepit, factus est dominus dominorum, & est dominus Deus, qui est dominus caelestium, terrestrium, & infernorum.*

Confirmatur idem dominium ratione theologica. 42 *Secundo probatur conclusio prima sic. Illud quod importat dignitatem & perfectionem simpliciter, & non impedit finem incarnationis, sicut immortalitas & similia, quod potest communicari et de facto communicatum est alicui puro homini, multo* Ex dignitate Christi. *fortius est communicatum Christo secundum humanam naturam ab instanti sua conceptionis: hoc satis videtur rationabile, quod illi naturae vnitae deitati daretur omnis humana perfectio naturalis & gratuita, sicut & benefica.* Et infra: *Sed ius habendi & vtendi pro libito voluntatis, & dominium verum quo ad proprietatem & vsum super omnia temporalia inferiora saltem fuit collatum primo homini in statu innocentiae & naturae integrae; iuxta illud Genes. I. Dominamini piscibus maris, & volatilibus caeli; vnde primus homo pro tunc poterat omnibus vti sicut verus dominus pro libito voluntatis; & Christo tale dominium fuit collatum ab initio suae conceptionis: vnde licet vti & maxime indifferenter dominio rerum temporalium forte non importet dignitatem & perfectionem simpliciter, sed sicut actus indifferens, qui potest bene & male fieri; tamen habere dominium & ius vtendi pro libito voluntatis pertinet ad dignitatem et perfectionem simpliciter, alias nunquam fuisset communicatum homini in statu perfecto innocentiae, nec competeret beatis post generalem resurrectionem; nec competeret Deo ratione diuinae naturae, qui est dominus verissimus omnium rerum quoad proprietatem & vsum.*

Obiectio aduersarij de voto spectante ad perfectionem. 43 *Sed contra minorem huiusmodi rationis potest obijci: nam per votum paupertatis & religionis quis abrenunciat omnibus bonis temporalibus, & priuat se omni iure & dominio, & quantum ad proprietatem & quantum ad vsum. Sed vouere paupertatem facit ad perfectionem spiritualem, de qua loquimur. Ergo habere dominium & ius vtendi rebus non pertinet ad perfectionem spiritualem: immo magis priuare se per votum paupertatis tali dominio et iure pertinet ad perfectionem spiritualem. Item quando dicitur, quod Deus est dominus omnium creaturarum. Ergo habere dominium & ius dominandi pertinet ad perfectionem simpliciter; si ista probatio est bona, ita probat quod vti de facto ipsis rebus pro libito voluntatis dicit perfectionem simpliciter: quia constat, quod sicut Deus habet dominium omnium rerum; ita de facto vtitur omnibus rebus pro libito voluntatis, & sic vsus omnium rerum fuisset in Christo, quod est contra conclusionem huius quaestionis.*

Ad ista dicendum, ad primum dupliciter. Primo quod votum paupertatis, & abdicatio dominij iuris & aliarum rerum temporalium pertinet ad perfectionem spiritualis vitae sicut instrumentum perfectionis, sicut dicetur in tertia conclusione: hoc, inquam, verum est in natura lapsa, vel quae potest aspicere & labi in peccatum, sicut sunt viatores communiter; & quia talia iura & dominia vt plurimum a Deo retrahunt, & incitant ad peccatum: sed in natura, quae labi non potest nec peccare, sicut fuit natura humana assumpta a Verbo, sicut & sunt & erunt omnes beati, priuatio talis iuris & dominij per votum paupertatis vel aliter non esset perfectionis, sed imperfectionis. Secundo potest dici, quod instantia praedicta falsum assumpsit quando dicit, quod per votum paupertatis & religionis quis renunciat, & priuat se omni dominio & iure rerum temporalium; hoc, inquam, falsum est, quia non priuat se vsu temporalium necessariorum ad vitae sustentationem, quia hoc fatuum esset, nec iure sic vtendi. Item licet priuet se dominio proprietatis quantum ad dominium proprium, non tamen quantum ad dominium communitatis, in quo dominio communicat sicut pars communitatis; & tali dominio & iuri non renuntiat per votum paupertatis. Dissoluitur. Distinguitur de voto in natura lapsa: vel impeccabili.

Ad secundum quod ius vtendi pro libito ipsis rebus temporalibus importat perfectionem simpliciter in omni natura & in omni statu, in quo vtens non potest deficere nec errare, sicut est natura diuina & natura humana in statu beatorum; & quia humanitas Christi assumpta a Verbo non poterat errare, idcirco sine imperfectione sua habuit plenum ius vtendi omnibus pro libito voluntatis; simpliciter dico, quia vti de facto quibuslibet est perfectionis in natura, quae non potest errare, nec male velle; sicut fuit status humanae naturae assumptae a Verbo: vnde dico, quod Christus quantum voluit vsus fuit. Verum est, quod paucis vti voluit propter nostrum exemplum & nostram redemptionem, propter quam voluit habere vsum valde pauperem. Et infra. Ostenditur ius vtendi importare perfectionem in natura impeccabili.

44 *Et quia omnia facta sunt propter hominem, & homo est dominus omnium naturaliter, posset dici, quod Christus secundum humanitatem, secundum quam est caput hominum, ipse est verus dominus omnium corporalium. Isto modo videtur arguere expresse Apostolus Ephes. I. Omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quae est corpus eius; vbi glossa Ambrosij: Sub pedibus eius, id est sub humanitate eius, quae significatur per pedes: quia sicut pes est pars inferior corporis, ita in Christo inferior pars est humanitas, quam angeli adorant: & ipsi Christo haec omnia subsunt. Hoc glossa. Et infra circa medium eiusdem versus dicit idem.* Stabilitur dominiũ Christi ex eo, quod sit caput hominũ.

Quar-

cibo suo, sed omnia ista fuerunt a Christo praecepta Apostolis, vt patet ex principio secundi capituli. Ergo, &c. Secundo Matth. xix. Si vis perfectus esse, vade & vende quae habes, & da pauperibus; Sed qui vendit omnia quae habet, & dat pauperibus, nihil habet. Ergo, &c. Et eodem capitulo dixit Petrus: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Tertio Luc. ix. omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus, quae possidet, non potest esse meus discipulus. Si omnibus renuntiat nihil habet, Ergo, etc. Quarto Chrysostomus in glo. Tho. Io. xiii. Iudas loculos habebat: nullus discipulorum pecunias afferebat. Sed per hoc quod hic dicit occulte insinuat, quod quaedam mulieres eum de suis facultatibus nutriebant.

Argumēta quod fuerit ex praecepto.

In oppositum est, quia Christus loculos habuit, quos portandos Iudae commisit. Io. xii. et xiii. Apostoli etiam pecunias habuerunt, de quibus aliquando emerunt cibos. Io. iv.

Oppositio ad quaest.

40 *Responsio. Dicendum, quod cum in ipso sint duae naturae in vno supposito, diuina scilicet et humana, quaedam conuenerunt Christo ratione diuinae naturae solum, sicut creare et infinitum esse; quaedam vero sunt, quae competunt Christo ratione humanae naturae sic, quod repugnant sibi ratione diuinae. Sicut pati et mori: alia autem sunt, quae competunt sibi ratione vtriusque, licet diuersimode, sicut est nasci: nasci enim competit Christo et ratione diuinae naturae, sed ab aeterno; et etiam ratione humanae naturae, sed ex tempore.* Modo nulli est dubium quin *Christus ratione deitatis est verus dominus omnium corporalium et spiritualium creaturarum, quia habet verum & plenum ius in omnibus creaturis quantum ad proprietatem & vsum ratione creationis & conseruationis rerum, psalm.* Domini *est terra & plenitudo eius.* Et alibi: *Meae sunt ferae siluarum, iumenta in montibus, & boues. Et Iudith* 11. *Dominus caelorum, creator aquarum, & dominus totius creaturae, exaudi me. Sed vtrum dominium omnium creaturarum, vel saltem aliquarum corporalium competat Christo ratione humanae naturae, sicut nasci de matre ex tempore suo modo competit sibi ratione humanae naturae, videtur aliquibus dubium. Et propter hoc sic procedam, quia primo ostendam, quid est verum dominium temporale: secundo distinguam de dominio temporali: tertio ostendam quibus modis, & quot Christus fuit verus dominus omnium temporalium, vel saltem aliquorum.*

Distinguitur quaestio secundum naturas in Christo.

Secundū diuinam non controuertitur.

De humana vertitur in dubium.

Modus pertractādae quaestionis.

Quantum ad primum articulum; dico quod verum temporale dominium verum est ius proprium habendi, possidendi, vtendi re aliqua simpliciter, vel secundum aliquem certum modum. Dico, quod dominium est ius aliquid, vti enim re, & possidere sine iure non facit nec dat verum dominium, alias fures & latrones, qui possident res alienas, & vtuntur eis pro libito voluntatis, essent veri domini, quod est falsum. Ius etiam quodcumque non semper tribuit dominium, quia plus est ius quam dominium: omne enim dominium verum temporale est aliquod ius, sed non econtra; quia non omne ius est dominium: nam seruus habet verum ius temporale super dominum suum, quia dominus tenetur nutrire & alere seruum; sicut seruus tenetur seruire & obedire domino suo; & tamen licet seruus habeat ius in domino suo, non potest proprie dici dominus. Similiter filius habet aliquod ius in patre, &c. Multis in hunc & secundum articulum, in quo dominij, quod definit, *ius habendi rem cum quadam superioritate & auctoritate,* variae distinctiones afferuntur, interiectis ad tertium descendit.

Definitio dominij.

Ius latius patet quā dominiū.

Quantum ad tertium articulum principalem, sic procedam, quia quaeritur de Christo & Apostolis simul, vtrum habuerint aliqua bona temporalia; primo ostendam, quod Christus habuit bona aliqua temporalia, in quibus habuit verum & reale ius quoad vsum & proprietatem ipsorum, Secundo ostendam idem de Apostolis, quod habuerunt aliqua simul cum Christo & etiam per seipsos.

Cōclusiōnis quaestionis.

41 *Quantum ad Christum, pono tres conclusiones. Prima est, quod Christus in quantum homo & ratione humanae naturae indiuidualis habuit ab instanti suae conceptionis verum* * *& verum dominium infusum in omnibus rebus creatis, & quantum ad proprietatem & quantum ad vsum. Secunda conclusio est, quod cum praedicto dominio infuso, quod ab instanti conceptionis fuit in Christo, Christus acquisiuit nouum ius & nouum dominium in aliquibus rebus sibi collatis a fidelibus & deuotis, quando conuersabatur in mundo. Tertia conclusio, quod licet habuerit verum & plenum dominium infusum in omnibus creaturis, nunquam tamen fuit vsus dominio rerum immobilium, nisi, sicut, & quantum vnus non dominus potest vti, nec habuit talis dominij executionem: dominio vero bonorum mobilium, quantum ad vsum & proprietatem fuit vsus, sed valde paucorum & parce.*

De Christi dominio ex triplici capite.

* ius

Primam conclusionem probo quadruplici ratione. Primo sic: Cuicumque competit verum & perfectum ius habendi aliquam rem, & vtendi ea iure proprio pro libito voluntatis, illi competit verum & perfectum dominium in illa re: haec propositio patet ex primo articulo superius declarato. Sed Christo secundum quod homini & ratione suae humanitatis, competit ab vtero suae conceptionis verum & perfectum ius vtendi omnibus rebus corporalibus, immo omnibus creaturis pro libito suae voluntatis. Ergo ipse habuit ab vtero suae conceptionis verum dominium & perfectum in omnibus creaturis. Sed verum & perfectum dominium est dominium completum quantum ad rei proprietatem & vsum, sicut fuit supra declaratum in secundo articulo. Ergo, &c. Maior huius rationis patet ex primo articulo principali: sed minor probatur & primo per Apostolum ad Hebraeos 11. *vbi loquens de Christo quantum ad humanitatem dicit: Minuisti eum paulo minus ab angelis: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim, quod omnia subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Auctoritas est clara: & quod loquatur de Christo quantum ad humanitatem, patet per glossam Ambrosij ibidem dicentem sic: Minuisti eum paulo minus per passibilem naturam: minoratus est enim, dum se exinaniuit, formam serui accipiendo. Ergo propter infirmitatem carnis, quam Dei sapientia gestare dignata est, &* * *. . humilitatem recte dicitur: Minuisti eum, &c. quia mortalis & passibilis. Sequitur in eadem glossa Ambrosius: Constituisti eum super opera manuum tuarum. Ecce potestas Christi ostenditur, vt enim a diuino opere nihil excipitur, ita nec a Christi potestate. Ecce textum planum & glossam planissimam: nisi quis velit gratis transuersari. Sed forte dicetur ad ista, quod omnia subiecit humanitati assumptae quoad dignitatem solum, quia ad suppositum diuinum assumpta: sed non quoad dominium & auctoritatem. Istud statim remouet glossa sequens Augustini dicens: Et non solum constitutus est super omnia opera, vt dignior; sed & omnia subiecisti sub pedibus eius, id est, potestati eius & dominio, vt adorent eum & vereantur: posset enim esse superior, & tamen omnibus non dominari. Haec glossa. Secundo*

De infuso Christi dominio in instanti conceptionis.

Probatur ex Patris donatione per Apostolū.

* carnis

Et interpretatione Ambrosij.

num tentasse, vt aufugeret in Germaniam, & schismaticorum conciliabulum coacturum aduersus Ioannem spopondisse, constat a de quo inferius. Memorata porro fraus ad concilium contra edicta apostolica prouocandi cum a principibus ad flagitia tuenda crebro postea vsurparetur, demum a Pio II. damnata est anathemate in Mantuana synodo, vt suo loco dicetur. Nunc reliqua hoc anno gesta prosequamur.

a M.S. Vat. bibl. Vat. signat. n. 4009 pag. 169.

b Izurit l. 9 c. 197.

Arboreæ regulus ad Aragonios deficit.

Alphon. princeps Arag. in Sardiniã classe inuehitur.

c Bod. lib. c. 210.

Quib' legibus pacem cum Pisanis inierit.

Proceres in Castella cum Rege dissident.

d Io. Marian. l. 15. c. 18.

Erepta Toletano arch. scrinij Castellæ præfectura.

Dionys. Rex Lusit. censuras contrahit.

37. In Sardinia atrox in Pisanos coniuratio erupit b: Arboreæ enim toparcha, quem Iudicem vocabant, inita cum Aragonijs coitione, Pisanis tota insula ex condicto, in quos sæuire potuit, obtruncatis, defecit ad Iacobum Regem Aragonum, qui illius insulæ imperium clientelæ nomine a Romano Pontifice ea lege acceperat, vt Siciliæ insulam Carolo II. relinqueret. Alfonsus vero filius sceptri Aragonij heres, valida classe in insulam inuectus, plura loca in suam potestatem redegit c, Pisanosq; varijs attriuit cladibus: demum pacem ea lege sequenti anno cum ipsis pepigit, vt Calaris arce retenta cum alijs agris oppidisque contributis Pisanorum iuris, reliqua penes Aragonios essent. Addit Mariana d in Castella ob Regis Alfonsi iuuentutem proceres mutua fœdera aduersus regiam dignitatem coiuisse, vectigalium rationem a Ioanne Aragoniæ regiæ principe eodemque Toletano archiepiscopo exegisse, scrinijque regij præfecturam, qui magistratus hactenus ab archiepiscopis Toletanis gerebatur, ipsi eripuisse; nec nisi inane nomen penes ipsos ab eo tempore hæsisse: Ioannem vero Aragonium impatientem iniuriæ in parentis regnum abscessisse, ac Semenum Lunam præsulem Toletanum renunciatum.

In Lusitania labefactata fuerat immunitas ordinis ecclesiastici, Dionysio Rege de sacerdotũ sceleribus cognoscendi ius sibi arrogante, & iura ecclesiarũ infringente: cuius sceleris cum supplex veniam deposceret, Pontifex partes dedit Gondisaluo Vlyssipponensi episcopo absoluendi Regis anathematis vinculis, quibus se irretierat, modo in posterum ab huiusmodi ausis sibi temperaret: *Nos*, inquit, *volentes benigne, quantum cum Deo possumus, super his votis annuere & saluti animæ prospicere dicti Regis; ac de tuæ circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternitati tuæ per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus satisfactione tam monasterio prædicto & ecclesijs, quibus in suis libertatibus vel alias ex prædictis iniuria fuerit irrogata; quam quibuscumque personis & locis, quorum interest & poterit quorũlibet interesse, super quo tuam oneramus conscientiam, præstita competenti ac ab eodem Rege recepta cautione iuratoria, quod talia vel similia in derogationem libertatis ecclesiasticæ de cætero non committat; eidem a prædictis ac a quibuscumq; alijs excommunicationum sententijs, quas pro incarceratione & detentione clericorum, tam religiosorum quam secularium, etiam si aliqui in ipsius Regis carceribus obierunt, de quibus forsan minime recordetur, incurrisset hactenus; iuxta formam ecclesiæ hac vice auctoritate nostra studeas absolutionis beneficium impertiri, iniungens eidem, prout secundum Deum saluti animæ ipsius expedire noueris, pœnitentiam salutarem: quam si complere forsitan, quod absit, contempserit, in easdem sententias recidat ipso facto.* Dat. *Auin.* III. *kal. iunij anno* VII.

Pœnitens absoluitur.

38 Extracta in hunc annum est mota superioribus annis controuersia de paupertate euangelica, an Christus & Apostoli ius & dominium in ea, quibus vsos esse diuina recensent oracula, obtinerent; an vero sine iure simplicem & purum vsum, ab omni dominio seiunctum obtinuissent. De qua controuersia plures editæ sunt concertationes theologicæ: consultaque Parisiensis academia sententiam suam in subiecto commentario a multo doctrinæ splendore illustrauit. In quo, & in lucem edendis, si quippiam forte alicui non arriserit, is secum reputet, non omnia apud quemque paris esse dignitatis, neq; eodem argumento omnium mentes vinci; neque ob id reliqua silentio premenda fuisse, cum in ijs plurium memoria dignissimarum rerum maiestas efflorescat.

Controuersia de paupertate Christi

a Extat in M.S. bibl. Vat. sign. n. 3740. pag. 148. &c.

Hoc dedit dominus Cardinalis Viennensis de studio Parisiensi.

Quæritur vtrum Christus & Apostoli habuerunt aliqua bona temporalia in communi quantum ad proprietatem & verum dominium: & arguitur quod nihil omnino habuerint, nec in proprio nec in communi quantum ad proprietatem primo de Christo solo, secundo de Apostolis. Quantum ad Christum, arguitur quinque medijs. Primo per illud Matth. VIII *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Sed ille, qui non habet vbi possit reclinare caput, nil habet. Ergo, &c. Et confirmatur per Hieronymum super eodem verbo in glo. Tho. Quid me propter diuitias & seculi lucra cupis sequi, cum tanta sim paupertatis, quod nec hospitiolum habeam, & tecto vtar non meo. Et Chrysostomus super eodem verbo Lucæ IX. Qualiter paupertatem, quam Dominus docuerit, per opera demonstrat: non erat ei mensa, non candelabrum, nec quidquam talium. Secundo super illud* Matth. XVII. *Vade ad mare, & mitte hamum, &c. glo. Rabani.* Dominus *tantæ fuit paupertatis, vt vnde daret tributa non haberet: Iudas quidem communia in loculis habebat; sed res pauperum in suos vsus conuertere nefas duxit, dans exemplum nobis. Tertio super illud psal. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia; dicit Augustinus in originali: Suam paupertatem volens Dominus nobis commendare, fortasse dixit:* Non est *substantia; ad summam enim paupertatem deuenit, quando formam serui induit. Sed paupertas est nil habere. Ergo, &c. Quarto extr. de verb. signif. dicitur de illa paupertate non habentium in proprio nec in communi, quia Christus hanc paupertatem verbo docuit & exemplo firmauit. Quinto & vltimo quantum ad Christum per rationem sic: Christus exemplar omnis perfectionis debuit in se summum gradum perfectionis habere. Sed perfectio vitæ spiritualis consistit essentialiter in tribus votis religionis, scilicet continentia, paupertate, & obedientia. Ergo in quolibet istorum Christus debuit supremum gradum obseruare. Sed summus gradus paupertatis est nihil habere in proprio nec in communi. Ergo, &c. Et confirmatur, quia Christus continentiam obseruauit in supremo gradu: non enim habuit continentiam coniugalem, nec vidualem, sed virginalem: similiter obedientiam habuit in supremo gradu, quia factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, Phil. II. quæ mors fuit acerbissima & vilissima. Ergo & paupertatem in supremo gradu debuit obseruare.*

Status quæstionis.

Argumenta pro aduersa parte.

Ex euangelio petita.

Ex patribus.

Ex decretalibus.

Ex ratiocinatione

39 *Quantum ad Apostolos probatur id quadrupliciter. I. Matth. x. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris: non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus est enim operarius*

De Apostolorum paupertate.

cibo

35 *Et quia ex præmissis per euidentiam & effe-ctum operis patet, quod sacri regni regimen guber-namus, prorsus a veritate discrepat, quod dicit im-perium nunc vacare, & eiusdem sibi regimen per-tinere. Ex quo enim Rex sumus, & iura regni ad-ministramus vt Rex, et in possessione regendi regnum Romanum sumus & fuimus multis annis, non poterit dici vacare quod habet Regem regentem, & regendi regnum & imperium potestatem habentem, solis dumtaxat infulis imperialibus coronandum. Nec concedimus ita simpliciter, vt proponitur, ad sedem Apostolicam examinationem, admissionem, & approbationem electionis, & personæ nostræ re-pulsionem & reprobationem pertinere, sicut asserit.* Qui transferre ad Germanos imperium potuit, & electoribus creandi Cæsaris ius conferre, idem confirmandi illius sibi potuit auctoritatem reser-uare: & hoc iure Pontifices vsos, ac dissidentium Cæsarum causam cognouisse, antea a nobis histo-riæ commendatum est a. Quocirca inanes sunt quæ sequuntur Ludouici argutiæ: *Sed si (quod non credimus) pertineret, hoc vnum demum sibi locum vendicare forte posset, si per querelam, vel per viam supplicationis, appellationis, vel prouoca-tionis, vel alio modo ad ipsam sedem fuisset deuolu-tum ipsum negotium, vel deductum, quæ locum non obtinent in præsenti; vel si forte petitis per nos infulis imperialibus, vel denominatione nostra, ex causis legitimis iure scriptis, quas ad nos locum non credimus habuisse, personam nostram contigisset exigente iustitia refutari: denominatio quippe personæ, vel electionis admissio habita subsequenter nobis non ius, nomen, vel titulum tribuissent, quæ iam ex ipsa electione sortiti sumus; sed ea potius de-texissent, approbassent, & latius commendassent. Hæc veritas ratione iuuatur, canonibus et legibus fulcitur & summorum vtriusque iuris doctorum sententijs comprobatur, & vsu & consuetudine longissimi temporis declaratur.*

Contendit non vacare imperiū.

Nouare nititur aduersus sedis Ap. iura.

a Annal. to. 14. An. Chr. 1263 n. 46. & An. 1264. n. 39.

36 *Quod vero adiunxit, nos Galeatio de Vice-comitibus & eius fratribus de hæresi condemnatis, & nonnullis alijs ecclesiæ Romanæ rebellibus, quos tamen non denominat, defensionem exhibuisse, vt asserit, & fauorem; penitus nihil scimus. Nam si dicti Galeatius & fratres sui sunt de hæresi con-demnati, nobis non innotuit; nec per ipsum sum-mum Pontificem vel alium, qui voluit, aut potuit nobis insinuatione debita est detectum. Ipsum ergo tanquam in facto consistens, & in remotis actum, rationabiliter poteramus ignorare. Immo quem fauorem aut defensionem eis vel alijs, quos nescimus, & quos non denominat, exhibuimus; & quomodo sint vel fuerint rebelles ecclesiæ, non videmus. Aper-te conijcimus, & per effectum operis cognoscimus, nonnullos rebelles nominari ecclesiæ, qui per fidem deuotionis suæ molientibus contra statum & iura imperij renituntur.*

Excusat susceptū Vicecomitū patrocinium.

Hæc Ludouicus Rex Romanorum designa-tus suarum partium asserendarum studio, cuius iura politica, quæ ad gerendos Cæsareos apices bellica virtute electorumque principum suffragio sibi peperit, impugnanda suscipere non profite-mur. Cum vero is aduersus dignitatem ecclesiæ plura gesserit, maximaque scandala concitarit, ea premi silentio historiæ lex non patitur; nec licet tradantur annalibus, exinde tamen inclytæ domus Bauaricæ gloria obscuratur, vti nulla labes Christo aspergitur, etiamsi inter eius pro-genitores quispiam idololatra recenseatur in euangelio; nec detrahitur ecclesiæ sanctitati, quamuis ex gentilibus genus traxerit, nec rosa-rum forma læditur, etsi nascatur e spinis. Adde eo illustriorem esse stirpem Bauaricam, quo postrema hac ætate illius constantia & pietate stetit in Germania orthodoxa religio: qua in re præclaram Maximiliani virtutem nulla futura ætas conticescet. Candido ergo stylo, consultum Bauaricæ domus splendori & dignitati volentes, quæ perperam a Ludouico gesta conscribemus.

De inclyta stirpe Bauarica.

In primis igitur, quod obseruatione dignū est, in superiore apologia obiecit Pontifici, Minori-tarum summum præfectum, aliosque eius ordinis præcipuos in ius vocatos de patefacto exhomo-logeseon arcano in crimine foueri: *Ipse est,* inquit, *dissimulator, defensor, & fautor hæreticæ praui-tatis eius, quæ totam sanctam ecclesiam inficit & conturbat; & a confessione retrahit pœnitentes, & generandis in spiritu viam claudit. Nam cum ad ipsius summi Pontificis audientiam grauibus & frequentibus archiepiscoporum, episcoporum, & nonnullorum inferioris gradus prælatorum que-rimonijs sit deductum, & legitime propositum co-ram eo contra generalem ministrum, custodes, guardianos, & fratres Minores ordinis S. Franci-sci, quod ipsi sint secreta confessionis proditores; & peteretur ab eo, vt hoc tanquam perniciosissimum in ecclesia sancta Dei, vnde periclitabantur animæ, aditus ad gratiam obstruitur, & peccatorum remis-sio negligitur, iuxta debitum pastoralis officij emen-daret; ipse tanquam tergiuersando, dissimulando, & celando morbum huiusmodi pestiferum, & letha-lem mortem animæ perpetuam inferentem, curare salutifero & debito medicamine non curauit; di-ctis fratribus, in hac parte, sanctæ Romanæ ecclesiæ & fidei catholicæ inimicis constituens se fautorem.* Hactenus Ludouicus, nocendi studio fingens calumnias: qui postea, cum animaduertisset Michaelem Cæsenatem ac socios ceruices superbas in Christi vicarium erigere, atque impie de paupertate Christi sentire; eorundem suscepit patrocinium: sed hæc postea.

Calūnia aspersa Minoritis.

Huius inuidia deriuata in Pont.

Interea prætexens Cæsarea iura a Ioan-ne Papa opprimi, captansque politica diffu-gia ad pontificia edicta eludenda, suo & omnium Cæsarei apicis studiosorum nomine ad concilium prouocauit: *Cum*, inquit, *propter præmissos ar-ticulos,* nempe Minoritas defensos, & vocatum in ius discordibus suffragijs electum Cæsarem, *quos non est dubium statum fidei catholicæ, sanctæ Romanæ ecclesiæ, sacri imperij contingere, & omnium interesse, opus sit conuocatione concilij generalis, instanter & cum omni deuotione ipsum, quam primum commode poterit, ad locum commu-nem & aptum petimus congregari: in quo ad Dei omnipotentis honorem, sanctæ Christianitatis bonum statum, & profectum fidelium; nec non pro reue-rentia reuerendorum patrum dominorum Cardina-lium, patriarcharum, primatum, archiepiscopo-rum, episcoporum, & totius ordinis ecclesiastici; nec non eiusdem sacri concilij solemnitate, dante Domino, personaliter intendimus interesse, &c. Anno a natiuitate Domini M. CCC. XX. III. In-dict. VI.* Edita hæc prouocatio, vt illa iuris ex-ceptione contra edicta pontificia aliquem iulli-tiæ colorem factioni suæ allineret. Cæterum nomine concilij, ad quod prouocabat Ludouicus, non tam is solemnes episcoporum cœtus, quibus Pontifex præsidere solet, intelligebat; quam paucorum conuenticulum, cui præesset ipse Ludo-uicus, quod omni studio congregare nisus est, vt in eo sæuum aliquod schisma crearet, vt docent illius gesta; ipsum siquidem Cardinalem Vrsi-num

per præsentium seriem intimantes eidem, quod si in præmissis per eum infra præfatum terminum exequendis negligens fuerit, vel remissus, nos contra ipsum ad publicationem pœnarum, in quas propter præmissos excessus notorio incidisse noscitur, vel incidet in futurum, & alias quantum suadebit iustitia, eius non obstante absentia, procedemus.

Pœnæ re, spuenti imperia intentatæ

33 Vniuersis insuper patriarchis, archiepiscopis, & episcopis, & alijs personis ecclesiasticis quibuscumq; sub pœna suspensionis ab officio & beneficio, quam eos incurrere volumus ipso facto nisi infra prædictum terminum infrascriptæ inhibitioni nostræ efficaciter studuerint obedire; & tam ipsis, quam omnibus & singulis ciuitatibus, communitatibus, & vniuersitatibus, nec non personis secularibus quibuscumque, cuiuscumque conditionis, aut status existant, etiam si regali, aut alia quacumque dignitate præfulgeant, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis excommunicationis in personas & interdicti in terras eorum; nec non priuationis priuilegiorum quorumcumque apostolicorum & imperialium, ac feudorum quæ ab ecclesia vel imperio obtinent, districtius inhibemus, ne prædicto Ludouico in præmissis vel alijs regni seu imperij tangentibus regimen, tanquam Regi seu in Regem Romanorum electo, nisi & quousque dictam electionem & personam ipsius per sedem eandem approbari contigerit, vel admitti, in aliquo pareant, seu intendant; neue eidem in quibuscumque, ad regimen prælibatum spectantibus, præbeant auxilium, consilium, vel fauorem. Non obstante si ipsi, vel eorum aliqui ad hoc se dicto Ludouico vt Regi, seu in Regem electo, adstrinxerint per fidelitatis vel alterius cuiuslibet generis iuramenta: quæ quidem, cum præstita fuerint ei, cui minime præstari debuerant, nec seruari sine æternæ salutis valeant detrimento, præstantes eadem non adstringunt. Quæ nihilominus ad cautelam auctoritate apostolica relaxamus; illaque cassa & irrita nunciantes, decernimus penitus non tenere, nec fore aliquatenus obseruanda, seu si præfato Ludouico vel quibusuis alijs, communiter vel diuisim, per literas sedis eiusdem foret sub quacumque verborum forma vel expressione concessum, vel concederetur in posterum, quod excommunicari, suspendi, eorum terræ seu loca interdici non possint, quas contra præsentem processum nostrum in nullo eis volumus suffragari, sed ipsas quoad hoc viribus volumus omnino carere. Ex præmissis autem nos nequaquam intendimus, nec volumus obligari, quin ad publicationem dictarum pœnarum, & alias contra dictum Ludouicum possimus, pendente huiusmodi dilatione, procedere, prout iustum fuerit, & nobis visum fuerit expedire. Vt autem huiusmodi processus, &c. *Datum Auinione in palatio episcopali VII. id. octobris anno VIII.*

Vetiti ecclesiastici in ijs Ludouico studere.

Obiectæ si secus egerint pœnæ.

Sacramenta omnia donec a sede Ap. sit approbatus rescissa.

Ludouic' oratores ad Pont. mittit. Constituti iudicij diem extrahi postulat.

a Ext. inserta in to 4. ep. secr. lo. XXII. pag. 107.

Percrebuit proximo tempore pontificiæ sententiæ fama ad Ludouicum Bauarum, qui vt rebus suis consuleret, Albertum Hospitalariorum equitum in Germania magistrum, Gruesturp archidiaconum Herbipolensem, atque Henricum Pragensem canonicum oratores ad sedem Apostolicam misit, vt causas latæ sententiæ cognoscerent; diemque extrahi deposcerent. Demandati a Ludouico ijs muneris literæ a hac verborum forma tempus consignant. *Dat. apud Nuremberg. II. idus nouembris anno Domini* MCCCXXIII. *regni vero nostri anno IX.*

34 Profectis iam ad Pontificem oratoribus de concordia acturis, Ludouicus improborum subornatus consilijs vi & armis sua iura asserere, sibique aduersantis Pontificis hostem se profiteri maluit, quam demissione, vt cœperat, Christiana nascentem discordiam componere. In contrariam itaque mentem auersus, spernere indictum a Pontifice iudicium decreuit; vtq; facinus coloraret, accersitis tabellionibus ac testibus, exaratis XV. kal. ian. literis; quibus singula a Ioanne obiecta confutare nitebatur, contendit se potioribus electorum principum suffragijs creatum, atq; Aquisgrani regia corona redimitum; exinde vero sine noua pontificia confirmatione ex veteri more iura imperialia assecutum; neq; illi ob nomen Regis Romanorum affectatum actionem intendendam, cum iam annis pluribus illud gessisset: Galeatio non ad tuendam hæresim, si qua infectus sit; sed Mediolanensem ditionem, quam oppugnabat hostis, defendendam opem tulisse. Cuius principis apologiam a ad illustrandam historiam afferendam ducimus ex potiore parte, in qua vis iuris constat: *Respondemus*, inquit Ludouicus, *& dicimus ad præmissa*, scilicet obiecta in iudicio a Pontifice, *quod hactenus a tempore cuius non est memoria, circa electos Romanorum Reges & principes sic est de iure & consuetudine obseruatum; & sic tenent, dicunt, & sentiunt, & semper tenuerunt, dixerunt, & senserunt principes & meliores ac maiores imperij; & est maxime in partibus Alemaniæ adeo notorium apud omnes, vt non sit qui dubitet vel ignoret, quod Romanus Rex eo solum, quod electus est a principibus electoribus, ad quos pertinet ipsius electio, omnibus vel maiori numero eorundem, & coronatus corona regia in solitis locis & consuetis, Rex est, & pro Rege habetur, & Rex nominatur, & eidem ab omnibus paretur & intenditur sicut Regi, ac iura regni libere administrat; fidelitates & obedientiam recipit, feuda confert, & de bonis, honoribus, & dignitatibus, & officijs regni iuxta beneplacitum ordinat & disponit. Quare cum notorie constet, nos a longe maiori numero electorum, ad quos ius eligendi Regem pertinet, rite esse electos, & diademate regio coronatos in locis debitis & consuetis, & hoc ipso nomen, & titulum prælibatum, & ius administrandi iura regni, & de ipsius rebus, honoribus, dignitatibus, & officijs disponendi, legitime assecutos; manifeste patet quod in iniuriam nostram & grauamen aicit, nos illicite nomen & titulum vsurpasse, & ad administrationem & dispositionem præfatas indebite ingessisse: cum potius, quemadmodum alij Romanorum Reges prædecessores nostri in hac parte vsi sunt, & nos vtamur licite iure nostro. Cum etiam circiter decem annos nomen & titulum, administrationem & dispositionem huiusmodi in pacifica possessione continue scripserimus & gesserimus absque reprobatione electionis & personæ nostræ, si tamen poterant reprobari; & citra impeditionem & contradictionem, si cuius forte poterant interesse, sicut est notorie manifestum, nimis est iniuriosum & iuri contrarium, quod nunc primum ipse dominus Apostolicus lege imperspecta, parte inaudita, negotio indiscusso, & iuris ordine prætermisso, contra nos queritur, inuehitur, & procedit; intendens ac si, abiecto nomine & titulo, & deposita administratione præmissa, nos ipsos quasi capite minuamus: licet sæpe missis ad eum per nos nuntijs, & rescriptis suis literis, per eos vel in illis nunquam fuerimus reprehensi.*

Lud. Bauarus muitat sententiam.

Decernit iudiciariũ ordinem temnere. Scribit apologiã. a Extat apud Herwart. ad ann. 1323.

Quæ fuerint illius iuris munimenta.

Eiusdem querelæ.

 Et

Soluta obsidio.

Pontifex in Lud. Bauarum legibus agere cōstituit.

bantur, soluta obsidio est. Inde lis in Ludouicum Bauarum, qui pontificium & Roberti Regis exercitum Mediolano propulsasset, suscepta; ac legibus in eum agi cœptum est. Præcipua accusationis capita hæc erant: Ludouicum discordibus electum suffragijs, antequam ea controuersia dirimeretur a sede Apostolica, imperij administrationem corripuisse; alterum vero, quod maxime Pontificis animum asperarat, Galeatij, quem hostem & hæresi contaminatum pronuntiarat sedes Apostolica; tum perduellium Ferrariensium patrocinium suscepisse. Non deerant tamen Ludouico plures rationes, quæ ipsius gesta apud plerosque excusarent: controuersiam de imperio cum Frederico Austriaco iam diremptam ferro; Mediolanum vero defensum, non vt Galeatio hæretico studeret, sed vt assereret sibi imperij iura; neque a Roberto Siciliæ Rege amplissimam imperij prouinciam, nunquam forte recuperandam, occupari pateretur. Non his tamen Ioannes a meditato consilio reuocatus est; sed octauo octobris die, vt refert Ioannes Villanus [a], in Ludouicum Bauarum sententiam talit; cuius forma subiectis verbis concepta est [b],

Quæ Ludouico obiecerit.

Quibus argumentis Ludouicus se defenderit.

a Io. Vill. l. 9. c. 227. b To. 4. ep. secr. pag. 105. & l. variar. bull. Io. xxii. pag. 35.

Ioannes, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Ioannis in Lud. sententia.

30 Attendentes, quod dum errori non resistitur, is ad quem resistere pertinet, illi vtcumque præsumitur consentire, quodque plerumque institiæ opprimitur veritas, si defensionis opportunæ illi beneficium subtrahatur; profecto nec errori damnabili consentire per resistentiæ negligentiam volumus, neque pati ob defectum opportunæ defensionis præsidij iustitiam opprimi sponsæ Christi. Dudum siquidem per obitum claræ memoriæ Henrici Romanorum Imperatoris imperio Romano vacante, principes ecclesiastici & seculares, ad quos translato ab olim per sedem Apostolicam prædicto imperio de Græcis in personam magnifici Caroli in Germanos futuri Romanorum Regis, in Imperatorem postmodum promouendi, electio pertinebat, votis eorum in diuersa diuisis, duos sicut dicitur in discordia elegerunt; quibusdam eorum in dilectum filium magnificum virum Ludouicum Bauariæ, quibusdam vero in dilectum filium Fredericum Austriæ duces, nominãdo & eligendo ipsos in Romanorum Reges, dirigentibus discorditer vota sua. Verum præfatus Ludouicus a nobis, ad quem suæ electionis huiusmodi, sicut præmittitur, in discordia celebratæ; ac personæ ipsius examinatio, approbatio, ac admissio, repulsio quoque & reprobatio noscitur pertinere, electione prædicta nequaquam admissa, nec eius approbata persona, sicut notoria fama notoriat, & publica facti euidentia manifestat; non quærens, vt deberet, per ostium ad huiusmodi regni seu imperij conscendere dignitatis fastigium, sed potius aliunde, nescimus quo ductus, vel verius seductus consilio, præfati Romanorum regni nomen sibi & titulum regium vsurpauit; quamuis priusquam alterutrius eorum per sedem Apostolicam fuisset approbata vel reprobata persona, neutri electorum ipsorum assumere licuit nomen & titulum prælibatum; cum nec interim Romanorum Reges existant, sed in Reges electi; nec sint habendi pro Regibus, nec Reges etiam nominandi.

Præfatur Pont. discordes in eligendo Rege Ro. principes extitisse.

Pōtificiæ fuisse sedis dirimere æquitate controuersiam.

Lud. regiū sibi nomē vi non iustitia asserere affectasse.

Non Regem sed electū in Regem fuisse.

Regni administratione contra fas inuasisse.

31 Idem etiam Ludouicus eodem præsumpto titulo non contentus; administrationem iurium regni & imperij prædictorum, in grauem Dei offensam & contemptum, ac manifestam iniuriam Romanæ ecclesiæ matris suæ, ad quam eiusdem vacationis imperij regimen, sicut & in præsentiarum vacat, pertinere dignoscitur; necnon & plurimorum scandalum, & rei turbationem & læsionem publicæ, ac suæ animæ detrimentum, prosilire, seque illi immiscere irreuerenter ac indebite præsumpsit hactenus & præsumit, exigendo & recipiendo sub præfato titulo regio fidelitatis in Alemanniæ & nonnullis Italiæ partibus, tam a personis ecclesiasticis quam secularibus vassallis imperij, per se & alios iuramenta; ac de dignitatibus, honoribus, & officijs ad eiusdem Romani regni seu imperij dispositionem spectantibus, pro suo libito disponere: sicut ijs proximis diebus de marchionatu Brandeburgensi, quem primogenito suo de facto publice contulit, ordinarat; nec non alia plurima exercendo, quæ ad eiusdem Romani regni & imperij regimen non est dubium pertinere. Eiusdem insuper ecclesiæ Romanæ hostibus, sicut Galeatio de Vicecomitibus & eius fratribus, quamuis sint de crimine hæresis a suis competentibus iudicibus, exigente iustitia, per definitiuam sententiam condemnati; & nonnullis alijs ecclesiæ præfatæ rebellibus se exhibere fautorem & defensorem contra dictam ecclesiam, prosequentem aduersus eosdem rebelles iura ipsius imperij & negotium fidei, in grauem diuinæ maiestatis iniuriam, contemptum eiusdem ecclesiæ, & animæ suæ perniciem, non est veritus, nec veretur.

Marchionatum Brandeburgen. filio contulisse.

Sensisse cum Galeatio hæresis crimine postulato ac perduellibus ecclesiæ.

32 Nos itaque tam temerarijs ausibus, ne mos tam perniciosus inualescat in posterum, obuiare ac; prout ad apostolatus nostri spectat officium, iustitiam sponsæ Christi in hac parte defendere; dictumq; Ludouicum a tam periculoso erroris deuio ad veritatis callem reducere cupientes; ac considerantes, quod ad eius præsentiam, ad proponendum coram eo præsentialiter per quæ posset & deberet retrahi a prædictis, nequaquam tutus patet accessus; quodque in præmissis formidatur, quod mora periculum, & dissimulatio damnum forent proculdubio allaturæ, ad prouidendum super præmissis excessibus & obuiandum eisdem, subscriptum modum de fratrum nostrorum consilio, ac ex certa scientia & de apostolicæ potestatis plenitudine eligentes; præfatum Ludouicum, præsente fidelium multitudine copiosa, præsentium tenore monemus eidem sub virtute sanctæ obedientiæ, ac excommunicationis pœna, quam ipsum, nisi cum effectu huiusmodi monitioni nostræ paruerit, incurrere volumus ipso facto; auctoritate apostolica nihilominus iniungentes, vt infra trium mensium spatium, a data præsentium computandum, quos ei de eorumdem fratrum consilio pro peremptorio termino assignamus, ab administratione, fautoria, & defensione prædictis prorsus abstineat ac desistat: administrationem ipsam per se, vel alium, seu alios non resumpturus vlterius, nisi tunc demum, cum, & si electionem suam huiusmodi, quæ de ipso dicitur celebrata, ac personam eiusdem per sedem Apostolicam approbari contigerit & admitti; quodque gesta per eum post præsumptum ab eo titulum memoratum circa præmissa, quatenus processere de facto (cum de iure non teneant, velut ab ipso cuius faciendi non competebat nec competit) attentata curet infra prædictum terminum, quantum patietur possibilitas, realiter reuocare, aperte

Monet Ludouicū vt a Galeatij patrocinio abstineat.

Et imperij administratione, donec a sede Apost. cōfirmatus sit.

Constitutum ad id trium mensium spatium.

per

num ea de causa pontificiũ imperiũ excussit a: Ceruia b a tyrãnis occupata, Spoletum a Perusinis obsidione oppugnatum c: Firmani, Auximani, & Fabrianenses in perduellione plura aduersus pontificiam auctoritatem facinora patrarunt d: quamquam exeunte anno Firmani, & Fabrianenses ad officium reuocati e: Bononienses quamuis pontificiarum essent partium, Romaniolæ imperium affectarunt f: Ferrarienses g, de quibus iterum inferius, cũ redituros ad obsequium prę se tulissent, cũ hostibus coniurarunt h. Afflixit alias Italiæ prouincias ciuilis discordiæ furor; Florentiæ enim ingentes tumultus concitati i, quos Castrucij Lucensium præfecti hostiles in eorum agros excursiones auxere l: Genua a Gibellinis exulibus tentata obsidione m, sed noctu a Roberti Regis præsidiarijs copijs in hostem irrumpentibus liberata, ac suburbana a ciuibus recuperata.

Plures vrbes a Io. Papa deficiuntur. Castruci⁹ Florentinos infestat. Genuæ obsidio soluta.

a Eod. lib. c. 196. b To. 3. ep. secr. pag. 341. 344. c Io. Vill. l. 9. c. 207. d To. 3. ep. secr. pag. 304. e To. 4. p. 1 ep. secr. pag. 9. & 10. f To. 4. p. 2. pag. 39. g To. 3. ep. secr. pag. 382. h To. 3. ep. secr. p. 382 i Io. Vill. l. 9. c. 214. & c. 219.

25 Præcipuus belli turbo Insubriam turbauit. Induxerat in animum Pontifex Galeatium Vicecomitem, quem hostem & hæresi contaminatum indicarat, a Matthæi patris impietate & astu non degenerem euertere; Regique Roberto imperialis legati dignitatem antea attributam asserere. Coniunxere n ad rem perficiendam cum Põtifice & Roberto Rege vires fœderati Guelphi, compluresque e Germania, qui accepto crucis symbolo aduersus ecclesiæ perduelles religiosam militiam erant professi, aduolarunt: qui vt libere commeare per ditionem Venetam possent, Pontifex a Ioanne Superantio id contendit o. Aucti hisce viribus Raimundus e Cardona Roberti copiarum dux, & Bertrandus Cardinalis A.S.L. plura aduersus Galeatium secunda prælia fecere. Dertona a Raimundo ad deditionem compulsa p Alexandria a legato Cardinale expugnata q. Henricus r Belga genere, Laudensi comitatu ab Henrico Imperatore donatus, cum pontificiæ potentiæ sustinendę impar esset, cum legato fœdus inijt: sed suspensa ex euentu illius fides ac lubrica postea apparuit, iterumq; ad põtificias partes redijt. Opizo e Lando prænobilis Placentinus, quem anno superiori Placentiam Vicecomitibus eripuisse, traduxisseque ad partes ecclesiæ vidimus, ineunte hoc anno vel exeunte superiori victoriam de hoste retulit. f

Bellum sacrum in Insubria aduersus Galeatiũ. Expugnatæ aliquot vrbes a pontificijs ducibus.

l Eod. lib. c. 220. m Ibid. c. 187. n To. 3 ep. secr. pag. 343. 360. 376. o Ibid. ep. secr. pag. 358. p Io. Vill. l. 9. c. 189. q Eod lib. c. 194. r Id. ib. f To. 3. ep. secr. pag. 354

26 Cumulauit eam victoriam altera t, inclinante februario, ad flumen Adduam de Mediolanensibus magno labore parta; cum initio hostis bello superior visus esset: neque ab eo triumpho adhuc menses duo effluxerant, cum Marcus Vicecomes Galeatij frater ad eiusdem fluminis ripam magna clade deletus est u, atque illius septemdecim signa capta. Collabente itaque sensim Galeatij potentia, eiusque viribus in dies accisis, Gibellini nobiles, qui Matthæo Vicecomiti adhæserant, atque vrbium præfecturas, imperio suo principe viduato contra apostolica edicta inuaserant, suæ potentiæ diffidere cœpere, atque ad res suas confirmandas ecclesiæ gratiam ambire. Inter eos Canis Scaliger, qui legatum pro imperio se Veronæ gesserat, ea lege a Pontifice in gratiam admissus, vt imperij vacantis administrationem ad Romanum Pontificem spectare publice agnosceret, seque censuris ecclesiasticis iuste deuinctum fuisse; eandem tamen præfecturam Romanæ ecclesiæ nomine gerere pergeret. Qua de re hæ ad legatum, vt fœdus perficeret, literæ a Ioanne datæ. x

t Io. Vill. l. 9. c. 190. Marcus Vicecomes magna clade profligatus. u Eod. lib. c. 198. Canis Scaliger ad eccl. partes se trãsferre meditatur. x To. 3. ep. secr. pag. 359.

27 *Cupientes sanctæ Romanæ ecclesiæ indeuotos, reducere ad deuotionem eiusdem discretioni tuæ per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus nobili viro Cani de Scala, qui post quondam Henrici Romanorum Imperatoris obitum in certis terris & ciuitatibus Lombardiæ pro vicario gerere in præiudicium præfatæ ecclesiæ, ad quam imperij prædicti regimen, ipso vacante, sicut & nunc vacat, pertinere dignoscitur, non expauit; propter quod ipse excommunicationis, & terræ, quæ reguntur per eum, interdicti per nos contra tales latas sententias incurrisse noscuntur; quique nunc saniori ductus consilio, velut deuotus filius ad ecclesiæ memoratæ redire gremium, sicut intelleximus, est paratus, absolutionis & relaxationis beneficium a prædictis sententijs auctoritate nostra studeas iuxta formam ecclesiæ, si præmissa fulciri veritate repereris, impartiri, &c. Dat. Auinione v. id. aprilis anno VII.*

A legato censuris absolui eũ iubet Pont.

Secutus Scaligeri fœderatus victoriæ cursum Passarinus a, qui Mantuæ dominatum vicarij nomine inuaserat; iisdemque legibus in ecclesiæ gratiam restitutus. Adducti eodem pontificiæ potentiæ terrore Atestini marchiones Raynaldus, Opizo, Bertoldus, & Nicolaus; cum ante grauioribus iniurijs ecclesiam affecissent, illique Ferrariam vi ac dolo eripuissent, in sedis Apostolicæ obsequium procubuere. Quibus Ioannes mox gremium paternum clementer explicuit, deditque legato partes b, vt ipsos ac Ferrarienses censurarum religione, & pœnis omnibus exolueret.

Passarin⁹ ab eccl. Rom. Mãtuan. vicariatum accepit. a Eod pag. 359 Atestini marchiones in eiusd. ecclesiæ gratiam admissi. b Eod. to. pag. 364.

28 Resiliere c mox a promissis (vt improbus fidei custos timor est) Atestini marchiones ad defectionem pellecti a Ludouico Bauaro d, qui missis oratoribus alios Gibellinos proceres ad partes suas traduxit e, & Galeatij ac Mediolanensium vt clientum imperij suscepto patrocinio, Pontificis Regisque Roberti conatus infringere aggressus est: Bertoldo etiam comite cum nonnullis alijs ad Cardinalem legatum, qui Placentiæ agebat, misso denuntiauit, ne imperij terras infestaret. Cui Bertrandus respondit, sui non esse consilij eas inuadere, sed interregni tempore ob discordem electionem celebratam tueri; seque non parum mirari, Ludouicum catholicum principem Galeatio hæreseos crimine postulato studere: tum institit, vt dicta chirographo principis corroborata sibi traderent. Cum oratores, veriti ne, si ea proderent, Ludouico hæretici hominis contra ecclesiam defensi nota aspergeretur, rem detrectarunt; veniaque errati postulata, abscessere. Non prætermisere tamen, quos potuere, ad Mediolanensium auxilium sollicitare f, suique principis partes augere. Perculit ea noua Gibellinorum coitio Pontificem; excitauitque Guelphos fœderatos, nec non Bononienses g, vt ad retundendas auxiliares copias, quę Mediolanensibus a marchionibus Atestinis, Scaligero, & Passarino submittendæ erant, impigre se compararent, vt attriti aduersarij ad obsequium procumberent.

Fidem violant. c Eod. to. pag. 383. Cum ijs & Gibellinis Lud. Bau. fœd⁹ init. d Eod. to. pag. 382. Galeatij & Mediol. patrocinium suscipit. e Io. Vill. l. 9. c. 195. Enata inter Lud. & Pont. discordia. Bertrandi legati ad Lud. oratores responsum. f Eod. l. 9. c. 212. g To. 3. ep. secr. pag. 382.

29 Fefellere Pontificem suæ spes: paucis enim ante diebus cum Raimundus e Cardona Mediolanum valida obsidione, promotis ad vrbem mense iunio castris, premeret h, Passarinus & Scaliger auxilia fessis Mediolanensibus attulere i; ademptaque est Galeatio specie tenus Mediolanensis præfectura, quam Bertoldus comes Ludouici Bauari nomine gessit l, vt non tam Galeatij quam publicæ rei & imperij causa defendi videretur: denique ob morbos, qui in castris grassa-

Gibellini Mediolano ferunt suppetias. h Io. Vill. l. 9. c. 211. i Eod. lib. c. 212. l Id.

sciant Osiliensi episcopo, atq; eius ecclesiæ decano & præposito partes iniunctas, vt ipsos cēsuris ecclesiasticis percellant. *Dat. Auin. 11. kal. septemb. anno VII.* Regis porro Gedennini literis dies in hunc modum adscripta est. *Dat. in castro nostro Vilna anno Domini MCCCXXIII. dominica proxima post festum beati Michaelis.* De Gedennini Regis conuersione agitata iterum sequenti anno nobis agendum erit. Nunc reliquas septentrionales res prosequamur.

Fumatiani Ethnici in Norvvegos barbariē exercent.

21 In Norvvegiæ limite nonnulli populi, quibus Fumar nomen est, dæmonum seruituti irretiti, Christianæ pietatis odio in eum furorem prorupere, vt in Norvvegiam excurrentes, ferinam barbariem in fideles exercuerint. Quo tristi nuntio ad sedem Apostolicam allato, Ioannes tuendæ religionis, propagandæque latius zelo Norvvegos incitauit, vt in arma ad excindendam impietatem consurgerent; ac præmia indulgentiarum crucis signa secuturis, vel ære aut opera sacrum bellum promoturis contulit [a].

a An. 7. p. 1. ep. com. 425.

Vniuersis Christi fidelibus per regnum Norvvegiæ constitutis.

Pontifex Christianos in ipsos concitat.

Fide digna multorum relatio ad apostolatus nostri deduxit auditum, quod quidam pagani dicti Fumar, crucis hostes, & inimici nominis Christiani maximas strages & depopulationes in Christianos illarum partium exercuerunt hactenus; & quoties eorum nequitiæ deseruit iniquitas, exercere præsumunt, quærentes si possent partes illas aquilonares, ab olim diuina gratia regeneratas vnda baptismatis, ad perfidiæ reducere cœcitatem; & exinde delere Christianum nomen & cultum, si eorum feritas, quod auertat Altissimus, fidelium viribus præualeret. Ne igitur messis dominica, quæ in partibus illis coaluit in fructus multiplicium fidelium populorum, ab eisdem paganis, gentilitatis horrore hispidis tenebris cœcitatis obductis, immaniter opprimatur; cum ad magnum pudorem redundaret fidelium, si terra iam fundata & radicata in lumine veritatis, per blasphemos nominis Christi dispendijs non solum temporalibus, sed etiam spiritualibus subiaceret; quinimo Christi fideles certo salutis illecti stipendio, ad obsistendum paganis eisdem & defendendum partes illas, quas fideles inhabitant, aduersus eorundem nequitiam perfidorum fortius accēdantur; omnibus vere pœnitentibus & confessis, quos in tuitione patriæ contra illarum partium infideles se viriliter opponentes, mori contigerit, illam remissionem omnium concedimus peccatorum, quæ concedi per sedem Apostolicam in terræ sanctæ subsidium transfretantibus consueuit. *Dat. Auin. IV. idus februarij anno VII.*

Correptu ris sacra arma indulgētias impertitur.

Christophor. Dā. Rex & Henr. Magnopolen princ. de arce Rostok contendunt.

22 Vt Norvvegos ad sacrum bellum aduersus infideles concitauit Ioannes, ita ad fideles a mutuo sibi bello inferendo abducendos operam contulit. Non leues illius causæ inter Christophorum Daniæ Regem atque Henricum principem Megalopolensem erant exortæ: Henricus enim negabat ditionem, cui Rostok nomen est, ad Danicum sceptrum spectantem, eiusque fidei ab Erico Rege Christophori fratre commendatam, restituere: cumque res ad arma vergeret, Pontifex nonnullis ecclesiasticis viris prouinciam imposuit [b], vt Megalopolensi principi, causa cognita, censurarum religionem incuterent.

b Ib. ep. 432.

Venerabili fratri nostro episcopo Ripensi, & dilectis filijs præposito Slesvvicensis ac archidiacono Roskildensis ecclesiarum.

Querelam charissimi in Christo filij nostri Christophori Regis Daciæ illustris recepimus, cōtinentem quod dudum claræ memoriæ Ericus Rex Daciæ frater eius, de fidelitate nobilis viri Henrici domini Magnopolensis Raseburgensis diœcesis plene confidens, terram Rostok, quæ a longis retro temporibus, quorum in contrarium memoria non existit, Regibus Daciæ, qui fuerunt pro tempore, dicitur fuisse subiecta; quamque dictus Ericus Rex, dum vixit, diutius in pace possederat, & tunc etiam pacifice possidebat; eidem nobili bona fide commisit, custodiendam per eum, & restituendam dicto Erico Regi, vel heredi & successori suo, cum super hoc existeret requisitus. Verum eodem Erico Rege, priusquam sibi dicta terra restituta fuisset, naturæ debitum persoluente, quamuis præfatus Christophorus Rex, frater & vniuersalis hæres ipsius, eundem nobilem requisierit, vt sibi, prout tenebatur, terram restitueret memoratam; idem tamen nobilis nullo iure suffultus, sed causam possessionis terræ prædictæ sicut asseritur interuertens, dictam terram eidem Christophoro Regi restituere contradicit, eamque violenter detinet occupatam, in diuinæ maiestatis offensam, propriæ salutis & famæ dispendium, & eiusdem Christophori Regis præiudiciū & grauamen: propter quod idem Rex nostrum & Apostolicæ sedis remedium super his humiliter implorauit. Volentes igitur indemnitati Regis eiusdem, & ipsius nobilis animę periculo in hac parte de opportuno remedio prouidere, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, &c.] Imponit ijs prouinciam, vt sine forensi strepitu indagata explorataque rei gestæ veritate, pontificio nomine Henricum Megalopolensem ad restituendam Christophoro Regi, quam iniuste occupat, ditionem adducant, ac si monitis auersas aures præbeat, censuris percellant; ijsque etiam testes feriant, si odio vel metu se subduxerint. *Dat. Auin. kal. februarij anno VII.*

Custodiē dam ab Erico Re ge Henricus acceperat.

Negabat contra fas successori restituere.

De iniuria sibi illata questus est apud Pont. Rex

Ripensi episcopo in Henricum cen̄suras distringendi prouincia data.

Guecelo ecclesiæ Feltriēsis iura inuadit.

23 Distringenda pontificiarum censurarum seueritas maiori terrore fuit in atrociori longe facinore aduersus Guecelonem Caminensem, quem impietas & ambitio aduersus Manfredum Feltrensem episcopum efferauit: cum enim Guecelo Feltriæ Beluniq; & aliarum arcium, quas eripuerat ecclesiæ, tyrannide deiectus esset, fictam amicitiam cum episcopo, adhibito interprete Henrico Goritiæ comite, coluit: deinde colloquij specie in insidias pellectum, subornatis sicarijs contrucidauit, ac manus impias eius sanguine imbuit. Illum itaque, cæterosque parricidas Pontifex anathemate defigi iussit [a], & agris priuauit, quos ab ecclesia iure fiduciario acceperat. Haud diu superfuit Guecelo sceleri, cum proximo anno perijsse referat Cortusiorum historia [b]. Quod ad Goritiæ comitem, quem inter Guecelonem & Manfredum pacem simulatam iunxisse memoraui; illum hoc anno veneno Taruisij inter nuptiales epulas extinctum, scribit Ioannes Villanus [c]; cuius facinoris infamiam adhæsisse ait Cani Scaligero hosti infensissimo, qui a Goritiæ comite in obsidione Patauina profligatus fuerat. Addit auctor Patauinos inter se conciliatos [d].

a An. 7. p. 2. ep. com. 1384.
b Cortus. hist. l. 3. c. 23.
c lo. Vill. l. 9. c. 199.
d Ead. l. c. 191.

Goritiæ comes Iar tis; inter nupt. epulas veneno sublatus.

Patauini inter se conciliati.

24 Iactata est reliqua Italia superiorum bellorum ciuilium turbine: In ditione quidem pontificia ex Ioannis in secessu Auenionensi mora, crebræ populorum defectiones, cum a transalpinis præfectis se premi indignarentur. Vrbinum

Crebri in ditione Pont. tumultus.

Lithuan. & Ruthē. Rex ad fidem in speciē conuersus.

a To. 4. p. 2. ep. secr. pag. 12.

ge; gremium ecclesiæ inire meditante, publica lætitia alia ingenti, nimirum Lithuaniæ & Ruthenorum Regis Gedeminni, a dæmonum insana superstitione ad diuini Numinis cultum conuersionis spe, quam Regi Francorum Pontifex hisce verbis significauit a: *Gedennen, qui se Regem Lethouiæ & Ruthenorum intitulat, nobis nuper per suas literas intimauit, se desiderare intense cum suis regnicolis sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ subiacere vnitati; supplicans a nobis legatos sibi, qui eum ad fidem orthodoxam admittant, & in ea salubriter instruant, destinari: super quibus per nuncios nostros plenius informari poterit regia celsitudo. Dat. Auin. VII. id nouemb. anno VIII.*

Pactum inter ipsū & Cruciferos equites fœdus.

b An. 8. p. 2. ep. com. 1893.

20 Attulit pacē Liuoniæ & Prussiæ illius conuersionis specimen, cum pro fidei amplificatione religiosi equites infideles lacesserent, vel ab ijs bello peterentur: fœdusque Vilnæ hoc anno die dominico post euolutum D. Michaeli sacrum diem compositum est, atque anno sequenti a Romano Pontifice confirmatum: quo argumento subiectæ literæ datæ ad Pruthenos equites b, cum quibus pacem Gedeminnus confecerat.

Dilectis filijs magistro, præceptoribus, & fratribus S. Mariæ Theutonicorum Ierosolymitan. per Alamaniam, Liuoniam, Prussiam, & partes circumiacentes constitutis.

Gratulatorię ad eosd. religiosos equites de Regis eiusdem conuersione lit.

Gratias agimus domino Deo nostro, qui per altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ suæ omnem creaturarum superans intellectum, secundum ordinatissimam dispositionem suam ad saluandas animas vias præbens & præparans salutares, magnifici viri Gedeuunne Regis Letvvinorum direxit votum, & preparauit affectum: vt, qui iamdudum extitit in paganitatis deuio constitutus, sicut laudabilibus ostenditur indicijs, ad veritatem conuerti desiderat fidei orthodoxę, & professionis doctrinæ catholicæ, & moribus imbui Christianis. Hoc namque per literas, hoc per nuntios suos, quos ad sedem Apostolicam propter hoc specialiter destinauit, nobis & fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus patefecit; pia & instanti deuotarum precum adiectione deposcens, vt ad eum & terras suas nuntios nostros, Deum timentes, in lege Domini eruditos, specialiter mitteremus; quorum salutaribus doctrinis cognitione veræ fidei illustratus, ipse cum alijs ad fidem venire cupientibus Christianum sacrum susciperet baptismatis sacramentum. Quas preces cum summo gaudio summaque lætitia amplectentes, ac eas, cum eius conuersio possit, superna auxiliante gratia, innumeras illarum partium gentes infidelitatis tenebris inuolutas ad fidem pertrahere orthodoxam, iucundis desiderijs admittentes; venerabilem fratrem nostrum

Missi a Pont. legati ad Lithuanos Christiana fide erudiendos.

Bartholomæum episc. Electen. & dilectum filium Bernardum abbatem monasterij S. Theofredi Aniciensis diœcesis, magni consilij magnæque experientiæ viros, decretorum doctores, & in sacra pagina eruditos, ac etiam pro ampliatione * intrepidis & spontaneis animis laborantes, ad dictum Regem & partes illas de dictorum fratrum consilio duximus destinandos; sperantes per gratiæ cælestis auxilium & incrementum, ac opportunum ministerium eorundem eiusdem Regis & aliorum conuertendorum ad fidem dominicis horreis vberem segetem inferendam.

* fidei

De Gedēmini Regis ad Rigensem legatione.

Post hæc dilecti filij aduocatus, consules, & vniuersitates ciuitatis Rigensis per eorum literas & nuncios speciales nobis & eisdem fratribus intimarunt, quod Rex idem sparsim in se rorem supernæ gratiæ per bonarum operationum incrementa multiplicans; nec solum fide cupiens imbui Christiana, sed & ipsam desiderans exhibitione bonorum operum demonstrare; tam vos quam nonnullos ecclesiarum prælatos & religiosos, ac principes & nobiles & vniuersitates illarum partium catholicæ fidei professores, per suas literas requisiuit, vt ad eum speciales nuntios mitteretis, cum quibus ipse desiderabat pacem bonam & firmam perpetuis tenendam temporibus tractare pariter & firmare: propter quod dilecti filij nobiles viri vniuersi dictarum terrarum Liuoniæ, & Escouiæ in festo B. Laurentij anni proximi præteriti certo loco vna cum aliquibus ex vobis colloquendi gratia conuenerunt ad inuestigandum & perscrutandum veritatis formulam, vt eorum verbis vtamur, de literis, quas idem Rex versus Theotoniam ad vos & prædictos nobiles destinarat: in qua collocutione, placitis hinc inde consilijs habitis, tandem concorditer & vnanimiter mittere idoneos & solemnes nuncios, quemadmodum dictus Rex petierat, cum pleno mandato faciendi omnia, quæ Christianitati dictarum partium expedirent, ad ipsius Regis præsentiam decreuerunt.

Concordia cum ijs mutua firmata.

Accedentibus ergo tam dictorum prælatorum & nobilium & eiusdem vniuersitatis Rigensis, quam nostris nuncijs ad præsentiam Regis eiusdem, ijdem nuntij ab eo, sicut ex eiusdem vniuersitatis insinuatione percepimus, honorifice fuere recepti, & splendide pertractati: dictique nuncij literas suas, tam nobis quam eisdem dominis eorum directas, ostenderunt eidem. Quibus visis & auditis idem Rex suo sigillo recognouit; & confessus est omnes articulos in eisdem literis comprehensos de cordis sui conscientia processisse: adijciens quod quando legati, quorum quotidie præstolabatur aduentum, ad eum peruenerint (id quod omnipotens Deus nouit, & in suo corde firmauerat) illico satageret effectui mancipare; subiungens se a suis progenitoribus in sua pueritia audiuisse, quod Romanus Pontifex erat pater & dominus omnium suorum; post quem archiepiscopi & episcopi in orbe præeminent potestate; inferens eisdem nuntijs, quod loquerentur de pace hinc inde firmanda, qua mediante, & Dei suffragante clementia, omne bonum inter eum & Christianitatem illarum partium poterat ordinari.

Vt Rex professus sit, se in pueritia accepisse, Romanū Pont. esse patrem omnium Christiā.

Verum ijdem nuntij, necessitate & vtilitate Christianitatis attenta, cum ipso Rege & suis pacis fœdera inierunt pro cunctis hominibus Christianis, prout ineundi & faciendi pacem huiusmodi plenam habebant ab eorundem dominis facultatem: quam quidem pacem tam Rex & sui, quam vestri & alij nuncij supradicti obseruare inuiolabiliter iurarunt, prout in literis inde confectis, & theutonice scriptis, sigillis prædictorum Regis & nunciorum communitis, & quarum tenores, de Theutonico in Latinum trāslatos, nobisque transmissos, de verbo ad verbum præsentibus inserere fecimus, plenius cōtinetur, &c.] Subdit, pacis initæ conceptam formulam Latinis verbis traductam, a se perlectam auctoritate apostolica corroborari, quam inferius literis suis inserit; mixtisque precibus imperijs, crucigeros equites hortatur, vt contractum fœdus religiosissime colant, ex quo diuina gloria efflorescere, amplificari religio, ipsorum augeri decus debeat; seque veros fidei pugiles atque athletas strenuos ostendant. Quod si forte violarint,

Fœderis leges a Pont. confirmatæ.

& Ioannem Dominici ordinis fratrum Prædicatorum lectorem fratrum conuentus Narbonensis dicti ordinis, tanquam pacis angelos & pacificos Christi discipulos, non gaudentes in vanitate verborum, neque sapientiæ Dei mundanam sapientiam præferentes; viros vtique in lege Domini plenius eruditos, ad tuam præsentiam destinamus, vt ipsi in solido litore fidei consistentes te, clerum, nobiles, & populum dicti regni velut de naufragio erutos tuto sinu recipiant; & tanquam tabula de tranquilli sali fluctibus in portum veræ salutis adducant. Et quia fidei primum est & solidum fundamentum, sine qua impossibile est placere Deo, professionem fidei, quam tenemus; quam a te, clero, nobilibus, & populo dicti regni exigimus, vt eandem tu & ipsi profiteri & Seruitæ, si ad nostram & eiusdem ecclesiæ, vt desideramus vnitatem redire velitis, vobis verbis explicitis & apertis tenore præsentium explicamus. Et quidem credimus S. Trinitatem, &c. [Eadem est fidei formula a, quæ Palæologo Imperatori a Clemente IV. & ad Armenos aliosque a Ioanne transmissa fuit vsque ad ea verba, Semper salua. His addit Ioannes.]

Orthodoxæ fidei formam proponit.

a Ext. in Annal. to. 14. ann. 1267. nu. 75 ad 79. & to. 15. an. 1318. n. 10.

17 Ideoque excellentiam tuam monemus & rogamus attente, ac in domino Iesu Christo per aspersionem sui pretiosi sanguinis obsecramus, quatenus diligenter attendens, quantum tibi crescet ad meritum, quantum succedet ad gloriam, si vna cum omnibus dicti regni ad vnitatem eiusdem ecclesiæ & caulam dominicam reducaris; sic studeas habilitare maternam, sic tuam tuorumque mentem disponere, quod ad requisitionem nunciorum, quos præsentialiter mittimus, te ac prædictis clero, nobilibus, & populo præscripram humiliter suscipientibus & profitentibus fidei veritatem, regnum prædictum in eiusdem fidei solido fundamento fundetur, tuque merito charissimus & acceptione intimus efficiaris ecclesiæ filius, & inter alios catholicos ecclesiæ principes læteris & gaudeas nomine Christiano; regnumque prædictum in firma petra apostolicæ ecclesiæ solidatum, contra omnes temporum turbines & incursus infidelium nationum inconuulsam recipiat indeficientis roboris firmitatem.

Hortatur Orosium Ioannes ad cœpta egregie perducenda.

Cæterum gratum geremus plurimum & acceptum, & ex nunc ad id nostrum exhibemus assensum, quod postquam eiusdem professionem fidei & recognitionem primatus Romanæ ecclesiæ iuxta formam contentam præsentibus duxeris faciendas, inter te & prædictam natam eiusdem principis legitimum matrimonium contrahatur; ex quo profecto tibi & filijs tuis, quos actore Deo ex copula sic honorabilis thori suscipies, fortitudo, securitas, atque robur contra quoscumque impugnantes inimicos pro præsentibus temporibus & futuris prouenient; multorumque Regum & principum propter huiusmodi parentelam, in te tuisque posteris famosa & potenti, vallaberis firmitate. *Dat. Auin. 11. id iunij anno* VII. Eodem argumento ad Bertrandum archiepiscopum ac socios literas dedit b, quibus apocrysiariorum pontificiorum munus demandauit, ac strenuam in ijs ad Romanam ecclesiam traducendis nauare operam iussit; & post descriptam eandem conceptis verbis fidei formulam, quam Regi transmiserat, adijcit.

Permittit Orosio Pont. vt post editã fidei professionem Blancam principis Tarent. filiam ducat vxorẽ

b Tom. 3. ep. secr. pag. 164.

Data legatis Seruios in gremiũ ecclesiæ admittendi auctoritas.

Ioannes, &c. discretioni vestræ præsentium tenore committimus, quatenus ad partes illas vos absque tarditate moræ personaliter conferentes; ac secundum datam vobis a Deo prudentiam procedentes, Regem, clerum, nobiles, & populum memoratos ad eiusdem fidei orthodoxæ professionem, & ad acceptandum vel recipiendum ipsius ecclesiæ Romanæ primatum iuxta præscriptam formam, idoneis securitatibus & cautelis adhibitis, admittatis: ita quod, si diuina gratia Regis, cleri, nobilium, & populi prædictorum mentis aciem illustrabit, idem Rex ac prælati, clerus, nobiles, & populus dicti regni, in parlamento publico congregati, eandem fidei veritatem & primatum Romanæ ecclesiæ, iuxta præscriptam seriem plene ac serioso lectam & expositam, fideliter, explicite, ac aperte hoc modo recognoscant & profiteantur præstito iuramento.

18 *Ego Orosius Rex Seruiæ suprascriptam fidei veritatem, prout plene lecta est & fideliter exposita, veram, sanctam, catholicam, & orthodoxam fidem esse cognosco: eam accepto, & corde ac ore profiteor; ipsamque, prout ea veraciter tenet, fideliter docet, & prædicat sacrosancta Romana ecclesia, me inuiolabiliter seruaturum, & in ea omni tempore perseueraturum; nec ab ea vllo vnquam tempore recessurum, nec quoquomodo deuiaturum, vel discrepaturum promitto. Primatum quoque ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, prout in præmissa serie continetur, ad ipsius ecclesiæ obedientiam sponte veniens, fateor, recognosco, accepto, ac sponte suscipio: & me omnia præmissa tam circa fidei veritatem, quam circa eiusdem ecclesiæ Romanæ primatum, & ipsorum recognitionem, acceptationem, susceptionem, obseruantiam, ac perseuerantiam seruaturum, præstito corporaliter iuramento, promitto & confirmo. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta euangelia. Huic autem scripto, de mea recognitione, acceptatione, professione, susceptione, promissione, ac iuramenti præstatione sponte mea facto, lecto, & perlecto, sponte subscripsi & sigillum apponi feci.*

Præscripta exigẽdi ab Orosio facramenti formula.

Porro a prælatis prædicta & alia exigetis, videlicet vt manualem, vobis recipientibus nomine eiusdem Rom. ecclesiæ, obedientiam & reuerentiam exhibeant; & se ab illa nullo vnquam tempore recessuros, præstito iuramento promittant: & nihilominus in eorum promissione veniat, quod nec contra suam professionem aliquid publice prædicare, aut occulte suadere præsumant. De huiusmodi autem professionibus fiant publica instrumenta, multiplicanda in varia omnino similia, vt aliqua penes vos retinere, nonnulla possitis deponere, & alia per diuersos nuntios propter inopinatos casuum fortuitorum euentus ad sedem ipsam, vt in eius conseruentur archiuio, cum cautela & diligentia omnimoda remittatis, &c. *Dat. Auin. 11. id. iunij anno* VII. Instruxit etiam ea legatos auctoritate Ioannes, vt Regem Orosium, impuro thoro procreatum ad gerendos regios honores natalium dignitate donarent: *Discretioni*, inquit, *vestræ præsentium tenore committimus & mandamus, quatenus cum dicto Rege, quem sicut accepimus quondam Orosius Seruiæ Rex pater eius coniugatus genuit de soluta; vt huiusmodi non obstante defectu libere ad quemlibet honorem seu dignitatem, serenitati regiæ congruentem, & quoslibet actus legitimos admittatur; & quod filij sui legitimi sibi in dominio & honore succedant, auctoritate apostolica, qua in hac parte vos fungi volumus, & de apostolicæ plenitudine potestatis dispensetis.*

Quæ a prælatis iuramenta exigenda.

Iustorum natalium dignitate ornare Orosium iubentur.

19 Cumulata est illa de Orosio Seruiæ Rege

ret; censuitque Henricum Regem præstiri sacramenti religione solutum nouas cum Armenis fœderis leges sine periurij labe conficere posse. Denique ipsum est adhortatus a, vt patriarchæ & Paphensis episcopi consilijs obsequeretur. Nec modo cum Armenis, sed etiam cum Rhodijs equitibus b ac Genuensibus c alias controuersias exercebat: quarum conciliandarum prouincia ijsdem patriarchæ & episcopo a Pontifice demandata est.

a To. 3. ep. secr. pag. 271.

Alias Cypriorum cum Hospitalarijs & Genuē. controu. studet cō ponere Pont.

b Ead. pag & an. 7. p. 1 ep. cur. 22.

c To. 3. ep. secr. pag. 271. & an 7. p. 1. ep. cur. 21.

Sumpsisse hoc anno diuinum Numen iustum de Genuensibus, qui conflata decem triremium classe in mari piraticam exercebant, ac nulla æqui & iniqui habita ratione Christianos & infideles spoliabant, supplicium refert Joannes Villanus d. Onusti itaque amplissimis spolijs & opibus, cum se ad satrapam Turcarum Cerabi Sypontinum vt amicum contulissent, barbarus, ipsos dolo intercipere ac prædatores diripere meditatus, omni officiorum genere in terram pellexit: cumque ij splendido & opiparo conuiuio accumberent, suos extemplo in illos irruere iussit. Cæsi itaque vel seruituti mancipati, tresque tantummodo ex dicto triremium numero barbarorum manus in eo tumultu effugere. De ijs mentionem facit S. Antoninus e, atque illud diuinum oraculum in eos intorquet: *Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis?* Quod porro ad Turcas attinet; infestabant adeo maria orientalia, vt tutus Christianis accessus non pateret: quæ res Venetos adduxit, vt conflata validissima classe ea purgarent maria, quorum Turcæ imperium, occupatis insulis, inuaserant atque ad Rhodum ipsam excurrebant. At de religiosa alia in Turcas expeditione dicetur inferius: nunc ad Seruios schisma exuere præ se ferentes sermonem traducimus.

Genuenses pyraticam exercent.

d Io. Vill. l. 9. c. 217.

Iusto Dei iudicio a Turcis capti vel cæsi.

e Ant. 3. p. tit. 22. c. 5. §. 9.

Veneti Turcas mari debellant.

14 Aggregauit f se hoc anno Romanæ ecclesiæ Orosius Seruiæ Rex, ac veteris Græcorum schismatis damnandi desiderium explicuit: quem felicem nuntium sedi Apostolicæ primus attulit Philippus Tarentinus princeps, cuius filiam Blancam Orosius vxorem deposcebat, armaque & regni vires Philippo ad recuperandum Constantinopolitanum imperium offerebat. At Philippus, vtpote singulari studio ecclesiæ addictissimus, antequam affinitatem cum Orosio contraheret, Christi vicarium consuluit; cui a Ioanne redditum hoc responsum: ***Valde gratum & placidum gerimus, si alias de tua voluntate processerit matrimonium memoratum, dum tamen, prout ex ipsorum nunciorum tuorum narratione latanter accepimus, præfatus Rex vna cum clero, nobilibus, & populo regni sui schismatica prauitatis detersa rubigine solidetur, vt supere dicitur, in firma petra catholica fidei, & integretur orthodoxa matris ecclesiæ vnitati, aliaque compleat, quæ tua magnitudini pro faciliori acquisitione Constantinopolitani imperij obtulit, sicut habet nuntiorum assertio præfatorum.***

Seruiæ Rex ad Rom. eccl coniunctionem redit.

f To. 3. ep. secr. pag. 266.

15 Conuenit mox apostolicum zelum Pontifex ad Seruiorum cum Romana ecclesia coniunctionem perficiendam: cumque Orosius memoratum Philippum rogasset, vt qua pollebat apud sedem Apostolicam gratia & auctoritate, nuntios apostolicos in Seruiam legandos curaret, qui obnoxios sibi populos fide catholica erudirent; Pontifex id munus contulit Bertrando Brundusino archiepiscopo, Bernardo e Parma canonico Aduersano, & Ioanni Dominici ordinis Prædicatorum theologo, quos ad Philippum Tarentinum, Ioannem Achaiæ principes, & Carolum Calabriæ ducem Siculi sceptri heredem misit a, vt ipsum ad rem præclare gerendam consilijs instruerent. Orosio vero Regi paratos venienti paternos amplexus significauit, fideique orthodoxæ formam, quam ipse ac Seruij essent professuri, proposuit b.

Missi a Pont. pro conciliandis ecclesiæ Seruijs oratores.

a Ead. pag 266.

b Ib. pag. 263.

Ioannes, &c. magnifico viro Orosio Regi Seruia illustri gratiam in præsenti, qua perducat ad gloriam in futuro.

Nuper dilectus filius nobilis vir Philippus princeps Tarentinus, claræ memoriæ Caroli Regis Siciliæ filius, per gratos suarum literarum affatus & specialem nuncium nostro apostolatui reserauit, quod Deo patre luminum ad veræ religionis zelum prius præparante tuæ mentis affectum, eidem principi per litteras & nuntios expressisti, quod dilectæ in Christo filiæ nobili mulieri .. natæ ipsius coniungi desideras fœdere coniugali; & quod abiurata & dimissa erroris schismatici vetustate, cum clero & nobilibus, totoque populo regni Seruiæ, sacrosanctæ ecclesiæ catholicæ corpori redintegrari, & ad vnitatem veræ fidei orthodoxæ reduci, ac religionem eiusdem fidei, veramq; doctrinam Patris & Filij & Spiritus sancti, quam tenet, docet, & prædicat sancta Romana vniuersalis ecclesia, deuotis & pijs mentibus profiteri, ac inconcusse & inuiolabiliter desideras custodire; vt sub pastore apostolico, cui Pastor ille cœlestis in persona B. Petri Apostolorum principis pascendas oues post suam resurrectionem commisit, non extra sed intra ouile dominicum doctrinis salutaribus imbuaris; ab eodem principe, per literas & nuncios deposcendo, vt per suæ intercessionis instantiam obtineret ad tuam præsentiam a nobis apocrysiarios destinari in veritate catholicæ fidei eruditos, qui velut pacis angeli te, dictosque clerum, nobiles, & populum salutari doctrina eiusdem fidei informarent.

Gratulatur Orosio Pont di uino Numine fuisse colluſtratum.

Doctrinã Rom. ecclesiæ circa Trinit. velle amplecti.

16 O quam gratum nostris id occurrit affectibus! Quam acceptum cum gaudio exultationis ingentis, quod tam nobilis ouis, a caula dominicæ pascuæ segregata, cū clero, & populo dicti regni apostolici pastoris directa vehiculo ad ouile dominicum & vnitatem eiusdem ecclesiæ reuehatur! Hoc est enim quod totis visceribus, quod etiam in ipsis missarum solemnibus a Domino petimus incessanter, vt videlicet sacrosanctam ecclesiam vnicam sponsam suam toto orbe terrarum adunare dignetur; vt eadem ecclesia, seruans in membris suis omnibus vnitatem, per fœcunditatis augmentum in multitudine latius extendatur, & dominica luce perfusa per orbem totum radios suos protendat: vt ijdem radij seruentur in corpore, rami eius ab arbore non cædantur, nec ipsius riui præcidantur a fonte: vt sic, eiusdem ecclesiæ vnitate integraliter conseruata, vnum sit corpus eius, nullam membrorum suorum patiens sectionem; vna origo & vna mater fœcunditatis successibus copiosa, quæ fideles Deo seruet, & filios regno, quos generauit, assignet.

Ex eo nūtio ingēti delibutus lætitia Pont.

Ecce igitur, deuotione tua huiusmodi patefacta, commota sunt viscera paternæ pietatis in filios; & velut perfusi ingentibus gaudijs super drachma perdita reinuenta, & pro errantibus ouibus ad gregem dominicum reducendis, veri pijque pastoris officium exequi cupientes, libenter annuimus postularis; ac iuxta vota tua nobis exposita venerabilem fratrem nostrum Bertrandum archiepiscopum Brundusinum, & magistrum Bernardum de Parma canonicum Aduersanum, & Ioan-

Pro coniūctione perficienda legatos mittit.

difficile nimis nobis. Nunquid non, & si hoc posset fieri, exequi impossibile videretur? Proculdubio nobis & prædictis nostris fratribus sic videtur, &c. Addit ad sustinendos bellicos sumptus, quæ ex decimis, piorum eleemosynis pro indulgentijs comparandis collatis, legatisque a fidelibus relictis Regi expeditionem ducturo tribuentur, tanta esse, vt nulli vnquam principi maiora sint oblata: nec reuocandum in dubium, vt si dictarum copiarum numerum conscripserit, tot ex omnibus regnis prouincijsque equites peditesque ad ipsius signa conuolaturos, suisque se sumptibus sustentaturos, vt plures forte, quam opus sit, concursuri videantur. *Dat. Auin. VII. id. sep. anno VIII.*

Consilia ea omnia euanuere. Reuersi a Rege nuntij apostolici, iterum mense nouembri ad eum sunt dimissi [a], pluraque agitata consilia; quæ omnia demum euanuere. Publica quidem pax, quæ omnino ad rem perducendam erat necessaria, turbari cœpta: in Belgio [b] enim concitati populares motus, ac de principatu etiam inter Ludouicum comitem & Robertum patruum disceptatum in aula Gallica: verum in gratiam Ludouici ex legibus initi cum Roberto comite fœderis, de quo suo loco a nobis dictum est, lata sententia [c]. Exortæ etiam hoc anno Gallos inter & Anglos noui belli causæ [d], cum Eduardus Aquitaniam Gallo Regi acceptum ritu solemni referre detrectasset.

a To. 4. p. 2 ep. secr. pag. 51. 52. 53. 54. 55. 56. Discordiæ ciuiles in Belgio. b Io. Vill. l. 9. c. 221. Meyer. in Lud. hist. Flan. c Vill. eod. l. c. 184. Meyer. in Lud. Niu. d Vvalsin. in Eduar. II.

12 Explicuit vero in bello Armeno egregiam operam Henricus Cypri Rex [e], ac rem Christianam, immissa aduersus Saracenos valida classe, egregie iuuit, pluresque Armenos ab extremo exitio hostiumque seruitute vindicauit: quam ob rem laudibus ipsum extulit Pontifex, hortatusque est, vt ad præclare gesta prouehenda incumberet. Cæterum grauiores in Henricum iras concepit soldanus Babylonius [f], ac superbe minas in eundem Regem effudit, arma se ad excindendam Cyprum conuersurum. Ad quam defendendam Pontifex, ea de re certior factus, sexennales sacerdotiorum Cypri decumas in bello sacro collocandas aduersus Saracenos Cypro Armeniaue propulsandos attribuit [g], præmiaque indulgentiarum prælium in tam iusta causa inituris adiecit [h]: tum Regem ad conciliandam sibi optimis operibus diuinam misericordiam, quæ Cypriorum lacessita criminibus erat, excitauit [i].

Henrici Cyp. Regis in Armeno bello egregia opera. Soldanus iras in eū vertere meditatur. e To. 3. ep. secr. pag. 276. f Ib. pag. 269. g Ib. pag. 270. h Ib. pag. 273. i Ib. pag. 269.

Ioannes, &c. charissimo in Christo filio Henrico Regi Cypri illustri.

Displicenter audiuimus rugitus damnabiles horribilis bestiæ, nefandissimi videlicet soldani Babylonici, hostis Christianitatis infesti, qui contra te, fili charissime, ex misericorditer impensis pro Armenis his diebus subsidijs plus solito dicitur irritatus, minasque graues arroganter tibi propterea intulisse. Profecto, fili charissime, dummodo viæ tuæ, populique tui Domino exercituum sint acceptæ, illius perditionis filij, qui venundatus est, vt faciat malum, minas non expedit nimium formidari: sed quanto se contra factorem suum plus erigit & extollit, quantoque in membris suis acrius ipsum disponit persequi, tanto debet eius ruina vicinior fiducialiter præstolari: si autem sibi tuæ tuorumque subditorum semitæ sunt infestæ, nisi ipsas per cordis contritionem, confessionem oris, ac satisfactionem operis duxeritis corrigendas, est ex præteritis multipliciter formidandum, quod vltionum Dominus per infideles huiusmodi de vobis disposuerit se vlcisci.

Regem ad monet Pont. vt diuinā sibi misericordiam conciliet.

Quocirca serenitatem regiam monemus, rogamus, & hortamur attente, quatenus tu & tui subditi vias vestras studeatis cum omni diligentia perscrutari: & si qua inueneritis, quæ diuinæ possint oculos offendere maiestatis, ipsum placare, quantum in vobis fuerit, studeatis cernui remedijs opportunis; vt sic conuertere dignetur in misericordiam, quod forsitan disposuerat ad vindictam. Et quia per eos, qui Christi redempti sanguine ipsum, qui pro nostra redemptione crucifigi & subire tormenta voluit, quantum in eis est, iterum crucifigere molientes, in diuinæ maiestatis opprobrium, animarum suarum periculum, & orthodoxæ fidei detrimentum crucis blasphemis subsidia, cum quibus impugnant Christicolas, ministrare præsumunt, Rex ipse cælestis merito prouocatur acrius ad iracundiam & vindictam, &c.] Grauissime admonet, vt eorum auaritiam ardentem comprimat, qui arma inuehunt Saracenis, quibus ipsi postea Christianos opprimunt. *Datum Auinioni v. id. aprilis anno septimo.* Iustissimæ quidem vltionis iras in Christianos Deus effundebat, dum ipsos ijs armis peti patiebatur, quæ apostolicis constitutionibus violatis, cœca conficiendæ per fas nefasque pecuniæ cupiditate Saracenis porrexerant; vt alijs literis inculcat [a] Henrico Regi Pontifex, non expectanda alia a serpentibus, quos alant in sinu, præmia quam vt ab ijs mortiferis morsibus lanientur: nefarium cum Saracenis commercium Armenis exitium attulisse, nec leuiores Cypro clades inuecturum. Ad deterrendos porro ab eo flagitio pœnarum grauitate fideles, Ioannes editas in concilio Lugdunensi in eos, qui arma vetitasque merces Saracenis inueherent, renouauit [b]; ac patriarchas cæterosque præsules earum seueritatem in criminis participes distringere iussit [c].

Coerceat eos, qui veritas Saracenis merces deferunt. Diuina in Armenos vltio. a Ibid. b An. 8. p. 1 ep. cur. 1. c Ib. ep. cur. 2.

13 Sopita nondum erat vetus discordia inter Henricum Cypri atque Ossinum Armeniæ Reges olim magno rei Christianæ periculo disceptata, quæ cum felici fœdere concilianda speraretur, sublato repente Osino, perduci ad exitum pacis tractatus non potuerat: redintegrata tamen postea tum Latinorum tum Armenorum præsulum opera fuerat inter Henricum ac Leonem Osini filium eiusque tutores, qui suos in Cyprum oratores ad illam coniungendam summa auctoritate instructos miserant [d]; necdum tamen bene coaluerat, cum in nonnullis capitibus, in quibus de sarciendis damnis agebatur, nouę dissensiones exortæ essent: cuius rei culpa, vt ferebat fama, ad Armenos pertinebat. Pontifex igitur Petro designato patriarchæ Ierosolymitano, Aymerico episcopo Paphensi, ac Mauritio Hospitalariorum equitum in Cypri & Armeniæ regnis magistro prouinciam dedit, vt ad extinguendam discordiam & vtriusque populi animos arctissimo amicitiæ fœdere deuinciendos incumberent: tum auctoritate ad omnia, quæ rei perficiendæ conducerent, præstanda ipsos muniuit. Reuocabatur vero in dubium [e] an Isabellæ Amaurici Tyri domini viduæ, atque Henrici eius filij, qui in carcere apud Armenos obierant, mors initam olim inter Osinum Armeniæ & Henricum Cypri Reges concordiam diremisset; cum in eo tractatu plures leges [f] ad Isabellæ & liberorum gratiam continerentur, quæ ijs extinctis perduci ad exitum non poterant. Consulenti itaque patriarchæ Ierosolymitano Apostolicam sedem, respondit Pontifex [g], vt rem ex æquitate componeret:

d An. 7. p. 1 ep. cur. 12. & to. 3 ep. secr. pag. 271. Nouæ inter Armenos & Cyprios controuersiæ. Eas sedare studet Pont. e An. 7. p. 1 ep. cur. 23 f To. 3. ep. secr. pag. 271. g An. 7. p. 1 ep. cur. 16.

habitas hic de partibus Armeniæ, quod concordia inter soldanum & Armenos facta est ad requisitionem Tartari, qui dicit Armenos esse suos homines. Pro qua facienda Tartarus ipse misit ad soldanum duos eius admiratos, quemlibet ducem decem millium equitum, nuncios vt concordaret cum Armenis, alias illos ipse defenderet, ob quod dicitur, quod cōcordia facta est in hunc modum. Soldanus debet habere ab Armenis tributum consuetum anno quolibet, quod est duodecim centena millium derenorum per annum, quorum derenorum singuli quatuor computantur pro vno bisantino albo de Cypro. Et vltra hoc debet habere medietatem districtus commercij Layacij & portellæ, & medietatem salinarum: & a flumine versus Syriam debet habere vnum bisantum auri vetus anno quolibet pro quolibet homine a viginti supra. Et soldanus non debet tenere aliquam fortaliciam in Armenia, & debet facere refici expensis suis castrum Layacij, & omnem aliam fortaliciam, quam destrui fecisset in Armenia, ita fortes vt erant, vel melius. Scribitur etiam, quod catholicus Armeniæ, qui erat Alappi in Syria, iuit de mandato soldani, ad ipsum apud Cairum ad firmandum cum ipso concordiam supradictam: nescitur tamen adhuc per quantum tempus; nam quidam dicunt per tredecim, quidam per quatuordecim annos. Quando certiora super his habebimus noua, illa vobis instanter significabimus. Placeat Deo, quod sit ad bonum statum Christianorum. Nec hucusque ista notoria sunt, nec erunt, quousque dictus catholicus in Armeniam sit reuersus.

Concordia inter Armen. & Saracen. inita.

Quibus legitur.

10 Certiorem paulo post nuntiū de pace Armeniæ restituta accepit Pontifex, ac rem Carolo Francorum Regi significauit: *Cæterum*, inquit, *ad gaudium celsitudini regiæ nunciamus fidedignis relatibus nouiter accepisse, quod sub tributo annuo quinquaginta millium florenorum, soldano per Armenos more solito persoluendo, pax est inter eos pro annis quindecim reformata, & in eis partibus publicata: iamque Armeni propter guerram profugi ad propria sunt reuersi. Quæ quidem pax ab Armenis acceptabilis reputatur, &c. Dat. Auin. id. nouembris anno VIII.* Agitasse Carolum Galliarum Regem consilia de expeditione in orientem, ad liberandam e Saracenorum tyrannide Armeniam adornanda, ostendunt tum apostolicæ ad Leonem Regem Armeniæ, Ossinum comitem Curchi, atque omnes regni ordines datæ literæ a, quibus ipsos excitat ad confirmandos ad constantiam animos, ac frangendos hostis impetus; dum Carolus Galliæ & Nauarræ Rex florentissimum in hostem exercitum comparabat; tum legationes a Rege de ea causa ad Pontificem missæ, quibus apud sedem Apostolicam Petrus episcopus Viuariensis, Robertus Bononiæ comes, Ludouicus comes Clarimontis, & Richardus e Montmoranciaco perfuncti sunt b. Egregie etiam affectus ad sacrum illud bellum videbatur Carolus Valesiorum comes c Regis patruus: quocirca Ioannes scriptis ad Galliarum archiepiscopos & episcopos literis encyclicis d, in quibus a Damorda Tartaro, Aramano Turco, ac Babylonio soldano Armeniæ clades illatas, indictumque a soldano bellum Henrico Regi Cyprio ob submissa Armeniæ auxilia describebat; pontificio nomine expeditionem sacram denuntiare, & pio ardore ad arma fideles concitare iussit.

Induciæ ad annos quindecim indictæ.

Vt Francor. Rex de orientali exped. cogit. egerit.

a To. 3. ep. secr. pag. 278.

Oratores eam ob causam ad Pont. missi.

b Ib. pag. 199.

c Id. ib.

d Ib. pag. 285. 288. 291.

Misit a etiam VII. kal. iun. Guillelmum archiepiscopum Viennensem, ac Dominicum ordinis Prædicatorum ad aulam Gallicam, vt de pactis nomine ecclesiæ cum Rege ineundis agerent. Cumque archiepiscopus Viennensis nuntius apostolicus Carolo Galliarum Regi pontificium de vindicanda e seruitute Saracenorum terra sancta consilium exposuisset, Rex eiusque patruus dux Valesiorum expeditionis suscipiendæ ingens desiderium præ se tulere, & quæ a nuntio erant proposita, in deliberationem reuocarūt. Proposuerat b vero archiepiscopus, sedem Apostolicam flagitare, vt si dux Valesiorum expeditioni sacræ se deuoueret, quatuor cataphractorum equitum, quindecim peditum millia cum cæteris omnibus, qui spontanea pietate adducti se illi coniungerent, duceret: tum vt is princeps quinquennio toto in terra sancta bellum Saracenis inferret. Qua re a Regis sanctiore militari consilio in examen adducta, missi ab Rege ad Pontificem oratores exposuere, turpe fore, si Rex, aut princeps parente Rege oriundus, bellum illud susciperet, nisi tot copijs instructus eo contenderet, vt in campo contra hostes stare posset; viderique ad id saltem equitum cataphractorum decem millia desiderari, cum soldanus sexaginta equitum cataphractorum millia conflare possit: verum cum Rex ac Valesiorum dux spe essent imbuti, victoriam potius Dei auxilio, quam multitudine copiarum niti; liberandæque terræ sanctæ incredibili cupiditate tenerentur, arduum illud opus suscepturos, suaque omnia in ea collocaturos expeditione, modo Pontifex quatuor illis equitum & peditum quindecim millibus bellicos sumptus sufficiendos curaret: quos quidem subductis rationibus ad sex decies centena millia librarum Turonensium ascensuros constabat. Tum adiecere oratores, vt cum liberandæ terræ sanctæ prouincia omnes Christianos tangeret, æquum non esse, vt sumptus bellici e Gallijs tantummodo haurirentur; viderique ea onera in omnes fideles, ad quos ex æquo iniuria nominis Christiani pertinet, cum laicis tum clericis partienda. Quibus postremis Pontifex his verbis respondit Carolo c.

a Ib. pag. 200.

b To. 4. p. 2 ep. secr. pag. 10.

Quæ fuerint inter Pont. & Regem Franc. agitata.

De numero copiarum duci Valesior. tradendo.

Petita a Pont. pro ijs sustentandis sti. pendia.

Id oneris in omnes Christianos partiendum.

c Ead. ep. Pontificis responsio.

11 *Vtinam, fili charissime, omnes viri catholici mente perciperent, profiterentur ore, & opere adimplerent: sic onus cuiuslibet leue existeret, ac suaue: sic vtique prompte posset & faciliter eripi terra prædicta, quantum humana nosse sinit fragilitas, de manibus impiorum. Quis enim nesciat, quod contra Redemptorem nostrum committitur, in omnium iniuriam redundare? Quis rursus ignorat, Christicolarum omnium interesse, terram illam sanctam ortus* Redemptoris *eiusdem gratia illustratam, conuersationis decoratam præsentia, passionis beneficio & sui pretiosi aspersione sanguinis consecratam; quæ violenter per Agarenos detinetur immundissimos occupata, quæque eorum immunda contrectatione polluitur; de ipsorum manibus eripi, & ad Christicolarum manū, ad eiusdem Redemptoris nostri laudem & gloriam ac consolationem ingentem fidelium reuocare? Profecto hæc non debent ignota fore fidelibus vtentibus ratione.*

Sane, fili charissime, circa præmissa difficultas quædam nobis & dictis fratribus in vno se obtulit, & in alio impossibilitas se ingessit. Nunquid non difficile tractare cuilibet onus, quod pro dicto negotio ad ipsum debeat pertinere, summamque prædictam sexdecies centena millia librarum Turonensium diuidere inter omnes? Vtique videtur diffi-

studium ad reuocandos ad gremium ecclesiæ Armenos, qui in Perside versabantur, contulit; legauitque in Persidem Guillelmum magnæ religionis virum; quem Soltaniensem archiepiscopum creauit: & Constantinum patriarcham Armenorum ad coniungendam cum archiepiscopo in ea re operam, zelumque in animarum salute promouenda explicandum incitauit a.

a An. 7. ep. com. 848.

Venerabili fratri Constantino patriarchæ Armenorum,

Agimus in humilitate spiritus deuotas laudes domino Deo nostro quod, sicut inferioris Armeniæ populi, quos in tenebris & vmbra mortis diutius ambulantes antiquus hostis in sagenam incluserat cœcitatis, nobis per literas eorum & nuncios insinuare curarunt, ipse misericors & miserator Omnipotens, qui secundum multitudinem miserationum suarum, *Nolo mortem peccatoris* dixit, *sed vt conuertatur & viuat*; antiquum ab ipsorum oculis velamen cœcitatis abducens, ad prospectum veri luminis, hoc est ad Christianæ fidei iubar & euangelicæ veritatis lineam, a qua exorbitantibus non est salus, iuxta quod sacrosancta Romana mater ecclesia mater omnium & magistra fideliter profitetur & prædicat, reuocauit. Nos autem ex his spiritualium gaudiorum vbertate refecti, & sperantes in misericordia Domini, quod non subsistet, nec abbreuiabitur in his tantummodo manus eius, sed votorum nostrorum feliciter diriget pro sui laude nominis ad vlteriora progressus; ad prædicandum verbum vitæ populis Armenorum imperij Persidis, qui quamquam tibi in spiritualibus obediant & intendant, a doctrina tamen ecclesiæ Romanæ degenerant; & ad reducendum eos in semitam veritatis, & ad lucrifaciendum Christo animas eorundem, ad instar illius, *qui spiritus suos angelos facit, & ministros suos ignem vrentem*; venerabilem fratrem nostrum Guillelmum Soltaniensem archiepiscopum, Christianæ fidei zelatorem, qui dictæ fidei ardore succensus maris & terræ pericula libenter ob Christi nomen perferre se obtulit, ad plantandum & irrigandum in partibus illius nouæ plantationis hortum incrementum dante Domino, destinamus.

Puritatẽ fidei a sede Apost. petunt.

Soltaniensem archiep. ad Armenos in Perside constitutos mittit Pont.

Et quia fauores tuos, cooperationes, & studia, velut prælati catholici, & in partem apostolicæ solicitudinis ad conuertendas ad salutem animas euocati, fore noscuntur ad felicem huiusmodi plantationis effectum plurimum opportuna; fraternitatem tuam rogamus & obsecramus in Filio Dei Patris, in remissionem tibi peccaminum suadentes, quatenus prudenter attendens, quod diuina ac Apostolicæ sedis gratia inter tantos tamque diffusos populos ecclesiastica dignitate præfulges, vt retribuas domino Deo tuo pro his, quæ tribuit ipse tibi, calicem salutis quem tibi propinamus accipias, & speciales nuntios tuos & literas ad Armenos eiusdem imperij Persidis vna cum eodem archiepiscopo destinare procures: qui Armenos ipsos ex parte tua solerter inducant, salubriter alloquantur, & moneant, vt eundem archiepiscopum ob reuerentiam Apostolicæ sedis & nostram deuote recipiant, & verba vitæ ac fructum salutis æternæ, quem eis prædicando & exhortando pollicebitur, tenaciter eorum mentibus infigentes, ad viam veritatis, quæ Christus est, & ad salutiferam ecclesiæ Romanæ doctrinam, ad quod summopere te decet anniti, antiquis relegatis erroribus, se conuertant: sicque in melius atque salubrius præsentis seculi stadium Christo auxiliante percurrant, vt vitæ perennis brauium comprehendant. Tu vero, qui ad reuocandas ab erroribus tot populorum animas ad salutem te cooperatorem & adiutorem tam optimæ mercedis efficies, præter benedictionem & gratiam, quas a nobis & a matre tua sede Apostolica consequeris, Deo gratissimum offeres holocaustum; per quod cælestem tibi cumulabis gratiam, mercedem æternam tibi proculdubio repensuram. *Dat. Auin. kal. iunij anno VII.*

Patriarcham Armenor. rogat, vt eos Guillelmo parere iubeat.

8 Eodem pene exemplo conscriptas literas Leoni Regi Armeniæ misit a; ipsumque hortatus est, vt ad reponendam diuino Numini pro acceptis ab eo amplissimis beneficijs gratiam, amplificandamque in minori Armenia fidem suos oratores ac literas ad populos, qui recens euangelica luce collustrati fuerant, mitteret vt archiepiscopo ab Romano Pontifice legato obsequerentur, atque ad constantiam in religione Christiana excitaret. Complexus porro est Ioannes apostolica benignitate Franciscum e Perusio, Guillelmi Soltaniensis archiepiscopi prædecessorem, qui dignitate discesserat, eamq; procuratoris opera sedis Apostolicæ curæ commiserat, quo liberius cælestium rerum contemplationi vacaret. Hæc enim Pontifex in literis, quibus eius votis assensisse significat, addit: *Tibi de sedis Apostolicæ benignitate vtendi apud Græcos & fideles, in quorum partibus pro salute fidelium, & ampliatione catholicæ fidei conuersaris, pontificalibus insignijs in diuinis officijs & locis competentibus, absque tamen vsu pallij, sicut vti consueueras ante huiusmodi cessionem; nec non benedictionem populo in eisdem locis more pontificum largiendi, dummodo legatus sedis Apostolicæ, aut aliquis archiepiscopus vel episcopus præsens in benedictione huiusmodi non existat; plenam & liberam auctoritate præsentium concedimus facultatem, &c. Dat. Auin. kal. iunij anno VII.*

a Ead. an. 7. ep. com. 849.

Excitatus Leo Rex, vt in ea re operã suã collocet.

Francisc' e Perusio Soltanien. si archiepiscopatu se abdicat

Pontificalibus insignijs, pallio excepto, ipsum vti permittit Pont.

9 Insigne hic in Armenos diuinæ prouidentiæ exemplum silere non possumus, quæ cum ad vindicanda eorum scelera Saracenos tolerasset, ijs iam ad pietatis cultum reuocatis, ac præteritis sceleribus sacra pœnitentia expiatis, misericordiæ non oblita, Tartaros in Armenorum auxilium commouit. Repressa itaque hoc anno Saracenorum rabies, cum expertam toties Tartarorum potentiam formidaret. Solicitatum ad defendendos Armenos a Pontifice fuisse Bosseithan Imperatorem, superiori anno diximus. Contrarijs etiam studijs Tartari ac Saraceni, cum vtraque natio ad orbis imperium anniteretur, dissidebant. Addicta præterea a lapsis retro temporibus clientelæ nomine magno Chamo erat Armenia a Leone Rege, qui magnis cladibus eorum ope Saracenos attriuerat; ductusque amplitudinis suæ & gloriæ tuendæ desiderio, Armenorum suscepit patrocinium, ac soldanum Babylonium a lacessendis Armenis imperij Tartarici clientibus sibi temperare iussit: paruit mox soldanus, ac subiectas pacis leges admisit, quæ in regesto pontificio præfixo hoc titulo descriptæ sunt. b

Tartarorũ Imp. Armeniæ clientelã suscipit.

b To. 4. p. 2. ep. secr. pag. 89.

Noua de partibus vltramarinis habita per literas mercatorum de societate Bardorum ab eorum socijs morantibus in Cypro, data Famagusta, die vltimo maij proxime præteriti, redacta de Turco idiomate in Latinum, prout melius fieri potuit. Continetur in literis ipsis capitulum in hæc verba.

Habemus de nouo, quod fertur per literas ha-

per euentum omnem sic beati certaminis eos felices faciet iam victores. Ad hoc subiungimus, vos in virtute Domini nostri Iesu Christi rogantes, monentes, & obsecrantes attente, vt & vos, in quantum in vobis fuerit, huiusmodi victoriæ speratæ negotium totis affectibus prosequentes, secundum gratiam vobis a Deo traditam, assistatis eisdem pro nostra & Apostolicæ sedis reuerentia auxilijs, consilijs, & fauoribus opportunis, &c. *Dat. Auin. kal. aprilis anno* VII.

Inflictæ Armenis ob scelera clades.

6 Victi prius a vitijs fuerant Armeni, quam a Saracenis vincerentur; ascriptaque est illata ab impijs vastitas diuinæ iustitiæ, quæ eorum tanquam sæuissimorum carnificum opera ad sumendas de orientalium Christianorum flagitijs pœnas vsa est: atque ideo, cum ad propulsandum barbarum nullum potentius auxilium foret, quam iratum diuinum Numen motum conuersione ad misericordiam inflectere, Pontifex eosdem præsules Armenos alijs literis ad fideles a vitijs deterrendos, munerisque pastoralis partes strenue obeundas excitauit a.

a An. 7. p. 1. ep. cur. 11.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis & episcopis per regnum Armeniæ constitutis.

Non dubitamus quin vos, in quorum mentes & animas superna dona charismatum defluxerunt, percipiatis sensu & intellectualiter videatis, quod Deus noster & saluator æternus dominus vnigenitus Dei patris filius Iesus Christus, qui in cœlis habitat, & dominatur in terris, hominum peccatis offensus prælatos interdum delirare permittit & principes, regna inter se suo marte confligere, ac gentes consurgere inuicem, aduersantes pro libito, ac fideles ab infidelibus cruciari. Hinc profecto guerrarum discrimina prodeunt, rerum vastitas prouenit, personarum cædes producuntur & vulnera, contingunt cruenta mortis exitia; & quod, proh dolor! dolemus amarius, animarum ploranda pericula subsequuntur. Ex quibus ipse Deus, vtique dominus vltionum, bona remunerans & mala non deserens impunita, punit vt corrigat; delicta parentum in filijs; vindicat vt compescat prælatorum & principum scelera in subiectos.

De diuina ea in re iustitia ac prouidentia.

Quia igitur memoratus Saluator noster, qui dominatur super cunctos prælatos & principes orbis terræ, vobis sicut & catholicis cæteris mundi prælatis ascriptis dignitatis contulit apicem, & vt seruiatis eidem, illam quam obtinetis super commissum populum vobis tradidit potestatem; vniuersitatem vestram requirimus, monemus, & hortamur attente, quatenus ad præmissa velut catholici, velut iusti, & diuinæ timidi vltionis vestrorum dirigatis aciem oculorum, decernentes inter dexteram & sinistram, ne summe patiens ipse Dominus iam ex peccatis humanis factus impatiens, & prouocatus in iram illatas offensiones atque iniurias durius vlciscatur per imminentia regno Armeniæ alijsque regnis conterminis Agarenorum persecutiones & bella, immo tormenta tartarea. Si pensatis per quod in vobis * ad id ipsum solerti cura vestro commissos regimini inducturi, peccata præterita emendationis condignæ suffragio corrigere studeatis; & in futurum iuxta gratiam vobis a Domino præstitam vigilanter atque salubriter cohibere sic, quod sub timore cœlestis gladij seruiatis Deo, cui omnia seruiunt, sibique offeratis iustitiæ holocausta, viuendo innocenter & iuste, & in æquitate ac pace dictos regendo populos, puniendo crimina, & conatus ac ausus excedentium reprimendo, rationem villicationis vestræ in supremo iudicio reddituri; quod idem Saluator noster aduersus peccantium iacula tam pœnitentia cordis, quam operis satisfactione placatus, dignetur in vobis ac eisdem commissis populis misericorditer seruare quod præstitit, nec velit perire crudeliter quod creauit: sit vobis & commissis huiusmodi populis contra ipsos aduersarios persequentes ex alto victoria, sit de cœlo veniens fortitudo; & peccatorum cordibus directis ad Deum eius misericordia ineffabilis auferat formidines hostium, & pie conferat temporum gaudia tranquillorum: circa hæc illud inter cætera, quantum in vobis fuerit, specialiter prouisuri, quod salutaribus ecclesiæ Romanæ prohibitionibus & præceptis sine transgressione seruatis, cautelam vigilem impendatis, vt victualia, vel vtensilia, quæque prohibita, per aliquos Christianos in contemptum ipsius prohibentis ecclesiæ & totius Christianitatis profecto iacturam, ex permissione vel conniuentia vestra, seu ministrorum & subiectorum vestrorum nullatenus deferantur ad barones, qui ex illorum fulcimento superbiant, ad quorum exterminium plus aspirant.

* offendatur Deus

Hortatur præsules, vt populos ad scelerum pœnitentiam adducant.

Prohibeat merces vetitas Saracenis deferri.

Præterea vt circa ista, quæ affectibus nostris interne præponderant, in quantum nobis ex Altissimi pietate permittitur, solicitudinis & diligentiæ studium impendamus; subiungendo mandamus, vt tam charissimum in Christo filium nostrum Leonem Regem Armeniæ illustrem, cui super his specialia scripta nostra dirigimus, quam alios barones & dominos temporales & Christi fideles alios dicti regni, vestræ speciali gubernationi commissos, opportune ac importune inducere, monere curetis pariter & hortari, vt salutaribus in hac parte monitis & exhortationibus pijs vestris se laudabiliter conformantes, & agnoscentes ex culpæ reatu se tanquam pœna demersos fore persecutionis barbaricæ huiusmodi reorum Niniuitarum more, qui per exaggeratæ pœnitentiæ meritum vltionis diuinæ sententiam euitarunt, tam per hoc, quam per orationum imploranda suffragia, & alia pia condignaque opera charitatis, ac bonæ de cætero vitæ frugem, sic in diuinorum præceptorum semitis continue ambulent, quod Deum creatorem & saluatorem nostrum, iniuria humanæ fragilitatis offensum, merito sibi placent: vos vero, tanquam lucerna super candelabrum positi, vestris subditis exemplares sic virtutum sermone ac opere vos ipsis exhibeatis exemplum, quod vestra laudabilis actio sit instructio reliquorum; indeque finaliter salus patriæ desiderata proueniat, sitque vobis apud Altissimum fructus operationis ad gloriam, & felix tanti negotij exitus nostro & Apostolicæ sedis præconio extollat prudentiæ vestræ famam. *Dat. Auin. kal. aprilis anno* VII. Hortatus est alijs literis Leonem a Regem Armeniæ, Ossinum b comitem Curchi ac regiæ procuratorem, proceresque ac populum, vt vitæ maculas delerent lachrymis, flecterent ardentissimis precibus ad misericordiam iratum diuinum Numen, denique generose pro Christi nomine pericula adirent.

Placent iratum Deum morum conuersione.

a To. 3. ep. secr. pag. 268.
b Ibid.

Armeniæ populi ad dogma orthodoxum reuersi.

7 Emersere porro e tenebris perfidiæ Armeniæ inferioris populi, diuinaque tandem luce collustrari literas & oratores ad Romanum Pontificem misere, vt incorruptæ fidei formam a sede Apost. veluti purissimo fonte peterent. Delibutus itaque Ioannes magno lætitiæ sensu apostolicum

stu-

Christo; vt sic ab ipso regni cœlestis coronam incorruptibilem vna cum ipsis populis consequi merearis.

Verum quia ipse Christus, qui est veritas, fauores & bona, quæ suis exhibentur cultoribus, personæ suæ exclamat & reputat esse facta; celsitudinem tuam in Domino deprecamur, quatenus ad Christianæ fidei professores, qui dominationis tuæ & subiecti tibi imperij terras inhabitant, & maxime qui prædicant inibi verbum Dei, sic tuæ benignitatis affectum continues, ipsos operosis fauoribus prosequendo, quod tuę defensionis protecti clypeo cuiusquam offensionis molimina non formident; quin potius assiduæ securitatis dulcedine valeant gratulari.

Expostulat ipsum ab impijs subornatum vsum campanarum vetuisse.

3 Cæterum cum, prout accepimus, ob diuini reuerentiam nominis Christianos prædictos campanas, ad quarum pulsationem ad diuina conuenire possent officia, dudum per aliquod temporis spatium habere ac pulsare libere permisisses; contra postmodum inimicorum Christi, qui quantum possunt, licet superuacue, non desinunt suæ iniquitatis iacula iacere contra ipsum, fraudulenta seductus instantia campanas pulsandi prædictas eis interdici fecisti, vt asseritur, facultatem; rogamus denuo, vt suggestiones huiusmodi, quæ de ipsorum sentina venenosa procedunt, omnino despiciens, Christi cultores eosdem præfatas habere ac pulsare campanas, pro diuini honore nominis, permittas sine difficultate aliqua & concedas.

Saracenos pulsis Christianis, eorũ templa prophanasse.

Demum quia in Christianorum angustijs, tribulationibus, & pressuris non possumus anxie non torqueri, dolenter audiuimus, Christianos in ciuitate Soldayę nouiter degentes, esse nouiter de ciuitate ipsa per Saracenos eiectos, & campanis de ecclesijs ipsorum depositis, ecclesias ipsas factas esse mesquitas. Nos autem ad Christianos ipsos, tanquam pater ad filios præcordialis habentes compassionis affectum, adhuc preces adijcimus precibus; & a celsitudine tua, quam per huiusmodi pietatis opera penes Deum & homines crescere cupimus, petimus; & ob reuerentiam eius, qui bona vniuscuiusque opera cum mercede compensat opima, prælibatos Christianos, vt præfertur, eiectos facias in dictam ciuitatem ad inhabitandum inibi regredi, & restitutis eis dictis ecclesijs & campanis, ipsos Domino nostro Iesu Christo, quem colimus, intrepide obsequi & seruire permittas; sciturus indubie, quod quanto per plura pietatis & charitatis opera ad Christianos ipsos oculos tuæ propitiationis extendes, tanto suauiores intentiones thurificabis Domino, & gratiora sibi offeres holocausta. Speramus enim in Domino, quod ex hoc tibi vitæ præsentis augmenta prouenient, nostrique Redemptoris immensa benignitas, qui nunquam irremuneratum bonum aliquod prętermittit, ad sui nominis gloriam agnoscendum oculos tuæ mentis facilius suæ lucis splendoribus illustrabit. *Dat. Auin. v. kal. octobris anno* VIII.

Hortatur vt fideles patria templisque restitui iubeat.

Tartari Christianis aduersus Sarac. maximo munimento fuere.

4 Prosequi magno honore Romanum Pontificem solitos Tartarorum Imperatores, Christianosque aduersus Saracenorum impetus tueri, superius vidimus. Certe hoc anno Boyssethan Imperator a Pontifice excitatus, rei Christianæ a Saracenis in extremum adductæ exitium in Armenia, submissis in nostrorum auxilium viginti equitum millibus, dum occidentales mutuis se cædibus conficiebant, salutem attulit. Sed antequam de his agamus, quæ prius gesta percurramus. Adiutum plurimo ære a Pontifice Leonem Armeniæ Regem ad sustinendos belli Saracenici sumptus, docent inter cætera literæ datæ ad Petrum patriarcham Constantinopolitanum & Geraldum Beneuentanum archidiaconum literæ a, quos triginta aureorum millia in rem Christianam periclitantem in Armenia vertere iussit: quantum vero dolorem ex illius vastitate accepisset, operamque ad conflanda auxilia contulisset, Armenos præsules hisce literis certiores fecit b.

Laborantì Armeniæ opitulatur Pont.

a To. 3. ep. secr. pag. 366.

b Ibid. pag. 367.

Ioannes, &c. archiepiscopis & episcopis per regnum Armeniæ constitutis.

Illius ad præsules Arm. literæ.

Magno ex illatis Armeniæ cladibus dolore se affici significat.

Relatio nunciorum, quos charissimus in Christo filius noster Leo Rex illustris, & dilecti filij nobiles viri Ossinus comes Curchi & gubernator, cæterique barones ac populus regni Armeniæ cum ipsorum literis nuper ad nostram præsentiam destinarunt, nos profecto cibauit absynthio, nosque felle potauit merito; per illam plenius intellecto, quod barbarica feritas Christiani nominis inuida persecutrix, vos & alios Christi fideles Armenos, vtique inuictos fidei catholicæ pugiles & Christianæ professionis feruidos defensores, ac ipsum Armeniæ regnum immaniter persequi non veretur; & vestrum ac eorum sanguinem sitiens, infert stragem corporum flebilem, horrenda committit genera scelerum, & rerum addit execrabiles vastitates, quæ præsentialiter nobis recensere per singula, prout scripsistis, ea ratione omisimus, quia vobis tanquam nimis dira, proh dolor! sagittatione percussis, renouare nolumus vulnera, quibus & nos vehementer offensi porrigere nitimur opportunæ in Domino solidationis vnguenta.

Vt occidentales principes in arma sacra conciarit.

5 [Addit vt mox, ex tristibus adeo nuntijs horrore perfusus, cum Cardinalibus magno studio de submittendis Armeniæ pecuniarum in sumptus bellicos subsidijs deliberarit; omnesq; occidentales Reges, principes, ac populos propositis sacris indulgentiarũ præmijs ad conferendas suas in tam iusta causa opes fuerit adhortatus. Tum Armenos ad defendendam fidem, despiciendaque pericula indulgentiarum spe excitarit; omnemque operam, ac studium ad retundendos barbaros pollicetur.] Quocirca, inquit, iam mũdo notoriam & cunctis seculis celebrem fidei vestrę ac Armenorum ipsorum constantiam sinceris in Domino laudibus commendantes, vniuersitatem vestram rogamus & hortamur attente, quatenus memoratos Regem, gubernatorem, barones, & populum dicti regni Armeniæ, quibus super his specialiter scripta nostra dirigimus, inducere ac monere curetis, vt contemptis barbaricæ hostilitatis impulsibus, nullam in eorum vmbratili terrore potentiam habituris, non deserant inceptum eiusdem fidei, quæsumus, pro perfidiæ superatione certamen; sed conatus suos animorum viribus roborantes viriliter, pro eius nomine ac honore concertent, qui moriendo vincens pro humani generis redemptione certauit. Licet namque barbarorum ipsorum multiplex numerus dictos Armenos in præsenti excedere videatur; nouit tamen Altissimus, suæ causæ defensor vnicus, eius insuperabili dextera multos in paucorum manu concludere, & prospero tantis persecutionibus dato fine, potentiam plurium virtutis vnico brachio superare. Denique cum pro illo mori vitæ gloria sit perennis, summus operum bonorum omnium opifex

Armenos ad constantiam excitari iubet.

Cadere in hoc bello gloriosum victoriæ genus esse.

per

quod si forsan renuerit adimplere, ipsum si sponsa eius institerit, per censuram ecclesiasticam compellendum decernimus, contractum matrimonium consummare. Nulli ergo, &c. *Dat. Auinione kalendas decembris pontificatus nostri anno* VII. Hæc licet definita sint, tamen repertus postea est Petrus e Corbaria, qui etiam post matrimonium consummatum, vxore renitente, Minoritarũ familiam ingressus, non modo ad sacerdotium irrepserit, verum pseudopontificatum inuaserit, vt dicetur inferius.

Coniugatus inuitus repetente illū vxore redire ad ipsam iussus.

61 Grassati sunt in Italia nonnulli impostores, qui ad emungendas a simplice populo pecunias, fœdissima spargebant in vulgus mendacia; & quamuis sacris ordinibus non essent initiati, sacras tamen exhomologeses excipiebant, ac dissoluendorum votorum noxarumque expiandarum auctoritatem sibi impie arrogabant; quos Pontifex a Picenatibus episcopis reprimi iussit. a

Coerciti nonnulli impostores.

a To. 3. ep. secr. pag. 108.

Ioannes, &c. venerabilibus fratribus vniuersis episcopis per prouinciam marchia Anconitana constitutis.

Dolosi quidam mendacij fabricatores & stolidi, qui fratres hospitalis de Altopassu Lucanæ diœcesis se faciunt nominari, peruersorum operum sectatores, ac multæ falsitatis cœno fœdati, per partes ipsas, sicut nuper accepimus, discurrentes, nonnulla enormia & nefanda, vt alios decipere, & ab eis pecuniam & alia nequiter extorquere valeant, publice prædicare præsumunt. Ipsi vero, quorum vnus Bartholomæum de Luca, alius Nicolaum Florentinæ vel Senensis diœcesis, & tertius Bartholomæum de Mutina se faciunt nominari; iniquitatem quasi aquam bibentes, seque falso dicentes diuersis nostris & Apostolicæ sedis priuilegijs fore munitos, ad prædicationem eorum per excommunicationis sententiam alios venire compellunt, illam in impedientes eos proferunt impudenter, & eis dantibus auxilium, vel fauorem, certam indulgentiam largiuntur. Super omnibus autem votis, præterquam vltramarino, cum eis, qui vota emiserunt huiusmodi, dispensare præsumunt, a restitutione incertorum ablatorum bonorum, nec non & a fratricidio & quouis alio homicidio, ac reatu periurij, dummodo certa eis summa pecuniæ persoluatur, indifferenter absoluunt. Et quamuis ijdem viri mendaces laici fore noscantur, tamen ad confessionem eorum recipiunt confiteri volentes, & illis beneficium absolutionis impendunt; absoluendi alios tam a pœna quam a culpa, habere plenariam potestatem a nobis mendaciter asserentes: & vt facilius adhibeatur fides mendacijs & prædicationibus eorundem, non sine multa temeritate moliuntur asserere, quod in eorum hospitali centum missæ quotidie celebrantur; puellæ pauperes, quæ ad ipsum confluunt hospitale, de bonis hospitalis traduntur nuptui memorati, nec affirmare verentur, quod in eodem hospitali ducentæ sunt puellæ de bonis huiusmodi maritandæ: & quod terribilius est auditui, quandam bullam ad similitudinem eius, qua nostræ & Apostolicæ sedis literæ solitæ sunt bullari, se fingunt habere, in qua verus sanguis & aqua, qui de sacratissimo saluatoris Dei & domini nostri Iesu Christi effluxerunt latere, conseruantur; & alia incredibilia velut amentes affirmare non metuunt, quæ seriem longe narrationis exigerent, si oporteret illa per singula recitari, &c. *Dat. Auin. kal. iulij anno VI.*

Vt finxerint se instructos priuilegijs apostolicis.

Sine sacerdotio profanarint sacras exhomologeses.

IESV CHRISTI

annus 1323.

IOANNIS PP. XXII. annus 8. VAC. IMP. OCCID. 10. ANDRONICI IMP. OR. 40.

1 Discutiendæ caliginis gentilitiæ superstitionis anno a redempto orbe millesimo trecentesimo vigesimo a tertio indictione sexta, desiderium concepit Gedeminnius Lithuaniæ & Russiæ Rex: redintegrata b ab Orosio Seruiorum Rege intermissa diu cum Romana ecclesia coniunctio: Armeniæ inferioris populi ad fidem, a qua deflexerant, reuocari c: promota in India, Perside, ac Tartaria religio de qua cum sentiret optime Vsbec Imperator, eiusque studio in dies efflorescerent, Saraceni pietatis Christianæ hostes infensissimi, quos Damordam Regem Tartarum Mahumetica infecisse impietate, atque in Christianos efferasse, superiori anno vidimus, Imperatoris aures obsedere, ne campanas a Christianis ad diuina peragenda pulsari pateretur; atque in eam ferociam in vrbe Soldaya exarsere, vt concitata seditione Christianos pepulerint, eorumque templa diuini Numinis cultui consecrata, Mahumerico ritu profanarint. Quo accepto Christi vicarius, vt religionem ab impiorum iniuria vindicaret, Imperatorem barbarum ad reprimendos Saracenos, tum ad Christiana sacra amplectenda adducere hisce literis nisus est d.

a To. 4. ep. secr. pag. 12. Religionis Christianæ progressus.

b To. 3. ep. secr. pag. 263.

c Ann. 7. p. 1. ep. com. 848. Saraceni insectantur fideles inter Tartaros.

De ijs cõqueritur Pont. apud Vsbec. Imp. d An. 8. p. 1 ep. com. 34.

Magnifico viro Vsbec Imperatori Tartarorum illustri diuinæ inspirationis gratiam in præsenti, et fruitionis æternæ gloriam in futuro.

2 Læranter audiuimus, quod tu, non absque speciali motione diuina, ob reuerentiam omnium Creatoris religionis Christianæ cultores, infra imperij tui terminos constitutos, benigno fauore prosequeris & pertractas; hoc in te ac per te agente illo, qui pro sua voluntate bona in nobis velle & perficere operatur; quique vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem pertingere veritatis. Nos igitur, qui principis Apostolorum Petri (quem Christus ad cœlum ascendens in terris suum vicarium reliquit, regni cœlestis traditis sibi clauibus, per quas ipse suique successores potestatem aperiendi omnibus & claudendi eiusdem regni ianuam obtinerent) successor summus sola Dei patientia, non nostris meritis constituti, animas Deo lucrificare super omnia cupientes, & errantes in viam veritatis reducere, vt ipsum agnoscant Deum viuum & verum omnium conditorem, qui de tenebris nos vocauit, atque vtinam te ac tibi subditos populos vocare dignetur celeriter, in admirabile lumen suum; magnitudinem tuam rogamus & hortamur attentius, & per illius misericordiam obsecramus; qui te ad suam fecit imaginem suique capacem: qui mortis & inferni claues obtinens, cui claudit nemo aperit, & cui aperit nemo claudit; quatenus prudenter considerans, quod vita nostra vapor ad modicum parens esse dignoscitur, quodque nostri dies transeunt velut vmbra, saluberrimam fidei catholicæ veritatem (quam sacrosancta Romana seruat, prædicat, & docet ecclesia, sine qua creatori Deo est impossibile complacere) reuerenter amplectens cum subiectis tibi populis per sacratam & sacrantem vndam baptismatis, per quam vt filij simus Dei accepimus potestatem, spiritualiter regeneretis in

Commẽdat regiũ in Christianos studium.

Ad fidem amplectẽdam illũ allicere nititur.

ruerit, adeo vt victum alienamq; domum ac necessariam supellectilem piorum liberalitati accepta retulerit, vt perfectionis exemplo nobis praeluceret. Contraria vero opinione imbuti erant plures qui in eo perfectionis locabant apicem, dum rerum omnium dominium a se abdicasse iactabant, lautum vero & opiparum rerum vsum consectabantur: quorum iactantiam Augerius Carmelitarum, vt vocant, prouincialis scriptis a retudit; ac non tam in ea abdicatione iuris rerum, quam in paupere rerum vsu, ex quo maceratur caro, & tumor mentis frangitur, paupertatem euangelicam constare contendit. Superiora vero in hac de paupertate Christi controuersia fusius afferenda duximus, vt pateant maleuolorum calumniae, qui Pontifices qui sedere Auenione praecipiti impetu animi fidei decreta edidisse temere effutiunt.

Pseudominoritar. error.

a Ext. in M. S. sup. 3740. pag. 232.

69 Cum porro multae de Minoritis querelae ad sedem Apostolicam perferrentur, ipsos specie paupertatis Apostolicae, qua caeteris religiosis ordinibus antecellere iactabant, consectari opes, & lites iniquas sedis Apostolicae nomine, ad quam verbale & aenigmaticum, vt ait Ioannes, rerum quas possidebant, dominium ex Nicolai constitutione spectabat, intenderent; Ioannes constitutione, quae inter extrauagantes a verbis, *Ad conditorem canonum*, exorditur, promulgata VI. id. decembris huius anni; dominium huiusmodi praeter ea quae ad sacra spectāt, restituit Minoritis, vetuitq; eos pontificio nomine quemquam in litē adducere. Cuius facti plures rationes attulit in eadem expressas constitutione, e qua has dumtaxat delibamus: *Talis, inquit, dominij carentia re in praesenti, ac spe in futurum omni commodo denudati, quoad paupertatem temporalem, quam altiorem prae mendicantibus alijs in communi habentibus sibi vendicant dicti fratres, pauperiorem non efficit non habentem*. Et infra: *Adhuc ordinatio praedicta*, scilicet Nicolai Papae de reseruato sedi Apostolicae rerum immobilium, non vero consumendarum vsu, vt pluribus verbis probat, *ecclesiarum praelatis & rectoribus, & multis alijs grauis existere nimium & molesta monstratur. Nunquid non graue praemissis potest existere, quod ipsos oporteat se Romanae ecclesiae opponere, quae ipsorum est domina & magistra; ac cum ea agendo, vel defendendo litigare assidue, vel cedere iuri suo? Haec tamen oporteat facere cum in multis fratres praedicti existere dicantur iniurij, sicut clamosa multorum praelatorum & rectorum diuersorum, adhuc in curia existentium, habet insinuatio. Qui quidem fratres facta sua palliare nituntur & defendere per procuratores, ab ipsis dictis sanctae Romanae ecclesiae constitutos nomine, &c.*

Ioannes dominiū rerum Minoritis restituit.

70 Exulcerauit ea res pseudominoritas, & sua carpi a Ioanne vitia impatienti animo tulere, effutientes subornatum ab aemulis religiosis Pontificem: atque omnium primus Bonagratia Bergomensis ordinis procurator eam constitutionem impugnauit, & prouocationem ad ipsummet Pontificem XXIV. ianuarij insequentis anni cōcepit, cuius formula a Nicolao pseudominorita affertur: deinde Michael Caesenas a Romana ecclesia deficiens, eo furoris prorupit, vt velut haereticam pluribus calumnijs insectatus sit edito execrando libro b, quem Pisis anno MCCCXXVIII. mense aprilis indictione XI. promulgauit, in quo vir apostata quinque errores in hanc constitutionem impingit Pontifici, eumque maledictis dilaniat. Ludouicus etiam Bauarus, quamuis arma tantum tractare nosset, ab impijs tamen edoctus, plura aduersus eandem sanctionem in suae appellationis formula anno MCCCXXIV. effutijt a & crimine haereseos pontificiam maiestatem obscurare nisus est. Quas omnes calumnias Ioannes insigni commentario postea confutauit, ac veritatem & fidem orthodoxam suae asseruit dignitati. Qua de re inferius fuse agetur. b

b Ext. in M.S. bibl. Vat. sign. n. 4008. apud Nicol. Minor. pag. 29. ad 75.

Concitata ab his grauia scandala.

a Apud eund. Nic. Min. pag. 17.

b Anno Chr. 1329. n. 22. &c.

Caeterum vt exploratum est apud pios, Ioannem non iniuste memoratam constitutionem, *Ad conditorem canonum*, edidisse, atque in ipsum impie insurrexisse Bonamgratiam, Michaelem, & alios, qui ipsum ob abdicatum Franciscani ordinis rerum dominium postularunt crimine haereseos; ita postquam extincta iam esset praeteritorum inuidia temporum, & calumniae impiorum in sedem Apostolicam sepultae obliuione essent, Romani Pontifices pristinae in Minoritas beneuolentiae officia explicuere. Inter quos Martinus V. restituta decretali Nicolai, *Exijt*, & constitutione Ioannis XXII. *Ad conditorem canonum* abrogata, dominium rerum ad Minoritas spectantium suscepit: quem plures alij Pontifices secuti sunt, vt ea singulari clientela tecti Minoritae ad diuinum cultum liberius incumberent: de quo Vvadingus ad sui ordinis defensionem agit c. Nunc ad aliam controuersiam sermo traducendus est.

Vt Rom. Pont. decr. Nicol. restituerint.

c Vvadin. annal. to. 3. ann. 1322. n. 61

71 Ad sedandos conscientiarum motus Ioannes nonnulla alia, quae erant a viris peritis controuersa, diremit; ac pronuntiauit, nuncupatum solemni ritu in suscipiendis ordinibus sacris votum contractum antea matrimonium etiam nequaquam cognita vxore, non dirimere: ab omni tamen munere sacro sacerdotioque deturbandum, ac si sponsa virum petierit, ad perficiendum matrimonium adigendum: si vero dissoluatur matrimonium, ac religiosam familiam inierit, sacerdotio perfungi posse, ac dignitate ecclesiastica potiri. De quo subiecta constitutio edita. d

Nonnulla tum controuersia illustrata

Ioannes, &c. ad futuram rei memoriam.

De fratrum nostrorū consilio praesenti declaramus edicto, quod licet votum solemnizatum per sacri susceptionem ordinis quā tum ad impediendum matrimonium contrahendum, ac ad dirimendum, si post contractum fuerit, secundum statuta canonum sit efficax reputandum; ad dissoluendum tamen prius contractum, etiamsi per carnis copulam non fuerit consummatum, cum nec iure diuino nec per sacros reperiamus canones hoc statutum, inualidum est censendum; auctoritate apostolica districtius inhibentes, ne quispiam, durante matrimonio, nondum etiam consummato, aliquem de sacris ordinibus praesumat suscipere, nisi prout sacris canonibus nouerit conuenire. Quod si secus a quoquam forsitan attentatum fuerit, ordinamus quod nec matrimonio dissoluto in sic suscepto ordine ministrare, nec ad superiores prouehi, nec ad aliquod beneficium aut officium ecclesiasticum valeat promoueri, nisi aliquam de religionibus approbatis, quarum professio ad castitatis custodiam, & abdicationem temporalium, & sui superioris obedientiam suos professores astringat, ipsum canonice contigerit ingredi, ac eius regulam expresse vel tacite profiteri; quo casu dioecesanus super praemissis & singulis praemissorum cum eo dispensare valeat, nisi sit aliud canonicum, quod obsistat. Ad ingressum huiusmodi sic ordinatum (si matrimonium consūmatum non fuerit) per dioecesanum instanter moneri praecipimus & induci: quod

d An. 7. p. 1 ep. cur. 5. ext. etiam in arch. S. Ang. & in M.S. bibl. Vall. [illegible] lit. D [illegible] pag. [illegible] ext. C [illegible] tra[illegible] sig. ar[illegible] & v[illegible] dem[illegible] in str. Plat. to[illegible] pag. 381.

Matrimonium ordinem suscipiendum impedit, non suscepturum.

Statutę in coniuges poenae qui ordinibus initiantur.

dicta ad varia tempora retulerunt, cum semper Christum habuisse aut semper abdicasse non dicatur; inter quos Cardinalis S. Cyriaci hæc habet a: *Videntur ista duo se posse compati, scilicet Christum nihil habuisse, & Christum aliquid habuisse, hoc ad diuersa tempora referendo; sed ad idem tempus non videtur.* Quam distinctionem multi amplexi sunt posteriores, qui Ioannis & Nicolai constitutiones inter se consentire demonstrarunt b. Idem vero Cardinalis sensit hæreseos labe aspersos, qui nihil vllo tempore Christum in proprio vel in communi habuisse pertinaciter contenderent.

a M.S. bib. Vat. sign. n. 3740. pag. 107.

b Turrecr. de sum. eccles. l. 12 Bellarm. de Rom. Pont. l. 4 c. 14 & alij.

Affirmarunt quidem contrarium, sed non pertinaci animo, vtpote decretis ecclesiæ assentiri parati, aliquot Cardinales, nimirum Berengarius c episcopus Tusculanus, qui Christum loculos, quoad simplicem vsum facti, sed eum iustum habuisse sentiebat; Bertrandus e Turre presb. Card. tit. Martini in montibus, & Vitalis episcopus Albanensis; qui pluribus scriptis Minoritarum sententiam propugnarunt: quorum vltimus consulenti Pontifici hæc respondit d.

Qui Card. sententiã Minor. tenuerint.

c M.S. bib. Vat. sign. n. 3740. pag. 103.

d Ib. pag. 3

67 *Ego frater Vitalis episc. Albanensis respondeo in modũ, qui sequitur. Primo præmitto omnibus & singulis dictis meis illud, quod scribitur xxiv. q. 1. c. Hac est fides, vbi sic dicitur: Hæc est fides catholica, Papa beatissime, quam in ecclesia didicimus, quamque semper tenemus: in qua si minus perite aut parum caute forte aliquid positum est, emendari per te cupimus, qui Petri sedem tenes & fidem. Si autem hac nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpare voluerit, se imperitum vel maleuolum, aut etiam non catholicum, sed hæreticum comprobabit. Prædictum capitulum duo continet euidenter, quæ in protestatione mea volo includi. Primum est quod si in dictis meis forte aliquid ponam minus prouide, incaute, vel indiscrete, omnia per Christi vicarium corrigantur. Secundum est, quod quidquid per eundem Christi vicarium fuerit determinatũ de prædicta quæstione & de quibuscumque alijs, maxime ad fidem pertinentibus, omnia volo simpliciter & indubitabili fide tenere; prompte & libere confiteri. Addo etiam ad præmissam protestationem, quod nihil intendo dicere, aut scribere per modum assertionis; sed solum per modum collationis, quantum ex scripturis sacris & ex dictis sanctorum probabiliter potero colligere. His præmissis &c.* Et infra.

Vitalis Cardinalis submittit dicta sua ecclesiæ.

Ad euidentiam dicendorum præmitto, quod perfectio simpliciter seu status perfectionis consistit in habitu charitatis interioris: in actu vero exteriori non consistit simpliciter, sed secundum quid & quasi per accidens: constat enim quod Ioannes Baptista arctiorem vitam in comedendo, bibendo, induendo duxit, quam Dominus Iesus; sic enim ait ipse saluator Matth. xv. Venit, inquit, Ioannes non manducans neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet. Venit Filius hominis manducans et bibens, et dicunt: Ecce homo vorax & potator vini. Constat etiam quod multi martyres acerbiora tormenta passi sunt, quam Christus: nec propter hoc sequitur, quod Ioannes Baptista aut aliquis martyr fuerit maioris aut tantæ perfectionis simpliciter, sicut Christus, quia ex maiori charitate Christus passus est, quam omnes martyres simul; & ex maiori charitate Christus manducabat & bibebat, quam Ioannes abstinebat.

In quo cõsistat perfectio.

Dico itaque quod saluator noster dominus Iesus Christus, qui venit in mundum, vt viam salutis perfectis & imperfectis ostenderet, interdum personam infirmorum & imperfectorum assumpsit: imperfectorum dico, quantum ad actum extrinsecum; puta habendo loculos, habendo dico modo prædicto, comedendo, & bibendo de ijs, quæ apponebantur. Interdum vero, sicut exemplar summæ perfectionis, perfectorum personam assumpsit, nullam proprietatem vel dominium in re aliqua sibi retinendo.

Vitalis error.

Primum patet in illa decretali, Exijt, vbi dicitur, quod Christus infirmorum personam accepit in loculis. Hoc idem patet per Hugonem super illum psalmum: Bonum est confiteri Domino; vbi sic dicit: Habebat Christus loculos, conformans se imperfectis: Paulus autem noluit sumptus accipere, sed gratis factus est minister, & inuenitur. Paulus magis aliquid fecisse quam Christus. Christus autem in numero imperfectorum inueniri voluit, ne præsumerent non accipientes, & confunderentur accipientes. Quod autem dicit Hugo, Paulum aliquid magis fecisse quam Christus, intelligendum est quantum ad actum extrinsecum, in quo, vt præmisi, nõ consistit perfectio simpliciter; non est autem intelligendum quod Paulus aliquid vel in aliquo magis fecerit, quam Christus, quantum ad habitum charitatis intrinsecum, in quo consistit perfectio simpliciter; sicut superius dixi, quod Ioannes Baptista, quantum ad actum extrinsecum magis abstinuit quam Christus, sed non abstinuit ex tanta charitate, ex quanta comedit & bibit Christus. Item Augustinus super illum versiculum psalmi: Producens fœnum iumentis, &c. dicit sic: *Habuit,* inquit, *Dominus loculos, sed quia multi infirmi ista quæsituri erant, in hoc infirmorum personam suscepit. Ex quibus patet, quod Saluator noster habendo loculos, infirmorum & imperfectorum statum assumpsit.*

68 Egregie quidem Vitalis indicauit decretalem, qua ratione Christus infirmorum personam acceperit in loculis, dum obseruat interdum ab actu externo commodo appetitui sensitiuo quempiam vulgo dici imperfectum, quia in statu naturę lapsæ facile in vitium illius commodi illecebra deflectitur; perfectionem vero dici actum arduum ac difficilem naturæ sensitiuæ: ita comedere, bibere, quæ ad gustum sapiunt, persecutionem fugere, habere loculos, imperfectorum actus dici vulgo; vt contra tolerare ieiunia, vesci locustis & melle siluestri, pilis camelorum indui, saxum inhabitare, carere opibus, & alia his similia, perfectorum actus existimari: cum re ipsa in his perfectio non sit collocata, & Christus comedens esuriente Baptista fuerit perfectior. Ex quibus patet, eatenus habentes loculos dici imperfectos, quatenus loculis in natura lapsa homines facile abutuntur: cum aliunde ijs bene vtendo, possint esse non habentibus perfectiores; atque ita fraterculos immerito Pontificem ac præsules ob diuitias in crimen abiectæ perfectionis euangelicæ vocasse.

Ex actu externo cõmodo naturæ quis imperfectus dicitur.

Qua ratione imperfecti dicantur habentes loculos.

Errabat vero in eo Vitalis, dum dixit Christum sicut exemplar summę perfectionis perfectorũ personam assumpsisse, nullam proprietatem vel dominium in re aliqua sibi retinendo: non enim, vt Herueus a ordinis Prædicatorum magister, doctores Parisienses b, & Ioannes Papa arguunt, perfectionis exemplar dedit, nullo sibi in res quibus vtebatur retento iure, præter simplicem vsum facti, quod cum ipsius dignitate pugnabat, cum rebus vti iuste deberet; sed in eo quod, cum rerum omnium ius ac imperium multiplices ob causas obtineret, rebus tamen fere omnibus carue-

a Herue. in tract. suo M.S. cod. pag. 194.

b Stud. Paris. pag. 248.

non erubescant, vt dicit idem Chrysostomus: Fugere, cum oportet & quando, adhibitis alijs circumstantijs, est virtutis; sic etiam quamuis portare loculos sit infirmitatis humanæ, & non competeret sibi ratione deitatis; in hoc tamen exemplum dedit perfectis, ecclesiæ videlicet prælatis, vt ad vsus pauperum facultates ecclesiæ possideant in communi. Hæc ipse.

64 Consentiunt cum Sorano episcopo Petri Columnæ diaconi Cardinalis dicta, ita nimirum dici posse Christum in seruandis loculis perfectorum personam sustinuisse, æque atq; a Nicolao dictum est imperfectorum in ijs gessisse, eundem vero textum sacrum in varios sensus trahi posse exemplo confirmat. a

a Ib. pag. 109.

Constitutio, inquit, *quæ allegatur in contrarium, Exijt qui seminat; manifeste dicit quod Christus habuit loculos, infirmorũ infirmitatibus condescendens: sed ex quacumq; causa habuerit, habemus propositum, quia habuit loculos. Et forte dici posset, quod in hoc, scilicet in habendo loculos, non imperfectorum, sed perfectorum formam assumpsit; quia perfectionis & prouidentiæ fuit, suorum necessitatibus & egenis prouidere. Similiter & quod de fuga dicitur, quod infirmorum infirmitatibus condescendit, forte & hoc ipsum posset dici, perfectionis & virtutis esse, suo loco & tempore dare locum iræ, & non aggredi pericula: quod fecit Dominus, fecerunt & Apostoli, vt se ipsos ad tempus aliud vtilius reseruarent. Non enim est verisimile quod Christus discipulis suis imperfectionem iniunxerit; & tamen dixit: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Et super illo verbo Matthæi: Si filius Dei es, mitte te deorsum; dicit Chrysostomus: Ad sanam doctrinam pertinet, quod cum homo inuenit quid faciat, totum Deo non committat.*

Christus etiam ob perfectos loculos habuit.

Item auctoritatem illam: Nolite soliciti esse; aliter exponit Augustinus, aliter Hieronymus, aliter Chrysostomus. Augustinus de opere monachorum; pertractans verbum illud, dicit sic: Si hoc verbum Domini, Nolite soliciti esse in crastino, ita intelligatur, vt nihil in crastinum reponatur, non poterunt ita seruare qui se per multos dies a conspectu hominum separatos includunt, viuentes in magna intentione orationum & contemplationum. Et postea subdit: Si enim vrgeantur ex euangelio, vt nihil reponant in crastino, respondet: Cur ergo ipse Dominus loculos habuit, vbi pecuniam collectam reponeret? Cur tanto ante fame imminente frumenta sanctis patribus missa sunt? Cur Apostoli indigentiæ sanctorum necessaria procurant? Quod patet etiam in multis sanctis patribus, præsertim in Abraham, Isaac, & Iacob, & in Iob, qui beatissimi in temporalibus, pauperes mente erant. Hieronymus autem exponit prædictum verbum: Nolite soliciti esse, &c. dicens sic: Sufficit nobis præsentis temporis cogitatio, vt futura, quæ incerta sunt, Deo relinquamus. Chrysostomus autem exponit sic: Sic sufficit labor quantum ad superflua; noli de superfluis laborare, &c.]

Idem patitur interpretationes varias.

65 Ex huius dictis patet discrepantes externa specie interpretationes vnius dicti siue actus adduci posse, quæ egregie concilientur, si interpretantium mens spectetur. Non ergo ita illa Nicolai Papæ verba: *Sic infirmorum personam Christus suscepit in loculis*; accipienda sunt, quasi adæquatam huius facti interpretationẽ ipse tradiderit, ac veluti in fidei iudicio decretoriam sententiam protulerit, adeo vt ab apostolica discedat perfectione, qui loculos habuerit, vti Fraticelli acceperunt; sed Nicolai mens & consilium spectanda sunt. Is ergo, cum Minoritas in tradita a beato Francisco monasticæ vitæ formula confirmare contenderet, eam primum protulit sententiam: *Dicimus quod abdicatio proprietatis omnium rerum non tam in speciali, quam etiam in communi propter Deum meritoria est & sancta; quam et Christus viam perfectionis ostendens docuit, et exemplo firmauit.* Quæ quidem sententia verissima est, hac interpretatione temperata, *omnium rerum*, intellige immobilium, vt Parisiensis a academia interpretata est; vel vt alij & doctores & episcopi & Cardinales sunt interpretati, *omnium rerum*; id est non necessariarum ad vitam: cum enim sustentatio imperetur a Deo, absolute necessaria ad vitæ sustentationem abdicari non possunt. *Secundum*, inquit b Cardinalis Gaucelinus, *illud Hieron. in epistola ad Rusticum monachum: Nudum Christum nudus sequere; sed nõ est multum vestitus qui pauperem victum habet, sine quo sustentari non potest.* Vel vt alij docuerunt, *abdicatio omnium rerum*, scilicet quoad curas nimias, quam explanationem adducit Bertrandus c tit. S. Mariæ in Aquiro.

Non est data a Nicolao adæquata interpretatio.

a Parisien. stud. in fine tract. ext. in M. S. bibl. Vat. signat. n. 3740. pag. 348.

b Apud M.S. bibl. Vat. sign. n. 3740. p. 90.

Vt intelligenda sit eius sententia.

c Ib. pag. 96.

Nec obstat, inquit, *quod vita Christi fuit, quam verbo docuit & exemplo firmauit, non habere aliquid in communi nec in speciali, quia illud verum est quantum ad superfluitatem seu thesaurizationem; non autem intelligitur quantum ad necessitatem propriam seu aliorum, quia tale habere, vt puto, non diminuit aliquid de perfectione paupertatis, vt credo, cum augeat de perfectione charitatis.* Harum vero interpretationum primam, quam attulere Parisienses, Ioannem secutum visuri postea sumus; & sanxisse, Nicolaum non intellexisse per hanc vocem, *omnium rerum*, omnia tam immobilia quam mobilia & necessaria ad vitam; sed tantummodo immobilia, quorum causa domorum, hortorum, aliorumque huiusmodi ad Minoritas spectantium, ius ac dominium in Romanam ecclesiam deriuatũ est, vt ij Christo & Apostolis in huiusmodi immobilium, quæ nunquam illi acquisijsse leguntur, abdicatione non tam in speciali quam in communi, simillimi viderentur: in quo Pontifices pio Minoritarum affectui sunt obsecuti.

Quæ interpr. data a Ioann. XXII.

66 Ex Nicolai sententiæ interpretationibus enitescit, illam cum euangelio conciliari; nec vllam difficultatem oborituram, maxime si quis Bertrandum Cardinalem tit. S. Mariæ in Aquiro secutus, decretalem *Exijt*, vbi dicitur Christum & Apostolos abdicasse proprietatem omnium rerum non tam in speciali, quam etiam in communi, intelligendam sentiat vt fere moralis loquendi modus, quatenus maximo vitæ flexu & frequentissime omnium rerum egeni & inopes fuerunt: ita flumen dici, quamuis aliquando eius alueus exarescat; vnde Christum habuisse loculos cum Nicolai sententia, eo sensu accepta, non pugnat: a quo quidem paupertas moraliter sumpta, quam Christus & Apostoli coluere, commendata est; non illa per nugaces dialecticorum argutias conficta, dum nimirum vocem *omnium rerum*, rigida & inepta distributione pseudominoritæ pertinaciter contendere etiam vestis, potus, & cibi proprietatem a Christo & Apostolis fuisse abdicatam. At qui dialecticis tricis irretiti vocem *omnium rerum*, in amplissimo significato, & non pro ratione moralis restrictionis accipere voluerunt; ad conciliandum euangelistam dicentem, Christum habuisse loculos, cum Nicolao ipsorum di-

60 Concludo ergo quantum ad quæstionem ipsam propositam, quod dicere Christum & Apostolos nunquam aliquid habuisse in proprio vel communi, videtur mihi esse hæreticum; cum sit clare contra textum sacræ scripturæ. Dicere autem, quod in his quæ habuerunt, non habuerunt nisi solum vsum facti, & nihil dominij seu proprietatis, non est adeo clare hæreticum, quia scriptura sacra de hoc non loquitur pro vel contra. Quid ea in re a Ioanne XXII. fuerit definitū, dicetur inferius. Puto tamen, quod sit falsum & radix erroris periculosissimi, qui apud aliquos insurrexit; videlicet quod potestas et auctoritas ecclesiæ, quam Christus cōmisit Petro et Apostolis, non manet apud Papam nec apud prælatos, pro eo quod non sunt successores eorum; quia, vt dicunt, non imitantur vitam Christi & Apostolorum, nihil habendo in proprio vel in communi.

Prælatorum hæresis.

Quod a ergo dicitur in illa decretali, Exijt qui seminat, quod Christus in loculis accepit personam infirmorum, originem habet a glossa, quæ habetur Io. XIII. quæ dicit sic: Cui angeli ministrabant, loculos habet in sumptus pauperum, condescendendo infirmis. Et istud potest exponi dupliciter vno modo, quod Christus, cum esset Deus & homo, in quantum erat Deus, maior erat angelis, nec sic indigebat loculis: sed angeli vt ministri obsequebantur ei; quantum autem ad naturam humanam, infirmus fuit & minor angelis, & sic indiguit secundum cursum naturæ cibis & alimentis, sicut cæteri homines, & pecunia seu loculis, mediantibus quibus vitæ necessaria emerentur. Infirmitas ergo, de qua loquitur glo. prædicta, non sonat imperfectionem status, sicut alij arguunt; sed notat conditionem humanæ naturæ pro statu mortali.

a Ib. pag. 135.

Vt Christus in loculis personam infirmor. accepit.

Non est infirmitas quoad virtutem, sed quoad naturæ statū.

61 Alio modo exponitur, quod infirmos appellat non illos, qui de loculis Domini viuunt; sed illos, qui scandalizantur, putantes scilicet imperfectionis vel minoris perfectionis esse de loculis Domini viuere: talibus enim infirmis condescendens, seu compatiens Dominus, ne forte scandalizarentur, & maiori perfectioni ascriberent, si viderent seruos Dei loculos communes habere, & de illis viuere: ideo loculos habere voluit, vt esset alijs in exemplum, vt legitur 12. q. 1. c. Exemplum accipite. Vnde Augustinus in. 2. li. de sermone Domini in monte: Hoc autem vehementer cauendum est, ne forte, cum viderimus aliquem seruum Dei prouidere, ne ista necessaria desint vel sibi vel ijs quorum cura sibi commissa est, iudicemus eum de crastino solicitum esse; nam & ipse Dominus, cui angeli ministrabant, tamen propter exemplum, ne quis postea scandalum pateretur, cum aliquem seruum eius animaduertisset ista necessaria procurare, loculos habere dignatus est; quibus portabatur pecunia; de qua vsibus necessarijs, quidquid opus fuisset, præberetur; sicut Paulus Apostolus de crastino potest videri curasse, cum dicit 1. Cor. 16. De collectis autem, quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui in ecclesijs Galatiæ, ita & vos facite; nec ad vnum diem tantum videtur victus iste procuratus. Et in his & huiusmodi scripturarum locis satis apparet, Dominum nostrum non improbare, si quis humano more ista procuret; sed si quis propter ista Deo militet, vt in operibus suis non regnum Dei, sed istorum acquisitionem intueatur. Et sic patet, quod glossa non loquitur de infirmitate, quæ sonat imperfectionem status habentium loculos; sed loquitur de infirmitate illorum, qui possent scandalizari, cum viderent seruos Dei, seu prælatos loculos habere. Hactenus episcopus Aniciensis.

Condescēdit infirmis, id est scandalū patientibus.

62 Primum soluendæ huius difficultatis modum attingit Heruæus in suo egregio cōmentario, dum ad Minoritarum obiectiones respondet a, Christum propter imperfectos habuisse loculos, nimirum propter nos, quorum natura imbecillis adeo & imperfecta est, vt multarum rerum subsidio sit sustentanda, & ad hæc subsidia infirmitatis nostræ comparanda loculi sunt necessarij: quibus absolute Christus angelorum dominus non egebat, & tamen huic humanæ imperfectioni se accommodauit, dum loculos habere, & humano more ijs vti voluit. Dicendum, quod quando dicitur, quod Christus habuit loculos propter imperfectos; quod illa imperfectio, qua scilicet nos dicimur imperfecti in comparatione ad Christum, nō dicit imperfectionem priuatiue dictam, scilicet carentiam perfectionis natæ haberi in statu viæ, quia necessitas naturalis habendi talia non potest secundum cursum cōmunem tolli in statu viæ; nec etiam necessitas procurandi secundum cursum communem, licet Deus posset miraculose tollere talem necessitatem; Christus autem cui ministrabant angeli, & per creationem etiā poterat habere talia, non habebat necessitatem faciendi talem prouisionem, vel procurationem. Et hoc expresse dicit Augustinus super illud verbum: Nolite soliciti esse in crastinum, Matth. VI. Et infra b: Idem Augustinus dicit: Habebat Dominus loculos, & a fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus & alijs indigentibus tribuebat. Tunc primum ecclesiasticæ pecuniæ forma instituta est, vt intelligeremus, quod præcepit non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniæ seruetur a sanctis; sed ne Deo propter ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur. Ecce expresse dicit, quod quando Dominus conseruauit oblata pro suorum necessitatibus & alijs indigentibus, tunc forma ecclesiasticæ pecuniæ instituta est. Sed forma ecclesiasticæ pecuniæ instituta a Domino non diminuit de perfectione vitæ. Ergo nec reseruare bona oblata in futurum pro suorum & aliorum necessitatibus. Dicens etiam ipse Augustinus, esse dictum: Nolite esse soliciti, &c. non esse intelligendum, vt nihil pecuniæ seruetur a sanctis, sed ne Deo propter ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur: manifeste ostendit, non esse interdictam per illud verbum omnem solicitudinem de futuro: sed excessiuam præponentem temporalia spiritualibus, vel alia vltra mensuram debitam procurantem, &c.

a Ib. pag. 182. Heruei interpretatio.

b Ib. pag. 186. Datum a Chr. exēplum ecclesiæ habendi loculos.

Qualis suscipienda solicitudo.

63 Illustrabitur magis non intelligendum imperfectos in genere moris, sed in genere imperfecti seu infirmi naturæ status, si quis perpendat Christum imperfectiones in genere moris suscipere non potuisse. Docet autem egregie Soranus episcopus Christum in gerenda imperfectorum persona tenuisse apicem perfectionis c: Si dicatur, inquit, in eo quod loculos habuit, infirmorum suscepisse personam, ex hac adiectione non sequitur, sed firmatur eum & Apostolos habuisse aliqua in communi: quamuis si dicatur, eum in hoc monstrasse infirma humanitatis assumptæ, potest dici, quod quidquid Christus gessit in carne & vt homo non ratione vnionis ad Verbum, sicut quod fugit, fatigabatur ex itinere, esuriuit & sitiuit, quod fremuit, lacrymatus est, & cætera talia; competebat sibi ratione infirmitatis & naturalis imperfectionis naturæ: permittebat enim naturam humanam, quæ sua sunt facere, & pati: omnia tamen hæc stabant cum apice summæ perfectionis in eo. Itaque sicut fugiendo egit, vt infirmus, quia puerili ætati conuenit fugere minantem, vt dicit Chrysostomus; in hoc nihilominus tamen etiam perfectis dedit exemplum, vt cum necessitas persecutionis euenerit, fugere

Habere loculos nō arguit impert. in genere moris.

c Ib. pag. 149.

Christus in persona imperf. gerenda perfectissimus.

debemus intelligere istam legem: & qui aliter intelligit errat, quia secundum sensum alienum intelligit, & non secundum obseruantiam Apostolorum: ipsi autem Apostoli seruabant eam, loculos habendo, in communi seruando, necessaria emendo, & secundum quod opus erat vnicuique distribuendo, vt patet clare per supra allegata. Ergo asserens aliter eos seruasse, patet manifeste, quod negat eos non ita seruasse. Iste autem sic asserens est huiusmodi. Ergo est hæreticus censendus: si enim liceret cuilibet intelligere legem euangelicam & apostolicam secundum propriam intelligentiam, seu secundum proprium sensum suum, & quod dimitteret obseruantiam illorum, quibus lex data fuit, hoc esset subuertere legem, quod non licet: immo sic faciens hæreticus iudicatur, xxiv. q. iii. c. fi. in fi. Item lex & euangelium continent ius diuinum, in c. Humanum genus, super quo iure diuino & eius obseruantia omnes fideles debent conuenire: & si sit aliquis, qui non conueniat cum ecclesia in obseruantia iuris diuini & legis euangelicæ, hæreticus est censendus, xxiv. q. 1. c. A recta ergo fide, & c. Hæc est fides. Ille autem, qui dicit, quod Apostoli non habuerunt aliquid in communi, non conuenit cum ecclesia, & deuiat a fide; quia lex euangelica dicit, quod habuerunt Apostoli aliquid in communi: quare patet quod talis est hæreticus iudicandus. Item plus peccat ille, qui defendit et sustinet errorem per alium probatum, quam ille alius qui primo dicens errasset: quia talis defensor est illius erroris & damnabilior illo est, quia nedum iste secundus errat, immo errorem aliis parat, & illius errorem confirmat; & ideo nedum hæreticus, immo potius hæresiarcha censendus est, xxiv. q. iii. c. Qui aliorum de verbor. signif. Super quibusdam iste hæreticus. Ergo &c. Iste autem affirmat illum non errare, qui errat & contra legem euangelicam & contra ecclesiam eandem legem seruantem istum sic errantem defendit, & eius errorem confirmat; & sic per consequens in dictis suis innuit, quod ecclesia errat in eo quod tenet, quod Apostoli habuerunt aliquid in communi: ille autem qui credit vel asserit ecclesiam errare infidelis est & hæreticus xxi. di. c. Quamuis xxiv. q. 1. Loquitur & c. Non turbatur, & c. Omnibus quare patet, quod hæreticus est censendus: ecclesia enim nec errat nec errare potest, nec fides deficere, quia rogauit Christus, quod non deficeret fides Petri. In viam autem collationis prædicta dico sub protestationibus suprascriptis. Ego Petrus S. Stephani in Cælio monte presbyter Card. S. R. E. vicecancellarius. Cum vero aduersarii, eorumq; erroris sequaces Nicolai constitutionem ad suam confirmandam opinionem in alienum sensum traducerent, ad ventilandam accuratius controuersiam, consulti sunt præter Cardinales episcopi; & doctores de vero eius constitutionis sensu disceptarunt: inter quos episcopus Aniciensis ita disseruit. a

Non ve li bet interpretanda scriptura.

Defensor erroris magis peccat, quam errans.

Explorata erat hæc ex euangelicis oraculis sententia.

a M.S. bibl Vat. sig. n. 3740. pag. 129.

Dicta episcopi Aniciensis.

Nicolai sententia discutitur.

Ad illud, quod dicitur in expositione regulæ fratrum Minorum, dicendum est, quod duo ibi dicuntur: primum est, quod abdicationem omnium rerum tam in proprio, quam in communi, Christus viam perfectionis ostendens verbo docuit, & exemplo firmauit: secundum est, quod Christus infirmorum personam suscepit in loculis. Primum autem dictum, quantum ad hoc, quod dicit, quod Christus verbo docuit abdicationem omnium rerum tam in proprio, quam in communi, & exemplo firmauit; non inuenio alicubi scriptum in euangelio, aut in cæteris scripturis noui testamenti, & maxime quod ipse & Apostoli non habuerunt aliquod dominium, seu proprietatem in vestimentis & alimentis sibi datis, sed solum vsum facti, remanente dominio & proprietate penes alium. Et infra.

Et mirum est quod ad probandum Christum & Apostolos sic fuisse pauperes & mendicos, quod nihil proprietatis & dominii habuerunt in quibuscumque rebus, sed solum simplicem vsum facti, adducuntur auctoritates sanctorum: cũ primitiui sancti, quorum auctoritates adducuntur, SS. Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Gregorius, Basilius, & cæteri nunquam distinxerunt in rebus, quæ vsu consumuntur inter habere eas quoad dominium, & quoad simplicem vsum facti: nec prædicti sancti, qui sicut veri & perfecti religiosi renunciauerunt sæculo, conati sunt tendere ad statum, in quo nihil habeatur in communi: immo summam paupertatem meritoriam reputauerunt illam, per quam sic renunciatur sæculo, vt nihil in proprio habeatur. Vnde Basilius in regula sua x. c. dicit sic: Communionem vitæ perfectissimam hanc ego voco, a qua possessionum quidem proprietas propulsa est, cõmunia autem omnia. Ecce quod vitam communem perfectissimã vocat illam, in qua nihil est proprium, sed omnia cõmunia; perfectissimo autem nihil est perfectius: vnde relinquentes propria, quamuis sint in statu habentium aliquid in communi, vere tamen dicuntur nudi, & omnia contempsisse, & nihil præter Christum quærere: & in hoc sensu sunt intelligendæ omnes auctoritates sanctorum, loquentium de contemptu mundi & rerum temporalium. Vnde illud, quod Augustinus dicit in epistola ad Ebidiam: Si vis esse perfecta, & in prima stare fastigio dignitatis, fac quod fecerunt Apostoli: vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & sequere Saluatorem, & nudam solamque crucem nuda sequaris; hæc enim nuditas exponitur per Hieronymum ad Nepotianũ, qui dicit sic: Si nõ accipio partem inter cæteras tribus, sed quasi leuita & sacerdos viuo de decimis; & altari seruiens, de altaris oblatione sustentor, habens victum & vestitum, his contentus ero, & nudam crucem nudus sequar. Vide ergo quod etiam clerici viuentes de altari, si victu & vestitu sint contenti, nudam crucem sequuntur nudi. Similiter intelligendum est illud Augustini de catechizandis rudibus, vbi dicit sic: Omnia bona terrena contempsit Christus, vt contemnenda monstraret. Hoc enim solum intelligitur de contemptu rerum mundi, quæ in proprio possidentur, non de communibus bonis ecclesiæ vel monasterii, quæ res non mundi, sed Dei. Vnde Prosper de vita contemplatiua: Possessiones, quas oblatas a populo suscipiunt sacerdotes, iam non sunt res mundi credendæ, sed Dei.

Distortæ auctoritates sanctor.

Distinctio simplicis vsus facti recenter conficta.

Vt Christum nudum nudi sequantur clerici.

Item illud quod dicit Hieronymus in tertia epistola ad Heliodorum, quod perfectus seruus Christi nihil habet præter Christum, aut si aliquid habet præter Christum, perfectus non est; & sic, vt videtur, qui habet aliquid in communi, perfectus non est, exponitur per Hieronymum ad Nepotianum, vbi dicit: Qui tantum ecclesiæ bonis vtitur, nihil habet præter Christum. Et Prosper: Qui tantum de bonis Christi, contemnendo omnem proprietatem, nihil in hoc sæculo habere quærit, quia hoc est possidendo contemnere, non sibi sed aliis possidere. Et simili modo sunt intelligendæ omnes auctoritates quorumcumque sanctorum, loquentium de contemptu mundi, & de renunciatione bonorum temporalium, qui nunquam cogitauerunt, nec locuti sunt de aliquo statu, in quo sic contemnerentur ea, quæ sunt necessaria victui, quod in eis haberetur solus vsus facti, proprietate & dominio penes alium remanentibus.

Nihil præter Christum habeant.

Con-

Probatur ex euang. Christum habuisse propriũ.

probatur. Io. xiii. cap. vbi Christus dicit: Quod facis, fac citius; quidam enim existimabant, quod diceret, quod emeret cibos propter pascha. Ergo concluditur, quod pecuniam habebat Christus vnde, emeret.

Item certum est, quod habuit vestimenta, Matth. xxvii. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, &c. Item in transfiguratione: Vestimenta eius facta sunt candida sicut nix, Marc. ix. Item de muliere: Si tetigero, fimbriam vestimenti eius, Marc. v. & Matth. ix. Item quando lauit pedes, deposuit vestimenta sua & post resumpsit Io. xiii. Item pisces & panes habuit Matth. xiiii. c. Item Apostoli habuerunt tunicas: Qui non habet gladium, vendat tunicam suam, & emat gladium; fuit dictum Apostolis per saluatorem nostrum Luc. xxi. Item & Apostoli emebant & vendebant: Vnde habebimus, vt emamus panes?

Probatur de Apostolis.

Itẽ Paulus Apostolus proprijs manibus laborabat, & vendebat, vt haberet victum. ext. de cen. Cum Apostolus, & de consecrat. di. vlt. c. Nunquam. & xxi. q. 1. c. 1. ibi: Ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Et infra: *Item videtur, quod Apostoli saltem in communi haberent, xii. q. 1. Dilectissimis, & c. Exemplum. Et cap. Expedit. Erant enim eis omnia communia Act. iv. Patet ergo, quod Christus habuit aliquando.*

57 *Nunc arguo. Indefinita communis locutionis æquipollet vniuersali; vnde valet tantum dicere*, Christus *non habuit aliquid, sicut dicere Christus numquam habuit aliquid. Sed istud est falsum, quia aliquando habuit aliquid, vt est probatum, quia plus negat negatiua, quam affirmet affirmatio. Et ita dicere, quod Christus non habuit aliquid, dicit sacram scripturam dicere falsum. Sed hoc dicere est hæreticum & mendosum, vt probatur. Ergo talis pertinaciter sic dicens est hæreticus.*

Sententia contraria scripturæ aduersatur.

Quod autem dicere quod sanctum euangelium, seu sacra scriptura falsitatem contineat sit hæreticum sic probo per c. ix. di. &c. Multis ea de re cumulatis argumentis subdit: *Item si testis aliquid falsum in suo dicat testimonio, totam testimonij fidem partis mendacio decolorat. iii. q. ix. c. Pura. Cum ergo euangelistæ sint testes fidei nostræ, si quid esset falsi in dictis eorum & libris, totum esset testimonium suspectum, & sic dubium, & sic facerent multos dubios in fide. Sed dubius in fide censetur hæreticus, extr. de hæret. c. 1. Ergo, &c. Item euangelium veritas appellatur, vt in. c. Cum ex iniunctio ext. de hæret. & de bapt. c. Maiores: & c. Deditum: & est ratio, qua Spiritu sancto dictante scriptum; immo, ipse Spiritus sanctus scripsisse dicitur, vt habetur xxiv. q. vlt. c. Hæresis & c. penult. & cum Spiritus effugiat fictum vel absurdum, hæreticum esset dicere, quod ipse scripserit, vel scribi fecerit, vel dictauerit aliquid falsum, cum sit Spiritus veritatis: & ad hoc possent induci iura e. Si ex falsis instrumentis l. ii. & iii. & extr. de. re. ill. cap. 1. & ext. de fide instr. cap. Inter dilectos.*

Ex capite euerti euangeliũ ostẽditur.

Patet ergo ex prædictis, Christum habuisse & eius Apostolos; & sic habuisse, quod in rebus, quas habuerunt, ius habebant: nam dicere, quod Christus habuerit & eius Apostoli vsum facti simplicem, communis modus loquendi sic dicere reprehendit; nam cum volumus dicere, quod quis faciat iniuriam, dicimus hoc fit de facto; ita quod intelligimus, quod iure non fiat. Sed *dicere quod Christus iniuriose aliquid habuerit, dicit hæreticum: cum ipse sit verum ius, & vera iustitia. Ergo concluditur, quod omnino ius habuerint in rebus, quas habuerunt ar. inst. de re di. in prin. de oblig. q. ex. di. nas. §. Placuit.*

58 *Præterea aut dicemus, quod Christus non habuit ius, aut dicemus quod habuit ius in rebus, quas habuit: si dicamus, quod ius habuit, habebimus intentum; si dicamus, quod non habuit ius, expresse dicimus contra textum euangelij & bibliæ, quia iam probatum est Christum habuisse, & potuisse vendere & donare. Sed donare non potest, nisi habeat ius dominij, quia dare est accipientis facere; quia si non esset dominus non transferret ius in alium. Ergo &c. nemo enim plus iuris transfert in alium, quam ipse habeat ff. de acquir. re domin. l. Traditio. Ergo habet ius, quia aliter esset dicere Christum fuisse furem & baratorem & iniuriosum, vt colligitur ex prædictis. Et ideo dico prout mihi videtur, Christum & eius Apostolos habuisse ius in hoc, quod habuerunt, & contrarium esse hæreticum & insanum; semper supponendo omnia correctioni vestræ sanctitatis, & sanctæ sedis ecclesiæ Romanæ.*

Christum verum ius ciuile habuisse.

59 Tot argumentorum lucem ac nitorem obscurare nitebantur aduersarij, & Christum atque Apostolos quoad, vt aiebant, simplicem vsum facti, non quoad ius & dominium ea, quæ referunt euangelistæ, habuisse contendebant: tum Christum in habendis loculis imperfectorum personam, perfectorum vero in abdicatione gessisse. In quos Petrus tit. S. Stephani in Cælio monte presbyter Card. egit his verbis. a

Vanæ argutiæ.

a Eod. M. S. Vat. sign n. 3740. pag. 94.

Responsiones Petri Cardinalis S. Stephani in Cælio monte.

Refelluntur a Petro Card.

Euangelium dicit simpliciter, Christum & Apostolos loculos habuisse. Ergo non licet alicui aliquid, propter quod dictum huiusmodi confundatur; quinimo debet quicumque fidelis euangelium defendere & confirmare vsque ad mortem & sanguinem, vt in præallegato c. Sunt quidam. Item quatuor euangelia sunt inuiolabiliter obseruanda, velut fundata in quadrato lapide fidei sanctæ xv di. Sicut sancti. Istud autem fundamentum est Iesus Christus dominus Deus noster, vt in c. Fundamenta: & sic non licet aliquid addere vel minuere de euangelio. Sed *patet manifeste, quod iste, qui sic asserit, addit vel minuit aliquid de euangelio. Ergo corruptor euangelij merito potest dici: sicut illi Alogij dicuntur fractores & violatores euangelij & verbi B. Ioannis euangelistæ, propter quod in canone hæretici iudicantur, xxiv. q. iii. c. Quidam vi. Alogij. Sic recte talis asserens, sic sic addens vel minuens fractor merito potest dici, & per consequens sicut dicti Alogij hæreticus iudicari. Item nulla scriptura debet præferri euangelio & dictis Apostolorum, ix. di. c. Quis nesciat: si enim aliquis dicat, quod aliqui sancti scripserunt, quod Christus & Apostoli habuerunt loculos propter imperfectos, hæc scriptura sanctorum non debet præferri euangelio & dictis Apostolorum: immo euangelium, vt supradictum est, seruari debet vsque ad mortem & sanguinem. Item cum sacra scriptura legitur vel docetur, non secundum propriam virtutem ingenij debet intelligi, seu secundum sensum alienum; sed secundum sensum veritatis, & secundum veritatem traditam illis, quibus data fuerat primo ad seruandum: sic loquitur c.* Relatum *xxxvii. di. Beatus autem Paulus & alij Apostoli, qui habebant istam legem a Deo, seruauerunt eam secundum veritatem. Ergo secundum obseruantiam eorum nos de-*

Sanctorũ dicta non æquanda cum euangel.

Vnde petendus scripturarum sensus.

vero ratio qua auctor a innititur hæc est: *Quacumque porro via in concordiam veniet Ioannes cum Nicolao, eodem modo reconciliare licet eundem cum determinatione Perusina, cum eadem sit Nicolai sententia.* Negat id aduersus Michaelem hæresiarcham Geraldus b Minoritarum præpositus generalis. Consonant quidem externa specie voces, sed sensu longe discrepant, nam Nicolai verborum sensus verus & legitimus, declaratus a Ioanne, ad quem ea auctoritas, non autem ad Minoritas spectabat, is est: Christum & Apostolos nullum habuisse dominium quantum ad immobilia vel in speciali vel in communi, habuisse autem quantum ad mobilia: Minoritarum autem in Perusinis comitijs decernentium sensus ab ijs intentus is fuit, Christum & Apostolos nullum dominium neque quantum ad mobilia, neque quantum ad immobilia habuisse; ad quem propugnandum multos commentarios c edidere: quem sensum prauum pij veriq; Minoritæ, paulo post captiuantes intellectum in obsequiũ fidei, abiecere audita Ioannis ex Petri cathedra sententia d. Michael autem Okamus, Bonagratia, & alij determinationem erroneam in primo sensu intento tenentes, pertinaciter hæresim, quæ Fraticellorum vulgo dicta est, auxere: cum ob arrogantiam errorem fateri nollent, a quo certe nemo catholicus eos vindicare potest. Producimus in hac causa testem supremum Minoritarum præfectum aduersus Michaelem hæresiarcham ita decertantem, Geraldum nimirum, de quo paulo ante memoraui: *Tu*; inquit e, *non dominus Papa reprehensibilis multipliciter extitisti: tu namque quæstionem de paupertate Christi & Apostolorum eius, in discussione sedis Apostolicæ tunc temporis actu pendentem, prædeterminare ausu temerario præsumpsisti; de qua temeritate, nullo quidem sanæ mentis dubitante, dignus reprehensione & confusione fuisti. Commissum tibi ordinem graui exposuisti periculo, ecclesiam vniuersalem graui repleisti scandalo, decretum sedis Apostolicæ contempsisti; dicit enim dominus Nicolaus III. in decret. Exijt: Si quid penes aliquem in his ambiguitatis emerserit, hoc ad culmen sedis Apostolicæ deducatur, vt ex auctoritate apostolica sua in hoc manifestetur intentio, cui soli concessum est in ijs statuta condere, & condita declarare. Tu vero ambiguitatem, quam noueras in materia dictæ decretalis ad culmen sedis Apostolicæ iam esse deductam, præoccupare & vniuersis Christi fidelibus tuam audaciam notam facere voluisti, nec quod in hoc sedis Apostolicæ manifestetur intentio expectasti: quapropter & præsumptionem contra te dedisti, & perfidæ opinionis speciem prætendisti, in hoc enim opinari & credere videbaris, quod sedes Apostolica tuam, non tu suam sequi deberet intentionem; vel quod ei omnino disponeres repugnare. Vnde mirari non debuisti, si dominus Papa literam tuam seu determinationem, pro quanto erat tua dixit hæreticam; non quidem definiendo, pronuntiando, vel sententiando, vel etiam pro tribunali sedendo; sed ad partem coram ordinis nostri fratribus obiurgando, reprehendendo, & tuam temeritatem præsumptuosam increpando. Tunc enim ex visibilibus coniecturis te fore suspicabatur hæreticum, sicut consequenti tempore declarauit; cernebat enim, quod in prænominata determinatione, seu verius interminatione tua, speciem malam vt prædicitur prætendisti, quæ grauem & periculosam hæresim sapiebat: quare non mirum, si ad causam & ad speciem dictæ literæ, seu determinationis vel potius, vt dictum est, interminationis attendens dixit, ipsam hæreticam modo & forma & circumstantijs supradictis. Nec ex huiusmodi dicto sequuntur inconuenientia, quæ tua falsa calliditas infert, scilicet quod dominus Papa ideo schismaticam & hæreticam faciat, vt destruat & confundat determinationem ecclesiæ & regulam B. Francisci & religionem nostram, determinatio enim ecclesiæ non est simpliciter eadem cum determinatione tua, vt de se patet cuilibet intuenti.*

a Ead. Nitel. pag. 205.
b M.S. bib. Vat. sign. n. 4010. pag. 206.
c Ext. in M.S. bibl. Vat. sign. n. 4008, 4009. 4010. & in M.S. 3740 p. 1.
d Exet. Cũ inter nonnullos de verb. sign.
e M.S. bib. Vat. sign. n. 4010. pag. 206.
Michaelis præsumptio impia.
Vt vehementem de se hæreseos suspicionem concitarit.
Haud vanam fuisse docuit exitus.
Michaelis calumnia.
Refringitur.

Ex his verbis arguitur Nitelæ auctor, cui non tam credendum, quam Minoritarum magistro aduersus hæresiarcham pugnanti constat; præcipue cum in eo non Franciscani ordinis, sed apostatarum hæreticorum patrocinium sumere videatur; & Franciscanæ religionis notissima pietas ab eo exigat, vt cum Geraldo potius quam Michaele in hac re sentiat. Pergit Geraldus aduersus Michaelem: *Item determinatio ecclesiæ fuit a causa legitima; determinatio autem tua illegitima & prohibita, vt ostensum est superius. Item determinatio ecclesiæ speciem habuit fidelissimam, puta quia non vltimata, sed remittit ambiguitates emergentes ad culmen sedis Apostolicæ, per sedem Apostolicam decidendas; determinatio vero tua plena est specie mala, vt dictum est supra, & est vltimata ac si vniuersi Christi fideles tuæ tenerentur determinationi & sententiæ generaliter adhærere: quare determinatio tua, vt tua est, hæretica potest esse, determinatione sedis Apostolicæ catholica remanente. In regula vero B. Francisci determinatio tua nec verbaliter, nec sententialiter continetur. Vnde igitur habes nisi a patre mendacij? quod si opus tuum est hæreticum, sic opus B. Francisci opus sedis Apostolicæ, vel potius opus Dei: regula namque nostra fuit B. Francisco diuinitus inspirata. Vnde igitur trahis nisi ab illo, qui in infernum te trahat post se, quod si facta tua sunt hæretica & confusa, quod ideo religio nostra sit hæretica destructa & confusa? nonne vides quomodo religio nostra facta tua videt & condemnat?* Subdit Geraldus religionem Minoritanam non Michaeli hæretico, sed Christo innixam, medio B. Francisco *in fide*, vt ait, *& deuotione, & obedientia, & reuerentia*, ac *vnitate sacrosanctæ matris ecclesiæ*, in eaque, quamuis Michael & socij errent, inconcussam permansuram. Hæc ille. Nunc aduersus venenata Michaelis, & sociorum dogmata, Petri de Arreblayo tit. S. Susannæ presbyteri Cardinalis doctrinam orthodoxam proferemus. Is enim consultus a Pontifice, sententiam suam in hæc verba deprompsit.

Discrepantia definitionis Nicolai & Mich.
Falsum est quod S. Franc. dogma Fratic. de paup. tenuerit.
Arreblagi Card. sententia.

Dicta Petri de Arreblayo tit. S. Susannæ presbyteri Cardinalis.

56 *Est quæstio, vtrum asserere pertinaciter, Christum saluatorem nostrum & eius Apostolos nihil habuisse nec in speciali nec in communi, sit hæreticum censendum.* Et aliquibus de hæretici descriptione interiectis, subijcit: *Hæreticus est qui non recipit quatuor concilia vel contradicit. Ergo multo fortius qui contradicit euangelijs & canoni bibliæ. Sed in multis locis sacræ scripturæ reperimus Christum habuisse aliquid. Ergo qui pertinaciter contradicit isto modo est censendus hæreticus. Quod autem Christus habuerit hoc probatur: habebat enim loculos vt in c. Exijt, & XII. q. I. c. Exemplum, & c. Habebat; vbi dicitur, quod in loculis illis conseruabat sibi data & oblata, vt suorum necessitatibus, & aliorum indigentium subueniret debitis temporibus: & est Augustini, & etiam hoc* pro-

communionis ac concordis sententiæ testimonium & munimen, præsentium seriem de communi consensu omnium nostrum sigillis & subscriptionibus proprijs generalis ministri, & nominatorum superius magistrorum, & baccalariorum in sacra pagina; nec non quatuor prouincialium ministrorum, videlicet Thomæ prouinciæ Bononiensis, Petri prouinciæ S. Francisci, Fernandi prouinciæ Castellæ, & Simonis prouinciæ Turoniæ duximus muniendam. *Datum Perusij anno & mense & die superius nominatis, seu memoratis.*

Ego frater Michael ordinis fratrum Minorum generalis minister, & in sacra pagina magister prædictis consentio, & ea vera esse iudico: in cuius rei testimonium sigillum mei officij præsentibus literis appendi iussi, & me propria manu subscripsi.

Ego frater Guillelmus minister Angliæ in sacra pagina magister prædictis consentio, &c. vt supra.

Ego frater Henricus minister Alemanniæ superioris, et in sacra pagina magister, etc.

Ego frater Arnaldus minister Aquitaniæ, et in sacra pagina magister.

Ego frater Vgo de castronouo in sacra pagina magister.

Ego frater Nicolaus minister Franciæ in sacra pagina magister.

Ego frater Guillelmus Almuic in sacra pagina magister.

Ego frater Guillelmus Blöeb in sacra pagina baccalarius.

Ego frater Thomas minister Bononiæ.

Ego frater Petrus minister prouinciæ S. Francisci.

Ego frater Fernandus minister prouinciæ Castellæ.

Ego frater Simon minister Turoniæ.

Omnes subscripserunt sicut primus cum proprio sigillo cuiusque ipsorum.

55 Damnata est postea a Pontifice illorum definitio, & censura hæreseos, scilicet in sensu Michaelis, Okami, & sociorum intento, & pertinaciter propugnato, notata vt refert Nicolaus [a] pseudominorita. Quocirca alij Minoritæ dixere, illam damnatam vt hæreticam *in quantum Michaelis Cæsenatis fuit, non in quantum Minoritarum.* Et quidem recte, cum veri Minoritæ decernenti contrarium dogma ecclesiæ adhærescere parati essent, atque ideo non lapsi sunt in hæresim. Michael autem cum socijs, cum errorem contra decreta ecclesiæ tueri in animum induxisset, hæreseos censura iure perstrictus fuit; vnde postea furens, in literis [b] ad Geraldum Othonem ordinis magistrum de Ioanne Papa querebatur: *Ipse pronuntiauit*, inquit [c], *literam generalis capituli hæreticam per se, & primo ratione contentorum in ipsa, & non ratione nostri præcise; & reputat totum ordinem fuisse fundatum in hæresi: & tu eius constitutiones habes sicut catholicas.* Hæc Michael hæresiarcha. Ad quæ facilis est responsio, cœtum Perusinum errasse, cum nondum controuersia definita esset ab ecclesia; & religiosos quosque ordines in suis constitutionibus errare posse: Christi autem vicarium, diuina fretum ope, in decretis fidei edendis errare nō posse, vt ex euāgelio & SS. PP. ostendunt theologi [d]. Sed hunc sycophantam se Pontifici, & conuenticulum monachorū vniuersali ecclesiæ prætulisse, visuri sumus.

Cæterum ad confirmandam memoratam sententiam Michael, Ochamus, & alij Monoritarum præpositi, vt sodales seducerent, libellum VII. idus iunij in eodem cœtu Perusino ediderunt, in quod plura falsa argumenta congessere. Hoc vero temerarium facinus Nicolaus pseudominoritas schismaticus excusat, dum ait, Minoria rogatos fuisse a nonnullis Cardinalibus & alijs viris nobilibus, vt quid ipsi sentirent de paupertate Christi in cœtu vniuersi ordinis definirent: *Subsequenter*, inquit [a], *aliqui Cardinales & nonnulli alij viri nobiles requisierunt præfatum fratrem Michaelem generalem ministrum dicti ordinis & totum capitulum generale apud* * *Parisium in pentecoste tunc proximum celebrandum, quod ipsi definirent et determinarent illud de dicta quæstione de paupertate Christi & Apostolorum eius sentirent, & in scriptis redigerent, ac vniuersis Christi fidelibus destinarent.* Mox autem auctor schismaticus sodalium impiam arrogantiam detegit, dum alia causa permotos addit: *Ex hoc*, inquit, *sperantes, præfatum dominum Ioannem ad errores dispositum refrenare, ne de dicta quæstione in præiudicium prædecessorum suorum & fidei attentaret oppositum definire*; quasi Christi vicarius, e Petri cathedra fidelibus dogma propositurus, errare posset, atque a Michaele & socijs e capitulo, vt vocant, corrigendus fuisset. Hæc fuere schismatis & hæreseos exordia, quæ ecclesiam catholicam postea laniarunt. Discant religiosæ familiæ ex hoc doctissimorum virorum lapsu modestius de sua doctrina sentire, nec fidei dirimendis controuersijs, ac muneri ad sedem Apostolicam pertinenti sese ingerere; quippe Michaelem, Ochamum, Henricum, aliosque nonnullos in concepta sententia pertinacissime hæsisse, postquam hæreseos damnata fuisset; ac præter schisma, quod subornato Ludouico Bauaro creauere, etiam Fraticellorum, quibus ab opinione impia nomen fuit, scilicet fingentium ob dogma de paupertate Christi a Ioanne definitum eundem ac successores a Spiritu S. Christi vicariatu, exauctoratos: sectam nefariā propagasse, visuri sumus.

Prodijt auctor recentior Michaelis defensor, qui illius decisionem tuetur acerrime, atque hoc telo aduersantes adoritur [b]: *Cum*, inquit, *manifesta sit hæresis dicere, hanc determinationem capituli Perusini esse Fraticellorum hæresim; hoc enim conuinceretur sedem Apostolicam, atque adeo totam ecclesiam cum generali concilio non modo errasse iudiciali, vt ferunt, errore; sed etiam hæresim longe ante & sæpius ab ecclesia profligatam & damnatam docuisse, approbasse, & acceptasse.* Supponit auctor hæresiarchæ Michaelis sepultos errores, & mendacia renouat, nimirum Nicolai constitutionem in sensum Fraticellorum detortam esse decretum fidei, illamq; in concilio œcumenico confirmatam: ostensum enim iam ante fuit, concilium de ea quæstione non egisse; neque sanxisse Nicolaum, vt constitutio, *Exijt*, esset decretum fidei: nunquam etiam ecclesiam eandē sanctionem pro decreto fidei habuisse, nunquam enim assensisset, vt eandem constitutionē Ioannes reuocaret [c], cum decreta fidei reuocari nequeant. Non itaque sequitur a fide aberrasse ecclesiam, si Michael cum suis in edendo Perusino decreto errauerit: errasse autem illum constat, cum ob determinationem illam pertinaciter defensam vna cum alijs iudiciaria sententia damnatus fuerit ab ecclesia hæreseos, quam Pontifex pluribus constitutionibus confutauit. Præcipua vero

Editus ad firmandū errorem commentarius.

a M.S. bib Vat. sign. n. 4008. pag. 1. & 4010. pag. 1.

* Perusiū

Admonitio ad religiosos ordinem.

b Nitel. Francisc. pag. 216. Insignis error recentioris veteres hæreticos defendentis.

Supponit falso sanctionem Exijt esse decretum fidei.

c Ext. ad conditorē de verb. signif.

Definitio Michaelis Cæsenatis non est ea dē quoad intelligentiam cum definitione Nicolai.

a M.S. bib Vat. sign. n. 4008. pag. 4.

b Ext. in M.S. Vat. b vt. sign. 4010. pag. 215.

c Ib. pag. 225. Michaelis Cæsenatis impudentia.

d Turrecr. sum. de eccles. l. 2. c. 109. Bellar. de Rom. Pont. l. 4. c. 3. & alij.

stolorum sancita, tum venenata Michaelis Cæsenatis scripta aduersus Pontificem, tum etiam Ludouici Bauari edicta, eiusdemque studiosorum varios libellos compegit. Is ergo, ab ipso exordio rem altius repetens, scribit superiore anno, scilicet MCCCXXI. præfecturæ Michaelis anno VI. quendam Beguinum siue Bizochum, de qua secta iam ante a nobis dictum est, Narbonensis archiepiscopi & Ioannis Beluæ fidei censoris ordinis Prædicatorum imperio captum, & iudicio hæreseos postulatum fuisse; Beguinum vero inter alia affirmasse: *Quod Christus & Apostoli, vt ait auctor, viam perfectionis sequentes, nihil habuerunt iure proprietatis & dominij in speciali, nec etiam in communi*. Cum vero in ipsum iudiciariam actionem exerceret fidei censor, atque ad concilium religiosarum familiarum præpositos, & plures alios doctores congregasset; ex ijs Berengarius Tolom Minorita theologus negauit superiorem articulum de paupertate Christi & Apostolorum hæreticum esse; sed orthodoxum, atque in decretali Nicolai Papæ, *Exijt*, contineri contendit: dictum vero reuocare iussus, ad sedem Apostolicam prouocauit. Ex hac scintilla excitatum ingens incendium; cum enim Berengarius in sacro Cardinalium senatu proposuisset sententiam, pontificio iussu custodiæ traditus est, ac theologorum celeberrimi cœtus deinde congregati, vt controuersia dirimeretur. Ac primum, vt accurate ventilaretur anathematis pœna a Nicolao Papa obiecta disceptantibus de sua constitutione, remissa est, edita sanctione a, quæ iuri canonico adiecta est.

Orta ingens de paupertate quæstio.

Eius origo.

Lis inter Prędicatores & Minor. ad sedē Ap. deuoluta.

Conuocati doctorū cœtus.

Nicolai sanctio suspensa.

a Extat in extrau. Quia nonnunquā de verbor signif.

Tum vero indigna suspicio nonnullorum susurronum vitio magnam Franciscanorum multitudinem peruasit, Ioannem in aduersariorum partes inclinare, atque in ordinis comitijs Perusij congregatis primas schismatis faces accendere; quippe in eam temeritatem se proiecere, vt dum Apostolica sedes in agitanda definiendaque controuersia occupata esset, ipsi sententiam suam vniuersis fidelibus encyclicis literis proposuerint, quasi iam a Nicolao in decretali *Exijt*, promulgatam; cum tamen ipse de ea quæstione, in qua plurima distinguenda Ioannes in suis constitutionibus illustrat, decretorie non esset locutus; vtque si quid ambiguitatis in eius dictis emersisset, eius explanationem a Romano Pontifice petendam sanxisset; non vero a Minoritarum præfecto & sodalibus, cum hi errare possent, non vero Christi vicarius e Petri cathedra sententiam laturus: *Si quid*, inquit Nicolaus, *penes aliquem in his ambiguitatis emerserit, ad culmen prædictæ sedis Apostolicæ deducatur, vt auctoritate apost. sua in hoc manifestetur intentio*, CVI SOLI *cōcessum est in his statuta cōdere, & edita declarare*. Ita nonnulli Minoritæ aduersus hanc constitutionem fucata illius tuendæ specie, dum soluendi dubij Christi vicario præripere auctoritatem tentant, præuaricati sunt, Quorum literas memoratus Nicolaus Minorita his verbis conceptas refert b.

b M.S. bib. Vat. sign. n. 4008. pag. 54. et M.S. 4010 pag. 2. ext. etiam apud Aluar Pelag. de plan. eccl. l. 2. c. 62 et apud Vvad. hoc an. n. 52.

Vniuersis Christifidelibus, præsentes literas inspecturis, frater Michael ordinis fratrum Minorum generalis minister, Guillelmus Angliæ, Henricus superioris Alamanniæ, Arnaldus Aquitaniæ prouinciales ministri & in sacra theologia magistri; nec non Hugo de Nouocastro & Guillelmus de Almuich sacra theologiæ doctores, Nicolaus minister Franciæ, ac Guillelmus Bloc baccalaurij in sacra pagina, & omnes ministri & custodes, discreti & lectores generalium studiorum apud Perusium congregati in capitulo generali, ipsumque totum generale capitulum ordinis supradicti, salutem & pacem in Domino sempiternam.

54 Noueritis, quod nos anno Dom. MCCCXXII. indictione V. pridie non. iunij, audita & intellecta quæstione quadam, quæ in Romana curia præsentialiter agitatur, qua quæritur, vtrum asserere Christum & Apostolos eius non habuisse aliqua in proprio nec in communi sit hæreticum; & requisiti quid de ipsa quæstione sentiremus, & in scriptis sub nostris sigillis & subscriptionibus proprijs redigere curaremus; visis & examinatis dicta quæstione, tum allegationibus, quæ pro & contra fiunt, diligentique & matura deliberatione digestis, determinationi sanctæ Romanæ ecclesiæ firmiter & totaliter inhærentes, concorditer & vnanimiter dicimus & fatemur, quod dicere & asserere, quod Christus viam perfectionis ostendens, & Apostoli eandem viam perfectionis sequentes, atque per exemplum in alios volentes perfecte viuere deriuantes, nihil iure proprietatis, dominij, seu iuris proprij in speciali & in communi habuerunt, non est hæreticum; sed sanum, catholicum, & fidele. [Si restringerent vocem, *nihil*, quantum ad immobilia, non errarent; sed ipsos definijsse non modo quantum ad immobilia, sed etiam quantum ad mobilia constat: in quem sensum nefarium Nicolai Papæ verba, quæ falso supponunt esse decretum fidei detorquent: cum verus verborum eiusdem Nicolai sensus sit, vt declaratum fuit a Ioanne, Christum & Apostolos nihil dominij, quantum ad immobilia habuisse siue in speciali siue in communi; habuisse tamen quantum ad mobilia; quare distorta est sequens conclusio.] Maxime cum sancta Romana ecclesia catholica, quæ a tramite apostolicæ traditionis nunquam deuiasse, aut errasse probatur XXIV. q. 1. *c. A recta fide*, & *cap. Pudenda in fine* hoc expresse dicat, affirmet, & determinet manifeste, *extra de verborum significatione cap. Exijt, qui seminat lib.* VI. §. *Porro*, sic inquiens: *Dicimus quod abdicatio proprietatis omnium rerum tam in speciali, quam etiam in communi, propter Deum meritoria est & sancta; quam & Christus, viam perfectionis ostendens, verbo docuit, & exemplo firmauit: quamque primi fundatores militantis ecclesiæ*, id est, Apostoli, *prout ab ipso fonte*, id est, Christo, *hauserāt volentes perfecte viuere per doctrinæ & vitæ ipsorum alueos deriuarunt*. Quæ ecclesiæ determinatio in lib. VI. per ipsam catholicam ecclesiam est inserta, & per aliam decretalem in Viennensi cōcilio promulgatā [falsa est hęc hypothesis tum quod omnia contenta in iure canonico sint decreta fidei] in VII. lib. sub tit. *de verb. significatione* inserta, & per ipsam vniuersalem & catholicam ecclesiā est approbata; ac nouissime per sanctissimum patrem & dominum dominū Ioannem, diuina prouidentia, Papam XXII. in quadam sua declaratione edita super regulam & statum fratrum Minorum, quæ incipit, *Quorundam exigit*; est eadem declaratio plurimum commendata [purū hoc etiam mendacium est & falsum erroris fundamentum] tanquam salubriter edita, solida, lucida, multaque maturitate digesta, & testante canone XIX. *dist. capitulo Si Romanorum*. Illud quod pro sano dogmate sedes Apostolica approbauit, semper teneri debet acceptum, nec ab eo licet alicui quomodolibet resilire XXIV. *q.* 1. *Hæc est fides* [non in sensu falso in quem illam factiosi distorsere.] In huius autem nostræ opinionis, & com-

Factiosor. literæ.

Mentiuntur controuersiam definitam.

Figmentū instar oraculi propositum.

Detorta in alienū sensum Nicolai sanctio.

Andronicus senior Turcas ad uersus nepotē euocat. Andronicus Imperator eos ex Asia, in qua religionem Christianam deleuerant, in Europam aduersus nepotem Andronicum iuniorem euocare a: qui tamen ab eo primo belli impetu Zurulum inter & Selybriam fracti, fugatique sunt. Ex qua clade Andronicus senior, Turcarum diffisus viribus, suorumque timens defectionem, pacem a nepote flagitauit. Cumque is a suis suaderetur b, vt nouo eas leges imponeret, quibus constrictus mouere amplius bellum non posset, nimirum imperij parti, quam antea priori tractatu obtinuerat, vltimo bello comparata loca adiungeret; is in contrariam versus sententiam, auo vniuersi imperij administrationem reliquit. Iam a schismaticis ad hæreticos sermonem transferamus.

Iis debellatis pacē flagitat.

a Io.Cant. hist.l.1.c. 31.

b Id.c.32. Andronicus iunior auo vniuersâ imperij administrationem permittit.

51 Demandata est hoc anno Galliarum archiepiscopis & episcopis prouincia c, vt tertij ordinis S. Francisci sodalium causam cognoscerent, qui hæreseos crimine erant postulati, vt e subiectis literis videri poterit.

c An.6.p.1 ep.cur.52.

Fratres Tertij ord S. Franc. in suspicionem hæreseos vocati.

Ioannes, &c. venerabilibus fratribus vniuersis archiepiscopis & episcopis per Narbonensem, Tolosanam, Auxitanam, Burdegalensem, Terraconensem, Arelatensem, Aquensem, Viennensem, & Ebredunensem prouincias constitutis.

De nonnullis professoribus ordinis continentium, qui fratres tertij ordinis B. Francisci vulgariter nuncupantur, grauis ad nostri apostolatus auditum, quod dolenter referimus, peruenit infamia, iustæ vltionis acrimoniam in eosdem, si dictis facta conueniant, relatura; quod in huiusmodi ordine tertio sunt nonnullæ sexus vtriusque personæ, quæ volentes potius suo errore perire, quam euangelica doctrina & salubri persuasione proficere, de articulis fidei, de sacramentis ecclesiæ, de apostolicæ potestatis plenitudine, ac in quantum eiusdem claues ecclesiæ se extendunt, altercari & disputare, nonnulli etiam ex eis aliter in præmissis, quam Romana ecclesia doceat & sentiat, sentire ac profiteri præsumunt in derogationem, quantum in eis extat, catholicæ fidei, ac in perniciem suarum & aliarum, quas astute decipiunt, simplicium animarū.

Datæ præsulibus partes, vt ipsorum fidem discutiant.

Nos itaque dignum censentes & debitum, vt super his per vos & vestrum quemlibet auctoritate nostra, cum sitis in partem nostræ solicitudinis euocati, habeatur indago, & certitudo plenaria veritatis; fraternitati vestræ per apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus ne talis morbi contagium in fideles subrepat populos animasque simplicium, quod absit, inficiat, personis vtriusque sexus eiusdem tertij ordinis in vestris diœcesibus constitutis ad vestram, prout commodius fieri poterit, præsentiam euocatis, inquiratis tam super præmissis & singulis præmissorum, quam de ingressu earum ad huiusmodi tertium ordinem, & per quem vel quos ad ipsum ordinem fuere recepti, & in cuius seu quorum manibus, ac vbi & quando & quid specifice fuere professi, iuxta datam vobis ex alto prudentiam diligenter, & habita de ingressu, receptione, & professione ipsorum, ac de disputationibus & erroribus, vt præfertur; & vtrum tanquam fideles atque catholici firmiter de prædictis & alijs sentiant, quod sancta Romana sentit ecclesia, certitudine veritatis; &c.] Subdit vt ijs, quos a criminis labe puros inuenerint, nullam molestiam infligant, sed moneant, ne se aliorum erroribus irretiri atque inquinari patiantur: illos vero quos non sentire cum ecclesia, sed hæresis macula aspersos deprehéderint, canonicis pœnis afficiant. *Dat. Auin. IV. kal. martij anno VI.*

Qua forma interrogandi sint iudicio.

Plecti sontes, insontes absolui iussi.

52 Exercitam in hos a præsulibus iudiciorum seueritatem refert a M.S. Vatic. his verbis: *Huius tempore Papæ diuersis vicibus fuerunt combusti multi fratres Minores propter opinionem de paupertate euangelica, & multæ sorores ordinis in diuersis locis.*

a M.S. bibl. Vat. sign. n. 3765. in Io. XXII.

53 In Germania compactus in carcerem est a Spirensi episcopo Franciscus e Lutra Minoritarum desertor, ingentium criminum reus, quem Pontifex deduci ad sedem Apost. atque armato milite, ne vincula euaderet, stipari iussit. Quo argumento ad episcopos Germanos, viros principes, vrbiūque magistratus scripsit, vt suam in id operam conferrent. Quos vero ille errores ad dissoluendum sacrum Minoritarum ordinem serere ac disseminare publice elata proteruia cœpisset, indicat Ioānes in alijs ad Spirensem episcopum datis b: *Corā clero*, inquit, *& populo Spirensi contra statum dicti ordinis publice prædicare infamatorie non expauerat, damnatam Sarrabaytarum sectam satagens suscitare*, de Sarrabaytarum siue pseudoeremitarum secta ex Aluaro Pelagio supra egimus, *& inter cætera patenter prædicare præsumpserat, quod non erant in statu salutis fratres ordinis prælibati, quosdam ipsius ordinis fratres pestiferos, in quorum cordibus hostis antiquus sator zizaniæ prauos seminauit errores; contra quos, vtpote tunicam Domini scindere molientes, modum certæ prouisionis salubris duximus apponendum, ausu damnabili approbando, & dicendo, quod iniuste processum fuerat contra eos.*

Franc. e Lutra hæreticus.

b An.6.p. 1.ep.com. 469.

Illius errores.

Pestiferorum Minoritarum nomine designari videntur Fraticelli illi, qui pura & candida S. Francisci instituta sectari se iactabant, & a Cœlestino V. Pontifice auctoramentum sectæ, quæ postea a Bonifacio damnata fuerat, accepisse contendebant; quiq; duce Henrico Ceua trahere in apostasiam Minoritas, ordinemque sanctissimum soluere nitebantur c: in quos, veluti hæresi maculatos, præsules legibus agere iussos vidimus: contra quos & alios nisi a Ioanne Franciscani ordinis acerrimo propugnatore studia apostolica magno ardore collocata fuissent, vniuersus fere ordo periclitatus fuisset, vt Pontifice ipso teste visuri sumus. Ii porro pseudominoritæ grauissimo insectabantur odio Minoritas, a quibus defecerant; adeo, vt memoratus impostor Franciscus e Lutra, vti refert Ioannes, pro concione exclamaret: *Quod peccaret mortaliter quicumque daret eleemosynam fratribus ordinis memorati.* Proripuit vlterius huius hypocritæ improbitas, quippe vt queritur Pontifex: *Alia superstitiosa & falsa in nostrum et Apostolicæ sedis contemptum, dicti ordinis opprobrium, plurimorum scandalum, & animæ suæ perniciem palam non est veritus prædicare, &c. Dat. Auin. kal. februarij anno VI.*

c An. Chr 1318. n. 45. et 61.

53 Nec longe dispar scelere illi fuit Ruffinus d Minorita, qui episcopi personam ementiti nō perhorruit: quem a Michael Cæsenare supremo ordinis præposito carceri mancipari iussit. At ipse Michael in errorem, demumque in hæresim & schisma prolapsus est ordinemque vniuersum, cui præerat, trahere in exitium molitus hoc ipso anno. Cuius facinoris occasionem narrat accuratissime Nicolaus Minorita e, eiusdem Michaelis schismate & hæresi contaminatus, vt passim ipse perspicue ostendit, prauoque animo edidit ingens volumen, in quod insignia Pontificis in controuersia de paupertate Christi & Apo-

d To.3.ep. secr. pag. 317.

Ruffinus Minor. episcopalia sacra profanat.

e Nic. Min M.S. bibl. Vat. sign. n. 4006. pag. 1. et M.S. 4010 pag. 1.

sto-

in latitudine pro diœcesi eidem Cassensi ecclesia duximus assignandam; statuentes ac etiam decernentes, vt ecclesia sanctæ Agnetis dicti loci Cassensis ex tunc haberetur & existeret perpetuis futuris temporibus cathedralis, &c. Dat. Auin. IV. kal. martij anno VI.

a Ib. ep. 83. Petitum a Pont. vt in Curchi episcopatum institueret. b Ib. ep. 991. Petrus creatus patriarcha Hierosolym. c Reg. post eand. ep.

46 De instituendo alio episcopatu in Curchi Armeniæ prouincia agitauit consilium Pontifex, a expetente Ossino comite; electumque Ierosolymitanum, num ea res fidei amplificationi conduceret, XII. kal. augusti cognoscere iussit. Confirmatus b porro fuerat XIII. kal. iul. in Ierosolymitano patriarchatu Petrus canonicus Nicosiēsis, cuius prædecessor Petri etiam nomen gesserat: quo argumento Ioannes ad Regem Cypri, vt patriarcham studio regio prosequeretur, literas dedit c. Cæterum Regem Cyprium ob lata Armenis, in extremum adductis exitium, auxilia soldani Babylonij iras in se concitasse, sequenti anno amplius videbimus, quo Pontifex Cyprum periclitantem defendit.

Rhodus vane tentata ab Orchane. d Io. Vill. l. 9. c. 118. e Contin. belli sac. f Bos. l. 2. de Rhod. eq. et alij. Maritima de barbaris parta victoria. Alia terrestris.

47 Tentata est a Turcis per hæc tempora Rhodus insula, hostisque a Rhodijs equitibus magna clade profligatus. De parta victoria consentiunt historici, quanquam de illius tempore discrepant: Ioannes enim Villanus d ad annum huius seculi vigesimum; continuator vero belli sacri e, alijque f in hunc annum rem conijciunt. Ascribenda vero est illius triumphi gloria diuino Numini, cum barbarorum classis nauium octoginta a quatuor Rhodijs triremibus, & sex alijs Genuensibus, ac viginti maioris minorisue aluei nauibus circumsessa vel in nostrorum potestatem venerit, vel fluctibus mersa sit, duce Gerardo e Pinibus ordinis Hospitalariorum vicario. Cumulata ea victoria maritima terrestri altera: decem enim Turcarum millia, quæ in Episcopia insula exposita fuerant, a victoribus capta, quorum pars cæsa, pars abducta in seruitutem.

Victus Vrosius Rasciæ Rex a Car Rege Vng. ad coniūctionem ecclesiæ redit. g Io. Vill. l. 9. c. 175. h A. 1323 n. 14. et seq. Achaici infideliū & schismaticorum commercio se inquinant. i To. 3. ep. secr. pag. 260.

48 Peperit alium nobilissimum de schismaticis triumphum Carolus Vngariæ Rex, atque Vrosium Regem Rasciæ ad suas leges, vt ait Ioannes Villanus g, compulit. Eas vero fuisse, vt eiurato schismate Romanæ ecclesiæ se aggregaret, e pontificijs inferius afferendis h literis colligitur, quibus ipsi ad officium redeunti fidei formam, quam erat professurus, præscribit i. Fuisse vero a Rege Carolo impietatis odio bello petitum, cum Macedones pio recuperandæ Romanæ ecclesiæ coniunctionis desiderio arderent; maximumque eius sacri belli auctorem Christi vicarium extitisse, superius vidimus.

Seruandæ incorruptæ religionis zelo, ac schismatis abolendi accensus Pontifex ægerrime tulit, Latinos qui in Achaia versabantur, infidelium & schismaticorum commercio se inquinare, iussitque Constantinopolitanum patriarcham (Latinum scilicet) atque archiepiscopum Patracensem Latinos illos deterrere, ne cum schismaticis in diuinis communicarent.

Patriarchæ Constantinopolitano & archiepiscopo Patracensi.

Fert grauiter rem Pontifex.

Vt splendor fidei catholicæ nullis prauorum actibus valeat obfuscari, tanto curiosius inuigilare conuenit ecclesiarum prælatos, quanto de ijs, velut eorum incumbentibus officijs, reddituri sunt districtius æterno iudici rationem. Sane non absque mentis amaritudine percepimus his diebus, quod in principatu Achaiæ Christiani fideles, qui Latini in illis partibus vulgariter nuncupantur, cum Græcis schismaticis & alijs infidelibus conuersantes, interdum tam ipsi, quam eorum vxores & familiæ prædictorum schismaticorum ritui, non sine suarum animarum periculis, adhærent imprudenter; & accedentes sæpius ad missas audiendas, eorum oblationes sacerdotibus schismaticis offerunt, & sacramenta ecclesiastica iuxta ritum huiusmodi temere recipiunt ab eisdem: dictique Latini ad missas & alia diuina officia, quæ secundum ritum sacrosanctæ Rom. ecclesiæ celebrantur ibidem, admittere dictos schismaticos non verentur.

Illos diuina cum schismaticis participare vetat.

Cum autem præmissa, ex quibus diuina maiestas offenditur, & religioni detrahitur non modicum Christianæ, non sint aliquatenus toleranda; fraternitati vestræ per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus vos & quilibet vestrum, per vos vel alium seu alios, præfatos fideles illarum partium Christianos, ne talia, quæ in animarum suarum salutis vergunt dispendium, de cætero attentare præsumant; sed ab illis prorsus abstineant, monere & efficaciter inducere vijs & modis ad hoc expedientibus studeatis; ipsos ad id nihilominus per censuram ecclesiasticam, & alias spirituales pœnas & sententias, prout, quando, & quoties, ac sicut expedire videritis, appellatione postposita, compellendo. *Dat. Auin. kal. octobris anno VII.*

Catalani Christianos Turcis impie vendunt. a Ib. pag. 260.

49 Grauiori se contaminabat flagitio Catalana societas, quæ cum in orientem ad Turcas oppugnandos traiecisset, arma in fideles Gallici generis nefarie verterat, ac piraticam exercebat in nostros; eiectoque ex animo omni pietatis & religionis sensu, Christianos quos intercipere poterant, diuendebant Turcis. Impiorum antesignanus erat Alfonsus, cuius ad officium reuocandi prouincia patriarchæ Constantinopolitano & Patracensi archiepiscopo, de quibus paulo ante memoraui, a Pontifice data est a.

Patriarchæ Constantinopolitano & archiepiscopo Patracensi.

Alfonsus illorum signifer.

Ad nostrum infestæ relationis assertione peruenit auditum, quod Alfonsus capitaneus, alijque rectores, ac nonnullæ singulares personæ magnæ societatis, tanquam in tenebris & vmbra mortis ambulantes damnabiliter, sibique thesaurizantes iram in die iræ & vltionis iusti iudicij Dei, nonnullos fideles Christicolas, in principatu Achaiæ ac vicinis & circumpositis regionibus commorantes, per se & per piratas crudeles & cursarios suos hostiliter persequuntur, affligunt immaniter, & captiuant interdum; & quod est dolendum amarius, auaritiæ cæcitate seducti, Christicolas ipsos, venales Turcis infidelibus exponentes, pretio vendunt damnabili, & tradunt eos infidelium ipsorum diræ seruitutis imperio, miserabiliter captiuantes. Cum igitur prædicta, si vera sunt, in illius opprobrium, qui Christicolas ipsos sui pretiosi redemit effusione cruoris, ac catholicæ fidei & gloriæ nominis Christiani, nec non & illorum, qui talia patrare præsumunt, propriæ salutis dispendium redundare noscantur; fraternitati vestræ, &c.] præcipit vt ducem fœderatorum, aliosque singulos a tanto scelere deterreant; ac si eo se contaminare non perhorruerint, censuris ecclesiasticis deuinciant. *Dat. Auin. kal. octobris anno VII.*

In ipsos animaduerti iubet Pont.

Græci inter se dissentiunt.

50 Dum catholici eo furore suos in Græcia Turcis prodebant, a quibus demum perdendi erant, non minus Græci schismatici ciuilibus dissensionibus suum accersebant exitium, vt in Turcarum prædam cederent: nec perhorruit

An-

cum Regibus Francorum fœdera, muneribus & officijs certarant inuicem. Ad redintegrandam itaque veterem amicitiam Pontifex, qui sperabat ex Tartarorum & Francorum mutuo fœdere, Saracenicum imperium facilius oppugnatum & euersum iri, Boyssethanum Imperatorem ad mittendos ad sedem Apostolicam & Gallicam aulam oratores solicitauit a, remque eam sibi fore gratissimam significauit.

a Ib. pag. 89. & an. 6. p. 1. ep. cur. 8.

Magnifico viro Boyssethan Imperatori Tartarorum gratiam in præsenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

Inter solicitudines alias nostris humeris incumbentes hoc perpeti cura reuoluimus, & in hoc solidæ charitatis ardore crebris orationibus a Domino postulamus, vt ipse lapis angularis, qui fecit vtraque vnum, suam sanctam, catholicam, & vniuersalem ecclesiam toto orbe terrarum in vnitate fidei orthodoxæ dignanter adiuuet, cunctis mundum purget erroribus; & diffundat in mentibus ignorantium nomen eius suæ radios claritatis, vt ipsum cognoscant Deum viuum & verum omnium conditorem. Propterea iubilum copiosæ lætitiæ desiderijs nostris accresceret, si te dignum filium benedictionis constituens, viuido ac indiuiduo eiusdem ecclesiæ catholicæ corpori ad participationem vitalis spiritus iungereris inseparabilis fœdere charitatis. Ideoque magnitudinem tuam rogamus & hortamur attentius, & per illius, qui mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit, misericordiam obsecramus, quatenus eiusdem fidei saluberrimam vnitatem, quam primo sancti Apostoli de fideli Christi pectore susceperunt, & quam sacrosancta Romana seruat, prædicat, & docet ecclesia, sine qua nemo vnquam Deum videre poterit, reuerenter amplectens; & deuote considerans, quod omnis homo eo ipso, quod rationalis est conditus, debet ex ratione colligere illum, qui eum condidit esse Deum; in ipsius lumen & regimen, omnis vetustate peccati & cœcitatis errore depositis, per baptismatis transeat sacramentum, fidem huiusmodi constanter & fortiter obseruando: vt per illam gratia domini saluatus, cũ Dei electis assequi valeas hereditatem incorruptibilem, incontaminatam, & immarcessibilem conseruatam in cælis.

Ea de re literæ.

43 Cæterum frequenter audiuisse meminimus, quod memorati progenitores tui tanquam viri magnanimitate sublimes, vt Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris & Apostolicæ sedi deuotam reuerentiam exhiberent, ad ipsos interdum propter hoc mittebant nuntios speciales; & nihilominus cum Francorum Regibus, qui tunc erant, amicitiam contrahentes, illos per eosdem nuntios & literas visitabant: quos prædecessores ac Reges ipsi recipientes honorificentia, qua decebat, eorum gratis aspectibus lætabantur; se hinc inde progenitoribus ac Regibus ipsis donis & muneribus honorando. Ex quibus potes plene colligere, quod tibi & imperio tuo ad laudis cumulum & honoris accresceret, si progenitorum ipsorum imitatus exemplum, per similes nuntios nos & dictam visitares sedem, & cum charissimo in Christo filio nostro Rege Francorum illustri amicitiam renouares: nos enim ex hoc specialiter lætaremur in Domino, qui tibi libenter in omnibus, cum secundum Deum grata procederent, placeremus. *Dat. Auin. iv. non. iulij anno vi.*

Hortatur Tartarum vt more maiorum oratores ad Apost. & Gallicã aulam mittat.

44 Tuebatur in Aquilonari Tartaria religionem Christianam Abuscanus princeps, Regis Cotogani filius, cui superiori anno ob sacra Christiana amplexa Pontificem gratulatum vidimus; quem etiam hoc anno ad populos sua auctoritate ad Christum adducendos est adhortatus a; vt que cælestibus præmijs ad pietatem principem neophytum accenderet, singulis diebus, quibus augustissimo missæ sacrificio interesset, viginti dierum indulgentiam impertijt.

Excitat Abuscanũ Tartarũ principẽ ad religionem propagandam.

a An. 6 p. 2. ep. cur. 479.

Dilecto filio nobili viro Abuscano nato claræ memoriæ Cotogani Regis in partibus Tartariæ.

Ingentem, nec mirum, materiam gaudiorum suscepimus, quod summus ille lapis angularis dominus Iesus Christus, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, quodque quos saluos vult fieri, ad cognitionem sui non desinit semper abundantissimo beneficio erudire, per inenarrabilem gratiam suam toto orbe diffusam augens continue familiam Christianam, te sicut venerabilis fratris nostri Hieronymi episcopi Caphensis & socij eius relatione iucunda percepimus, veræ fidei luce perfusum & sacri baptismatis fonte renatum, ac imbutum doctrina apostolicæ & euangelicæ veritatis, vnitati sanctæ Romanæ ac apostolicæ & catholicæ ecclesiæ aggregauit.

De suscepta fide ei gratulatur.

Quia igitur Deo patri æterno, & apostolicis votis ad gaudium cedit immensum, si Redemptoris nostri familia in ipsis partibus, quas dudum cœcitas errorum obduxerat, dilatetur; nobilitatem tuam rogamus & hortamur in eodem nostro pijssimo Redemptore, quatenus prudenter attendens, quod inter cætera, quæ de recto calle dirigere poterunt ad vitæ gaudia sempiterna, hoc est præcipuum, si subditos tuos viuido & indiuiduo eiusdem catholicæ ecclesiæ corpori, & cognitioni veræ fidei aggregabis; ad hoc præstes opem, & ad hoc totis studijs elabores, vt eius obtentu, qui fidelibus suis iter æternæ vitæ demonstrans, paradisi ianuas, quas primi parentis inobedientia clauserat, ineffabili misericordia reserauit, eosdem subditos per te & alios cognitione fidei catholicæ illustratos vnitati eiusdem fidei studeas aggregare. Vt autem, fili, tuæ deuotionis integritas eo promptius pijs operibus intendere studeat, quo maiorem indulgentiam per Apostolicæ sedis gratiam fuerit consecuta; deuotioni tuæ, dummodo vere fueris pœnitens & confessus, qualibet die, in qua ob reuerentiam eiusdem domini nostri Iesu Christi & beatissimæ matris eius missam audieris, vel ad ecclesiam causa orandi te deuote contuleris, viginti dies de iniunctis tibi pœnitentijs misericorditer relaxamus. Nulli ergo, &c. *Dat. Auin. 11. kal. martij anno vi.*

Sacra audituro nõ nullas indulgentias impertitur.

45 Miserat Hieronymum Clemens V. in Tartariam, ad eos populos, veteris superstitionis tenebris obsitos, collustrandos euangelij luce; sacrisque episcopalibus insigniuerat, quamuis nullius illi episcopatus nomen attribuisset. Cum vero ab eo felicissime in Tartaria Aquilonari religio propagaretur, Ioannes illum Caffensi episcopatu a se instituto donauit, cuius diœcesis fines ita circumscripsit b: *Ciuitatem Caffensem, tunc villam infra Cambaliensis diœcesis limitem constitutam, qui locus insignis existit, & vbertate multiplici hominum & rerum exuberat, de fratrum nostrorum consilio, & apostolicæ plenitudine potestatis in ciuitatem ereximus, & ciuitatis vocabulo duximus decorandam: & a villa de Varia in Bulgaria vsque Saray inclusiue in longitudine, & a mari Pontico vsque ad terram Rhutenorum* in

Hieronymus in Tartariã ad prædicã euangeliũ missus.

Caphensi episcopatu donatus.

b Ib. ep. com. 497.

Caffa episcopali sede decorata.

ter transfretandum promptis affectibus & sinceris desiderijs in peccatorum vestrorum remedium præparetis: parata quidem manet in cœlis pro fide Christi obeuntibus corona martyrum beatorum.

Morientibus in eo bello coronam martyrũ propositã.

39 Et vt vos ad transfretandum, succurrendum, & subueniendum præfatis Armeniæ regnique Cypri fidelibus positis eo libentius atque feruentius animari, quo vos potiorem fructum ex transfretationis succursu & subuentione huiusmodi noueritis percepturos; nos de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, & illa quam nobis, licet insufficientibus meritis, Deus ligandi atque soluendi contulit potestatem; omnibus qui infra annum a proxime futuris kal. martij numerandum, contra soldanum & alios infideles in succursum & auxilium regnorum Armeniæ & Cypri prædictorum in personis proprijs & expensis accesserint, in eis vicissim, vel eorum altero ad minus per vnius anni spatium iuxta dispositionem sedis Apostolicæ moraturi, illam peccatorum suorum, de quibus corde contriti & ore confessi fuerint, veniam indulgemus, quæ proficiscẽtibus in terræ sanctæ subsidiũ concedi per sedem Apost. consueuit; & in retributione iustorum salutis æternæ pollicemur augumentum, &c.]

Indulgentias arma correpturis erogaturisue sti pem concessas.

Addit Pontifex eos etiam sacris præmijs affectũ iri, qui cum profectionem ornare non possint, conduxerint stipendiarios, vel pecunias pro suarum fortunarum modulo ad sustinendos sacri belli sumptus contulerint: tum etiam ea consecuturos, qui cum itineri se commiserint, morte oppressi fuerint. Demandat etiam prouinciam omnibus præsulibus, virisque ecclesiasticis, ac religiosis, vt pontificias literas populis pro concione exponant, ipsosque ad penetrandos intrepide pro Christi gloria periculorum æstus, difficultates superandas, ac ferenda Armeniæ & Cypro laborantibus promptissima auxilia incendant. *Datum Auinione* XIII. *kalendas ianuarij anno septimo*.

Concionatores hæc populis significare iussi.

Cyprios ad Armẽ. auxilium concurrẽtes venia criminũ donat Pont.

40 Collegere in medio Saracenici belli ardore animos Armeni, in quorum auxilium e Cypro alijsque prouincijs fideles procurrere; conflatoque iusto exercitu, sanguinem pro Christiano nomine profundere parati, ad hostium excursiones reprimendas crucis signa extulere: quos immortalitatis spe ad mortem fortiter oppetendam, si opus foret, confirmauit ad constantiam Pontifex [a], ac venia criminum commissorum reliquias, modo expiata primũ rite conscientia esset donauit: *Attendentes*, inquit [b], *vos ad certandum contra inimicos fidei Christianæ pro defensione ipsius in campo certaminis constitutos, vt in eodem eo vos habeatis vtilius, quo liberius ad æternam possitis beatitudinem peruenire, &c.* alijsque literis de proposita criminum & pœnarum gratuita condonatione in acie contra Saracenos occubituris, deque irruptionibus crebris hostium in Armeniam hæc habet Pontifex. *Ex vestra insinuatione percepimus, quod adeo estis soldano alijsque infidelibus Christiani nominis inimicis vicinitate propinqui, quod videmini fore quasi signum positi ad sagittam; & oportet vos contra eos pro defensione memoratæ fidei atque vestra frequenter inire certamina, in quibus vestrum quamplurimi sæpius moriuntur.*

a To. 3. ep. secr. pag. 266. & l. 7. p. 1. ep. cur. 7. 9. et 10. b Eod. ep. cur. 7. ext. etiam in cod. M. S. arch. Vat. pag. 11.

41 Liberandis ab extremo exitio Armeniæ rebus intentus Pontifex, non Cyprios [c] modo & Gallos, aliosque fideles, vt superius a nobis dictum est; verum etiam Tartarorum Imperatorem in soldanum Babylonium concitare est meditatus. Inueterata erant Tartaros inter ac Saracenos odia, ac plures olim Imperatores Tartarorum Christianis valida contra Babylonios & Ægyptios auxilia tulerant, horrendisque Saracenos affecerant cladibus: adeo vt si occidentales a mutuis dissensionibus liberi arma cum Tartaris, vt sæpius rogatos ab ijs vidimus, coniunxissent Mahumeticum nomen penitus ab ijs facile fuisset excisum. Scriptis itaque literis ad Boyssethan Imperatorem Pontifex [a], vetera Tartaros inter & Christianos fœdera ad memoriam ipsi reuocauit, vtque Tartari Armenos sæpius a Turcorum & aliorum hostium irruptionibus atque oppressione vindicassent: precesque adiecit, vt Leoni Regi Armeniæ more maiorum imperialem opem explicaret.

c To. 3. ep. secr. pag. 366.

Tartarorũ Imp solicitat Pontifex ad Armenorũ clientelã suscipiendam.

a Ib. pag. 19.

Magnifico viro Boyssethan Imperatori Tartarorum gratiam in præsenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

Refert progenitorum tuorum memoria, quod ipsi nominis Christiani non absque inspirationis diuinæ consilio, vt pia credulitas suggerit, se reddentes beneuolos amatores, cum Regibus Armeniæ, qui fuerant pro tempore, fœdus amicitiæ stabilis obseruarunt; eis contra Turcos, & alios eorum persecutores & hostes prompti iuuaminis impendentes auxilium, & in eorum ac regni & subditorum suorum defensionem solicitam potentiæ suæ dexteram extendendo, laudandæ imitationis exemplum tibi & alijs eorum posteris relinquentes. Propter quod indubitata nobis fiducia repromittit, quod tu a dictorum progenitorum in hac parte vestigijs, velut germen proprium, non declinans, eo maioris charissimo in Christo filio nostro Regi Armeniæ illustri aduersus eosdem persecutores & hostes impendes subsidij fulcimentum, quo dictorum progenitorum exempla te ad id merito debent inducere potioris efficacia rationis.

Exponit veterem Tartarorum cum Armenis coniunctionem.

Sæpius illos contra Turcos tutatos.

Cum igitur, sicut nosti, memorati persecutores & hostes, ad eiusdem inuasionem regni suos ardentes exponendo conatus, aliqua nunc ipsius regni loca nequiter inuasisse dicantur, & ad inuadendum alia ardenter aspirent; magnitudinem tuam rogamus & hortamur attentius, & per Dei misericordiam obsecramus, quatenus huiusmodi progenitorum ipsorum inhærendo vestigijs, dicto Regi contra persecutores & hostes eosdem pro diuina & Apostolicæ sedis ac nostra reuerentia sic potenter assurgas, sicque illum tuæ virtute potentiæ tuearis, quod persecutores & hostes ipsi, tuo potenti brachio superati, cogantur occupata dimittere, & ab ipsorum Regis & regni persecutionibus resilire; teque diuina clementia, percipiens vota tua suis super hoc beneplacitis conformare, ad agnitionem sui gloriosissimi nominis, sine qua salus esse non potest, dignetur misericorditer reuocare, & per suorum dirigere semitam mãdatorum; & tibi, post vitę præsentis excursum, in cælesti patria præparare feliciter mansionem. *Dat. Auin.* III. *non. iulij anno* VI.

Nunc Armeniam in extremum adductam exitium.

Gloriæ ipsius esse illam defendere.

42 Pellicere eundem Imperatorem ad Christiana sacra conatus est Ioannes, eumque ad vniuersi orbis Conditorem, a quo potentiam sceptrumq; omnium Tartarorum accepisset, agnoscendum excitauit. Plures illius maiores religionem Christianam erant amplexi, suos sæpius ad sedem Apostolicam oratores miserant, inierant

Ipsum ad Christiana sacra allicere studet.

cum

vt nauigent, galeas parant, iter in Cyprum intendunt; regnum quippe fidele, deuotum, Christianitati plurimum opportunum. Nam, vt eadem habebat relatio, soldanus ipse charissimum in Christo filium nostrum Henricum Regem Cypri illustrē, qui in tanto bellorum discrimine Armenis compassus, multos eorum ac aliorum fidelium de dicto regno Armeniæ & castro Marino Laiacij ante dicto, missis nauigijs, vt mortis ijdem vitarent periculum, & inibi vtcumque sustentari valerent, in Cyprum fecit adduci; diffidauit elatus. Sed *Non sic impij, non sic; sed*, vt speramus in Domino, *tanquam puluis, quem proijcit ventus a facie terræ*; quia *nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit*; quod, nondum elapso triennio, in eodem regno Armeniæ contra soldani exercitum, qui depopulaturus Armeniam in graui multitudine fuerat, suæ clementia dignationis effecit: nam cum essent numero decem & octo millia equitum Saracenorum, Christiani ducenti vel circiter, quibus viuere Christus erat, & mori lucrum, in Saluatore nostro habentes fiduciam, in certis Armeniæ passibus, Saracenos aggredientes eosdem, sex millia ex eis equitum vel circa ceciderunt in bello, nonnullis eorum alijs in Christianorum seruitutē adductis; nunc etiam, qui solitus est mirabilia in suis operari fidelibus, misericors nō desistit. Quippe, vt ex præfata relatione percepimus, post demolitionem Laiacij, euersionemque Marini castri eiusdem, dum eadem soldani præmissa hostiliter equitum & peditum in Armenia multitudo, sicut exultant victores capta præda, insolentius lætaretur, sexcenti Armeniæ milites, animo constantes & strenui, ter eadem die particulari conflictu cum longe pluribus eis, ex eadem multitudine tunc sibi vicissim succedentibus, hostibus habito, palmæ victoriam reportauit: adeo vt admiratus, qui eidem Saracenorum multitudini præerat, recollecto militum suorum exercitu, quatuor vel quinque millia equitum, computatis ijs, qui in pugna Laiacij & castri ex eis perierant, deesse priori suorum numero inueniret: nec mirum, nam *Clamauerunt iusti ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos.*

Cyprum sibi subijcere cogitent Ægyptij. Henrico bellum a soldano denuntiatum.

Nonnulla Armenorum fœlicia prælia

36 Verum quia sæpe mala bonis inferuntur, vt meliores fiant; sæpe peccatoribus, vt conuertantur; sæpe iustis, vt probentur in illis, nam *Vasa figuli probat fornax, homines vero iustos tentatio tribulationis; qui iusti sunt sicut sol in iustitia maneant*, nam *Beatus vir qui suffert tentationem, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se*; qui boni, in malis crescant: creuit Iob, dum affligeretur, recepit de manu Domini duplicia; qui vero peccatores, quales omnes ex humilitate existimare se debent, nam *si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est*; conuertamur ad Dominum & miserebitur, quia pius & misericors est & multus ad ignoscendum; & per cordis contritionem, oris confessionem, & operis satisfactionem scrutemur vias nostras, & quæramus & reuertamur ad Dominum, leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cœlos, quia non repellet in sempiternum Dominus; quia si abiecit, & miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum. Clamauerunt itaque ad Dominum, dum tribularentur: clamant & nunc oppressi dum sustinent, & grauiora ab opprimentibus reformidant. Clamant vtique ad Dominum, clamant ad eius vicarium; cunctosque Christicolas, vt eis subueniatur in tempore, deuota precum instantia interpellant.

Arcana Dei in suis affligendis cōsilia.

37 Nunquid igitur nos ac vniuersi Christi fideles, dum illius, qui pro nobis in cruce passus est, vulnera cernimus, afflictiones memoramus, opprobria recensemus, quibus saturatus est, quæque illi ab insipiente sunt tota die; nunquid inquam, in tanta fidelis populi contritione, tanta miseria, tanto eius clamore, tantoque illius pauore, & nefandæ impudicitiæ formidando metu, & nisi celerius sucurratur eidem, non incertis, continere poterimus lachrymas? premere gemitus? viscera concludere pietati? Absit a mente fidelium, a cunctis Christicolis relegetur.

Exhortatio ad fideles, vt Christianum nomen tueātur.

Quare nos hæc & fratres nostri præfatæ Romanæ ecclesiæ Cardinales, maturo pensantes iudicio, eadem libra debitæ considerationis appendimus, & ex intimis nostræ mentis præcordijs condolemus: & vt tantis præcaueamus dispendijs, occurramus casibus; rerum damnis, animarum corporumque periculis succurramus, vias cogitamus & modos, quibus ijs celeriter medela præstetur. Et inter cætera, quæ nobis in præsentiarum & memoratis fratribus nostris pro expedientiori se exhibent, ipsorumque Armenorum deuota supplicatio continebat, pecuniarium a Christi fidelibus parandum subsidium, quo Armeniæ & Cypri regnis prædictis de frumento & hordeo, alijsque victualibus & ad vitam necessarijs, ac armis & stipendiariorum stipendijs, quibus nunc maxime pro defensione sui Armenia indiget, succurratur; nec non quod bellatores idonei, tam equites quam pedites, illuc pro ipsius defensione Armeniæ ex eorumdem fidelium subsidio destinentur occurrit, donec Omnipotens tantis eiusdem afflicti populi, ac totius Christianitatis in illo, tribulationibus suæ benignitatis miseratione compassus, dexteræ suæ potentiam extenderit ad iuuamen.

Decreta ad Armeniam & Cyprum defendendas auxilia significat.

38 Quocirca vniuersos & singulos paterna dilectione requirimus attente, inducimus, ac præmijs spiritualium gaudiorum, quæ sunt temporalibus merito præferenda, allicimus; vniuersitatem vestram tenore prçsentium per aspersionem sacratissimi sanguinis domini nostri Iesu Christi, & per eiusdem viscera misericordiæ Dei nostri præcordialius obsecrantes, quatenus prædictorum Armenorum sanguinis & fidei, calamitatis & ruinæ misericordiam & pietatem habentes, eis & præfatis Cypri & Armeniæ regnis in tantæ eorum necessitatis articulo, immo terræ sanctæ desolationi perpetuæ, quod absit, nisi eisdem succurratur celerius, in manibus inimicorum deficientibus, in prædictis quibus indigent opportunis & amplis subueniatis auxilijs, & copiosis eleemosynarum suffragijs propensius succurratis; ac vt ardentes Christianæ fidei zelatores, pro ipsius defensione fidei, & prædictorum regnorum tuitione, terræ sanctę recuperationi ac transmarino passagio quamplurimum opportuna, cum regna eadem inter cunctas fidelium terras magis sint ipsi terræ sanctæ vicina, vnum scilicet in terra solida Armeniæ positum, alterum videlicet Cypri in mari situm ad vlteriora, magisque accommoda ad recipiendum, resocillandum, & retinendum Christianorum exercitus; impugnandum quoque infideles eosdem, & recuperandum, diuino assistente præsidio, de eorum manibus terram sanctam, vos ad illuc personaliter

Tangique que debere in fuso Christiano sangui ne vlcisce do.

Ad recuperādam Syriam patere aditum.

pararet illam, cui assimilaret, cuique æquaret eandem, tempestati maris eiusque amaritudini, quod intumescentibus fluctibus ventorum impulsione concutitur, latrunculorum patet incursibus, & hiantis aquæ periculis prompta demersione paratur, vicina quadam illi solitudinis & formidandæ nobis comparatione metaphoræ exæquauit, cum diceret: *Magna est velut mare contritio tua*; quam vndique fluctus operiunt, venantur insidiæ, hostes iaculantur in mortem. Sed cum illius medelam difficillimam propheta conspiceret, quam longo iam spiritu cernebat languore tabescere, diuina relinqui desolatione videbat, merito subiunxit, vt diceret: *Quis medebitur tui?* absunt namque, qui diligunt: longe sunt ab ea, qui opem ferant: instant, qui odiunt: grauant, vt non resurgat: finitimos quoque eius Armenos, ipsorumque regiones & sata per se perque alios aggrediuntur, depopulantur, & vastant: sic opprimunt, vt eos perimant: sic opprimunt, vt vel ipsis tributum dent: sic opprimunt, vt Christi nomen, quod absit, abnegata fide aboleatur in illis: Machometo vero nequissimo seruiant, illi impudico sternantur, hostes nobis fiant ex milite, apostatæ ex fideli; locus postremo non maneat, vbi in transmarinis partibus, si caperetur Armenia, pedem Christianitas suæ deuotionis affigat.

Nam, quod dolentes referimus & magna cordis amaritudine recensemus, diebus istis nouissimis, prout venerabiles fratres archiepiscopi & episcopi, ac charissimus in Christo filius noster Leo Rex, & dilecti filij nobiles viri Ossinus comes Curchi & gubernator, cæterique barones ac populus regni Armeniæ nobis per suas literas & nuntios lachrymabiliter intimarunt, soldanus Babyloniæ velut secundus nequitiæ Pharao, cuius cor contra Dei erat populum induratum, & Turci, licet eos hactenus grauiter diutius afflixissent, quod Christianis alia terra solida vltramarina præter Armeniam non remanserat, eam nunc de medio tollere conabantur; præsertim quia fide digna relatione perceperant, sedem Apostolicam decreuisse, eisdem Armenis in tantis eorum oppressionibus vt fidelibus subuenire; sicque dubitans, ne Franci Armenis sociati eosdem efficacius impugnarent, idem soldanus cum Tartaris, qui dudum per centum annos Armenorum amici extiterant, per quos soliti erant se a Saracenis defendere, eisdem obsistere, illos etiam impugnare, & cum Aramano Turcomanorum domino perniciosam amicitiam inijt, vt triplici fultus munimine a tribus partibus Armeniæ terram inuaderet, quo Armenorum resistentiam præteritam minueret, eos aggrederetur securius, cautius immo seuerius conculcaret: quod effectus vicinior docuit, & pauor eorum proximus comminatur.

Vt Babylonici Armenos delere sint meditati.

Concitarint in eos Tartaros, Aramanũ Turcomanorum instigarint.

Nam Damordas magnus & potens inter eos, qui Armeniæ adiacent, Tartaros ætate vt fertur iuuenis, moribus elatus; quique ob suam in Christi fideles nequitiam, detestanda facinora & odij virus effusum secundus a Saracenis dicitur Machometus; cui &, si inchoata perfecerit, & suã in Christianos truculentiam consummabit, abominabile Deo Machometi nomen pollicentur, vt gaudeat; offerunt vt exultet (nam lætantur cum male fecerint & exultant in rebus pessimis) cum triginta millibus equitum Armeniæ regnum inuasit, per viginti quinque dierum spatium, quibus in ipso discurrit vt hostis, depopulatus est, vastauit, incendit, & rapuit: boues quoque, oues, & cætera eorum animalia abegit: agrorum sata virentia equorum suorum pabulis adeo consumpsit, quod semen eis, vnde deinceps sererent, non reliquit.

Quid pro miserint Damordę Tartaro si Christianos exciderit.

Vt is Armeniam attriuerit

34 Et quia eorum hostilis in Armeniam non timebatur Tartarorum aduentus, ipsique Armeniæ infirma & intima quæque cognouerant, veluti alias inibi familiarius conuersati, occisis quamplurimis in planitie, qui ad Armeniæ montes non fugerant, ac nonnullis, qui in montanis ac fortelitijs eiusdem fugę suæ præsidium posuerunt, pueris videlicet & fœminis, in captiuitatem adductis, effringunt ecclesias, altaria polluunt, sacerdotes occidunt; nec non abbatias, monasteria, casalia, & presterias ardentis foci flamma consumunt. Quorum sic detestandus furor desæuit immanius, quod non pepercit mortuis, nec compassus est iam defunctis; cum eorum exhumaret corpora, sepulchra violaret, deprædaretur tumulos, nuda relinqueret monumenta; sicut & viuentium peculium rapuit; supellectilem spoliauit, dum conspecta quæque diriperet, abscondita turpius rimaretur. Ac deinde post eiusdem Tartari Damordas de regno Armeniæ antedicto egressum, præfatus Haramanus Turcomanorum dominus ipsius Damordas procuratione, quin potius nequam machinatione, cum magno exercitu idem Armeniæ iterato regnum inuasit, vastans & dissipans quod inuenit. Cumque eundem Damordas de die in diem rediturum expectent, cum tremore valido hostiliter, nec immerito, & terribilem eiusdem in Armeniam reditum reformidant, prout eorundem prælatorum, Regis, gubernatoris, baronum, & populi calamitates huiusmodi & nonnulla alia circa hæc continentes, transmissæ nobis antedictæ literæ indicabant.

Eo discedente irruperit Haramanus ac Damordas expectetur reditu rus.

Sed & soldanus idem præfata dudum machinata nequitia triplici volens Armenos contritione conterere, post memoratum illorum egressum, innumerã equitum & peditum multitudinẽ hostiliter in Armeniam Saracenorum immisit, quæ depopulata est reliqua, vastauit atque combussit Laiacium Armeniæ ciuitatem, locum vtique insignem cum suo inibi castro demoliens, & tandem nauali obsidione vel bello captum etiam eiusdem ciuitatis castrum fortissimum, in mari situm euertens; vt illud Ioelis prophetæ in hoc etiam vaticinium impleatur: ***Residuum erucæ comedit locusta: residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit ærugo***; prout ad nos post præfatas Armenorum literas & nuntios fide digna, sed mœsta, relatione peruenit. Qua de re clamat oppressus ad nos, velut ad patrem filius: clamat fidelis ad Romanam ecclesiam vltramarinus populus, vt ad matrem; clamat afflictus idem ad cunctos Christicolas, vt ad fratres, præsidium postulans, vltra requirens monita, flagitans vires indulgentiæ, largitionis, & subuentionis exposcens. Christianitas enim, vt præfati sumus, in Armenia paupere oppressa est. Soldanus illis insultat, dum obtinet; minatur, dum vincit: ex hoc blasphemus exprobrat Deo viuo, dumque superbit impius, incenditur pauper, affligitur qui minus potest Ierusalem in Creatoris contumeliam detinet, in confusionem fidelium, in periculum animarum. Depopulatur Armeniam, vastat, incendit, & viris minatur exterminium, illis suæ seruitutis iugum perpetuum comminatur.

Abeunte Turcomano irruerit Babylonius.

Arcem maritimã Laiacij euerterit.

Confugerint ad sedẽ Apost. Armeni.

35 Effœminati, vt fertur, Ægyptij moliuntur

vt

30 Eo ardentius ad alendam pacem incubuit a Ioannes, quo Carolus a Philippi fratris consilijs de bello sacro redintegrando non alienus visus est: religiosæ enim militiæ iam ante nomen, accepto crucis symbolo, dederat; atque ob Saracenorum in Armeniam excursiones a Pontifice vrgebatur, vt extremo orientis exitio occurreret: quo argumento plures sunt ad ipsum b ac patruum Carolum Valesiorum comitem c hortatoriæ literæ, in quibus Laiacij vrbis Armeniæ olim florentissimæ excidium, ac reliqui regni vastitatem deplorat.

a Ib. pag. 18. *b Ib. pag. 14. 15.* *c Ib. & pag. 194.* Armeniã Saraceni inuadunt.

Carolo Regi Franciæ & Nauarræ illustri.

Habet, fili charissime, literarum nuper missarum de Armeniæ partibus, & nuntiorum inde venientium infausta relatio, nostra vtique non indigne viscera saucians, & præcordia dure pungens, quod his diebus, inundante Saracenorum superbia suis finibus non contenta, & robore adunato, Armeniæ regnum inuadens hostiliter, in redemptos Christi sanguine pretioso ingenita immanitate insurgere non expauit; ac in eos impræmeditatos & inscios промо ferociter irruens, multos eorum absque delectu sexus, ordinis, vel ætatis occupata & prorsus subuersa ciuitate de Laiacio, immaniter proh dolor! trucidauit. Nec his contenta, ad abolendum de terra illa Christianorum nomen & cultum; immo ad exterminandum omnino exinde Christianitatis residuum ardenti, sicut fertur, suspirat desiderio, & proposito damnando festinat; tanto certior, nisi peruersis eius restiterit misericordia diuina conatibus, de suæ iniquitatis conceptu, quanto terræ præmissæ conditio, catholicorum mundi principum & aliorum fidelium non fulta suffragio, insufficientis resistentiæ verisimilitudinem repromittit.

Euertunt Laiacium

Propter quod excellentiam regiam rogamus & obsecramus per viscera misericordiæ Dei nostri, tibi in remissionem omnium tuorum peccaminum suadentes, quatenus illius obtentu, qui pro redemptione humani generis crucis subire supplicium non expauit, prudenter considerans & attendens quam sit recuperationis terræ sanctæ negotio, pro quo prosequendo inuictum crucis vexillum nosceris assumpsisse, præfatum regnum Armeniæ opportunum, ad illud præseruandum ab impiorum manibus, & dicto negotio conseruandum attendas solicite & intendas, &c.] Hortatur, vt copias validas eo transmittendas comparet ad sustinendas labantes Christianorum res, donec occidenti restituta pace, conciliatisque principibus, ex omnibus regnis atque prouincijs florentissima expeditio ad Saracenos retundendos ac Palæstinam recuperandam adornari possit. *Dat. Auin. x. kal. iulij anno vi.*

Carolum Regem Pontifex ad submittenda Armeniæ auxilia solicitat.

31 Transmisli sunt a Carolo Rege oratores d ad sedem Apostolicam, qui cum Ioanne de Asiatica expeditione agitarent: atque abeuntibus reliquis, comes Clarimontis eam ob causam in aula pontificia hæsit, pluresque habiti ea de re tractatus; de quibus nonis augusti Rex certior factus a Pontifice: iterumque, quæ in ijs occurrerant dubia, exposita e discussaque de peditum & equitum numero, de stipendijs militum & classis sumptibus, vndeue petendi ac tolerandi essent; de exercitus in Asia mora, an mediocres aliquæ copiæ præmittendæ, vel vniuersæ acies in hostem mouendæ.

Transmissi ad Pôt. a Rege oratores pro tractanda Asiat. exped.

d Ib. pag. 18. & 20. *e Ib. pag. 191. 199. & pag. 209. ad 232.* *f Ib pag. 191.*

Quæsiuere f etiam a Ioanne regij oratores, quibus auxilijs Carolum bellum sacrum aggredientem fulcire, quantoue ære iuuare meditaretur. Quibus responsum a Pontifice est, se quadriennales omnium Galliæ & Nauarræ sacerdotiorum decimas attributurum; iam enim Philippum Regem defunctum ex illa sexennali in Viennensi concilio decreta biennalem recepisse: tum centum quinquaginta aureorum millia, quæ a Bertrando comite Leomaniæ & Altiuillaris (is erat Clementis Quinti nepos, qui a Ioanne de ingenti auri vi repetundarum postulatus, partem illius in pia opera erogandam responderat accepisse: partem vero aliam pro expeditionis Asiaticæ imminentis sumptibus sustentandis) exacta traditurum; denique sacra indulgentiarum præmia ex ecclesiæ thesauro omnibus, qui pecunijs expeditionem Asiaticam iuuarent; vnde non exigua earum vis redigenda esset, elargiturum: de quibus Ioannes non. decembris scripsit ad Carolum, precesque adiecit, euastatæ a Saracenis Armeniæ misereretur, intermissamque fratris morte expeditionem egregijs illius exemplis prouocatus redintegraret, cuius conficiendæ gloria ipsi reseruata videretur.

Quid ipsis responsum a Pont.

32 Consumpta verbis inanibus res est, nam Ioannẽ vrgebant bella Italica, & Carolus prætermisso bello sacro, Anglico se implicuit. Aquitaniæ imperium in illius clientela erat, atque ab Eduardo Rege Angliæ beneficio auctoritateque Gallicæ aulæ obtinebatur. Accepto itaque insigni regio, Carolum Regi Angliæ denuntiasse refert Vualsingamus a, vt de more in Gallias ad fidem solemni ritu nouo Regi Aquitanici principatus beneficiarij nomine astringendam accederet: inde enatum bellum, cum Eduardus non paruisset; conuersaque in Aquitaniam Gallorum arma ait auctor, ac principibus Christianis alias ex alijs dissensiones mutuas excitantibus alentibusue, Saraceni liberas furori habenas in orientales laxauerunt.

Carolus, omisso bello sacro Anglicum suscipit.

a Vualsing. in Ypodig. Neust.

Accepto itaque Babylonius soldanus Gallorum apparatu, aduersus imminens bellum strenue se comparauit, & Armenos, ne Gallis se coniungerent, opprimere est meditatus: vtque perniciosa perficeret consilia, Tartaros qui hactenus Christianorum fœderati extiterant, & quorum auxilio res Christiana steterat in oriente, atque Aramanum Turcam nouis fœderibus sibi deuinxit. Sustinendis tot hostibus Saracenis, Tartaris, Turcis impar erat Armenia: dum illius etiam vires intestina discordia magis debilitauit b.

Babylonij Turcas & Tartaros in Armenos concitant. Mutua discordia debilitatæ Armenorum vires

b Io. Vill. l. 9. c. 148. Ant. 3. p. tit. 21. c. 5.

Describit non sine lacrymis Pontifex clades illatas a soldano Babyloniæ, Aramano Turcarum principe, atque Damorda Tartaro viro scelestissimo, qui Mahometis nomine execrando a Saracenis sibi promisso, sacrilegæ gloriæ cupiditate ad Christianum excindendum nomen fuerat excitatus; vtque Armenis in extremum adductis exitium opitularetur, exeunte anno expeditionem, appetente proximo vere conficiendam a nonnullis ducibus, indixit, ac fideles, vt vel stipe vel opera eam iuuarent, est adhortatus. c

c An. 7. p. 1 ep. cur. 8. & M. S. arch. Vat de rebus Tart. Armen. & alior. infid & schism pag. 9.

Indicta in proximũ annum Armeniæ expeditio.

Ioannes, &c vniuersis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis.

33 Dum mentis nostræ aciem & internæ considerationis aspectum ad terræ sanctæ subsidium eiusque flebilem statum intenta meditatione porrigimus, illud cum propheta dicere cogimur: *Magna est velut mare contritio tua: quis medebitur tui?* Grandem vtique afflictionem eius futuram idem propheta cõmemorans, nec habens cui compa-

Apostolicæ ad fideles pio ardore incẽdendos literæ.

prosequatur etiam adiuuando; quatenus sic bene cœptis inhæreas, sic insistas, quod idem te post decursi feliciter præstitis vitæ curricula in dilecta sua tabernacula introducat, &c. Dat. Auin. v. non. iulij an. vi.

a To. 3. ep. secr. pag. 8

Pluribus exornatur priuilegijs

27 Hortatus est a alijs litteris Carolum Valesiorum comitem Regis patruum, insigni prudentia, belli peritia singulari, ætateque prouectum virum, vt nepoti ad regnum probe gerendum consilio & opera non deesset. Ornauit etiam pluribus nouum Regem apostolicis beneficijs b, quæ cæteris Regibus conferri consueuerant; concessitque inter cætera, vt anathematis interdictiue sententia amplioribus verbis concepta, si illius nomen non exprimeretur (quod ante a sede Apostolica datum fuerat S. Ludouico) comprehendi ac deuinciri non censeretur c. Quæ vero causæ ipsum ad id præstandum adduxerint, his verbis explicat d: *Attendentes*, inquit, *quod claræ memoriæ Christianissimi Reges & principes progenitores tui, sicut exacti temporis antiquitas fidelis intitulat, & experientia clara docet, ad Deum & ecclesias rectitudine fidei & deuotionis integritate feruentes, ipsas personasque ecclesiasticas, bona & libertates earum regalis potentiæ clypeo protexerunt; & nihilominus in suis munificentijs erga illas, immensitatem solam pro mensura ponentes, eas multis liberalitatibus ampliarunt.*

b An. 6. p. 1 ep. com. 856. 857. & ab ep. 860. ad 874.

c Ib. ep. 855.

d An. 6. p. 1 ep. com. 929.

Liberalitatis Franc. Regum in eccl. elogium.

Matrimonium inter Carolum & Blancam dissolutū.

28 Denique flagitante Carolo, matrimonium antea cum Blanca, e qua etiam prolem susceperat, præter leges initum dissoluit. Deprehensam in adulterio Blancam referunt e, vtque illius vitæ consuleretur, Mathildem comitissam matrem inuitam repudio assensisse. Certe jam ante Philippi Pulchri nurus adulterij iudicio postulatas vidimus: in quo diuinam iustitiam adorandam obseruauimus, quæ stirpem Philippi eiusdem, qui Bonifacij VIII. olim Christi vicarij teterrimis fœdare calumnijs nisus erat, fœdissima infamiæ labe inquinari permisit. De eo diuortio scribit hæc Bernardus f: *Hic dominus Carolus, viuente adhuc patre suo duxerat in vxorem Blancam ducis Burgundiæ filiam: sed postmodum extitit matrimonium accusatum, & inquisitione facta fuit tandem declaratum per iudicium domini Ioannis Papæ XXII. in consistorio de consilio sapientium, de iure nullum esse matrimonium prædictum, dudum de facto celebratum sub anno Domini* MCCCXXII. *in vigilia ascensionis* Domini xiv. *kal. iunij.*

Blanca Regina adulterij infamia laborabat.

e Paul. Aemil. Gaguin. Mass. in Phil. pulchro Io. Vill. l. 9 c. 171.

f Ber. chr. Reg. Fran.

Adducenda nobis visa est pontificia sententia, vt Ioannem a nonnullorum dicterijs vindicemus: *De fratrū*, inquit g, *consilio, deliberatione prius diligenti præhabita, cum eisdem, processimus in hunc modum. Quia per proposita & probata primo coram episcopo Parisiensi, & subsequenter coram nobis euidenter apparet & clare, præfatos Regem & Blancam quarto consanguinitatis gradu ex vtroque latere respectu vnius stipitis esse coniunctos; constat etiam præfatam Mathildim comitissam Atrebatensem fore genitricem Blancæ præfatæ, & quod eadem comitissa vna cum pluribus alijs dictum Regem de sacro fonte leuauit, sicque comitissa ipsa matrina & Blanca præfata soror spiritualiter sunt dicti Regis effectæ; quarum profecto consanguinitatum prædictarum qualibet, ac spiritualis ipsa proximitas inter ipsum Regem & Blancam prædictam contracta sufficit ad impediendum non solum contrahendum inter ipsos Regem & Blancam matrimonium, sed contractum etiam dirimendum, nisi auctoritate sedis Apostolicæ impedimenta præfata per sufficientis dispensationis beneficium sint sublata; constatque insuper euidenter ex forma dispensationis prædictæ,* data illa a Clemente V. fuerat, quæ non omnia impedimenta canonica exprimebat dissoluebatque, *tam coram episcopo Parisiensi præfato, quam coram nobis exhibitæ pro parte Blancæ prædictæ, & ex alijs propositis et probatis, quod illa nequaquam omnia impedimenta expressa superius comprehendit, nec ad illa omnia aliquatenus se extendit; ipsosque Regem & Blancam volentes a vinculo, quo occasione dicti matrimonij mutuo tenebantur astricti soluere, ac ipsorum cuilibet, quantum ad dictum matrimonium attinet, abeundi quo voluerint licentiam impertiri; sententiam inter ipsos diuortij proferentes, pronuntiamus & sententialiter declaramus, dictum matrimonium nullum esse, nec fuisse de iure; ipsis & eorum cuilibet impertientes licentiam ad vota alia transeundi, præfato matrimonio non obstante, &c.* Adiectæ sunt Clementis V. literæ, quas omnia illa impedimenta non diremisse pronuntiauit Pontifex; tum Regis Caroli ac Blancæ, quibus institutis procuratoribus ad proponendam sedi Apostolicæ causam summis contendebant precibus, vt controuersiam citius definiret. *Dat. Auin.* xiv. *kal. iunij anno* vi.

g An. 6. p. 1 ep. com. 806.

Lata in ea causa sententia.

Plura impedimenta contractum matrimonij dirimentia intercesserant.

Coniunctæ partes mutuo solui nexu optabant.

29 Dissoluto eo matrimonio, nouam coniugem Carolum duxisse Mariam Lucemburgicam Ioannis Regis Boemiæ sororem, atque Henrici Imperatoris filiam, refert Bernardus a: ac Pontifex legem de quarto consanguinitatis gradu soluit, quamuis acceptarum ab Henrico iniuriarum vigeret memoria, de quibus hæc affert b: *Sane nonnulla per genitorem quondam dictæ Mariæ contra charissimum in Christo filium nostrum Robertum Siciliæ Regem illustrem, ac in eius personam, & alias etiam contra sacrosanctam Romanam ecclesiam, cuius Rex ipse fidelis existit; nec non & in eiusdem Regis personam, contra domum inclytam Francorum, cuius est Rex ipse membrum nobile, temere attentata, super quorum attentatorum reuocatione apostolicæ existunt constitutiones editæ, quæ in scholis leguntur publice, & in iudicijs allegantur; dispensationem ipsam grauem & difficilem efficaciter arguebant.* Latam ab Henrico Imperatore in Robertum ob bellum Romæ aduersus ipsum gestum, Guelphosque concitatos capitis sententiam, atque a Clemente reuocatam superius vidimus. Subdit Ioannes obruendam esse benefactis præteritarum iniuriarum memoriam; atque ideo Mariam Lucemburgensem Regi Francorum desponderi permittit.

Carolus Rex Mariam Regis Boem. sororem ducit.

a Ber. chr. Reg. Frāc.

b To. 3. ep. secr. pag. 21. & an. 6. p. 1. ep. com. 1174

Cæterum Burgundiæ dux ob dimissam Blancam graues in Regem Carolum suscepit iras: ad quos conciliandos, cum sanguine essent coniunctissimi, Pontifex c operam nauauit; & Blancam Carolo, Clementiamque Ludouici, ac Ioannam Philippi Regum vxores commendauit d. Ad sedandos etiam reliquos Galliarum motus Dignensem & Magalonensem episcopos in Vasconiam misit e, vt nimirum tumultuantes ibi proceres in concordiam adducerent: inducias ab archiepiscopo Viennensi indici iussit f inter delphinum Viennensem & Amedeum Sabaudiæ comitem: & quo eundem Amedeum Roberto Siciliæ Regi conciliaret, vt Auenionem accederet, ipsi consuluit, sedisque Apostolicæ clientelam spopondit g. Nec disparem adhibuit operam h, vt Iacobum Aragonum & Sancium Balearium Reges ob ipsorū iura in Montepessulano, Omeladesio, & Carladesio a regijs administris iam ante sub Ludouico & Philippo Regibus violata exulceratos conciliaret.

c To. 3. ep. secr. pag. 189.

d Ib. pag. 15.

e Ib. pag. 22. & 23.

Conciliādæ inter dissentientes Gall. proceres cōcordiæ studet Pontif.

f Ib. pag. 81.

g Ib. pag. 79.

h Ib. pag. 13. & pag. 20.

mutabili firmiter credimus commutasse; ipsumque de hac valle calamitatis & miseriæ, in qua ciuitatem manentem non habuit, ad ciuitatem gloriæ, quam solicite quæsiuit dum vixit, cuius angeli sunt conciues, Deus pater templum, Filius splendor, & Spiritus sanctus est charitas; in qua mansio est secura, totumque continet quod delectar, credimus peruenisse: nec non & de fallaci mundano gaudio, quod luctus occupat, ad vera perfectaque & æternalia gaudia iam transisse credimus, vel saltem ad spem infallibilem illuc veniendi e vestigio peruenisse.

Carolum ad constantiam excitat.

23 Depone itaque fili charissime, depone gemitum, luctumque abijce, ac iuxta dictum Apostoli gaudenti congaude, ne te de charitatis inopia arguendo, illud tibi dominicum verbum exprobrando valeat dicere: *Si diligeretis me, vtique gauderetis, quia vado ad Patrem.* Orationes autem nostræ fratrumque nostrorum pro ipsius salute non defuerunt, nec nostræ vtique deerunt dum viuemus, Domino concedente. Te autem, fili charissime, regnaque tua, sicut debitores sumus, & nos esse recognoscimus, proponimus & intendimus habere in opportunitatibus propensius commendata. Oblationem insuper tuam gratam animo acceptantes, regiæ beneuolentiæ gratias pro eadem offerimus, quas valemus. Ad hoc, fili charissime, quia decet patrem beneuolum charissimum sibi in Christo filium circa ardua occupatum dirigere, ipsumque cautum in his reddere, per quæ posset in illis laudabiliter se habere; agnoscenres te ad ardua regiæ dignitatis ascendisse, admodum necessarium arbitramur, vt memoriter * æternæ studeas quæ sequuntur.

Preces a se & Cardinalibus pro Phil. anima fundendas pollicetur

**tenere.*

Saluberrima nouo Regi a Pont. proposita monita.

24 In primis, quia consideratio altitudinis regiæ dignitatis offuscare nonnunquam rationis oculum consueuit, expedit aduertere te prudenter, quod quantacumque ipsa dignitas sit sublimis, a curis tamen multis, & oneribus varijs, ac innumeris periculis nequaquam, qui illi præsidet, est immunis. Hæc tibi, fili charissime, consideratio suadebit, vt in agendis consilia cures adhibere salubria, ac velut in lubrico positus tibi non des liberos impetus, sed circumspicias quo eundum sit & quousque; nec alta te sinet sapere, sed potius suggeret te humilibus consentire: quod vtique necessarium non mediocriter arbitramur volenti regnorum gubernacula laudabiliter gubernare.

Sentiendum de se demisse.

Rursus te scire non ambigimus, & a tua memoria non excidere affectamus, quod nihil est morte certius, nec aliquid incertius hora mortis, sicut magistra rerum experientia continue hactenus manifestat: videmus enim sic mori iuuenem, sicut senem; sic fortem, vt debilem; sic nobilem, vt ignobilem; diuitem, vt pauperem; iustum, vt peccatorem; sapientem, vt stultum; ac doctum pariter, vt indoctum. Videmus quoq; frequenter infirmos conualescere, & incolumes subito expirare; alios loquendo deficere, alios comedendo, alios eundo, alios stando, alios dormiendo, alios laborando, alios ridendo, alios flendo, spiritum exhalare. Hoc quoque scriptura sacra testatur, dicens quod constitutum est omnibus semel mori; & alibi, quod nescit homo finem suum: sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues comprehenduntur laqueo, sic homines plerumque rapiuntur in tempore malo. Hæc profecto consideratio vitare te, fili charissime, noxia faciet; & stimulabit te festinanter agere quæ videris expedire. Hinc sapiens ait: *Fili memorare nouissima tua, et in æternum non peccabis.* Et alibi suadet, dicens: *Quodcumque potest facere manus tua, incessanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos, quo tu properas;* diemq. tibi quamlibet persuadet velut vltimam ordinare.

Recolendam mortis memoriam.

Pia opera illius causa acceleranda.

25 Adhuc, fili charissime, optamus in tua fixe memoria retineri, quod quantumque hæc dignitas sit excelsa, non est libera a reddenda ratione: immo illi præsidens non solum de gestis, sed & de sermonibus, nec non & de cogitationibus, quod est grauius, strictam renetur reddere rationem. Hinc Apostolus ait: *Omnes stabimus ante tribunal Christi;* & sequitur: *Vnusquisque pro se rationem reddet.* Et cui? Sequitur: *Deo;* cuius vtique sapientiæ nil poterit occultari, cum ante eius oculos omnia tam præsentia, tam præterita, quam futura nuda sunt & aperta: cuius potentiæ nullus resistere poterit, cum cuncta, & quæ in cœlo, & quæ in aere, & quæ in terra, & quæ in profundum abyssi sunt posita, sint eius ditioni subiecta: cuiusque iustitiam nullus euadere poterit, cum tempus acceperit iudicandi: tunc enim nulli parcet, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec pro redemptione dona plurima acceptabit.

Recogitandum supremo iudici rationem reddendam.

Horum, fili, consideratio te inducet, vt illum timeas, illi iuuentutis tuæ primitias offeras, ipsi fortitudinem tuam custodias, & residua vitæ tuæ tempora in continuatione salutaris propositi, & piorum cum prosecutione operum studeas deuouere; fauendo ecclesijs, ipsarum libertates & iura, nec non & Dei ministros, personas videlicet ecclesiasticas, confouendo. Hæc tibi, fili charissime, si ea obseruaueris diligenter, annos vitæ producent: hæc tibi dierum longitudinem ministrabunt: hæc firmabunt proculdubio thronum tuum. His itaque tuum animum imbue, his informa, talibus assuesce, vt per consuetudinem mores fiant, nec peruerti possint amplius conuersi quodammodo in naturam, &c. *Dat. Auin. VI. id. februarij anno VI.*

Ecclesias tuendas.

Adducendas in mores virtutes.

26 Reddidit ob egregia monita Pontifici grates Carolus a, atque illis se obtemperaturum est pollicitus: tum etiam armorum potentiam suaque illi obsequia, accepto insigni regio, perhumaniter ac pie deuouit: Ioannes vero ipsum ad sectanda maiorum præclara vestigia prouocauit b: vtque ad moderandum pro dignitate Gallorum sceptrum diuinam illi opem conciliaret, omnibus qui pro ipso preces apud Deum funderent, Cælestini V. & Clementis exemplo quadraginta dierum indulgentiam proposuit; modo tamen conscientiæ labes sacra confessione expiassent. Quo vero stimulos illi ad veram comparandam gloriam, quæ in Numinis diuini cultu sita est, incenderet ipsius animum, hisce laudibus lacessiuit: *Serenitatis regiæ vota præclara sic præclaris euidentium operum clarent effectibus, quibus sub regio titulo Regi regum fidelis seruus deseruit; sicque fulgentis famæ fulgore præfulgent, quod ad decantandum assidue nouum Domino canticum, qui ad sui exaltationem nominis in te magnifica operatur, audientes vndique inuitant. Tu siquidem, quem dominantium Dominus multis præ titulauit titulis, inter cæteros regiæ dignitatis participes non indigne præconijs humanis extolleris, & non immerito prædicari a singulis promereris, ac iuuari deuotis & pijs Christicolarum intercessionibus apud bonorum omnium Largitorem, vt ipse, qui huiusmodi vota benignus aspirat, pius & misericors pro-*

a T.3 ep. secr. pag. 10.

Carolus Rex sua officia Pontifici offert.

b An.6.p.1 ep. com. 857.

Indulgentiæ pro ipso Deo porrecturis preces propositæ

a Vvalsin. in Eduard II. b Io. Vill. l.9.c.137

hostes contraxit a ingentia auxilia, ac plures proceres sui terrore ad obsequium compulit. Inde Hunifridum & Thomam comites insectatus, exeunte martio, magna clade deleuit b. Hunifridus Herefordiensis comes, dum ponte transibat, lancea perfossus occubuit: Thomas Lancastrius captus. Cuius victoriæ ab Eduardo partæ accepto nuntio Pontifex, qui rebelles flectere ad officium non potuerat, oppressos armis fuisse, Regi triumphi gloriam acceptam Deo referenti, est gratulatus c; atque ecclesiarum iura, vt ea ab inuasoribus vindicaret, enixe commendauit.

c To.3.ep. secr.pag.36

Partam victoriam significat Pontifici Eduardus

Excitat ipsũ Pont. ad referẽdas Deo grates.

Consecrãdum se diuino obsequio.

Profecto, inquit, *fili charissime, nostro tua adycit gaudio gratitudo, per quam, vt debes, illi qui bella conterit, istam ascribis victoriam, & non tibi. Hæc vtique, fili charissime, beneficia tam immensa debent scribi indelebiliter in tabulis cordis tui: hæc nulla obliterare debet obliuio, sed in iugi memoria retineri; debesque cum propheta quærens dicere: Quid retribuam* Domino *pro omnibus, quæ retribuit mihi? Et vtinam tibi ipsi taliter respondebis: Istud sibi retribuam; licet respectu tanti beneficij parum sit censendum aut nihil: illi quidem meam offeram iuuentutem, ipsi fortitudinem meam custodiam, & residua vitæ meæ tempora in continuatione salutaris propositi & piorum prosecutione operum deuouebo, fauendo ecclesijs, ipsarum libertates & iura; nec non & ministros Dei, personas ecclesiasticas confouendo, &c. Dat.* Auinione 11. *kal. maij anno* VI.

Victoriã crudelitate fœdat Eduardus. d Io.Vill. & Vvalſ. vbi sup.

21 Fœdasse crudelitate victoriam Eduardum, ac Thomam Lancastrium & alios plures viros nobiles criminis socios capitis sententia damnasse, ferunt d. Nec eorum supplicio pacata Anglia, incumbebat enim illi Scotici belli moles cum Robertus Rex a coniuratis excitatus in arma consurrexisset. In quo quidem bello studuit Eduardo Pontifex, atque archiepiscopum Cantuariensem & Vvintoniensem episcopum pontificias censuras ijs, qui Angliam aut Hiberniam inuaderent, obiectas diuulgare e; Dublinensem archiepiscopum f Roberto Brusio perduellionis iudicium intendere; Anglos denique, Vvallenses, & Hibernos præsules Eduardo sacerdotiorum decimas ad leuandos belli sumptus pendere g iussit. Confecit in Scotos florentissimum exercitum Angliæ Rex, ac superiori elatus victoria Scotiam terra marique oppugnare ac frangere ad obsequium constituit. Sed cum imprudentissime necessarios commeatus sustentando exercitui non prouidisset, ingens ea expeditio nullo operæpretio dissoluta est h, magna hominum multitudine (ad viginti millia ascendisse refert Ioannes Villanus i) fame morboque consumpta; Rexque non sine magno dedecore regredi compulsus est.

Scotiæ Rex Eduardum bello petit. Tuetur Eduardi partes Pont. e To.3.ep. secr.pag 37. Mouet in Scotiam Eduardus. f Ib. pag 39. g Ib. pag. 43. h Vvalsin vbi sup. i Io Vill.l. 9.c.169.

Philippi Regis Franc. mors. l Ber.chr. Reg Fran. Paul. Aemil in eod. Mass. in eod. m To 3.ep secr pag.8 Illius elogia. n Ann. 1319.n.17

22 Sublatus e viuis est Philippus Longus Francorum Rex ineunte hoc anno, vt testatur Bernardus l: *Philippus Rex obijt tertia die intrantis mensis ianuarij in prima parte noctis dominicæ diei, anno Domini* MCCCXXI. Nimirum numeratis de more auctoris ab incarnato Verbo annis: consumptus diuturna ægritudine, in qua singularem explicuit patientiam m, pari pietate ecclesiasticis sacramentis ingenti immortalitatis spe munitus. Magnarum virtutum princeps, dignus S. Ludouici abnepos, cuius exemplo bellum sacrum in Saracenos sine fictione erat redintegraturus (superioribus enim annis n sopito bello Flandrico, ne profectionem iniret, ob occidentis turbas fuerat retardatus) in ipso conatu, cum Pontifex diem traiectionis constituturus a esset, relicto sui magno desiderio excessit e vita. Commendauit b moriens regnum Christi vicario, eiusque apud Deum preces ad expiandas reliquas criminum maculas implorauit. Nec pio defuisse Ioannem officio indicant literæ, quibus viginti dierum indulgentiam preces pro illius anima Deo porrecturis impertijt. c

a To.3.ep. secr.p.1. pag.1.ep.2. Pontificis preces moriens implorat. b Ib. ep. secr.pag.6 Concessæ pro illius anima oraturis indulgentiæ c An.6.p.1 ep.c.865

d Ber.chr. Reg.Fran. Carolus marchiæ comes succedit. Rhemis inungitur. * IV. * IV. * V.

Accepit post Philippum Galliæ, ac Nauarræ sceptra frater Carolus Marchiæ comes, de quo hæc Bernardus scribit d: *Carolus huius nominis * tertius, filius quondam tertiogenitus Philippi Regis huius nominis * quinti, germanus quoq; frater præfati domini Philippi, huius nominis * sexti, qui defuncto præfato Philippo Rege germano suo eidem successit in regno: cum nullum heredem filium reliquisset, quia filiæ in regno Franciæ ad regnandum nunquam leguntur successisse. Cœpit autem regnare in regno Franciæ & Nauarræ defuncto fratre suo in mense ianuarij anno Domini* MCCCXXI. *fuitque coronatus & inunctus in Regem Rhemis ciuitate* IX. *kal. martij.*

e To.3.ep. secr.pag.6. f Ib.pag.7

23 Significarat non sine lacrymis Carolus Philippi fratris obitum Pontifici, qui magnum ex eo dolorem percepit, atque ipsius e & Ioannæ f Reginæ viduæ luctum mulcere literis studuit. In ijs vero, quas ad Carolum dedit, fraternæ mortis occasione ipsum ad humanarum rerum despicientiam, & transfundendum ad cælestia animum, ac mortis incerti exitus diuinique iudicij iugi meditatione vitæ rationem probe instituendam excitauit. g

g Ead.ep. pag.6.

Carolo Regi Franciæ illustri.

Redditæ illi de fratris obitu Pontificis lit.

Affectu benigno celsitudinis regiæ recepimus literas per venerabilem fratrem nostrum Raynaldum Ostiensem episcopum, & dilectum filium Petrum S.Susannæ presbyterum Card. præsentatas, per quas infirmitatem claræ memoriæ Philippi Regis Franciæ, eiusque transitum, ac qualiter in illis se habuerat prouidentia regia, mœstuoso nobis calamo nuntiauit; nostrarumque ac fratrum nostrorum pie ac religiose pro ipsius animæ salute orationum suffragia postulans, seque ac regnum sedi Apostolicæ recommendans, more deuoti filij se paratum ad eiusdem sedis beneplacitum non omisit. Profecto, fili charissime, cum primum transitus ipse auribus nostris insonuit, cordis nostri amaricauit intima, & punctionis durioris aculeo sauciauit: vnde si te potauit absynthio, si te felle cibauit, si tua commouit viscera, si extorsit gemitum, si expressit lacrymas, cum adhoc te affectus inclinauerit naturalis, non decet quempiam super hoc admirari.

Quã pie ille animã Deo reddiderit, exponit Pōt.

Sane, fili charissime, si tam innocenter Rex ipse vixerit, quam laudabiliter rexerit, tamque patienter flagella Domini in sua ægritudine tulerit; nec non quam humiliter, quam deuote ecclesiastica petierit & reuerenter receperit, velut princeps Christianissimus, sacramenta; & postremo quam confidenter & alacriter, Dei misericordiam & sanctorum patrocinia inuocans, Deo reddiderit spiritum, qui creauit illum, & terræ corpus, vnde assumptum fuerat, ad debitæ rationis deducitur examen, cessabit dolor vtique planctus, & gemitus acquiescent: ac proculdubio multa tibi materia aderit ipsi congaudendi gaudenti, ipsum nempe vitam breuem & fluidam, quæ nihil est aliud quam vapor ad modicum parens, quæ velut vmbra præterit & in eodem statu persistere nunquam nouit, pro æterna & incommu-

Humanæ vitæ fragilitatis cũ cælesti gloria collatio.

riam spectabat & Alfonsum a heredem in gratiam reciperet; Alfonsum Sancij furto genitum cum Alfonso legitimo conciliaret; nec tanta amoris significatione illum prosequeretur, vt alterius in nothum fratrem odia exasperaret. Tum Alfonsum illegitimum reuereri b fratrem suum vt dominum ac Regem futurum, animumque ad illius obsequia flectere c, iussit: Alfonsum vero legitimum heredem, vt lacessitum d grauioribus iniurijs patrem Compostellani archiepiscopi opera delinire studeret: ferret æquiori animo e, si frater illegitimus ab illo ditaretur, neque enim decorum videri, si rerum inopia laboraret; ac si Reges in administros liberalitatem effundere soleant, non debere mali & iniqui accipere, si filio possessiones aliquas compararet, cum maxime earum opum fultus præsidio præstandis illi obsequijs aptior futurus esset. Tum Reginam Elisabetham, quæ pulcherrima sanctitatis exempla in ijs aduersis rebus explicuit, hortatus est f, vt pacem inter discordes adducere omni studio niteretur.

a Ib. pag. 64.
b Ib. pag. 67.
c Ib. pag. 64.
d Ib. pag. 66.
e Ib. pag. 67.
f Ib. pag. 64. & 66.
B. Elisabethæ raũ in virum adulterũ coniugalis amoris exemplũ.

Obsequentissima ipsa erat Dionysio viro etsi adultero & iniusto: quam maternum vicisse affectum, nec se implicuisse bello, sed illud extinguere conatam, e pontificijs literis gratulatorijs vidimus. Demum præcipuis illius, vt par est credere, apud Deum precibus pax est felicissime reuocata: Berengarius Compostellanus archiepiscopus acceptus perhonorifice: paritum illius monitis, ac sopitæ omnes discordiæ: qua de re ad archiepiscopum de nauata præclare opera, ad sanctam Reginam, Dionysium Regem, ac filium maiorem natu de perfectis apostolicis imperijs gratulatoriæ literæ g kal. iulij exaratæ.

Pax Lusitanicæ aulæ reddita.
g Ib. pag. 69. & 70.
h Ib. pag. 68.

17 Adhibita h etiam fuerat a Pontifice ad eam concordiam confirmandam Guillelmi Sabinensis episcopi Apostolicæ sedis legati opera, qui in Castellam ad sedandos illius regni motus, quos principum de tutela Regis Alfonsi inter se contendentium, ac regnum armis & factionibus laniantium ambitione concitatos vidimus anno superiori, missus fuerat: vtque facilius adducere concordiam posset, iniunxit i illi XII. kal. april. huius anni Pontifex, vt indulgentiarum præmia ijs qui precibus a diuino Numine illam exposcerent, vel operam pro ea concilianda nauarent, proposita promulgaret, ipsumque l & Compostellanum, Toletanum, & Hispalensem archiepiscopos ac regni proceres ad restituendam Castellæ publicam pacem incumbere pluribus literis m solicitauit: atque in primis Philippum Sancij olim Regis filium, vt studeret n concordiæ ac tutoris munus & nomen deponeret, hortatus est. Celebrabantur o Vallisoleti magni præsulum & procerum conuentus kal. martij præcipua legati apostolici opera, cuius etiam studio inter Alfonsi Regis tutores ad festum natalis Domini induciæ armorum initæ sunt p.

Instituuntur publicæ preces pro reuocanda in Castellam publica concordia
i Ib. pag. 49.
l Ib. pag. 46.
m Ib. pag. 48.
n Ib. pag. 46.
o Ib. pag. 46.
Vallisoletanus cõuentus.
p Ib. pag. 242.
Initæ induciæ.

Coniunxere cum legato operam Toletanus archiepiscopus, atque episcopus Burgensis & alij plures quibus, conceptis eadem verborum forma literis, ob conciliatas inducias est gratulatus, vtq; strenue cum legato ad pacem confirmandam laborarent, ipsum est adhortatus q: *Licet*, inquit, *inter dilectos filios nobiles viros Philippum claræ memoriæ Sancij Regis Castellæ, Ioannem dominum de Viscaya, & Ioannem filium claræ memoriæ Manuelis infantis, a concepto ratione tutelæ charissimi in Christo filij nostri Castellæ Regis illustris pernicioso discriminis odio sibi reconciliandos ad pacem treguarum fœdus aduenerit, super quo non parcendo laboribus nec expensis fidedigna relatione te percepimus fideliter laborasse; continue tamen affectantes in intimis inter eos accedere insolubile vinculum dictæ pacis, super hoc scire te volumus, quod venerabili fratri nostro Guillelmo episcopo Sabinensi A. S. L. nostræ scripturæ oraculum destinamus: propter quod fraternitatem tuam requirimus & rogamus attentius, quatenus eidem legato, sicut hactenus astitisti, solicite non desistas assistere. Dat. Auin. VII. id. nouembris anno VII.*

q Ead pag. 242.
Castellanos vrget Pont. vt perficiendæ paci dent operam.

18 Ad dirimendam demum de regiæ procuratione ac tutela gerenda principum controuersiam Alfonsum Regem Vallisoleti regni gubernacula suscepisse, refert Ioannes Mariana a, cum iam illius auia Maria Regina obijsset, ingentium virtutum fœmina trium Regum ætate, vt ait b, *reipublicæ præsidium, Castellæ columen, pietatis monimentum*. Addit auctor, Guillelmi legati iussu, episcopis vniuersa ditione Vallisoletum conuocatis, concilium hac tempestate nobilissimum peractum c: *In eo*, inquit, *concilio IV. nonas augusti multæ salutares leges promulgatæ sunt. In eo numero anathemate vinciuntur, qui carnibus quadragesimæ aut quatuor temporum diebus vescentur; quique in eis publice vendiderint carnes a nostra religione alienis, templis dum res diuina peragitur, interesse vetatur: ijs tamen si nostra sacra susceperint, sacri ordines & sacerdotia, vnde inopiam tolerent, non denegantur. Purgatio vulgaris reprobatur, qua Hispani vulgo vtebantur. Extant Ioannis Toletani præsulis constitutiones per idem fere tempus promulgatæ: in ijs nisi Iudæi & Mauri, quo tempore res diuina peragitur, a templis recesserint, cessare mandat. Redactas cruciatæ pecunias ad se cum fide deferri, captiuis redimendis, egenorum inopia subleuanda. Presbyteri quater minimum per annum diuina hostia sacrificanto, neque vnquam nisi matutinis precibus exorato Numine: ecclesiasticis obsequijs parta bona ea dare legare filijs, quamuis iustis, nefas esto; & erit qui sacerdotes & episcopos eorum bonorum dominos & arbitros faciat.*

Ve...cordiæ sedatæ
a Mar. de reb. Hisp. l. 15. c. 18.
Mariæ Reginæ mors & elogiũ.
b Ead. lib. c. 17.
Vallisolet conciliũ ab episc. Sabinensi A.S.L. celebratum
c Ibid.
Præcipua illius statuta.

19 Quod ad Maurorum in Hispania res attinet; Ismael Granatæ Rex ab Ozminio Rege Algeziræ ex insidijs cæsus d est. Erepta excellenti forma fœmina neci caussam dedit. Mahomad vero filius Ismaelis prætoris eximia fide e qui mox Granatenses in illius verba adegit, cum alium coniurati successorem destinarent, regnum arripuit. In Africa e Tunetanus Rex matre Christiana natus, & egregie affectus in Christianos, Christianorum & Arabum opera Tunetanum alium Regem æmulum acie vicit, regnoque potitus est: sed iterum postea ab alio eiectus f.

Ismael Rex Gran cæsus.
d Ead l. 15. c. 17.
e Io. Vill. l. 9. c. 149.
Variæ in Tunetano regno cõuersiones.
f Ead. l. c. 154.

20 Flagrauit ciuili externoque bello Anglia hoc anno: proceres enim Hunifrido Herefordiensi & Thoma Lancastriæ comitibus coniurationis ducibus, Eduardo Regi ob nimiam Spenseriorum gratiam & potentiam infensi erant: cumque res ad arma & cædes spectaret, Pontifex ineunte anno Cantuariensem archiepiscopum & episcopum Vvintoniensem ad adducẽdam inter coniuratos ac Regem concordiam incumbere iussit g: tum Eduardum est adhortatus h, vt clementiam in suos explicaret, commotosque animos mulceret: sed in apertum bellum erupit discordia, cum indicto apud Cicestriam conuentu Eduardus in-

Ciuile bellum in Anglia.
Pontificiũ pro eo sopiendo studium.
g To. 3. ep. secr. pag. 35.
h Ib. pag. 34.
Eduardus coniuratos prælio fregit.

vel alium quemcumque eius auctoritate in dictam ciuitatem & vniuersitatem & eius communitatem & districtum seu singulares personas ipsarum; & ad subeundum & consentiendum cuicumque praecepto & mandato, quod idem dominus legatus vel eius delegatus eisdem & cuilibet ipsorum facere & imponere voluerint; & ad obligandum pro praedictis, & quolibet praedictorum fiendis, seruandis, & adimplendis, ipsos & eorum quemlibet, communitatem & vniuersitatem ipsius ciuitatis Parmensis, & ipsam ciuitatem & eius districtum, ac eorum & cuiuslibet eorum bona & iura praesentia & futura; & generaliter ad omnia & singula faciendum, & promittendum, quae ipsi domino legato vel eius delegato placuerint, et opportuna ac vtilia videbuntur; ratum & gratum se perpetuo promittentes habere, obseruare, & adimplere quicquid per dictum eorum syndicum & cum eo factum & promissum fuerit in praedictis & quolibet praedictorum sub hypotheca & obligatione omnium suorum & praedictarum ciuitatis, communitatis, & vniuersitatis bonorum & iurium, praesentium & futurorum. Actum Parmae, &c. Certior iam ante factus Cardinalis legatus Parmenses ad officium reuersos, Vgolino Rubeae stirpis prouinciam soluendarum censurarum contulerat a kal. decembris.

a Lib. priu Rom. eccl. to. 1. pag. 373.

14 Inter has rerum conuersiones erupit in Robertum Regem Siciliae coniuratio b, comparataeque ab hostibus illius vitae insidiae, quae non sine diuina prouidentia discussae: cum illius filius maior natu Carolus c dux Calabriae cum triremibus octodecim Siculam oram populatus est; Fridericus vero cum alijs viginti sex Rhegium tentauit.

b Io. Vill. l. 9. c. 172.

Robertus Rex Sic. e comparatis insidijs euadit.

c Ib. c. 158

In Germania Ludouicus Bauariae & Fridericus Austriae duces Romanorum Reges designati, cum Romano Pontifici controuersiam dirimendam aequitate, vt par erat, permittere detrectarent, de imperio certaturi, incredibili animorum ardore aduersas acies, quae ferme equestres erant, commiserunt d. Pollebat amplioribus viribus Fridericus, cum Regis Vngariae potentia fultus esset, ac Leopoldus e copias auxiliares ad ipsum adduceret. Sed Ludouicus re cognita, antequam eae copiae Friderico se coniungere possent, superato Aeni fluminis vado, Fridericum ad pugnam elicuit: qui indignum ratus certamen detrectare, proxima auxilia, quibus auctus Ludouico superior erat euasurus, non expectauit. Commissa est cruenta pugna, quae pene totum diem tenuit: in qua plura equitum millia perijsse feruntur. Parta demum a Ludouico victoria est, cuius gloria; Friderico & Henrico fratribus multisq; alijs nobilibus, captis aucta est, vt Stero f Altaemps, Rebdorfius g, M. S. h Vaticanum, alijque auctores Germanici & Itali consentiunt i, qui Fridericum arctissimae custodiae in arce, cui Trusnit nomen est, mancipatum atque in ea triennio tentum addunt.

Ludouic' & Fridericus de imperio certant.

d Ead. l. 9. c. 174.

e Rebdorf. et Alb. Arg in chron.

Ludouici Bauari fo. lertia. Cruentū certamen diem tenuit.

f Stero Altaemps in annal.

g Henr. Rebdorf. in annal.

Frideric' & Henricus frat. capti a Lud.

h M. S. bib Vat sign. n. 3769.

i Chr. El- vva. Auen. ann Boior. l. 7. Mussat. in Lud. Bau. & alij.

15 Meruere sane Fridericus & Henricus eo aduerso casu prosterni, qui antea a Romano Pontifice aduersus Insubriae tyrannos & hereticos in auxilium exciti, initum foedus turpiter violarant, causamque pontificiam prodiderant, vt superius rem attigimus. Caeterum Ludouicus Bauarus victor, parto de aemulo triumpho, Pontificem mox certiorem fecit: qui ipsum ad clementiam in Fridericum explicandam hortatus est l, atque operam apostolicam ad concordiam inter ipsos conciliandam obtulit.

Ludouic' certiorem de victoria Pont. facit.

l To. 3. ep. secr. pag. 159.

Ludouico in Regem Romanorum electo,

Excellentiae tuae, fili charissime, recepimus literas, quas nobis lator praesentium praesentauit; quarum contenta, & quae lator idem proponere voluit, intelleximus diligenter. Et quia ex ipsarum serie literarum percepimus euidenter victoriam, quam contra tuum coelectum habueras his diebus, te illi, qui bella nouit conterere, humiliter ascribere & prudenter; nec non & quam humaniter in ipsius coelecti captione, & post in eiusdem custodia te geras & gesseris, ipsius nuntij nobis relatio patefecit. Super quibus prouidentiam tuam in Domino plurimum commendantes, magnificentiam tuam rogamus attentius & hortamur, quatenus in his inuiolabiliter perseuerans, ei a quo cuncta bona procedunt, gratias agere studeas; ac quae illi grata exequi, & vitare quae sibi displicibilia noueris, non omittas: erga coelectum praedictum, quem in tua manu conclusit Altissimus, ob ipsius concludentis honorem sic clementer sicque pie te habeas, vt misericordiam assequi valeas, quam misericordibus veritas repromittit. Nos autem ad tractandum & procurandum quod ad pacem & concordiam inter te & ipsum pertinent, offerimus nos paratos: super quo si nobis tua prudentia suae innotuerit beneplacitum voluntatis, ad exequendum quae ad illa opportuna viderimus absque cunctatione aliqua procedemus. Super alijs autem nuper prouidentiae tuae per tuum nuncium scripsisse meminimus: quare ad praesens ea non repetimus, sed in illis inuiolabiliter permanemus. *Dat. Auin. xv. kal. ianuarij anno VII.*

Hortatur eum Ioannes ad referendas de victoria Deo gratias.

Explicandam in victum clementiam.

Suam ad conciliandum concordiam operam offert.

Non vsus est Ludouicus oblato a Pontifice ad tractandam inter eos pacem studio, regnū sibi armis asserere posse arbitratus, de quo haec tradit Ptolemaeus Lucensis a: *Dux praedictus Austriae captus fuit per ducem Bauariae & detentus: & sic ipse Ludouicus dux Bauariae ius imperij sibi vendicans vsurpauit.* Inde vero Pontificem inter & Bauarum ipsum grauissimae discordiae, cum regni Italici habenas, & Galeacij Mediolanensis clientelam sequenti anno corripuerit, vt suo loco dicetur.

Ludouic' oblatis a Pontifice studijs nō vtitur.

a Ptol. Luc in hist. eccl M. S. l. 24. c. 41.

16 Interea fluctuanti diuturnis dissensionibus Lusitaniae, in qua Dionysius ob effusum in Alfonsum Sancium spurium studium alterius filij Alfonsi legitimi, & sceptri Lusitanici heredis, iras ac principum odia in se concitarat, iniustaque aduersus sanctissimam vxorem odia susceperat, pacem redditurus Pontifex, cum annis superioribus mulcere praeferocis principis animos, Dionysium ad aequitatem flectere, D. Elizabetham, quae filij sui causam aduersus maritum impudicū, & in adulterae liberos propensiorem sequi videbatur, ad concordiam inter filium & patrem reuocandam excitare literis suis studuisset; hoc anno archiepiscopum Compostellanum in Lusitaniam ad redintegrandam concordiam apostolica munitum auctoritate, vt coitiones dissolueret, rescinderet iniusta sacramenta, perturbatores pacis censuris reprimeret, ineunda foedera corroboraret, misit b: ac praesules Lusitanos, vt operam cum archiepiscopo coniungerent, monuit c. Ad conciliandam vero diuinam misericordiam, vt eos bellorum ciuilium fluctus compesceret, preces Deo in ea causa porrecturis praemia indulgentiarum proposuit d.

Pont. ad concordiā restituendam Lusitaniae incumbit.

Archiep. Compostellanum ea de causa in id regnum mittit.

b To. 3. ep. secr. pag. 66.

c Ib. pag. 68.

Porrecturis Deo pro pace preces indulgētias proponit.

d Ib. pag. 69.

Praeterea Dionysium grauissimis literis e, est adhortarus, vt Compostellani archiepiscopi monita in animum demitteret: Reginam sanctissimam, quae nisi ad pacem ac diuinam gloriam

e Ib. pag. 65.

riam

se imperij causam sustinere, atque ob illius defensam dignitatem bello peti; ac si Robertus Rex Insubria potiretur, Germanos Cæsares Italiæ aditu & imperio excludendos. His

Friderici Austriaci perfidia in Pontificem.

permotus Fridericus pontificium fœdus damnauit, fratremque aucupata rixandi occasione redire iussit: neq; ea longius quæsita est, Brixianorum enim præfecturam sibi committi poposcit

Henricus frater muneribus ab hoste donatus abscedit.

Henricus, ac petitis frustratus, cum ciues iussu apostolico ob interregnum Roberto proregi cæsareo fidem adstrinxissent, in Roberti Regis compendium se pugnaturum negauit, Germaniamque repetijt a. Nec diu proditæ pontificiæ

a Id. ibid.

Vterque iustas pro ditionis Pont. pœnas luit.

causæ crimen cum fratre impune tulit: prælio enim vtrumque victum, captumque a Ludouico Bauaro, inferius videbimus. Inter hos tumultus exeunte iunio Matthæus Vicecomes nonagenario maior in hæresi, vt tulit fama, obijt b; ac

Matthæus impie moritur.

maior natu filius Galeatius præfectus Placentinus armorum terrore Mediolanenses coegit, vt ipsum Mediolani ducem ad annum renuntiarent.

b Eod. lib. 9. c. 155.

Galeatius Mediolanensium ducem se dicit.

Verum ij mox Galeatij iugum, ipso eiecto, excussere c. Quo accepto nuntio Pontifex, vt ipsos ad obsequium pelliceret, latas in eos censuras a Card. legato dissolui iussit. d

c Eod. l. c. 180.

Ab ipsis eijcitur.

d To. 3. ep. secr. pag. 365.

Bertrando tit. S. Marcelli Apostolicæ sedis legato.

Venerunt nobis in exultationis augmentum rumores placidi, nuntiantes quod commune & populus Mediolanen. iugo tyrannicæ seruitutis, quo sub crudeli tyranno, hoste Dei & ecclesiæ manifesto Galeatio, damnati hæretici quondam Matthæi de Vicecomitibus filio, ac paternæ nequitiæ successore, & vehementer de hæretica prauitate suspecto, qui Mediolanensis ciuitatis regimen indebite vsurparat, affligebantur immaniter, sicut & per dicti hæretici tyrannidem afflicti fuerant diutius; a se reiecto totaliter & excusso, veritatis spiritum assumentes, ad nostram & ecclesiæ Rom. deuotionem & obedientiam, a qua deuiarant, per deuia & errores currendo præcipites, vtentes saniori consilio redierunt, intendentes nobis & eidem ecclesiæ, ad quos imperij regimen ipso vacante, sicut & nunc vacare dignoscitur, pertinet obedire fideliter & parere nostris & ipsius ecclesiæ beneplacitis & mandatis.

Gaudet Pont. Mediolanenses hostis ecclesiæ iugum excussisse.

Nos autem, si in huiusmodi laudabili proposito stabiliter perseuerent, cum ipsis volentes agere gratiose, discretioni tuæ, vt per te vel per alium seu alios interdictum seu interdicta, cui seu quibus per nos vel per te ex quibuscumque causis fuerint dicti ciuitas & clerus eiusdem subiecti, suspendere valeas, sicut videris expedire, plenam concedimus auctoritate præsentium facultatem.] Extant plures aliæ ad eundem legatum literæ, quibus ipsi dissoluendarum plurium pœnarum, quæ in Mediolanenses erant vibratæ, auctoritas collata est; tum vt clericos, qui diuina mysteria contra interdicti ecclesiastici leges celebrarant, absolueret. *Dat. Auin. XII. kal. decembris anno VII.*

Censuras, quibus erant defixi, soluit.

11 Dum Mediolanenses effusa lætitiæ significatione de recuperata libertate exultabant, agebantque de concordiæ legibus cum legato, Galeatij factio incautos oppressit: corruptis enim auro Germanis stipendiarijs, qui Galeatium Mediolano pepulerant, ipsum Lauda euocatum noctu in vrbem admisit a. Eiecti mox viri nobiles, ac populus, exeunte decembri, dominatum vrbis in Galeatium tristi rerum conuersione transfudit. Excitatos porro fuisse Mediolanenses ad res nouandas Placentinorum exemplo, qui Azone Galeatij filio pulso, se in libertatem & ecclesiæ obsequium auctore Obizone e Lando Verusio (ad quem gratulatoriæ de liberata a Placentia deque profligatis b postea Mediolanensium copijs extant literæ) vindicarant, refert Ioannes Villanus c: quo etiam exemplo vsus est Pontifex d, vt Parmenses ad excutiendam Galeatij seruitutem concitaret, qui breui tyranni iugum, despecto eius terrore, e suis ceruicibus depulerunt e; qua de re extant publica hæc documenta f.

Exorta Mediolani noua factio Galeatium reuocat.

a Io. Vill. l. 9. c. 183.

a To. 3. ep. secr. pag. 343.

b Ib. pag. 354.

c Io. Vill. l. 9. c. 177.

d To. 3. ep. secr. pag. 349.

Pont. Parmenses ad excutiendum Galeatij iugum solicitat.

13 *In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem a natiuitate* MCCCXXII. *indictione* VI. *Pontificatus sanctissimi patris domini Ioannis Papæ XXII. anno* VII. *die tertia decembris, conuocato & congregato consilio vniuersitatis & hominum ciuitatis Parmensis voce præconia & sono campanæ, vt moris est, in palatio veteri communis Parmensis ad infrascripta specialiter facienda, nobiles viri domini Maffeus de Summo potestas, Ioannes domini Nicolai capitaneus, abbas antianorum & cæteri antiani communis & populi ciuitatis Parmensis, ac prædictum consilium vnanimiter & concorditer, nemine discrepante, fecerunt, constituerunt, & ordinauerunt, sicut de iure & facto melius & efficacius potuerunt, discretum virum magistrum Bartholinum de Ferrerijs beneficiatum ecclesiæ S. Hilarij de valle Baganziæ Parmensis diœcesis, licet absentem, tanquam præsentem, suum & cuiusque eorum & dictæ ciuitatis & vniuersitatis syndicum & nuncium specialem ad comparendum pro eis, & eorum ac omnium & singularum personarum ciuitatis & districtus Parmensis nomine coram reuerendo in Christo patre domino Bertrando, Dei gratia, tit. S. Marcelli presbytero Cardinale Apostolicæ sedis legato, vel eius delegato; & ad iurandum in animas prædictorum & cuiuslibet eorum, & promittendum de parendo mandatis ecclesiæ, atque ipsius domini legati vel eius delegati; & quod ipsi de cætero Galeatio de Vicecomitibus de Mediolano, aut fratribus, vel sequacibus suis, vel aliquibus ecclesiæ Romanæ rebellibus nullatenus adhærebunt; nec consilium, auxilium, vel fauorem præstabunt, sibique in nullo parebunt, vel intendent. Item ad confitendum, recognoscendum, & asserendum realiter & cum effectu regimen ciuitatis & districtus Parmensis, vacante Romano imperio, sicut nunc vacare dignoscitur, ad dominum nostrum summum Pontificem & Romanam ecclesiam pertinere; & quod ipsum regimen & rectores ipsius recipient & tenebunt deinceps nomine præfati domini nostri summi Pontificis & Romanæ ecclesiæ supradictæ, quamdiu & quotiescumque vacabit imperium supradictum, sicut reciperent & tenerent ab Imperatore, si dictum imperium non vacaret; & ad petendum, impetrandum, obtinendum ab eodem domino legato, vel eius delegato absolutionem & relaxationem sententiæ interdicti dudum latæ & promulgatæ in vniuersitatem & communitatem ciuitatis Parmensis, ac ciuitatem eandem; ipsiusque ciuitatis, communitatis, & vniuersitatis terras, castra, & loca per sanctissimum patrem & dominum nostrum dominum Ioannem Papam XXII. & cui interdicto in præsentiarum subiacent, ex eo quod auxilium, consilium, & fauorem præstitisse dicuntur damnatæ memoriæ Matthæo Vicecomiti de Mediolano, dum viueret, eiusque filijs & sequacibus; & a quacumque alia sententia interdicti, vel excommunicationis lata per dictum dominum nostrum summum Pontificem,*

Deijciunt illud Parmenses.

e Ib. pag. 353.

f Ext. in arc. S. Ang. & M. S. Vat. arch. Platanter Coll. edita iussu Sixti IV. to. I. pag. 382. & M. S. Vall. signatis B. n. 12 pag. 54.

vel

ſperans, inceſſanter prioribus deteriora committit.

Nos igitur conſiderantes attentius, quod eo fortiore reſiſtentia eſt intentio ſui nequiſſimi elidenda propoſiti, eoque potentius ſuis prauis affectibus contrarijs affectibus obuiandum, quo ipſe peſtilens æmulus humanæ ſalutis & pacis in fidelium intendit pectoribus cultum catholicę fidei, ſine qua nemo vnquam Deum videre poterit, deprauare; quodque grauiter ex præmiſſis, quod mœſti referimus, impeditur negotium terræ ſanctæ, nobiſque ad promouendum illud ſubtrahitur opportuna facultas; & nihilominus in debitæ recenſionis * adducto, quod clara tuæ deuotionis credibilia teſtimonia te catholicę fidei & eccleſiaſticæ libertatis zelatorem feruidum repræſentant, propterea in ſinu eiuſdem matris eccleſiæ indubitata fiducia conſeruatur, qua pro certo confidit, quod ei tua in inſtanti opportunitate ſuffragia non deerunt, nec potentiæ tuæ manum ab eius auxilio continebis. *Dat. Auin.* II. *non febrarij anno* VI.

Ipſius ſcelere expeditionem in Saracenos retardari. *arcanum

7 Dum vero Theodorum marchionem ac Fridericum Auſtriacum in Matthæum commouebat Pontifex, aliaque parabat auxilia, cenſuras eccleſiaſticas in eum latas a Bertrando Card. Apoſtolicæ ſedis legato diuulgari, atq; etiã religioſam militiam dato crucis ſymbolo indici iuſſit a: quibus literis x. kal. februarias huius anni dies aſcripta eſt. Spernentem vero has cenſuras Matthæum Vicecomitem Aycardus Mediolanenſis archiepiſcopus, ac fidei cenſores iudicio hæreſeos damnarunt, cuius ingentia ſcelera cumulata recentibus attulere b: *Præfatus inſuper Matthæus*, inquiunt, *tot & tantis nefandis ſceleribus & exceſſibus horridis inuolutus exorbitans a fidei catholicæ veritate, verum lumen non videns, de ſacramentis male ſentiens ac clauium & eccleſiæ poteſtate, ipſaſque contemptibiliter vilipendens, diutius ſuſtinuit plures excommunicationum ſententias latas in ipſum, tam ab homine quam a iure; ac interdictum eccleſiaſticum, cui præfata ciuitas Mediolanenſis, ipſius Matthæi exigentibus culpis, ſuppoſita fore dignoſcitur, fecit multoties violari, laicorum corpora defunctorum in eccleſijs, & cœmeterijs pulſatis campanis, miniſtris ipſarum inuitis & renitentibus, faciens ſepeliri; id idem fieri faciens in terris & locis, quæ per filios ſuos detinet occupata, ſimilis ſuppoſitis interdicto. Præterea Zacharinam filiam ſuam, quæ ipſo præſente cum* Richardino *de Languſio in eccleſiæ facie publice per verba contraxerat de præſenti, nulla diuortij ſententia præcedente, alteri de facto, dicto Richardino viuente, matrimonialiter copulare præſumpſit.* Pergunt vertere crimini Matthæo, ipſum prælatorum ſynodos religioſorumque cœtus celebrari, ſacraſue haberi conciones vetuiſſe, neq; ob illius tyrannidem immanem ſacramenta rite porrigi, aut vitia corripi, vel hæreſes excindi potuiſſe; hæreticorum ſocietate ſe inquinaſſe, eoſque ſibi in fidiſſimos adminiſtros aſciuiſſe. Denique addunt dæmonum commercio vſum eſſe.

Sacrum illi, dato fidelibus crucis ſymbolo, bellum indicit. a Ib. pag. 155. Cenſores fidei in Matthæũ ſententiã ferunt. b Ext in M. S. Obiecta illi ſcelera

Dæmones præterea, quorum eſt ſeruus effectus, & cum quibus confœderationem feciſſe videtur, deſperatus de diuina potentia multoties execrabiliter inuocauit, & quæſiuit ab eis reſponſiones & conſilia in agendis. Reſurrectionem quoque corporum humanorum, quam fides catholica docet, & ſancta Romana eccleſia profitetur & tenet, impie negat, deuians a fidei veritate, &c. Aggerunt alia crimina, illum incuſſum anathema a Pontifice triennio

Vt dæmoni eſſet addictus. Quæſierit illius reſponſa.

ſpreuiſſe, poſtulatumque ob id iudicio hæreſeos comparere recuſaſſe, ac de contumacia damnatum nouoque defixum anathemate, in pertinacia veteri obduruiſſe; ob quæ archiepiſcopus ac fidei cenſores in ipſum vt hæreticum ferunt ſententiam, eius bona addicunt fiſco, honoribus euertunt, notantque infamia, quam poſteris & filijs inurunt: *Lecta, lata, & in ſcriptis pronuntiata fuit ſententia ſupradicta per religioſum virum fratrem Barnabam priorem prouincialem prædictum pro tribunali ſedentem vice ſua & reuerendi patris domini archiepiſcopi Paxij & Honeſti & Iordani inquiſitorum prædictorum, etiam pro tribunali ſedentium in eccleſia S. Mariæ de Valentia Papienſis diœceſis, anno a natiuitate Dom.* MCCCXXII. *indictione v. die* XIV. *menſis martij.*

Indictæ eid. Matthæo pœnæ.

8 Intentatus etiam grauium pœnarum terror Galeatio & Marco Matthæi filijs a, bello quidem ſtrenuis, ſed impietate non diſparibus, atque alijs omnibus earum partium ſtudioſis: quos etiam retardatæ Aſiaticæ expeditionis crimine, cum arma ad frangendam eorum pertinaciam diſtraherentur, quæ aduerſus Saracenos, rem Chriſtianam in oriente peſſumdantes (de quibus agetur poſtea) vertenda fuiſſent, poſtulabat Ioan. b Addita c ſunt minis arma, hinc in eum Pontificis & Roberti Regis copiæ, inde Florentini, Bononienſes, Senenſes, alijque Guelphi fœderati conſurrexere d. Parte alia Aquileienſis patriarcha denſis agminibus ſtipatus, atque Henricus Friderici Regis Romanorum deſignati frater cum equitatu grauioris armaturæ, aliaque crueeſignatorum multitudine ſigna extulere. Exceptus Henricus eſt a Brixianis e, ad quos Pontificiæ extant literæ f, vt vna cum ipſo ac Roberto Rege & Guelphis fœdus coirent aduerſus Matthæum Vicecomitem, quem vocat *hæreticum peſtilentem & perfidum, Dei & eccleſiæ ſuæ aduerſarium, & hoſtem impium ac ſeuerum.*

Galeatius & Marcus eius filij cenſuris deuincti. a Eod. to. 3 ep. ſec pag. 155. b Ibid. c Ib. pag. 157. 158. d Ib. pag. 186. Henricus Friderici Auſtr. frater in Matthæum arma vertit Excipitur a Brixianis e Io. Vill. l. 9. c. 143. f To. 3. ep. ſecr. pag. 186.

9 At Matthæus Vicecomes cum Henrici potentiam formidaret, ipſum ſuis fraudibus mox irretire cœpit. Ad quas diſcutiendas Ioannes Henricum his verbis commonuit g: *Fili, non abſque admiratione ad noſtram audientiam ſubſequenter deduxit relatio fide digna, quod tu ad Matthæum prædictum tuos, & ad te ipſe ſuos, & demum tuos & ſuos ad electum prædictum*, nimirum Fridericum Regem Romanorum, *duxeratis nuntios deſtinandos. Et quia, fili, malitia & fraudes illius hæretici nos non latent, veremur quod cum ſua aſtutia te decipiat, teque a tuo propoſito deuiet, vt vel tempus labatur inutiliter, vel ad ſuam fouendam malitiam te ſatagat inclinare. Verum quia tam electum prædictum, quam te brachijs complectimur charitatis, & intendimus proſequi, quantum cum Deo poterimus, gratioſe; nobilitatem tuam duximus exhortandam, vt in ſcrutinio rectæ conſiderationis adducto, quod ſi, quod abſit, Matthæo prædicto annueres, diuinam offenderes maieſtatem, quantum cor noſtrum grauiter ſauciares, quantumque matrem tuam ſacroſanctam eccleſiam contra te merito irritares; tractatus hæretici prædicti reſpuens, qui profecto veneno non carent, manum mittas ad fortia, ea quæ cœpiſti laudabiliter proſequendo, &c. Dat. Auin.* IX. *kal. iunij anno* VI.

Matthæus hoſtibus impar cõfugit ad dolos. g Ib. ep. ſecr. pag. 186. Henricũ admonet Pont. ne ab eo illaqueari ſe ſinat.

10 Nil profuere pontificia apud Henricum ducem monita, ac tantum belli apparatum, ſub cuius grauitate neceſſe erat vt Matthæus ſuccumberet, diſſolui contigit h: pugnandum enim dolo ratus Vicecomes oratores ad Fridericum Auſtriacum miſit, blande expoſituros,

h Io. Vill. l. 9. c. 144

tores ecclesiæ, exterminauit eos Deus de terra.

Recinetũ excisum. a Io. Vill. l.9.c.142. Antõ. vbi sup.

3 Exeruit se pariter diuina in Recinetenses, apud quos nefandum impurumque idolum excitatum fuerat, iustitia: narrat enim Ioannes Villanus a Piceni præsidem, cæsi apud Recinetum nepotis dolore percitum, vrbem in fauillas redegisse, ac mœnia funditus, obiecta ciuibus idololatriæ infamia, diruisse: eam rem crudelitati versam, cum Recinetenses, cæso Friderico sponte eiectis præsidiarijs vltro pontificio præsidi deditionem fecissent: diuinæ tamen sententiæ, grauissima illorum scelera vlciscenti ascriptam.

Assisium compulsũ ad deditionem. b Io. Vill. l.9.c.138. c Eod. l.9.c.141. Auximates ad Pont. imperia reuertuntur. d Ib.c.161 Et Fauẽses. e Eod. lib. c.139. Incussæ Venetis minæ. f To.3.ep. secr. pag. 144. g Ib.pag. 148.

Prona ad victoris obsequium reliqua fuere: Assisinates ad deditionem compulsi b, eorumque propugnacula solo æquata: Auximates c in ea rerum conuersione ad Pontificis imperium redicte, quamquam postea Lipacius paucis post mensibus Firmanorum armis Auximum ecclesiæ eripuit d. Fanenses e ad pontificias partes traducti, ex quorum dissensionibus occasione sumpta, cum Ioannes Superantius Venetorum dux ecclesiasticæ ditionis iura affectaret, Pontifex censurarum religionem obiecit Venetis, ac nisi male cœpta reuocarent, in eos Reges principesque se concitaturum, est comminatus f. Rauennatem quidem agrum Venetos vastasse, occupasse Padi litora, damnaque alia grauiora intulisse, queritur in alijs literis, xv. kal. aprilis exaratis g, ac significat, ni nauales copias Pado abducant, sarciantque iniuriam, datam Æmiliæ præsidi prouinciam, vt apostolica & imperiali auctoritate in eos animaduertat.

h Io. Vill l.9.c.168.

4 Exortos tum Rauennæ graues seditionum motus, scribit Ioannes Villanus h, ac Bernardini Polentani filios Hostasium & Guidonem, excitis Malatestæ auxilijs, concidisse gladijs in publica re gerenda collegam, eundemque archipresbyterum Rauennatem fratrem patruelem, iacentem in lecto, ad quem colloquij specie inducti fuerant. Raynaldum ipsum vocat Hieronymus Rubeus i archiepiscopum Rauennatem designatum.

i Rub. hist Rauenn. l.6. Excitati tumultus Bononiæ. l Io. Vill. l.8.c.131. m To.3 ep secr. 101. 102. 340. Magistratus inconsulta sede Ap. creari vetiti. n Ib. pag. 331. 332. 336.

Excitatis tum etiã Bononiæ grauioribus tumultibus, Romæus Peppolus pulsus l: Viterbij Siluester Gatto tyrannidem splendido protectoris titulo corripuit m. Cæterum ad discutiendas crebras populorum seditiones, frænandamque eorum ambitionem, qui ecclesiæ ditionem laniare, ac res suas in illius ruinis excitare affectabant, sanxit Pontifex n, ne quis sine pontificia auctoritate vrbium ac municipiorum præfecturam quouis nomine coloratam corriperet, pœnasque grauissimas ijs, qui tenderent contra, incussit.

Robertus Rex Sicil. a Florentinorum præfectura discedit. o Io Vill. l. 9.c. 136.

5 Inter has ditionis ecclesiasticæ seditiones præerat Vrbi Robertus Rex, qui illius administrationem acceperat a Pontifice, vt seditiosorum consilia regia auctoritate reprimeret: quem etiam octo annorum spatio & eo amplius publicam Florentinorum rem gessisse, refert Ioannes Villanus o: hoc vero ineunte gubernacula Florentinis restituisse: ex quo apparuit, ipsum ad tyrannidem Italiæ, vt spargebant hostes, non aspirasse: sed delatam sibi prouinciarum administrationem eo consilio in turbulentis rebus suscepisse, vt ijs pacatis pari illam integritate relinqueret.

Eius bella in Vicecomites, cõtra quos imperij vicarius erat creatus a Põt.

Creatus etiam fuerat a Pontifice imperij in Insubria legatus, dum interregnum esset, ac magna vtrique belli moles aduersus Vicecomites Mediolanenses, qui id munus iniuria sibi arrogarant, incumbebat; iamque superioribus annis adhibiti conatus ad nihilũ reciderant. Tentata itaque a Pontifice hoc anno noua consilia, atque inijsse cum Friderico Austriæ duce altero Rege Romanorum discordibus suffragijs electo armorum fœdus, refert Ioannes Villanus a, vt coniunctis copiis Matthæum Vicecomitem euerteret.

Fœdus initum a Pont. cũ Austriaco in Matthæum Vicec. a Io. Vill. l.9.c.143. Ant. 3 p. tit 21.c.4 §.13. b To.3 ep. secr. p.156

Concitarat b enim Ioannem aduersus Matthæum non accepta modo inuito ipso Insubriæ præfectura, oppugnatio Genuæ, Guelphorum & clientum ecclesiæ depressio; verum etiam intolerabilis censurarum ecclesiasticarum contemptus, cleri oppressio, infanda populorum seruitus, dira immanitas, obscuratus religionis splendor, propagatio hæreseos, qua etiam Matthæum contaminatum esse non leuibus argumentis ferebatur. Quæ atrocia flagitia Pontifex in literis ad Theodorum marchionem Montisferrati describit, illumque ad vires suas in tyrannum impium cum alijs iungendas adhortatur.

Theodorus marchio Montisferr ad belli societatẽ in Matthæum sollicitatus.

Ioannes, &c. Theodoro marchioni Montisferrati.

Matthæi Vicecom. impietatẽ in lucem collocat.

6 Quia prælati, per dura grauamina & violentias multiplices ac pressuras, quibus eos idem Matthæus incessanter affligit, proh dolor! impediti personas ecclesiasticas suarum ciuitatum & diœceseon nequeunt visitare, subditos corrigere, illis proponere verbum Dei, & sacramenta ecclesiastica ministrare, aliaque agere, quæ ipsis ex officij debito pastoralis incumbunt; in illis partibus hæreses pullulant, schismata crescunt, a cultu diuino receditur, fidelium animæ perditioni sæpius exponuntur, periclitantur corpora, scandala suscitantur, & ausus alijs malis panditur innumeris, quorum est ipse causa præcipua, perpetrandis; propter quæ nec non & alia, quæ frequenter idem Matthæus pollutis labijs proferre non metuit, & agere scelestis actibus non formidat, grauiter nec immerito suspectus habetur de labe pestifera hæreticæ prauitatis: qui, sicut infamia clamat publica contra eum, carnis resurrectionem denegat impudenter, vel super illa mortiferæ dubietatis scrupulum secum defert in animo sceleratus.

Hæresi contaminatũ esse,

Ipsum populos tyrannide laniare.

Nec a tua notitia credimus alienum, qualiter ipse pestilens eiusdem ecclesiæ persecutor, vt solus in dicta prouincia, cultu nequiter extirpato diuino, velut idolum desolationis abominabilis adoretur; prouinciam ipsam sui conatus peste conturbans, ac mittens in exilium pacem eius, populum Domini rabida vexatione dilacerat, & hereditatem eius diræ pestis laniat feritate; seque reddit, ac si non videret Dominus mala eius, & opera illius non intelligeret Deus Iacob, in cæteris prauitatis exactionibus truculentum: ex quibus, præter diuersas excommunicationis sententias contra tales a canone latas, quas incurrisse dignoscitur, nos eum a sacro ipsius ecclesiæ corpore velut membrum putridum mucrone duximus anathematis præcidendum, tradentes eum sathanæ in interitu carnis, vt spiritus eius in die Domini saluus fiat; alijsque diuersis contra eum per nostros processus spiritualibus & temporalibus pœnis & sententijs promulgatis.

Censuras ecclesiasticas habere ludibrio.

Verum idem Matthæus, nequaquã propter hoc incircumcisi cordis ceruicem humilians, sed potius elationis suæ currum ascendens, sic in sæuitiæ acerbitatem obriguit, quod virtutem diuinam contemnit, humanam paruipendit potentiam; & a malignitate solita non quiescit; quin potius in diuersoria mortis, cum suarum sint vlcera indurata culparum, corruerit & irruenti animo & infrunito, contemnens penitus & de-

Deum hominesque contemnere.

dium Papam habere frequenter disputando concluditur secundũ id, quod dixerunt Apostoli Christo: Ecce duo gladij hic. Quod etiam per experientiam monstratum est: nam Papa Adrianus transtulit imperium de oriente in occidentem, Carolum magnũ Regem Romanorum instituens, quia ecclesiam liberauit & Italiam de manibus Longobardorum; Imperatore Græcorum nec se nec ecclesiam iuuare valente, sed ad errores declinante. Deinde a Ioanne Papa duodecimo vel Leone translatum est a Francis in Theutonicos in primo Othone. De Ioanne XII. id demonstrat ex veteribus monumentis Card. Baronius a: Leonem autem fuisse pseudopontificem, cum Ioanne non rite damnato atq; ex hæretica nimirum hypothesi, quod iurisdictio ob crimina amittatur, a pseudosynodo creatus esset, pluribus illustrat b. Pergit S. Antoninus.

Refellit eius opinionem S. Antoninus.

Translatũ a Io. XII. in Germanos imperium.

a Baron. Ann. Chr. 962. n. 1. &c.

b An. 963 n. 29. ad 40.

Papa quoque deponit Imperatorem, & priuat & excommunicat, prout egit Innocentius I. Arcadium enim Imperatorem excommunicauit. Gregorius VII. Henricum III. Imperatorem excommunicauit, & imperio priuauit. Papa etiam confirmat Imperatorem, ipse coronat, ipsi Imperator fidelitatem iurat, dist. XIII Tibi. Quomodo isti talia attentassent & prælati & sancti homines ista approbassent, si monarchia imperij non subesset Papæ, cum par in parem non habeat potestatem? Item Imperatores catholici in omnibus submiserunt se & leges suas ecclesiæ, vt Constantinus magnus, Theodosius senior & iunior, Iustinianus, Iustinus, Carolus magnus, Otho primus, Sigismundus; sed multi, qui fuerunt pessimi tyranni & persecutores ecclesiæ, non defensores, & malorum morum toto conatu quæsierunt subiugare sibi ecclesiam, & temporalia eius auferre, & ad nihilum deducere, vt Iulianus apostata, Constantius Arianus, Henricus tertius, quartus, quintus, & sextus. Fridericus primus & secundus, Ludouicus Bauarus, & multi Græcorum Imperatorum. Aliqui prædictorum secuti sunt hæreses suorum patriarcharum, aliqui ex Latinis fuerunt causa schismatum: sed Papa pro tempore existens, vt verus monarcha & super Imperatorem Romanum potestatem habens, excommunicauit eos & priuauit; & demum tales cum summa confusione exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. In hoc ergo errauit Dantes, quem errorem magis diffuse prosecutus est Ocham ordinis Minorum, quasi ad nihilum deducens potestatem Papæ & prælatorum in dominio temporali. Quamobrem multi viri doctissimi tunc quæstiones disputarunt & libros ediderunt de potestate ecclesiastica. At de his iterum inferius.

Cæsares Pontificũ hostes infelices.

IESV CHRISTI
annus 1322.

IOANNIS PP. XXII. annus 7. VAC. IMP. OCCID. 9. ANDRONICI IMP. OR. 39.

1 STatuit diuina iustitia c anno Christi millesimo trecentesimo vigesimo secundo indictione quinta insigne seueritatis suæ exemplum in improbos idololatras ecclesiæque hostes infensissimos Fridericum e Monteferetro ac facinoris socios: ad quorum reprimendam impietatem Pontifex superiore anno religiosam militiam, dato crucis symbolo, ac propositis indulgentijs indixerat, fidelesque vt fœdam pestem e Christiano orbe excinderent, concitarat. Promotæ iam erant Recinetum, vbi impurissimum idolum impiorum venerationi expositum vidimus, cruce signatæ copiæ, cum Fridericus perduellium dux ad tuendos Recinetenses episcopi Aretini & Castrucij agmina submisit; parandisque nouis auxilijs intentus extorquere ab Vrbinatibus duriora vectigalia est meditatus: quamobrem valde commoti ciues, eius tyrannidem excutere decernunt, redeunt a ad obsequium sedis Apostolicæ, ac Fridericum seminudum, iniecto collo laqueo mitiorem necem a coniuratis deprecantem, obtruncarunt. Is scelerati viri, qui se aduersus Christi vicarium superbe efferre, atque ad idoli obscœni venerationem prosternere non perhorruerat, exitus fuit; quem S. Antoninus hisce verbis refert.

c L. to. 3. ep. secr. pag. 106. Io. Vill. l. 9 c. 140. Ant. p. 3. tit. 21. c. 4 §. 11.

Diuinæ in hostem ecclesiæ vindictæ exemplũ.

Recinetũ a Põe exercitu cesignato oppugnatum.

a To. 3. ep. secr. pag. 108.

Vrbinates ad obsequium ecclesiæ redeunt.

Cum vna dierum marchio, qui erat pro ecclesia, cum copijs suis Recanatum impugnaret, & tunc comes Fridericus, Vrbini existens, magnam taleam seu impositionem pecuniæ communitati indixisset, vt posset in succursum accedere cum stipendiarijs episcopi Aretini & Castrutij Recanatum; Deo disponente, in detestationem & iudicium illius Friderici subito populus Vrbinas tumultuãs arma corripuit contra dictum Fridericum: qui improuisus se clausit in arce ciuitatis, & a populo obsessus, videns se non posse defendere vel euadere, se populo tradidit misericordiam postulans ab eo; & pro gratia postulans se decapitari, & non magis illudi & crudeliore morte damnari. Descendens ergo de arce simul cum filio, se spolians & funem in gutture habens, populo se obtulit misericordiam clamans. At populus, irritatus contra eum, nulla misericordia motus est: sed ipsum interficiens cum filio, postea mortuum per terram traxerunt hinc inde, vituperia multa circa illum inferentes: & quia in excommunicatione mortuus, ideo sepultura asini sepultus est, non ecclesiastica.

Frideric⁹ comes Montisferetri misericordiã frustra poscit.

Trucidatur cum filio.

Retulit Deo de profligato præpotentijs hoste gloriã Pontifex, vt ex literis post aliquot mẽses ad episcopum Ariminensem datis b constat: *Felicis,* inquit, *triumphum victoriæ per nostros & ecclesiæ Romanæ fideles contra tyrannum crudelem & perfidum Fredericum de Monteferetro, Dei & ecclesiæ persecutorem impium & pestifera hæreticæ prauitatis labe respersum, & nonnullos sequaces eiusdem dudum obtentæ diuinitus; ac alia nonnulla gesta in illis & marchiæ Anconitanæ partibus per tuæ fraternitatis literas nobis missas, quas læta manu recepimus, & quæ continebantur in eis, pleno collegimus intellectu, nobis innotescere curauisti, &c. Dat. Auin. kal. octob. anno VII.*

b Ib. pag. 342.

Partam de Frid. victoriam Deo ascribit Pont.

2 Non tristia hæc responsa Fridericus a dæmone acceperat; cuius maior natu filius Guido a paterno in ecclesiam odio non degener, qui plures in Piceno motus concitarat, ex Vrbinatium manibus fuga lapsus, insequente illum diuina iustitia, in fidissimi clientis ecclesiæ Cantis Gabrielis patritij Eugubini potestatem cecidit: a quo mox in vincula coniectus est. Qua de re certior a Cante factus Pontifex, Guidonem Amelio marchiæ præsidi tradi iussit c. Impositum d est alijs literis munus eidẽ Amelio abbati Tolosani monasterij S. Saturnini Piceni præsidi, vt cum Guidonem Friderici filium aliosque rebellionis participes in sua potestate obtinuisset, in eos ex legum præscripto pronuntiaret. Sumptum de ijs supplicium indicat S. Antoninus e, dum excisam Friderici stirpem, superioribus ex ipso allatis, addit: *Duo,* inquit, *alij filij eius, fugientes ex Vrbino, Eugubij capti sunt, & alter paruulus in Vrbino: & sic impletis iniquitatibus eorum de Montefeltro, qui semper fuerant rebelles & persecu-*

Eius maior natu filius cõprehensus

c Eod. to. 3 ep. sec. pag. 106.

d Ibid.

e Ant. 3. p. tit. 21. c. 4 §. 11.

Friderici excisa posteritas.

Pontificis studio cõposita.

a To. 3. ep. secr. pag. 75. b An. 6. p. 1 ep. 147. c Reg. post eand. ep.

ſopiendam Pontifex apud Regem auctoritatem adhibuit a, vt rem æquitate componeret, hortatuſque eundem eſt euecti ad Strigonienſem ſedem Boleſlai occaſione b, vt eccleſias regni Vngarici, cuius limites glorioſiſſime protulerat, regiæ clientelæ commendaret; eique ob felices progreſſus fauſte hiſce verbis precatus eſt c: *Optamus, dilectiſſime fili, vt ſicut poteſtas ineffabilis Dei ſummi tua in regno mundi dilatauit culmina principatus, ſic tuæ laudabiles actiones te reddant in oculis ſuæ maieſtatis acceptum, per quas tibi in cœleſti patria corona ineffabilis gloriæ præparetur, &c.*

Peruſinũ gymnaſ. ſcholarũ numero auctum.

d An. 5. p. 1 ep. com. 394.

Hoc anno amplificauit Pontifex Peruſinam academiam, quæ cum a Clemente V. inſtituta eſſet, atque in ea publicæ iuris ciuilis & canonici ſcholæ apertæ; adiunxit Ioannes d vt medica ars ac philoſophia in ea docerentur.

Thomas Aquinas miraculis inclareſcit.

46 Efflorcſcente Thomæ Aquinatis ſanctitatis gloria ob plura miracula eius beneficio patrata; tum etiam Reginæ Siciliæ Caroli II. relictæ viduæ, ac filiorum principis Tarentini comitiſque Grauinenſis, atque Neapolitanæ academiæ precibus adductus, prouinciam dederat Humberto Neapolitano archiepiſcopo & epiſcopo Viterbienſi ac magiſtro Pandulpho, vt de miraculis ac vitæ ſanctitate illius veritatem diligentiſſime indagarent, teſtiumque fide dignorum dicta in ſcriptum redacta ſedi Apoſtolicæ tranſmitterent: iniunctoque ſibi munere archiepiſcopus & epiſcopus, Pandulpho abſente, perfuncti ſtrenue, quæ ab ipſis erant explorata ſuo munita chirographo Pontifici miſere. Qui vt maiorem tantæ rei conſilij maturitatem afferret, Anagnino & Terracinenſi epiſcopis ac memorato Pandulpho nouam hanc prouinciam demandauit e.

De eorũ veritate inſtitutũ examen.

e An. 5. p. 2. ep. com. 1373.

Cum ſuper eiuſdem miraculis, quæ ipſius meritis in monaſterio Foſſanouæ Ciſtercienſis ordinis Terracinenſis diœceſis, vbi corpus eiuſdem quieſcere dicitur, & in diuerſis alijs locis, ſicut aſſeritur, dignatus eſt Dominus miſericorditer operari, quorundam teſtium, qui iuxta dictarum literarum noſtrarum formam recepti per dictos archiepiſcopũ & epiſcopum non fuerint, reſtet adhuc receptio & examinatio facienda; diſcretioni veſtræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, de fratrum noſtrorum conſilio per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vos, vel duo veſtrum tam in dicto monaſterio Foſſa noua, quam in loco vel in locis alijs, vbi expedire videritis, de prædictis & alijs miraculis fratris Thomæ prædicti, quæ extra Romanam curiam ipſius meritis dignatus eſt, vel ex nunc pendente inquiſitione huiuſmodi dignabitur Dominus operari (non tamen de illis ſuper quibus per præfatos archiepiſcopum & epiſcopum ad receptionem & examinationem prædictorum teſtium noſcitur eſſe proceſſum, prout per proceſſum ſuper hoc per eos habitum cuius copiam vobis fieri volumus, poteritis inſtrui) cæteriſque circumſtantijs, negotium huiuſmodi tangentibus, iuxta formam, quam vobis ſub bulla noſtra tranſmittimus interclusam, inquiratis diligentius veritatem, &c. Dat. Auin. kal. iunij anno v.

Aliorum teſtium dicta recognoſci & explorari iubet Pontif.

47 Obiere ij adeo egregie demandatum ſibi munus, ac miracula omnibus inſtructa circumſtantijs ſanctiſſimo doctore apud Deum interceſſore patrata ſacro eccleſiæ ſenatui retulerunt, vt altero poſt anno ritu ſolemni ſanctorum cultus illi decretus fuerit, de quo iterum ſuo loco ſermo erit. Nunc præſentem annum felici alterius viri ſancti, Raynaldi ſcilicet Rauennatis archiepiſcopi, quem iam ante magno zelo diuinam gloriam promouere, & clerum ſuæ prouinciæ ad primæuum ſanctitatis florem reuocare conatum vidimus, exitu claudemus, adductis in medium verbis Rauennatium rerum ſcriptoris cultiſſimi, qui tanti archiepiſcopi mortem piam atque edita eius opera miracula deſcribit a: *Anno*, inquit, MCCCXXI. *non abſque ingenti apud omnes ſanctitatis opinione, quintodecimo kal. ſeptembris tranquille decedens, in cœleſtem patriam euolauit omni vir laude merito cumulandus, qui cum magnarum rerum humanarum vſu tractationeque religionem & pietatis rerumque æternarum curam coniunctam perpetuo habuit. Sepultus eſt in monumento ex marmore in æde Vrſiana: quod cum ſuperioribus annis Iulius Feltrius ab Ruuere Cardinalis Rauennatum archiepiſcopus aperiri coram ſe mandaſſet, viri ſancti cadauer, vt ipſe mihi affirmauit Cardinalis, integrum ac pene recens promiſſa barba, ſtatura procera, ingenua forma & ſpecie ad dignitatem appoſita inuentum eſt.*

Raynald archiep. Rauẽnas pie moritur.

a Hie. Rub hiſt. Rau. l. 6. & ex eo Sur. to VII. 18. au. Ferar noue cath SS. ead. die

Eius corpus corruptionis expers inuẽtum.

Ad eius cadauer, cum adhuc in ſepulchrum illatum non eſſet, multa miracula, & inſequentibus etiam diebus & annis ſunt facta. Et vt reliqua omittam, Iacobus Benincaſa iuriſconſultus Rauennas, cum deſperata omni ſalute & penitus destitutus acerrimis podagræ doloribus affligeretur, ſeque voto nuncupato diem Raynaldi feſtum quotannis ſolemniter celebraturum obligaſſet, poſtridie eius diei doloribus & morbo ſolutus eſt: quod Ioanni quoque Grado in graui capitis oculorumque dolore, cum eſſet ad Raynaldi ſepulchrum profectus, eiuſque opem ſuppliciter implorasſet, per idem tempus contigit. Ex agro item Rauennæ eo vico, cui Herboſe nomen eſt, mulier Blonda vocata, cacodæmone ſupra quam dici poteſt agitata, a cognatiſque ſuis maxima vi ad Raynaldi ſepulchrum pertracta liberatur. Pari felicitate Thomaſina Petri Lambardani Rauennatis filia, ſacra virgo cœnobij D. Mariæ cognomento Padrielis, quod in Cenceda a mœnibus haud procul erat, nunc in vrbem translatum D. Stephani in oliuis appellamus, membrorum omnium reſolutione languens, cum viri ſancti patrocinium inuocaſſet, repente ſanitati reſtituitur, atque hæc pauca de multis, quæ in dies fiunt, collegiſſe ſat fuerit.

Patrata eiuſdem opera miracula.

48 Rauennæ etiam obijſſe hoc anno refert b Ioannes Villanus Dantem Aligerium nobilem Florentinum patria extorrem, literis humanioribus poeſi Italica & eloquentia clarum. Scripſit inter alia Latino ſermone librum de monarchia, in quo multa aduerſus ſupremam Pontificis auctoritatem, quam in Romanum imperium ex ſingulari translationis imperij iure, tum in omnia orbis regna & imperia indirecte non ad temporarium lucrum, ſed ad ſalutem hominum accepit, multa garrire auſus eſt; inieci tque occaſionem vt multi alij eo argumento ſcripſerint. Confutat eius opinionem grauiſſimis argumentis S. Antoninus c his verbis: *Vult probare, ſed male, ita monarchiam eſſe in imperio Romano & Rege Romanorum, quod nullam dependentiam habeat a Papa, ſed a ſolo Deo, niſi ſolum in pertinentibus ad forum animarum, non in temporalibus; & in hoc errauit, cum poteſtas imperialis & regimen ſubalternetur papali, vt minor maiori: ſicut & luna, ſignans imperium, illuminatur a ſole, ſignante vicarium Chriſti, vt lumine maiori: quod colligitur diſt.* XCVI. *cap. Duo ſunt; vnde & vtrumque gladium*

b Io. Vill. l 9. c. 135. Dantis mors.

Scripſit de monarchia.

c Ant. 3. p. tit. 21. c. 5 §. 2.

Y 2

præsidiarios milites amoueret: tum Guillelmo Sabinensi episcopo A. S. L. partes iniunxit [a], vt si Philippus pontificias preces respueret, ad æquanda solo quæ excitarat in ecclesiæ circuitu propugnacula, eamque episcopo reddendam, vt diuinum in ipsam cultum conuerso in laudes Dei armorum fragore reuocaret, censurarum religione compelleret.

a Reg. post eand. ep.

Composita ecclesiæ Compost. cōtrouersia. *b An.6.p.1 ep. com. 139.*

Gessisse morem pontificijs imperijs Philippum principem videtur, cum ex alijs literis x. kal. oct. eiusdem anni exaratis [b] colligatur, ipsum in re simili, nimirum restituendis Compostellanæ ecclesiæ iuribus, ad sedis Apostolicæ voluntates animum flexisse. Certatum iam ante diu fuerat de Compostellanæ vrbis imperio inter archiepiscopum prædecessorem & ciues: atque archiepiscopus, obtenta in suæ ecclesiæ gratiam a sanctiore Regis Castellæ consilio sententia, Compostellanos clientelæ nomine sacramento adegerat. Neque ita multo post ij iterum defecere: iterumque ad officium reuocati, rursus sacramentum fregere, cum Philippi principis Alfonsique viri opibus & auctoritate florentissimi studijs efferrentur. Verum proximo tempore Alfonso e viuis erepto, Philippus princeps religione motus, supplex veniam exorauit; quamobrem Pontifex ingenti gaudio delibutus, Compostellano archiepiscopo prouinciam commisit, vt principem & Compostellanos pœnis omnibus vel Clementis V. in Viennensi concilio constitutione sancitis, vel a delegatis iudicibus inflictis ea lege absolueret, vt sumptus, quos in conficiendo itinere ad sedem Apostolicam pro venia flagitanda facturi essent, in terræ sanctæ subsidium deriuarent.

Philippus princeps occupata illius eccl iura restituit.

42 Ad vindicanda pariter Terraconensis ecclesiæ pristina iura, quæ in Balearibus insulis obtinebat, Pontifex grauissimis literis Sancium Maioricarum Regem, vt ab ijs inuadendis sibi temperaret, monuit [c]. Quem quidem diuino munere ex ingenti periculo seruatum, ostendunt aliæ literæ [d], quibus Ioannes ipsum felicissime ex insidijs emersisse est ei gratulatus hisce verbis: *Ingens periculum, quod contra te & charissimam in Christo filiam nostram Reginam Maioricarum illustrem, & dilectum filium nobilem virum Iacobum nepotem tuum hostis ille perfidus, cuius inuidia mors in orbem terrarum intrauit, qui veluti leo rugiens quærens quem deuoret, curauit mare commouens, rapidos ventorum flatus suscitans, bis diebus præteritis suscitauit; illiusque clementia, cui venti obediunt, & maria acquiescunt, te cum præmissis a tantis periculis agnouimus magnifice liberatum, &c. Dat. Auin. iv. id. nouembris anno vi.*

Balearis Rex ab ecclesiæ Terracon. iuribus abstinere iussus. *c To.3.ep. secr. pag. 59.* *d Ibid.* *Ex ingenti periculo cum vxore & nepote eripitur.*

In Nauarra etiam pacatas res haud fuisse, refert Mariana [e]; arcemque Gorritiæ, a Cantabris ea parte, cui Guipuscoæ nomen inditum, improuiso aduentu occupatam: cumque Nauarreni iniuriæ vindicandæ studio, contractis copijs duce Pontio Morentia, pro Rege Gallo, in eo regno præfecto, essent progressi, a Cantabris montium iuga insidentibus, saxaque in subiectum hostem prouoluentibus, fuisse profligatos.

e Mar. l.15 c.17. *Cantabri Nauarrā infestant.*

43 Excitati præterea hoc anno in Anglia [f], priores discordiarum fluctus, a quibus recreata videbatur. Nimia enim Spenseriorum, qua apud Regem florebant gratia, atque inuisa principibus potentia, quam cumulatis in dies nouis opibus confirmarant, Hunfridum Herefordiensem & Thomam ducem Lancastriæ ad eam euertendam concitauit: contractis ij copijs Regem Eduardum, vt eos aula abigeret, adigere sunt aggressi. Peruenerant aliqua ad S. Albani cœnobium agmina prædasque agere cœperant; cum Deus in eorum ductorem vltionis exemplum statuit: versus enim in furias seipsum discerpsit, ac secundo a patrato flagitio die in oppido, cui Alysbury nomen, animam euomuit. Duces Londinum aduolarunt cum excercitu, ac Regem, quamuis primum nisi secundum leges & iura acturum in Spenserios pronuntiasset, vt ipsos causa non cognita mulctaret exilio compulere; paxque redintegrata. Sed ea parum tenuit: cum enim Bartholomæus e Baletsmere illius coniurationis particeps Reginam Isabellam in suam arcem admittere detrectasset, iudicatus hostis est, bellique prioris flamma in incendium atrox erupit, quod in sequentes annos grassatum postea videbitur. Iam Gallicas res perstringamus.

f Vualsin. hist. Angl. in Eduar. II. *Angliæ proceres in Eduardum conspirant.* *Sacrilegi militis supplicium.*

44 Florebat placidissima pace Francorum regnum, atque in eum rerum statum agitata toties Asiaticæ expeditionis consilia perducta erant [a], vt Philippus Rex firmum sacri belli suscipiendi animum gereret, ac profectionis diem Christi vicarius indicturus esset, totoque Christiano orbe promulgaturus, vt crucesignati ad portus maritimos confluerent; cum pia illa consilia aduersa regis valetudo retardauit [b]. Pontificem itaque exorauit [c] Philippus, vt indicendam expeditionem a S. Martini festo ad recurrentem sequenti anno purificatæ Virginis solemnitatem extraheret: sed funesta rei Christianæ Regis mors ineunte sequenti anno eadē consilia dissipauit. Dum illo recuperandæ Syriæ zelo feruebat Gallia, leprosi ac Iudæi atroci veneficij crimine postulati [d] sunt, ipsos nimirum subornatos a Saracenis Asiaticis, & corruptos pretio, vt fontes ac puteos veneno ad fideles necandos inficerent: conuicti ex ijs nonnulli vario suppliciorum genere perempti sunt; pulsi cæteri, ne fidelibus exitio essent: synagogæ vero Iudæorum Christiana religione consecratæ, vt in ijs diuinæ laudes personarent. Certe in Venusino comitatu Iudæis Bidauda municipio eiectis, eorum synagogam, superstitionis odio æquatam solo, in sacram ædem conuersam Ioannis iussu, sumptibusque instauratam fuisse, literæ pontificiæ docent [e].

a To.3.p.1 ep. secr. Pag. 1. *Francorū Rex morbo ab expedit. Asiatica retardatur.* *b Ead. pag. 1.* *c Ib. pag. 14.* *d Vualsing. in hist. Angl. Meyer. hist. Flandr.* *Iudæi & leprosi veneficij in Christianos conuicti.* *Synagogæ Iudæor. in ecclesias versæ.* *e An.5.p.1 ep. cur. 58.*

In vicinis etiam prouincijs [f] Amedeum Sabaudiæ comitem inter ac Guidonem delphinum Viennensem, tum fœderatos horum proceres atrox dissensio erat exorta, ex qua crebræ cædes, hostiles in agros excursiones, rapinæ, populationes, cladesque plurimæ fiebant: ad quæ sopienda mala imperatæ a Pontifice induciæ [g]. Quarum similiter promulgandarum, ad sedandos [h] Sabaudiæ motus, qui inter Ludouicum principem Sabaudæ stirpis & comites e S. Martino & e Castro monte concitati erant, prouinciam Bertrando tit. S. Marcelli A. S. L. demandauit [i], atque grauiores pœnas obnitentibus intentauit: *In non seruantes*, inquit, *treuguas seu violantes easdem, ad grauiores spirituales & temporales pœnas tam apostolica quam imperiali auctoritate, qua in nobis ad præsens pro eo residere dignoscitur, quod imperium Romanum Imperatoris regimine caret ad præsens, prout expedire videris nihilominus processurus; &c. Dat. Auin. kal. octobris anno vi.*

f Ibid. ep. cur. 160. 161. *g Ib. ep. 162. 163.* *h An 6.p.1 ep. cur. 11.* *Indictæ inter Lud. Sabaudū & alios induciæ.* *i Reg. post eand. ep.*

45 Recrudescente etiam vetere contentione inter Carolum Vngariæ Regem ac Venetos de Iaderæ imperio, quæ a Ioanne Superantio ad Venetam ditionem reuocata [l] fuerat, ad eam so-

Inde enata inter Regem Vngar. ac Venetos discordia. *l Append. chr. Andr. Dandal.* *Iadera ad Venetam ditionem a Io. Superantio reuocata.*

vel per alios, quantum in vobis esset, recipi permittendo, &c. *Dat. Auin. v. kal. decembris anno* vi. Vt vero Romani demum, Ioanne in Vrbem redire abnuente, desciuerint ad Ludouicum Bauarum, inferius dicetur.

Guelpha & Gibell. factio exercet Etruriam.
a Io. Vill. l. 9. c. 126. Anō 3. p. tit. 21. c. 5. §. 1.

40 Laniabat a reliquam Italiam Guelphorum Gibellinorumque furor. Florentini inito cum Spineta marchione Malaspina Gibellinæ quidem factionis viro, sed Castrucij Lucanorum præfecti hoste, armorum fœdere in Lucanos conspirauere. Qui mox arma in Spinetam conuertit, eundemq; ad Canem Scaligerum Veronensem abegit. Fremebant b etiam armis vtriusque factionis Insubria & Pedemontium. In Pedemontio quidem ad lapsas res superiori anno turpi Philippi Cœnomanensis comitis & Gallorum recessu restituendas Robertus Siciliæ Rex Raimundum e Cardona iusto succinctum exercitu, cui Pontifex legatum Cardinalem adiunxerat, submisit. Galeatius tamen Placentinorum præfecti opera marchionem Caualcabonem, pontificijs auxilio cum equitatu expedito venientem excunte nouembre deleuit.

Turbidæ Insubriæ res.
b Io. Vill. c. 128. Ant. vbi sup.
Guelpher copiarum pars cæsa a Galeatio Vicecom.

Incumbebat c Roberto Regi alterius belli moles. Fridericus Trinacriæ Rex, quem in superiori annalium tomo d ijs legibus cum Carolo II. Siciliæ Rege Bonifacij VIII. temporibus pacem confecisse vidimus, vt Trinacriam, donec alíud regnum ex infidelibus armis sibi comparasset, vel in reliquum vitæ tempus, si ea res non succederet, obtineret; moriensque Carolo vel successoribus ereptam vi & iniuria Trinacriam restitueret, in posteros coronam traducere, violato solemni illo fœdere, decernit. Petrum itaque filium Panormi magna pompa insigni regio exornat, atque in illius verba Trinacrios proceres sacramento adigit e. Tentarat f anno superiori a Roberto, cum Auinione cum Pontifice ageret, vt regnum nouo constituto fœdere in filium transmitti impetraret; ac Iacobus Rex Aragoniæ pro firmandis fraternis rebus acturos de concordia oratores ad aulam Auinionensem misit g, sed cum necessaria auctoritate ad arduam prouinciam conficiendam instructi non essent h, Pontifex rem infectam esse Iacobo significauit i; vtque sedulo ad redintegrandam concordiam incumberet, excitauit l. Agit de ea legatione a Iacobo ad Pontificem missa Surita m. Cæterum Pontificem e Cardinalium consilio triennales inducias indixisse inter Reges, ac Fridericum eas infringentem defixisse anathemate, Ioannes Villanus refert n: quem etiam ne Iacobus Rex contra leges ac iura Fridericum potentia sua aduersus Robertum fulciret, censuras ijs omnibus, qui regnum Siciliæ bello peterent, conducerent stipendiarios, instruerent triremes, copias contraherent, submitterent arma, aut alia quauis ratione suam operam ad inferendum Roberto bellum conferrent, incussisse docent apostolicæ literæ o. At nec ea religione deterriti sunt plures viri nobiles, quin ex Aragonia & Catalonia alijsque locis in Trinacriam confluerent, atque aduersus Robertum venirent subsidio. Quocirca Pontifex Terraconensi archiepiscopo imperia dedit, vt mare conscensuros sacramento adigeret, aduersus Robertum arma non arrepturos. Ad pijssimum Iacobus Aragonum Rex opus, redimendos nimirum e Saracenorum seruitute Christianos incumbebat, pluresque ex ijs etiam nobilitate insignes, qui diu sub barbarorum iugo luxerant, patriæ libertatiq; restituerat: cumque cœptis egregie insisteret, ac naues onustas mercibus, vt felicius res succederet, mittere statuisset, facultatem illius rei a Pontifice ob rescripta apostolica in eos, qui merces Saracenis Asiaticis inueherent, edita flagitauit: cuius votis annuit Ioannes a ea lege, vt ferrum, arma, ligna conflandis nauibus idonea, quibus Christiani lædi possent, soldani terris nō inferret.

Frideric' Rex Trinacr. bellum in Robertū Sic. Regē molitur.
c Io. Vill. l. 9. c. 133. Sur. l. 6. c. 48.
d Ann. to. 14. ann. 1303. n. 27
Insignis Friderici perfidia.
Petrum filium Trinacriæ Regem dicit
e Io. Vill. vbi sup.
f Sur. vbi sup.
g To. 3. ep. sec. p. 4. 57
h Io. pag. 51.
i Ib. pag. 53.
Indictæ a Pont. triēnales inter Reges induciæ.
l Ib. pag. 54.
m Sur. l. 6. c. 38.
n Io. Vill. l. 9. c. 133.
Incussęsi ciliam citeriorem inuadentibus censuræ.
o An. 6. p. 1 ep. cur. 27.
Iacobi Regis Arag. in redimendis Christianis pietas.
a An. 5. p. 1. ep. com. 216.

41 Nec vero in Syria solum Christiani plures sub seruitute Saracenorum ingemiscebant, verum in ipsa Hispania infelici iugo varijs excursionibus subdebantur. Ex dissensione quidem fidelium grassandi occasionem aucupati Granatenses in Murciæ regni limitem incurrere; atque arcem, cui Lorcha nomen est, in Carthaginensi diœcesi sitam bellico furore tentarunt. Cuius discriminis metu commoti ciues, suos ad Pontificem oratores misere, vt fidelium auxilia ad tuendum Christianum nomen submitteret. Quorum precibus ille adductus Castellanos ad propulsandos barbarorum impetus, propositis indulgentijs, a præsulibus excitari, sacramque militiam conscribi iussit. b

Mauri in Murcianos fines incurrūt.

Guillelmum præterea episcopum Sabinensem Apostolicæ sedis in Hispania legatum monuit c, vt Lorchanis validissima auxilia submittenda curaret, ac vectigalium ecclesiasticorum decumas in eam rē deriuaret d, ne ij sub potentia Saracenorum tandem fatiscerent, Christianæque religionis dignitas labefactaretur. Denique eos, qui Saracenici furoris impetus strenue adhuc exceperant fregerantque, ad laborum constantiam his verbis incendit e: *Vos igitur, filij, constanter in eo, cuius agitur in hac parte negotium, quique de sua confidentes misericordia non relinquit, figentes anchoram spei vestræ, præfatis hostibus virilibus animis resistatis, vt stabilimentum fidei possitis a præsentibus & posteris prædicari, alys constantiæ ac fortitudinis prabeatis per exemplum, vobis præmium retributionis æternæ, quod promittitur bellum Domini gerentibus, rependatur; & in Apostolicæ sedis gremio, vestris claris exigentibus meritis, mereamini semper specialis fauoris locum præcipuum obtinere; scituri, quod cum nos, & Romana ecclesia mater vestra vos & terram vestram gerimus in visceribus charitatis, nostrum erga vos, cum expedierit, auxilium quantum cum Deo fieri poterit, non tepescet. Dat. Auin. iv. id. iunij anno v.* Repressos fuisse barbaros, facile colligitur, cum nullos aduersus rem Christianam progressus ab ijs factos auctores Hispanici hoc anno referant. Debilitatæ sane Castellanorum vires admodum ciuili discordia, ex qua infideles animos collegerant: ad quam extinguendam Sabinensem episcopum A.S.L. regni conuentus indixisse Palentiæ, Ioannes Mariana refert f: principes enim auctoritatis suæ ac potentiæ confirmandæ causa præfecturas vrbium iure vel iniuria corripiebant, vnde magni motus concitati. Legione quidem, cum Philippus princeps Sancij Regis filius atque Alfonsi patruus vrbem ingredi pararet, coorta g seditio: cum enim ciues ipsum ingressu arcerent, ille conciliatis præsidiarijs, qui in arce excubias agebant, vrbe exceptus confugientes ad ecclesiam principem ciues obsidione cinxit, valuisque exustis compulit ad deditionem: quo bello confecto, ecclesiam situ & opere munitam cinxit propugnaculis, ac milite firmauit. Quæ res cum aduersus episcopi Legionensis iura tentata esset, Pontifex ecclesiasticæ libertatis tuendæ studio Philippum principem monuit, vt ecclesiam restitueret episcopo, indeq; præ-

b An. 5. p. 1. ep. cur. 165. 166. 167.
c Ibid. ep. cur. 164.
d An. 6. p. 1 ep. com. 32
Fortiter excipiunt Lorchani Saracenorum impetus.
e An. 5. p. 1 ep. cur. 166.
Ad constantiam confirmātur.
Indicti Palentię cōuentus pro restituenda concordia
f Mar. rer. Hisp. l. 15. c. 15.
g To. 3. ep. secr. pag. 46.
Philippus princeps Legionem occupat.

respuissent, ille quæsita exploratаque diligentissime veritate, sententiam tulerit, ipsos hæreseos & idololatriæ crimine deuinctos, atque ideo ob anathemati notam ab omnibus ipsorum consortium fugiendum; tum seculari foro permiserit, vt supplicio merito ipsos afficeret, bona fisco pontificio addixerit, posteros ab honoribus remouendos promulgarit, denique domum, in qua obscœnum idolum colebatur, funditus excindendam, atque in perpetuæ infamiæ monumentum nunquam instaurandam pronuntiarit: & quamuis idololatris ipsis ex apostolica clementia diem dixisset, vt benignitate potius ad Christum reuocaret, quam iusta seueritate perderet, pontificia eos monita ludibrio habuisse; atque etiam a Recinetensibus, Auximanis, Spoletanis, comitibus Montisferetri, alijsque fœderatis receptos defensosque fuisse.

Flagitij auctores a rebellib⁹ ecclesiæ defensi.

Ad excindendum ergo ingrauescens malum pontificio zelo permotus Ioannes sacram in eos expeditionem ornandam edixit, ac patriarchæ Aquileiensi; & suffraganeis populos ad crucem induendam, propositis indulgentiarum præmijs, incendere iussit: & quem ex tanto animarum exitio dolorem hauriret, hisce verbis aperuit: *Dolet mater ecclesia, quod sacro regenerati fonte baptismatis, & naturæ diuinæ consortes effecti, conuersatione degeneri in vilitatem veterẽ per mortis illecebras, & præruptam erroris execrabilis semitam; relicta gloria catholicæ fidei, relabuntur; nosque non immerito tristamur ab intimis, quod perditionis filij decorem catholicæ matris, quam nostra interest vni viro virginem castam exhibere Christo, hæreticæ prauitatis conantur obscœnitatibus maculare. Non enim expedit vt tam horrendorum scelerum in succedentia temporum secula sine recordatione vindictæ memoria differatur, ne illorum infamis impunitas in generationes futuras similium proroget audaciam præsumptorum: sed potius eo fortius est ipsorum resistentia obice intentio elidenda, eoque potentius repugnantiæ obstaculo sui prosecutio reprimenda propositi, eorumque prauis affectibus contrarijs effectibus obuiandum, quo magis infideles Christianæ salutis æmuli in fidelium intendunt pectoribus cultum catholicæ fidei, sine qua nemo vnquam Deum videre poterit, deprauare. Datum Auinione 11. id. octobris anno sexto.*

Promulgata in eos sacra militia.

Promulgandæ eiusdem criminum condonationis arma in nouam illam hæreticorum colluuiem correpturis multis præsulibus in Italia, vtraque Sicilia, & Gradensi patriarchatu prouinciam imposuit a.

Diuulgatæ tota Italia Pont. lit.

a Ib. post ep. cur. 28

Præterea Germaniam ad pestem eandem in ipsis ecclesiæ visceribus hærentem euellendam commouit, ac Bremensem, Moguntinum, Treuirensem, Coloniensem, Salzburgensem archiepiscopos, aliosque ipsis obnoxios præsules populos ad arma in tam iusta causa capessenda concitare iussit b. Repetitæ etiam eodem fere exemplo ad eosdem præsules literæ, vt sacra illa indulgentiarum præmia aduersus Lipparium c & Andream Auximanos equites, nec non aduersus Fridericum, Guidonem, & Sperantiam Montisferetri comites, qui se eorum idololatrarum partibus inquinarant, præluserantq; tanto sceleri non leuibus alijs, antea enim Vrbini dominiũ inuaserant, initaque cum alijs perduellibus coniuratione, grauissimis cladibus prouincias pontificias attriuerant. Ex ijs vero Fredericus longe fratres improbitate vincebat d, vt qui fœdissima illa idololatria se infecisset, atque a sacræ fidei censore, comperta grauissimis argumentis veritate, meritis pœnis addictus, deuotusque fuisset. Præteritis vero nouum scelus adiecerat, ac Spoletanorum, quos in suas partes traxerat, imperium corripuerat. Conatus etiam fuerat Pontifex, grauissimarum pœnarum obiecto terrore, Assisinates ad officium traducere: sed cum illi promulgatam in eos pontificiam sententiam respuissent, intentatas pœnas contraxere, vt queritur Pontifex, qui ad alia asperiora remedia, ne sceleri abblandiri videretur, confugere coactus est a. Coniunxere se etiam alijs hostibus ecclesiæ Fanenses, in quos Pontifex eorumque studiosos censuras tulit. b

Germani aduersus nouam illam pestẽ concitati.

b Reg. post eand. ep.

c Ib. ep. cur 30. & 31.

d Ib. ep. cur. 29.

Frideric. e monte Feretro eadẽ idololatria pollutus.

Assisinates in cœpta rebellione obstinati.

a Ib. ep. cur. 44.

Fanenses perduellibus se aggregant.

b Ib. ep. cur. 49. 63 & 78.

39 Fœdabat alia ditionem ecclesiasticam labes: creuerat adeo ex Pontificum absentia nobilium virorum & populorum audacia, vt principum instar, qui ab armis iustitiam petunt, mutuo se bello lacesserent. Quos vt in ordinem redigeret Ioannes, ecclesiæque principatum nutantem confirmaret, tum audaciam improborum frænaret, obiectis grauioribus pœnis, temperare armis, atque iudicum tribunalibus controuersias committere iussit c. Cumque in patrimonio d B. Petri in Tuscia, atque in Sabinia, Arnulphorum terra, ac reliqua ditione ecclesiastica iura pontificia plures viri nobiles ac populi non nulli etiam præfecti plura inuasissent, alienassentque Pontifex ad ea recuperanda, temere gesta rescidit e, & pontificio rescripto ad sedem Apostolicam reuocauit. Ad tuendam vero internuntiorum & administrorum pontificiorum dignitatem edixit, ne censores fidei aut iudices ordinarij ijs iudicium intenderent. Nec tumultibus & periculis carebat Roma, dum Ioannes in Auinionensi secessu agebat, qui ne Vrbis curam penitus abiecisse videretur, hisce literis senatum populumque Romanum in officio continere, & coniurationes aduersus ecclesiam a Cæsareæ factionis studiosis initas sopire studuit. f

Collabescit ditionis eccl. status.

c Ib. ep. cur. 47.

d An. 5. p. 1. ep. cur. 152

e Ead. p. 1. ep. cur. 150.

Roma a seditiosis in discrimen adducta.

f To 3. ep. secr. pag. 99.

Ioannes, &c. senatoribus & populo Romano.

Dudum plena querelis mater ecclesia nobis insinuans lamenta suæ turbationis exposuit, quod nonnulli mendacem filiorum titulum præferentes, & contra eam instinctu quasi relegato naturæ innectentes, colligationes iniquas ad Romanam vrbem inclytam, Apostolicæ sedis prædilectam filiam inuadendam, & ipsius statum pacificum subuertendum scandalis & scissuris, sibique vendicandum dominium, in eadem conglutinare machinamenta clandestina præsumebant; ac vos, vt ab ipsius ecclesiæ fidelitate peruerterent, & subuerterent in infidelitatis errorem, proponentes astutijs circumuenire fallacibus, ac virus deceptibilis adulationis effundere, vbi non possent viribus perfidiam consuetæ tyrannidis exercere. Propter quod nos vniuersitatem vestram per nostras literas rogandam duximus attentius & hortandam, vt animos vestros contra talium præsumptorum conamina solitæ firmitatis munimine roborantes, ac pretiosum fidelitatis vestræ thesaurum Deo & eidem ecclesiæ absque defectu & macula conseruantes illæsum, contra talium præsumptuosam audaciam, quicumque & cuiuscumque conditionis existerent, ad nostram & eiusdem vrbis tuendam omnimode libertatem vos tanquam murum indefessæ fortitudinis opponeretis viriliter & feruenter, neminem illorum vel ipsorum nuntios in vrbe recipiendo prædicta, vel

Confiata consilia de eripiẽdo Pontifici Vrbis principatu.

Romani ad fidei constantiam exci tati.

quotidianis commissionibus, quas fecit ecclesiasticis personis, tamen quia istud non conuenit nisi certis et paucis ac determinatis ecclesiis, et personis, auctoritates autem loquuntur de omnibus alijs ecclesijs in communi; tum quia ista commissio est accidentalis, illa autem quæ sunt per accidens non cadunt sub arte et necessitate: vnde antecedentes sunt intelligenda de potestate, quam habent ecclesiæ communiter, et non accidentaliter, quod scilicet talis procedat ab ecclesia Romana.

Cur Pontificum testimonia in propria causa maximi fieri debeant.

Inter has autem auctoritates licet videantur prima facie credibiliores illæ Græcorum, testimonium et confessio contra se ipsos, quam auctoritates Romanorum Pontificum, qui sunt quasi testimonium in causa propria, vt dicatur cuilibet eorum: Tu de te ipso testimonium perhibes; testimonium tuum non est verum; verum secundum veritatem auctoritates Romanorum *Pontificum sunt efficaciores in hoc et in sequentibus, si attendamus illud verbum* Christi *ad Petrum pro se et pro sede sua Luc. XXII. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua: Ex quo habetur, quod in Romana ecclesia in fide errari non potest, nec de eius fide dubitare licet; sed in omnibus est sequenda. Vnde ipse S. Ambrosius: In omnibus sequi magistram sanctam Romanam ecclesiam profitemur. XXII. di. Omnes, in fine. Vnde cum per prædictas auctoritates constet, Romanam ecclesiam et Christi vicarios tanto tempore tenuisse, docuisse, et per sacram scripturam confirmasse ipsam* Romanam *ecclesiam a Christo factam fundamentum aliarum, et alias instituisse, et in partem solicitudinis vocasse, et alias eius vices gerere; temerarium est tantorum patrum determinationi præponere sensum suum.*

Apostolica aduersus errores Ioannis e Poliaco sententia.

37 His & alijs conuulsa sunt fundamenta erroris Ioannis e Poliaco; discussaque diligentissime hac controuersia a doctoribus, vt dictum est, tum a præsulibus, nec non a Cardinalibus, & a Pontifice, demum lata est iudiciaria sententia [a], damnatique ij errores: *Dudum,* inquit Ioannes, *cum dilectum filium magistrum Ioannem de* Poliaco *sacræ theologiæ doctorem certis ex causis de fratrum nostrorum consilio ad nostram præsentiam vocauissemus, fide digna relatio ad nostrum perduxit auditum, quod ipse in quibusdam articulis tangentibus pœnitentiæ sacramentum non sobrie, sed perperam sapiebat, infrascriptos articulos, periculosos continentes errores, docens publice in suis prædicationibus et in scholis. Primo siquidem astruens, quod confessi fratribus, habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenentur eadem peccata, quæ confessi fuerant, iterum confiteri proprio sacerdoti. Secundo quod stante Omnes vtriusque sexus edicto in concilio generali, Romanus Pontifex non potest facere quod parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti confiteri, quem dicit esse parochialem curatum; immo nec Deus posset hoc facere, quia, vt dicebat, implicat contradictionem. Tertio quod Papa non potest dare potestatem generalem audiendi confessionem; immo nec Deus, quin confessus habenti licentiam teneatur eadem confiteri proprio sacerdoti, quem dicit esse, vt præmittitur, proprium curatum, etc.*

Vt damnati fuerint.

[a] Extrav. Vas electionis de heret.

Interiectis nonnullis, vt indicta fuerit causa Ioanni e Poliaco, isque a doctoribus conuictus argumentorum vi in Cardinalium sacro senatu opinionem malesanam reuocarit; sanxit hæc Ioannes.

Reuocati fuere a Ioanne e Poliaco in senatu Cardd.

Omnes articulos, et quemlibet eorum tanquam falsos et erroneos, et a doctrina sacra deuios auctoritate apostolica condemnamus, et reprobamus de fratrum nostrorum consilio; prædictorum doctrinam contrariam veram, & contrarium esse catholicum asserentes, scilicet quod illi, qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quam si ea alias confessi fuissent eorum proprio sacerdoti iuxta concilium generale, etc. Edixit deinde, Alexandri IV. & Clementis IV. secutus vestigia, ne quis eos errores amplius disseminare ac tueri auderet, Ioannemque e Poliaco publice in scholis & concionibus sacris priores errores abiurare ac refellere iussit. *Dat. Auin. VIII. kal. augusti anno V.* Repetit eandem constitutionem Ioannes Baconus [a] Anglus Carmelita, ac plura in hoc argumentum scripsit.

[a] Io. Bacll. Carm. q. 3 dist. 15

Obsecutus Pontifici Ioannes e Poliaco, tum in scholis, tum in sacris concionibus publice errorem eiurauit [b]. Non defuere tamen qui postea alijs nixi argumentis contenderint, semel vertente anno sacram exhomologesim apud parochum repetendam, neque apud religiosos peractam sufficere: quorum princeps fuit Armacanus [c] dictus Richardus primas Hiberniæ, qui religiosis apud Innocentium VI. de abrogandis eorum priuilegijs ob varios abusus litem intendit. Præcipuum eius argumentum id fuit [d], contemni ea ratione clerum, nec labe peccati lethalis eum contemptum immunem: & quia vnum peccatum sine alio non dimittitur, ideo exhomologesim apud parochum repetendam, quantauis religiosi criminum nexus soluendi potestate a Pontifice accepta valerent. Sed negatum est contemni propterea pastores, vel peccatum ex eo suscipi: ac refelluntur pluribus ab Henrico Bictvvelt argumenta Armacani, qui cum non tam zelo tuendæ disciplinæ ecclesiasticæ duci, quam suffusus liuore in religiosos ob prona in eos populorum studia videretur, votis excidit, non quod pontificia curia auro corrupta a religiosis fuerit, vt deblaterat Vvalsingamus [e], sed quia falsa erat Armacani doctrina & eius causa æquitate fulta non erat vt suo loco ostendetur.

Et publice Parisijs.

[b] Holcot. sup. 4. sent q. 5. Henr. Bistuelt. M. S. bibl. Vat. sign. n. 4109. pag. 262.

Armacanus primas Hibern. parochorum litem instaurat adversus monachos.

[c] M. S. bib Vat. sign. 3765. in Innoc. VI

[d] Henr. Bistu. vbi sup.

Asserta religiosis pristina auctoritas

[e] Vvalsig. in Eduar. III. ad an. 1358.

38 Hoc tempore in Italia fœdissimæ errorum tenebræ se offuderant, ac non cogendus doctorum cœtus, sed validus exercitus aduersus nouum superstitionis & idololatriæ genus, quod ecclesiæ hostes inuexerant, congregandus fuit. Erant ij Recinetenses aliqui præterita perduellione in Pontificem ac cædibus, latrocinijs, stupris, adulterijs, incendijs, omnique impietate insignes, quorum nomina Ioannes hac notat [f] infamia: *Postmodum autem Iacob, Berardus, Aioletus, Cerolus, Leo, Canolus, Bulgariscus, Perciuallinus, & Albritutius antedicti, documentis veritatis abiectis, & ad obscœnas operationes & sordidas inquinati, non aduertentes quod illa virtus, illaque sapientia, & illa est vera colenda maiestas, quæ vniuersitatem mundi creauit ex nihilo, & in quas formas voluit & mensuras terrenam cælestemque substantiam omnipotenti ratione produxit, idololatriæ nefandissimo cultui per profanas superstitiones & horrendas se stulta & cæca dementia ingesserunt, labe respersi pestifera hæreticæ prauitatis. Ecce quidem hostes profani catholicæ matris aduersus Christum sponsum eius insurgunt blasphemijs, fidei catholicæ murum detractionis ictibus impetunt, eiusque diruere nituntur matris orthodoxæ structuram, & illam suarum inuasione virium aggredi non formidant, &c.*

Exorta in Italia noua superstitio.

[f] Io. an. 6. p. 1. ep. cur. 38.

Nonnulli dæmonum & idolorum cultui se mancipant

Blasphemas in ecclesiam voces emunt.

Subdit, vt sacræ fidei censor, tantorum criminum fama permotus ipsos sacro tribunali sistere iusserit: qui cum contumaciter accedere re-

Censor fidei in eos legibus agit.

reprehendit, quod non auderet nisi se non imparem sciret; vbi subiungit Gratianus: Hoc non de officio ecclesiasticae dignitatis, sed de puritate vitae & sanctitate conuersationis intelligitur: solus enim Petrus inter Apostolos primatum gerebat; vnde Aug. eadem quaest. Puto quod sine vlla sua contumelia Cyprianus episcopus Petro Apostolo comparatur, quidni? obtinent martyrij coronam: caeterum magis vereri debeo, ne in Petrum contumeliosus existam; quis enim nesciat rationem, Apostolatus principatum cuilibet episcopatui praeferendum? Sed et si distat cathedrarum gratia, vna tamen est martyrij gloria.

Sed contra hoc est stylus curiae Romanae in indulgentijs, in quibus ostenditur illorum paritas per haec & similia verba: De beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi centum dies de poenitentijs relaxamus. Sed dicendum, quod solus Petrus fuit superior, & omnes alij sibi subditi, etiam Paulus; sed ideo in gestis specialibus Paulus Petro coniungitur, quia Vrbem suo martyrio consecrauerunt, & in passione socij fuerunt xxi. di. Sacrosancta.

Soluūtur contraria argumenta.

Tertio videtur de Iacobo quod fuerit maior Petro, quia ille qui iudicat inter omnes videtur maior & praelatus. Sed Iacobus tulit sententiam in quaestione legalium actor. 11. Petro & Paulo allegantibus, dicens: Ego iudico non inquietari eos, qui ex gentibus conuertuntur. Solutio, Iacobus iudicauit non tanquam iudex omnium, sed tanquam iudex eius loci specialis: non quia Petrus non potuisset iudicare si voluisset, sed quia voluit illi deferre in loco suo: sicut Papa, quando est in ciuitate alia, non aufert propter hoc officialem nec curiam episcopo illius ciuitatis, sed de his, quae ibi emergunt, ei iudicium dimittit.

Aliud argum. de Iacobo refellitur.

Vnicum caput ecclesiae ostenditur.

35 *Secunda conclusio principalis est quod Petrus a Christo habuit praelationem super totam ecclesiam vniuersalem, quia in vno corpore non debent esse plura capita, sed vnum tantum, alias esset monstrum, & illis diffidentibus, membra non possent bene regi; vnde vni corpori suo mystico Christus Petrum sicut caput vnum praefecit. Propter quod super illud: Tibi dabo claues regni caelorum; dicit glossa: Specialiter eam Petro concessit, vt ad vnitatem nos inuitaret: ideo enim eum principem Apostolorum constituit, vt ecclesia vnum principalem Christi haberet vicarium, ad quem diuersa membra ecclesiae recurrerent, si forte inter se dissentirent; quod si diuersa capita essent in ecclesia, vnitatis vincula rumperentur. Item super illud Lucae: Ait Petrus ad Iesum, &c. Faciamus hic tria tabernacula; Damascenus: Non te Dominus tabernaculorum, sed vniuersalis ecclesiae constructorem constituit. Haec verba tua, tui discipuli, oues tuae mandauerunt effectui, Christo tabernaculum constituentes, necnon & seruis eius. Item Leo Papa xxiv. q. 1. Cum beatissimus Apostolus a Domino accepit principatum. Item Chrysostomus super actus Apostolorum: Petrus a Filio super omnem, qui filij est, potestatem accepit: non vt Moyses in gente vna, sed in vniuerso orbe. Item Cyrillus Alexandrinus in libro thesaurorum dicit sic: Cui, scilicet Petro, omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi tanquam Iesu domino obediunt. Item super illud Lucae xxii. Tu autem conuersus confirma fratres tuos, dicit Theophil. Petrus obtinuit, vt esset antistes mundi.* Ex his refelluntur temporis huius sectarij, qui tanquam impostorum more fingentes se missos a Christo, summos gregum, quos in errorum deuia praecipites agunt, pastores mentiuntur & hierarchiam ecclesiae euertere moliuntur. Sed his dimissis ad Paludanum [a] reuertamur, qui omnem in ecclesia auctoritatem a summo hierarcha manare ita argumentatur.

Refelluntur nouatores.

[a] Ib. pag. 231.

36 *Tertia conclusio principalis, quod omnis potestas iurisdictionis ecclesiastica & praelatio in ecclesia procedit et deriuatur et originatur a Papa vel a sede papali, id est ab ecclesia Rom. probatur tripliciter.*

A Papa omnis iurisdictio eccl. dimanat.

Primo ex praecedentibus cum auctoritatibus sic. Sicut se habuit Petrus, postquam fuit Papa, ad Apostolos & ad discipulos & primitiuam ecclesiam, sic se habet Papa ad omnes praelatos ecclesiae & ad omnes alias ecclesias. Sed Petrus sic se habuit ad illos, quod a Petro habuerunt omnem potestatem iurisdictionis, non a Christo immediate. Ergo Papa sic se habet ad istos, quod ab ipso habent omnem potestatem iurisdictionis. Maior patet quia Papa Romanus in omni praeeminentia, plenitudine & dignitate iurisdictionis succedit plene & perfecte Petro, vt probatum est in probatione maioris praecedentis rationis: & iterum probatur tripliciter auctoritatibus Graecorum: prima synodi Nicaenae, quae magnae auctoritatis semper fuit apud eos & totam ecclesiam Dei, in qua inter caetera legitur sic: ecclesia Romana semper primatum habuit, semperque habere debet. Quod autem semper habuit, intelligendum est ex quo ecclesia fuit, & ex quo primus in ea Petrus sedit, & in ipsa finaliter resedit. Secundo patet istud per auctoritatem alterius concilij apud eos, vbi dicitur sic: Reuereamur secundum scripturas, & canonum sanctificationem sanctissimum antiquae Romae episcopum primum esse, & maximum omnium episcoporum. Dicit autem antiquae Romae ad differentiam Cōstantinopolis, quā Constantinus illuc sedem suā transferens & priuilegijs vrbis Romae extollens, nouam Romam voluit appellari. Tertio patet istud auctoritate concilij Chalcedonensis, vbi inter caetera habetur, quod tota synodus acclamauit Leoni Papae: Leo sanctissimus, apostolicus & oecumenicus, id est vniuersalis, patriarcha per multos annos viuat. Quod autem episcopi successerint loco Apostolorum, & curati & omnes inferiores praelati loco discipulorum, probatur di. xxi. In nouo LXVIII. Quorum.

Graecorū de Papae auct. testimonia.

Secundo probatur sic: Omnis iurisdictio & praelatio siue potestas cuiuslibet personae ecclesiasticae procedit & deriuatur originaliter & principaliter ab institutore & fundatore ecclesiae, cui praesidet: insuper principium & origo totius dignitatis seu potestatis vel etiam praelationis, qua fungitur et in qua residet. Sed omnes aliae ecclesiae et dignitates earum sunt institutae ab ecclesia Romana, ipsa vero a solo Christo. Ergo potestas et dignitas ecclesiae Romanae est a solo Christo, omnis vero alia potestas iurisdictionis et praelationis in omnibus alijs rectoribus praelatis procedit ab ecclesia Romana vel Papa, quod idem est, quia non intelligitur Papa ratione personae, sed ratione status et dignitatis in qua est. Nonnullisque in hanc sententiam interiectis subdit auctor: *Probatur id per alias duas auctoritates: Primo auctoritate Gregorij 11. q. vi. Decreto, vbi dicitur sic: Sancta Romana ecclesia ita vices suas impertiuit ecclesijs, vt in partem vocata sint solicitudinis non in plenitudinem potestatis. Secunda auctoritas est Iulij Papae in causa sequenti, dicentis sic: Ipsa namque ecclesia, quae prima est, ita vices suas reliquit ecclesijs credidit largiendas, vt in partem, etc. Ista enim impertitio siue largitio vicium suarum non potest intelligi de particulari speciali accidentali commissione, quam Papa fecit quibusdam ecclesijs primo ad primatum et dignitatem legationis, nec de quo-*

Alia Latinorum testimonia.

quod Dominus seruare voluit honorem sacerdotibus, dicendo: Ite, &c. dico quod honor est eis exhibendus, & ad hoc est populus a priuilegiatis inducendus, & nihilominus absoluti debent se ostendere sacerdotibus, vt dictum est.

Itur obuiam maiori malo.

Ad illud de ostendendo, respondeo quod loquitur, vt ipsemet exprimit, vbi in concessione non exprimitur licentia non petita, & vbi non confitetur aliqua semel in anno, nec de se ostendit alij esse confessum.

Ad illud de vagatione & libertate peccandi, respondeo si hoc est malum, tamen re vera plurimum tollitur maius malum, scilicet difficultas confitendi, occasio desperandi, & sequitur facilior expeditio populi; & hoc debet librare Papa committens, quia spiritualis homo omnia iudicat, dicit Apostolus; nec est simile in casu exemptionis abbatum ab episcopis.

Ad illud quod vlterius dicitur, quod est praeiudicium curatorum, respondeo & dico, quod non est verum, quia eis non debetur absolute, nec de iure diuino, nec de iure positiuo, nec est in parochialium fauorem introductum, sed populi. Ad id quod melius fieri posset sine exemptione, scilicet petendo licentiam a praelatis & curatis, respondeo & dico, quod non fieret ita bene propter causas multas, vna est ex parte curatorum, qui libenter eos non vocarent nec huiusmodi licentiam faciliter concederent, vt temporibus his saepe probatum & compertum est; vnde sic posset verificari illud exod. III. Puellae voluerunt aquare gregem, sed superuenerunt pastores, qui eiecerunt eas, &c. Alia causa est ex parte summi Pontificis, qui efficacius per gratias & alia potest inducere religiosos & priuilegiatos ad vtiliter exequendum. Alia causa est ex parte religiosorum, qui sub incerto, quod non essent vocandi a curatis, non ita essent soliciti de studio, sicut sunt, certificati per priuilegium, quod audire possunt confessiones quando volunt & vbi sciunt expedire. Alia causa ex parte populi, cuius deuotioni non ita satisfieret, & quia cum dicitur, quod debent frangere cor suum, & cederet sibi ad meritum, nam alias confiteretur fictus; respondeo si confiteretur fictus, id est non contritus, non ideo non reportaret effectum absolutionis, quia confessioni non praexigitur contritio, sed sufficit attritio, quae virtute clauium fit contritio: nec ideo est fictus, id est, non contritus, si non elegit confiteri curato parochiali, cum non teneatur confiteri nisi proprio sacerdoti, id est, potestatem habenti. Et sit finis quaestionis.

Graues causae cur religiosis communicata iurisdictio.

33 Ex his colligitur non leuem hunc Ioannis Poliaci errorem fuisse, sed grauissimum; atque ideo fortiter oppugnatum a doctoribus theologicae scientiae laude florentissimis. Scripsitque inter alios de iurisdictione ecclesiastica elegantem commentarium [a] Herueus supremus ordinis Praedicatorum magister, egitque non tam religiosorum, quam ecclesiae vniuersalis causam, aduersus temerarium nouatorem & eius sequaces, quos hisce verbis perstringit: *His diebus quidam ignorantes potestatem sedis Apostolicae, vel contemnentes eandem, & quaerentes suam potestatem statuere & indebite ampliare, nolunt recognoscere suam potestatem esse a sede Apostolica, nec eam volunt super praedictam potestatem sedis Apostolicae recognoscere stabilitam, dicentes potestatem curatorum immediate esse a Deo, sicut potestatem sedis Apostolicae; & potestatem curatorum non esse a Papa, sed immediate a Christo.*

a Ext. in M. S. Vat. bibl. sig. n. 4109. pag. 196. Ex quo fonte fluxerint litterae in religiosos.

Praeter Herueum vero insignem edidit commentarium [b] Petrus Paludanus postea patriarcha Ierosolymitanus, de potestate ecclesiastica, cumque Ioannes e Poliaco hierarchiae ecclesiasticae fundamenta concuteret, dum omnium ecclesiarum pastores aeque immediate a Christo potestatem in commissas oues accepisse contendebat, demonstrauit Petrum a Christo iurisdictionem accepisse in alios Apostolos, nec ipsum Paulum, cum Christi ouis esset, Petri imperio liberum fuisse: quae a nobis delibanda visa sunt, cum Gallus auctor recentior cōtrarium de Paulo errorem instaurare sit nisus, quem Sanctissimus Pater Innocentius X. discussa prius mature controuersia, in Cardinalium doctissimorumque virorum coetibus, quibus ipse infimus ab eodem Pontifice pariter iussus interfui, iuste dānauit: cuius sententia decretoria a Gallis ipsis sūma veneratione excepta est: hęc vero Petr. Paludanus subiectis verbis docebat.

b Ext. in cod. M. S. pag. 216.

Vt Io. Pol fauerit etiā schismaticis.

Petrus Palud. de potestate eccl. scribit.

34 *Prima conclusio est, quod Petrus habuit a Christo potestatem super omnes Apostolos tanquam princeps & praelatus eorum: quod patet sic, quia sicut paterfamilias alijs filijs aliquem vnum quasi primogenitum praeponit, quem facit heredem vniuersalem, alios vero heredes particulares sub primo, sicut genes. XXI. Iacob, cui dedit primogenita, dicit Isaac: Esto dominus fratrum tuorum; sic Christus quando dicit Apostolis: Omnes vos fratres estis Matth. XXIII. vnum de Apostolis, scilicet Petrum, quasi primogenitum alijs praeponere voluit; vnde dicit Cyrillus super illud Lucae XXII. Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua; omissis caeteris, venit ad Petrum caeteris praelatum. Item Augustinus de verbis Domini, tractans illud Matth. IX. quia Petrus ambulabat super aquas; Primo Apostolo, id est Petro in ordine Apostolorum firmo & pracipuo, in quo figurabatur ecclesia. Item Cyrillus super illud: Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos: Quasi dicat, postquam me negato ploraueris, & sic poenitueris, corrobora caeteros fratres tuos, cum te principem Apostolorum deputauerim, hoc enim decet: qui mecum robur es & petra ecclesiae; vbi sequitur: Hoc autem intelligendum est non solum de Apostolis, qui tunc erant vt roborarentur a Petro, sed de omnibus, qui vsque ad finem mundi futuri sunt fidelibus. Item super illud Io. XXI. Pasce agnos meos, &c. dicit Chrysostomus: Eximius enim Apostolorum erat Petrus, & os discipulorum & vertex collegij, vnde & negatione deleta committit ei praelationem fratrum, & negationem quidem ei non exprobrat, sed dicit: Si diligis me, praeside fratribus. Item Petrus prae caeteris accepit claues; vnde super illud Matth. XVI. Tibi dabo claues regni caelorum; dicit Rabanus: Quia enim* * Re*gem caelorum maior prae caeteris collatis clauibus regni caelestis dotatus est.*

Stabilitur Petri vniuersalis iurisdictio.

* per

Contra conclusionem primo quod omnes fuerunt pares, vnde XXI. di. in nouo. dicitur: Caeteri Apostoli cum eodem, scilicet Petro, pari consortio honorem & potestatem acceperunt. Solutio huius est de potestate ordinis sacerdotalis primo, & episcopalis tandem, quae non recipit magis nec minus: sed non est verum de potestate iurisdictionis.

Apostoli pares non fuere.

Secundo quod saltem Petrus & Paulus fuerunt aequales, Ambrosius enim quaest. alleg. Beati Petrus & Paulus eminent inter Apostolos vniuersos, & peculiari quadam praerogatiua praecellunt: verum inter eos quis cui praeponatur incertum est, puto enim illos aequales meritis esse, qui aequales sunt & passione, &c. Sed de hoc respondetur per hoc, quod dicit meritis quidem, sed praelatione impares: sed sicut etiam dicit Gregorius in fine primi dialogi, meritis specialiter martyrij pares. Vnde z. quaest. Paulus. dicit Hieronymus: Paulus Petrum re-

An Paulus Petro par fuerit.

Parochi non curare debent vt præsint sed prosint.

præsit, sed vt prosit; vnde Ezech. xxxi. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nonne greges pascuntur a pastoribus? Ideo non præiudicant sacerdotibus, dummodo vtilitas populi consequatur. Tertio deficit, quia non solum eis non præiudicatur, sed & adiutorium præstatur: quod libenter acceptare debent sacerdotes, qui non quærunt quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi. Vnde Gregorius super illud Numer. xi. ibi, Aemularis pro me, dicit: Pia mens pastoris, quia non gloriam quærit, sed Dei auctoris quærit, ab omnibus vult iuuari.

Ad secundum.

29 *Ad secundum, cum dicitur, quod subiectio populi ad curatum parochialem est de iure diuino, eum sacerdotes sint immediate missi a Christo sicut Apostoli; respondendum est, quod deficit multipliciter. Primo quidem quia non idem ordo rerum in institutione & in progressione: nam in institutione ordo est, quo vna res est sub alia vt sibi digniori; non tamen ab illa, sed ambæ ab vno principio, sicut patet in primis indiuiduis rerum superiorum & inferiorum, quæ ab vno processerunt; sed in progressione est ordo, quod inferior res est ab alia, scilicet superiore quasi ab eo acta & mota: & ideo quamuis in ecclesiastica constitutione sacerdotum alias discipuli non sint missi ab Apostolis, qui sunt forma episcoporum, sed ambo a Christo immediate; tamen in progressione ecclesiæ voluit, quod ab episcopis ponerentur, & nihil haberent iurisdictionis nisi eis ab episcopis committeretur tanquam eorũ adiutoribus, quia vbique esse & vacare non possunt; etsi non habent præsidentiam de iure diuino, vt dicebatur. Secundo deficit argumentum, quia dato, quod sic essent instituti a Christo, non sequitur, quod essent ordinarij sicut episcopi; nam missi & positi a Christo possunt aliquos mittere & potestatem committere delegatam, &c. possunt ponere vicarios, scilicet Papa, episcopus, & curatus; nec tamen essent ibi duo ordines a Christo missorum & institutorum: quia eum instituti ab alijs non absoluunt auctoritate sua, sed mittentis, non faciunt tertium ordinem absoluentium, nec etiam præsidentium. Tertio deficit argumentum, quia sicut re vera corporis Christi veri non fuerunt a principio nisi duo ordines sacerdotum; tamen re vera corporis Christi mystici ecclesia posset facere tertium ordinem, qui etiam potestate ordinaria absolueret: nec tamen homo eximit quos Deus coniunxit, tum quia similiter remanet subiectus quomodo antea, tum etiam quia confessus priuilegiato tenetur se ei ostendere, tum etiam quia exemptio non intelligitur fieri ab homine sed a Deo, cuius instinctu ecclesia regi præsumitur.*

Parochi constituũtur ab episcopis, non autẽ immediate a Christo.

Ad tertium.

30 *Ad tertium de Papa qui, vt dicunt, non habet a Christo siue de iure diuino vltra alios episcopos, sed solum ex humano statuto; respondeo dicendo, quod falsum est. Principatus & papatus Petri et Romani Pontificis in Petro est a Christo; vnde Cyrillus Alexandrinus episcopus in tertio libro thesaurorum: Vt membra vniamur in capite nostro apostolico throno Romanorum Pontificum, a quo nostrum est quærere quid credere quid tenere debeamus; ipsum venerantes præ omnibus, quoniam ipsius est solum reprehendere, corrigere, statuere, disponere, soluere, & ligare loco illius, qui ipsum ædificauit, & nulli alij quam Petro quod suum est plenum sed ipsi soli dedit: cui omnes iure diuino corpus inclinant, & potestates mundi tanquam domino Iesu Christo obediunt. Chrysostomus etiam super illud Ioannis vltimo: Pasce oues meas, loco mei præpositus esto & caput fratrum tuorum. Et Cæsariensis super eode loco: Commissio Petro fit, & nulli aliquomodo commendat; & simile dicunt Gregorius & Gelasius Papæ, & dist. xxi. in multis canonibus ibi, & Bernardus ad Eugenium lib. ii. Singuli singulos, tibi vniuersos credidit, vni vnus, scilicet Christus. Ex quibus patet, quod de iure diuino Romanus Pontifex habet superioritatem super omnes: immo communem iurisdictionem habet a Christo, et omnis iurisdictio a Petro ad cæteros est deriuata, qui quidem sunt vocati in partem solicitudinis, licet differant; nam iurisdictionem impertitur quibusdam per simplicem & absolutam commissionem, & isti sunt commissarij vel delegati; quibusdam vero ad electionem populi, committens seu concedens illi, quem populus elegerit, quod in populi fauorem est introductum, & isti sunt ordinarij: omnes tamen qualitercumque habuerint siue habeant a Petro accipiunt, & ipse a Christo. Quod autem arguunt quod de iure diuino non habeat per illud cap. In nouo; dico quod secundum glossam omnes a Christo honorem & potestatem accipiunt pari consortio, id est communi: & loquitur de potestate ordinis & apostolatus, & non iurisdictionis vel administrationis, in qua quidẽ fuit Petrus maior: & si quidem dicit ibi, quod alij cum conprincipem voluerunt; dico quod verum est, non instituendo, sed institutum approbando, &c. Exponit Anacletus Papa xxi. dist. c. Sacrosancta, vbi dicit: Licet omnes essent Apostoli, Petro tantum a Domino concessum est, vt reliquis omnibus præesset Apostolis; & Cephas, idest caput & principium teneret apostolatus.*

Ostenditur Papã habere de iure diuino auctoritatem vltra alios episcopos. Patrum de ea re testimonia.

Vniuersalem iurisdictionẽ Papa accepit a Christo, eam per gradus deriuat in alios.

Ad quartum.

31 *Ad quartum de subuersione totius ordinis ecclesiastici, respondetur quod per illud idem argumentum posset concludi, quod totus status ecclesiasticus subuerteretur, quod confessi presbytero ad quod liceret impetrare a pœnitentiarijs Papæ, teneantur cõfiteri proprijs sacerdotibus siue parochialibus. Quomodo ergo dicunt, quod iterum tenentur, nisi in casibus, in quibus sunt de iure communi exempti a sacerdotibus, vel quantum ad volentes bis confiteri. Dicendum quod per hoc non subuertitur ordo & status ecclesiasticus, quia adhuc manent subiecti curatis quantum ad aliquos actus: tenentur etiam eis confiteri non eadem peccata sed alia, si habent; & si non habent, debent se eis ostendere & dicere se esse absolutos ab eo, qui potuit, &c.*

Ad quintum.

Ad quintum, cum dicitur, quod dominus Benedictus ita non fecit, quia ponit in constitutione, &c. respondeo quod legitime confitetur priuilegiato, qui non intendit eadem iterum confiteri parochiali, quia ei non tenetur ad hoc, vt dictum est; sed solum tenetur confiteri auctoritatem habenti, a qua tenentia absolui se confitendo priuilegiato.

Ad sextũ.

Ad sextum, cum dicitur, quod nec expedit nec est vtile, &c. respondeo quod licet tollatur ordo secundum partem in ordinatis, qui quodammodo ad aliquid subtrahuntur a curato; tamen manet saluatus ordo quantum ad intentionem ordinantis, quæ est vtilitas populi, propter quam dictus ordo est institutus.

Ad septimum.

Ad septimum quod dicitur xi. q. i. Peruenit si cuiquam, respondeo loquitur ibi quæstio vbi sine vtilitate quidam trahebant clericos ad publica iudicia in seculari foro, contemptis proprijs episcopis; quod erat præiudiciale & inutile.

Vtilitas populi a prælatis antecerẽda pro proprio honore.

32 *Ad hoc quod dicunt, quod subtrahitur debita reuerentia ad prælatos; respondeo, & dico, quod hoc est priuatum; sed vtilitas populi, quæ sequitur est publica, in cuius fauorem subiectio introducta est: & ideo ipsi prælati vel curati debent postponere id, quod de sua reuerentia subtrahitur, propriæ vtilitati populi, vt supradictum est. Et quod dicitur,*

quod

delegatam, vt Papa, vel episcopus, curatus, & quilibet priuilegiatus, vel ab ordinario substitutus: & quod sic accipiatur in decretali proprius sacerdos contra alienum, patet ad euidentiam, quia subiungitur in eadem: Quod si aliter, priuetur ecclesiastica sepultura. Cum sit ergo aeque proprius sacerdos priuilegiatus sicut parochialis, nisi per decretalem primam datur parochiali respectu priuilegiati plusquam aequo; sed confessus et absolutus a priuilegiato, vel Christo, vel Papa, est deobligatus a sententia supradicta. Et si decretalis de solo parochiali sacerdote intelligeretur (quod non est dicendum) posset dici, quod confessus priuilegiato teneretur confiteri parochiali suo non eadem peccata sed alia si qua habet; vel si nulla habet, debet se ostendere parochiali, & dicere se nihil habere confitendum, quia alias est confessus.

Demonstratur a fortiori Papam in parochiis & episcopatibus.

26 Circa quintum, scilicet si Papa talem constitutionem facere potuerit, quod populus confiteretur sic, scilicet priuilegiatis, nec teneretur eadem peccata confiteri suo parochiali sacerdoti vel etiam episcopo; secundum, quod indubitanter potuit, quia ea quae sunt iurisdictionis et nō ordinis, possunt committi saltem habentibus ordinem, & modo quo aliquis habet hoc potest committere: dictum est autem supra quod episcopus & Papa habent iurisdictionem ordinariam in dioecesi & in parochia, etiam magis principalem quam parochialis sacerdos, & potestate ordinaria possunt in parochia absoluere, nec confessi eis tenentur parochiali eadem confiteri. Ergo hac idem possunt quibuslibet ordinem habentibus committere. Et hoc etiam apparet exemplo Apostolorum in primitiua ecclesia; nam Apostoli presbyteros ordinabant in ciuibus, qui cum plebibus morabantur, & nihilominus aliquos mittebant, qui populum catechizarent. Sic non obstante, quod Apollo esset presbyter Corinthiorum, tamen Paulus ad eos misit Timotheum 1. Corinth. 16. Consuetudo etiam Romana ecclesia habet, quod potest quilibet impetrare literas a poenitentiario Papae ad quoslibet sacerdotes, qui eos absoluant; & stultum esset dicere, quod confessi & absoluti a talibus tenerentur suo parochiali eadem peccata confiteri, vel quod confessus Timotheo teneretur eadem confiteri Apollo: & etiam apud praedicatores bulla domini Alexandri Papae iure declarabat, quod Papa potest committere auctoritatem audiendi confessiones & absoluendi fratribus, etiam superioribus sacerdotibus, immo praelatis quibuscumque, non solum non requisitis, sed etiam inuitis. Et quod sic priuilegiati possint absoluere, patet quia additur, quod non solum contrarium dicere, immo dubitare haereticum iudicamus. Non est autem dubium, quod si Papa eo quod potest absoluere in parochia potestate ordinaria, quod hoc idem potest committere: quod si potestate ordinaria potest in parochia absoluere, ita quod absolutus ab eo non teneatur eadem peccata confiteri suo parochiali vel cuiquam alteri, poterit similiter hoc idem committere fratribus, ita quod absoluti ab eis non tenebuntur eadem peccata alteri confiteri.

Probatur exemplo Apostoli.

Papa potest parochianos absoluere, ergo & id committere aliis.

27 Circa sextum, scilicet vtrum expediat constitutionem facere, vel tale priuilegium dare; sciendum, quod in indifferentibus, quae etiam sua natura non sunt de se mala, sed possunt bene fieri, si fiant a principe, non licet iudicare in deteriorem partem, scilicet quod male sint facta: nam secundum iura sacrilegium est de iudicio vel de facto principis disputare, nisi ad maiorem euidentiam, vel nisi sit manifeste contra Deum. Et ideo ex quo dominus Benedictus talem constitutionem edidit, quae non est in euidentia contra Deum, cum habeat rationes plurimas etiam ad vtranque partem, sacrilegium videtur dicere, quod non sit expediens vel vtilis ecclesiae Dei; sed quod alia sit vtilis huic contraria. Sed respondeo & dico, quod credendum est vtramque fuisse vtilem & esse pro tempore, licet vtilitate nobis occulta: forsan enim expediebat tempore Bonifacij, vt per subtractionem constitutionum a fratribus populus sentiret & cognosceret quid vtilitatis ex primis alias habuisset; & forsan nisi Bonifacius hanc fecisset, Benedictus istam constitutionem non dedisset, propter quod vtraque vtilis esse potest: sed vtrum ex natura rei constitutio praedicta Benedicti sit vtilis, scilicet quod fratres possent, &c. & non teneantur confessi eadem peccata, &c. respondeo & dico, quod sic: & si non esset factum, consulendum esset quod fieret propter multa. Primo propter multorum sacerdotum ignorantiam, quae est causa ruinae multorum, quia dicit Augustinus lib. de poenitentia: Qui vult confiteri peccata sua, vt inueniat gratiam, quaerat sacerdotem, qui sciat ligare & soluere, ne cum negligens extiterit, negligatur ab eo qui eum miserit, & ambo in foueam cadant, quam stultus euitare noluit. Secundo propter plebis multitudinem, quae interdum vni sacerdoti gubernanda committitur, qui si toto tempore vitae suae aliquid non faceret, vere omnium confessiones audire non posset; propter quod Matth. 9. dicitur: Messis quidem multa, &c. gloss. turba multa, operarij vero pauci, scilicet sacerdotes, confessionibus intendere sufficientes: & ideo rogandus est dominus messis, scilicet dominus Papa, vt mittat operarios. Propter hoc laudatur Dauid, quod cultum Dei ampliauit, sacerdotes constituendo, vt magis posset expediri. Et super Ezechielem dicit Gregorius: His qui animarum custodes sunt, & pascendi gregis onera perceperunt, mutare loca minime permittantur. Et infra: Tertio propter confitendi difficultatem, nam quidam, vt experimento compertum est, omnino a confessione desisterent si non possent alijs quam parochialibus sacerdotibus confiteri: patet hoc de concubinis eorum, &c. quoniam propter verecundiam, verecundantur enim confiteri ei, cum quo conuersantur. Quandoque etiam quia eos eorum inimicos suspicantur; & si non sint, tamen suspicantur. Timent etiam quandoque de reuelatione confessionis: & propter multa alia, quae scripto non sunt commendanda. Et ideo pie eorum infirmitati Papa volens condescendere, ne in desperationem aut perditionem laberentur, de alijs voluit prouidere confessoribus. Quarto etiam propter alicuius vel aliquorum ad aliquem vel ad aliquos specialem deuotionem, cui non est obsistendum, sicut extra de sepulturis cap. Firmitatem habetur.

Constitutiones discrepantes pro temporum ratione sunt editae.

Ostenditur religiosos sacerdotes vtiles esse parochiis.

Et plebi Christianae.

28 Nunc autem ad argumenta superius facta respondendum est. Ad primum, cum dicitur, quod Papa non potest, quia est contra ius parochiani & priuilegium principis, &c. respondeo quod argumentum deficit tripliciter, quia primo tenentur, & absolute non tenentur parochiani suo parochiali confiteri, sed sub distinctione vel conditione: nam solum tenentur confiteri proprio sacerdoti prout distinguitur contra alienum, vt dictum est; & ille proprius sacerdos indifferenter est omnis sacerdos habens potestatem ordinariam vel delegatam: propter quod tenentur parochiali suo de iure confiteri, nisi fuerint alteri confessi, potestatem habenti, & e contra. Secundo deficit, quia non potest in praeiudicium illius sibi subtrahi quod in eius fauorem non est ei concessum; subiectio vero populi curato sacerdoti vel episcopo non introducitur in fauorem praesidentis, sed populi: secundo populo non datur, vt

Soluuntur argumenta Ioannis e Polliaco.

Ad primum.

pre-

feratur vna cum alia in susceptione ordinis seu sacerdotij; tamen non transit cum effectu nisi in debitam materiam, quæ est peccator subditus, sicut nec potestas ordinis transit cum effectu, nisi adsit panis triticeus: prædicta autem subiectio datur per iurisdictionem, cum alicui datur iurisdictio & præsidentia super aliquos. Et ideo inter ministros ecclesiæ duplex inuenitur ordo potestatis, vnus est secundum potestatem ordinis in habitudine ad corpus Christi verum, & secundum hoc super episcopalem potestatem non est aliquis gradus altior in ecclesia: nam sacerdos simplex, quamuis attingat ad conficiendum & consecrandum corpus Christi, est tamen quasi puer respectu episcopi, quia non potest facere alium sacerdotem, qui hoc idem facere possit; & ideo similis est puero, qui non potest generare. Sed episcopus nõ solum attingit ad corpus Christi verum, sed etiam facit alium sacerdotem, qui respectu corporis Christi habet similem potestatem: & ideo dicitur sacerdos magnus, quia habet potestatem ordinis perfectam & completam, super quam nullus est gradus altior in ecclesia in habitudine ad corpus Christi.

Quæ circa verum corpus Christi sũma est in episcopo. Incomplete in sacerdote ex defectu potentiæ creandi alterius sacerdotis.

Alius autem est ordo iurisdictionis accepta in habitudine ad corpus Christi mysticum, secundum quam Papa habet super episcopum gradum dignitatis altiorem: nam cum sit multiplex communitas hominum, scilicet vici, in quo communicant quasi homines vnius ministerij vel officij, & communitas ciuitatis, in qua communicant homines vnius linguæ, & communitas regni, in qua communicant homines diuersarum linguarum sub vno politico principatu, & communitas mundi, in qua tota gens continetur; parochialis sacerdos habet iurisdictionem in vico, episcopus in ciuitate & attinentijs, archiepiscopus in prouincia, & patriarcha in regno, & Papa habet vniuersalem in toto mundo.

Potestatis circa corpus mysticũ varius ordo.

Discrimẽ curati, episcopi, archiep. & Papæ.

23 *Circa secundum; sciendum, quod quidam dicunt, quod Petrus vel Pontifex iure papatus non habet immediatam iurisdictionem vbique, quia non habet extra suam diœcesim nisi sicut archiepiscopus supra suos suffraganeos episcopos; nam ipse quidem magnus patriarcha seu archiepiscopus habens solum potestatem vbique in casu appellationis ad ipsum, & hoc propter negligentiam vel defectũ inferiorum prælatorum: nam si immediatam & ordinariam haberet vbique, essent plures sponsi eiusdem ecclesiæ, scilicet Papa & episcopus, contra illud quod habetur VII. q. I. Scilicet alterius vxor. Sed hoc est falsum, nam archiepiscopus non est de iure diuino, sed positiuo introductus; & ideo archiepiscopus super episcopos non habet superioritatem nisi in ijs, in quibus ius positiuum eos sibi subiecit. Sed principatus Petri est de iure diuino a Christo, scilicet quia totam ecclesiam suam, nihil retinendo, commisit Petro per illud Ioannis vltimo: Pasce oues meas, vt infra magis patebit auctoritatibus sanctorum multorum. Ipse ergo vbique potest, nec iurisdictionem habet ab alijs, sed omnes ab ipso, qui aliorum quemlibet in partem solicitudinis vocat: nec si ordinarius est, erunt plures sponsi vnius ecclesiæ; est enim vnicus sponsus scilicet Christus, de quo Ioannis III. Qui habet sponsam, sponsus est; cæteri vero non sunt sponsi nisi ministerialiter, generando filios ecclesiæ non sibi, sed Christo, qui verus est sponsus: & ideo Christus, Papa, episcopus, & curatus non sunt quatuor spõsi, sed vnicus quia* vnico ministrant, cum ecclesia filios generat, licet vnus mediante alio. Sequeretur autem inconueniens, si duo præficerentur ex æquo vni ecclesiæ, quod canones prohibent.*

Iurisdictio Papæ in omnes immediata.

Aliter se habet in patriarchas & archiepiscopos quam archiepiscopus in episcopos.

Non ex eo plures sunt spõsi eiusdem ecclesiæ.

* tres alij

24 *Circa tertium; sciendum, quod non sic se habet curatus parochialis ad episcopum in potentia, sicut se habet episcopus ad Papam, quia maius ius habet episcopus in sua diœcesi sub Papa, quã habeat curatus sub episcopo in sua cura: nam ipse parochialis sacerdos non est ordinarius in sua parochia sicut episcopus, cum non fiat per electionem sicut episcopus, sed per prouisionem episcopi; sicut dicitur de archidiaconis, quod non sunt ordinarij nisi vbi de consuetudine sunt per electionem, propter quod etiam adiutores sunt episcopi, & non prælati; vnde in eorum ordinatione dicunt episcopi: Quanto fragiliores sumus, tanto magis huius adiutorio indigemus; vnde & Apostolus ad Cor. XIII. dicit: Alij sunt gubernantes, alij opitulantes. Per opitulantes secundum glossam intelligit eos, qui maioribus opem ferunt, cuiusmodi sunt archidiaconi & curati: propter quod etiam quidam doctores scribunt, eos se habere ad episcopos in parochia sicut se habent ballivi ad dominos castri vel villæ: sicut balliui nihil possunt nisi quantum eis a dominis committitur, sic nec curati in parochijs nisi quantum eis ab episcopis committitur: propter quod XIII. q. I. Dicitur cunctis fidelibus: Omnibus presbyteris, diaconibus, & reliquis clericis attendendum, vt nihil absque episcopi sui licentia agant, non vtique missas absque eius iussu quisquam presbyterorum in sua parochia agat, non baptizet, &c. Ex quibus patet, quod maiorem potestatem habet episcopus & Papa similiter in ipso, quam ipsemet sacerdos parochialis, quia episcopus committendo ei curam non se exonerat, sed adhuc habet de parochia curam principalem & potestatem in eadẽ sicut ante; sicut ignis, dans ligno potestatem calefaciẽdi, faciendo lignum calidum, adhuc retinet potestatem alia ligna calefaciendi. Ex his etiã patet, quod eadem subiectione, qua subijcitur populus parochialis sacerdoti, quod eadem subijcitur & episcopis: & vbi Papa vel episcopus absoluit, deobligatur parochianus a parochiali sacerdote, quantum ad tenentiam confessionis facienda vel absolutionis petendæ.*

Varia ordo iurisdictionis curati an episcopũ & episcopi ad Papam.

Papa & episcopus plus habent auctoritatis in parochianos quam parochi.

25 *Circa quartum, scilicet quod debetur sacerdotibus parochialibus virtute illius constitutionis, Omnis vtriusque sexus; sciendum, quod intentio illius decretalis est in duobus, vnum est declarare ius quoddam: nam olim pullulauit error circa potestatem clauium, credentibus quibusdã, quod quilibet peccator a quolibet sacerdote absolui posset absque determinatione iurisdictionis alterius; nã potestatem ligandi atq; soluendi cum effectu dicebant recipi in ordinis susceptione: quem errorem excludit dicta decretalis, decernens quod quilibet Christianus tenetur confiteri peccata sua omnia sacerdoti; non cuilibet, sed proprio, id est iurisdictionem & potestatem habenti, & non alieno, si iurisdictionem non habeat. Aliud est autem, quod dicta decretalis intendit determinare, scilicet tempus confessionis faciendæ, quia semel in anno. Quid ergo iuris datur sacerdotibus parochialibus per primam decretalem respectu priuilegiatorum, vel episcoporum? Certe videtur quod nihil; nam non dicit decretalis, quod semel in anno quilibet confiteatur suo parochiali sacerdoti, sed dicit proprio sacerdoti; proprius enim sacerdos non sumitur hic prout proprium distinguitur contra commune, quia sic solus parochialis sacerdos est proprius, & non episcopus vel Papa, & per consequens confessus Papæ vel episcopo non esset deobligatus a tenentia cõfessionis faciendæ proprio sacerdoti: sed proprium ibi accipitur prout distinguitur contra alienum, vt dicatur sacerdos alienus, qui nullam habet iurisdictionem super istam gentem, vt curatus vnius parochiæ est alienus respectu parochianorum alterius parochiæ; & dicitur proprius sacerdos quicumque habet potestatem absoluendi ordinariam seu dele-*

Verus sensus statuti Later. Cõcilij, Omnis vtriusque sexus.

Quis in confessione sacerdos proprius.

ad Eugenium Papam: Erras,inquit,si vt summam ita & solam a Domino institutam tuam existimas potestatem. Si hoc sentis, dissentis ab eo, qui dicit: Omnis potestas a Deo est; & infra: Omnis anima potestatibus sublimioribus subiecta est; non dicit potestati quasi in vno,sed potestatibus quasi in pluribus. Non tua ergo sola potestas a Deo est,sed & mediocres & inferiores; & quomodo quos Deus coniunxit non sunt separandi:sic quos Deus subiecit,non sunt priuilegiandi.

Tertio arguitur sic: Qui de iure diuino nullam habet ampliorem potestatem, quam cæteri episcopi, non potest subtrahere iurisdictionem episcoporum de iure diuino: sed solum de iure positiuo, vel de consuetudine introducta, cui potest derogari per positiuum statutum, vel desuetudinem contrariam. Sed dominus Papa non habet de iure diuino a Christo potestatem ampliorem quam cæteri episcopi. Ergo non potest subtrahere a iure ipsorum, vel ab eis alios eximere nisi de cōsuetudine,vel de positiuo iure, cui potest & expedit derogare per consuetudinem contrariam vel statutum, vt sic ecclesiæ redeant ad suam pristinam libertatem. Maior probatur xxi. di. c. In nouo,vbi dicitur, quod omnes Apostoli potestatem & honorem pari consortio acceperunt,ipsumque beatum Petrum principem suum esse voluerunt: ex quo sequitur papatum & principatum Petri, & per consequens Romani Pontificis, non esse a Christo sed ex humano statuto. (Error aduersus primatū Petri.)

Quarto arguitur sic: Papa non potest subuertere totum ordinem ecclesiasticum, quia ad Corinth. ix. dicitur: Non est data potestas ad destructionem & subuersionem, sed ad ædificationem. Sed quamuis aliquo modo, non tamen totaliter per abbatem priuilegiatum tollitur ordo ecclesiasticus, quia adhuc multi remanent episcopis subiecti, in quibus ordo ecclesiasticus seruatur; tamen per priuilegium prædictum de confessionibus totus ordo ecclesiasticus & status subtrahitur, quia nullus tenetur confiteri episcopo vel curato, & quia quilibet potest confiteri priuilegiato, & tunc non tenebitur confiteri episcopo. Ergo Papa hoc facere non potest, sicut non potest facere, quod in ecclesia non sint episcopi; vnde Bernardus ad Eugenium: Non te tollat memoria (loquor) omnium ecclesiarum, quæ versari se clamant & demembrari. Subtrahuntur enim abbates episcopis, episcopi archiepiscopis, archiepiscopi patriarchis: sic faciendo probatis vos habere plenitudinem potestatis, sed iustitiæ non. Ex quo arguitur, quod Papa, si hoc faciat, hoc facit de facto, de iure tamen non potest. (Hypothesis falsa, quod ab exemptis euertatur hierarchia.)

Quinto dicunt hoc asserentes, quod dominus Benedictus Papa, concedens hoc priuilegium, attendens quod de iure diuino tenentur parochiani suis confiteri parochialibus sacerdotibus, aliter non concessit dictum priuilegium, nisi vt confessi priuilegiatis teneantur eadem peccata confiteri proprijs sacerdotibus: nam ipse dicit in constitutione prima, quod vult, quod legitime confessi dictis priuilegiatis teneantur eadem peccata confiteri suis parochialibus sacerdotibus. Constat autem quod non confitetur legitime qui non intendit debita sua soluere illis, quibus debet. Cum ergo quilibet teneatur de iure diuino suo parochiali confiteri omnia peccata sua, nisi hoc cum confitetur priuilegiatis, non est huiusmodi confessus, &c. vt prius, scilicet quod non obstante dicta constitutione talis teneatur eadem peccata confiteri, &c. (Benedicti XI. sāctio in alienū sensum distorta.)

*Sexto in eadem constitutione præcepit dominus Papa Benedictus fratribus, vt moneant sibi confitentes, quod eadem confiteantur suis parochialibus: constat autem quod * præcepisset, nisi quia de iure naturali & diuino tenentur parochialibus confiteri; aliter enim dixisset, quod vel primario vel vicario episcopi. Ergo, &c.* (* non)

Dicunt vlterius, quod talis constitutio non est vtilis nec expediens. Primo quia confundit totum ordinem ecclesiasticum xi. q. Peruenit: Si sua vnicuique iurisdictio episcopo non seruatur, quid aliud agitur, nisi vt per eos, per quos ecclesiasticus ordo illæsus custodiri debuit, confundatur? Et Ostien. extra de pœn. & re. Omnis vtriusque, dicit quod licentiati nulli alij quam sacerdoti parochiali debent petere licentiam & obtinere, aliter esset confundere ecclesiasticum ordinem & ecclesiasticam disciplinam. Secundo non est vtilis talis constitutio, quia per hanc subtrahitur debita reuerentia a prælatis, quæ debetur a subditis, & quæ maxime seruatur in confessione; quam etiam reuerentiam Dominus voluit exhiberi, cum dicit: Ite ostendite vos sacerdotibus; super quo verbo dicit glo. quod dominus noster Iesus Christus seruauit semper honorem sacerdotibus. Tertio non est vtilis nec expediens, quia per hoc datur populo occasio euagandi & libere peccandi, quod reprobat Bernardus, iii. lib. ad Eugenium. Quarto quod fit, in præiudicium sacerdotum fieri non debet xxxv. q. 2. Absit hoc a me, vt statuta fratrum meorum dissoluam, &c. (Fingitur dolo prælatorum potestatē obsolescere.)

Dicunt etiam isti, quod si est aliquid boni vel aliqua vtilitas inde prouenieti, quod potest etiam sine tali priuilegio & exemptione prouenire, quia vbi curatus esset ignarus, sicut in pluribus contingit, vel vbi aliquid esset expediens, quod alteri confiteretur; tamen debet subditus petere licentiam a curato suo, qui eo tempore concederet, & sic seruaretur debita reuerētia ad curatum: et si forte curatus nollet dare, deberet subditus frangere cor suum, et confiteri curato, & esset sibi ad meritum, quia aliter non esset vere contritus, vt docet dominus Bonauentura in quarto sententiarum. (Detrahitur publicæ vtilitati.)

22 *Ad intentum propositæ quæstionis & eorum quæ dicta sunt, septem sunt facienda. Primo videndum est, si dominus Papa habet superioritatem respectu episcoporum & aliorum prælatorum. Secundo qualem potestatem habeat, vtrum scilicet mediatam vel immediatam. Tertio qualem potestatem habent episcopi respectu inferiorum rectorum. Quarto quantam potestatem habeant curati parochiales respectu priuilegiatorum per primam decretalē, Omnis. Quinto quod Papa potest talem constitutionem facere, quod confessi fratribus, etc. Sexto ostendetur quod hoc expediens fuerit et necessarium. Septimo respondebitur ad oppositas rationes.* (Summa eorū, quæ tractanda sunt.)

Circa primum; sciendum est, quod potestas sacerdotis siue ecclesiastica est spiritualis potestas collata ministris ad ministrandum sacramenta, per quæ homo prouehitur in vitam æternam. Hæc autem potestas in duobus consistit, scilicet in sanctificatione materiæ, et vocatur potestas ordinis in comparatione ad corpus Christi verum; et in præparatione populi ad debitam susceptionem dicti sacramenti, præcipue per sacramentum pœnitentiæ, et vocatur potestas clauium; quæ potestas ligandi atque soluendi in foro conscientiæ est, et est eadem potestas cum prima secundum essentiam, differens secundum diuersos actus: nam sicut vnica virtute agentis perfecti inducitur forma et fit præparatio materiæ ad susceptionem formæ, sic eadem potestas datur ministris ecclesiæ ad corpus Christi consecrandum et conficiendum, et ad præparandum populum ad eius debitam susceptionem. Hæc autem potestas clauium prædicta licet in radice sit eadem cum potestate ordinis, et con- (Respondetur ad primum argumentū. De potestate ecclesiastica. Ve versetur circa corpus Christi verum & mysticū.)

parum esset prohibuisse præmissa, nisi sit qui eadem tueatur, & puniat transgressores; discretioni vestræ in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, &c.] Præcipit, vt eum a Minoritis rogati fuerint, ad pontificiam sanctionem mandandam operi suam auctoritatem explicent, ac rebelles cei suris coerceant; tum, si vi publica pervicacia ipsorum infringenda fuerit, ea vtantur. *Dat. Auin. anno* VI.

Legibus in eos agendum constituitur.

19 Irretitæ simili secta erant plures mulieres, in Belgio præsertim & Germania, quæ tractandarum cælestium rerum colore abreptæ in deuia, vesana temeritate noua inducere dogmata, de diuina essentia & summa Trinitate quæstiones agitare, fidem catholicam deprauare, ac simplices implicare errorum laqueis non perhorruerant, eaque de causa Clementis V. lege fuerant damnatæ. Cum vero nonnullæ aliæ fœminæ sola nominis Beguinarum notatæ infamia, sed quæ veræ pietatis studio se addixissent, atque ab aliarum abhorrerēt erroribus, in inuidiam adducerentur; Pontifex episcopo Atrebatensi partes dedit a, vt si recte de fide ac pietate sentirent, ipsas ab obtrectatorum iniurijs vendicaret. Captum porro hoc anno Narbonæ Beguinum ferunt b eiusque occasione sathanam concitasse c in Minoritas summum Pontificem ad illud vsque tempus Franciscanorum amantissimum. Verum de hoc Beguino, ortaque inde controuersia de paupertate Christi proximo anno dicetur. Quod autem ad Pontificem spectat; luce illustrius est, ipsum non a sathana, sed a sancto Spiritu incitatum ad fidem orthodoxam asserendam contra nouatorum impietatem, vt apostolica decreta demonstrant d: concitatos autem a sathana nonnullos pseudominoritas hæreticos, qui delira figmenta circa paupertatem Christi & Apostolorum pro euangelicis oraculis iactarunt, qui definiendis fidei controuersijs se ingesserunt, suaq; erronea apostolicis decretis prætulerunt; qui maxima scandala inuexere, qui antipapatum corripuere, qui persecutionem in fideles indixere: quorum tanta fuit cœcitas & insania, vt cum ipsi ecclesiam & pios Minoritas concuterent, fingerent tamen S. Franciscum de ipsis vt eius veris alumnis prædixisse, eosdem grauissimam persecutionem passuros: schismaticus enim pseudominorita, qui plura de hac hæresi compegit, hæc habet e: *Incipit tribulatio & tentatio, quã prædixit beatus pater noster Franciscus in morte sua ordini appropinquare: sed felices vocauit illos fratres, qui perseuerabant in his, quæ promiserunt Domino obseruare. Prædixit autem ipse beatus pater in infirmitate, de qua mortuus est, scilicet anno Domini* MCCXXVI. *& tribulatio & tentatio incœpit anno Domini* MCCCXXI. *fratre Michaele de Casena existente generali, anno generalatus sui* VI. Hæc ille ob superiorem procul dubio in Fraticellos sanctionem. Verum ea S. Francisci prophetia, vel intelligenda est ea commotio, quæ contigit Elia supremo Minoritarum præfecto ad Fridericum II. contra Innocentium IV. Pontificem deficiente; vel si ad posteriora tempora referatur, non eam interpretari debuerunt prophetiam de ijs Fraterculis, qui vsum rerum sine vllo iure, quod non religiosorum, sed furum & prædonum est, promisisse confinxere, seq; felices putabant, si perstarent in ea amentia, & tentatorem vocabāt Christi vicarium; sed de illis Minoritis, qui in Pontificis & ecclesiæ coniunctione, quæ a S. Francisco suis alumnis vnice commendata est, perstarent; quamuis eorum magister Michael Cæsenas ipsos in hæresim & schisma impellere tentaret. Cæterum Ioannem licet ab impijs hypocritis Franciscani cultus larua indutis tot iniurijs appetitus sit; illius tamen reliquam Minoritarum multitudinem piam & fidei zelo ardentem paterne dilexisse visuri sumus.

Beguinæ mulieres.

Consultũ ijs, quæ piæ erant.

a Ep. com. 246. & ext. com. Ratio recta. de rel. domib.

b M.S. Vat. sign. n. 4008. pag. 1.

c Vvading. in annal. Min. hoc ann. n. 16.

Ioannes non a dæmone, sed a Spiritu S. concitatus.

d Bullar. Ioan. XXII const. 3. Gloriosã ecclesiam, & extr. Cũ inter nonnullos et Quia quorundã de verb. sig. et Quia vir reprobus.

Pseudominoritæ vere a dæmone acti.

e M.S. Vat. bibl. sign. n. 4010. pag. 1.

Eorum amentia in peruertenda interpretatione prophetiæ S. Francisci.

Quis fuerit verus illius sensus.

20 Repressus a Romana ecclesia eodem tempore nouus error, quem Ioannes e Poliaco Parisiensis doctor ecclesiasticæ disciplinæ sanciendæ specie, re autem vera religiosorum ordinum ac pietatis odio ventilabat: docebat enim a in scholis, spargebatque in populum exhomologeses apud religiosos sacerdotes factas non rite expiare conscientias, nisi eadem crimina a fidelibus suis parochis iterum aperirentur; atque ad confirmandam sententiam in prauum sensum statutum Lateranensis concilij, *Omnis vtriusque sexus*, detorquebat. Adducta est ea controuersia ad sedis Apostolicæ tribunal, iudiciaria dirimenda sententia; atque diutius a theologis, collatis hinc inde argumentis contrarijs, agitata: de qua insignem tum editum commentarium b e Vaticanis monumentis in lucem producimus.

Ioannis e Poliaco error.

a Henr. Bicsuel. M.S. Vat. sign. n. 4019. pag. 261.

Ingens inde lis exorta.

b M.S. Vat. bibl. sign. n. 4109. pag. 265.

Insignis de ea cõmentari'

Vtrum confessi legitime priuilegiatis teneãtur eadem peccata proprio curato confiteri. Et fuit quidam magister, qui determinauit, quod in casibus, in quibus parochianus de iure communi est exẽptus a parochiali curato, non debet eadem peccata confiteri, scilicet si habeat inimicitias capitales, vel si timet reuelationem cõfessionis, vel si sacerdos parochialis sit ignarus; in his casibus põtest dominus Papa concedere auctoritatẽ religiosis audiendi confessiones et absoluendi: nec tunc absolutus tenetur eadem peccata confiteri proprio curato, licet debuerit ab eo petere licentiam, quã petita, siue obtenta fuerit siue non, potest confiteri superiori vel priuilegiato & non alij sacerdoti: & in incerto potest esse expediens priuilegiare, si aliquis haberet deuotionem pluries confitendi alicui priuilegiato eadem peccata, petita tamen licentia a curato. Extra vero illos casus non potest Papa priuilegiare quemquam, nec priuilegiauit, nec priuilegiare expedit.

An exhomologesis peracta apud religiosos, apud parochum repetenda.

Excepti aliqui casus ex mente Ioann. e Poliaco.

21 *Et quod non possit arguit sic: quia parochialis non commisit ius suum priuilegiato, nec Papa priuilegiat nisi saluo iure alieno, sicut principis priuilegium intelligi debet. Ergo confessus priuilegiato tenetur & suo parochiali confiteri. Antecedens declaratur in ciuilibus, nam si princeps dat alicui priuilegium ædificandi in aliquo loco publico, intelligitur saluo iure alieno ff. Ne quis ædificet in loco publico l. prima Si qua cum principe. similiter in electis ecclesiasticis* XXV. *q.* III. *Dicit Gregorius si defenderis: In singulis ecclesijs sua iura seruamus.*

Eius argumenta.

Secundo arguitur sic: Quod est de iure diuino, a nullo Papa, vel ab alio immutari potest. Sed subiectio populi ad sacerdotem parochialem est huiusmodi, quia a Christo instituta. Ergo Papa hanc immutare non potest, quod fieret si posset sic priuilegiare, quod confessi priuilegiatis non tenerentur iterum eadem, &c. nam per tale priuilegium subtraheretur subiectio ad curatum. Minor patet, quia sicut Christus misit XII. *Apostolos, ita misit* LXXII. *discipulos immediate, vt dicitur Luc. x. vbi dicit glossa, quod sicut in duodecim Apostolis est forma episcoporum, ita in septuaginta duobus discipulis est forma presbyterorum: & ita Christus immediate constituit in iis superioritatem ad populum, quare & sic constituit immediate subiectionem populi ad ipsos. Et hoc confirmatur per Bernardum* II. *lib.*

ad

rabit: sed de schismaticis hactenus. Iam ad hæreticos orationem traducamus.

17 Affecere martyrio hoc anno hæretici duos Minoritas Cathalanum Fabri & Paschalem, qui cum zelo incorruptæ fidei acceptæ a patribus tuendæ in Valentinum Lugdunensis Galliæ municipium, cui Cabioli nomen est, se recepissent, vt de nonnullis in hæresim relapsis & alijs ea infectis lue cognoscerent, accensi furore impij coniuratione facta cum ijs, qui in oppido erant, noctu armati irrupere; ac religiosos viros adorti gladijs ipsos concidere: vtque furorem satiarent, lethalibus non contenti vulneribus, etiam vltra mortem sæuierunt. Luget tãtam immanitatem Pontifex in literis ad Valentinum & Viuariensem episc. datis a, quos impios insectari iussit, atque ad tundẽdam improborum licentiam magistratuum ac nobilium virorum potentiam implorare. Eorum corpora Valentiam sanctimonialis præcipua opera, quæ cælesti ipsorum viso valetudinem recuperauit, translata & in sacello Minoritarum sepulchro mandata sunt: moxque cum multis miraculis eorum gloria effloresceret, Pontifex Valentino episcopo, vt de ijs religiosum examen institueret, partes demandauit b: *Cum, inquit, sicut habet multorum relatio, omnipotens Dominus, qui sanctos suos mirificat meritis, & eos facit coruscare miraculis, meritis eorundem fratrum, qui fidei prosequendo negotia a viris perfidis martyrium susceperunt, euidentia miracula in ecclesia, ad quam eorum corpora delata fuerunt, circa infirmos, qui dictorum corporum deuotum poterant habere contactum, fuerit operatus & iugiter operari dicatur; ac dignum existat, vt quos signis & prodigijs Dominus sanctos venerandos ostendit, eos veneratione dignos fidelium mater ecclesia debeat publicare; nos de præmissis miraculis volentes cum omni, qua possumus, cautela & diligentia veritatem plenius indagare, fraternitati tuæ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, de fratrum nostrorum consilio præsentium auctoritate committimus & mandamus, quatenus vocatis & adhibitis tecum aliquibus probis viris, tam de vita & conuersatione dictorum fratrum, quam de professione fidei facta per eos, dum erant in agone recepti martyrij constituti, & de spontanea susceptione dicti martyrij; quam de dictis miraculis, ac ipsorum circumstantijs vniuersis secundum datam tibi a Deo prudentiam diligenter inquirens, nobis quæ inueneris, studeas fideliter per tuas literas nuntiare. Dat. Auin. 11. kal. dec. anno VI.*

Minoritæ duo ab hæret. trucidati. — *a An. 6. p. 1. ep. cur. 41* — *Clarent miraculis* — *b Ib. ep. cur 43.* — *De eorũ veritate inquiri iubet Pont.*

18 Grassabantur eodem tempore in varijs Christiani orbis partibus multi hypocritæ, quorum alij ementito sanctitatis habitu pura sancti Francisci instituta, vt sonabat vocum candida simplicitas, postpositis cuiusuis conquisiti sensus ambagibus, colere iactabant: atque ita spretis Pontificum circa eandem Franciscanam disciplinam decretis, commenta sua erroresque propagabant: quamuis hæc secta, quæ Cælestini V. auspicijs cœpisse ferebatur, postea a sede Apostolica damnata esset: alij tertij ordinis S. Francisci sacram formulam seruare præ se ferebant; sed cum graues errores apud eos pullularent, nonnulli enim ex ipsis ecclesiastica sacramenta ludibrio habebant, ac res in fidei & sacræ Minoritanæ familiæ exitium vergebat, præsulibus ac fidei censoribus prouinciam dedit Pontifex, vt c ad dissipandam illam sectam incumberent.

Pestifera Bizochorum secta — *c An. 6. ep. com. 1189*

Ioannes, &c. venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, & episcopis; & dilectis filijs fratribus Prædicatorum & Minorum ordinum inquisitoribus hæreticæ prauitatis, ad quos literæ præsentes peruenerint.

Dudum fidedigna relatio ad apostolatus nostri peruenit auditum, quod nonnulli viri pestiferi, qui vulgariter Fraticelli, seu fratres de paupere vita, aut Bizochi, siue Bichini, vel alijs fucatis nominibus nuncupantur, in diuersis Italiæ partibus ac insula Siciliæ, comitatu Prouinciæ, Narbonẽsi & Tholosana ciuitatibus & diœcesibus atque prouincijs, alijsque diuersis cismarinis & vltramarinis partibus, contra sacros canones habitum nouæ religionis assumere, congregationes & conuenticula facere, & superiores sibi ipsis eligere, quos ministros, seu custodes, vel guardianos, aut alijs nominibus appellabant; plurimos ad eorum sectam recipere, loca etiam de nouo construere, & ab alijs constructa recipere & communiter habitare, & publice mendicare, & alia facere, quasi eorum secta foret vna de religionibus per sedem Apostolicam approbatis, temeritate damnabili præsumebant; & vt error ipsorum veritas, & impietas religio putaretur, plurimi eorum regulam ordinis fratrum Minorum, quam S. Franciscus instituit, se profiteri & obseruare ad literam confingebant, quanquam sub obedientia vicarij generalis vel prouincialium ministrorum ipsius ordinis minime morarentur; prætendentes se a sanctæ memoriæ Petro confessore, tunc Cælestino Papa V. prædecessore nostro huiusmodi vitæ seu status priuilegium habuisse; quod tamen, si etiã ostendissent, caruisset & careret roboris firmitate, cũ piæ memoriæ Bonifacius Papa VIII. prædecessor noster ex certis causis rationabilibus omnia priuilegia ab ipso Cælestino concessa, quæ per ipsum Bonifacium non contingeret approbari, viribus penitus vacuasset, dictumque vitæ priuilegium non reperiatur per eundem Bonifacium approbatum, *& infra*, nonnulli etiam ex ipsis, asserentes se esse de tertio ordine B. Francisci pœnitentium nuncupato, dictum statum & ritum eorum satagebant sub velamine talis nominis palliare, cum tamen in regula dicti tertij ordinis talis viuendi ritus nullatenus esset concessus; quodque quidam eorum, a veritate catholicæ fidei deuiantes, ecclesiastica sacramenta spernebant, & errores alios studebant multipliciter seminare; nos attendentes, quod talium damnanda temeritas in eiusdem fidei detrimentum, fidelium scandalum, præfati Minorum & aliorum ordinum opprobrium, & etiam suarum & aliarum animarum multarum redundabant; sectam, ritum, & statum huiusmodi de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica nullius fuisse & esse decernimus firmitatis; & quatenus de facto processerant, de consilio & auctoritate præmissis reuocantes omnino, perpetuæ prohibitioni subiecimus, eosque ab ecclesia Dei penitus duximus abolendos: eisdem personis & alijs quibuscumque sub pœna excommunicationis, quam eas si secus facerent incurrere volumus ipso facto, iniungentes expresse, ne statum siue sectam & ritum huiusmodi ab ipsis assumptum vlterius sectarentur, vel de nouo ipsum assumere præsumerent quoquo modo, prout in constitutione nostra super hoc edita, quę incipit: *Sancta atque vniuersalis ecclesia*; plenius continetur.

Valde propagata. — *Fingebat institutã se a S. Frãcisco viuẽdi formulam, vt sonarét verba, seruare.* — *Subreptũ a S. Cælestino priuilegium reuocatum fuerat a Bonif. VIII.* — *Plures in secta ea, hæretici latebant.* — *Vt damnata sit a Io.*

Quia igitur, sicut accepimus, in nonnullis cismarinis & vltramarinis partibus prænominati pestiferæ sectæ viri contra prædictos processus venire & facere moliuntur; nos attendentes, quod pa-

Pontificia sententia ab ijs sectarijs spreta.

rentibus animis faciatis, &c. *Dat. Auin.* x. *kal. decembris anno* VI.

a An. 6. p. 1 ep. cur. 35. Stephanus episc. cathol. a Saraicen. Armenis eiectus. Arachiel. archiep. in Gazar. ob fidem cathol. a schismaticis exagitatus. b To. 3. ep. secr. pag. 86. Modica aqua faciendo vino inmiscenda.

13 Deuinxerant a se graui scelere nonnulli Armeni in Saraicensi Tartariæ vrbe, qui inita cum Saracenis coniuratione, Stephanum episcopum catholicum, in excolenda vinea Domini desudantem, magna diuini Numinis & ecclesiæ iniuria expulere: quos Pontifex monuit, vt animarum saluti consulerent, atque episcopum in pristinam sedem reuocarent. Cumque simillimis pro Christo iniurijs Arachiel Armenorum in Gazaria archiepiscopus fuisset appetitus, atque schismatici Patriarchæ studio e sua sede deturbatus, ipsum Christi vicarius apostolicis literis excitauit b, vt animos erigeret, rerumque cœlestium tractatione vitæ molestias mulceret; admonuitque, vt inter diuina calici modicam aquam affunderet: *Cum Romana ecclesia mater vestra*, archiepiscopum ac sacerdotes alloquitur, *statuerit quod in altaris mirabili sacramento nec aqua sine vino, nec vinum sine aqua per ministrum aliquatenus offeratur, quæsumus vt semper aquam vino, sicut alias per literas nostras scripsisse meminimus, in hoc sacramento beatissimo misceatis*. Dat. Auin.

Data Pisanis in Asia & Græc. ecclesiarum condendarum potestas.

14 Flagitauit a sede Apostolica Pisanorum respublica, vt cum plures ciues Africæ, Asiæ, Græciq; imperij oras ad permutandas merces percurrerent, eodem priuilegio in Syria, Armenia, Cypro, Pontis Euxini portubus, quo in Tunetano & Bugæano regnis, ac multis orientalibus partibus potirentur; vt nimirum templa genti Pisanæ addicta suis sumptibus possent excitare, in quibus sine vlla præsulum molestia sacra baptismalia conferre, diuinoque cultui operam dare possent. Quorum pijs postulatis Pontifex assensit c: *Vestris*, inquit, *supplicationibus inclinati vobis, vt in quibuslibet locis regnorum Syriæ, maris maioris, districtus, ac imperij & partium prædictarum, vbi dicti fideles degunt vel etiam conuersantur, ecclesias in quibus diuina officia celebrentur, ex proprijs bonis construere, ipsisque dotes congruas assignare, & in ipsis ad opus eorum fontes baptismales & cœmeteria obtinere libere valeatis, auctoritate præsentium indulgemus: ac nihilominus, vt quiuis catholicus antistes, gratiam & communionem Apostolicæ sedis habens, ad vestram requisitionem singulis eisdem ecclesijs primarium lapidem imponere, ac fontes & cœmeteria supradicta benedicere, vobis & eidem antistiti duximus concedendum, &c. Dat. Auen.* x. *kal. octobris anno* VI.

c An. 6. p. 1 ep. com. 384. Diuina in ijs celebrare & baptismum conferre permissum.

Præcipites in exitium Græcorum res. d Io. Cantacuz. l. 1. c. 1. et seqq. Nicep. Greg. l. 8. Georg. Phran. l. 1 c. 10. Andronici Imp. primogeniti mors. e Cantac. l. 1. c. 1. Huius filio erepto imperium molitur Andronicus. f Io. c. 19.

15 Hoc anno in exitium Græcorum res adduxit d atrox ciuilis discordia, de imperij successione exorta. Causa par Andronicum seniorem Imperatorem in extremam pene perniciem præcipitem egit, quam Alfonsum Castellæ Regem difficillimo implicuisse bello vidimus, cum prætermissis Ferdinandi e viuis erepti maioris natu filijs, sceptrum ad filium secundum natu Sancium transmisit: ita enim Michaele imperij cum patre collega Thessalonicæ e cumulatis duorum filiorum funeribus dolore extincto, anno ab orbe condito sexies millesimo octingentesimo vigesimo nono IV. idus octobris, vt Ioannes Cantachuzenus annum consignat e, Andronicus senior in filium secundum natu Constantinum, nepote Andronico iuniore Michaelis primogeniti filio excluso, transfundere imperium in animum induxit. Efferatus ea iniuria iuuenis, qua nocte patriarcha Gerasimus obijt f, Constantinopoli fuga se subduxit; vtque in eum prona erant hominum studia, præpotentem exercitum contraxit, aduersusque Constantinopolim castra mouit. Cōmunibus amicis redintegrata concordia, partitumque inter auum & nepotem imperium. Sed non ea diu pax tenuit, iterumque in priores discordiarum fluctus coniectum imperium est: quibus dum agitaretur, excitis in auxilium Turcis inuadēdę Europæ patefactus aditus est. Differunt de eo bello ciuili pluribus Ioannes Cantachuzenus ac Nicephorus Gregoras, quorum prior Andronici iunioris magnus domesticus & consiliorum particeps, alter in senioris Imperatoris aula seruiebat: quocirca contrarijs studijs impliciti non minus inter se dictis, quam alij armis pugnare videntur, dum quisque partem quam sequitur nixam æquitate probare nititur. Illud vero exploratum est, Andronicum seniorem, dum a Romana abhorret ecclesia, Turcasque vt amicos vocat, Græcorum imperium præcipiti ruinæ obiecisse. Antequam vero eiusmodi bellum erumperet, prodigium ingens Andronicum horrore perculisse, narrat hisce verbis Gregoras a.

In suum nepos bellum parat. Turcas Andronicus senior in Europā vocat. Cantacuzen. & Gregoras inter se dictis contrarij.

Andronicus senior schismatis fautor imperium orientale ruinæ obiecit. Exitij Græcis imminentis præsagia. a Greg. l. 8.

16 *Primo quadragesimæ sabbato, cum postridie orthodoxorum Imperatorum & patriarcharum memoria proclamanda esset, tum quoque is a vespera ad nocturna sacra illa de more accessit. Tum sub mediam noctem, me astante, & doxologiam audiente, quidam ab Imperatore adest, nouum illi nuncium apportans, & eius sententiam exquirens: Modo enim, inquit, cum imperatorij bipenniferi & milites & ensiferi cubitum ituri essent, tantus subito hinnitus circa palatium exauditus est, vt omnes percellerentur: intempesta enim nocte, cum neque imperatorij, neque senatorij equi, nec in ipso palatio, nec ante fores essent, improuisa res animos audientium perturbauit, & alij alios quid rei esset interrogarunt. Eo tumultu nondum sedato, alter hinnitus priore maior exauditus est ab ipso etiam Imperatore: qui misso ministro, vnde is esset, quæsiuit. Sed nihil audiuit aliud, nisi ab equo in quodam palatij pariete ante victricis Deiparæ sacellum, quem Paulus olim præstantissimus pictor effinxisset, D. Georgium Christi martyrem pulcherrime sustinentem, esse editum. Ad hæc logotheta iocatus, vt solebat, ad Imperatoris interrogationes: Gratulor tibi, inquit, Imperator futuros triumphos, monstrosum enim istius equi hinnitum nihil aliud indicare reor, nisi tuam aduersus Agarenos, Asiam nostram populantes, expeditionem. Quibus Imperator auditis, alio adolescente ad eum misso: Tu quidem, inquit, isto responso siue, vt soles, mei exhilarandi gratia, siue alia de causa dato, rem ignorare videris: ego autem, quid verum esse censeam tibi dicam. Nam, vt patres nostri nobis tradiderunt, equus iste alias etiam ad eundem modum hinnijt, cum Balduinus Latinorum princeps a patre nostro pulsus vrbem amissurus esset: quo monstro cum & ille diu vt ominoso terreretur, tandem nec multo post euentum ipse expertus est, cum vrbem a Romanis vastari cerneret. Logotheta vero, cum quid responderet non haberet, adolescentem abire iussit, se postridie Imperatori responsurum. Præterea columna, quæ ante orientalem arcem stat, in qua Byzantis conditoris vrbis imaginem olim fuisse fama est, ante multos dies & ipsa commoueri cœpit: quæ agitatio per dies complures durauit, omnibus ad spectaculum concurrentibus*. Hæc Nicephorus. Quæ præsagia si quis in illum sensum detorqueat, Andronicum Constantinopolis exitij causam fuisse, dum orientalis ecclesiæ cum Romana coniunctionem diremit, is a vero non aberra-

Columna pluribus diebus agitata.

Illius ac successorum fides deficere nō potest.

tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Ex quo colligitur euidenter, quod ad sedem Petri omnis sit quæstio referenda, &c.]

Soluendæ omnes circa fidē a Rom. Pont. controuersiæ.

Offert Georgianis pro redintegrāda coniūctione œcum. cōcilium.

10 Subdit, se officij religione ad promouendam omnium salutem deuinciri; ac magno teneri dolore, Georgianos a Romanæ ecclesiæ coniunctione diuulsos, atque ad eos illius gremio restituendos summa ardere cupiditate: initurum in id omnem consentaneam rationem: paratum se pro re perficienda indicere concilium, si ira flagitarit; regij quidem muneris esse populos ad salutem adducere, coniunctisque mutuo fœdere omnibus fidelibus ecclesiam magno afficiendam gaudio, remque Christianam confirmatum iri. Commendat demum Minoritas, qui ad Tartaros pro inferenda euangelij luce mittuntur, vtque ijs per Georgiam libere commeare permittat hortatur. *Dat. Auin. id. octobris anno vi.*

Armenos ad coniūctionem cū Rom. eccl. solicitat.

11 Pellicere etiam Armenos, qui in Tartarorum imperio versabantur, atque alios orientales ad Romanæ ecclesiæ obsequium studuit; vtque fidem a patribus acceptam incorruptam seruarent, ipsis conceptam eadem verborum forma professionem fidei, quam Armenis alijs propositam vidimus [a]: tum quid de purgatorio, non iterando baptismate, transubstantiatione in augustissimo missæ sacrificio, quidque de alijs sacramentis credendum obseruandumque esset, instruxit [b].

a Ann. Chr. 1318 n. 10. & Annal. to. xiv. an. 1267. n. 75.

b An. 8. p. 1 ep. cur. 22. ext. etiam in M. 8. arch Vat. de reb. Tartar. & fid. et schis pag. 21.

Venerabilibus fratribus de Aguemaz & de Arthavnar archiepiscopis, ac Zacharia Argis, Ioanni de Noravans, Stephano Traisair, ac.. de Pictriuiaco .. de Astarat de Carry, Iacobo de S. Bartholomao, Zacharia de Naczoan, Thadao de Pacuuan, Nerses de Vvanauaniz, Sorbas de Arepada, de Arteron, de Arzenga, & de Cars, ac alijs orientis episcopis. Et infra: *ac clero & populo fidelium per imperium Tartarorum degentibus, salutem, &c.*

Orthodoxæ fidei elogium.

Nequaquam sine dolore possumus intueri a tanti capitis corpore membra quædam esse diuisa, videlicet Armenorum orientis ecclesiam: seiuncta nempe per inobedientiam a suo capite spirituali corporis sanctificationem nequaquam participat, cum ab eius se subtraxerit vnitate. Hæc est igitur doctrina, quam tenet & prædicat sacrosancta Romana ecclesia, quæ iustos viuificat, labentes stabilit, corda purgat. Hæc est vere pugnanti clypeus, arrha sponsæ, præmium & triumphus. Docet insuper baptismum non esse aliquatenus iterandum, & eos, qui post baptismum in peccata relabuntur, non esse baptizandos; sed per veram pœnitentiam suorum posse consequi veniam peccatorum. Quod si vere pœnitentes in charitate discesserunt, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint & omissis, eorum animas pœnis purgatorij post mortem purgari: & ad pœnas huiusmodi releuandas prodesse eis fidelium viuorum suffragia, scilicet sacrificia, eleemosynas, & alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro alijs fidelibus fieri consueuerunt secundum ecclesiæ instituta. Illorum vero animas, qui post sacramentum baptismatis nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quæ post contractam peccati maculam vel in suis manentes corporibus, vel eisdem exutæ, sunt purgatæ, in cœlum mox recipi: illorum autem animas, quæ in mortali peccato, vel cum solo originali discedunt, mox in infernum descendere: pœnis tamen ac locis disparibus puniendas; nimirum puerorum animas pœna damni non sensus in limbo afficiendas.

Baptism' non iterandus. Post baptismum lapsi pœnitentiæ sacramento Deo reconciliandi. Criminū reliquiæ igne purgatorio expiandæ. Pia fideliū opera defunctis prosunt. Puræ ab omni labe animæ in cælum euolant. Lethifero scelere inquinatæ supplicijs inferorum addicendæ.

Puerorū non baptizatorum Dei conspectu caritura.

Tenet etiam & docet sacrosancta Romana ecclesia septem esse ecclesiastica sacramenta, scilicet baptisma, de quo dictum est: aliud esse sacramentum confirmationis, quod per manus impositionem episcopi confertur chrismando renatos chrismate, in cœna Domini per solum episcopum vel superiorem ipso antistite consecrato. Aliud est extrema vnctio, qua de oleo per episcopum vel superiorem, vt prædicitur, benedicto infirmantibus secundum doctrinam B. Iacobi per presbyteros exhibetur. Aliud est Eucharistiæ quod ex azymo conficit eadem Romana ecclesia, tenens & docens, quod in ipso sacramento panis verus transubstantiatur in corpus, & vinum in sanguinem domini nostri Iesu Christi: in quo sacrificio in calice aquæ modicum vino apponitur ad consecrationem dominici sanguinis celebrandam, ita quod nec aquam sine vino, nec vinum sine aqua offerri debere, eadem ecclesia sancta docet; quodque per sumptionem huius sacramenti sanctissimi non frangitur ieiunium a sumente. De matrimonio vero tenet, quod nec vnus vir insimul plures vxores, nec vna mulier habere permittatur plures viros. Contracta vero matrimonia inter coniunctos vsque ad quartum consanguinitatis gradum inclusiue, citra dispensationem Romani Pontificis, per sanctam Romanam ecclesiam nullatenus rata seu legitima reputantur. Soluta vero lege matrimonij per mortem alterius coniugum, secundas & tertias & deinceps nuptias successiue licitas esse dicit, si impedimentum canonicum ex causa alia non obsistat. Aliud est sacramentum pœnitentiæ, quo secundum institutionem eiusdem ecclesiæ fidelis quilibet Christianus omnia peccata sua semel ad minus in anno debet sacerdoti proprio confiteri. Septimum vero sacramentum est sacer ordo: eadem quippe Romana ecclesia quatuor agnoscit minores ordines, quorum primus est ordo ostiarij, secundus lectoris, tertius exorcistæ, & quartus acolythi; nec non & tres maiores, subdiaconatus videlicet, diaconatus, & presbyteratus ordines, quos statutis a iure temporibus in eadem confert ecclesia ordinatis, &c.

Ecclesiæ sacramenta septem. A solo episcopo cōferenda confirmatio. Et oleum infirmorū sacrandū. In sacramento altaris fit transubstantiatio. Modica aqua vino consecrādo affundenda. Ieiunium sumptione sacramenti nō violatur. Multiplicitas vxorum aut virorum damnata. A morte coniugis aliæ nuptiæ licitæ. Exhomologesis singulis annis repetēda. Sacramēto ordinis tres maiores & quatuor minores cōtenti.

12 [Excitat Armenos ad constantiam in Romanæ ecclesiæ coniunctione seruanda, nec in ea re se commodi vel honoris sui, sed pij animarum lucri cupiditate duci, ac potius ad eos apostolicis studijs prouehendos ornandosque operam conuersurum. Denique addit, vt ritu Romano nonnullos dies, Christi mysterijs sanctorumue felici obitu vel triumpho potius insignes, festos agitent:] Vt larga Dei patris, & copiosa clementia in laudem & benedictionem & gloriam sui beatissimi nominis suorum veneratione sanctorum vos deuotis percipiens studijs delectari, in vobis gratiæ suæ dona multiplicet, quæsumus vt gloriosissimæ natiuitatis Dei & saluatoris nostri domini Iesu Christi, annuntiationis beatissimæ & præcelsæ genitricis eius semper virginis Mariæ dominæ nostræ, S. Ioannis Baptistæ, beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & aliorum sanctorum festiuitates iuxta ritum, quem prædicta Romana tenet ecclesia, vobis per dilectos filios fratrem Iacobum & Petrum de ordine Minorum exhibitores præsentium peritos in lege diuina tradendum, cum omni deuotione, vt multiplicatis intercessionibus apud Deum eius misericordiam valeatis abundantius promereri, colere studeatis, & per eosdē subditos vestros coli reue-

Commēdata sanctorum veneratio.

Qui præcipui festi dies peragendi.

nem scilicet & vnitatem sacrosanctę Rom. ecclesię, per obseruationem fidei, recognitionē & acceptationem primatus eiusdem ecclesiæ, suo ducatu deducti, tandem feliciter adducemini per continuationem bonorum operum in dilecta eius tabernacula, visione semper fruituri beata. *Dat. Auin. x. kal. decemb. anno VI.*

Pontificium studium pro Georgianis ad Rom. eccl. sinum adducendis.

a An. 6. p. 1 ep. cur. 23. et eod. M. S. pag. 5.

8 De primatu Romanæ ecclesiæ ac summa illa, qua Romanus Pontifex in cæteros orbis pręsules pollet auctoritate, scripsit etiam Ioannes ad Georgianos: vtque a Græcorum schismate ad Romanæ ecclesiæ coniunctionem ipsos reuocaret, datis ad Georgium Regem atque Georgianos proceres literis a significauit, se ad redintegrandum vetus Georgianæ cum Romana ecclesia fœdus synodum conuocaturum: adductisque in medium pluribus e veteri testamento tropologicis argumentis, atque ex euangelio oraculis diuinis supremam Romani Pontificis in omnes fideles potestatem illustrauit.

Ioannes, &c. Georgio Regi Georgianorum illustri, eiusque baronibus, & baroni Porcelli, &c. ac vniuersis populis per regna, prouincias, & terras imperij Tartarorum constitutis Deum diligere & timere.

Cum simus super sedis Apostolicæ speculam constituti, *& infra*, orthodoxorum neminem iam credimus latere, vnum in terris caput esse tantummodo, ex quo totum corpus contexitur militantis ecclesiæ, rerum id exigente natura, quæ corpus si habuerit duo capita, indicat monstruosum. Probat hoc idem ratio exemplaris æterni, iuxta quod militantem ecclesiam sub vtroq; tempore disponendam per instructionem euangelicam didicit legislator, Paulo Apostolo referente: *Vide, facito omnia iuxta exemplar, quod tibi in monte monstratum est*; vbi diuina dispositione hierarchiæ per media vltima, ipsaque per primam mediatori omnium connectuntur, quod imitandum fore necessario peregrinanti ecclesiæ scriptura sacra tam figuris, quam testimonijs asserit atque probat. Vnus Adam deputatus ad custodiam paradisi, vnam est sortitus vxorem: vnum dominum Iesum Christum in iustitia & veritatis sinceritate eiusdemque vnum in terris vicarium; & vnicam eius sponsam ecclesiam præfigurans, doctore gentium attestante: *Sacramentum hoc*, inquit, *magnum est: ego autem dico in Christo & ecclesia*. Lamech vero, quod humiliatum significat, dum vxorem vnam diuisit in duas, sanguinarius est effectus, & virum in vulnus suum occidit: ad instar cuius qui ecclesiam scindunt, occidunt animas paruulorum. Deinde salutis arcam tantum vnam fuisse legimus, quæ cuncta vastante diluuio, super vnius patriarchæ remigis potentatu paucas animas sub perfectionis numero reseruauit; facti cuius mysterium pastor ecclesiæ Petrus Apostolus tangens ait: *In arca Noe pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam: quod & nos nunc similis forma saluos facit baptisma.*

Vnicam esse ecclesiam & vnum illius caput figuris illustratur.

Ex cælesti hierarchia sumptum exemplum.

Ecclesia vnica Christi sponsa in Adamo & Eua adumbrata.

In arca Noe expressa.

9 Ipsa etiam Veritas, gentium vocationem prædicens, asseruit quod in ouili suo vnus tantum debeat esse pastor: *Fiet*, inquiens, *vnum ouile, & vnus pastor*. Ad hoc ouile Paulus ipse diuina clementia reuocatus docet & prædicat, vnum caput esse tenendum fide pariter & amore: vnde schismaticos, & ab vnitate corporis ecclesiæ per inobedientiam recedentes notans, vitandosque insinuans ait: *Nemo vos seducat volens in humilitate & religione, quam non vidit, angelorum ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei*. Nulli fideli venit in dubium, quin ipse Christus sit pastor ecclesiæ, atque caput non tantum militantis, sed etiam triumphantis: qui secundum carnis assumptæ naturam mortem pro suis ouibus subiturus; & post resurrectionem ad patris dexteram ascensurus, vt quo caput ibat, membra se ire sperarent; ne corpus peregrinantis ecclesiæ propter corporalem ipsius absentiam videretur acephalum, remanere sibi successorem substituit vicarium specialem: non quidē Iacobum aut Ioannem, qui columnæ videbantur, non Paulum legis scientia præditum & doctrina, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius; sed Simonem, quem & Petrum cognominauit.

Argumenta ex euangelio petita.

Vnicum ouile & vnus pastor.

Christo summo pastori vnicus in terris pastor subrogatus, nimirum Petrus.

Hunc itaque suarum ouium pastorem substituens vniuersalem in terris, earundem pascendarum curam indistincte commisit, eidem tertio dicens: *Pasce oues meas*; cui ex prærogatiua speciali, vt nobis ipsum caput post se fore totius ecclesię demonstraret, promiserat dicens: *Tu vocaberis Cephas*; quod interpretatur caput, vt sicut in capite sensuum plenitudo consistit, a quo ad singula membra occultis meatibus pars aliqua tanquam a fonte riuulus deriuatur; sic tres fidelium ordines in ecclesia, Noe, Daniel, & Iob, prælati videlicet, continentes, & coniugati: quos Ezechiel vidisse legitur in visione saluandos a Petro. Petra super quam non domum saltus Libani, non porticum columnarum, non domum filiæ Pharaonis; sed ecclesiam suam ædificauit Dominus, fidelibus videlicet de omni genere piscium in eius rete conclusis, tanquam a primate primatum, qui de fonte dominici pectoris fluenta potauit; & suæ salutis debent postulare remedia, & cum omni patientia & doctrina, non contentiose vel superbe in aliquo resistentes, a mentis suæ tenebris dubietatis scrupulos remoueri. Nam etsi Paulus ex verbo Domini, Petro cæterisque Apostolis vniuersaliter sic dicentis: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt*; cum Petro fuit, ministerium dignitatis exercens; fuit etiam ex verbis eiusdem auctoritatis regulariter Petro propositis: *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis*; in Petro auctoritatis officium recognoscens: & ideo ad eum tanquam primatem, & euangelij dominici fontem venit Ierosolymam, & postmodum cum ipso & alijs secundum reuelationem contulit euangelium, ne in vacuum curreret vel etiam cucurrisset.

Christi testimoniū.

De tribus in ecclesia ordinibus.

Vni Petro soluendi & ligandi in cælo data auctoritas.

S. Paulus ipsum cōuenit, vt de euangelio conferret.

Quæ Petri auctoritas ex eiusdem Domini verbis expressius roboratur, cum sibi soli dicitur ab eodem: *Duc in altum*; & postea subinfertur: *Laxate retia in capturam*. Si ergo Petrus per excellentiam fidei, quæ in vno Christo duas naturas diuinitus recognoscens, cum dixit: *Tu es Christus filius Dei viui*; claues regni cælestis in terris solus accepit, cum vnum sit caput ecclesiæ militantis; restat vt ad regimen generalis ecclesiæ, quam ipse cum Paulo & cæteris de gentibus congregauit, caput eiusdem, suumque Dominus per ea, quæ præmissa sunt, manifeste ostenderit successorem. Præuidens autem Dominus, quod ecclesia sua conculcaretur a tyrannis, laniaretur ab hæreticis, & a schismaticis scinderetur, ait: *Ego pro te oraui Petre, vt non deficiat fides tua: & tu*

Claues cælorum vni Petro traditæ.

sare libere valeatis, vel eos, si maluerint, eadē auctoritate in imperio prędicto transferatis ad alias prælaturas, prout saluti animarum ipsorum videritis expedire.

Illos vero, qui vt præmittitur, rite quantum ad substantiam ordinum celebrantis ordines sine potestate promoti non existunt ad ordines, tu frater archiepiscope rite ordines secundum statuta canonica instituta: in nouitate tamen huiusmodi reductionis eorum, cum nondum essent in firma radice plantati, quasi modo genitos infantes lacte dulcedinis nutriendos, tolerantiæ supportandos humeris, & ad præmissa lenitate potius quam necessitate tradendos, merito iudicamus. Sic ergo vos circa hæc solerter ac solicite habeatis, quod per vestræ diligentiæ studium praua redeant in directa, & vigor catholicæ fidei semper inibi laudabilibus proficiat incrementis, &c. *Dat. Auin. idus octob. anno VI.*

Vtendum in neophytos clemētia.

6 Incumbebat feliciter ad proferendam latius fidem Zacharias S. Thadæi archiepiscopus, nec leues ab impijs Christi causa iniurias acceperat: quem Pontifex ad prosequenda egregie cœpta ac religionem augendam subiectis literis inflammauit [a]. Cum vero in ijs regionibus altissimis obsitis tenebris is vigeret error, vt sacramentum confirmationis conferretur a sacerdotali tantummodo dignitate præditis, vel etiam sacraretur oleum, quo fideles in ancipiti ex ægritudine mortis discrimine constituti liniendi sunt, illum adductis sacræ scripturæ oraculis, ac proposita suscepta veteri ab Apostolis consuetudine erudiuit; vtque Romana ecclesia omnium ecclesiarum princeps esset, a qua difficultatum exorientium lux ac veritas peti deberet.

Zacharias archiep. S. Tadæi de re cathol. bene meritus.

a An. 6. p. 1 ep. cur. 56 & an. 8 p. 1 ep. cur. 21. Ext. etiam in M.S. arch. Vatic. de rebus Tartar. infidel. et schism. pag. 21.

Ioannes, etc. venerabili fratri Zachariæ archiepiscopo S. Thadæi.

Sane, dilectissime frater, de te multæ lætitiæ causam & exultationis habemus, quia tu in eiusdem fidei veritate spiritu beatæ considerationis inductus, pro diuini nominis gloria stabiliter perseuerans, pro ipsius obseruatione fidei ab æmulis eius multas te perpessum angustias, multosque te percepimus pertulisse labores: propter quod speramus in illo, qui bonorum est omnium magnificus elargitor, quique pro minimis grandia recompensat, quod pro laboribus tuis gloria copiosæ mercedis in cælis est tibi de suæ pietatis misericordia reseruata. Profecto quod tu ad hanc fidei veritatem zelo deuotionis afficeris, quod ipsam deuotus amplecteris, quod ad vnitatem & obseruantiam eius cunctos tibi subditos exēplo laudandæ imitationis inducis; sciens cum Apostolo, quod sicut vnus est Dominus, vnumque baptisma, sic cunctorum debet esse fidelium vna fides; cedit euidenter ad animarum salutem, tuæ fraternitatis laudem, & ad stabilimentum tui status accedit: sed cor nostrum lætitia eo indubie profusiori respergitur, quo te potiori charitate complectimur, & ex debito apostolatus officij ad tuam tuorumque subditorum salutem feruentius anhelamus.

De coniunctione cū Rom. ecclesia gratulatoriæ lit.

Tu quidem ex his habes vnde domino Deo tuo in vocem exultationis & confessionis erumpas, exultes in eo, & fatearis humiliter tibi & tuis de immenso ipsius dono concessum, inter perfidas nationes veræ fidei agnoscere veritatem, & illam deuotis affectibus obseruare. Persta igitur, nosti etenim quod perseuerantiæ palma debetur: cumque præcepto legis cauda hostiæ in sacrificio iubeatur offerri, ille bene immolat, qui sacrificium boni operis vsque ad finem perducit debitæ actionis. Ne vero circa sacramenta vel ritus ecclesiasticos ab ecclesiæ Romanæ matris tuæ obseruatione discordes, fraternitatem tuam rogamus instantius, & per merita obsecramus illius, cuius perfecta sunt opera, quatenus ritum ipsius ecclesiæ Romanæ circa sacramenta confirmationis & extremæ vnctionis obserues, & a tuis subditis facias obseruari: vt videlicet sacramentum ipsum confirmationis, quod non legitur, neque scitur Apostolorum tempore ab alijs quam ab ipsis fuisse peractum; quin potius in eorum actibus scribitur, ad confirmandum baptizatos in nomine domini nostri Iesu Christi Petrus & Ioannes in Samariam & Ierosolymas transmissi fuerunt, quod vtique sacramentum post tempus illorum fuit solis pontificibus, in eorundem Apostolorum locum succedentibus, reseruatum; nulli alij quā episcopi exhibere, nec aliqui ab alijs quā ab episcopis suscipere quoquo modo præsumant.

Cōfirmatio a solis episcopis conferenda.

7 Licet igitur sacramentum ipsum non sit a fidelibus contemnendum, tutius tamen est illud sine periculo ex necessitate, quæ legem non habet, omittere quam si ab ijs, a quibus illud conferri non licet, ex temeritate contra legem damnabili non sine graui periculo inaniter conferatur; cum vmbra quædam ostendatur in opere, veritas autem non subeat in effectu. Tu & episcopi suffraganei tui tantum, & nullus alius deinceps oleum sanctificet infirmorum cum, vt præfertur, ad solos episcopos, & superiores prælatos pertineat ipsius olei materiam consecrare ad vngendum infirmos; si nempe, vt præmittitur, in fide fundati, stabiles, & immobiles tu & subditi tui in illa permanseritis; si præfato ritui nostro vos & ijdem subditi conformare curabitis, nedū opinionis vestræ custodes esse, ac de bono nomine curā habere dicemini, sed & retributionis cælestis larga merebimini præmia, non sine laudis humanæ præconio & apostolici fauoris augmento.

Oleum infirmorum ab ijsdem sacrandum.

Nec omittamus, quod ipsa sacrosancta Romana ecclesia, summum & plenum primatum & principatum super vniuersalem catholicam ecclesiam obtinens, quam se ab ipso Domino in beato Petro Apostolorum principe, cuius Romanus Pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter & humiliter recognoscit; sicut præ cæteris tenetur fidei veritatem defendere, sic & si quæ de fide subortæ fuerint quæstiones, suo debet iudicio definire: ad quem quilibet prægrauatus in negotijs, ad forum ecclesiasticum pertinentibus, appellare in omnibus causis, ad examen ecclesiasticum spectantibus, ad ipsius potest recurri iudicium; & eidem omnes ecclesiæ sunt subiectæ, ipsarumque prælati & obedientiam & reuerentiam sibi debent: apud quam sic plenitudo potestatis consistit, quod ecclesias cæteras ad solicitudinis partem admittit; quarum multas, sed patriarchales præcipue, diuersis priuilegijs eadem Romana ecclesia honorauit; sua tamen prærogatiua tam in generalibus concilijs, quam in quibuscumque alijs semper salua. Quare iterato fraternitati tuæ salutaribus monitis suademus, quatenus in præmissorum omnium salubri obseruantia inconcusse persistere studeas, & eosdem suffraganeos episcopos & alios subditos tuos, quantum in te fuerit, ad sedule persistendum solerter inducas. Si enim tu & tui hoc adimplere curabitis, speramus in illo, qui in vestri cordis habitaculum diffudit lucem suam, quod in montem sanctum suum, in communionem

Primatū Rom. ecclesiæ edocet Pont.

In rebus ecclesiast. ad illius iudicium confugiēdum.

opportunis, tuæque protectionis auxilijs a molestijs tuearis, & in libertate plenæ securitatis manuteneas & conserues. *Dat. Auin. x. kal. decemb. anno VI.*

2 Explicabat a etiam egregium in Christianos studium Mussaydan Imperator Tartarorum, ac viros religiosos Minoritas Petrum & Iacobum beneuolentia prosequebatur: qua de re Pontifex, vt barbarum ad Christi fidem pelliceret, gratias ei egit b, significauitque se in spē maximam efferri, ipsum Christiana sacra suscepturum; vtque Tartaros, qui in ipsius imperio baptismalibus sacris initiati erant, haberet commendatos excitauit. Optime etiam meritus de re Christiana videbatur Zopan Begilay aliorum Tartarorum Rex (ea enim natio, tum victarum gentium multitudine celeberrima, regna amplissima ad extremas vsque septemtrionis, meridiei, atque orientis oras obtinebat) ac Pontifex propagandæ religionis pio desiderio incensus, vt illius studium erga Christifideles prolectaret, quas subijcio literas exarauit. c

a Ead. pag. 87. et an. 6. p. 1. ep. cur. 34. Mussaydā Imp. Tartar. in Christianos bene affectus. b Ib. Ad religionem eum allicere studet Pont. Item Zopan Begilay Regē. c To. 3. ep. secr. pag. 88. et an. 6. p. 1. ep. cur. 38.

Nobili viro Zopan Begilay Regi gratiam, quæ perducat ad gloriam in futuro.

3 Larga Dei patris & copiosa clementia, qui neminem vult perire, ex eo tui cordis intima tetigisse videtur, quod fidei Christianæ cultores, infra latitudinem degentes imperij Tartarorum, multæ humanitatis (sicut dilecti filij Iacobus & Petrus ordinis Minorum exhibitores præsentium quod læti suscepimus, voce laudabilis commendationis attollunt) benignitate prosequeris & pertractas, & a tuæ protectionis fauoribus non excludis: ex quo datur nobis spei gratæ fiducia, quod nostri Redemptoris ineffabilis pietas, a quo charismatum omnium dona emanant, oculos mentis tuæ splendoribus suæ claritatis irradians, de vitæ veteris cæcitate ad agnitionem sui nominis misericorditer reuocabit. Quare prudentiam tuam rogamus & hortamur attentius, & per misericordiam eius, qui vult omnes saluos fieri, instantius obsecramus, quatenus quod circa fidei cultores eiusdem tibi dedit pietas inchoari, laudabili prosecutione continuans, prædictos fratres, qui pro tua & populorum imperij memorati salute procuranda ad eiusdem partes imperij cum nostræ benedictionis gratia reuertuntur; nec non & Christianos alios, in eodem degentes imperio, habens pro diuina & Apostolicæ sedis ac nostra reuerentia propensius commendatos, eos tui fauoris ope confoueas, a quibusuis defendas molestijs, & tuæ protectionis auxilijs tuearis. *Dat. Auin. x. kal. decembris anno VI.*

Gratulatur in preconcs eua gelicos studio propensum fuisse.

Fideles, qui in illo imperio versantur commendat.

4. At quamuis Tartarorum Imperatores ac Reges egregia erga Christianos affecti essent, non deerant tamen viri scelesti, qui vel maleuolentia suffusi, vel etiam dæmonum furijs perciti improbitatem exercerent in ipsos; quos vt ad constantiam Christi vicarius confirmaret, indulgentiarum præmia ijs proposuit d, qui ob susceptā fidem aliqua iniuria afficerentur, vel ad barbaros ad Christum adducendos incumberent, vel pronuntiata Christi ac Deiparæ nomina religioso corporis flexu prosequerentur: *Vobis*, inquit, *vniuersis & singulis, & alijs de præfato imperio, qui ad fidem catholicam orthodoxam conuertentur in posterum, singulis diebus, quibus vos aut dictos conuertendos contumelias, aut tribulationes, vel persecutionem pro eodem nomine pati contigerit; & omnibus, qui alios ad dictæ fidei communionem inducent, singulis diebus quibus super hoc fideliter laborabunt; nec non & illis, qui nomini eiusdem domini nostri Iesu Christi & beatissimæ semper virginis Mariæ genitricis eius dominæ nostræ reuerentiam deuotis animis exhibebunt, vere pœnitentibus & confessis, singulis diebus, quibus reuerentiam huiusmodi facient, viginti dies de iniunctis eis pœnitentijs misericorditer in Domino relaxamus. Dat. Auin. x. kal. decembris anno VI.* Plura de Minoritis, qui in religione Christiana apud Tartaros amplificanda operam ponerent, Vvadingus refert a: quos etiam & alios viros religiosos ea instructos auctoritate, vt apud infideles omnia munera, exceptis ijs, quæ episcopalis sunt dignitatis, obire possent, pontificiæ literæ docent b.

Confirmat ipsos ad constantiam. Pro Christo contumelias patientibus indulgentias impertit. d Ep. secr. pag. 89 ep. cur. 36.

a Vvad. in annal. Minor. to. 3. hoc ann. b an. 6. p. 1. ep. cur. 24. c Ib. ep. cur. 39. Commēdat neophytis perseuerātia.

Extant aliæ ad neophytos Aquilonares Caphensis episcopi ac Prædicatorum & Minoritarum zelo ad Christum pellectos datæ c, vt in coniunctione Romanæ ecclesiæ perstarent, seque æternitatis spe ad vitæ labores excitarent: *Filij*, inquit, *vniuersitatem vestram paternis rogamus & hortamur affectibus, & per* Dei *misericordiam obsecramus quatenus diligentius attendentes, quod coronam gloriæ perseuerantia repromittit, in huiusmodi sinceritate fidei, per quam merebimini consortium angelorum, in* nonnullis radicibus stabiliti, illam semper deuotis animis obseruare curetis, vt ipse cognitor secretorum Omnipotens vota vestra percipiens, suis beneplacitis confirmare in vobis gratiæ suæ dona multiplicet; & post vitæ præsentis excursum regni sui faciat coheredes. Dat. Auin. x. kal. decembris anno VI.*

* in: mobilibus.

5 Perstricti Caphensis episcopi virtutū splendore (fuisse enim ipsum pietate insignem, prolari latius illius opera Christianæ religionis termini, atque ex superstitionis erroribus, quibus irretiti tenebantur, erepti Tartari testantur) nonnulli Genuenses, cum ipsum iuuare omni ope debuissent, grauissimis iniurijs affecere. Ad cuius dignitatem ab eorum contemptu & contumelijs vindicandam Pontifex religiosis Minoritis Caphensibus dedit imperia d, vt Genuenses eosdem ad expiandum rite crimen, obiectis censuris ecclesiasticis, adigerent.

Ep... Genu... habitus. Susceptū a Pontif. eius patrocinium d Ib. ep. cur. 37.

Constituendis porro Tartariæ ecclesijs intentus Pontifex, cum nonnullos in Camelesia ad dignitates ecclesiasticas irrepsisse iniuria accepisset, alios etiam sacris ordinibus rite initiatos non esse, vt his mederetur malis, archiepiscopo S. Thadæi e Camelesia prouinciam dedit e, vt vel sacros ordines, auctoritatemue necessariam pontificio nomine conferret:

In Camelesia exorti circa di... abusus. e Ib. ep. cur. 5. ex: etiam in M.s. arc. Vat. de reb. infid. & schism pag. 8. Ijs medēdis studet Pont.

Ioannes, &c. venerabili fratri Cachanæ archiepiscopo S. Thadæi Apostoli de Camelesia, & dilectis filijs vicario Prædicatorum & custodi fratrum Minorum in imperio Tartarorum consistentibus.

Cum, sicut accepimus, nonnulli prælati tam secularium, quam regularium ecclesiarum imperij Tartarorum ad prælaturas ecclesiarum ipsarum canonicum non habeant ingressum, ac nonnulli alij rite promoti ad ordines non extiterint; nos saluti eorum in hac parte misericorditer prouidere volentes, vobis pro salute cleri & populi Christiani in imperio prædicto degentibus, necnon pro reconciliatione eorum præsentium auctoritate concedimus; vt demum postquam illa, quæ tam circa catholicam fidem quam circa cætera, in alijs nostris vobis directis literis comprehensa, fuerunt sine simulatione completa cum prælatis eisdem, quod in suis remaneant prælaturis auctoritate apostolica dispensare

Rite non promoti ex sacr. canonibus promoue...

ecce sanctos viros æmuli quidam quasi hæreticos apud Ioannem XXII. Pontificem maximum, Auinione agentem, deferunt: qui eos ad se extemplo accersiuit. Cum vero Pontifex ab ijs, quos Bernardus miserat, omnem vitæ eorum rationem intellexisset, illos tanquam innocentes ad Guidonem episcopum Aretinum, in cuius diœcesi erat locus, qui eis regulam præscriberet approbaretque sodalitatem, remisit. Episcopus itaque, cum sibi sanctissima Deipara in somnis albis induta vestibus apparuisset, recentemque congregationem commendasset, illos inter missarum solemnia in ecclesia cathedrali, habitu candido solemni adhibita benedictione, die xxi. martij anno salutis MCCCXIX. induit, eisque D. Benedicti Abbatis regulam seruandam præscripsit, congregationique S. Mariæ montis Oliueti, & Ioanni Bernardi nomen indidit,&c. Hi quidem religiosi viri ad maximas virtutes effloruere: Guido autem in tyrannum impium desciuit; qui tamen in extremo mortis discrimine scelerum pœnituisse fertur, de quo agetur inferius. Cæterum noui huiusce ordinis originem refert ad superiora tempora M.S. [a] Vaticanum his verbis: *Anno eodem*, nimirum MCCCXVII. *in Italia in comitatu Senensi & diœcesi Aretina cœpit ordo montis Oliueti sub regula S. Benedicti per Bernardum de Ptolemæis & duos socios Senenses.*

a M.S. bibl. Vat. sign. n. 3765. in Io. xxii.

51 Editum hoc anno circiter ingens miraculum Auinione implorata Virginis ope memorati M. S. auctor refert his verbis: *Anno MCCCXX. vel circa Auinione, duobus pro crimine sodomiæ commisso vno sene & alio iuuene ignis incendio adiudicatis, eisque ad columnam ligatis & accensis, minor ille ad inuocationem B. Mariæ virginis, sene cremato, illæsus exiuit; vnde dictus dominus Papa capellam in eodem loco construi fecit, & dotauit pro perpetuis capellanis: quam capellam de miraculis intitulauit.* Confirmant auctoris dicta Pontificiæ literæ [b] de condito sacello iuxta Auenionem in loco, cui Bestel nomen est, in quo beatissima Virgo ingens miraculum patrasse, multis illud spectantibus, ferebatur. Celebre etiam erat in Nemausensi agro templum Deiparæ sacrum, cui a valle viridi nomen erat, illudque adituris indulgentiarum præmia fuerunt proposita a Ioanne: qui hac panegyri pietatem in Virginem commendat [c].

Adolescés Virginis ope e rogo saluus exit.

Conditū in eo loco sacellum. b l. 8. p. 1. ep. secr. pag. 177.

c Io. ... n. 4. ep. 853.

Ioannes, &c. Regina cęlorum sedens a dextris virtutis Altissimi ornata monilibus, & omniū virtutum floribus insignita virgo Dei genitrix gloriosa, quæ vtique sicut cedrus in Libano exaltata, & sicut cinnamomum & balsamum aromatizans suauitatem odoris, excelsa supra sydera laudis singularis præconio beata ab omnibus generationibus prædicatur, almū in mundo germen florem pretiosissimum, immarcescibilem & æternum dominum Iesum Christum humani generis redemptorem ineffabili sancti Spiritus cooperatione produxit, ianuam cæli aperiens, & pereuntibus vitam reddens. Hæc igitur Regina misericordiæ & spes nostra, ad quam recurrunt continue exules filij Euæ in hac valle miseriæ constituti, vbique locorum pro redemptis pretioso sanguine Iesu Christi ad ipsum clamantibus nō desinit ferre suffragia, & piæ intercessionis instantia a splendore gloriæ Patris æterni gratiam impetrare; ob cuius reuerentiam Virginis cuncta loca eiusdem Virginis vocabulo insignita sunt veneranda, &c. *Dat. Auin. VII. kal. iul. anno IV.*

Vt pro peccatoribus apud Numen intercedat.

IESV CHRISTI
annus 1321.

IOANNIS PP. XXII. annus 6. VAC. IMP. OCCID. 8. ANDRONICI IMP. OR. 38.

1 Anno a partu Virginis millesimo trecentesimo vigesimo primo indictione quarta, efflorescente [a] apud Tartaros religione Christiana, quam Abuscanus Cosogani Aquilonaris Tartariæ Regis filius Hieronymi Caphensis episcopi opera amplexus erat, Romanus Pontifex, cum iam Hieronymus, postquam propagandæ latius apud infideles fidei consilia cum sacro ecclesiæ senatu contulisset, reditum ornaret, datis ad Abuscanum literis, piorum ipsum cœtui; exutis erroribus veteribus, se aggregasse gratulatus est [b], vtque ad subditos ad euangelij lucem e superstitionis tenebris euocandos operam studiumque defigeret, est adhortatus: e tanto enim opere immortale decus ab ipso collectum iri.

Fides propagata apud Tartaros.

a l. 7. n. 3. ep. secr. pag. 87. & an. 6. p. 1. ep. cur. 34.

Abuscan Regis filius Christianus.

b An. 6. p. 1. ep. cur. 40 & to. 3. ep. secr. pag. 87.

Ioannes, &c. dilecto filio nobili viro Abuscano nato claræ memoriæ Cosogani Regis in partibus Tartariæ.

Considera, quæsumus fili, opus clementissimæ pietatis, quod in te dignatus est Dominus misericorditer operari de sua inaccessibili luce, ne transirent dies tui & non videres bonum, nec excluderesis a desiderio collium æternorum, illuminans habitaculum mentis tuæ. Profecto, fili, ecce quod nos & Romana mater ecclesia mater tua in laudem, benedictionem, & gloriam Dei ac Saluatoris nostri sponsi cælestis oculos nostros erigimus, & manus nostras leuamus in sancta eius, qui amorem suum in generis humani salute continua miseratione conseruans, te sicut venerabilis fratris nostri Hieronymi episcopi Caphensis & sociorum eius assertione læti percepimus, ad sponsæ suæ thalamum, sancti Spiritus lumine illucescente, direxit: propterea Deum nostrum in salutari eius anima nostra magnificat, nosque in te iubilo cordis & spiritus exultamus. Verum vt super te tanquam dignum benedictionis filium perpetuæ pacis fida tranquillitas requiescat, volumus te prudenter agnoscere, quod inter cætera, quæ te dirigere possunt rectis gressibus ad salutem, hæc recolenda facti memoria ætatis tuæ tempora futuris seculis collaudanda mandabit, si subditi tui viuido ac indiuiduo ecclesiæ catholicæ corpori ad participationem vitalis spiritus tua prudentia iungerentur.

Ad diuinā adorandā clementiā ipsum Pontif. excitat.

Adducendis ad Christum subditis populis dare operam admonet.

Quare nobilitatem tuam paternis rogamus & hortamur affectibus, ac per Dei misericordiam obsecramus, tibique in remissionem iniungimus peccatorum, quatenus inæstimabilis boni præmium pro eisdem subditis procurando, sic res felici ducatu dirigas ad salutem, quod tuo salutari consilio sacri baptismatis vnda renati Deo & angelis eius, in communione sanctorum & communicatione sancti Spiritus vniantur inseparabili fœdere charitatis, idque te in sublimitatem gloriæ celsioris adducat; & nostram deinde & dictæ sedis benedictionem & gratiam plenius merearis. Cæterum cum dictus episcopi & socij pro tua dictorumque populorum procuranda salute ad partes ipsas cum benedictionis nostræ gratia reuertantur ad præsens, quæsumus fili, vt tam eos, quam alios Christianos in eisdem partibus commorantes pro diuina & dictæ sedis ac nostra reuerentia benigne pertractans, eos fauoribus munias

oppor-

de occidentalibus rebus: iam orientales perstringamus.

De Genuensium & Cypriorum dissordijs.

47 Nondum sopita erat inter Genuenses & Henricum Cypri Regem vetus controuersia: quæ cum iam ante in bellum erumperet, Pontifex Genuenses eosdem a paranda classe abduxerat, & Cyprius illata damna compensare atque iudicio sedis Apostolicæ state spoponderat. Sed cum difficilem prouinciam suscipere Ioannes detrectaret, nonnullas concordiæ leges, intentata obnitentibus censurarum religione, indixerat; denique a republica Genuensi Nicolino Flisco, cui nomen Cardinalis erat, & Petro Grillo ad rem componendam in Cyprum missis, Ioannes Henricum Regem monuit a, vt Genuenses antea apostolicis imperijs obsequentes fuissent, modo ipse præscriptas leges impleret, quas si infringeret, opere se ac studio Genuensibus non defuturum. Neque Cyprum modo a Genuensi, verum etiam Armenico bello liberare studuit b Pontifex, imposita Genuensium oratoribus prouincia, vt pacem inter Henricum ipsum Cypri & Osfiniū Armeniæ Reges, inter quos indixerat c inducias, redintegrarent: vtque principes ad pacem flecteret, apostolicis literis XII. kal. iunij datis rei Christianæ, quam in periculum adducebant, consulere iussit.

Missi pro componēda contr. oratores. a An. 4. p. 1 ep. com. 737. Henricū Regem admonet Pont. vt a se promissa seruet. b Ib. ep. 735. & post eand. ep. Ipsum inter & Regem Armen. pacē redintegrare studet.

Excessit porro e viuis eo tempore Osfinius, sceptrumque Armeniæ Leoni transmisit, vt ex pontificijs literis d X. kal. octobris hoc anno exaratis colligitur, quibus significatur, Morisium e Panacho Hospitalarium equitem nonnullas terras Armeniæ aduersus Saracenorum excursiones defendendas repetere, quæ olim Hospitalarijs ab Osfinio Rege attributæ fuerant; egregiamque illum operam aduersus barbaros nauaturum. Iniunxerat antea eidem Morisio atque Petro e Iunilhaco Nicosiensi canonico partes Ioannes, vt inter Osfinium & Henricum Reges inducias, de quibus illatus paulo ante sermo est, pontificia auctoritate promulgarent; sed cum defuncto Osfinio mutata rerum facies esset, repetitis literis Iunilhaco munus tradidit e, vt inter Leonem atque Henricum easdem renouaret.

Osfinio Regi in Armen. Leo filius succedit. c An. 5. p. 1 ep. co 704 d An. 5. p. 1 ep. cur. 108 e An. 5. p. 1 ep. com. 204. Induciæ inter Leonem Armeniæ & Henricū Cypri Reges promulgatæ.

48 *Cum*, inquit, *te dictumque fratrem Morisium ad partes illas peruenire postmodum contigisset, tu & ipse treugas inter Reges eosdem, sicut per literas tuas accepisse meminimus, prædicti duraturas temporis spatium indixisti. Verum quia posset forte contingere, quod idem Rex Cypri cum charissimo in Christo filio nostro Leone Rege Armeniæ illustri, qui Osfinio præfato in Armeniæ regno succedit, & e conuerso idem Leo cum dicto Rege Cypri treugas nollent obseruare prædictas; nosque nolentes ab inceptis desistere, quin potius tantis periculis opportunis remedijs occurrere cupientes; discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus præfatos Reges ad obseruationem treugarum ipsarum ex parte nostra congruæ persuasionis instantia solerter inducas, & efficaciter exhorteris. Quod si huiusmodi tuis inductionibus & exhortationibus acquiescere forsitan non curarent, tu inter eosdem Reges & regna, terras, homines, & subditos eorundem, pro tempore, de quo tuæ discretioni videbitur treugas, non tamen propter hoc a dictæ pacis desistendo tractatu, indicere non omittas, faciens eas per idem tempus ab eisdem Regibus, regnis, hominibus, & subditis per excommunicationis in personas; & regna, terras, & loca ipsorum interdicti sententias, ac publicationem, & aggrauationem ipsarum firmiter obseruare treugas ipsas; Regibus memoratis, & alias in locis, de quibus videris expedire, per te vel per alium, seu alios solemniter publicando, &c. Datum Auin. x. kal. octob. anno quinto.* Imperia dedit alijs literis a, vt censuras ecclesiasticas ijs incuteret, qui merces vetitas e Cypro soldani Ægyptij terris inueherent: ipsorū bona publico fisco addiceret; atque illorum commercio & vsu familiari reliquos fideles interdiceret. Neopatrensi vero archiepiscopo prouinciam dedit b, vt ad Cephaloniæ comitem, qui ad Græcorum schisma defecerat, ad Latinum ritum reuocandum operam defigeret.

a Ib. ep. 107. Censuras in merces vetitas Saracenis inferentes renouatæ. b An. 5. p. 1 ep. cur. 71. Nicolaus Cephal. comes ad ritum Græc. desciscit.

49 Celebrata exeunte anno est tertia septem Gallorū Cardinalium, nimirum sex presbyterorū & vnius diaconi, creatio a Ioanne, de qua meminit Bernardus his verbis c: *Anno Domini* MCCCXX. XIV. *kal. ianuarij, feria VI. in ieiunijs quatuor temporum in aduentu dominus Papa fecit ordinationem vnam septem Cardinalium, quos assumpsit: quibus postmodum singulis singulos titulos assignauit; videlicet dominum Reginaldum Laporta de Alassaco Lemouicensis diœcesis archiepiscopum Bituricensem, cui datus est titulus presbyteri Cardinalis SS. Nerei & Achilles: dominum fratrem Beraudum de Canabolico diœcesis Caturcensis de ordine fratrum Minorum & magistrum in theologia archiepiscopum Salernitanum, cui datus est titulus presbyteri Cardinalis S. Vitalis: dominum Petrum de Prato diœcesis Caturcensis archiepiscopum Aquensem, cui datus est titulus presbyteri Cardinalis S. Potentianæ, dominum Simonem de Archiaco diœcesis Xanctonēsis electum Viennensem, cui datus est tit. presbyteri Cardinalis S. Priscæ: dominū Pilum fortem de Rapistagno de S. Georgio prope Tarnum diœcesis Albiensis episcopum Riuensem, cui datus est titulus presbyteri Cardinalis S. Anastasiæ: dominum Petrum Textoris de S. Antonino diœcesis Caturcensis vicecācellarium curiæ Romanæ, cui datus est tit. presbyteri Cardinalis S. Stephani in Cœlio monte: dominum Raimundum Russi de Caturco ciuitate, cui datus est tit. diaconi Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin.*

c Ber. chr. Rom. Pont.

50 Conditus est per hæc tempora nonus religiosorū virorum ordo, cui Montis Oliueti nomen est, auctore B. Bernardo Senensi, de cuius instituta sacra disciplina hæc Ferarius narrat d: *Bernardus, ante Ioannes, Senis ex nobili Ptolemæa familia natus, a prima ætate literis humanioribus, deinde legibus operam dedit; quas & publice, factus doctor, summa cum laude est interpretatus. Cum autem publicam habiturus disputationem in grauem oculorum ægritudinem incidisset, sanctissimam Virginem precatus est, vt si sibi lumen & pristinam oculorum sanitatem restitueret, se suo famulatui, relicto seculo, perpetuo addicturum. Qui mox compos voti factus, loco lectionis disputationisque grauem habuit de seculi huius contemptu concionem in maxima auditorum, quibus quæ sibi accidissent narrauit, frequentia. Nec mora promissionis suæ memor, rudi amictu indutus, vrbeque egressus, se in montem Oliuetum apud montem Ilcinum contulit, quem Patricius ex Patricia familia & Ambrosius Picolomineus, ambo nobiles Senenses, eodem proposito secuti sunt. Ibi adicula cellulisque extructis, ordinis fundamenta iecit, facultatibus suis ei dicatis; asperamque cœpit in ieiunijs, vigilijs, & orationibus vitam ducere: viditque inter orandum scalam ad cœlos vsque pertingentem, angelosque descendentes monachos albi vestitus per scalam ad ipsum angelorum Regem eiusque genitricem candido amictu fulgentes deducere conspexit.*

d Ferrar. cat. sanct. Ital. die 21. aug. ex chron. Oliuetan. Ordinis montis Oliuetani initia. Ioannes Senens. Deiparæ ope oculo rum vsū adeptus. Cæleste visum illi obiectum

Cum autē multi in dies ad eū discipuli confluerent

esse

eo loquendi genere vsus, cum ante a inter Eduardum Regem Angliæ & Robertum regentem regnum Scotiæ, vel gerentem b se pro Rege Scotiæ, dicere consueuisset. Eaque appellatione contentus Robertus, qui inducias a Pontifice indictas literis, quibus regio nomine decoratus non fuerat, violarat c; has demum seruauit, vt ex Boethij paulo superius dictis colligitur: ac demum Anglia crudelissimo bello iactata conquieuit. Ferunt d tamen excitare, sed irrito conatu, nouas in eo regno turbas meditatum nebulonem, qui se verum Eduardi senioris Regis filium iactare ausus, Eduardum partum suppositititium esse deblaterabat: at a regijs ministris comprehensum laqueo esse præfocatum. Cæterum Eduardum hoc anno mille marcharum censum ob Angliæ & Hiberniæ regna sedis Apostolicæ beneficio obtenta pontificio ærario intulisse, Ioannis syngrapha de eo accepto VI. kal. iunij huius anni exaratum docet. e

a Ib. ep. 442.
b An. 5. p. 3 ep. tom. 69
c To. 2. ep. secr. 395.
Biennales induciæ inter Angliæ & Scotiæ Reges promulgatæ.
d Nvalsin. in Eduar. II.
Impostor se Regem dictitans supplicio affectus.
Solutus ab Eduar. Angl. & Hiber. census.
e An. 4 ep. com. 7552

43 Collustrata hoc anno est nouo splendore gloriæ Anglia adiecto solemni ritu a Pontifice sanctorum catalogo Thoma episcopo Herefordensi, de quo a nobis iam ante actum est f & insignia sanctitatis argumenta ab Harpsfeldio referuntur g: *Illum*, inquit, *crebra & paucis annis ad centum sexaginta tria post obitum miracula mirifice orbi commendarunt*. De eodē hæc Bernardus scribit h: *Anno Domini* MCCCXX. XV. *kal. maij apud Auinionem canonizauit, & sanctorum confessorum catalogo annotauit cum solemnitate in huiusmodi consueta, S. Thomam episcopum Herfordensem a transitu eius anno* XXXVIII. *qui fuit vir nobilis genere, nobiliorque vita & moribus præditus scientia & doctrina, doctor in decretis, & magister in theologica facultate. Cuius præclara & ingentia merita ingens fama virtutum tam præcedentium, quam sequentium miraculorum longe lateque declarat; non solum in beneficijs & remedijs sanitatum, verum etiam pluribus mortuis eius meritis suscitatis, in quibus mirificauit Dominus sanctum suum, & colendum exhibuit vniuersis*. Extant in eam sententiam in regesto pontificio literæ i quæ etiam in bullario typis mandatæ sunt, in quibus Pontifex nonnulla ad diuinæ maiestatis prouidentiæq; in sanctos commendationem præfatus, sanctissimi episcopi virtutes his verbis in luce collocat.

B. Thom. Hereford. in sanctor numero collocat.
f An. Chr 1287. n. 16.
g Harpsfel hist. Ang. eccl. 13. sæc. c. 21.
h Ber. chr. Rom. Pon. & M S. bibl. Vat. signat. n. 3765. in Io. XXII.
Ptol. Luc. in hist. eccl. M S. l. 24. c. 42. & alij.
i An. 4. p. 1 ep. tom. 1002. & bullar. in Io. XXII. const. 7.

44 *Sane beatus hic Thomas natione Anglicus, angelicus homo ipse de parentibus nobilibus & catholicis originem suam trahens, ab ætate primæua morum honestate præclarus, studijs literarum sic se dedicauit totaliter, sic in ipsis sollicite studuit & profecit, quod tam in humanis scientijs, quam etiam in diuina honorem magisterij est adeptus; postque doctrinæ suæ radios longe lateque diffundens, quamplures ad iustitiam erudiuit, velut luminare in mundo præfulgidum continens verbum vitæ. Ne autem terrenæ carnis inhabitatio deprimeret secum sensum cœlestia cogitantem, ipsam vt seruiret spiritui, vigilijs & abstinentijs, nec non pungenti cilicio, seu cibi & potus parsimonia continuo macerabat; abstinens a vino sæpius, sciens quod in ipso lubricum latet carnis. Sciens etiam, quod Deus se promittit in obiectum & præmium mundis corde, ab iuuentute sua castitatis pulchritudinem adamauit; propterea que mulierum consortia, quæ pretiosam viri animam rapiunt, ac ipsarum blanda colloquia prudentissime deuitabat: nouerat namque, quod propter mulieris speciem, a qua factum est peccati initium multi perierunt.*

Nobilis Anglus.
Doctoratus lauream receperat
Vt libidinis aculeos præfocare studuerit.

45 *Iste sanctus etiam vt alter Iob simplex, rectus, ac timens Deum, a Christo didicit esse mansuetus, mitis, corde humilis, & benignus. Misericordia nihilominus, quæ ab infantia secum creuit, erga pauperes & afflictos suæ pietatis viscera sic affecit, quod ipse verus pauper spiritu diues rebus illos largis sustentabat eleemosynis, istos vero crebris consolationibus refouebat: cum Apostolo namque Paulo infirmabatur cum infirmantibus, & cum patientibus scandalum vrebatur. Hic demum sanctus de innocente agno factus in Herfordiensi ecclesia bonus pastor, se ipso in mente maior effectus est, studens semper de virtute progredi in virtutem. Quo in tempore in Dei templo in virtutum culmine positus sic effulsit, quod merito gemma præsulum dici posset. Orationi vero insistebat assidue, ac sui feruorem spiritus demonstrabant in orationibus & celebratione missæ abundanter ex oculis lacrymæ defluentes. Commissas vero sibi oues perducebat ad pascua, & a lupis protectas rapacibus, pastasque verbo & exemplo pariter ad Christi caulas sedule reducebat. Iura vero suæ ecclesiæ defensabat indutus iustitia vt lorica: paratus namque pro sibi commisso grege animam ponere, non timuit in hoc principem, nec magnatem.*

Eius in pauperes liberalitas.
Quo zelo gregem pauerit.

Et quia dignum erat quod huic tam excellenti merito daretur æterna requies post laborem, cum pro suæ causis ecclesiæ ad Romanam peruenisset curiam, diem clausit extremum, receptis deuote prius ecclesiæ sacramentis. Sicque vir felix iste, ad Deum transmittendo spiritum, de peregrino & aduena factus est eximius cœli ciuis: & quod decebat multum diuinam potentiam maiestatis, vt sanctum hunc in cœlis regnare secum per signorum euidentiam fidelibus declararet, ipsum coruscare in terris miraculis multis fecit: quorum quædam fidelibus probata testimonijs ad Dei laudem & gloriam sancti huius duximus inserenda.

Pie obiit.

46 Adducit plura prodigia S. Thomæ episcopi suffragijs diuinitus patrata, quinque pueros varijs mortis generibus extinctos ad vitam reuocatos, varijs morbis implicitos valetudine donatos, contractis membrorum liberiorem vsum, cœcis oculorum lumen, gibbosis rectam corporis formam restituta. Quorum admiratione perstrictus Pontifex in has voces erumpit: *Hi sunt sancti tui, omnipotens Deus, qui tuo dono gratiæ semper virent, rubent vt rosa, candent sicut lilium, vt mel placent: currunt vt spiritus, fragrant vt balsamum, vt sol fulgent. Sic clemens Deus sanctum suum Thomam glorificans fidem firmat, nubilosos errores dissipat & confundit: ad superna nostros rapit affectus, amoris flammis succendit frigida corda nostra, &c.* Excitat cœlestes spiritus ab omni humana contagione segregatos, hominesque, ac præcipue Herefordiensem ecclesiam, tanto illustratam pastore, ad diuinas laudes concinendas; ijsque miraculis vitæque sanctitatis exemplis impulsum se ait e purpuratorum patrum consilio sanctorum honores Thomæ Herefordensi decreuisse, atque vniuersos fideles ad eius recolendam memoriam his verbis accendit: *Vniuersitatem vestram monemus & hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus* VI. *non. octobris festum confessoris eiusdem deuote & solemniter celebretis, vt pia eius intercessione & hic a noxijs protegi, & in futuro sempiterna gaudia consequi valeatis, &c.* Nonnulla indulgentiarum præmia sepulchrum recurrente quotannis ipsius, festo atque octo diebus ab eo euolutis adeuntibus proponit. *Dat. Auin.* XII. *kal. maij pontificatus nostri anno* IV. Hactenus de

Patrata ab illo diuinitus plura miracula.
Eximium eiusdem elogium.
Institutus sacer illius memoriæ dies VI. non. oct.
Sepulchrum venerantibus propositæ indulgentiæ.

ac vtrumque principem prælijs magis fessum, quam rebus pacatis, armis quieuisse. Verum cum e literis pontificijs diem ad tractandam pacem constitutam viderimus, ac sopitum bellum testetur auctor, initum aliquod concordiæ genus videtur.

40 Extant quidem eo argumento ad Eduardum a, tum ad Robertum Brusium b IV. kal. aug. pontificatus anno IV. hortatoriæ ad concordiam literæ, quibus apud Robertum, si regium nomen ipsi non ascriberet, se excusauit. At Robertus nullam se pacis mentionem admissurum professus est, nisi regio nomine ornaretur: & ne literas quidem pontificis, si eum titulum non ascriberet, excipere dignatus. Neque in dubiū reuocandū Robertum, Oddonis e Maladuno opera, cui liberi commeatus syngrapha x. kal. octobris huius anni, vt ad Sedem Apostolicam accederet, data c est, rem vehementissime vrsisse: adeo vt Ioannes, cum suam auctoritatem eludi intueretur, nec pontificias literas admitti in Scotia, nisi nomen regium Roberto deferret, concordiæ studio in literis regium titulum XII. kal. nouembris ascripsit d, professus se ea appellatione Eduardi iuribus, quæ in Scotiam obtineret, non detrahere.

a To. 3. p. 1 ep. secr. 386.
b Ib. ep. 387 & ep. 411.
Concordię studio regium nomen Brusio defert Pontifex.
c An. 5. p. 1 ep. com. 18
d To. 3. p. 1 ep. secr. 404.

Ioannes &c. charissimo in Christo filio Roberto Regi Scotiæ illustri.

Licet nobis non esset incognitum, quod per talem denominationem [regiam scilicet] nec poterat iuri dicti Regis Angliæ detrahi, nec tibi nouum aliquod ius acquiri, prout habet constitutio felicis recordationis Clementis Papæ V. prædecessoris nostri super hoc edita, cuius copiam tibi sub bulla nostra transmittimus; ne tamen, saltem quantum ad vulgi labia, videretur per denominationem eandem aliqualiter in ius dicti Regis impingere, dissensionis inter te & Regem ipsum super regno Scotiæ pendente negotio, aut Romanæ matris ecclesiæ, quæ suos processus, & actus in statera æquitatis appendens, inter dissidentes nihil immutare cum alterutrius præiudicio consueuit laudabili obseruantia derogare; ipsius iam dictæ denominationis titulum tunc de fratrum nostrorum consilio consulte prouidimus subticendum. Nunc vero vulgari murmuri postponentes veritatis essentiam, & ipsius ecclesiæ seruare morem in tui scandalum non curantes, tibi per præsentes sub intitulatione regia scribimus, vt per huiusmodi nostræ benignitatis amabilem condescensum ad condescendendum nobis in ijs, quæ placida sunt Regi pacifico, tuisque fructuosa compendijs, tuum facilius animum inclinemus, &c. *Dat. Auin.* XII. *kal. nouembris.*

Cauet ex eo Angliæ Regis iura non læsum iri.
Cur hactenus regium illi nomen denegarit.
Nunc tribuere assenserit.

41 Transmisit e alias eodem argumento literas ad Robertum ipsum, quibus Clementis V. constitutionem illam inseruit, qua cautum erat, Romanum Pontificem non censendum cuiquam regiam dignitatem confirmare, quamuis vel literis id nomen adscribat, vel alia quauis ratione vt Regem pertractet.

e Ib. ep. secr. 405.
Constitutio Clementis V. de ea re renouata.

Charissimo in Christo filio Roberto Regi Scotiæ illustri.

Ne tuam celsitudinem lateat constitutio, quam felicis recordationis Clemens Papa V. prædecessor noster super hoc edidit, quod Romanus Pontifex aliquem sub titulo cuiuslibet dignitatis, ex certa etiam scientia, verbo, constitutione, vel literis nominando, per hoc eum in illa dignitate non intelligitur approbare, aut quidquam eidem tribuere noui iuris; præsentibus inseri iussimus constitutionis prædictæ tenorem, qui talis est: *Si summus Pontifex scienter etiam cum excommunicato participet literis vel osculo, seu alio quouis modo, ipsum per hoc absoluere nulla ratione censetur, nisi se velle forsitan exprimat illum ex hoc pro absoluto haberi. Similiter quoque si quem sub titulo cuiuslibet dignitatis, ex certa etiam scientia, verbo, constitutione, vel literis nominet, honoret, seu quouis alio modo tractet, per hoc in dignitate illa ipsum approbare non intelligitur, aut quidquam ei tribuere noui iuris.* His ex Clemente repetitis, Ioanne diploma suum ita consignat. *Dat. Auin. VI kal. nouembris.*

Rom. Pōt si quēpiā regio nomine appellet, nō illi nouū ius cōparat.
Licet vt Regem tractet nō tamen cōfirmat.

42 Mulcere vero Eduardum studuit a vt æqui bonique acciperet, si Robertum pacis studio regio nomine cohonestaret: nec sui consilij esse ipsius iuribus quidquam detrahere; sed cum rerum necessitas exposceret, in eam demum sententiam descendisse: assentiretur itaque optimo consilio, nec se aliquorum inanibus verbis subornari pateretur.

a Ib. ep. 397.
Eduardū Ioannes pontificij in hac re consilij admonet.

Ioannes, &c. Eduardo Regi Angliæ illustri.

Ad nos est insinuatione fideli perductum, quod dilectus filius magnificus vir Robertus de Brus, regnum Scotiæ nunc gubernans, tantam concepit materiam scandali pro eo, quod in literis super reformanda inter te & ipsum desiderata concordia sibi missis non scripsimus eidem vt Regi, quod literas ipsas, quasi sibi non essent directæ, nedum recipere noluit; quin etiam cum dilectis filijs nostris Gaucelino tit. SS. Marcellini & Petri presbytero & Luca S. Mariæ in via lata diacono Cardinalibus A.S.N. pro ipsius reformatione concordiæ destinatis, inire tractatum hactenus recusauit: per quod executio tanti boni contra desiderij nostri votum non tam posset dispendium morosæ dilationis incurrere; quam totalis, quod absit, periculum impedimenti subire.

Quia igitur, sicut patet per constitutionem felicis recordationis Clementis Papæ V. prædecessoris nostri super hoc editam, cuius copiam fecimus præsentibus intercludi, per intitulationem huiusmodi non intelligitur alterutrius accrescere iuri vel detrahi, cum nec cognitionaliter imponatur, nec id habeat intentio nominantis; videtur nobis expediens, vt per id cœptum negotium, Deo auctore, desideratos fructus sortiatur & celeres, quod eidem Roberto sub regni tituli descriptione scribamus. Vnde super ipso negotio dicto Roberto nostras cum regia denominatione dirigimus literas per nūtios ipsos sibi, de tua tamen conniuentia, præsentandas; excellentiam regiam affectuose rogantes, tibique consulentes nihilominus bona fide, quatenus nostram rectam & puram intentionem attendens, eamque tuo prudenti consilio & spiritu quieto discutiens, eidem salubriter te conformare procures, non impediturus quominus per nuntios ipsos nostros pro tanti negotij consummatione, Domino disponente, felici literæ prædictæ ipsi Roberto sub denominatione regia, quæ tibi, vt præfertur, proficere non officere poterit, præsententur. Nec in his contrarium forte suggerentibus acquiescas, sed rectum sequendo iudicium, vulgi murmuri veritatis essentiam anteponas. *Dat. Auin.* XII. *kal. nouemb.*

Delato itaque Roberto Brusio regio nomine, adiecta ea contestatione, Pontifex biennales inducias inter Angliæ & Scotiæ Reges indixit b,

b Ib. ep. secr. 394.

eo

taque si qua in re lapsi essent venia, flexere Ioannem, vt censuras ad anni insequentis kal. aprilis dissolueret, vt excurrente illius temporis spatio Anglos inter & Scotos pax componi posset, ad quam agitandam dies fuerat constituta. Significauit mox Pontifex Eduardo Regi [a], archiepiscopo Cantuariensi [b], episcopo Norvvicensi [c], pluribusq; alijs præsulibus ac proceribus Anglis, [d] qua pacis studio in Robertum & Scotos in remittendis censuris clementia vsus esset; tum etiam Roberto, quid ipsius oratores apud sedem Apostolicam egissent, subiectis literis exposuit. [e]

Censuras dissolui impetrāt. De pace inter Anglos & Scotos agitatum.

a To. 2. p. 1 ep. secr. 391. b Ib. ep. 392. c Reg. post eand. ep. d Ib. ep. 390. e Sup. ep. secr. 388.

Ioannes, etc. dilecto filio Roberto, *dicenti se Regem Scotiæ, et gerenti pro Rege, spiritum consilij sanioris.*

Moleste ferre non debet tuæ magnitudinis prouidentia, si te Regem non asserimus Scotiæ, cum hoc nobis consuetudo curiæ, quæ duobus de regno aliquo contendentibus, neutri ascribit regij dignitatem nominis, interdicat: nec tuum debet adeo turbare animum, quod propter huiusmodi omissionem nominis nostras recuses recipere literas, & contenta in eis intelligere prætermittas. Nuper quidem dilecti filij Odoardus de Maubussone & Adam de Gordan milites, tui nuntij, ad nostram præsentiam venientes, literas tuas nostro apostolatui præsentarunt: quibus benigne receptis, & præfatis nuntijs audientia plene concessa, quæ ipsi coram nobis ex parte tua proponere voluerunt, audiuimus diligenter.

Pontificia apud Robertum excusatio, si regio nomine ipsū non exornet.

Continebant autem inter cætera literarum ipsarum series, quod Romani Pontifices prædecessores nostri Scotorum regnum tanto charitatis feruore dilexerant, quod regni eiusdem ecclesiam nemini voluerunt nisi Pontifici Romano subesse: nec in hoc prædecessorum dilectio quieuerat eorundem; sed regnum præfatum ac Reges ipsius multis decorauerant priuilegijs libertatum. Ad quorum beneficiorum plenitudinem promerendam semper in votis gesseras & gerebas, sacratissimæ sedi Apostolicæ in omnibus reuerentiam exhibere; in eadem subiuncto, quod super eo, quod citius ad nos tuos nequiueras nuncios propter impedimenta in eisdem expressa literis destinare, nec inuenire quos mitteres, excusatam habere tuam innocentiam dignaremur; adijciens in literis supradictis, quod aliquorum, licet hoc nequaquam credere posses, nos contra magnitudinem tuam tibique adhærentes fore commotos, relatio asserebat: cuius commotionis causam scrutari non poteras, nisi forsan illa esset occasio, quod literas, quas sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales ad partes ipsas transmissi tibi per ipsorum nuntios destinarant, absque procerum tuorum consilio aperire nolueras: nec ipsas postmodum, habito cum proceribus eisdem tractatu solemni, de consensu omnium admittere nolueras cum effectu; non quod mandatum nostrum contemneres, sed pro eo quod literæ supradictæ titulum regium non habebant: quamuis dictos nuncios cum reuerentia, qua decuit, admisisses. *Et infra.*

Vt exposuerint regij oratores, Scotiā sedis Ap. tantum beneficiariam.

Robertū velle debita Pontificibus præstare officia.

Cur pontificiæ literæ admissæ nō fuissent.

Postremo autem nobis per easdem literas supplicasti, vt te regnumque tuum habere dignaremur paternæ pietatis auxilio commendatos: & si aliquid per nos contra te processum existeret, reuocare de benignitate sedis Apostolicæ dignaremur; offerens te pariturum nostris beneplacitis & mandatis, prout dicti nuntij hic ex parte tua nobis plenius explicarunt. Ad hæc autem tuæ magnitudini breuiter respondentes fatemur, quod Romani Pontifices prædecessores nostri illius plenitudine charitatis, quam in tuis literis expressisti, erga ecclesiam, regnum, & Reges Scotię, qui fuerunt pro tempore, ferubuerunt: quorū vestigia, nisi per te & eiusdem regni incolas steterit, sequi intendimus, & abundantiori charitatis feruore prosequi, quam ipsi, regnum & eiusdem regni ecclesiam fuerint prosecuti, &c.

Apostolicis voluntatibus obsequi paratum exposuerint.

Quid responderit Pontif.

38 [Subdit merito se in ipsum commotum, cum non modo literas, quibus ad inducias sollicitabatur, ipse excipere respuisset; verum eius milites virum religiosum illas legatorum apostolicorum iussu deferentem expoliassent: non debere ipsum moueri, si regio nomine ornatus non fuisset in huiusmodi literis, cum Romanorum pontificum consuetudo id non ferret. Quod ad relaxandas incussas sententias attinet; respondet Roberto Pontifex, cum Cardinales illas induciarum violatoribus inflixissent, ipse vero easdem inducias infregisset, censuris se deuinxisse, ac iure Scotiam sacris interdictam; ipsum vero ijs contemptis diuina celebrari iussisse: ac licet exerceri in eum quæstio debuisset, fuisse tamen ipsi ad dicendam causam diem indictam: in qua cum non apparuisset, ex Cardinalium consilio fidelium consortio abactum, ac Scotiam interdicto ecclesiastico perculsam fuisse: tum nonnullis Cardinalibus quæstionis in ipsum exercendæ prouinciam impositam; deinde adijcit.]

Præteritarum iniuriarū iustas causas affert.

Censuræ seruato legum ordine inflictæ.

Verum quia præfati nuntij ad petendum relaxationem sententiarum huiusmodi, & alia faciendum, quæ natura negotij requirebat, mandarum aliquod non habebanr, ad relaxationem prædictam procedi de iure non poterat nec debebat: propterea nuntij memorati nobis iterata precum instantia supplicarunt, vt processum & inquisitionem huiusmodi iam inceptam suspendere, & publicationem & aggrauationem sententiarum ipsarum vsque ad kalendas aprilis proxime venturas supersedere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur intendentes, vt mansuetudinem dictæ sedis tibi reperias propitiam & benignam, de fratrum nostrorum consilio supplicationi prædictæ de speciali gratia duximus annuendum, &c.] Addit magna se lætitia perfusum, diem ad pacem ipsum inter & Eduardum conciliandam fuisse constitutam, atque Angliæ Regem literis ad eam firmandam adhortatum esse. *Dat. Auinione XVII. kal. septembris anno quarto.*

Qua ratione ad tēpus carere viribus iusserit.

39 De missis ad Pontificem a Roberto Brusio oratoribus meminit Hector Boethius [a], qui geminam legationem, alteram ad Pontificem, alteram ad Francorum Regem decretam ait, atque oratores e sententia apud Pontificem prouinciam confecisse: firmasse etiam cum Gallis vetera fœdera, quibus ad vtrumque regnum confirmandum illud adiunctum refert: *Ad antiquas fœderis leges cum Gallis id additum, si alterutrius Regis soboles deficeret, nec regni certus constaret heres, tum per primores id regni arbitros discuteretur; & non solum quemque non declaratum Regem regnum occupare non permitteret, sed summa vi, si esset opus, præsentia etiam sua probiberet: declaratum vero non minus defenderet, quam non declarato obsistendum esset. Quæ vt apud posteros etiam rata essent, sumpto sacrosancto Christi corpore iureiurando ea vtrinque confirmarunt, & a Pontifice probanda curauerunt.* Addit auctor, restinctum ex eo tempore Scotos inter & Anglos bellum,

a Boet. l. 14.

Vetera Gallos inter & Scotos redintegrata fœdera.

Qua religione cōfirmata.

abnuere, non annuere merito curassemus. De Alfonso Santij prædicto testimonium similiter perhibemus, quod nunquam nobis contra præfatum Alfonsum, seu contra quemuis alium ad nos vel alium, nobis scientibus, eius literæ peruenerunt. Immo nec pro se nec pro alio tenet nostra memoria, quod recepimus scripta sua, &c. [Hortatur ipsos, vt falsis eiusmodi rumoribus auersas aures præbeant, studioque omni potius & opera contendant, vt Alfonsus tanto patri obsequatur, vicissimque Dionysius filium paterno amore complectatur; Alfonsus vero Santius Alfonsum vt dominum colat, atque Alfonsus Lusitani sceptri heres illum vt fratrem debita beneuolentia prosequatur; depulsaque omnis odij suspicione mutua pax & concordia reflorescat.] *Dat. Auinione IV. id. septembris anno V.*

Regiæ familię principes ad mutuum amorem cohortatur.

34 Plena turbarum etiam erat Castella a ob Ioannis & Petri principum, impuberis Alfonsi tutorum mortem, proceribus fidei oblitis ad rerum fastigium annitẽtibus: cum enim Reginæ imbecillitas, grauissimis regni curis impar, plerisque contemptui esset, Ioannes Emanuel remotior stirpe, sed florens opibus regioque sanguine satus, regiæ procuratoris prouinciam inuasit iniuria, ac maximos motus peperit: eoque discordia progressa, vt non prouinciæ modo, sed etiam vrbes factionibus scissæ magnos studio partium tumultus mouerent. Cum Romanus Pontifex de calamitoso adeo rerum statu certior factus, Ioannem Emanuelem apostolico zelo monuit, vt tutoris nomine abstineret; Compostellanoque & Toletano archiepiscopis, atque episcopo Burgensi prouinciam dedit, vt ad sopiendas b inter principes dissensiones summum studium collocarent, ac Ioannem c Emanuelem a cœptis abducerent.

a Mariã l. 15. c. 17. Castella in discrimen adducta.

Pontifex opem ferre satagit. b An. 4. p. 1 ep. com. 138. 139. c An. 5. p. 1 ep. cur. 31. d An. 5. p. 1 ep. com. 189.

35 Perstrictus ambitione Ioannes Emanuel monitis aures auertebat d atque in dies dissensio maiores inferebat calamitates: *hinc*, vt deplorat Hispanicarum rerum scriptor e, *scelerum licentia, cædes, latrocinia, luctuosissima rerum facies: a potentioribus tenuiores opprimebantur, regia vectigalia domum auertebant magistratus principesque, infame latrocinium, turpissimum peculatum; nullum erat genus mali, quod ea prouincia non pateretur.* Vt his mederetur Christi vicarius, cui pupillorum ac viduarum cura incumbit, Guillelmum Sabinensem episcopum Cardinalem A. S. L. summa pro fungendo eo munere rebusque componendis auctoritate instructum misit f; tum præcipue vt coitiones dissolueret g, iniusta rescinderet sacramenta, tumultuantes comprimeret; censurisque ecclesiasticis nobiles viros Castellam turbantes, ac sentientes cum ijs populos percelleret. Inter eos tumultus nonnulli spargendarum impune hæreseon occasionem aucupati, liberius vomebant virus: in quos eorumque studiosos Cardinalem legibus agere Pontifex iussit h.

Ioannes Manuel administrationẽ abijcere recusat. e Marian. vbi sup.

f An. 5. p. 1 ep. cur. 34 g Ib. ep. 67

Hæreticos comprimi iubet Põt. h Ib. ep. 35

Quod vero ad Ioannem Emanuelis maximum turbarum auctorem spectat; cum is in prouinciam Granatensi regno finitimam contra Reginæ Mariæ Regis Alfonsi auiæ, ac procerum voluntatem abijsset, ac noua moliretur, Carpetaniam & eam Lusitaniç partem, cui Extremaduræ nomen est, inuasisse refert Ioannes i Mariana i: quocirca Pontifex eundem principem monuit officij, vt tutoris nomen exueret, ac publicæ paci consuleret: Guillelmo vero Cardinali prouinciam dedit l, exaratis II. non. decemb. literis, vt si princeps monitis ad munus, quod inuaserat exuendum flecti non posset, rescissis contrarijs prærogatiuis, obiecto censurarum ecclesiasticarũ terrore, ad officium adduceret, omnesque coitiones ac fœdera, quæ reuocandæ concordiæ obsisterent, auctoritate apostolica conuelleret.

Ioannes Manuel. i Marian. vbi sup. l An. 5. p. 1 ep. cõ. 189.

Eum ad officiũ reuocare mittit Pont.

Apostolicum etiam studium adhibuit a Ioannes, vt imminens bellum, quod in Regis Balearium terris, in quibus nonnulli nobiles ipsi infensi amplissima prædia obtinebant, concitandum videbatur discuteret, inducias semestres inter Amalricum Narbonensem comitem aliosque dissentientes indixit.

a An. 4. p. 2. ep. com. 1277.

36 Iactabatur hæc inter Scotico bello Anglia, & licet Pontifex incendij flammam omni opera restinguere esset conatus, incussisset censuras b, ac fieri sacra in Scotia vetuisset, indixisset etiã apostolica auctoritate inducias, vt earum beneficio facilius concordia reuocaretur; adeo tamẽ mutuo odio efferati erant animi, vt armis non abstinerent, ac præcipue Scoti præteritis elati victorijs in Angliam facta irruptione late populationem inferrent: quos etiam hoc anno ad Eboracum infesto agmine excurrisse, ac Ioannem e Britannia comitem Richemundiæ cepisse, refert Vualsinganus c. Pontifex itaque cum antea nonnullos præsules ob violatum ecclesiasticum interdictum, atque Robertum Brusium ob non seruatas inducias factasque in Anglia populationes, templa euersa, direptaue iudicio postulasset, neque ij die constituta ad dicendam causam coram sede Apostolica comparuissent; Pontifex S. Andreæ, Dunchelnensem, Arbordensem, & Morauiensem ob peracta non rite diuina, cum indictum sacrorum iustitium fuisset, damnatos contumaciæ defixit d anathemate: atque etiam in Robertum Brusium ob spreta toties imperia apostolica sententiam subiecta forma verborum conceptam tulit e, in qua, recensitis patratis ab eo in bello malis, subdit.

Scoticũ in Anglos bellum. b An. 4 p. 3 ep. com. 318. 319. 320.

c Vualsin. in Edu. II

Præcipui Scotiæ præsules notati anathemate.

d To. 2. p. 1. ep. secr. 553. e Ib. ep. secr. 554. et an. 4 ep com. 1012.

Dictus Robertus tantis excessibus contemptum contumaciæ superaddens, per se vel per procuratorem idoneum comparere in eodem termino coram nobis, & postmodum expectatus diutius, non curauit. Propter quod ipsum de fratrum nostrorum consilio reputamus & pronuntiamus, exigente iustitia, contumacem & fore contra ipsum tanquam contra contumacem merito procedendum. Ideoque cum eisdem fratribus deliberatione præhabita, primo tam ad ipsius Roberti conuincendam malitiam, & contumaciam prægrauandam in audientia nostra publica; quam etiam in consistorio in dictorum fratrum & aliorum astantium præsentia, præmissis solemnibus tribus requisitionibus seu proclamationibus, si aliquis esset, qui pro dicto Roberto *vellet, vt præmittitur, comparere, vel eius in hac parte contumaciam excusare, vel pro ipso aliquid allegare; & cum nullus eum ipso procurator, vel excusator seu nuncius compareret, in eundem* Robertum *excommunicationis sententiam propter huiusmodi ipsius contumaciam manifestam, exigente iustitia, de ipsorum fratrum consilio promulgauimus; ad pœnas alias contra eum, prout & quando nobis & eisdem fratribus nostris expedire videbitur, processuri, &c.* Vetat quemuis ipsum anathemate nisi in vrgente mortis discrimine absoluere. *Dat. Auinione XVI. kal. iulij anno IV.*

Robertus Brusius damnatus contumaciæ.

Defigitur anathemate.

37 Contulere f se ad sedem Apostolicam proximo ab ea lata sententia tempore Roberti Brusij oratores, vt Pontificis ei animum conciliarent; ac propositis suæ causæ argumentis, peti-

f To. 2. p. 2 ep. secr. 388 Missi a Roberto ad Pont. oratores.

Diuina in præsulem qui obstiterat vltio. a Cantip. l.1.c.3.

pium illud facinus retardarat, refert Cantipratensis a: sed Iudæorum improbitate thalmudica impietas repullularat.

Magica gesta grassantur in Gallia Narbon. b Extr. apud Io. xxii. an. 15.p.2.ep. cur. 2.

31 Nec ad hanc modo, verum ad magicam excindendam nauata est hoc anno opera: quippe censores fidei ampliore instructos auctoritate, vt in eos acerbe inquirerent, ostendūt episcopi Sabinensis literæ b, quarum exemplum subjicio.

Frater Guillelmus, miseratione diuina, episcopus Sabinensis religioso viro.. inquisitori hæreticæ prauitatis in partibus Carcassonensibus salutem in Domino sempiternam.

Execranda magorum opera.

Sanctissimus pater noster & dominus dominus Ioannes, diuina prouidentia, Papa XXII. optans feruenter maleficos infectores gregis dominici effugare de medio domus Dei, vult, ordinat, vobisque committit, quod auctoritate sua contra eos, qui dæmonibus immolant, vel ipsos adorant, aut homagium ipsis faciunt, dando eis in signum chartam scriptam, seu aliud quodcumque; vel qui expressa pacta obligatoria faciunt cum eisdem, aut qui operantur vel operari procurant quamcumque imaginem vel quodcumque aliud ad dæmonem alligandum, seu cum dæmonum inuocatione ad quodcumque maleficium perpetrandum; aut qui sacramento baptismatis abutendo imaginem de cera, seu re alia factam baptizant, siue faciunt baptizari, seu alias cum inuocatione dæmonum ipsam fabricant quomodolibet, aut faciunt fabricari, aut si scienter baptismus seu ordo vel confirmatio iterantur; item de sortilegis & maleficis, qui sacramento Eucharistiæ, seu hostia consecrata, necnon & alijs sacramentis ecclesiæ, seu ipsorum aliquo quoad eorum formam vel materiam, vtendo eis in suis sortilegijs seu maleficijs abutuntur; possitis inquirere, & alias procedere contra ipsos: modis tamen seruatis, qui de procedendo cum prælatis in facto hæresis vobis a canonibus sunt præfixi. Ipse namque dominus noster præfatus potestatem inquisitoribus datam a iure, quoad inquisitionis officium contra hæreticos; necnon & priuilegia ad præfatos casus omnes & singulos ex certa scientia ampliat et extendit, quoadusque duxerit reuocandum. Nos ita præmissa omnia vobis significamus per has nostras patentes literas de præfati domini nostri Papæ speciali mandato, facto nobis ab ipso, oraculo viuæ vocis. *Datum Auinione die xxii. mensis augusti anno Domini MCCCXX. pontificatus prædicti domini Papæ anno IIII.*

Eorum abusus circa sacramenta.

Censores fidei in hos iussi inquirere.

Incubuere magno studio ad coercenda hæc magorum scelera Narbonensis archiepiscopus eiusque suffraganei, ac fidei censor. Nec tamen tot execrabilium errorum radices euellere potuere; quare euoluto post decennio Pontifex, *intellecto*, vt ait, *quod errores & abominationes in eisdem literis comprehensi in partibus illis, de quibus in literis ipsis habetur mentio, adhuc vigent*; apostolico accensus zelo edita a præsulibus & inquisitore acta, iudiciaria in magos, ad se transmitti iussit c, vt ad resecanda ea mala grauiores curas adijceret. Hactenus de impietate excindenda e Gallijs: nunc reliqua ad hunc annum spectantia percurramus.

Pōtificiæ ad hæc mala abolenda curæ.

c Io. vbi sup.

32 Debilitata in Hispania ex accepta superiore anno a Granatensibus clade Christiana res fluctuabat, nec metus aberat Saracenos Africanos ea excitatos victoria magno agmine in illa regna irrupturos. Ad quorum anteuertenda consilia propulsandosque conatus Pontifex operam dedit a, vt classis validissima compararetur, quæ ipsos traiectu arceret. Attribuit itaque Dionysio Regi Lusitaniæ triennalem decimam ex sexennali in Viennensi concilio indicta, in illius classis sumptus conuertendam. Tum religiosorum equitum S. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, & Hospitalariorum ordines egregie instructas copias pro tutando ab excursionibus barbarorum Christiano limite suis sumptibus alere iussit b. Nec deerant officio Montesiæ equites, quos flagitante Iacobo Rege Aragonum lineis in bello vti permisit c, ne bellicis laboribus succumberent.

Classis ad arcendos Hispania Africanos cōparata.

a An.4.p.1 ep.cō.818.

b An.5.p.1 ep. cur. 101.

Permissū Montesiæ equitibus lineis in bello vti.

c An.4.p.1 ep. com. 935.

Cum vero nostrorum discordiæ vires augerent barbarorum, conuertit Ioannes apostolica studia, vt principes in concordiam adduceret. In Lusitania quidem adeo furor exarserat, vt necdum post plures annos odiorum flamma restincta esset. Petebat armis parentem Alfonsus, suspicatus Dionysium meditari sceptrum in Sanctium spurium transfundere; ac falsus rumor ipsius iras inflammabat, postulatum precibus a Pontifice, vt rem auctoritate apostolica probaret. Cum vero ea fama longe a veritate abhorreret, publicis literis Ioannes susurronum artes damnauit d, contestatusque est nunquam aliena ab æquitate huiusmodi preces sibi porrectas esse, quo præferocem principis animum, atque ira in nothum fratrem incensum mulceret.

Alfonsus falso rumore in Dionysium patrem Regem concitatus.

d An.5.p.1 ep.cur.2.

Ioannes, &c. venerabilibus fratribus vniuersis patriarchis, archiepiscopis, episcopis &c.

33 Nuper ad aures nostras multorum non contemnenda relatione perducto, quod nonnulli belial filij, hostes pacis, æmuli charitatis inter charissimum in Christo filium nostrum Dionysium Regem Portugalliæ illustrem & dilectum filium magnificum virum Alfonsum eius primogenitū, ac inter Alfonsum prædictum & dilectum filium nobilem virum Alfonsum Santij naturalem filium dicti Regis zizaniorum semina falsis suggestionibus spargere satagebant, asserentes quod Rex præfatus nobis supplicauerat, vt dispensare cum eodem eius naturali filio deberemus, quod non obstante defectu natalium successionem regni posset velut legitimus obtinere, quodque multa Alfonsus prædictus nobis scripserat contra ipsum; nostro præfato ingessit horrorem auditui, paternū amaricauit animū non indigne relatio supradicta. Quis enim absque amaricatione recenseat inter tanta necessitate coniunctos falsis præsumere inuentionibus iura sanguinis violare? Quis animo non amaro consideret, quod quis vnigenitum filium prouocet contra patrem, patrem dicimus vtique solicitum & attentum, vt in regno opulento & pacifico suum relinquat vnigenitum successorem? Quis amare non ferat contra fratrem suum naturalem legitimum filium irritare?

Tulerat is rumor Dionysiū flagitasse a Pont. vt sceptrum in filium spurium transfunderet.

Profecto, fratres & filij, hæc sunt membrorum sathanæ opera, qui odium diligunt, & charitatem execrantur ac pacem. Propter quod nos conatibus talium obuiare volentes, cum vicarij eius simus, licet immeriti, qui de sinu Patris descendit in mundum, vt perhibeat testimonium veritati, vt commissi nobis officium exequamur; super præmissis in eius conspectu, qui veritas est & vita, testimonium perhibemus, quod nunquam ex parte Regis prædicti vel cuiusuis alterius, scripto vel verbo, super dispensatione prædicta nobis extitit supplicatum; & si supplicat in per quosuis super hoc extitisset, ipsi profecto supplicationi ab-

Contestatur Io. nūquam sibi iniustas adeo preces porrectas.

relaxauit habenas: ipsi etenim librum quendam maligna fraude compositum habere dicuntur, quem talmutz vulgariter nuncupant, abominationes, falsitates, infidelitates, & abusiones multimodas continentem. In hoc quippe libro suum continuant studium, & circa ipsius nefaria dogmata ipsorum praua solicitudo versatur. Illius insuper doctrinæ lethiferæ proprios ab annis teneris filios deputant, vt huiusmodi venenosis pabulis imbuantur, eosque instruere & informare non metuunt, quod magis in libro contentis eodem, quam expressis in lege Mosaica credi debet, vt ijdem filij, Dei filium fugientes, per deuia infidelitatis exhorrescant, & ad veritatis semitam non accedant. Præfati quoque Iudæi non solum mentes fidelium ad eorum sectam pestiferam allicere moliuntur, verum etiam eos, qui salubri ducti consilio infidelitatis abiurantes errorem ad legem catholicæ fidei conuolarunt, donis multimodis ad apostatandum inducere non verentur: quorum aliqui, dolosa Iudæorum ipsorum seducti malitia, publice illis cohabitant iuxta ritum & legem ipsorum, in parochijs, in quarum ecclesijs renati sacro fonte baptismatis extiterunt, sæuam immo nequissimam vitam ducunt in nostri Redemptoris iniuriam, fidelium scandalum, & derogationem fidei Christianæ; ac etiam nonnullos ex talibus ijdem Iudæi ad alia loca nequiter destinant, vt ibi tanquam incogniti ad suam perfidiam reuertantur.

Iudæorũ vesania circa talmudicos libros.

29 Nec omittit Iudæorum ipsorum nequitia, quin orthodoxæ fidei cultores quolibet die sabbati ac alijs solemnitatibus eorundem inuitet, ac instanter inducat, vt in synagogis ipsorum officium audiant, illudque iuxta ritus sui consuetudinem solemnizent, rotulo inuoluto membranis seu libro, in quibus lex eorum conscripta consistit, reuerentiam exhibentes: quamobrem plerique Christicolæ cum Iudæis pariter iudaizant. Præsumunt quoque præfati Iudæi Christianos in sua familia retinere, quos in diuinæ maiestatis opprobrium diebus dominicis & festiuis operibus occupari seruilibus, a quibus est potius abstinendum, nefaria iussione compellunt. Admittunt autem in suis domibus Christianas ad ipsorum infantes seu pueros educandos, & tam ijdem Christiani, quam Christianæ Iudæis cohabitant, eisque conuiuunt; sicque dum opportunitas suggerit, & prauis actibus tempus fauet, Iudæorum mulieribus Christiani, & Iudæi Christianorum fœminis infausto commercio commiscentur. Alij etiam Christiani vicissim in domibus proprijs sæpe conueniunt, vt dum simul commessationibus & potationibus vacant, erroris materia præparatur. Singulis quoque diebus in orationibus, vel verius execrationibus suis, in maledictionem Christianorum damnabili præsumptione prorumpunt, alia nonnulla committendo nequissima, quæ noscuntur in offensam Dei, & animarum Christianorum dispendium redundare. Verum etsi nonnulli ex vobis sæpesæpius fuerint, prout asseritur, requisiti vt super his opportunum remedium curarent adhibere, id tamen efficere neglexerunt: de quo tanto propensius admirari compellimur, quanto ex debito pastoralis officij se paratiores & efficaciores exhibere tenentur ad vlciscendas nostri Saluatoris iniurias, & hostium fidei Christianæ conatus nefarios reprimendum.

Eorũ fraudes ad Christianos ad Iudaismum pelliciendos.

Impudicitia in ijs contaminandis.

Impietas in euomẽdis blasphemis vocibus.

30 Cum itaque non sit tam pestilens & periculosus morbus aliquatenus contemnendus, nequod absit, relictus neglectui tractu temporis conualescat; & aduersus tantæ tamq; damnabilis temeritatis audaciam promptis teneamini consurgere animis, & ad eius repressionem & confusionem omnimodam efficax studium operamque solicitam impertiri, vt frænatis huiusmodi peruersis ausibus, catholicæ fidei dignitas gloriosis proficiat incrementis; fraternitati vestræ per apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus super præmissis et singulis præmissorum per inhibitiones & pœnas spirituales & temporales, aliosque modos, de quibus expedire videritis, in prædicationibus vestris ex his & ijs, & ad hoc temporibus congruis per vos vel alios exprimendos, studeatis iuxta officij vestri debitum ita efficaciter, & solicite prouidere, vt morbus huiusmodi per adhibendæ medicinæ remedium computetur; vosque proinde apud æterni Regis clementiam præmium consequi valeatis, ac nos vestram curiosam solertiam, & diligentiam vigilantem dignis in Domino laudibus attollamus. Quod autem in hac parte feceritis, nobis per vestras literas plenius intimetis. *Datum Romæ apud S. Sabinam XIV. kal. decembris pontificatus nostri anno secundo sub anno Domini* MCC. LXXXV. Item.

Honorij ad hæc mala abolẽda zelus.

Data Anglic. præsulibus imperia.

Oddo miseratione diuina Tusculanus episcopus, Apostolicæ sedis legatus vniuersis præsentes literas inspecturis salutem in Domino.

Nouerit vniuersitas vestra, quod nos Parisijs anno Domini millesimo ducẽtesimo XLVIII. id. maij super quibusdam libris Iudæorum, qui talmutz appellantur, præsentibus magistris Iudæorum & ad hoc vocatis, diffinitiuam sententiam protulimus in hunc modum.

Oddonis Card. legati sentẽtia in talmudicos libros lata.

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Amen. Exhibitis auctoritate apostolica a magistris Iudæorum regni Franciæ quibusdam libris, qui talmutz appellantur, quos inspeximus & per viros discretos & expertos in talibus, Deum timentes & zelum habentes fidei Christianæ fecimus inspici diligenter: quia eos inuenimus errores innumerabiles, abusiones, blasphemias, & nefaria continere, quæ pudori referentibus, & audientibus sunt horrori, in tantum quod prædicti libri secundum Deum sine fidei Christianæ iniuria tolerari non possunt; de consilio bonorum, quos ad hoc specialiter duximus euocandos, pronunciamus prædictos libros tolerandos non esse, nec magistris Iudæorum restitui debere: & ipsos sententialiter condemnamus. De alijs vero libris nobis non exhibitis a magistris Iudæorum, licet a nobis super hoc pluries fuerint requisiti, vel etiam non inspectis, plenius cognoscemus loco & tempore, & faciemus quod fuerit faciendum. Nomina autem illorum, de quorum consilio prædicta sententia lata fuit, sunt hæc: venerabilis pater Guillelmus Dei gratia Parisiensis episcopus, &c. quorum sigilla apposita sunt præsentibus vna cum nostro in testimonium huius rei. *Dat. anno Domini* MCC. XLVIII. *mense maij.* Subdit Ioannes. *Dat. Auinione* II. *non. septembris pontificat. nostri anno* IV. Earundem porro Clementis, & Honorij Pontificum, atque Oddonis Cardinalis literarum, quibus talmutz Iudæorum damnatum est, exemplum Tolosano archiepiscopo atque Parisiensi episcopo, apostolico Ioannis diplomati insinuatum, transmissum fuisse, testatur pontificium regestum.

Sane omnes thalmudicos libros exustos Parisijs S. Ludouici Regis imperio, cum diuina vltione percussus fuisset præsul regiorum consiliorum particeps, qui Iudaico auro corruptus

pium

Talmudicos libros eripere Iudæis simulq; abolere.

eosque talmutz & libros eis prius cum aliquibus de Minorum, Prædicatorum ordinum fratribus, ac alijs prudentibus & peritis viris, quos in lege Domini noueritis eruditos, diligenti examinatione discussis; vel illos ex eisdem, quos eosdem blasphemias, vel errores, aut imprecationes, seu falsitates repereritis continere, igni comburatis, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis: attentius prouisuri, vt vna simul in dicto consilio sic prouide, sic consulte in huiusmodi negotio procedatis, quod in eisdem ciuitatibus & diœcesibus vestris mandatum nostrum huiusmodi circa talmutz & librorum assignationem huiusmodi, vobis integre faciendam, vno eodemque tempore celeriter effectum executionis debitæ sortiatur, ne Iudæorum ipsorum fallacia dictos libros quomodolibet valeat occultare. Tenores autem literarum & pronuntiationis prædictarum tales sunt.

Clem. IV. contra Iudæos constitutio.

25 *Clemens episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus archiepiscopo Terraconensi, & suffraganeis eius salutem & apostol. benedictionem.*

De illorum ob Christum enecatum dispersione.

Damnabili perfidia Iudæorum propter ingratitudinis vitium olim merito reprobata, & synagogæ dato libello repudij suæ visitationis tempus agnoscere contemnenti, cœcus ille populus, qui peccatum peccauit; iuxta Ieremiæ vaticinium, instabilis est effectus; immo vagus & profugus super terram velut fratricida Cain, qui eiectus fuit a facie Domini, quasi maior eius esset iniquitas, quam vt posset veniam promereri. Huiusmodi namque miserabilis populus Patris æterni filium dominum Iesum Christum, qui secundum carnem factus est ex semine Dauid, prout ante in scripturis sanctis promiserat per prophetas, frater ipsorum erat, & ad participium hereditatis æternæ illos vocare venerat tanquam ad oues, quæ perierant domus Israel; non solum nequiter negauerunt, dicentes in sua desipientia: *Non est Deus*; verum etiam cæsum, flagellatum, & crucifixum impie occiderunt, eius sanguinem super se ac suos detestabiliter imprecantes. Verum cum dispersiones Iudæorum ipsorum adhuc noluerint intelligere vt benefaciant, cum ipsis satis humaniter agitur, quod inter fideles absque grauibus contumelijs viuere permittuntur. Sed ecce praua ista generatio, dum cohabitationem eius pietas sustinet Christiana, dum ipsam ex quadam benignitate receptat, se ingratam inde constituit, & nociuam reddens pro gratia contumeliam, pro familiaritate contemptum, & pro beneficijs illa stipendia, quæ mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu suis hospitibus iuxta vulgare prouerbium largiuntur.

Cœcitate & ingrati animi vitio.

Aragoniæ Iudæi; talmud. addicti.

26 Dolentes quidem audiuimus & narramus, quod Iudæi de regno Aragoniæ, lege veteri prætermissa, quã per Moysem suum contulit maiestas omnium Conditoris, quandam legem aliam, seu traditionem, quam talmutz vocant, falso tradidisse Dominũ cõfingunt: in cuius amplo volumine per orbis latitudinem destinato, quod textum noui & veteris testamẽti excedere dicitur, abusiones fere innumerabiles, ac detestabiles blasphemiæ contra eundem dominum Iesum Christum, & genitricẽ eius beatissimam continentur; quorum relatio vel auditus sine interuentu pudoris & horroris grauissimi vix potest ab aliquo sustineri: maledictiones quoque grauissimæ, ac imprecationes horribiles, quæ ab eisdem Iudæis ingratis & perfidis contra Christianos emittuntur quotidie in dicta lege seu traditione damnabili, sunt ascriptæ. Quid plura? Huiusmodi & alia detestanda, quæ in dicta lege vel traditione profana sunt damnabiliter annotata, præcipua esse censetur ea causa, propter quam prædictus fatuus & infidelis populus in sua stetit perfidia obstinatus.

Vt exotiens nonum in fidẽ scandalum excindere Clem. IV studuerit.

27 Quia vero his & alijs abusionibus eorundem, quæ vt accepimus, nimis excrescunt, non sine detrimento catholicæ fidei quoscumque fideles, sed nos præcipue, qui constituti sumus in specula, vt resistamus ascendentibus ex aduerso, decet tam congruis quam festinis remedijs refragari; fraternitati vestræ per apostolica scripta in virtute obedientiæ firmiter præcipiendo mandamus, quatenus aduersus prædictos Iudæos super præmissis prudenter & viriliter insurgentes, charissimum in Christo filium nostrum Aragonum Regem illustrem, & omnes barones, nobiles, & balliuos regni & terrarum ipsius moneatis, & inducatis attente barones, nobiles, & balliuos eosdem, ad hoc per censuram ecclesiasticam, si necesse fuerit, appellatione postposita compellendo, vt a Iudæis sibi subditis totam talmutz cum suis additionibus & expositionibus, & omnes eorum libros vobis faciant exhiberi. Quibus exhibitis, illos ex eis, qui de textu bibliæ & alios, de quibus nulla sit dubitatio quod blasphemias vel errores contineant seu etiam falsitatem, Iudæis restituatis eisdem: cæteros vero sigillis vestris, vt expedit, consignatos in aliquibus tutis locis, quibus vobis videbitur, deponatis custodiendos fideliter, donec super his consulta sedes Apostolica ordinet in posterum, quod de ipsis *... fieri opportunum.

Talmudicos omnes libros implorata regia potẽtia eripi Iudæis iusserit.

* senserit

Volumus autem, quod tam examinationem librorum, quam huiusmodi restitutionem, consignationem, & depositionem cæterorum in præsentia & de consilio fratrum Prædicatorum & Minorum, aliarumq; personarum, quæ licentiatæ sint & prouidæ, faciatis; prouiso attentius, vt condicto consilio cum prædicto Rege alijsque personis idoneis, prout fuerit opportunum, commissum vobis tam pium & salubre negotium taliter ordinetis, ac ita prudenter & caute procedatis in ipso, quod id, vbicumque contingat fieri, simul & eodem tempore fiat, ne Iudæorum ipsorum fallacia dictos libros quomodolibet valeat occultare; sed nostrum in hac parte potius mandatum executionis votiuæ pulchritudinem consequatur. Ad hæc autem dilectus filius noster Paulus, dictus Christianus, de ordine fratrum Prædicatorum lator præsentium creditur non modicum profuturus, tum quia ex Iudæis trahens originem, & inter eos literis Hebraicis competenter instructus, linguam nouit & legem antiquam, ac illorum errores; tum etiam quia de sacro fonte renatus zelum habet fidei catholicæ, & eruditus occurrit laudabiliter in theologica facultate. Præceptum igitur nostrum in hac parte implere taliter studeatis, vt exinde dignis laudibus & fauoris augmento vestra sinceritas habeatur. *Datum Viterbij id. iulij pontificatus nostri anno tertio sub anno dominicæ incarnationis* M. CC. LXVII. Item.

Alia Honorij contra Iudæos Angl. constitutio.

28 *Honorius episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus archiepiscopo Eboracensi, & eius suffraganeis salutem & apostolic. benedictionem.*

Nimis in partibus Anglicanis, prout accepimus, Iudæorum damnata perfidia in nostri contumeliam creatoris & detrimentum catholicæ fidei nefandis actibus & horrendis operibus re-

antedictis, qui velle se asserunt transfretare per terras consistentes & loca tuæ iurisdictioni subiecta, quod a præmissis desistant, quousque de dicto negotio, Deo dirigente, fuerit ordinatum pro diuina & Apostolicæ sedis reuerentia, studeas coercitione debita cohibere. *Dat. Auinione* III. *kal. iulij anno* IV.

a To. 2. p. 3 ep. secr. 240.

E pluribus regnis concurrerant Pastorelli.

23 Visus a est initio Philippus Francorum Rex cruceatæ expeditionis studio, cui se deuouerat, Pastorellis fauere: qua de re graues querelas Ioannes apud Gaucelinum A. S. L. agentem in aula Gallica fudit, cum non crucesignati, sed lupi rapaces & homicidæ potius appellandi essent. Nec modo e Gallijs, sed ex alijs quoque regnis ea popularis fæx consurrexerat in arma: de Anglis enim Vualsingamus b ait, plures transfretasse in Gallias; cumque in finitimas mediterraneo mari prouincias peruenissent, ac deessent naues, temerarium consiliũ abijcere coactos: Bernardus c vero, qui hæc oculis hausit, dissipatos illos testatur, cum ob grauia scelera ac direptiones agrorum (nullis enim stipendijs sustentatis nisi rapto viuere supererat) magistratus in se asperassent, ac pluribus ex ijs necatis suspendio, reliquos vt fumum euanuisse; de quibus hęc Iordanus refert d: MCCCXX. *congregatio multorum facta est valde periculosa in Gallicanis partibus, qui Pastorali vocabantur. Hi omnis superioris potestatis iugum excusserant, & vt necessitatibus suis consulerent & auaritiæ, Iudæorum bona capiebant, si baptizari nolebant, & eis mortem inferebant: locis & castris, per quæ transibant, violentias inferebant & damna, maxime in bonis clericorum. Contra hos & fautores eorum camerarius domini Papæ per religiosos mandauit prædicationes fieri: cito autem incomposita & agrestis illa multitudo euanuit.*

b Vualsing in Edu. II.

c Ber. chr. Rom. Pon.

Breui dissipati.

d Iord. M. S. bib. Vat. sign. n. 1960.

Iudæos persequũtur.

Tum in Aquitania accidisse ferunt, vt quingenti ex Iudæis in turrim se reciperent, quibus circumsessis a Pastorellis cum nullum effugium pateret, versi in desperationem, iacta sorte, vnum elegere, qui reliquis gulam frangeret; sed cum is ætate senex esset, iuuenem in ea crudeli carnificina socium poposcit: ij duo reliquos, voluntariæ morti se offerentes, ne in Pastorellorum manus inciderent, necauere. Qua perfecta re, senex a iuuene idem crudele poposcit officium: quo ille perfunctus, non sibi manus intulit, sed Pastorellis se dedidit, ac baptismo vna cum pueris superstitibus lustrari flagitauit. At ipsum ij, vt generis sui tortorẽ, supplicio affecere. Commotus ob Pastorellorum sæuitiam Pontifex, Iudæorum aduersus ipsos suscipere clientelam est compulsus, literisque e ad principes Christianos ac viros nobiles datis, armis a Pastorellorum feritate Iudæos defendere iussit.

Susceptũ a Pont. Iudæorum patrocinium.

e Au. 4 p. 1 ep. com. 952.

In ea porro persecutione a Pastorellis excitata plures Iudæi ad baptismi sacra perfugere f, quibus alijsque in posterum conuertendis vt consuleret Ioannes, editas antea superioribus annis constitutiones, vt a Iudaica superstitione ad fidem traducti bonorum iacturam, quæ antea obtinebant, non paterentur (religionis enim odio nefarium illum morem Iudæi induxerant) renouauit g. Diuinæ porro iustitiæ a Pastorellis edita strages ascribi poterit, si atrocia Iudæorum scelera ac blaphemæ voces, quas in Christum & Virginem vomebant, perpendantur; vtque thalmudicis fabulis simplicem populum irretire niterentur. Ad quorum perfidiam frænandam Pontifex talmuth aboleri flammis, ac reli-

f Ib. ep. cur 115.

Plures ex ijs ad fidẽ conuersi.

g Ib. ep. cur 250. et super ep. 115.

Renouata contra thalmud. istas veterum Põt. decreta.

quos abusus, quos inuexerant, tollendos constituit a.

a Bed. an. 4. p. 1. ep. cur. 190.

Ioannes, &c. venerabilibus fratribus archiepiscopo Bituricensi, eiusque suffraganeis.

Dudum felicis recordationis Clemens IV. blasphemijs Iudæorum innumeris, abusionibus multis, & detestabilibus blasphemijs contra saluatorem & dominum Iesum Christum, ac præcelsam & gloriosissimam semper virginem Mariam genitricem eius, in quodam libro contentis ipsorum, plenius intellectis; & demum piæ memoriæ Honorius Romani Pontifices prædecessores nostri assertione veridicæ relationis audito, quod ipsorum Iudæorum damnata suggerente perfidia, nonnulli fidei Christianæ cultores, tam mares quam mulieres, in certis articulis cum Iudæis iudaizabant eisdem, & alia multa tam Christiani & Christianæ, quam Iudæi supradicti enormia committebant, quæ in grauem nostri contumeliam Redemptoris, & detrimentum fidei catholicæ redundabant, ijdem prædecessores, videlicet Clemens Terraconensi & postmodum Honorius Eboracensi archiepiscopis, qui tũc erant super his per eorum sub certa forma contra dictos Iudæos literas direxerunt; & insuper bonæ memoriæ Oddo Tusculanus episcopus in regno Franciæ Apostolicæ sedis legatus, quia quosdam Iudeorum ipsorum libros, qui talmutz nominantur, per se & alios fidei zelatores inspectos reperit errores innumerabiles, abusiones & blasphemias continere, contra Iudæos pronuntiasse dignoscitur supradictos, prout in eisdem literis ac pronuntiatione, quarum tenores fecimus annotari præsentibus, continetur.

Horrendæ in thalmudicis libris contentæ blasphemiæ.

Vt Damnati ij a Clem. IV. Honor. & Oddone legato fuerint.

Nos igitur, ad quos specialiter pertinet fidei orthodoxæ defensio, in debitæ considerationis scrutinio recensentes, quod tam pestilens tamque perniciosus morbus, qui adhuc in diuersis perdurat partibus, non est aliquatenus contemnendus, ne processu temporis inficiendo fideles alias damnabilius conualescat; sed potius ad præcidendum radicitus illius pestiferos palmites, ne in discrimen ipsius fidei dilatetur, solicitis studijs procedendum; fraternitati vestræ, dictorum prædecessorum inhærendo vestigijs, in virtute obedientię districte præcipiendo mandamus, quatenus Christianos & Christianas omnes & singulos per vestras ciuitates & diœceses constitutos, tam in cathedralibus & alijs ecclesijs ipsarũ ciuitatũ & diœcesum per vos vel alios, quos ad hoc duxeritis deputandos, quam in prædicationibus & sermonibus vestris, quos propter hoc frequenter fieri volumus & mandamus, monere curetis & eis districtius inhibere, vt a præmissis omnibus & singulis alijs in literis eisdem contentis studeant penitus abstinere, eos ab ijs per spirituales pœnas, de quibus expedire videritis, appellatione postposita compescendo: & alias super his contra Christianos & Christianas eosdem, nec non & contra præfatos Iudæos, vt a præmissis blasphemijs, erroribus, imprecationibus, & falsitatibus, ac alijs, quæ in literis continentur eisdem, omnino resiliant, iuxta statuta canonica, & per alia congrua & opportuna remedia prouidendo. Et nihilominus a Iudæis, in ciuitatibus & diœcesibus consistentibus supradictis, legem seu librum huiusmodi, quem talmutz, vt prædicitur, vocant omnesque alios ipsorum libros cum additionibus & expositionibus eorundem faciatis vobis integraliter assignari, eos ad hoc pœnis, de quibus expedire videritis, canonicis compellendo: dictos-

Præsules deterrere a nefario Iudæor. commercio fideles iussi.

Respuentes impęria coercere.

a Bern. chr. Rom. Pon.

b To. 1. p. 1. ep. secr. 366.

Profitetur Robertus comes Belgium beneficio Philippi se accepisse.

c Ibid. ep. secr. 363.

d Ber. chr. Regum Franc.

e Meyer. in Robert.

Concordiæ leges.

20 Extincto superiori anno exitiali bello quod Gallos ac Belgas in mutuas cædes duobus ac viginti annis efferarat a, ac pace felicissime reuocata, ad eam sanciendam astringendamque firmiore vinculo, conuentum hoc anno, vt Margarita Regis Galliarum filia Ludouico comiti Niuernensi Flandriæ comitis maiori filio thoro iungeretur. Gratulatus b est Philippo Pontifex de pace confirmata, seque ingentem lætitiam ex felici nuncio traxisse; Robertum comitem acceptum beneficio auctoritateque Gallicæ aulæ Belgium professum esse, clientelæque nomine sacramento fidem Regi deuinxisse, Gaucelino Cardinali legato significauit c, ipsumque ad omnes concordiæ leges ad exitum perducendas incumbere iussit. Perstringit illas Bernardus d, explicatius vero recenset Meyerus e, additque adiectam eam pacis legem, vt si Ludouicus Niuernensis comes Roberti senioris Belgij comitis maior natu filius e viuis ante parentem excederet, in principatu non Robertus secundus natu, sed Ludouicus iunior auo succederet. Alias præcipuas leges cōcordiæ subijcit, vt Insula, Duacum, & Orchiacum Gallici iuris essent: Belgæ triginta millia nummum ad refundendos belli sumptus Philippo Regi penderent, nec ære vel copijs comites, si pacem infringerent, alioue modo vnquam iuuarent. Ex eo porro Ludouici cum Margarita matrimonio, ex quo Galli res suas augere ac Belgas arctiori vinculo astringere arbitrabantur, confirmatas postea & amplificatas Belgarum res, idem auctor refert, cum Margaritæ beneficio Atrebatum & Burgundiæ comitatus cum Belgio coniuncti fuerint.

Pastorelli in arma coorti.

21 Excitati hoc tempore tumultus periculosissimi improbo nonnullorum zelo, qui profectionis Asiaticæ aggrediendæ specie in arma consurrexere. Nullus tum sermo peruulgatior erat, quā de sacro bello in orientem aduersus Saracenos traducendo: decreta enim iam ante fuerat a Clemente V. ea expeditio in Viennensi concilio, exactæ a sacerdotibus decimæ, Osinius Armeniæ Rex missis in occidentem oratoribus Reges ac principes solicitarat, vt periclitantibus Christianorum reliquijs suppetias ferrent: Francorum Rex crucis symbolum acceperat, alij principes eidem se militiæ deuouerant, inculcarat toties Pontifex, Belgas ne bellum illud susciperetur obstare. At pace iam conciliata, cum omnium expectatio sacræ illius expeditionis desiderio suspensa esset, vertebantur alio consilia: Pontifex namque Philippum Francorum Regem ob ciuilia Christianorum Regum bella auertebat, ratus funestam aliquam cladem, nisi pacatus esset occidens, expectandam, nec vnius regni vires potentissimis soldanis pares esse, aucupandumq; videri tempus commodius; cum plebeculę fæx impatiens tantarum morarum, imprudenti accensa zelo, arma corripit: ouium, armentorum, porcorumque ductores concurrunt sub signa: religiosi, sacerdotesque multi eorum pietatem commendant: simplicibus rusticanis facinorosi quique se coniungunt, atque exclamant inuito reliquo orbe ad recuperandam terram sanctam profectionem se inituros. Cumque nullius ducis auctoritate regerentur, grassari ferro, rapinis ac flamma cœpere.

Ex quib⁹ causis.

Plura temere & crudeliter gerunt.

In mētatis censuris a Pont. cœptis abstinere iussi.

Pontifex cum iam ea turba insano zelo effefrata in agro Auinionensi fremeret, sacro Christi in cælum ascendentis die censuras ijs omnibus, qui sub signa confluerent ante indictum a sede Apostolica profectionis tempus, incussit a; atque Narbonensem b, Tolosanum c, & Arelatensem d archiepiscopos eorumque suffraganeos eas diuulgare iussit. At tutum non erat percitæ furore multitudinis obstare conatibus, quæ non sentientes cum ipsis impietatis damnabat: ac Tolosanus archiepiscopus Pontificem consuluit, qua ratione in ea re se gereret, cūm graue immineret periculum, ne ipsos in se concitaret. Cui Pontifex tempori seruiendum respondit e, consuluitque vt aliquos plebeios ex singulis Tolosæ vicis ad se euocaret, proponeretque graui oratione quanta ex Pastorellis impenso studio pericula emergerent, ac nunc publice nunc priuatim ad officium reuocare niteretur. Præfectos etiam prouinciarum, magistratusque vrbium populari illi furori obsistere iussit: quo argumento Belliquadriensi magistratui hæ datæ literæ. f

a To. 2. p. 1. ep. secr. 240.

b Ib. ep. secr. 247. & 248.

c Ib. ep. 622.

d An. 4. p. 1. post ep. cur. 73.

e To. 2. p. 2. ep. secr. 248.

f An. 4. p. 1. ep. cur. 73.

Ioannes, &c. dilecto filio nobili viro senescallo Bellicadri.

22 Habet multorum fide digna relatio, quod nonnulli porcorum & ouium aliorumque custodes animalium rusticani, qui se nominant Pastorellos, ignorantes tramitem rationis, ac transfretare se velle in terræ sanctæ subsidium prætendentes, congregationes varias in diuersis partibus ordinare, impuberibus ad hoc & mulieribus imprudenter assumptis, tam indiscrete quam improuide, moliuntur; nonnullis alijs successiuis diebus ad congregationes accedentibus supradictas: quorum multi armis carent necessarijs ad bellandum, & quidam ex eis insufficienter armis necessarijs sunt muniti, & omnes ad transfretandum pariter destituti quolibet apparatu nullum sequi ducem, nullumque sibi præponere capitaneum, & nullum nouerunt assumere directorem: & quod est in eis grauius detestandum, ad impietatis opera laxantes crudeliter manus suas, quamplures immaniter gladijs trucidarunt, diuersorum tam clericorum quam laicorum, & etiam Iudæorum bona, temporis opportunitate captata, violenta prædatione subripiunt, & ea in vsus proprios, non sine grandi nostri Redemptoris offensa & propriæ salutis dispendio conuertentes, pluribus diuersorum principum & magnatum officialibus graues & enormes iniurias irrogarunt: non enim hominum tam imprudentium obsequia, qui per improbos actus ostendunt deuotione se steriles, redduntur in oculis diuinæ maiestatis accepta; nec eorum terra prædicta subsidio, cum sint viribus & facultatibus impotentes, in suis potest necessitatibus adiuuari.

Magistratus ad eos armis reprimēdos solicitati.

Cædes & rapinæ passim a Pastorellis patratæ.

Cum igitur ad ipsius terræ passagium, quod specialiter insidet cordi nostro, cum charissimo in Christo filio nostro Philippo Rege Francorum illustri (qui signo viuificæ crucis assumpto ad ipsius terræ subsidium & succursum desideranter aspirat; & super hoc diuersa iamdudum & vtilia exquirendo consilia laborauit, & indefessis non cessat studijs laborare) promptis desiderijs intendamus, & nonnullis scandalis varijsq; periculis, quę frequenter in diuersis partibus ex tam inordinatis congregationibus, sicut manifeste docet magistra rerum experientia, prouenerunt in scrutinio debitæ considerationis eductis, & ne similia contingant in posterum, paternæ diligentiæ studijs prospicere cupientes; nobilitatem tuam rogamus & hortamur in domino Iesu Christo, quatenus omnes & singulos, qui Pastorelli, vt prædicitur, nominantur & quosuis alios, laicos tamen, quocumque censeantur nomine de congregationibus

an-

Coniurationes cōtra Pontif. in Piceno. a An.5 p.1 ep.cur.15. b Ib.& ep 21. c Ib.ep.77

In Piceno passim coniurationes factæ: Recinetenses a, Auximani b, Fanenses c rebellionis signa extulere; nonnullique viri nefarij, cumulandarum opum & augendæ potentiæ cupidi, ecclesiasticæ ditionis vrbes, oppida, vicos occupare, diripere, incendere, ac nulla sexus ætatisue misericordia sæuire in omnes, explere libidinem, cumulare spolia, infestamque reddere prouinciam non sunt veriti. In quos Pontifex agere legibus d, intendere iudicium, censurasque, demum in obstinatos arma expedire decreuit. Exutum e est eius perduellionis occasione Recinetum episcopalis sedis dignitate, quæ Maceratam ob egregia illius vrbis in ecclesiam studia traducta f est. Vrbinates pariter Friderici, Guidonis, & Sperantij comitum Montisferetri fœdissimæ seruituti se addixerant: in quos iudiciario ordine decretæ pœnæ g, quarum tamen metu ad officium adducti non sunt; immo ad confirmandam tyrannidem, constituendumque e ruinis ecclesiæ principatū ambitione perciti Spoletum, inita cū Gibellinæ factionis ciuibus coniuratione, inuasere h. Procurrere in Guelphorum auxiliū Perusini, vrbemq; cinxere obsidione; quā dum vrgebant, ob Asisinatium ad Fridericum comitem Feretranum desciscentium rebellionem soluere coacti, vt castra ad Asisium transferrent: ex quorum recessu Gibellini Spoletani e metu recreati, efferatique rabie in Guelphos, quos in vincula coniecerant, facibus iniectis carceribus, exeunte anno superiore, inhumanissime ipsos in fauillam redegerunt.

d Ib.ep.16 17.18.19. 20.24.77. 95. e Ib.ep. 96. f Ead. ep. g Ib.ep. 16. Spoletum Gibellin. opera occupatum. h Io.Vill. l.9.c.103. Assisinatū rebellio.

19 Absoluimus res Italicas pontificiæ seueritatis in Isnardum patriarcham Antiochenum ac Ticinensis ecclesiç adminiratorem exauctoratum exemplo. Supra a nobis memoratum est, vt ille ob secutam Gibellinam factionem, ac plura scelera commissa iudicio postulatus, ad sedem Apostolicam dicturus causam se contulerit; conuictusque perfidiæ, non expectata sententia, mutata veste Ticinum se receperit: damnatus itaque crimine contumaciæ, anathemate defixus, atque pristino munere deiectus in tantam prorupit temeritatem, vt non modo diuinis se ingereret, verum etiam in Christi vicarium indignas voces euomeret, eiusque carperet auctoritatem. Legibus igitur in nefarium hominem Bertrandus A. S. L. cui exercendæ etiam in hæreticos quæstionis data prouincia erat, ne censuræ ecclesiasticæ ludibrio haberentur, agere cœpit; atque censoribus fidei in Insubria prouinciam subiectis literis i contulit, vt in Isnardum velut schismaticum animaduerterent, omnique opera vinculis manciparent.

Isnardi patr. Antioch. exauctorati contumacia.

Iudicio hæreseos postulatus a legato.

i Ext. in M.S. Vall sign. lit. B. n.12. pag. 144.

Bertrandus miseratione diuina tit. S. Marcelli presbyter Cardinalis A. S. L. venerabilibus in Christo patribus Astensi & Nouariensi episcopis, ac religiosis viris S. Ambrosij & Dionysij & S. Simpliciani Mediolanensis ac S. Marciani Terdonensis monasteriorum abbatibus; necnon Ioanni præposito de Ponterolio Mediolanensis diœcesis ac archipresbytero & cimiliarchæ ecclesiæ Mediolanensis, ac vniuersis inquisitoribus hæreticæ prauitatis in prouincia Lombardiæ superioris per sedem Apostolicam deputatis salutem in Domino, &c.

Post prædicta [latas nimirum censuras] pro patriarcha Antiocheno & administratore ecclesiæ Papiensis se gerere, & talem se nominare, ac officium pontificale & sacerdotale agere non expauit, insignia episcopalia & patriarchalia deferendo, se diuinis officijs immiscendo multoties sicut prius, redditus & prouentus ecclesiæ & episcopatus Papiensis recipiendo & in vsus proprios conuertendo; dicendo prædictum dominum Papam non debuisse, nec potuisse taliter procedere contra ipsum, seque ad obseruandum & tenendum dictas sententias contra eum prolatas aliquatenus non teneri, & contra prædictum dominum Papam multa verba profana & blasphema proferendo, quæ verba innuunt, dominum Papam prædictum non habere plenitudinem potestatis; non attendens sacris canonibus esse cautum, quod qui ecclesiæ vnitatem non tenet, alienus est, profanus est, hostis est.

Male sentire de Rom. Pontificis auctoritate accusatur

Hæc namque ecclesia domus Dei supra firmam petram ædificata, claues ligandi & soluendi accepit, quam si quis corrigentem, corripientemque contempserit, vt publicanus & ethnicus, immo verius vt hæreticus est habendus. Domum enim istam solus Dominus ipse fundauit, & supra petram fidei mox nascentis erexit, qui B. Petro æternæ vitæ clauigero, & eius successoribus Romanis Pontificibus terreni simul & cælestis imperij iura commisit. Non enim qualibet terrena sententia, sed illud verbum quo constitutum est cælum & terra, per quod denique omnia elementa sunt condita, Romanam fundauit ecclesiam, & illius priuilegio fungitur, cuius auctoritate fulcitur. Et ideo qui Romanæ ecclesiæ primatum, ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditū, auferre conatur, in hæresim labitur, & hæreticus est censendus? fidem quippe violat, qui aduersus illam agit, quæ est mater fidei; & ei contumax inuenitur, qui eam cunctis ecclesijs prætulisse cognoscitur: nititur enim tunicam inconsutilem scindere, & corpus Christi domini nostri, hoc est sanctam ecclesiam, lacerare; vnde tanquam diuisionem & scissuram faciens in ecclesia sancta Dei debet non solum rerum proscriptione, sed & dura & arcta custodia coerceri per iudiciales & publicas potestates. Quis enim dubitat inter alia commissa sceleratius esse schisma, quod scripturæ sacræ testimonio hiatu terræ, sepultis auctoribus eius rimis, & cæteris cælesti igne consumptis, inuenitur grauius vindicatum?

Rom. ecclesiæ primatus illustratur.

Nos igitur ad prouincias Lombardiæ & Tusciæ, & alias Italiæ partes in literis nostræ legationis expressas per præfatum dominum nostrum cum plenæ legationis officio destinati, inquirendi & procedendi cōtra hæreticos & eos puniendi nobis & per suas literas potestate concessa, &c.] Prouinciam imponit censoribus fidei, vt Isnardum velut schismaticum, atque hæresis nota aspersum compingant in carceres, magistratuum implorent auctoritatem, & ijs, qui cum ipso senserint, censuras incutiant. *Dat. Astæ IV. id. octob. pontificatus eiusdem domini Ioannis Papæ XXII. anno V.* Nauata est strenua adeo in Isnardum a censoribus fidei opera, vt ipsum proximo tempore comprehenderint. Quo accepto Pontifex Ioanni e Beccaria Minoritç, cui ecclesię Ticinēsis administrationem contulerat a, partes iniunxit b, vt ipsum fidissimis stipatum custodibus ad sedem Apostolicā meritis afficiendum pœnis mitterent.

Datū fidei censorib' munus illū vinculis mancipandi.

Comprehensus ad sedem Ap. duci iussus. a An.5.p. 1.ep.cur. 86. b Ib.ep.87

Habita eodem tempore in Gallijs inquisitio de Philiberto sacerdote Bisuntino, qui in Auxitana diœcesi Vualdensium virus vomuerat, sumptumque de illo supplicium: Pontifex enim Tolosano archiepiscopo, vt ipsum sacerdotali dignitate exueret, prouinciam dedit. Cum vero ad Gallicas res defluxerit oratio, ad eas spectantia prosequamur.

Philibert' Vualdensis supplicio affectus.

Ex-

tandem ijdem nuntij, cum per dies aliquot moras traxissent ibidem, quia dictus Robertus Rex Siciliæ, superuenientibus certis impedimentis eidem, ad sedem præfatam, quamuis ad hoc se parasset, tunc venire non poterat, nec suos nuntios destinare, de nostra licentia recesserunt; licet idem Rex Siciliæ, postmodum ab impedimentis expeditus eisdem, propter hoc ad memoratam sedem, vbi adhuc morari dignoscitur, accessisset.

Tardiore Roberti aduentu.

15 Nuper autem cum alios dicti Frederici nuntios per eum ad nostram præsentiam transmittendos (super quo per diuersas literas nostras post recessum dictorum nuntiorum rogandum & hortandum attentius duxeramus eundem vt cum eis ac dicto Rege Siciliæ, vel alijs ad hoc deputandis ab ipso, huiusmodi pacis prosequi possemus negotium & tractatum) anxie nostrum desiderium expectaret; quidam miles, qui dicti Frederici nuntium se dicebat, ad ciuitatem Auenionensem, vbi nos cum Romana curia residemus, accedens ad hospitium dicti Regis, in eadem constitutum ciuitate, se contulit: & eiusdem hospitij aulam ingressus, coram astantibus ibidem improuide, nostra reuerentia & sedis prædictæ calcata, expresse ac publice dixit, quod Fredericus Rex prædictus præfatum Robertum Siciliæ Regem suosque valitores, vasallos, & homines diffidabat. Quibus verbis per militem prolatis eundem, ipsius Roberti Regis, qui tunc erat in camera sua eiusdem hospitij, nequaquam expectata præsentia; licet ab astantibus ibidem fuerit requisitus, nec aliquo super hoc exhibito vel ostenso mandato, præsumptuose recessit. Et deinde, fama publica referente, multarumque literarum ad diuersos, in curia morantes eadem, transmissarum insinuatione percepimus, quod idem Fridericus galeas & milites ac gentes alias præparabat, & ad regnum & terram prædicta inuadendum, vt creditur, & etiam impugnandum. Per quod patenter ostenditur, quod dictus Fredericus Rex, quamuis de tempore dictarum treuguarum, quas nos de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica ratificandas duximus & etiam approbandas, vsque ad festum natiuitatis Domini proximo venturum restare noscatur; transgressionem huiusmodi iuramenti, dictasque pœnas & sententias non formidans, ad ipsius Regis Siciliæ, dictorumque regni ac terræ, non absque nostra & eiusdem ecclesiæ Romanæ iniuria, molestia, & contemptu, impugnationem hostilem, & guerrarum commotionem intendit.

Denuntiatur a Friderico Roberto bellum.

Periurij nota Friderico a Pont obiecta.

16 Nos igitur, qui præfatum regnum Siciliæ, tanquam recreationis nostræ pomœrium paternæ dilectionis oculis intuemur, quique in ipsius non possemus læsione nō lædi, talibus conatibus occurrere cōgruis & opportunis remedijs intendentes, eidem Frederico (maxime cum nos de dicto Roberto Rege Siciliæ omnibus de ipso conquerētibus parati sumus plenam iustitiam exhibere) & alijs vniuersis & singulis tam clericis quam laicis, cuiuscumque status, ordinis, conditionis, præeminentiæ vel dignitatis existant, etiam si pontificali vel imperiali seu regali, vt prædicitur, aut quacumque alia dignitate præmineant; ac vniuersitatibus, cōmunitatibus, & populis ciuitatum, terrarum, locorum, castrorum, & aliorum quorumcumque locorum, vbicumque consistentium; hac fidelium astante multitudine copiosa, auctoritate apostolica districtius inhibemus, &c.] Impetat, grauissimarum pœnarum terrore interminato, ne quis in Roberti terras ecclesiæ stipendiarias hostili furore excurrere, vastare agros, vrbes inuadere, aut tentare obsidione audeat: interdictū ecclesiasticū prouincijs incutit, populosq; ac principes omnibus vectigalibus bonis exuit, quæ ab ecclesia obtinent, vel imperio, cuius suo principe viduati administratio ad Romanum Pontificem pertinet: ecclesiasticos viros sacerdotijs, ac dignitatibus deturbat; cæteris vero, quacumque auctoritate atque honore floreant, aliarum pœnarum, quas ipsorum in se verterit audacia, metum infligit: ac ne Fridericus hæc imperia ipsum latuisse opponat, in publicis locis defigenda sancit. *Actum & datum in palatio eiusdem ecclesiæ Auinionensis x. kal. Augusti anno* IV. Extant de violatis a Friderico inducijs, belloque Roberto illato plures literæ, quibus ipsum Pontifex a præsulibus anathemate cum fœderatis percelli iussit a, populosque in Roberti fide confirmauit b.

Roberti regnum inuadi vetat Pont.

Imperia spernentibus incussæ pœnæ.

a Reg. post eand. ep. b Ep. com. 117. & reg. post eand. ep.

17 De eodem bello hoc anno inter Fridericum Trinacriæ & Robertum Siciliæ Reges gesto, refert Ioannes Villanus c, Fridericum valida classe conflata, cui Gibellinorum triremes præfecto Corrado Auria se coniunxere, Genuaq; irrito conatu tentata, in Ischiam insulam vela fecisse: quam cum, exscensione facta, miles vastaret, Roberti classem militum triremiumque numero florentissimam d duce Raimundo Cardona hostem in fugam aduentu suo auertisse; additque elapsam Frederici classem repetijsse Genuam, ac finxisse reportatam de Roberti maritimo exercitu victoriam, vt obsessos ad deditionem eo metu adducerent; sed eorum impetus ciuium virtute propulsatos.

c Io. Vill. l.9.c.112.

Genua a Gibellina classe tentata.

d lib. c.112

18 Corripuit illius belli flamma ditionem ecclesiasticam ac plures populos ciuilis furor exercuit: vtque a Ferrariensibus ducamus initium; defecerant ij ab officij religione, ac violata data olim Romanis Pontificibus, atque etiam Clementi V. fide, coram quo erant professi, Ferrariam a primis incunabulis ecclesiæ obnoxiam fuisse; exciti sque Azone & Opizone marchionibus Atestinis, pontificiam arcem euerterant: dein moniti officij apostolico edicto Azo & Opizo, constitutis procuratoribus, tum Ferrarienses polliciti sunt, vrbem ad clientelam obsequiumque Romani Pontificis vt iusti domini redituram: cumque nunciorum Apostolicæ sedis auctoritate Franciscus Grisletius eques Bononiensis Ferrariæ præfecturam inijsset, atque in propugnaculis pontificia signa fixisset deinde Ferrariensium oratores in sacro Cardinalium senatu Pontifici proposuissent, ad excipienda omnia illius imperia se accessisse; ijsque consueta beneuolentia auditis iussum esset, vt Azo & Opizo marchiones palatio, quod tunc insederant, atq; ante rebellionem Ferrariæ motam a Romana ecclesia obtinebatur, abscederent, aliaque ad id spectantia nuntijs apostolicis traderent: tum Ferrariensibus imperatum, vt arcem Thedaldicam, aggeres, propugnacula, ac mœnia, quæ euerterant, in pristinum statum restituerent: marchiones tamen, quamuis pollicerentur, se in sedis Apostolicæ auctoritate futuros, palatio cedere prætermisere, ac populum in rebellionem coniecerunt. At Pontifex vt ea ab inuasorum audacia vindicaret, Ferrariensibus, Raynaldo, Opizoni, alijsque earum partium anathema incussit; ac si contemnerent censuras, iudicio hæreseos postulandos edixit.

Ferrariensium defectio.

Iussi Atestini palatio Ferrariensi abscedere.

Imperia respuere.

Intentatæ Ferrariensibus pœnæ, ni redirent ad officium.

In

nec non & contra eos, qui in eisdem prouincijs & partibus discordias & scandala seminant, odia suscitant, fouent, & nutriunt; contra illos quoque qui statum pacificum earundem prouinciarum & partium ac huiusmodi paciarij seu seruatoris pacis, commissum tibi officium perturbare vel impedire præsument; pro præsũptione huiusmodi spiritualiter & temporaliter, prout facti suaserit qualitas, & expedire videris, procedendi ac processus tuos executioni mandandi; marchionum insuper, comitum, aliorumque magnatum, potestatum, capitaneorum, cæterorumque rectorum & consiliariorum, ac vniuersitatum & singularium personarum tam ipsarum prouinciarum & partium, quam etiam aliunde ad id, quoties opportunum fuerit, auxilium & potentiam inuocandi, & contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi; & infra, *concedimus potestatem. Dat. Auinione IV. non. iunij anno IV.*

11 Conspirabant Guelpharũ partium proceres cũ Card. legato, Roberto Rege, ac Philippo Cœnomanensi: nec tamen armis censurisve ecclesiasticis Gibellina factio edomita est, Philippi imprudentia [a], qui cum mille quingentis equitibus tantum succinctus, non expectatis Pontificis, Neapolitani, Francorumque Regum, nec non Guelphorum auxiliaribus copijs, ad Vercellenses socios, cum aduersarijs pugnantes, iuuandos prouolaret, in Mortarensi agro a Vicecomitibus, longe validiori exercitu pollentibus, circumfusus salutem redemit fœdere, ornatusque ab ijs muneribus in Gallias se subduxit. Exinde Pontificis & Roberti res depressæ: ac Vercellenses a Vicecomitibus obsidione cincti sub hostium, quamuis obijcerentur his censuræ [b], potentia succubuere.

a Io. Vill. l.9.c.108. 109.

b An.5.p.1 ep. cur. 105.& 113.

12 Opponebat enim Matthæus Vicecomes censuris ecclesiasticis arma, eaque iusta contendebat, cum Ludouici Bauari designati Regis Romanorum legatum se gereret: quo nomine abstinere a Pontifice iussus, habito ludibrio imperio pontificio, domini Mediolani nomen affectauit; in quem ideo Ioannes hanc sententiam tulit, quam a legato Cardinale promulgari iussit [c]: *Licet Matthæus Vicecomes de Mediolano, qui se dudum in ciuitate Mediolanensi vicarium imperij nominabat, vicariatus huiusmodi nomen suppresserit; ipsius tamen vicariatus officium tacite retinens; illius exercitium, potestatem, & vsum huiusmodi, nostris monitis omnino contemptis, exercere præsumit nequiter, sicut prius: & in maiorem suæ indeuotionis ostentationem, & notabilius nostrum & prædictæ sedis eludium, sibi dominij dictæ ciuitatis nomen vsurpans, se nominare dominum Mediolani, & facere publice nominari præsumpsit, & adhuc, sicut per literas suas proprio signatas sigillo certius nobis constat, nominare præsumit; iurisdictionem, dominium, ac potestatem in ciuitate & districtu Mediolanensi prædictis, & certis districtibus, territorijs, locis, & partibus damnandis ausibus exercendo: ex quibus ipse Matthæus nobis & ecclesiæ se patenter inobedientem exhibens, & notorie contumacem, prædictam sententiam excommunicationis incurrit, quam demum publicari fecimus contra eum, & ipsum excommunicatum publice nuntiari, &c.* Subdit vt sententiam apostolicam contumacissime ludibrio habuerit: ad cuius tamen frangendam peruicaciam iterum præcepit legato vt censuras solemni ritu in tẽplis promulgaret, illumq; ad sedem Apostolicam ad dicendam causam pergere iuberet; quæ si eluderet impetia, aliarum pœnarum terrorem incussit: *Dat. Auinione v. kal. iulij anno IV.*

c An.4.p.1 ep. cur. 101.

Matth Vicec. vicarij nomen sibi arrogare vetitus, dominum Mediolani se appellat.

A Pontifice anathemate notatur.

13 Ad vindicandum illum censurarum contemptum Ioannes intendit [a] Matthæo Vicecomiti iudicium hæreseos, cum illi ecclesiæ auctoritas sacrorumque religio ludibrio esset. Postulatus etiam [b] iudicio Raynaldus Passarinus, atque ad dicendam causam de Mantuæ vicariatu si sceptro, interregni tempore, cum ad sedem Apostolicam imperij prouinciarum administratio spectaret, dies constituta: similiterque in ius ob correptam Veronæ præfecturam vocatus est Canis Scaliger [c], cum illius gerendæ auctoritatem a sede Apost. petere debuisset, ipsumque vna cum sequacibus anathemate defigi iussit Pontifex. Spreuit eas censuras Scaliger, ac Pataui quod magno exercitu cinxerat, obsidionem vrgebat [d]; cum viribus suis nimium præfidens, ac parum de tuitione castrorum solicitus, a Goritiæ comite, qui a Friderico Austriæ duce, atque Ludouici Bauari in imperij causa æmulo, submissus erat ad Patauinos Guelpharum partium defendendos, magna clade deletus præcipiti fuga sibi consuluit: in qua obsidione Vgucio Fagiolanus, quem Pisis antea tyrannide arrepta multa secunda prælia ac praclara facinora gessisse vidimus, occubuit. Inter hæc vero Gibellini exules summo animorum ardore in Genua oppugnanda perstitere [e], ac terra marique propulsati toties, nouos impressere conatus.

Postulatur iudicio hæresis.

a Lib.ep.cur 95.96. 104.

b Reg.post ep.cur.96.

Alij etiã tyranni in iudicium vocati.

c Ib.ep.74 102.& an 5.p.1.ep. cur.99.

Scaliger Patauium obsidet.

d Io. Vill. l.9.c.119.

Obsidionem soluere cogitur.

Vgucio Fagiolan. in castris moritur.

e Eod.l.9. c.106.& c.114.

14 Cæterum belli huius occasione recruduit Fridericum inter Trinacriæ Robertumque Siciliæ Reges bellum, quod antea Romanorum Pontificum diligentia sopitum videbatur: cuius excitati incendij causam Ioannes Papa re altius repetita, in Fridericum deriuat, vt ostendunt literæ ad transfundendam posteris rei gestæ memoriam exaratæ [f]; in quibus præfatur, vt Clemens Quintus, increbrescente rumore parari bellum in Regem Siciliæ, eiusque terras citra Pharum pontificiæ aulæ vectigales, & in varijs portubus triremes ac naues magno apparatu bellico instrui ornarique, grauissimis pontificia auctoritate incussis pœnis illis, qui iussa infringerent, imminens periculum comprimere studuisset; acceptisque ecclesiæ gubernaculis Ioannes ipse ad conciliandam inter dissentientes principes concordiam inducias indixisset, & Guilelmum episcopum Trecensem, Petrum abbatem montis S. Saturnini Tholosani S. R. E. vicecancellarium, tunc priorem S. Antonini ordinis S. Augustini Rhutenensis diœcesis misisset, vt apostolica auctoritate inducias infringi vetarent; quæ postea ad tres annos fuerant extractæ, atque ad eas seruandas missi a Regibus oratores Friderici & Roberti nomine sacramento se deuinxissent. Vt vero a Friderico violatæ sint, ita exponit Pontifex.

Robertũ inter & Frid. Reges bellũ recrudescit.

f An.4 p.1 ep. cur. 116.

De induciis antea initis.

Ioannes, &c. Treuguas subsequenter procuratores ipsi, ad hæc & alia infra scripta speciale mandatum habentes, ratificarunt nomine Regum ipsorum, & etiam approbarunt; & quod eas dicti Reges per totum tempus prædictum inuiolabiliter obseruarent, supra sancta Dei euangelia tacta corporaliter ab eisdem in Regum ipsorum animas iurauerunt, super hoc inter se procuratores ipsi dictorum Regum nomine homagio præstito & recepto. Cumque dictus Fredericus, iuxta nostræ requisitionis instantiam, tempore procedente, pro huiusmodi pacis prosecutione tractatus ad sedem Apostolicam suos nuntios destinasset, tan-

Missis a Frid. ad sedem Ap. nuntijs.

inclinati, vobis auctoritate apostolica districtius duximus inhibendum, ne infra tunc proximo venturum festum beati Ioannis Baptistæ, ad vnctionem & coronationem Regis Daciæ præsumeretis procedere quoquo modo; decernentes irritū & inane, si secus contingeret attentari, prout in nostris super his confectis literis continetur.

Vt Pontifex pro tuendis celebritatis pompam excitabi. sufficere.

Attendentes igitur, quod idem archiepiscopus negocijs adhuc apud sedem Apostolicam occupatur; quodque mora, quam dictus archiepiscopus pro eisdem negocijs apud sedem contrahit memoratam, nullum sibi debet præiudicium generare; adhuc eadem auctoritate vobis districtius inhibemus, ne ad vnctionem & coronationem charissimi in Christo filij nostri Christophori Regis Daciæ illustris vsque ad instans proximum venturum festum natiuitatis Domini absque consensu dicti archiepiscopi nullatenus procedere attentetis. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secus per quoscunque quauis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. *Datum Auinione IX. kal. augusti anno quarto.*

7 Successerat a demortuo Erico fratri in regno Christophorus, nec sine magnis difficultatibus Daniæ gubernacula capessiuit: Ericus enim frater ipsum non modo patria pepulerat, verum edixerat, vt ob quædam scelera nunquam regno gerendo admoueretur. Probabant nonnulli defuncti Regis supremam voluntatem, atque Ericum Sleuicensem ducem ad solium euehere nitebantur: alij vero illius conditionem miserti, cum fratri Erico ac patri Christophoro iure proximus succederet, & si qua flagitia dum iuuentute arderet, admisisset; e superioribus calamitatibus atque extincto ætatis feruore ad modestiam reuocatum, ac probe sceptrum moderaturum arbitrati, præcipua Ioannis vterini fratris opera in regnum reuocarunt. Et sane Christophorum ob grauia facinora (sed quæ dum impijs fratris voluntatibus obsequebatur, patrarat) nimirum ob Ioannem archiepiscopum Lundensem coniectum in vincula b, ac duos presbyteros carceris diuturni squalore necatos anathemate notatum a Bonifacio Papa, ostendunt literæ pontificiæ, quibus annitente Elgero archiepiscopo, Lundensi ecclesiæ a Bernardo e monte Valrano Apostolicæ sedis nuntio conciliari iussus est.

a Crantz. Dan. l. 7. Eric' Rex hereditarium sceptrum illi eripere iussus erat.

Ioannis fratris opera regnum obtinuit.

b An. 4. ep. com. 1404. Anathemate contraxerat.

8 Prosecutus est nonnullis apostolicis beneficijs c Christophorum Ioannes, atque inter alia, vt quem vellet ad excipiendam exhomologesim sacerdotem adhiberet d, deditque alijs literis pontificia imperia eidem Christophoro e, vt oppressos a fratre Erico Rege extincto Hospitalarios equites pristinis iuribus restitueret, ad quorum tuenda iura ad Regem Norvvegiæ scripsit f. Qui porro Ericum Regem sequenti anno, cum annis triginta quinque sceptrum tenuisset, e viuis excessisse tradunt g, haud parum aberrare e literis superioribus constat, cum ex ijs, quæ VIII. kal. mart. huius anni consignatæ sunt, excunte circiter anno superiore defunctum colligatur. Quo etiā Vvaldemarum marchionem Brandeburgensem, nullis relictis liberis extremum diem clausisse, scribit Albertus Argentinensis h; vnde grauissima in eo principatu exorta dissidia, cum illum Ludouicus designatus Rex Romanorum, vt beneficiū imperij sibi vēdicaret, Pontifex vero ipsi aduersaretur: qua de re plura inferius. Porro Ioānem hoc anno, obeunte Petro Moguntino archiepiscopo, ad Roberti Regis Siciliæ gratiam Matthiam e Bucheke Hugonis comitis fratrem, ducibusque Austriæ gratissimum ad archiepiscopatum euexisse, ac magna pompa exceptum, addit idem auctor a. Quibus adiungimus Albertum designatum archiepiscopum Patauiensem subiectū a sacramenti forma Pontifici fidem obstrinxisse b: *Ego Albertus electus Patauiensis ab hac hora in antea fidelis & obediens ero B. Petro, sanctæque Apostolicæ Romanæ ecclesiæ, & domino meo Ioanni Papæ XXII. suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio, &c.* Concepta est ijsdem verbis hæc forma, quibus alias concipi solitā attulimus. Nec solum hoc modo sacramento Germaniæ episcopos adigi moris fuisse vidimus; verum etiam, vt cum discors Regis Romanorum esset electio, eum Regem agnoscerent ac tuerentur, quem Romanus Pontifex suffragio apostolico extulisset.

Apostolicis benefi cijs prosecutus.
c Ib. ep. com. 1405. 1406.
d Ep. 1407.
e Ep. 1402.
f Ep. 1403.
g Crantz. 2. Dan. l. 7.
Brandeburgensis march. mors.
h Albert. Argen. in chron.
I e Petri Mogunt. archiep.

Matthias archiep. creatus.
a Id. ibid. & Serar. Mog. rer. l. 5.
Sacramētum a Patauien. episc. Pontificidelatum.
b An. 4. p. 1. ep. com. 870.

9 Neutram quidem in illa imperij inter Ludouicum ac Fredericum designatos Reges Romanorum controuersia, de qua superius illatus sermo est, electionem probabat Pontifex; ac vel in Fridericum, qui Guelphorum partes in Italia tuendas susceperat, vel ad imperium in Gallicum genus, vt nonnulli suspicati sunt, reuocandum propendere videbatur: & donec in ea causa a sede Apostolica, ad quam dirimendæ eiusdem controuersię auctoritas spectabat, ex legum æquitate pronuntiaretur, ac si interregnum esset, se gerebat: inijtque cum Roberto Siciliæ & Philippo Francorum Regibus Guelphisque armorum fœdus, vt Gibellinos, qui Ludouici Bauari tuendi specie vrbium ac prouinciarum dominia inuadebant, ac turbabant Italiam, in ordinem redigeret.

Vt Ioan. XXII. in imperij cōtrouersia se gesserit.

Robertus Rex in Italia imperij legatus.

10 Confirmauit c itaque Robertum Regem imperij proconsulem, iam ante a Clemente V. assentiente Cardinalium senatu creatum in Insubria, vt Matthæum Vicecomitem euerteret, qui Genuam continuis oppugnationibus vrgebat, ac Mediolani, Ticini, Placentiæ, Vercellis, Nouocomi, Bergomi, Dertonæ, & Alexandriæ trium filiorum strenuorum ducum fultus potentia, regiam pene auctoritatem exercebat d. Roberto alter subrogatus est vicarius Philippus e Caroli Valesiorum comitis filius comes Cœnomanensis, qui Gallicum postea sceptrum gessit, vt cum Francorum robore Insubriam ad pontificias voluntates cogeret, vtque beneuolentia ad suas partes fluctuantes alliceret, cui clerum Insubrem obsequentē esse iussit Ioannes f. Præterea Bertrando Poieto Cardinali legato partes dedit g, vt censurarum religione ipsos ad comitis Cœnomanensis excipienda imperia adigeret. Cum vero plures, qui sua cōmoda ex publicis incommodis ac malis aucupabātur, pontificia cōsilia disturberent, aliasque ex alijs sererent discordias, Pontifex legatum eundem in ijs prouincijs publicæ seruatorem pacis creauit h, & amplissimo imperio, vt tumultuantes in concordiam redigeret, augeretq; tum armis tū censuris ad pontificia obsequia instruxit: *Te,* inquit, *in eisdem prouincijs & partibus constituimus pacis de ipsorum fratrum consilio seruatorem, te paciarium in eisdem prouincijs & partibus ordinantes, vt inter quos sibi in ipsis prouincijs & partibus constitutos, quos fœdere pacis videris reformandos, pacem & concordiam reformare & conseruare procures. Et vt commissum tibi in hac parte ministerium vtilius & commodius exequaris, tam contra pacem facere iurare & firmare volentes, quam eandem præsumentes infringere; nec*

c An. 4. p. 1. ep. cur. 62.
Pontificis consilia in Matthæū Vicecom.
d Io. Vill. l. 9. c. 108.
e Id. ib.
Philippū comitis Valesiū cum exercitu Galli co euocat
f An. 4. p. 1. ep. cur. 62.
g Ib. ep. cur. 64.
Bertrandus A.S.L. pacis publicæ seruator creatus.
h Ib. ep. cur. 146.

Fridericū Austriac. ad iungēda cum Carolo arma solicitat Pont. *a An.4.p.1.ep. com. 977.*

Regem iuuarent, solicitauit literis, quæ in regesto pontificio Friderico Romanorum Regi designato inscriptæ sunt [a].

Charissimo in Christo filio Frederico in Regem Romanorum electo.

2 Firmam gerit de celsitudine tua mens nostra fiduciam, quod in his, quæ diuini nominis laudem, exaltationem fidei, & infidelium & schismaticorum depressionem, eorumq; reductionem ad fidei catholicæ vnitatem respiciunt, ingenitæ tibi commendabilis voluntatis instinctu vbi nulla extrinsecus prouidentiam tuam ad id solicitatio commoueret, feruenti desiderio te promptum, vtilem, & solicitum cupias exhibere. Sane charissimi in Christo filij nostri Caroli Regis Vngariæ illustris iucunda & grata relatio nostro apostolatui patefecit, quod dudum ipse sub spe cælestis auxilij, cuius est athletarum suorum dirigere & roborare processus, cōtra schismaticos & orthodoxæ fidei inimicos in potenti manu & exercitu copioso procedens, superna sibi fauente potentiæ dextera, de dictis schismaticis feliciter triūphauit: ita quod regnum Macedoniç, sicut nota euidentia facti in illis partibus euidentius notum reddit, de manibus illorum ereptum suæ subdidit ditioni. Qui tanquam princeps catholicus, & tam genere quam magnanimitate præclarus, ad debellandum dictos schismaticos & infideles vsque ad partes maritimas spem robusti cordis strenuitate protendens, ad id inuigilat, suasque vires catholicas roborat atque conflat, vt in exercitu graui & dextera extenta, aliorum catholicorum principum fultus auxilio, procedere valeat ad dictorum schismaticorum & infidelium residuum conterendum.

De ipsius in propagāda fide zelo gratulatur.

Partum a Rege Vngar. triūphum exponit.

Macedoniam debellatam.

Ad persequendas hostium reliquias illum incumbere.

Ad Frid. exhortatio, ne Carolo desit.

Quia igitur, fili, decet te, qui sibi es affinitate, & dilectione coniunctus, super prosecutione tam pij vtilisque negotij non deesse, sed in fauorem orthodoxæ fidei, & dilatationem ipsius tui opem subsidij ministrare; serenitatem tuam affectuose rogandam duximus & hortandam, quatenus ob eius intuitum, qui suo pretioso sanguine nos redemit, cuius in hac parte negotium geritur, cuiusque in his beneplacitis deseruitur, nostræque intercessionis instantiam eidem Regi in huiusmodi laudabilis prosecutione negotij assistas viriliter & potenter, sibi iuuamen & opem, prout eiusdem negotij magnitudo deposcit, per te & subditos tuos liberaliter impensurus; sic in præmissis te vtiliter & fauorabiliter habiturus, quod Altissimus digna proinde tibi præmia recompenset, nosque deuotionem tuam dignis possimus in Christo prosequi actionibus gratiarum. *Dat. Auin. VI. non. iulij anno IV.*

Reges ac principes ad eiusdē belli societatem vocati. *b Reg. post cand. ep. c Chrom. rer. Pol. to. 2 l. 12. Bonif. dec. 2. l. 9. & alij. d Io. Vill. l. 9. c. 119.*

Frider. & Lud. ema li acies ostentant. *e Eod. l. 9. c. 125.*

3 Conceptæ eadem verborum forma literæ ad Vvladislaum Loktekum, quem Regis Poloniæ nomine exornat, ad Ioannem Regem Boemiæ; ad Luipoldum Austriæ, Henricum Carinthiæ duces, atque alios proceres, vt strenuam in eo bello Regi Carolo operam explicarent, transmissæ [b]. Sed eos Reges alijs bellis implicitos vel nulla aut exigua auxilia Carolo submisisse, ex auctoribus [c] colligitur. Fridericum sane aduersus Canem Scaligerum clientem Ludouici Bauari, prementem obsidione Patauium, ad liberandos Patauinos, qui ipsius implorarant opem, copias in Italia distraxisse [d], videbitur inferius; in Germania vero, vt aduersus illum de imperio certaret, quem potuit validissimum exercitum contraxisse, refert Ioannes Villanus [e]: qui addit Ludouicum pariter maximas copias collegisse, adeo vt in illis exercitibus totius Germaniæ flos sub signis esset: nullum vero consertum prælium, cum Rhenus interfluens acies dirimeret, ac Ludouicum inopia ærarij dissoluere exercitum coegisset.

Non commissa pugna discedunt ad propria.

Io. Rex Boem. Silesia sibi subijcit. *a Iubras. l. 10. hist. Boem. Cromer. Pol. rer. l. 16. Micho. l. 4. c. 11. b Chrom. & Micho. ib. Bonif. dec. 2. l. 9. c Chrom. vbi sup.*

Prussiæ equites deuincti anathemate.

d Chrom. rer. Pol. a. l. 12.

Vvladisla' Cracouię Polon. corona redimitus.

4 Agitabat etiam alia, quam belli Macedonici, consilia Ioannes Boemiæ Rex, quem in Silesiam vertisse arma, eamque sibi subiecisse ferunt auctores [a]: quocirca non parum Polonica res labefactata. Vvladislaus vero Poloniæ Rex, quamuis Regi Carolo noua affinitate deuinctus [b], filiam enim Elisabetham feliciore duobus præteritis coniugio illi desponderat, cum Boemos haberet infensissimos, atque etiam Pomeraniam ereptam iniuria [c] (fuere enim ob eam inuasam Prussiæ religiosi equites notati anathemate) recuperare meditaretur, in tuendo recens sumpto regio nomine, quod Boemiæ Rex ipsi inuidebat, erat occupatus. Accepisse illud Vvladislaum narrat Chromerus [d], cum Ioannes Papa ferre sententiam pro Vvladislao, ne Regem Boemiæ in se exasperaret, distulisset; significassetque Gerardo præsuli Polonorum procuratori, vt Poloni iure suo vterentur; atque ita ineunte hoc anno Vvladislaum regia corona redimitum: *Comitijs*, inquit, *Cracouiam indictis ad vigesimam diem ianuarij mensis, Vvladislaus cum vxore Heduvigi in basilica Cracouiensi, tunc primum instaurata & cōsummata, ab archiepiscopo & cæteris episcopis ritu solemni coronatur anno Christi MCCCXX. atque ex eo tempore ius coronandi Reges, atque ipsa regni insigma Gnesna Cracouiam propter amplitudinem splendoremque vrbis, & plurimas maximasque commoditates, translata sunt*. De Cracouiensi vero ecclesia, in qua inungendorum Regum Poloniæ susceptus mos hoc anno, egregio extructa opere Nankeri archiepiscopi præcipuis opibus ac studio, meminit etiam Michouias [e], qui clerum vrbis ac diœcesis attributis vacantium sacerdotiorum vnius anni vectigalibus, & fideles opes suas magna laude contulisse, refert.

Cracouię templū extructū.

e Michow. vbi sup.

Christophorus Daniæ Rex. *f An. 4. p. 1 ep. com. 589. & 1408* Dilata ei' coronatio.

5 Redimitum pariter in Dania regio insigni per hæc tempora Christophorum, e pontificijs literis ad Daniæ episcopos datis [f] colligitur, quibus significat, Elgerum Lundensem archiepiscopum ad tuendam ecclesiæ suæ dignitatem exposuisse, veteri iure ad Lundensem præsulem spectare electum Daniæ Regem inunctione regia linire; qui cum Danicæ ecclesiæ nomine in aula pontificia ageret, ne illius iuribus detraheretur, a sede Apostolica consuli flagitasse: adductum itaque eius precibus, celebrandam regiam inunctionem se ad natalitia Domini extraxisse, testatur Pontifex. [g]

g Ib. ep. com. 1408

Venerabilibus fratribus episcopis regni Daciæ.

Lundensiū archiep. in coronādis Regibus Danorum iura.

6 Exhibita nobis venerabilis fratris nostri Elgeri archiepiscopi Lundensis petitio cōtinebat, quod a fundatione Lundensis ecclesiæ vsque ad hæc tempora est inuiolabiliter obseruatum, quod archiepiscopus Lundensis, qui est pro tempore, electum & præficiendum in Regem Daciæ habet inungere, ac diademate coronare. Quare dictus archiepiscopus, qui pro Lundensi & totius ecclesiæ regni Daciæ negocijs in Romana curia occupatur, timens ne per vos in possessione iuris, quod habet in vnctione & coronatione huiusmodi dicti Regis quomodolibet perturbetur, nobis humiliter supplicauit, vt prouidere sibi super hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur dicti archiepiscopi supplicationibus in-

Minoritæ quatuor affecti martyrio.

31 Non modo beatissimi huius confessoris sanctitate illustrata est hoc tempore Franciscana familia, verum in India etiam quatuor martyrum Thomæ, Iacobi, Demetrij, & Petri gloriosissima constantia: qui cum a Saracenis ob fidem orthodoxam in rogum coniecti essent, in medijs flammarum globis illæsi perstitere, collaudante Christum vniuersa gentilium multitudine; deinde clam necati immortalitatis palmam sunt consecuti; de quibus hæc laudatus Iordanus historiæ commendauit [a]: MCCCXIX. *Papa Ioannes legit in consistorio cum magno fauore literas sibi missas infrascripti tenoris: quod videlicet religiosi viri de ordine Minorum atque Prædicatorum, euntes pro prædicanda fide infidelibus vsque Ormese, cum nullibi proficerent, ad Indiam transire cupiunt in Columbum: & cum peruenissent ad insulam, quæ Dyo vocitatur, fratres de ordine Minorum a cæteris tam Prædicatoribus quam secularibus Christianis ad aliam terram profecti sunt, quæ Thana vocatur, vt inde in Columbum transirent. Erat autem in loco vnus Saracenus de Alexandria Ysuphus nomine, qui accessit ad Melicum, id est rectorem terræ, & induxit eum vt inquireret, quomodo & ad quid venissent. Ille accersitos interrogat: Quales homines nuncupamini. Illi se Francos esse responderunt, sanctæ paupertatis amatores, ad S. Thomam proficisci cupientes. Tunc fratre interrogati, se veros Christianos asserunt, & de fide Christi cum sancto feruore multa dixerunt. Cum vero a Melico licentiati essent, præfatus Ysuphus vsq; tertio Melicum induxit, vt eos caperet & detineret. Tandem congregati sunt Melicus & Cadi & populus terræ tam Saraceni, quam pagani & idololatræ; & interrogauerunt fratres: Quomodo Christus, quem dicitis filium Virginis, potest esse filius Dei, cum Deus vxorem non habeat? Illi de generatione diuina plura dixerunt exempla de radijs solis, de arboribus, de gramine terræ, ita vt infideles resistere non valerent spiritui, qui loquebatur in eis. Sed accenderunt ignem copiosum Saraceni, & dixerunt: Vos asseritis legem vestram meliorem lege Mahumeti. Si verum est, ignem intrate, & miraculo quod dicitis comprobate. Fratres responderunt, quod pro honore Christi libenter id agerent & accedens frater Thomas primus intrare voluit: sed contradixerunt Saraceni, eo quod cæteris senior videretur.*

a Iord. M. S. bib. Vat. sign. n. 1960. c. 334.

Infana Saracenorū aduersus Trinitatē obiectio.

Refellitur a simili.

Martyres in medijs flammis illæsi.

32 *Tunc iunior accessit frater Iacobus de Padua, nouus athleta Christi, & incunctanter ignem intrauit, & vsque ad ignis pene consumptionem in eo permansit lætabundus & laudans absque vlla capilli vel pili tunicæ combustione. Videntes autem qui astabant alta voce clamabant: Vere isti homines boni & sancti sunt. Cadi vero tam præclarum miraculum inficiari volens ait:* Non *est, vt creditis, sed vestimenta eius de terra sunt Abraha magni amici Dei, qui in igne positus Chaldæi lædi non potuit: ideo iste in igne illæsus mansit. Tunc expoliauerunt innocentem iuuenem, & totus nudus, sicut de matre natus fuit, a quatuor viris in ignem proiectus est. Ille vero innocue ignem sustinuit, & cum gaudio de igne illæsus exiuit. Tunc vero pagani, sed & Saraceni clamabant; Sancti sunt, sancti sunt. Tunc Melicus eos libertati restituit, vt secundum voluntatem suam abirent. Cadi vero & prædictus Ysuphus iniquitate pleni, scientes eos in domo cuiusdam Christiani receptatos, Melico aiunt: Quid agis? Cur Christicolas hos non interficis? Ille respondit: Quia nullam causam mortis inuenio in eis. Illi vero aiunt: Si eos dimiseris, omnes credent in Christum, & lex Mahumeti totaliter destruetur. Melicus iterum ait: Quid vultis, vt faciam, cum causam mortis nullam inueniam? Illi vero dixerunt: Sanguis eorum super nos: videtur enim, quod qui non potest peregrinari ad Mecham, si vnum interficiat Christianum, ita plenam obtinet veniam peccatorum, ac si Mecham personaliter visitasset. Nocte igitur sequenti tres prædicti Melicus, Cadi & Ysuphus miserunt satellites, qui tres fratres Thomam, Iacobum, & Demetrium cum palma martyrij ad cæli gaudia transmiserunt. Postmodum vero fratrem Petrum, in loco alio existentem, sibi præsentari fecerunt: & cum firmus in fide Christi persisteret, duobus diebus eum diris martyrijs afflixerunt, & tertia die capitis obtruncatione compleuit martyrium. Audientes vero socij Prædicatores & alij ad partes occiduas hæc scripserunt, lugubri lamentatione querentes, quod a sanctorum martyrum societate disiuncti fuerant, & quod recuperandis martyrum reliquijs deuoti intenderant.* Hæc Iordanus, qui paucis adiectis chronologiæ suæ finem imponit. His consentanea tradit S. Antoninus [a], quamuis de rei gestæ tempore discrepet atque, ad annum huius seculi vigesimum primum id referat. Retexit pariter eorundem martyrum sacram historiam fusius Lucas Vvadingus ex Odorici Foroiuliensis chronico & plurium Minoritarum orientalium literis. [b]

Saraceni flaminis impostura

Saracenica indulgentia.

a Ant. 3 p. tit. 24. c. 9 § 15.

b Luc. Vvad. in annal. ann. 1321. n. 1. & seqq.

33 Claudimus historiam huius anni Bernardi verbis, qui de instituto Cassinensi episcopatu hæc tradit [c]: *Anno Domini* MCCCXIX. *æstatis tempore veterem abbatiam montis Cassini S. Benedicti abbatis in nouam episcopalem sedem erexit, eidem de primo episcopo suo tempore prouisurus.* Extracta autem hæc res videtur ad triennium: quippe diploma [d] pontificium, quo Cassinensium monachorum conuentus designandi episcopi iure donatus est, atque ab omni alterius quam Romani Pontificis imperio liber renuntiatus VI. non. maij pontificatus Ioannis anno VI. consignatum est.

Cassinensis episcopatus institutus.

c Ber. chr. Rom. Pon. & M. S. bibl. Vat. signat. n. 3765. in Io. XXII.

d Io. an. 10 p. 2. ep. cur. 1636.

IESV CHRISTI annus 1320.

IOANNIS PP. XXII. annus 5. — VAC. IMP. OCCID. 7. ANDRONICI IMP. OR. 37.

1 Amplificata est in Rascia & Macedonia res catholica anno Domini vigesimo supra millesimum trecentesimum indictione tertia: parta Caroli Vngariæ Regis virtute gloriosissima victoria de Vrosio tyranno schismatico, qua regnum illud amplissimum ditioni eius adiunctum est; cum proceres Macedones, quos antea impietatis odio, & coniunctionis cum Romanæ ecclesiæ desiderio defectionis consilia cum Pontifice cōmunicasse, atque Maledini Bossinensis bani & Philippi Tarentini principis armis adiutos vidimus ad depellendum e suis ceruicibus schismatis iugum, cum Rege Carolo paribus aduersum Vrosium studijs consensissent. Hæserant tamen adhuc in schismaticorum potestate maritima Macedoniæ loca: ad quæ expugnanda, ac parta retinenda, cum nouis viribus opus esset, Pontifex cuius auspicijs & consilijs bellum illud sacrum susceptum erat, Vngariæ finitimos Reges ac principes orthodoxos, vt in tam commendanda causa ad rem catholicam propagādam latius, confirmandamque auxiliaribus copijs Carolum

Relata de Vrosio Rege schismat. victoria a Carolo Vng. Rege.

Ioannes astus inuidia Granatam pene trat.

maius aggredi atque ad principem regni vrbem penetrare constituit. Coniunctæ ad Alcandetem copiæ collatæque: equitum nouem millia, peditum innumera multitudo: Toletanus & Hispalensis archiepiscopi tum religiosorum equitum magistri in castris erant. Perrupere illi in interiores terras, ingentique illata vastitate, castra in Granatæ conspectu defixere ac nulla re alia gesta tertio die profesto S. Ioannis Baptistæ retro mouere. Ducebat primum agmen Petrus atque postremum Ioannes: cum barbari in nostros in loco, in quo aquæ penuria erat, atque ex æstu affligendus siti exercitus, irruere & compluribus cæsis diripuere impedimenta. Petrus princeps in ipso belli ardore siti, sole, labore, molestia interclusa repente anima, concidit: Ioannes haud dissimili morte occubuit, ad noctem abalienata mente spirare visus: atque hic luctuosus Granatensis illius expeditionis finis extitit. Barbari præferoces ea victoria in Christianorum terras excurrere, nonnullasque ijs arces eripuere: discordia vero inter proceres, qui Rege impubere ad regni administrationem enitebantur, accensa; nec leues pluribus in locis tumultus excitati.

Ostentatis copijs recedit.

In recessu fideles profligati. Ioannes & Petrus principes ex labore extincti. Barbari in Castell. limitem excurrūt. Exortæ graues inter proceres dissensiones.

De Compostellæ dominatu inter archiep. & Alfons. Sugerium cōtrouersia.

28 Recruduit tum ea Compostellæ controuersia, quæ de vrbis imperio inter archiepiscopum & ciues vertebatur. Adducti fuerant antea ad archiepiscopi obsequiū Compostellani censurarum religione, quas sedes Apost. infligi iusserat; ac Berengarius ex ordinis Prædicatorum magistro in eam sedem euectus paterna in suos mansuetudine, precibusque Reginæ Castellæ cum ciuibus atque Alfonso Sugerio, qui vrbem archiepiscopó obnoxiam sibi subiecerat, in hanc concordiæ formam descenderat a: *Videlicet quod eadem ecclesia libere dicto archiepiscopo restituta, sibi vna de portis ciuitatis eiusdem cum suo fortelitio, per quam idem archiepiscopus ingredi & egredi libere posset, & tam per eam quam per alias portas ciuitatis eiusdem necessaria pro ipsius ecclesiæ defensione in illam introducere, traderetur*. Addit Pontifex paulo post Compostellanos, sacramenti religione temerata, archiepiscopum obsidione cinxisse, interclusisse commeatus, denique mortis intentato terrore ad deditionem pacisque subiectas leges compulisse: vt arcem Alfonsi affini viro prænobili custodiendam traderet, donec Rex Castellæ e puerili ætate ad annos viriles peruenisset: tum Alfonsum, qui anathemate defixus fuerat, cœtui fidelium restitueret. At Pontifex tuendi iuris Compostellanæ ecclesiæ ergo internuntijs apostolicis & Hispanis præsulibus dedit b imperia, vt Compostellanos censuris percellerent, Philippumque principem ob præsidium Compostellæ impositum perstrinxit.

a An. 4. p. 1. ep. com. 244. Quibus legibus cum Berengario archiep. cōposita.

Rebellāt in archiep Compostellani.

Ad iniquas leges Berēgarium adigunt.

b Ib. Equester religiosus ordo institutus in Lusit.

29 In Lusitania institutus equester religiosus ordo ad comprimendas Saracenorum excursiones, militiæ Iesu Christi nomine insignitus, cruce rubra linea candida intersecante distincta decorus, cui prædia ædesque Templariorum attributa; de quo hæc Bernardus c: *Anno Dominicæ Incarnationis* MCCCXIX. *pridie idus martij idem dominus Papa pontificatus sui anno* III. *de fratrum consilio instituit nouum ordinem militum, qui dicerentur de militia Iesu Christi in regnis Portugalliæ et Algarbij, ad resistendum in illis partibus Saracenis pro defensione fidei & Christianorum: cuius ordinis caput seu domum constituit principalē in castro Marino Siluensis diœcesis, concessitq; & donauit dominus Papa militibus dicti ordinis bona omnia cū pleno iure, quæ fuerunt ordinis quondam Templi in prædictis regnis, accedente ad præmissa beneplacito & consensu Regis Portugalliæ & Algarbij, qui prædictum castrum eidem ordini munificentia regia contulit & concessit, sede Apostolica confirmante. Ordo vero prædictus debet viuere & militare Deo pro defensione fidei & infidelium impugnatione secundum regulam & instituta ordinis Calatrauensis; & quando opus fuerit, debet visitari, corrigi, & reformari tam in capite, quam in membris per abbatem monasterij de Alcobalia Cisterciensis ordinis diœcesis Vlyxbonensis. De præmissis vero & de forma iuramenti, præstandi pro tempore Regi Portugalliæ per magistrum eiusdem ordinis, necnon abbati præfato nomine Romanæ ecclesiæ, ac etiam de alijs conditionibus & circumstantijs appositis & seruandis in literis Apostolicis inde confectis seriosius ac plenius continetur. Actum Auinione ad perpetuam rei memoriam*. Consentit Bernardo præter alios Ioannes Mariana a, qui ait eam sacram militiam in illo regno nobilissimam, gestarum rerum gloria floruisse, & castro Marino, in quo primum domicilium fuerat constitutum, Touariū migrasse. Subdit in eodē regno priora ciuilia bella inter Regem Dionysium Alfonsumque filium, ad rerum summam aspirantem arsisse; atque ad ea sopienda Reginam Mariam Castellæ socrum Alfonsi Mirobrigam esse profectam, sed re infecta reuersam.

c Ber. chr. Rom. Pon. M.S. Vat. bibl. sign. n. 3765. in Io. xxII. Stero Altaben. in annal. hoc ann. Mar. l. 15. de reb. Hisp. c. 16 Castrum Marinum præcipua illius sedes.

Templariorum prædia in Lusit. & Algarb. sira illi attributa. Calatrauensiū instituta equites sequi iussi.

a Marian eod. c. 16.

Maria Regina Alfonsum Dionysio Regi Lusit. conciliare frustra nititur.

Contrarijs studijs iactata est Aragonia, Iacobus enim Regis Aragonum filius sceptri heres, tranquillioris vitæ desiderio regni hereditate, reluctante patre ac nequidquam monita, vt non tantum sibi, sed orbi natum se meminisset patriæque consuleret ingerente, vigesimo tertio decembris die in publicis comitijs, vxore Eleonora intacta in Castellam ad suos dimissa, & Calatrauæ habitu sumpto se abdicauit: indeque regni ius proximo natu Alfonso quæsitum. Certatū est multorum sermonibus de re adeo noua, collaudantibus alijs, alijs damnantibus; demum licentia morum effrenata ad eam leuitati adscribendam plures adduxit.

Iacobus sceptri A rag. heres iura in fratrem trās fundit.

30 Hoc anno celebrata est magna religionis pompa translatio reliquiarū S. Ludouici episcopi Tolosani, præsente illius fratre Roberto Siciliæ Rege: editasq; ad eiusdem sancti inuocationem plures cœlestes virtutes, & restitutos valetudini ægrotos, narrat Iordanus his verbis b: *Anno Domini* MCCCXIX. *VI. id. nouembris summus Pontifex ad translationem ipsius misit sex Cardinales, vt in præsentia Regis Ierusalem atq; Siciliæ germani eius atque Reginæ, multorum prælatorum ac baronum, concurrente etiā cleri ac populi innumera multitudine, cum miris solemnijs & reuerentia multa corpus eius de terra leuatum est, & in argenteo & ornato sarcophago super altare reconditum in ecclesia sumptuoso opere ad ipsius dedicatā honorem. Vbi mirabilis Deus in sanctis suis stupenda miracula operatur. nam per ipsius inuocationem & merita votis emissis a propinquis & notis xv. vere mortui rediere ad vitam. Multa quidem & alia extant miracula, quæ iuxta morem gratia breuitatis in hoc libro scripta non sunt: nam circa viginti varijs legi infirmitatibus liberatos, & totidem iuxta notarium haberi, & in quaternis alijs vltra ducentos: quæ omnia manu publica scripta, & diligenter examinata de mandato Massiliensis episcopi, ab ijs dumtaxat exposita, qui & oculis viderunt, & manibus contrectauerunt; & firmata sunt præstito iuramento*.

b Iord. M S. Vat. bib. sign. n. 1960. S. Ludouici episc. translatio

Miracula ad illius nomen implorat ū edita.

Non

extiterat. Mouit illius calamitas ad misericordiam Pontificem, qui Compostellano archiepiscopo prouinciam imposuit a, vt apud Mariam Reginam Alfonsi Regis impuberis auiam ac tutricem; tum apud Ioannem ac Petrum principes, quibus summa rerum Castellæ demandata erat, incussa censurarum religione, ad principatum Alfonso a Regibus arbitris Iacobo & Dionysio adiudicatum restituendum adigeret.

Restitueré illum principatui nititur Pontifex.

a Ap. 2. p. 2. ep. cur. 1371.

Ioannes, &c. venerabili fratri Berengario archiepiscopo Compostellano.

Insinuante nobis dilecto filio nobili viro Alfonso, nato quondam Fernandi primogeniti claræ memoriæ Alfonsi Regis Castellæ, quod olim cum charissimi in Christo filij nostri Iacobus Aragonum & Dionysius Portugalliæ Reges illustres a claræ memoriæ Fernando Rege Castellæ ac eodem Alfonso super sopiendo graui dissidio animarum discrimina, grandiaque corporum rerumque dispendia producente, inter ipsos ab olim exorto, arbitrationes & amicabiles compositiones sub certis pœnis ac præstitis hinc inde iuramentis electi, pro bono pacis & concordiæ inter cætera ordinassent, vt dictus Alfonsus & heredes ac successores ipsius infra Castellæ & Legionis regna certam terram per Reges designatam eosdem in francum allodium cum mero & mixto imperio liberam & exceptam ab omni iurisdictione, dominio, subiectione, seruitute ac etiam appellatione tam dicti Regis Fernandi, quam aliorum post eum futurorum Castellæ & Legionis Regum in perpetuum obtineret; & tam dictus Fernandus, quam plures nobiles & barones illarum partium per se, ac nonnullæ communitates ciuitatum & villarum insignium dictorum regnorum per eorum syndicos & procuratores legitimos super obseruatione ordinationis prædictæ emologatæ a partibus iuramentum præstitissent, prout instrumentis publicis & autenticis literis inde confectis plenius dicitur contineri; idemque Rex Fernandus dictam terram assignasset Alfonso præfato iuxta formam ordinationis eiusdem, dictusque Alfonsus post assignationem huiusmodi per sex annos eam possedisset integre, pacifice, & quiete; dictus tamen Fernandus Rex, dum adhuc ageret in humanis, non attendens quam periculosum, quamque indecens sit censendum in quolibet iuramento præstitum non seruare, sed præsertim in principe, cuius etiam verba simplicia nullatenus irrita fore debent, cum Regis sit gloria seruare promissa; contra ordinationem huiusmodi pro libito veniens, spretis iuramento prædicto & pœnis in illo contentis, eundem Alfonsum maiori parte dictæ terræ armata manu per violentiam spoliauit, qua dictus Alfonsus tam ipso Rege superstite, quam post eius obitum remanserat destitutus, in iuris iniuriam, suumque dispendium, & scandalum plurimorum, & in periculum animæ dicti Regis, quæ vt probabiliter credi potest, pœnis inde grauibus subiacet, cum non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum, dictoque Alfonso super his Apostolicæ sedis auxilium implorante; nos charissimam in Christo filiam nostram Mariam Reginam Castellæ illustrem auiam & tutricem charissimi in Christo filij nostri Alfonsi Regis Castellæ illustris pupilli, & dilectos filios nobiles viros Ioannem quondam Alfonsi, & Petrum quondam Sancij Regum Castellæ filios tutores eiusdem Regis pupilli per speciales nostras literas rogauimus & hortati fuimus in domino Iesu Christo, & eisdem propriæ salutis obtentu consuluimus bona fide, vt considerantes attente, quod eidem pupillo hoc præsertim tempore plurimum expediebat & expedit ad se pro sua & regnorum suorum tranquillitate corda magnatum attrahere, & omnem scandalorũ materiam amputare; vna cum magnatibus alijs regnorum ipsorum ac communitatibus supradictis, quarum ad consilium prospicerent adhibendũ, sic ordinarent, sicq; disponerent, quod dicta terra, qua dictus Alfonsus taliter extitit spoliatus, eidem Alfonso, qui sicut asserit constanti animo & inuariabili voluntate, vbi sibi fieret debita restitutio sublatorum, se dicti pupilli Regis & Reginæ beneplacitis coaptare totaliter disponebat, restitueretur ac dimitteretur libere & quiete; necnon de fructibus, redditibus, & prouentibus medio tempore perceptis debita sibi satisfactione præberetur.

De bello inter Regẽ Cast. & Alfonsũ princip. sopito.

Principatus a Regibus Arag. & Lusit. arbitris Alfonso attributus.

Vt Ferdinandus Rex illũ vi rapuerit.

Alfonsi patrocinium sumpsent Pontifex.

Mariam Reginam, ac tutores erepta illi restituere iussent.

26 Cum autem præfata Regina tutrix ac tutores prædicti, sicut ex eiusdem Alfonsi iterata conquestione percepimus, huiusmodi precibus & hortationibus apostolicis, quæ eiusdem Regis pupilli profectum, & tam Regis præmortui patris sui, quam propriam tutricis & tutorum prædictorum salutem, dictorumque regnorum tranquillitatem & pacem proculdubio sapiebant, parere efficaciter non curarint; nos attendentes, quod ad nos pertinet omnis censura peccati, & vbi præsertim agitur de iurisiurandi religione contempta, immo etiam violata, iustitiam denegare non debemus oppressis, ne deserre videamur homini contra Deum, &c. [Imponit prouinciam archiepiscopo, vt in ea loca se conferat, excitisque ijs, qui euocandi visi fuerint, ac sine forensi strepitu quæsita atque explorata de re tota veritate, pupillum Regem, auiam, ac tutores regios Ioannem ac Petrum; præterea locorum magistratus ac populos, qui se iureiurando obstrinxere, daturos operam, vt Fernandus Rex sacramento promissa seruaret, incusso censurarum ecclesiasticarum aliarumque pœnarum iuris terrore ad rescindenda reuocandaque omnia, quæ contra datam fidem tentata fuerint, adigat: tum pontificia auctoritate irritas esse iubet omnes prærogatiuas, quæ archiepiscopi diligentiam, atque imperia apostolica eludere possent.] *Dat. Auinione XIII. kal. iulij anno III.*

Elusa sunt imperia pontificia

Intentata Castellanis censuræ ni Alfonsus restituatur principatui.

27 Perfunctum imposito sibi munere Berengarium archiepiscopum Compostellanum, paulo ante ea insignitum dignitate, refert Mariana a, atque in conuentu Castellæ ordinum Vallisoleti a Regina Maria habito pontificias minas obiecisse, ni Alfonso Cerdæ attributi a Regibus Lusitano & Aragonio agri traderentur: Castellanos vero proceres misericordia quidem viri in spem regni nati, fortunis spoliati, tactos; sed sacramenta obtendisse, quibus se obstrinxerant, minore Rege quidquam ex illius ditione detrahi non permissuros.

a Io. Mariana l. 15. c. 16.

Proceres sacramẽti religionẽ obtendũt.

In ijs Vallisoletanis conuentibus constitutum, vt regiæ procuratores Ioannes ac Petrus patruus nepósque alternæ potentiæ æmuli, conciliatis discordijs, arma in Mauros verterent. Nec minus ad sustinendos eorum impetus Ismael Granatensis Rex se comparabat, atque ex Africa auxilia, attributis Regi Marrochitano Algezira & Arunda cum interiectis agris, euocatat. Irrupere in Granatense regnum varijs agminibus Ioannes ac Petrus: Tisarum a Petro expugnatum: reliqua prona ad victorem fuere. Ioannes illius facinoris gloria inuidiaque perstrictus,

Ioannes & Petrus principes in Granatenses mouent.

Rex Marrochij in auxilium a Granaten. excitur.

Petrus princeps strenue in barbaros rem gerit

 ma-

*dus, nec non quod hanc optabas accipere ad honorem Dei, & specialiter ad debellandos vltra mare fidei inimicos; quod cum non colligeretur ex nobis relatis obseruatio diei vel hora, seu superstitiosæ rei alterius, ipsam sumere non poterat superstitio, nec peccatum *; vnctio etiam hæc prima non derogat, quam sumpsisti, tum quia regalis vnctio in anima quidquam non imprimit, tum etiam quod ab illa ista esse alterius rationis dicitur quo ad materiam & ad formam.*

Respondet Pont. in illa vnctione sumenda peccati speciem non apparere.
*esse

Secunda vero petitioni tuæ, qua petebas per nos consuli tibi, an deberes recipere, & de conferenda daremus prælato alicui in mandatis; taliter tunc duximus respondendum, quod cum de prædictis nobis, prout conuenit, non constaret, quod ea vngi deberes nolebamus consulere: sed nec concedere vel negare. Diximus tamen ei, quod si te recipere ipsam contingeret, hoc per episcopum clam fieret & secreto: nam si palam, possent ex hoc admiratio magna & scandalum forsitan exoriri. Committere autem prælato cuicumque, quod tibi conferret eandem, omnino renuimus: quinpotius petitionem factam super hoc certis ex causis totaliter duximus denegandam.

Dictorum incertam esse veritatem.
Se. rẽ nec suadere nec dissuadere.
Si velit inũgi clã id fiat.

Verum cum tuos felices successus ex nostri cordis intimis affectemus, hoc dudum celsitudini tuæ per dictum N. commisimus, ac tibi per nostras literas id idem mandauimus, quod cum nec vnctio nec aliquid aliud, nisi ad Deum esses dispositus, proficere quidquam posset, magno affectu hortabamur te, sicut & hoc ipsum recolimus alias pluries nos fecisse, quod te solicite diuinis coaptares beneplacitis, virtuosam ducendo vitam, in te & tuis subditis colendo iustitiam, ac recognoscendo, vt teneris, Romanam ecclesiam matrem tuam, nec non & omnes ecclesias tui regni & dominij in suis libertatibus & priuilegijs integre conseruando.

Hortatur ad explicãda virtutum exẽpla.

21 Ingrauescente inter Eduardum Angliæ Regem ac Robertũ Brusium bello Gaucelinus & Lucas Cardinales legati, cum ipsis tutus in Scotiam accessus non pateret, pontificias literas, quibus ad ponenda arma solicitabatur Robertus, transmisere a. Quibus ille acceptis, rem cum suis in consilio se agitaturum respondit: nuntijs vero Cardinalium a Scotis proceribus in scriptis responsum est, nullum pacis tractatum ipsos admissuros, nisi Robertus in eo regio nomine insigniretur: cum Cardinales, ne discordiæ malum vlterius glisceret, inducias imperarunt. Cumque in Scotiam de ijs promulgandis literæ transmissæ essent, Robertoque allatæ, is nuntium intentata capitis pœna regno iussit abscedere: ac postea Cardinalibus fallaci spe concordiæ aliquandiu delusis, Vvaruicum aliaque Regis Angliæ loca, effuso multo humano sanguine, in suam potestatem redegit. Cum itaque exploratum esset eum pœnis adiectis ob temeratas inducias se implicuisse, Cardinales Scotiam sacris interdixere. Verum antistitibus sententiam temnentibus, Pontifex quatuor Scotos præsules, qui Roberti partes efferebant, Vvillelmum S. Andreæ, Duncheldensẽ, Henricum Arbodensẽ, & Dauidem Morauiensem episcopos ad sedem Apostolicam accersiuit, tum vt meritæ a contumacibus pœnæ exigerentur, tum vt cum ijs de pace in Scotiam, quæ belli malis attrita erat, adducenda tractaret: ac ne inanibus excusationibus se ab adeunda eadem sede excusarent, illorum saluti syngrapha liberi commeatus cautum iri pollicitus est.

a An. 4. p. 1. ep. cur. 18.
Robertus Brus pacẽ nisi regio titulo decoretur respuit.
Induciæ inter ipsũ & Eduardum promulgatæ.
Vvaruicũ a Roberto occupatũ.
Scotia interdicto supposita.
Præcipui Scot præsules in iudiciũ vocati apud sedem Apost.

22 Postulauit etiam iudicio Robertum, vt recurrentibus insequentis anni kalen. maij sedi Apostolicæ ad dicendam causam se sisteret, euulgatis ea de re subiectis literis a.

a An. 4. p. 1 ep. cur. 22.

Ioannes, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Cum Robertus excommunicationis & interdicti & alias sententias, claues ecclesiæ contemnendo omnino, sustinuerit per annum & amplius, & adhuc sustineat, sicut accepimus, animo indurato; sicque a se videatur timorem Dei & hominum repulisse, vt quasi clauo pertinaciæ in concepta peruersitate confixus nec conscientiæ stimulo vrgeatur, nec pudore confundatur infamiæ, neque pœnis pro culpa imminentibus terreatur; sed potius mala malis in suæ damnationis cumulum coaceruans, de nouo dicti Regis Angliæ terram cum gentibus suis manu armata hostiliter ingredi, sicut fidedigna percepimus relatione, præsumpsit, castra, villas, & loca dicti Regis post illationem damnorum grauium per rapinas & incendia illatorum ibidem inuadere satagendo, propter quod scrupulo non caret hæreticæ prauitatis; nos tamen, volentes ex mansuetudine dictæ sedis ipsius in hac parte nobilitati deferre, eundem Robertum cum, sicut potest colligi verisimiliter ex præmissis, his, quibus citationem huiusmodi committi contingeret, ad dictum regnum Scotiæ pro citatione huiusmodi facienda tutus non pateret accessus; tenore præsentium, hac fidelium astante multitudine copiosa, citauimus vt vsque ad kalendas maij proximo venturas, quas pro peremptorio termino assignamus, per se vel procuratorem idoneum apostolico se conspectui repræsentet, legitime in huiusmodi negotio processurus ac facturus, & recepturus quod iustitia suadebit, &c. *Dat. Auinione xiv. kal. decembris anno iv.*

Intentatũ Roberto Brusio ob spretas cẽsuras iudicium.
Constituta ad causam dicendam dies.

23 Paruit Pontificio edicto Robertus Brusius, ac sequenti anno oratores ad diluenda obiecta, gratiamque Pontificis comparandam misit. Quod vero ad Vvaruicum ab ipso Regi Angliæ ereptum illatasque cædes & agrorum populationes spectat; captum proditione fuisse, refert Vvalsingamus b. Dum vero Vvaruici obsidionem Rex Eduardus vrgebat, atque in illius vrbis recipiendæ spem efferebatur, temere verba ipsum laxasse, quibus captæ vrbis eiusdem præfecturam Hugoni Spenserio & Rogerio Tamari traditurum indicabat; eaque voce exacerbatum Thomam ducem Lancastriæ, regijs castris se subduxisse, coactumque Eduardum obsidionem soluere. Quibus Rex conflictatus malis biennales inducias cum Roberto pepigit. De tractata vero inter eos pace sequenti anno dicetur: nunc ad Hispanicas res varijs inquietas tumultibus, stylum conuertamus.

Paret Pontifici.
Vvaruicio potiuntur Scoti.
b Vvalsin. hist. Angl. Polyd. Vergil. in Eduar. II. l. Buchan. hist. Scot. l. 8.
Eduardi imprudẽtia.

24 Confugerat ad sedem Apostolicam Alfonsus Cerda S. Ludouici ex Blanca filia, atque ex Fernando Castellani sceptri herede Alfonsi X. Romanorũ Regis designati nepos, cuius causa atrox bellum Gallos inter & Castellanos exortũ superiori tomo vidimus; cum Galli Fernandi, vt maioris natu, atque in illius iura succedentibus filijs contenderent, Alfonsus vero Rex secundum natu Sanctium primogeniti extincti filijs prætulisset; ac post diuturna bella Lusitaniæ & Aragoniæ Reges delecti controuersiæ arbitri. Lata in potentioris gratiam sententia, Alfonso ac fratri nonnulla prædia atque oppida, Regis Castellæ imperio libera attribuerant. Quam leuem regni compensationem indignatus Alfonsus regno abscesserat, & adhuc bonis deiectus exul vagusque extite-

Alfonsus Cerda ditione deiectus.

nam: debet siquidem solis duabus societatibus vltra trecenta sexaginta millia florenorum; sic quod de dicto ordine nullum, aut parum potest pro prosecutione dicti negotij prouenire subsidium: a quo tamen maximum probabiliter sperabatur. *Et infra*.

18 Si hæc, charissime, & alia, quæ tibi Dominus circa hæc ministrabit, deduxeris in rectæ considerationis examen, profecto procul tempus & opportunitatem pro prosecutione præfati negotij perspicies, & non prope. Ideoque nobis & alijs, cum quibus deliberauimus, expediens videretur, quod ante omnia ad sedandas & sopiendas, vel saltem vsque ad tempus non modicum per treuguarum beneficium differendas dissensiones huiusmodi tam tu, fili charissime, quam nos operosum studium & studiosam operam impendere curaremus: quod profecto iam dudum fecimus, nec cessamus.

Sedandas prius principum discordias.

Si autem regali prouidentiæ videatur, quod præmissis non obstantibus sit ad prosecutionem præfati negotij procedendum, attende fili charissime, quomodo negotium ipsum prudenter valeat inchoari. Considera qualiter continuari poterit, & aduerte quomodo feliciter valeat consummari. Examina quas expensas tantum requiret negotium: & proinde prouide, vnde poterunt ministrari; nec ad impossibilia, sicut audiuimus alias, tui consiliarij conuertant acies mentis suæ. Metire vires tuas, & circumspice in quo excellentia regia, tuique regni magnates, zelum habentes, ad antefatum negotium voletis & poteritis subuenire: & super his deliberatione præhabita diligenti, mittat magnificentia regia viros prudentes & gnaros veritatis, ac præfati negotij zelatores, regalis conscientiæ plene conscios, & super præmissis plenius informatos: quos vtique audire, dante Deo, proponimus, & in quibus secundum Deum poterimus, exaudire. *Dat. III. kal. decembris anno III*.

Mittat oratores ad belli sacri agitanda consilia.

19 Præ se etiam ferebat Eduardus Angliæ Rex ingens expeditionis illius aggrediendæ desiderium: cui Pontifex, commendata pia eiusmodi voluntate, vt prius hostes, qui latebant in pectore, vitia scilicet excinderet, rescripsit [a]. Excuteret diligenter conscientiæ omnes sinus, ne quam Numini diuino vel proximo iniuriã inferret: ita enim sedatis animi motibus, facile regni motus compositurum, pacemque reuocaturum, sine qua expeditionis Asiaticæ consilia nunquam perducere posset.

Eduardus Rex bellum sacrũ cogitat.

a Ib. ep. secr. 323.

Ioannes, &c. Eduardo Regi Angliæ illustri.

Quia, dilectissime fili, promoturum in his & alijs negotia Domini sic condecet propriæ consulere puritati, vt pacem in domo, id est conscientia sua, primitus solidet; ne si forsan intus pugna domestica lacessente distrahitur, minus timeatur ab exteris, & culpa in eum, cui obsequium creditur præstari commissa, fructum impediat assumpti, laboris, vellemus te prius inspicere quid domi agitur: & si forte tumultum faciant, si tibi moueant prælium in eadem commissæ per te in Deum & proximum interdum offensæ, vellemus vt prius super illis te & tibi consuleres, & in confessione oris ac satisfactione operis faciem Domini præuenires; vt per id eum tibi placatum efficeres, vt ab eo tibi & regno tuo tranquillitatem & pacem, sine quibus vltramarino passagio te commode nequis impendere, facilius impetrares. Super quibus illius, in cuius manu corda sunt principum, misericordiam suppliciter imploramus, vt cor tuum ad præmissa & alia sua beneplacita exequenda conuertat, dies & actus tuos in sua pace dirigat, regnum tuum solidæ quietis amœnitate corroboret; & te circa dictæ terræ subsidium in tam sancti propositi soliditate conseruet, &c.] Addit ad conciliandam ipsi diuinam gratiam, archiepiscopis se Anglicanis præcepisse, vt populum ad porrigendas pro ipsius ac regni salute supplices Deo preces incenderent. *Datum* VIII. *kalendas iunij*.

Respondet Ioannes internos animi domãdos hostes.

Angliæ prius restituendam pacem.

Significat publicas preces pro ipso indictas.

20 Persuasum fuerat Eduardo a nonnullis viris religiosis, ipsum diuina ope regni tumultus compressurum ac feliciter bellum Asiaticum confecturum; si quodam balsamo liniretur, quod a Deipara S. Thomæ martyri datum, eiusque iussu a monacho Pictauensi monasterij S. Cypriani in ædicula S. Georgij reconditum acceperat; tum vero a duobus orientalibus Christianis ex responso dæmonum soldano Saracenorum dato compertum fingebatur, ac primum Henrico Imp. traditum, deinde duci Brabantiæ, qui eo munere Eduardum affecerat, iniecta spe ipsum illius inunctionis virtute Asiam debellaturum. Qua de re consuluit Pontificẽ Rex depromptis nonnullis argumentis, quæ dictis fidem conciliare viderentur; ac flagitauit, vt alicui episcopo inungendi illius pontificio nomine prouinciam traderer.

Vana opinio de quodam cælesti oleo iniecta Eduar do.

Verum Ioannes audita re, cum de ea sibi non constaret, hæc respondit [a]: *Retulit idem frater N.* nimirum Dominicanæ familiæ alumnus, qui regias literas Pontifici reddidit, *quod tu, attente considerans, tibi postmodum regnoque tuo aduersitates plurimas accidisse, informatus ab aliquibus putabas indubie, ea tibi ac regno euenisse tuo propter omissionem vnctionis prædictæ; quodque si eam susciperes, a te cuncta pellerentur aduersa, teque felices successus in omnibus sequerentur, vnde ipsam suscipere feruenti desiderio affectabas: verum, præfato non obstante desiderio, hoc facere distulisti, donec nostrum accepisses responsum, an peccatum esset ipsam suscipere, & an te ipsa inungi bonum & expediens putaremus: quapropter memoratus frater* N. *pro serenitate tua nobis humiliter supplicabat, quatenus super præmissis nostrum tibi consilium mittere dignaremur; & quod vbi nostro iudicio accipere vnctionem illam culpa non esset, alteri dilectorum filiorum nostrorum Cardinalium, qui apud te tunc temporis præsentes erant, aut prælato alicui regni tui, quod eam tibi impenderet, daremus per nostras literas in mandatis. Nos vero volentes tibi super ijs maturius respondere, diximus fratri præfato, quod nobis vnum de Cardinalibus, cum quo conferre possemus, & de quo tu plene cõsideres, nominaret: quo nominante Sabinensem episcopum, ipsoque ad præsentiam nostram propterea euocato, & sibi imposito quod secreto teneret omnia, quæ audiret tangentia factum istud, voluimus vt in eiusdem episcopi præsentia omnia, quæ nobis solis super hoc dixerat, enarraret ipsique simul ad partem conferret super huiusmodi negotio diligenter.*

a Ib. ep. secr. 479.

Consulit Pontificẽ an illo oleo liniẽdus sit.

Præmissis igitur in nostram considerationem deductis, & super his cum sæpedicto, nempe Sabinensi episcopo, *Cardinali collatione habita diligenti, quoad primum quæsitum; visum nobis fuit finaliter, supposito tamen quod tu, fili, ex probabilibus & rationabilibus coniecturis crederes firmiter vnctionem hanc a B. Virgine datam esse, & te esse illum, qui primus ex ea prædicitur inungendus,*

minico crucis Christi æmulos studueris extirpare; nosque, qui totis animi votis ad veræ fidei gloriam iugiter aspiramus, quique tuos in hac parte labores gratos plurimum habebimus & acceptos, in tuæ nobilitatis promouendis negotijs constitues promptiores. *Dat. Auinione xv. kal. augusti anno* III.

Vngar. clerus Zagabrien. episc. oratorem ad Pont. mittit.

15 In Vngaria clerus Augustinum Zagabriensem episcopum Vngaricarum ecclesiarum dignitatis tuendæ gratia ad sedem Apostolicam misit. Audita causa Pontifex, ne Carolus Rex aliqua suspicione suffusus episcopo infensus esset, significauit ipsi a, nulla de illo nisi laude & commendatione digna retulisse; atque adeo ad ecclesiam reuerti pateretur, neue obtrectatorum susurros admitteret. Eximia etiam sunt in re simili pro defendendo magistro Radulpho pontificia præcepta b Philippo Regi Francorum, apud quem in inuidiam erat adductus, data: *In benigniorem*, inquit, *partem semper interpreteris, in dubio nullum habiturus ex leui causa suspectum: fideles etenim si putaueris facies, & dum quilibet confidentiam tuam in se fidenter recumbere viderit, ab omnibus, quæ infidelitatem sapere valeant, cautius, vt credimus, abstinebit*.

a An. 4. p. 1 ep. com. 45

b To. 2. ep. secr. 25.

Vitæ discrimen vna cum Regina Philipp. Rex adit.

Adijt eo tempore Philippus vna cum Regina Ioanna, vt sunt instabiles humanæ res, ac tenui etiam filo Regum sceptra pendent, ingens vitæ discrimen, vixque e parietis ruinis emersit. Quod vbi accepit Pontifex, grates diuino Numini ob seruatum Philippum egit; sumptaq; inde occasione Regem c ac Reginam d grauibus præceptis erudiuit, vt ab humanis rebus adeo fragilibus ad diuina mentem studiumque transfunderent: *Hæc te cautiorem*, Regem alloquitur, *contra hostis illius insidias debent reddere & promptiorem, vt liberatori tuo studeas deuotius & studiosius deseruire. Ex his, fili chariss.me, tua prouidentia potest percipere, quod nec potestatis sublimitas, nec generis nobilitas, nec formositas aut valetudo corporis a periculis liberant, quæ nec possunt vtique humano ingenio præuideri: sed ille, in cuius conspectu sunt mille anni futuri sicut dies hesterna, quæ præterijt, quos vult ab ijs misericorditer liberat, & quos vult illa subire permittit, &c.* Instruxit eundem Regem saluberrimis alijs præceptis, vt concessa Gallicanæ ecclesiæ a S. Ludouico priuilegia restitueret e, eamque pristino assereret splendori: familiarem in principum aula pestem calumniatores, qui regias aures obsiderent, reprimeret.

c Ib. ep. secr. 66.
d Ib. ep. 67

Hortatur illum ad rerum terren. contéptũ Pont.

e Ib ep. secr. 802.

Gaucelini Card. opera Belgæ Philippo conciliati.

16 Conciliata est hoc anno, ac sequenti corroborata a Pontifice concordia inter Philippum Francorum Regem & Belgas, Gaucelini tit. SS. Marcellini & Petri presbyteri Cardinalis, censurarum metum Belgis incutientis, præcipua opera, ad quam nauandam strenue incitarat ipsum Pontifex f: qui illius nuntio ingenti gaudio perfusus, vt eam confirmaret, pluribus literis cum Philippo Rege g, Regina Ioanna h, comite Valesiorum i, Roberto Belgarum principe l, ac fœderatis vrbibus egit; Gaucelinoque Cardinali præcepit m ne, nisi perfecta re, discederet aula regia, in qua plurimum floruisse gratia atq; a sede Apostolica commissa impleuisse est gratulatus n.

f Ib. ep. secr. 65.
g Ib. ep. 207.
h Ep. 208.
i Ep. 209.
l Ep. 290. ad 297.
m Ep. 247
n Ep. 201.

Phil. Rex sacrum bellũ cogitat.

Retardarant Philippi ineundæ Asiaticæ expeditionis consilia Belgici tumultus: quibus compositis animum ad instaurandam rem Syriacam, pro cuius apparatu instruendo, tum reficiendo ærario, quod in parentis & fratris Regum testamentis exequendis exhauserat, duas excurrentis triennij spatio decimas exigendas obtinuerat a, aduertit; cum superiori anno ab Ossinij Regis Armeniæ oratoribus ab id egregie animatus esset: quo argumento datæ ad Armenum extant literæ b. Sed tam ardua prouincia sine aliorum Regum opera non suscipienda ab ipso, Pontifici visa est c, cum impar illius potentia Saracenicæ videretur: non sufficere pacatas esse Gallias, sed reliquum orbem Christianum ad mutuam pacem reuocandum: laniatum vero adeo bellis ciuilibus, vt sine magno discrimine rem aggredi non posset.

a Ep. secr. 634. & post eand. ep.
b To. 2. ep. secr. 371.
c To. 2. ep. secr. 34.

Ioannes, &c. Philippo Regi Franciæ & Nauarræ illustri.

17 Intensum tuum, fili charissime, desiderium, quod te ad prosecutionem negotij terræ sanctæ gerere, præsertim pace iam a pacis actore reddita regno tuo, missa nobis nouiter epistola regia nunciauit, multipliciter in Domino merito commendantes, illud ei ascribendum credimus, qui vbi vult spirat; quique corda Regum habens in suæ potestatis arbitrio, eadem ad nutum suæ voluntatis attrahit & inclinat: cui gratias in humilitate spiritus exsoluimus, quas valemus. Sane si, iuxta sapientis sententiam, in omni negotio sunt tempus & opportunitas attendenda, in hoc profecto negotio; vtique nimirum arduo & difficultate repleto, sunt hæc singulariter inquirenda. Sed, proh dolor! hæc procul abesse conspicimus, non adesse: pax siquidem, quæ inter Christicolas eius prosecutioni præcipue necessaria noscitur, pene ab ipsis Christicolis exulat; cuius loco turbatio, & adeo dura viget commotio, quod vt alter offendat alterum offensam propriam non abhorret; & vt in periculum præcipitet alium, præceps præcipitium festinat in suum. Leua, fili charissime, in circuitu oculos mentis tuæ, & profecto quasi vbique reperies, peccatis exigentibus, guerrarum fremitus, & bellicos apparatus. Vide regnum Angliæ contra regnum Scotiæ, & econtrario insurgens. Attende principes Alamanniæ guerris & bellicis actibus contra se mutuo intendentes.

Proponit ei difficultates Pontif.

Occidentalium discordias.

Anglos & Scotos mutuo implicitos bello.

Consideра charissimos filios nostros Siciliæ & Trinacriæ Reges; non est vtique pax inter eos, sed solum tregua breui tempore duratura: nec videmus, quod dolentes referimus, ad pacem inter ipsos disponi negotia, sed potius augeri continue odia, & multiplicari rancores. Et ne omittamus Cypri & Armeniæ Reges, pax non est vtique inter ipsos, sed odia, suspiciones & insidiæ crescunt continuæ hinc & inde. Regna quoque Hispaniarum contra regnum Granatæ, & suas fronterias satis reperies occupata. Conuerte, fili charissime, tuum intuitum ad partes Lombardiæ: profecto reperies vnam ciuitatem insurgere contra aliam; immo, quod grauius est, inuenies quasi quamlibet ciuitatem intestinis odijs & insidijs esse plenam, ac tyrannos illarum partium igne & gladio persequi sibi non parentes. Vide illam tam insignem ciuitatem Ianuæ, tam præfato negotio opportunam, & ipsam propter talia odia desolatam reperies, & quasi omni auxilio destitutam. Mare quoque in partibus ipsis inuenies inuium, & per terram iter itinerantibus non patere, nec de præmissis regnis & terris putes prouenire, in præfati prosecutione negotij, præmissis durantibus, subsidium vel auxilium, sed potius nocumentum. Considera insuper statum miserabilem ordinis hospitalis S. Ioannis Ierosolymitani, iam quasi dispositum ad ruinam:

Diuisam sub gemino Cæsare Germaniam.
Siciliæ & Trinacriæ Reges ad bellum pronos.
Cypri & Armen. mutuo suspectos.
Hispanos Granat. si bello districtos.
Italos Guelph. & Gibell. factione scissos.

Hospitalarios alieno ære ingenti oppressos.

quoque fisco apostolico Robertus Siciliæ Rex a decem millia vnciarum auri. In vtramque vero vlteriorem & citeriorē Siciliam Pontifex Stephanum e Pinu clericum Lemouicensem misit, vt abbatiarum non conuentualium vacantium vectigalia b colligeret: apostolicas constitutiones in eos, qui sacerdotia curæ animarum addicta, sacris ordinibus initiari neglexissent, vnde diuinus cultus exolesceret, promulgandas curaret c; cognitaque causa, ipsos contentas in sanctione, quæ a verbo, *Execrabilis*, ducit exordium, ob retenta iniuria sacerdotia contraxisse pronuntiaret. d

a Ib. ep. 446. — Stephan' e Pinu mittitur in vtrāque Siciliam missus. — b Ib. ep. cur. 14 — c Ib. ep. cur. 11. — d Ib. ep. cur. 13.

13 Præterea Arianensi episcopo prouinciam dedit, vt pœnas, quas in Rogerium e Bonito ob cæsum Frequentinum episcopum statuerat, diuulgaret; ac ni crimen rite expiaret, anathemate deuinctum declararet. Quæ vero pœnæ ad tantum scelus luendum incussæ, subiectæ literæ ostendunt. e

Frequentinus epis. a Rogerio cæsus. — e An 3. ep. com. 1524

Ioannes, &c. venerabili fratri episcopo Arianensi.

Rogerium de Bonito militem Arianensis diœcesis, latorem præsentium, qui Rogerium episcopum Frequentinum ausu sacrilego interfecit, ab excommunicatione, quam propter hoc incurrit, in huiusmodi homicidij reatu ad te remittimus iuxta formam ecclesiæ absolutum, mandantes sub debito præstiti iuramenti, vt ante omnia sufficienter & idonee caueat coram te, quod infrascripta, per nos sibi iniuncta, & a te etiam iniungenda complebit; quodque ecclesiæ, cuius episcopum interfecit, satisfactionem congruam, cum primum poterit, ad arbitrium tuum, cuius conscientiam oneramus, exhibebit. Iniunximus quoque sibi sub debito iuramenti prædicti, vt per maiores omnes ecclesias illius loci, vbi tunc fuit facinus perpetratum, nudus & discalceatus, braccis dumtaxat retentis, virgam ferens in manibus & corrigiam circa collum, si secure poterit, incedat; & ante fores ipsarum ecclesiarum a presbyteris earundem, psalmum pœnitentialem dicentibus, se faciat verberari, cum maior in eis aderit populi multitudo, suum publice confitendo reatum; & si aliquod feudum, officium, vel beneficium ecclesiasticum vel temporale a dicta ecclesia tenuit, vel ius patronatus obtinet in eadem, quibus ipse eiusque heredes ipso iure perpetuo sint priuati, ea ecclesijs, a quibus illa tenebat, dimittat omnino, sic quod ecclesiæ ipsæ de illius dispositione valeant, prout eis videbitur, expedire: & ne minus vindictæ, quam excessus memoria prorogetur, vsque ad quartam generationem ipsius posteritas in clericorum collegium, vel aliquod ecclesiasticum beneficium, seu officium seculare vel regulare nullatenus possit assumi.

Imposita Rogerio pœnitentia publica.

Nosque propter hoc sibi dari fecimus signum crucis in subsidium terræ sanctæ, & pro pœnitentia eidem duximus iniungendum, vt cum fuerit passagium generale vel particulare per ecclesiam Romanam indictum, personaliter legitimo impedimento cessante debeat transfretare: & si eum prius mori contigerit, de rebus suis, si habuerit, disponat mittere idoneum bellatorem: limina Apostolorum Petri & Pauli tribus vicibus, & semel B. Iacobi debeat visitare: vsque ad septem annos semel qualibet hebdomada vnam missam pro anima occisi episcopi faciat decantari, & qualibet sexta feria in pane & aqua ieiunet, & quarta feria a carnium esu abstineat, nisi fuerit infirmitate detentus, vel in itinere constitutus; & decies orationem dominicam recitet omni die. Tu autem præter illam pœnitentiam iniungas sibi, quod animæ suæ saluti videris expedire. Si enim cautionem prædictam, aut satisfactionem, si poterit, non præstiterit, vt præfertur, & alia, quæ mandantur facere forte contempserit, nunties eum in eandem excommunicationis sententiam recidisse. Cæterum volumus, & præsentium tibi auctoritate mandamus, quod per singulas diœceses Beneuentanæ prouinciæ supradictas pœnas facias publicari. *Datum Auinione kalend. augusti anno* III.

14 Consulturus etiam saluti animarum, ne hæreticorum erroribus irretirentur, pontificijs & imperialibus Friderici II. sanctionibus inflictas hæreticis, vel ea aspersis infamia, pœnas renouauit, quas a Bertrando tit. S. Marcelli A. S. L. in Insubria in illos distringi a iussit. Cumque eadem lues plures in Chroatia etiam ac Bosnia inficeret, Maladinum banum grauissimis sententijs ad zelum in ea extinguenda, diuinoque cultu in ipsius ditione reuocando exercendum excitauit b: nonnulli enim ementito sanctitatis habitu ex Vvaldensium impia propagine suis erroribus simplices circumuenerant, vt viuificæ cruci nullus honos deferretur, non perciperetur eucharistia, nec etiam baptismus plerisque in locis conferretur.

a An. 3. p. 1. ep. cur. 201. — b Ib. ep. cõ. 1248. — Renouate in hæreticos veteres leges.

Dilecto filio nobili viro Maladino Chroatorum & Bosnæ comiti, alias dicto bano.

Multa, nec immerito, mentem nostram amaritudo perfundit, grauis dolor nos afficit, cum audiuimus esse in populo Domini perditionis filios, maledictionis alumnos, qui a Christianæ religionis obseruantia deuiantes, & volentes suo potius errore perire, quam aliena persuasione proficere, in tenebris ambulant; & obcœcati mente, vt lumen cæli non videant, errores hæreticos damnabiliter edocent & obseruant. Spectat igitur ad vnumquemque fidelem hostiliter contra tales insurgere, sicque ipsos in brachio virtutis Altissimi radicitus extirpare, quod pestifera eorum rabies pereat, & fideles alios, fauente Domino, non contingat. Sæpe namque, non absque graui turbatione mentis, relatione fide digna percepimus, quod terra Bosnensis, eiusque patria hæreticorum, ob rectorum negligentiam longo tempore ibidem degentium, tanta sit infidelitatis labe polluta, quod ibi desolentur ecclesiæ, clericalis ordo sit extirpatus radicitus, & Christi sacra irrisione pestifera conculcentur: non ibi crucis reuerentia, de qua sola voluit Apostolus gloriari, non viuifici sacramenti communio; ipsius etiam baptismi, quod est religionis initium, nomen in plerisque partibus ignoretur, agentibus proculdubio pestiferis doctoribus, qui fidem simplicium simulato religionis habitu prauorum dogmatum consperſione fœdarunt. Profecto non indigne graui doloris aculeo noster animus sauciatur, & ad vindicandas tantas nostri creatoris iniurias animamur.

Hæresis in Bosnia grassatur. — Cleri incuria. — Præcipui errores, qui in ijs locis serpebant.

Tuam igitur fili industriam, quam & nobilitas generis, & morum probitas, & orthodoxæ fidei religiosa professio dignis laudibus efferunt, paterna duximus diligentia commonendam, vt ad extirpandos errores de terra & patria supradictis, & præparandum veræ religionis cultum, potentiæ tuæ dexteram solicitudine religiosa conuertas: tunc etenim vere poteris hostium tuorum triumphator existere, cum de agro do-

Maladinū excitat Pont. ad religionē reuocandam.

Patriarchali munere deijcitur.

testabiles sic enormes, sicut etiam nostri debitum exposcit officij, disciplina debita castigare volentes, ne ipsorum impunitas ausum in alijs pariat, & ausus excessum; in Isnardum prædictum, qui omni honore, dignitate, atque administratione adeo reddidit se indignum, de fratrum nostrorum consilio perpetuæ depositionis sententiam promulgamus, eumque tam a patriarchali quam pontificali, & omni sacerdotali & clericali priuantes officio, condemnamus; ac corpus eius dantes sathanæ, vt eius spiritus saluus fiat, in ipsum excommunicationis sententiam promulgamus. Nulli ergo, &c. Dat. Auinione III. kal. aug. anno III.

a An. 4. p. 1 ep. com. 105.

Florent. oratores capti.

Pont. pro ijs liberandis studiũ

9 Intentauit etiam censurarum terrorem Pontifex a Philippo Sabaudæ regiæ principi, qui Florentinorum oratores ad aulam pontificiam accedentes non sine iniuria sedis Apostolicæ interceperat; ac Taurinensi episcopo, nisi ab euoluto mense restituerētur libertati, prouinciam dedit, vt Taurinum & alia loca, in quibus tenerentur in vinculis, ecclesiastico interdicto supponeret. Sæuiebat in eos Philippus Guelpharum partium odio, cum Florentini Roberto Regi, a quo dissentiebat, studerent. Et sane egregias illi auxiliares copias in Genuensi obsidione periclitanti submisere b: quibus classi impositis, cum semestri integro Gibellinorum copijs circumseptus esset, exscensione in portu, cui Sextus nomen est, facta in hostem magno impetu irrupit, ipsumque fudit. Qua parta victoria, Richardo Gambatesta Aprutino cum præsidiario milite Genuam dimisso, cum quadraginta triremium classe Auinionem ad Pontificem se contulit c. Captata Roberti Regis recessus occasione, Genuenses d exules vires collegere, ac viginti octo triremium classem præfecto Conrado Auria instruxere, nouisque copijs ex Germanis & Insubribus comparatis, Genuam obsidione tentarunt: in qua plurima hinc inde illata acceptaque clades.

Roberti Regis de Gib. Genuens. victoria.

b Io. Vill. l. 9. c. 94. et 96. Ant. 3. p. tit. 21. c. 4. §. 3.

Auenionẽ ad Pont. se confert.

c An. 2. p. 2 ep. com. 372. Io. Vill. l. 9. c. 97.

d Id. c. 98. & Ant. vbi sup.

Genua a Gibell. iterum oppugnata.

Inter Genuen. & Cyprios vetus bellum.

10 Non intestino modo in Italia, verum etiam externo in oriente bello impliciti erant Genuenses: quo ipsos inter atque Henricum Cypri Regem consurgente, cum extrema rei Christianæ in oriente calamitas impenderet, Pontifex ad illius semina præfocanda, cum accepisset Genuenses classem ad inuadendam Cyprum acceptasque vlciscendas iniurias apparare, missis apostolicis nuntijs, apud eos institit e, vt cœptis absisterent: permitterent suas iniurias sedi Apostolicæ: illam partes pontificias adeo solerter adhibituram, vt illata damna sarcirentur, ipsorumque dignitati consultum foret: moxque Henrico Regi significauit, vt operam suam ad auertendos ab infestando ipsius regno Genuenses, cum se ad bellum pro exigenda iniuriarum vltione compararent, collocasset: proinde ad propulsanda imminentia pericula, & pacandos quos læserat, solicitauit. Cyprio vero Rege suos oratores mittente, vt in Pontificem, vti fidissimum arbitrum, compromissum ederent; discutiendi vtriusque partis iuris Ioannes prouinciam non admisit, cum aliorum negotiorum mole premeretur. Sed adhibitis in consilium viris prudentia conspicuis sanxit, vt illata vtrinque damna sarcirentur, pristinæ ij libertati immunitatique in insula Cypro restituerentur, illatæ iniuriæ venia & obliuione delerentur, mancipati vinculis in libertatẽ assererentur, quæ erepta constaret sine forensi strepitu redderentur: ad ea vero quæ iuris ambigui viderentur, illustranda mitteret ad Genuenses virum prudentia & auctoritate instructum, vt ea sine iudicij contentione dirimerentur: vicissimque Genuenses e suis alium pari industria & potestate auctũ dirigerent ad ea, quæ in Cyprio regno in disceptationem caderẽt, dirimenda. Si vero designati arbitri inter se dissentirent, rem totam sedis Apostolicæ iudicio permitterent, vt quod suaderet æquitas seruandæ mutuæ inter ipsos amicitiæ studio definiret. Contendit demum Pontifex precibus ab Henrico vt suos ab inferenda vlla Genuensibus iniuria contineret, pacique sanciendę se accommodaret, & quę sedes Apostolica statuerat religiosissime seruaret: exploratum vero haberet, se illam partem studijs suis promoturam, quę huiusmodi apostolico decreto paruisset. At ne interim nouę repullularent dissensiones, annuas inducias Cyprijs ac Genuensibus imperauit, quas a Nicosiensi archiepiscopo in Cypro; in Liguria a Catanensi episcopo & Saonensi præsule designato promulgari iussit a.

e An. 3 ep. com. 1038

Genuenses, vt ab instruẽda classe absistant hortatur Põt.

Delectus Pont. controuersiæ arbiter.

Nõnullas concordię leges sancit.

a Ib. ep. 1137.

11 Nec Cyprus modo, verũ etiam Rhodus dissensionibus non carebat: ad quas sopiendas, ne rei Christianæ afferrent exitium, abdicante se iustis ex causis summi Hospitalariorum equitum magistri munere Fulcone Villareto, & Mauritio Pagnaco æmulo exauctorato, solicitus Pontifex transfundendæ in eum dignitatis, qui pares tanto oneri virtutes haberet, Franciæ, Tolosæ, Campaniæ, Aluerniæ, Castellæ, ac Legionis, Portugalliæ, Nauarræ, & Venetiarum priores, qui in aula pontificia versabantur, exciuit vt ipsorum in re dubia consilium exquireret: cumque in sanctiore Cardinalium consistorio illi seorsim inter se de eo contulissent, qui regimini admouendus videretur, vnanimi consensu in Helionum, qui tum vitæ religiosæ pulcherrimis exemplis fulgebat, tum præclara aduersus Saracenos belli facinora explicuerat, suffragia coniecerunt: cumque vota Pontifici aperuissent, illorum adductus precibus, quem designarant, gerendo muneri præfecit, atque ad illud capessendum apostolicis literis instruxit b.

Helionus Rhodior. equitum magister creatus.

b Ib. ep. com. 884.

Catalana societas.

c Ib. ep. com. 957. & post eand. ep.

Debilitare nefarios illius conatus studet Pont.

12 In Græcia societas Catalana, quam omisso Turcico bello in Gallici generis reliquias, quæ Achaiæ insidebant, arma vertisse iam ante vidimus, vt latius limites proferrent, Gualterum Athenarum ducem infestis signis petiere. Quam rem grauissime accepit Pontifex, fideles ab ea societate infestari, quos Latinarum partium studio tueri debuisset; ac ne muneri deesset, Athenarum ducatus clientes, atque Argolicenses excitauit c, vt aduersus hostes colligerent animos ac vires, nec Gualtero duci deessent: eoque argumento Gualterum e Fincherolis Argorum præfectum, aliosque nobiles ad retundendos hostiles conatus accendit. Addictæ erant eæ fœderatæ cohortes clientelæ nomine, vt regia auctoritate tutæ essent, Regi Friderico. Quem hoc anno a Tunetano Rege, qui regno a Bugiæ Rege Arabum opera pulsus fuerat, ad expeditionem Africanam solicitatum magno auri pondere ferunt d: cum obsessus barbarus maiore auri vi Fridericum sibi conciliauit; qui ita emunctis ab vtroque barbaro ingentibus opibus obsidionem soluit, Bugiæque Rex Tuneto, quo ab altero primum fuerat deiectus, potitus est. Fridericum porro censum pro regno Trinacriæ persoluisse, pontificia de eo accepto syngrapha docet e. Intulit quo-

d Io. Vill. l. 9. c. 104. Ant. 3. p. tit. 21. c. 4 §. 4.

Frid. Trinac. Rex Tunetanũ Regem restituere aggreditur.

Ab hoste auro corruptus bello absistit.

Soluit censum Rom. ecclesiæ. Et Robertus Rex.

e An. 4. p. 1 ep. com. 87

ipsum etiam imperium restituisse occidenti constet, quæ iure facta docent pluribus theologi, qui temporalem potestatem ecclesiasticæ subiectam probant a. Adde imperialem auctoritatem, quæ ad hoc non erat necessaria, viduato ob Ludouici Bauari & Friderici Austriaci discordem electionem suo principe imperio, penes Romanum Pontificem fuisse: qua etiam Ioannem vsum constat veluti in Rambaldi comitis ac Taruisinorum causa, cum Henricus Goritiæ comes, Canis Scaliger præfectus Veronensis, Vgucio Fagiolanus magister militum, & Guecellus e Camino inita armorum societate extremo superiori anno Taruisium obsidione cinxissent b, delatum a Taruisinis patrocinium suscepit; vtpote in quem imperialis auctoritas ad iniuste oppressos a potentiorum tyrannide vindicandos interregni tempore deuoluta esset, vt ipsemet his verbis profitetur in literis c ad Atrebatensem & Bononiensem episcopos, & Aymericum archidiaconum internuntios apostolicos datis.

a Palud. de ecclesiastica potest. M s. bibl. Vat. sign. n. 4109. Aug Triumph. de potest. eccl. q. 38. art. 6. Aie. de S. Elpid tract. 2. c. 3. Turrecr. sum. de eccl. l. 2 c. 90. Card. Bellar. de Rom Pont l. 5 c. 7. & alij.

Taruisini, a Scaligero & fœderatis bello appetiti.

b Cortus. l. 2. 4. Bonifac. hist. Taruis. l. 8

Suscipit eorū clientelā Ioan.

c An. 3. p. 3 ep. cur. 210.

Administratio vacantis imperij ad Pont. spectat.

6 *Attendentes*, inquit, *quod imperij Romani tempore, quo illud vacare contingit, sicut tunc vacabat, & adhuc vacare dignoscitur, regimen, cura, & administratio; necnon et defensio fidelium eiusdem imperij oppressorum, ac punitio subiectorum eorundē cum ad alium præterquā ad Rom. Pontificem recursus haberi non posset, ad nos pertinebat, sicut dignoscitur pertinere; ac insuper comiti Goritiæ, Cani, Vguitioni, & Guecello supradictis et quibuslibet alijs de præfato Rambaldo comite & communi Teruisino, ac singulis de ipso cōmuni conquerentibus offerentes liberaliter exhibere, & nihilominus per vos fieri mandantes iustitiæ complementum; vobis per nostras sub certa forma literas dedimus in mandatis, &c.* Addit Ioannes se memoratis internuntijs dedisse imperia, vt Scaligerum ac fœderatos intentata censurarum religione ab inferendo Taruisinis eorumque prætori Rambaldo comiti bello sibi temperare iuberent: ac si iterum illi obsidionem, quam soluisse acceperat, aduersus Taruisium defigant, censuras ijs incuti iubet. Tum Paganum Turrianum episcopum Patauinum, cui Albertinus Mussatus suam de gestis Italorum historiam inscripsit, designatum patriarcham Aquileiensem monuit d, ne ex patriarchali ditione subsidia ab hostes inferri pateretur. Illum quidem Taruisinis amicum fuisse, refert Bonifacius; e sed ex equo in terram allisum breui interijsse: implorasse vero Taruisinos pontificiam opem ait. Verum cum hostes, professi se imperij iura tutari, censuras ecclesiasticas spernerent, diuturno Taruisini bello attriti sunt a Scaligero, donec ij interprete Goritiæ comite Friderici Austriaci designati discordibus suffragijs Regis Romanorum clientelæ se commendarunt f. Quam ob rem exasperatus Scaliger cum Friderici æmulo Ludouico Bauaro fœdus iunxit: atque ita Germanicæ dissensiones inter cæsarei nominis studiosos irrepsere. Gibellinæ porro factionis splendidum nomen aucupabantur multi, vt eo fuco latrociniorum turpitudinem colorarent.

d Ib. ep. 108.

e Bonifac. hist. Taru. l. 8

Taruisini a Scalig. bello attriti.

Regis Romanor. clientelæ se commendant.

f Cortus. l. 2. c. 4.

7 Inter hos in Piceno Recinetenses, in Amelium prouinciæ præsidem coniuratione inita g, excitis Auximanis, impetu facto in pontificios administros, trecentos ferro concidere: eos qui cum pontificijs senserant, detrusere in carceres, ac liberos summo furore enecarunt: rapuere virgines, coniuges violarunt, sanctimoniales stuprarunt, episcopum & clerum pepulere h, eorum bona diripuere, vrbisque administrationem in Fridericum comitem Montisferetri Gibellinum contulere a. Inter coniurationis & latrocinij principes b erant Lippatius & Andreas e Gonzelina stirpe, Auximani patritij, qui nefarios quosque in suam societatem adsciuerant quam, vt flagitium pietate colorarent, B. Virginis sodalitium nuncupabant. Inter cæteras autem leges, quas suis præscripserant, ea erat, vt sine vllo pœnæ metu quosque ecclesiæ partium neci traderent, maxime eos, qui in Romani Pontificis gratiam verba fecissent. Cum vero plerique censuras ecclesiasticas contemptu sacrilego eluderent, Pontifex legatū in ipsos iudicio hæreseos agere, ac pœnas statutas in hæreticos distringere iussit c. Fridericus præterea Montisferetri comes Recinetensium, Auximanorum, & exulum Æsinorum se ducem dixit, atque ad nouum principatum in ruinis ecclesiæ excitandum Spoletanos Gibellinarum partium subornauit d, vt correptis armis Guelphos pellerent, atque in ipsum vrbis transfunderent dominatum.

Recinetēsium perduellium scelera.

g An. 3. p. 2 pag. 160. 161. 192. 193.

h An. 3. p. 2 ep. cur. 160

a Ib. ep. 185.

b Ib. ep. 170.

Impia societas B. Virginis nomen sibi asciscit.

c An. 3. p. 2 ep. cur. 201

Frider. comes perduellium dux.

d Io. Vill. l. 9. c. 103.

Spoletanos in suas partes allicit

8 Exagitabant eædem Guelphorum Gibellinorumque furiæ Insubriam: ad quam pacandam Bertrandum tit. S. Marcelli presbyterum Cardinalem A. S. L. x. kal. aug. misit e, amplissimis instructum mandatis. Cremona f proditione a Giberto Corregia & Brixianis capta in Guelphorum imperium concessit, quæ vrbs olim florētissima opibus, ob intestinas seditiones veterem splēdorem amiserat: Ticinum ad Guelphorum & ecclesiæ partes spectabat, ni Isnardus patriarcha Antiochenus ecclesiæ Ticinensis administrator acceptorum a sede Apostolica beneficiorum immemor obstitisset. Districinxit itaque in eum Ioannes anathematis sententiam g ipsumque omni dignitate exuit, cum nimirum grauissimis sacrilegijs, cædibus, rapinis, incendijs, periurijs, alijsque sceleribus sese inquinasset: Gibellinis partibus se implicuisset, addictos Romano Pontifici sæuissime insectatus esset, inuasisset aliena virorum nobilium bona; bellumque contra dignitatis pontificiæ decus iniuste mouisset, in quo grauissima scelera fuerant patrata, incensa templa, profanatæ aræ, cædes editæ, prædæ abactæ: sæpius etiam in ijs locis, quibus præerat, Guelphos ab excubitoribus ad mortem insanis vocibus deposci non modo tulisset æquo animo, verum etiam vultum ad eas voces ad hilaritatem porrexisset: cumque Ticinum eo tempore, quo a Guelpharum partium magistratibus administrabatur, defecisset ad Gibellinos, ac nonnulli ciues, qui eam defectionem inique ferebant, in spem erigerentur, auxilia Roberti Siciliæ Regis affutura; ille inter augustissima missæ solemnia, dum ad populum concionem habebat, scelerate pronuntiarat, dandos neci illos, qui spem auxilij Roberti Regis inijcerent; adiecerat q; illos, qui huiusmodi viros e medio tollerent, a se omnis noxæ religione liberandos. Denique vocatus ad sedem Apostol. vt ab impositis criminibus se purgaret, cum insignis periurij conuinceretur, mutata veste, se proripuit, atque ad pontificiam aulam redire iussus imperia respuit: quare obfirmatum in pertinacia virum Pontifex hac sententia perculit.

Magni in Insub. Guelph. & Gibell. motus.

e An. 4. p. 1 ep. cur. 145.

f Id. ib. §. 4

Cremona in Guelph potestatē redacta.

g Ib. ep. cur. 196.

Isnardus patriarcha rebellat.

Accersitus in iudiciū

A pontificia aula aufugit.

Ipsum contumacem merito reputantes, in nomine Domini cum Apostolo tantam inobedientiam & irreuerentiam visitari, excissusque sit de-

literas præsentauit, per quas apostolatui nostro inter cætera significare curastis, quod ab olim post obitum bonæ memoriæ . . Regis Poloniæ, qui tunc erat, seditionibus & dissidijs, ac guerrarum discriminibus intestinis inter ipsius habitatores regni peccatis exigentibus suscitatis, regni status eiusdem, quod solebat florere diuitijs, tam propter hoc, quam etiam propter crebros Tartarorum Lituanorum, Ruthenorum, & aliorum paganorum incursus, qui Polonorum gentem quasi nouellam in fide captiuam, diuersis vicibus abducentes, in miserabilem redegerant seruitutem, & lumine fidei derelicto in nostri contumeliam Redemptoris idololatriæ seruire cogebantur; nec non & propter occupationes diuersarũ eiusdem regni partium & locorum, defensore carentis, quæ nonnulli alienigenæ violenter inuaserant, erat grauissima depressione collapsus; in ecclesijs vero, monasterijs, & alijs Deo dicatis locis, fidelium deuotione constructis, in quibus deuotis laudibus colebatur Omnipotens, cultus diuini nominis neglectui tradebatur; quorum aliqua speluncæ latronum effecta, aliqua solitudini derelicta, & multa ipsorum ruinæ vastitatibus subiacebant; adijcientes nihilominus in literis supradictis, quod nisi per sedis Apostolicæ prouidentiam circumspectam super his occurreretur celeriter de remedio opportuno, verisimiliter poterat formidari, ne terra ipsa ad exinanitionem irreparabilem deueniret; propter quod tam vos, per episcopum & literas supradictas, quam idem episcopus per se ipsum cum multa nobis instantia supplicastis, vt cum regnum prædictum esset nobis & ecclesiæ Romanæ nullo mediante subiectum, & in signum subiectionis huiusmodi, census, qui denarius beati Petri vocatur, nobis & eidem ecclesiæ annis singulis deberetur: eiusdem regni fidelibus aperientes viscera pietatis, & eorum calamitatibus, ac pressuris paterno compatientes affectu, & illud clementis propitiationis oculis intuentes, de tali Rege prouideremus eisdem, qui se patenter exemplum ostenderet, qualiter subditos oporteret per iustitiæ semitas ambulare: quique in potentia virtutis Altissimi dirigeret indirecta, insolentes reprimeret, restauraret deperdita, dictumque regnum tantæ calamitatis augustijs, quibus subijcitur, incessanter Deo auxiliante subductum, statum resumeret quietis, & dulcedinis primitiuæ; dilectum filium nobilem virum Vvladislaum Cracouiæ, Sandomiriæ, Syradiæ, Lancitiæ, Cuiauiæ, regnique Poloniæ, ac terræ Pomeraniæ ducem, & heredem & etiam possessorem; strenuitate sublimem, industria prouidum, militia stipatum, multitudine vassallorum onustum, diuitijs, munitionibus, & fortelitijs præpotentem, promouendum per nos in Regem Poloniæ concorditer nominando; supplicantes instanter vt præfatum ducem in Regem dignaremur ipsius regni Poloniæ de benignitate apostolica promoueri, & coronari diademate regio mandaremus.

Oborta ex Regis intermissione mala. Confugiendi ad Rom. Pont. necessitas: Polonia sedis Ap. beneficiaria. Vvladislai iura.

3 Quia vero vobis ex præmissis firmæ spei fiducia suggerebat, quod præfatum regnum, per promotionem huiusmodi ad virium suarum potentiã restauratum, fortius dictorum paganorum præualeret incursibus, & facilius pestiferos conatus reprimeret eorundem; vbertate pacis cultu seruato iustitiæ frueretur, libertas ecclesiastica ex præmissis dissidijs conculcata suum resumeret Deo propitiante, vigorem; ecclesiasticæ dicti regni personæ, etiam ecclesijs eorundem ab oppressionibus releuatis, possent vacare commodius circa cultum diuini nominis ampliandum; ipsiusque regni fideles in diuinis beneplacitis prosequendis, & eiusdem ecclesiæ Romanæ, quam ipsi matrem eorum, & dominam recognoscunt, fidelitatis & deuotionis firmius stabiliri constantia; prædictos episcopum & literas benigne recepimus, & ea, quæ idem episcopus super eiusdem promotione ducis proponere voluit coram nobis, libenter audiuimus, dictarumque literarum tenorem cum multa iucunditate prospeximus diligenter.

Polonicæ causæ ratio.

4 Demum autem charissimi in Christo filij nostri Ioannis Regis Boemiæ illustris superuenientibus nuntijs, per eos apostolatui nostro fuit humiliter supplicatum, vt cum eidem Regi ius in dicto Poloniæ regno competeret, quod se offerebant suo loco & tempore probaturos, abstinere ab ipsius promotione ducis Poloniæ dignaremur. Sed idem episcopus post nuntiorum ipsorum instantiam sicut prius, crebris vicibus contrarium certitudinaliter affirmando, proposuit quod Rex præfatus nullum in dicto Regno Poloniæ ius proprietatis seu possessionis sibi poterat vendicare, cum plenum ius prædicto duci tanquam ipsius regni domino naturali & heredi legitimo, cui successio iure naturæ a suis progenitoribus debebatur, in regno competeret supradicto, pro huiusmodi sæpedicti promotione ducis tam pro parte vestra, quam per se ipsum suppliciter insistendo. Nos igitur volentes vnicuique iura sua seruari, ab huius promotione petita ad præsens prouidimus abstinendum, non intendentes per hoc iuri vestro & aliorum supplicantium prædictorum præiudicium aliquod generari, quin illo sic vti, si, & quando vobis expedire videbitur valeatis, quod tamen cuiusuis alterius non lædatur. *Dat. Auinione* XIII. *kal. septembris anno tertio.*

Obtendit Boemus in Poloniã iura. Negat Gerardus æquitate illum vti Definiendæ controuersiæ dies extra cta. Data Polonis suo iure vtendi auctoritas.

5 Intellexere ex his, tum Gerardi episcopi, cui Pontifex ex arcano mentem aperuerat, literis Poloni, quid sibi agendum incumberet. Proximo itaque ineunte anno regij fastigij honos apud eos reuocatus a, ægre admodum rem ferente Ioanne Rege Boemiæ. Ex ea vero occasione Polonos ad veteres titulos instaurandos excitatos ferunt: Ioannes Boemus a Vvernero Prussiæ magistro excitus, vt Prutenis olim ab Othogaro clientelæ nomine Regibus Boemiæ addictis contra Lithuanos Polonorum fœderatos auxilio esset erepta in Prussia Polonis Dobrina, ac Vvladislauiensi ditione subacta, ac mox vtraque in Vvernerum transfusa, in Lithuaniam irrupit, Pomeraniamque iuris Polonici prouinciam cruciferis attribuit, regioque confirmauit diplomate: querenteque de illata iniuria Vvladislao Lokteko, respondit se Poloniæ Regem esse, illum autem principem; plus vero dignitatem regiam, quam principalem, in iure suo vindicando pollere. Perculit ea vox Vvladislaum ac reliquos Polonos, qui ne Boemis inferiores essent, regiam coronam a sede Apostolica poposcerunt. Perstringit Romanum Pontificem Dubrauius b, creato Poloniæ Rege Imperatoris partes ipsum sibi vindicasse: sed nulla certe Cæsaris iniuria id factum fuisset, cum Polonia imperio non esset obnoxia; quidni enim apud Polonos Pontifex regiam poterat reuocare dignitatem, qui iam ante illam apud Vngaros, Armenos, Russos, Bulgaros, Lithuanos, & alios, de quibus sparsa in Baronianis & nostris Annalibus exempla repetere opus non est, cum ip-

a Math. Michou. l. 4. c. 9. Chrom. l. 11. Dubr. hist. Boem l. 20. Instaurandæ regiæ dignitatis causa. De Ioanne Rege Boem. Dobrina & Vvladislauen. ditio ab eo subacta. Irrumpit in Lithui. Pomeraniam iuri Polonici Vvernero attribuit. Querenti Vvladislao insultat. b Dubr. sup. l. 20. Refellitur Dubrauij disseriurn in Pontificem.

denda religione auctoritatem, est adhortatus a.

a lib. post ep. com. 1436.

Dilecto filio nobili viro duci Venetiarum.

Scripta ad ducẽ Venet. lit. vt zelum ea in re explicet.

In vinea Domini constituti superna dispositione cultores, spiritualem in illa culturam vigilantibus studijs exercemus, instantia multæ solicitudinis vigilantes, vt in ea, fruge sanctorum operum succrescente, nullius radix amaritudinis conualescat. Ipsius quidem vineæ palmites fructuosos pestilentes hæretici pestiferis morsibus præcidere molientes, fidelium animas tamquam animalia venenosa conantur extinguere, illis virus mortiferum in aureo Babylonis calice propinando. Propterea nos, qui vulpeculas paruulas voce sponsi capere commonemur, ad extirpandam pestem hæreticæ prauitatis eo feruentius studium apostolicæ solicitudinis adhibemus, quo desiderabilius concupimus, vt vbique cultus fidei catholicæ dilatetur.

Cum igitur dilecto filio priori prouinciali fratrum ordinis Prædicatorum in Græcia dederimus nouiter per nostras sub certa forma literas in mandatis, vt aliquos de ipsius ordinis fratribus sibi commissis, quos ad hoc idoneos fore cognouerit, inquisitores aduersus eosdem hæreticos in partibus illis studeat deputare; nobilitatem tuam rogamus & hortamur in Domino, ac per Dei misericordiam obsecramus, tibique in remissionem iniungimus peccatorum, quatenus diligenter attendens, quod nedum hæreticos, sed receptores, fautores, & defensores eorum pœnis percellunt grauissimis canonicæ sanctiones; quoslibet in dictis partibus Græciæ, tuæ ditioni subiectos, a quouis auxilio, consilio, & fauore hæreticis, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus antedictis; nec non & Iudæis, qui contra fidei veritatem plura nefanda committunt, & religionis Christianæ cultores peruersis corrumpunt dogmatibus, quomodolibet impendendo cohibens, abstinere eis mandes districtius & iniungas, vt inquisitoribus, per prouinciam deputandis eandem, ad exterminandum de partibus illis pestem huiusmodi, dictosque Iudæos pœna debita puniendum feruenter assistant, & auxilium efficax, opportunumque consilium & auxilium largiantur; vt inquisitores ipsi, huiusmodi auxilij & fauoris suffulti iuuamine, in inquisitionis negotio contra prauitatem eandem, ad diuini nominis laudem & gloriam, vtilius proficere valeant; ac tu & ipsi, præter mercedem retributionis ęternę, quam tua & ipsorum sinceritas inde merebitur, nostram & Apostolicæ sedis valeatis benedictionem & gratiam vberius promereri. *Dat. Auinione VIII. kal. augusti anno secundo.*

Fautores hær. & Iudæos qui religionẽ impugnãt comprimet.

Pulsarant iustis querelis sedem Apostolicam patriarcha Constantinopolitanus, atque alij in oriente episcopi Latini, quos lucrandarum Christo animarum zelus vrebat, nonnullas fœminas, quæ abiuratis erroribus, catholicis thoro iunctæ fuerant, tum in Græcorum, tum etiam Tartarorum imperio postea, fide turpissime prodita, ad pristinos errores deflectere. Ad quod tollendum malum Ioannes Venetorum, Genuensium, & Pisanorum magistratibus, qui illis in regionibus versabantur, apostolica auctoritate ad coercendam illarum mulierecularum leuitatem iussit b incumbere.

Nonnullę Christianorũ vxores in oriente iam p'ea fidem deseruere.

58 Hoc denique anno ad incendendam in Deiparæ cultum fidelium pietatem, cum pius mos in Xantonensi ecclesia susceptus esset, vt vergente in noctem die campana ad præmonendos fideles, vt salutatione angelica Virginis suffragia implorarent, pulsaretur; Pontifex decem dierum indulgentiam ijs, qui pie ter eam orationem flexis genibus funderent, si vere eos criminum pœniteret, concessit a. Quæ vero de matre Dei encomia in ijs literis exararit, præteriri a nobis non potuerunt: *Quam pium,* inquit, *quam debitum & iucundum existit, laudibus Virginis gloriosæ Dei genitricis insistere, dignis sibi iubilare præconijs, & mysticis eam muneribus honorare; plene deuota mens conspicit, quæ ad laudem & gloriam Redemptoris quidquid genitrici honoris impenditur pertinere summæ deuotionis spiritu intuetur. Huic namque diuinis & angelicis laudatæ praconijs, ab angelo venerabiliter atque officiosissime salutatæ, in mulieribus benedictæ, gratia plenæ; quæ dedit cælis gloriam, terris Deum, fidem gentibus, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus disciplinam, non desinat humana lingua cantica laudis exoluere, & spiritualis muneris impendere famulatum. Huic humana deuotio, quod nequit, vocis & cordis desiderijs exequatur, vt quæ super choros angelorum vltra omnem humanitatis naturam meruit exaltari, pro nobis apud Redemptorem nostrum ad Patris dextram residentem iugiter intercedat, &c. Dat. Auin. III. id. octobris anno III.*

Propositę indulgentiæ, qui sub vespertino crepusculo ter angelicam orationem recitant. Amplissima Deiparæ elogia. a An. 3. p. I. ep. com. 50

IESV CHRISTI
annus 1319.

IOANNIS PP. XXII. annus 4. VAC. IMP. OCCID. 6. ANDRONICI IMP. OR. 36.

1 Restituta est Poloniæ intermissa regia dignitas anno a partu Virginis supra millesimum trecentesimo decimonono indictione secunda, vt eo augustiore titulo insignita vires aduersus Tartarorum, Lithuanorum, Rhutenorum, aliorumque barbarorum excursiones confirmaret, ac religionem Christianam tueri facilius, & felicius propagare posset. Vocabatur communibus Polonorum votis ad regium apicem Vvladislaus Lokrekus Vvladislauiæ, Cracouiæ, aliarumque prouinciarum dux, ditionis amplitudine, populorum numero, opum magnitudine inter eos florentissimus; decretique sunt a publicis ordinum comitijs oratores ad sedem Apostolicam, qui ab ea precibus contenderent, vt regio fastigio Vvladislaum ornaret. At Boemiæ Rex Ioannes suam dignitatem infringendam ratus, si Poloni regium decus recuperarent, oratores ad rem discutiendam misit, nonnulla in Poloniam iura obtendens, quæ cum æquitate non niti contenderent Poloni, atq; Vvladislaum successione principatũ adeptum. Pontifex vt vtrisq; consuleret, beneficium distulit, ac Gnesnensem archiepiscopum, atque episcopos suffraganeos certiores fecit b, Polonorum iura ea mora non labefactatum iri.

De restituenda Poloniæ regia dignitate agitatum.

Vvladislaus Lokrecus Rex designat°.

Pontificia ad id expetita auctoritas; b An. 3. p. I. ep. cur. 165.

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Gnezenensi eiusque suffraganeis.

2 Dudum venerabilis frater noster Geribardus episcopus Vvladislauiensis, vester & dilectorũ filiorum abbatum, monasteriorum, priorum Prædicatorum, & guardianorum Minorum ordinum, & conuentuũ eorundem; nec non & capitulorum, ecclesiarum, ac nobilium virorum, ducum, comitum, baronum, ac vniuersitatum, ciuitatum, & castrorum per regnum Poloniæ consistentium, nuntius ad hoc specialiter destinatus, ad præsentiam nostram accedens, nobis vestras & eorum lite-

Geribardus episc. orator ad Ioannẽ missus

Alma mater *dicitur sic: Alma mater ecclesia nonnulla plerumque rationabiliter ordinat & consulte, quæ postmodum consultius & rationabilius reuocat; in meliusue commutat vt dominus noster in constit. Quia nonnunquam, dicit valde pulchre sic: Quia nonnunquam quod coniectura profuturum credidit, subsequens experientia nociuum ostendit, non debet reprehensibile iudicari, si canonum conditor canones a se vel suis prædecessoribus editos, vel aliqua in eisdem contenta canonibus reuocare, modificare, vel suspendere studeat: si ea obesse potius viderit quam prodesse. Probatur etiam hoc in di. v. Verum. Istud etiam confirmatur exemplo sacræ scripturæ: constat enim quod Dominus mandauit exaltari serpentem aneum in deserto, vt eum aspicientes sanarentur a morsibus serpentum, sicut patet numer. xxi. quod tamen postea Ezechias Rex confregit, sicut patet iv. Regum xviii. quia filij Israel sibi adolebant incensum. Ex quo patet, quod illud, quod est ex præcepto communi rationabiliter ordinatum, postmodum instinctu eiusdem rationabilius reuocatur; quia frequenter quod pro vno tempore fuit expediens, alio tempore reperitur nociuum. Istud etiam probo ratione sic: Par in parem non habet dominium, extra de election. c. Innotuit, & prob. xxi. Inferior. Sed tantam potestatem habet vnus summus Pontifex sicut alius. Ergo constitutio primum facta non arctat alium quin possit eam, si voluerit reuocare. Confirmatur quia sicut Imperator ad Imperatorem, sic Papa ad Papam. Sed Imperator potest contra determinata per alium prædecessorem. Ergo, &c. Et ideo valde pulchre dicit dominus Bonifacius de r. p. c. vlt. li. vi. quod licet Papa non possit suo successori legem imponere, potest tamen quod sibi licere non patitur suis successoribus indicare. Ratio autem quare rationabiliter hoc potest facere, licet illud rationabiliter fuerit ordinatum, est ista, quia secundum* Dionysium *bonum constat ex omni causa, ita quod defectus vnius circumstantiæ debitæ inesse statim ponit rationem mali, & ideo secundum philosophum ii. ethic. virtus consistit in medio rationis: & quia aliud expedit vni quam alij; vno tempore, quam alio, & sic de alijs circumstantijs, omni enim negotio tempus est & opportunitas, vt dicitur ecclesiastes viii. ideo frequenter ea, quæ primo fuerunt rationabiliter ordinata, postmodum rationabiliter reuocantur; maxime in agibilibus, in quibus non potest haberi infallibilis certitudo: quare, &c.*

Sæpe mutatur magna prudentia.

Probatur exemplo in veteri ecclesia.

Item a simili ex gestis Regū.

Aptanda tempori consilia.

Nunc ex istis elicio duo corollaria. Primum est, quod ex istis potest concludi euidenter, quod dominus noster ea quæ continentur in illis constitutionibus, &c. potuit valde rationabiliter & salubriter ordinare, quod probo statim. In his quæ non sunt contra fidem, bonos mores, & sacram scripturam nec quatuor principalia concilia, potest dominus noster condere canones & editos a suis prædecessoribus prout expediens viderit, reuocare. Sed nihil eorum, quæ in dictis constitutionibus continetur, est contra fidem, nec contra bonos mores, nec contra scripturam sacram, nec contra quatuor concilia, adde, vt dictum est, neque contra alia, quod ad decreta fidei attinet, neque contra sanctiones Romanorum Pontificum in controuerso dogmate e Petri cathedra editas, *vel in scriptura vel in symbolo fidei de illis mentio non habetur, vel si habetur, vtputa de paupertate Christi & Apostolorum, magis ex scriptura habetur, quod ipse determinat, quam eius oppositum. Ergo quidquid in dictis constitutionibus ordinauit, potuit valde rationabiliter ordinare. Secundum corollarium est, quod cum detrahentes sacris canonibus, vt blasphemi & Spiritui sancto resistentes, vt probatur xv. q. i. c. Violatores item anathematizati, vel saltem anathematizandi; item præuaricatores fidei catholicæ, vt probatur ibidem c. Generali decreto sunt etiam tales, quod eis venia deinceps est deneganda, vt probatur ibidem c. omnia.* Ex his enitescit, vt cum non spectet ad fidem neque ad salutem necessario, cellas frumentarias vel vinarias habere vel non habere, & summus Pontifex confirmandi abrogandiue religiosos ordines vel eorum disciplinam constituendi polleat auctoritate; nullam hæresim edita sanctione, *Quorumdam exigit*, admisisse; & si pseudominoritæ hæreticum propterea Christi vicarium nuncuparint, ipsos veræ pietati deliria sua prætulisse.

Probatur Ioannis decreta iuste edita.

Neque vero ex his, quæ dicta sunt, dicenturue aduersus huiusmodi pestiferos homines, qui a S. Francisci institutis defecere, vlla labes reliquæ Minoritanę multitudini doctrina & sanctitate clarissimæ, quæ partim in occidente præfocandis his hæresibus sedulam dabat operam, partim in oriente religionem propagabat, aspergitur; vt nulla aliena Nitela egeat Franciscana religio, quæ suo splendore nitet: & sicut non detraxere Apostolorum collegio euangelistę, cum in eo Iudam proditionis in Christum accusarunt; neque putabit antistitum ordo, illatam sibi iniuriam, si aliquos episcopos magicæ impietatis crimine damnatos referant annales; nec summorum Pontificum violatur maiestas, si aliquorum vitia perstringantur; ita non deteritur sacræ Minoritarum familiæ splendor, si ex ea aliqui hæretici emerserint, cum in ijs debellandis clarissimos triumphos retulerit. Vt ergo exortos in reliqua ecclesia hæresiarchas, quamuis patriarchali fulgerent apice, non tacet ecclesiastica historia, ita neque hæreticos in religiosis familijs emergentes silentio prætermittet. Sed de his satis: ad apostolica in excindendis erroribus studia orationem reuocemus.

57 Distringi eodem tempore iussit Pontifex iudiciorum seueritatem in Aymericum e Castro, atque alios in Carcassonensi diœcesi hæreseos nota aspersos a: tum in nonnullos etiam magos b, qui veneficijs ad inferendam mortem, vel philtris ad homines mulierum irretiendos amoribus vtebantur: consulebant dæmones in speculis: vocabant in circulos, cum succubis siue Dianis coibāt; in quos etiam superiori anno legibus agi cœptum vidimus. Inualuisse vero dæmonis cultum tempore hoc insignis eius æui auctor c subiectis verbis queritur: *Adorare dæmonem, baptizare imagines, & talia sunt valde grauia peccata, & modernis temporibus multum incipiunt pullulare. Valde rationabiliter posset ecclesia statuere, quod talia facientes, etsi non haberent errorem fidei in intellectu, si facerent hoc præcise propter aliquod pactum cum dæmone habitum, velut hæretici punirentur; & forsitan expediret, vt propter grauitatem pœnæ homines a talibus arcerentur.* Non hæ modo pestes emerserant in occidente; verum etiam in ea Græciæ parte, quæ Latini ritus & iuris erat, hæresis suum virus diffuderat: quod ne latius serperet, Pontifex apostolico zelo incensus Constantinopolitanum patriarcham, archiepiscopos, & episcopos orientales monuit d, vt euellendis his zizanijs operam nauarent: tum Achaiæ principem & Latini generis proceres, vt sacræ fidei censoribus in contaminatis ea labe insectandis studio non deessent. Quo argumento Venetorum ducem, vt suam adhiberet in defenden-

Magi ad supplicia quæsiti.

a An. 2. p. 1. ep. com. 728.

b Ib. ep. 550. & an. 2. p. 2. ep. com. 378. 379.

Vt hoc tempore dæmonum cultus inualuerit.

c in S. bibl. Vat. sign. n. 4869. pag. 79.

Serpentem in Græcia hæresim excindi iubet Pont.

d An. 2. p. 2. post ep. cō. 1436.

Papa non potest aliquid contra S. scripturam decernere.

sed potius quod prædicatum est, vsque ad animam & sanguinem confirmare debet. Quia si quod docuerunt Apostoli & prophetæ, destrueret, quod absit, videretur non sententiam dare, sed magis errare conuinceretur. Istud idem probatur ibidem c. Omne quod reprehensibile est. Ex hoc arguo primo sic: Illud non est licitum Romano Pontifici, in quo conuinceretur non sententiam dare, sed magis errare. Sed si determinaret contra determinata per sacram scripturam, ex hypothesi nempe impossibili ob promissum Spiritus sancti præsidiū, conuinceretur non sententiam dare, sed errare, vt probatum est. Ergo, &c. Confirmatur quia secundum Augustinum IV. de Trin. c. VI. contra rationem nemo sobrius, contra scripturas nemo Christianus, contra ecclesiam nemo pacificus. Si ergo contra scripturas determinaret, non esset Christianus. Ergo, &c.

Ratio additur.

Secundo: Impossibile est veritatem contrariari veritati, quia sicut dicitur I. ethic. vero omnia consonant. Sed inconcusse & indubitanter quidquid in sacra scriptura continetur verum est. Ergo nulla veritas sibi potest contrariari. Si ergo determinaretur contra sacram scripturam, necessario illud non esset verum, sed falsum. Probatur minor ex prouerb. VIII. Veritatem meditabitur guttur meum; & ecclesi. XXIV. Hæc omnia liber vitæ & testamentum Altissimi, & agnitio veritatis; & apoc. XXI. Hæc verba fidelissima sunt & vera; & pluribus locis sacræ scripturæ. Item Augustinus primo de doctrina Christiana dicit, quod titubat fides, si diuinarum scripturarum vacillet auctoritas. Et infra: Et XI. q. contra Faustum dicit: Extat auctoritas scripturarum noui & veteris testamenti, quæ Apostolorum confirmata temporibus per successiones episcoporum, & propagationes ecclesiarum: quæ in sede quadam sublimitatum constituta est, cui pius & fidelis subseruiat intellectus: ibi enim non licet dicere, auctor huius rei non tenuit veritatem, &c. Et subdit: In illa canonica sacrarum eminentia literarum, etiam si minus propheta seu Apostolus, aut euangelista aliquid in suis literis posuit, si ipsa canonis confirmatione declaratur, non licet dubitare quod verum sit: alioquin nulla erit pagina, qua humanæ imperitiæ regatur infirmitas, si librorum saluberrima auctoritas, aut contempta penitus aboletur, aut interminata confunditur. Et infra: Sequitur ergo conclusio, quod non potest contra determinata per sacram scripturam condere canones. Tertio sic: Inferior non potest determinare contra decreta sui superioris. Sed scriptura digesta est a Spiritu sanctos dicente B. Petro in I. can. suæ cap. I. Non voluntate humana allata est prophetia: sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines; & ecclesiastici primo dicitur: Vnus est Altissimus creator omnipotens, & Rex potens, &c. & sequitur: Ipse creauit eam in Spiritu sancto, & vidit, & dinumerauit, & mensus est, &c.

De auctoritate sacræ scripturæ.

Papa non potest cōdere canones contra concilia œcumen. quoad decreta fidei.

55 Secunda conclusio est, quod nec dominus Papa potest condere canones contra quatuor concilia principalia: & hanc conclusionem probo auctoritate Gregorij in decr. XV. d. c. Sicut sancti euangelij quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & venerari me fateor. Objicit sibi auctor decreta conciliorum reuocari posse, quia concilium non dat auctoritatem summo Pontifici, sed summus Pontifex concilio q. XVII. Respondet: Quod hoc competit quatuor concilijs, non in quantum concilia sunt, sed in quantum de tali materia sunt, scilicet de veritate articulorum fidei; & sic dico, quod competit hoc illis quatuor concilijs, quod reuocari non possunt, propter hoc scilicet quia non fuerunt nisi declaratiua articulorum veritatis. Idem vero de concilijs & Pontificum sanctionibus ex cathedra Petri editis in controuerso dogmate dicendum: in ijs enim, quæ ad finem spectantia decernunt, reuocari non possunt.

Nec cōtra decreta fidei a Pōtificibus vel a sē edita.

Tertia a conclusio est, quod potest condere canones contra determinata per quoscumque doctores quantumcumque sanctos, & hoc probo auctoritate & ratione. Auctoritate XX. di. c. Decretales epistolæ, &c. Ratione sic: Cuius auctoritas & potestas est supra alterius potestatem et auctoritatem, illius legibus non ligatur, sed potius e contra: hoc patet, quia inferior non imponit legem superiori, sed superior inferiori. Sed auctoritas & potestas domini Papæ est super auctoritatem & potestatem omnium doctorum talium, immo omnium Apostolorū aliorum a Petro. Ergo ipse potest eis legem imponere, non ipsi sibi. Sed dices: Charissime, tu videris tibi contradicere: nunc dicis, quod sua potestas est superior potestate cæterorum Apostolorum a Petro. Ergo si ratio tua concludit, hic ipse poterit condere canones contra dicta per Paulum in epistolis suis, & contra quatuor euangelistas; immo fere contra totam scripturam sacram, cuius oppositum dicebas in prima conclusione. Respondendo dico, quod contra dicta omnium Apostolorum extra scripturam sacram potest dominus Papa, quia sic superior est: sed contra dicta contenta in Scriptura sacra non potest; non quia Pauli sunt, sed quia in scriptura sunt, quæ necessario continet infallibilem veritatem, quæ a Spiritu sancto est principaliter, a Paulo autē solum ministerialiter, accidentario; ac attribuuntur principali agenti non ministeriali: & ideo cum Spiritus sanctus sit superior Papa, si faceret contra Spiritum sanctum, asserere non est contradictorium. Idem dicendum de decretis fidei editis a concilijs œcumenicis & a Romanis Pontificibus b.

a Ib. pag. 22.

Potest cō dere contra dicta Patrum.

Cur non potest cō tra dicta Pauli, liquidem Paulo gradum altiorē tenet.

In dictis Pauli principalis auctor est Spiritus S.

Et in decretis fidei editis a Concilijs & Pōtificibus.

Sed contra istam conclusionem insto, sicut instat Gratianus XX. di. c. Decretales epistolæ, & arguo sic. Quanto quisque magis vtitur ratione, tanto maioris auctoritatis eius verba videntur. Sed tales doctores, cum fuerint maiori scientia præditi, magis ratione vtuntur. Ergo dicta eorum sunt dictis Romanorum Pontificum præferenda. Respondeo sicut respondet Gratianus, qui quasi respondet eodem modo quo dominus noster loquitur in constitutione: dicit enim, quod vnum est, quod ad definiendum aliquid scientia sine potestate non sufficit; & hoc satis patet, quia omnis lex debet habere virtutem coercitiuam. Licet ergo tales doctores in scientia excellant; tamen quia talem potestatem, qualem Papa adepti non sunt, ideo etsi forte in scripturarū expositione præferantur; tamen in causarum seu dubiorum definitione merito postponuntur. Quare Romanorum Pontificum determinatio est eorum determinationi merito præferenda.

b Turrecr. summ. de eccl. l. 2. c. 109. Bell. de Rom. Pont. l. 4. c. 3.

Obiectio circa auctoritatē patrum. Respondetur scientiam non sufficere ad definiendum, sed requiri auctoritatē.

56 Quarta conclusio est, quod potest condere canones contra determinata per prædecessores suos, & contra determinata per se ipsum valde rationabiliter plerumque, si ea nimirum non fuerint decreta fidei iudiciaria, & hoc probo auctoritatibus, executione, & ratione. Primo auctoritate Esther XVI. vbi dicitur sic: Nec putare debetis, si diuersa iubeamus, ex animi nostri venire leuitate, sed pro qualitate & necessitate temporum, vt rei publicæ poscit vtilitas, ferre sententiā; & extra de consang. et affi. c. Non debet. dicitur sic: Non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta varientur humana; & extr. de sent. ex. lib. VI. c.

Decreta, quæ non sunt fidei, reuocari possunt.

tum est falsæ informationis nimia acerbitas & inuectiuo styli, sine vlla personarum acceptione aduersus eos, qui regulari obseruantiæ & puritati adhærebant, eandemque in alios transformare satagebant; specialiter namque perstringit fratrem Petrum Ioannis, qui sub Nicolao IV. incurrit aliquorum, quibus via latior placuit, indignationem ex studio veræ disciplinæ. Crediderim ignorasse auctorem hunc Petrum Ioannis insignem hypocritam plurium hæreseon inuentorem iudiciaria ecclesiæ sententia damnatum, neque aduertisse quam longe absit a sedis Apostolicæ in condendis decretis maturitate dignitateque, ad leues obtrectatorum susurros ita Christianum orbem commouere. Certe huiusmodi apostatarum sectam, quæ Cœlestino pontifice pullularat, contaminatam hæresibus fuisse, atque in eam zelum acuisse Bonifacium VIII. vidimus a, nec non Benedictum b XII. & Clementem VI. c in eandem leges distrinxisse visuri sumus; interque alia eosdem sectarios confinxisse ecclesiæ auctoritatem omnem in ipsos refusam: Pontifices vero inanem vmbram laruamque præferre: neque excusari posse, quin percussi anathemate auctoritatem soluendi peccata sibi contra fas arrogarint, ob quam & superiorem hæresim, huiusmodi pseudominoritis rogi parati fuerunt. Et quidem hoc anno quatuor eius ordinis hypocritas Massiliæ flammis addictos refert Eymericus d: rem vero superiori anno gestam narrat M.S. Vaticanum e: *Hoc anno, nempe* MCCCXVII. *in vigilia reuelationis S. Michaelis combusti fuerunt in Massilia quatuor fratres Minores propter hæresim de paupertate.*

Refelluntur.

a Annal. to. XIV. an. Chr. 1297 n. 55.

Exstant de eo aliorum pontificum grauia testimonia.

b Bened. an. 3. ep. 189.

c Clem. l. 3 ep. secr. 52

d Eymer. 2. p. direct. q. 15.

Pseudominoritæ exusti.

e M.S. bibl. Vat. sign. n. 3765.

Obortæ fuerunt circa paupertatem variæ hæreses: non potuit autem illa esse, quam Michael Cæsenas amplificauit, an Christus & Apostoli ius in his, quibus vsi sunt, obtinuerint; cum is error nondum damnatus esset hæreseos, de quo fuse inferius: sed alia potius hæresis fœdissima esse potuit a Donatistis, Catharis, Vualdensibus, pseudoapostolis excepta, deinde ad alios tenebriones propagata, qua effutiebant, Pontificem ac præsules omni auctoritate sacra spoliatos adeo, vt sacramenta ab ijs non confici contenderent f, quod nimirum paupertatem Christi & Apostolorum non imitarentur: vnde ecclesiastica sacramenta & ab ijs & ab alijs despecta Ioannes in constitutione, *Sancta Romana atque vniuersalis ecclesia*, conqueritur g: ijdem vero licet sacris ordinibus initiati non essent, tamen non sacerdotalem modo, sed pontificalem quoque auctoritatem sibi arrogabant h, exhomologeses simplicium audiebant, & inanes indulgentias ipsis flagitio conferebant; quippe eos veros Apostolorum successores iactabant, qui inopem vitam profiterentur: postea vero cæteris hæresibus Michaelis hæresim de proprio addiderunt; in quas pestes fuit flamma sæuiendum. Memoratos porro hæreticos exustos a sequacibus cultos fuisse vt martyres ferunt i, habitos in venerationem eorum cineres, & nomina in kalendaria & litanias relata, iactatumque Christum in ijs fuisse spiritualiter crucifixum; Pontificem autem & præsules, ac fidei censores vt hæreticos execrationi defixos l. Nec vero tantum Massiliæ, sed in Narbonensi etiam prouincia, & in Capite stagni, & Biterris, & apud Lodouam, & in diœcesi Agathensi, & apud Lunellum, & in Magalonensi diœcesi huiusmodi nouatores addictos incendio, narrant Bernardus m & Eymericus n.

f Io. XXII. in supr. const. Gloriosam ecclesiam. Ant. 3 p. tit. 21. c. 5. § 1. Peg in Com. 41 2. p direct. inquisit.

g Extrau. Sanctam. de relig. dom.

h Io. 8. p. 2 ep. secr. 331.

i Eymer. 2 p. direct. q. 15.

Culti a se quacibus ve martyres.

l Idibid.

m Bern. chro. Rom Pont. M.S bibl. Vat. signat. nu. 2043.

n Eymer. vbi sup.

Acerbitas legum in plures alios exercita.

Sunt qui dicunt a, impactum ijs hæreseos crimē, cum negarent Pontificem cōtra Franciscani instituti formulam cellas frumentarias ac vinarias Minoritis posse concedere. At non ob eum, sed alios, de quibus memorauimus, errores cum fide Christiana pugnantes flammis iniectos putandum est; præsertim cum in præfatione constitutionis, quæ incipit, *Gloriosam ecclesiam* b, promulget Ioannes, eos factiosos Minoritas, qui tanto ardore arctioris instituti amatores se profitebantur, subiectas hæreses in suis conuenticulis effudisse: quamquam putandum est, nonnullos, qui pio zelo adducti de collapsa disciplina conquesti alijs initio se coniunxerunt, animaduersa sociorum impia hypocrisi, errorum præcipitia defugisse: & quamuis Fraticelli dixerint, superiores pseudominoritas concrematos, *quia*, vt refert Eymericus c, *nolebant assentire in laxationem regulæ, nec recipere dispensationem prædicti domini Papæ factam super illam*; potuerunt tamen more hæreticorum mentiri veram subticendo causam.

Excusantur ab auctore ic cé ture.

a Wadding annal. Minor. hoc ann. n. 26

Potius illis impietas quam ecclesiæ crudelitas ascribenda.

b Io. an. 2. p. 2. ep. com. 381. Ext. in bull. const. 3. & int. lit. apost. pro offic. S. inquis.

c Eym. direct. inquis 2. p. q. 15. err. 19.

Cæterum Ioannes Papa d indicata superius illa duo exortæ inter Franciscanos de arctiori & laxiori vita disceptantes, de habitus & caputij forma, ac de frumentarijs ac vinarijs cellis habendis, controuersiæ capita ea ratione defininit, vt prouincialium, vt vocant, ordinis iudicio rem permiserit rescripto apostolico e nonis octobris huius anni exarato: ex quo insani Fraticelli fundendarum in ecclesiam Romanam blasphemarum vocum occasionem sumpsere, vt narrat Eymericus f his verbis, dum Beguinorum errores recenset; *Quartusdecimus*, inquit, *error & hæresis est, quod dominus Papa Ioannes XXII. faciendo quandam constitutionem, quæ incipit, Quorundam, in qua dicitur concedere ac dispensare cum fratribus Minoribus, quod possint congregare vinum & bladum in granarijs vel cellarijs pro tempore futuro ad arbitrium prælatorum ordinis ipsorum, fecit contra euangelicam paupertatem; & per consequens, vt aiunt, contra euangelium Christi: & ideo dicunt quod factus est hæreticus, & quod ex hoc perdidit potestatem papalem ligandi & soluendi & alia faciendi, si in hoc perseuerauerit; & quod prælati per eum facti, ex quo dictam constitutionem fecit, non habent aliquam ecclesiasticam iurisdictionem seu potestatem.* Vt vero iure condere memoratam constitutionem potuerit, quidue possit decernere, quidue non, ex doctore g eius temporis insigni, qui tum in curia pontificia versabatur, aduersus pseudominoritas pontificias constitutiones impugnantes disputante, decerpere visum est.

d M.S. bibl. Vat. sign. n. 3765.

Vana hæreticorū apologia.

e Io. an. 2. p. 1. ep. 57. & extrau. de Ver. sign.

f Eymer. direct. inq. 2 p. q 15. error. 14.

Eorū figmentum de exauctorato diuinitus Pontifice.

De pontificia potestate in condēdis statutis quæstio.

g M.S. bibl Vat. sign. n. 4869. pag. 21.

54 *Prima conclusio dominus Papa non potest condere canones contra determinata per sacram scripturam. Secunda, quod nec contra quatuor concilia principalia*, adde nec alia œcumenica quoad decreta fidei, nec iudiciariā in cōtrouersia fidei Pontificis prædecessoris vel sui ipsius sententiam. *Tertia, quod potest contra determinata per quoscumque doctores sanctos, scilicet Augustinum & Hieronymum, & sic de alijs. Quarta, quod contra determinata per prædecessores suos vel seipsum*, in ijs nimirum quæ ad fidem non spectant.

Ventilata a pontificiæ curiæ doctore.

Primam conclusionem probo & auctoritate & ratione. Primo auctoritate domini nostri XXV. q. 1. c. Sunt quidam dicentes, quod Romano Pontifici semper licuit nouas condere leges, nisi vbi euāgelistæ, Dominus, vel eius Apostoli, & eos sequentes sancti patres sententialiter aliquid diffinierunt: in eis vero non nouam legem Romanus Pontifex dare,

sed

qui interrogatus Matth. xix. an liceret homini uxorem dimittere quacumque ex causa, respondens Pharisaeis tentantibus ait: Non legistis, quia qui fecit homines ab initio masculum & foeminam fecit eos? & dixit a: *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una: itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit homo non separet. Sic etiam Apostolus* 1. Cor. VII. *praecipit ex praedicta sententia* Domini, *quod vir uxorem non dimittat, nec uxor virum; & ponit rationem, quod vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier: igitur non potest vir suum corpus continentiae dare sine voluntate & consensu uxoris cuius est, & e diverso; unde ait Apostolus:* Nolite fraudare invicem *nisi forte ex consensu, ut vacetis orationi. Contradicunt ergo Apostolo & etiam Christo ministri sathanae pseudoapostoli, dicentes quod matrimonium sine mutuo consensu possit per continentiam separari: quia mulier alligata est legi viri quamdiu vir eius vivit, & e diverso; unde ab hac lege non possunt solvi nisi ex mutuo consensu.* Secuti etiam eandem impietatem sunt in oriente duce Gregorio Palama pseudomonachi Graeci, qui matrimonia dissoluere b, & viros invitis coniugibus attonsos cucullo induere praesumpserunt. Praeter quos errores alios etiam de variis hominum statibus vario temporum flexu ex Petri Ioannis Olivi deliriis & de fine seculi, vel eodem somniatore, vel praestigiatore Arnaldo Villanoua auctoribus, effutiisse queritur Pontifex subiectis verbis:] Multa, *sunt*, quae de cursu temporum & fine seculi somniant, multa quae de antichristi adventu, quem iam instare asserunt, flebili vanitate divulgant: quae omnia quia partim haeretica, partim insana, partim fabulosa cognoscimus, damnanda potius cum suis auctoribus, quam stylo prosequenda aut refellenda censemus: ipsa enim mendosa commenta seipsa destruunt, quia nec ratione vigent, nec auctoritate constant, nec aliqua verisimilitudine fulciuntur: in huiusmodi doctrinis variis & peregrinis saepenominati homines studia sua conterunt; ad hoc simplicium corda blandis fictisque sermonibus & simulatae humilitatis praetextu attrahere moliuntur.

Ab iisdē dissoluti. · a Gen. 2. · Refellitur · Monachi etiā schismatici soluunt coniugia. · b Decr. syn. Graec. apud Leon. Allat. de consens. eccl. orien. & occid. l. 2. c. 16. · Vana de fine mundi iactata a pseudominoritis

52 Cupientes igitur quod dicti pestiferi homines, aut in melius commutato consilio a suis perversitatibus resilirent, aut saltem alios perniciosis sermonibus & suae pravitatis exemplo contaminare non possent; charissimum in Christo filium nostrum Fridericum Regem Trinacriae illustrem hactenus rogavimus & monuimus, per apostolica scripta mandantes, ut huiusmodi viros pestiferos & seminatores errorum de praedicta insula expelleret & penitus extirparet; & ministris, custodibus, seu guardianis dicti ordinis Minorum, cum ab eis super hoc requireretur, faciendo etiam si expediret, saepedictos pseudofratres capi, & eorum superioribus tradi captivos, iuxta disciplinam ordinis corrigendos, studeret impendere favorem, consilium, & auxilium opportunum. Ipse vero tanquam obedientiae filius per suas patentes literas, nostrarum literarum seriem continentes, singulis officialibus suis per dictam insulam constitutis praecipiendo mandavit, ut ad capiendos huiusmodi falsos fratres rectoribus dicti ordinis, ut praedictae nostrae literae continebant, darent consilium, auxilium, & favorem; quodque ipsa mandata in nostris contenta literis studerent executioni in omnibus demandare.

Monitus Rex Trin. ut eos pelleret. · Paret Pōtifici.

Quae praesentientes pestiferi memorati, cum ad sinum piae matris redire saltem ecclesiastica disciplina coacti humiliter debuissent, salubrem coercitionem & felicem necessitatem, quae ad meliora compellit, fugae praesidio declinarunt, nonnullis eorum in locis abditis & latebrosis dictae insulae derelictis, qui suis fautoribus, sub quorum defensione consistunt, pro mercede iniqui favoris perversi dogmatis venena rependunt. Alii vero per loca infidelium discurrentes mare, & aridam circuire feruntur, ut unum saltem faciant proselytum, simul cum illis gehennae ignibus applicandum. Ii sunt quos doctor gentium caute vitandos admonuit dicens: *Nemo vos seducat, volens in humilitate & religione angelorum, quae non vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suae, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum* Dei. Ii sunt diffidentiae filii, nubes sine aqua, quae a ventis circumferuntur, sidera errantia, quibus procella tenebrarum reservata est; qui iuxta psalmistae vaticinium: *Nescierunt neque intellexerunt: in tenebris ambulant. Erraverunt ab utero*, a veritate scilicet sanctae matris ecclesiae recedendo, *locuti sunt falsa*; vanos & varios errorum tribulos per diversas regiones praesumptione damnabili seminando.

Ii perduelles in Graecia in aufugiūt. · Inscitant simplices.

Quamobrem zelus fidei, fervor compassionis animarum excitare debent corda omnium, qui Christi nomine gloriantur, & ipsius sanctae Romanae ac universalis ecclesiae finibus continentur, ut contra istorum insaniam quasi contra publicam pestem valenter exurgant, nec eos in locis, ubi Christianae religionis viget auctoritas, patiantur pacifice vivere, quos adversus matrem & dominam suam, sanctam scilicet Romanam ecclesiam, rebellionis suae calcibus & errorum blasphemiis conspiciunt insanire. Frustra enim utuntur nomine Christiano, qui talibus impietatibus non resistunt, & consequens est, ut possint haec credere, qui possunt talia patienter audire. Tantas igitur & tam graves insolentias, errores pestiferos, detestabiles blasphemias in Creatoris iniuriam, populi Christiani perniciem, & nefariae operationis exemplum per patientiam, immo vecordiam tolerare nolentes; universitatem vestram monemus sedule, hortamur attente, per apostolica vobis scripta in virtute obedientiae districte praecipiendo mandantes, quatenus praefato Henrico de Ceua aliisque pseudofratribus, qui ad memoratam Siciliae insulam hactenus confugerunt, nullum detis, vel dari, quantum in vobis est, permittatis in praemissis consilium, auxilium, vel favorem: quin potius ipsos velut apostatas, excommunicatos, ipsius ecclesiae Romanae rebelles, schismaticos, & perversi dogmatis assertores, lupos graves gregi dominico non parcentes, a vestris finibus arceatis; capientes ipsos vel capi facientes, & captos tradentes rectoribus saepenominati ordinis fratrum Minorum, cum ab ipsis, vel eorum vicariis, procuratoribus, seu nunciis fueritis requisiti, per eos iuxta ipsorum demerita castigatione debita puniendos, &c. *Dat. Avinione x. kalendas februarii pontificatus nostri anno secundo.*

Iussi praesules Henricum & socios Minoritas dedere.

53 Tantarum haereseon calumnias falso impactas his pseudominoritis contendit ex inanibus coniecturis auctor recentior a, & a sodalibus contra fas accusatos, eo quod obsolescentem S. Francisci disciplinam suo splendori restitui cuperent: *Non leve*, inquit, *sed evidens argumentum*

Contendunt falso nonnulli calumniis appetitos. · a Anal. Francisc. sitela c. 7.

permittit, vt membrum, quod a totius corporis vnitate sciungitur, virtute quæ a vertice in corpus influit, aliqualiter vegetetur: quo fit, vt apud istos vaniloquos nec sancta paupertas, nec castitas munda, nec virtus possit esse perfecta; quin consequens est, vt omni virtute, omni bonitate priuentur, qui Dominum virtutum, cuius est totum quod est optimum, per inobedientiam derelinquunt.

Hypocritarum eã blasphemantium vanitas.

47 Secundus error, quo prædictorum insolentium conscientia maculatur, venerabiles ecclesiæ sacerdotes, aliosque ministros sic iurisdictionis & ordinis clamirat auctoritate desertos, vt nec sententias ferre, nec sacramenta conficere, nec subiectum populum instruere valeant vel docere; illos fingentes omni ecclesiastica potestate priuatos, quos a sua perfidia viderit alienos: quia apud ipsos solos, vt ipsi somniant, sicut spiritualis vitæ sanctitas, sic auctoritas perseuerat. In qua re Donatistarum sequuntur errorem, qui olim facto schismate, ab vnitate ecclesiæ recedentes, ita in sua secta Dei gratiam dixerunt esse coactam, vt nullus eam recipere esset idoneus, qui non foret ipsorum scelere maculatus: quorum impietatem zelus fidelium illo in tempore sic exhorruit, sic pia persecutione compressit, vt homines tam pestilenti contagione respersos, & censura ecclesiastica anathematis mucrone feriret, & legum publicarum sanctio extremo iudicio prædamnaret: quia dignum & æquum, vt contra illos vtriusque gladij potestas exurgeret, qui auctoritatem ecclesiasticam a solo Deo traditam & in perpetuum duraturam, profanis assertionibus abnegarent.

Præsules carere auctoritate affirmant.

Vt Donatistis in eo simillimi sint.

Manet igitur, etiam istis reclamantibus, & vsque ad finem seculi permanebit apud Romanum præsulem sicut summa auctoritas, sic immensa potestas: quam sicut gratis accepit, sic in eos, quos in partem solicitudinis euocat, in vnitate fidei & Romanæ sedis obedientia permanentes, benigne refundit; tam fortiter atque suauiter moderamina indultæ potestatis exercens, vt in corpore Christi, quod est ecclesia, a summo vertice vsque ad extrema vestigia nihil per inobedientiam dissolutum, nihil relinquat ordinis confusione turbatum: cuius suauissimum sed validissimum iugum impij, quia humiliter gestare refugiunt, quod rebus non possunt, lacessere maledictis atque conuitijs non desistunt.

Stabilitur Romani Pont. auctoritas.

48 Tertius istorũ error in Vvaldensium errore coniurat, quoniam & ij & illi in nullum euentum asserunt fore iurandum, dogmatizantes mortalis criminis contagione pollui, & pœna teneri quos cõtigerit iuramenti religione constringi. Quorum blasphemias pietas Christiana condemnans, non leuitate mota, sed vtilitate aut necessitate coacta veritatem præteritorum atque præsentium, & certitudinem futurorum iusiurandi religione confirmat; certissime tenens quod nullatenus de suo genere potest esse peccatum, quod Christus exercuit, qui peccatum non fecit, sed peccatum omne sua passione damnauit. Iurauit etenim Dominus, iurauit & Apostolus Paulus, suæ operationis exemplo monstrantes, adhoc tantum iuramentum esse prohibitum, ne iurandi facilitas frequentiam, frequentia consuetudinem, consuetudo periurium introducat. Bonum est ergo iuramentum, per quod veritas rerum diuino testimonio confirmatur: sed malum est illi, qui eo male vtitur; & a malo infirmitatis humanæ est, vt aliquis verum proferens iurare cogatur.

Tertius error circa iusiurandum.

Vera de eo doctrina.

49 Quarta huiusmodi impiorum blasphemia, de prædictorum Vvaldensium venenato fonte prorumpens, sacerdotes rite etiam & legitime secundum formam ecclesiæ ordinatos, quibuslibet tamen criminibus pressos, non posse conficere vel conferre ecclesiastica sacramenta confingit: quorum vtrorumque dementiam ecclesiasticæ veritatis doctrina redarguit, & censura percellit, quoniam nil a bono maius, nil a malo minus perficitur sacerdote; quia sacramentorum virtus non in merito consecrantis, sed in virtute sancti Spiritus, & verbo perficitur Creatoris.

Quartus error, conficiendi sacramẽti potestatem a sanctitate sacerdotis pendere.

50 Quintus error sic istorum hominum mentes obcæcat, vt euangelium Christi in se solis hoc in tempore asserant esse completum, quod hactenus, vt ipsi somniant, obtectum fuerat, immo prorsus extinctum. Quæ impietas sic tenebrosos Manicheorum calles oberrat, vt tamen Montani atque Priscillæ fœda vestigia non relinquat. Illi enim promissionem Domini de Spiritu sancto non in Apostolis, sed in seipsis completam esse asserunt: isti euangelium Christi, cuius virtus in sancti Spiritus perceptione consistit, ita in se completum autumant, vt ab illius claro intellectu & vera obseruatione vniuersitatem fidelium mentiendo secludant. Sancta vero & vniuersalis ecclesia, talium hominum figmenta deridens, firmissime tenet, & nullatenus dubitat, Spiritum sanctum iuxta fidele Saluatoris promissum in beatos Apostolos die pentecostes sic plenissime fuisse refusum, vt illos omnem veritatem, quæ ad salutem pertinet, perfecte doceret; vt ipsos ad amorem Dei mirabiliter inflammaret, & vt eosdem contra omnem tentationem inuictæ virtutis firmitate muniret. Cuius spiritus virtus ita sanctam ecclesiam vsque ad finem seculi noua semper prole fœcundat, vt renati fonte baptismatis vna sit fides mentium & pietas actionum: quod profecto non esset, si sanctum euangelium, in quo Christianæ fidei regula continetur, omnibus esset clausum, & istis solummodo, quod cogitare impijssimum est, apertum.

Quintus ipsos solos Christi euangeliũ seruare.

51 Multa sunt alia, quæ isti præsumptuosi homines contra coniugij venerabile sacramentũ garrire dicũtur. [Contemptum a nonnullis, nimirũ Lollardis hęreticis, sacramentũ matrimonij & iuratum meretricium scelus appellatũ, paulo ante vidimus: eandemq; hæresim Beguardum quendã Durandũ de Baldach Gerundæ in medio rogo propugnasse, refert Eymericus.[a] Alio errore huic affini de vxore inuita dimittenda, soluendoque matrimonij sacramento tinctus fuisse videtur Petrus Corbaria, qui postea Ludouici Bauari scelere pontificatum inuasit, quippe vt ex iudiciarijs actis constat, Minoritis vxore repugnante se aggregauit, vt suo loco dicetur. Hunc vero errorem a pseudoapostolis, qui plures errores cum Vvaldensibus & Beguardis habuere communes, hausisse indicat Guido[b] Elnensis episcopus, eundemque confutat.

Plures alios errores spargebant.

a Eymer. 2.p.direct. inq. q.11.

Pseudoapostoli, inquit, Apostolorum doctrinæ euangelicæ & apostolicæ sunt aduersi, dicentes quod vir sine consensu vxoris & e diuerso potest ipsorum sectam ingredi, & propter ingressum maledictæ sectæ potest sine mutuo consensu matrimonii separari. Hoc Christus veritas non docuit: immo prohibuit, qui

b Guido summa de hæres. pseudoapost. c. 2.

Sacramentum matrimonij spretum ab hæreticis.

benis quædam loca dicti ordinis in prouincia Tusciæ constituta occupauerant, & occupata temeritate damnabili detinebant, suis alias obedire superioribus aspernantes, compellerent vt, eisdem locis per eos occupatis omnino dimissis, ad suorum superiorum obedientiam qualibet exceptione & occasione postpositis reuerterentur, moraturi vbicumque & sicut ijdem superiores ducerent disponendum: quarum literarum auctoritate dilectus filius Bernardus prior ecclesiæ S. Fidelis iuxta Senas, cui præfatus Bononiensis episcopus super hoc commiserat vices suas, in ipsos fratres dicti mandati contemptores, eorum exigente contumacia, excommunicationis sententiam promulgauit, & eos fecit excommunicatos publice nuntiari.

Spreta ab his pontificia mandata.

Qui ecclesiastica vincula non verentes, non absque temeritatis audacia, apostasiæ nota, mentisque vesania, contra apostolica mandata & dicti ordinis instituta se ad partes insulæ Siciliæ transtulerunt, & inibi ab obedientia & vnitate dicti ordinis & prælatorum eius se totaliter separantes, quasi memorati ordinis beati Francisci stabilem firmamque compaginem rescindere stolida præsumptione valerent, noui ordinis, immo abominabilis horroris cassis conatibus moliti sunt ponere fundamenta, tam detestabili turbæ præficientes magis idolum quam prælatum Henricum de Ceua, dicti ordinis refugam & apostatam fugitiuum. Et vt tam fœdo capiti membra cætera responderent, prouinciales ministros, custodes præterea & guardianos eligere temeritate simili præsumpserunt, plurimos ad ipsorum sectam recipere, prædicatores & confessores assumere, eosdemque ad huiusmodi confessionis & prædicationis officium transmittere; loca etiam a locis fratrum ipsius ordinis semota ad habitandum de nouo construere, seu constructa recipere contra Romanorum instituta Pontificum in animarum suarum periculum, aliorumque perniciem attentantes. Et vt ipsorum error veritas, & impietas religio putaretur, temeritate propria quosdam habitus cum paruis caputijs curtos, strictos, inusitatos, & squalidos, simulationis conscios, irrisionis amicos, ac dissidij non ignaros, discrepantes a communitate ordinis supradicti, assumere; & in simplicium cordibus, vt eosdem secum in deuium erroris adducerent, seminare dictos habitus fore secundum regulam B. Francisci, & in ipsis solum pseudofratribus ordinem consistere, famamque aliorum fratrum præfatæ communitatis diuersis conuitijs lacerare procaci impudentique versutia præsumpserunt.

Condita noua secta præside Henrico Ceua.

Auctoritas clauiũ per nefas præsumpta.

Verum quia sic sunt casus mentis, vt primo quidem infelix animus per superbiam intumescat, & inde in contentionem, de contentione in schisma, de schismate in hæresim, & de hæresi in blasphemias infelici gradatione, immo præcipiti ruina descendat; prædicti temeritatis atque impietatis filij, vt habet fide digna relatio, ad eam sunt mentis inopiam deuoluti, quod aduersus præclarissimam & saluberrimam Christianæ fidei veritatem impie sentiunt, sacramenta ecclesiæ veneranda contemnunt, & in religiosum ecclesiæ Romanæ primatum, cunctis nationibus percolendum, ab ipso coercendi citius, impetu cœci furoris impingunt. Et ne aliquid prædictarum blasphemiarum tolerabile videatur aut dubium, de plurimis corum erroribus aliquos, ne latere & proinde nocere valeant, præsentibus duximus annotandos.

E schismate in hæreses lapsi.

Negarunt primatũ Rom. eccles.

46 Primus itaque error, qui de istorum officina tenebrosa prorumpit, duas fingit ecclesias, vnam carnalem diuitijs pressam, effluentem delitijs, sceleribus maculatam, cui Romanum præsulem aliosque inferiores prælatos dominari asserunt: aliam spiritualem, frugalitate mundam, virtute decoram, paupertate succinctam, in qua ipsi soli eorumq; complices continentur, cui etiam ipsi spiritualis vitæ merito, si qua fides est adhibenda mendacijs, principantur. Quæ impietas sic istis sceleratis est propria, vt a nulla hæresi possit esse seiuncta: quippe omnes impij, dum praue in fide sentiunt, dum ab vnitate ecclesiæ atque obedientia per contumaciam separantur, vniuersitatem fidelium carni, seipsos vero spiritui seruire friuolis assertionibus mentiuntur. Quorum dementiæ nihil adijci posse illi manifeste cognoscunt, qui sicut vnum Christum prædicant sic vnam ecclesiam profitentur; doctore gentium attestante, qui ait: *Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus eius*.

Confictæ ab ijs duæ eccl.

Demonstratur vnica ecclesia, cuius vnicum caput est.

Vna est igitur sancta, vniuersalis, apostolica, atque Romana ecclesia, quæ non humana præsumptione seu potestate nititur; sed diuina, & prorsus incommutabili auctoritate fundatur: cuius egregium primatum si quis impie docendo negat, non solum criminosus aut schismaticus esse conuincitur, sed hæreticus impietatis suæ merito diuina etiam atque humana ratione & auctoritate censetur: quia peccatum paganitatis incurrit quisquis, dum se Christianum asserit, sedi Apostolicæ obedire contemnit. Cui inter cætera dona hoc priuata largitione concessum est, vt saluberrima fides, quam B. Petrus, cœlesti Patre reuelante, cognouit; & immensa potestas, quam ei in eodem Apostolorum principe Christus indulsit, sic per legitimam Romanorum Pontificum successionem illibata decurrat, vt illam vsque ad finem seculi nec perfidia maculet, nec adulterini pastoris pontificium interrumpat: quam velut validissimam nauem diuinæ gubernationis præsidio communitam, nec variarum opinionum atque hæresum turbines a suæ vnitatis compage diuellunt, nec tyrannicæ potestatis incursus ad ima deprimit: quin potius & illos auctoritate atque veritate superans, & istos patientiæ virtute supplantans, inter blanditias terrenæ felicitatis & asperitates seculi felici nauigatione media graditur, donec ad portum futuræ beatitudinis, duce Domino, veniatur. In qua, velut in arca, animalia munda atque immunda seruantur: sicut in area frumenta paleis permiscentur: quemadmodum in sagena boni pisces & mali coeunt: vt in agro zizania & triticum simili germinatione succrescunt: nec tamen ipsam membrorum infirmantium immunditia polluit, extollit leuitas, corrumpit nequitia, insolentia scindit; sed manens integra atque perfecta, adoptionis filios fide generat, verbo nutrit, auctoritate defendit, pœnitentia purgat, patientiæ virtute supportat; nec illam diuitiarum cumulus suffocat, quia illis tanquam creatura Dei bona cum gratiarum actione bene vtitur: & aurum habet, non vt in illo finem constituat, sed vt necessitatem patientibus, misericorditer largiendo, succurrat. Extra quam salus esse non potest, quia natura non patitur, ratio non sinit, & diuina prudentia non per-

Eius integritas ob fidei puritatem.

In ipsa sancti & peccatores continentur.

Non illi officiunt diuitiæ, quibus vt Dei creaturis vtitur.

prælatis & ministris eius contemnebant. Ieiunium irridebant; carnibus omni tempore etiam in sexta feria parasceues vescebantur, Dies festos non seruabant, sed in die paschæ laborabant, Periurium dicebant non esse peccatum. Merita & intercessiones quorumlibet sanctiorum posse hominibus apud Deum præstare suffragia, negabant. Sed & alios complures articulos profitebantur erroris, quorum prolixitas inserta his tædium lectoribus, vt vereor, generaret. Magnus eorum numerus fuit in Austria, Boemia, & terris vicinis. Et infra: *Multi eo tempore in Austria fuerunt in diuersis locis combusti, qui omnes vnanimiter in suis erroribus pertinacissime vsque ad mortem cum magna hilaritate permanserunt: inter quos puella vna speciosa nomine Gisla, dum iam esset cremanda, interrogatur a iudice, si adhuc esset virgo. Quæ coram omnibus respondit: Super terram adhuc virgo sum, sub terra vero minime; credebant enim fatui virgines sub terra non posse deflorari, etiam si a mille viris cognoscerentur, neque tale stuprum esse peccatum.* Gloriari talibus patriarchis dæmonum fœderatis possunt huius sæculi nouatores, qui plura ab his venena hausere. Non tulit autem impune scelus sectæ princeps Vvalterus, quem Coloniæ exustum anno MCCCXXII. ferunt [a], cum hæresim, quam scriptis propagarat, tueretur pertinaciter. Vt vero dæmon impios illos in aperta scelera voluptatum lenocinio impulit, ita alios, qui pietatis studio videbantur delibuti, adumbratæ sanctitatis fallaci specie delusit.

Contemptus in ecclesiã. Ieiunia, festos dies sanctorũ suffragia spreuere.

Insania meretricule Lollardæ.

Hos insectent signiferos nouatores.

Vvalter' sectæ princeps exustus.

a Trith. vbi sup. et alij.

45 Signifer horum hypocritarum extitit Henricus [b] e Ceua Franciscanæ familiæ apostata, atque hæresiarcha, qui plures ex eo sacro ordine infecerat. Desciuerant ij adeo a B. Francisci institutis, quem suis, vt reuerentiam in Christi vicarium, Cardinales ac præsules religiosissime colerent, imperasse vidimus: atque in eam superbiam viri impij proruperant, vt duas fingerent ecclesias, alteram diffluentem opibus et delicijs obsitamque sordibus, cui præesset Romanus Pontifex; alteram humanarum rerum inopia diuitem, ac virtutum omnium genere exornatam, qua ipsi soli continerentur: negarent præsules vlla vel ad ius exercendum, vel diuina conficienda auctoritate pollere: virtutem sacramentorum a sacerdotis sanctitate pendere, iusiurandum sine crimine vsurpari non posse, Christi euangelium extinctum antea fuisse, atque in ipsis reuixisse & florere effutiebant. Vt vero nefandas adeo hæreses Ioannes eliderct, eas singulas cumulatis pluribus diuinæ scripturæ oraculis refellit [c].

b An. 1. p. 1 ep. cum. 381. Henricus e Ceua Minoritar apostata.

Illius ac sociorum errores.

c Eod. ep. 381. ext. in bull. in lo. xxII. const. 3.

Ioannes, &c. venerabilibus patriarchis, archiepiscopis, & episcopis ac dilectis filijs electis ad quos literæ istæ peruenerint, &c.

Minorum fratrum sacer ordo ab ipso suæ fundationis exordio almi confessoris B. Francisci regulari traditione, & Apostolicæ sedis auctoritate atque confirmatione indissolubili quadam textura connexus, fide clarus, spe validus, charitate perfusus, humilitate placidus, obedientia deuotus, velut singulare iubar sanctitatis exemplo ac doctrinæ verbo per vniuersum orbem claruit, & ecclesiastico decori multum vtilitatis & plurimũ inclytæ alacritatis inuexit. Verum quia humani generis inimicus vbi virtutum segetes vberius videt exurgere, ibi scandalorum vepres & dissidiorum zizania satagit cumulatius seminare, nonnulli huius sacræ religionis solo nomine professores, dum altiora se petunt; dum præposteris & perturbatis gradibus, citius ruituri, in magnis & mirabilibus supra se ambulare conantur, illius delusi fallacijs, qui se, vt alios decipiat, in lucis angelum transfigurat; sibimetipsis ruinam, infirmioribus scandalum, solidioribus vero probationem & meritum pepererunt, pro viribus satagentes tam præclari ordinis vnitatem scindere, obnubilare famam, perturbare quietem.

Minoritarum ordinis elogiũ.

Vt discordia inter eos oborta fuerit.

Dudum siquidem huiusmodi superstitiosi & discoli homines, in prouincia Prouinciæ aduersus communitatem præfati ordinis insurgentes, & se solos suosque complices de obseruantia regulæ B. Francisci mira vanitate iactantes, reliquam ordinis multitudinem, de transgressione regulæ perperam iudicando, notabant; nonnullos profanæ multitudinis verbis mendacibus, & mentitæ sanctitatis obtentu in sui erroris deuium adducentes. Quorum vipereos partus in ipso sui exortu felicis recordationis Nicolaus Papa IV. prædecessor noster, ne in multorum perniciem alerentur, ad veritatis petram elidere cupiens, generali ministro, qui tunc temporis memorato ordini præsidebat, districte præcipiendo mandauit, vt huiusmodi præsumptores disciplina debita coerceret, prout in literis ipsius prædecessoris nostri plenius continetur: sed horum pestilentissimas nouitates hoc remedio compressas fuisse potius quam extinctas, rediuiuus error enuntiat, & tristis experientia manifestat.

Malorum causa hypocrisis fuit.

Exortentem pestẽ præfocare nisus est Nicol. IV

Nuper enim nonnulli factionis superstites memoratæ, adiunctis sibi quampluribus de dicta prouincia Prouinciæ, & prouincia Tusciæ, & alijs diuersarum fratribus nationum, coram piæ memoriæ Clemente Papa V. prædecessore nostro diuersas regulæ quæstiones, diuersasque contra vniuersitatem dicti ordinis proposuere querelas: & quasi ipsi soli, ipsorumque complices B. Francisci regulam & perspicacius intelligerent, & efficacius adimplerent, notam actionis contrariæ in vniuersitatem præfati ordinis impie detorquebant. Qui Clemens prædecessor, huiusmodi homines benignitate magis quam seueritate satagens emendare, illorum pestiferos conatus patientiæ virtute tolerans, prædictas quæstiones atque querelas, pluribus archiepiscopis, episcopis, & sacræ theologiæ professoribus, & alijs iuris scientia præditis, discretione dotatis examinandas commisit, & ad suam audientiam proferendas.

Vt eius factionis quæcet apud Clementem sodalitium mouerint.

Quibus diligenter & cum multa maturitate peractis, sæpenominatus Clemens prædecessor, de veritate certior factus, præfatam religionem sanctam, & vt eius vtamur sermonibus, muris obseruantiæ regularis firmiter vndique asseruit circumclusam, & quædam, quæ circa regulam dubium sensum afferre poterant, declarauit; districte præcipiendo mandans, vt dicti fratres, qui cõtra præfatam communitatem ordinis huiusmodi quæstiones mouerãt & querelas, ad conuentus, vnde discesserant reuerterentur, & suis superioribus obedirent humiliter & deuote, harum quæstionum & querelarum prætextu ad Romanam curiam de cætero minime reuersuri. Et vt ipsius salubris ordinatio ad optatum duceretur effectum, venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Ianuensi, & Lucano ac Bononiensi episcopis per suas literas demandauit, vt ipsi vel alter eorum, per se seu alium vel alios, fratres illos de prouincia Tusciæ, qui occasione præfatæ dissensionis & adhærentiæ ad illicita laxatis habe-

Hanc sedare Clemens tentarit.

Perduelles repertinuisse ...

fidei sacramento exhibito pronuntiatis liberis, cogeret: ac ni officio defungeretur, archiepiscopus censuras ipsi obiecit.

Dux expilata reddere iussus.

43 Expositæ erant crebris diripientium rapinis hisce temporibus Germanicæ ecclesiæ ob continua Friderici Austriaci & Ludouici Bauari, de imperio certantium, prælia: sed leuior hæc erat, quam bonorum patiebantur, iactura. Illa grauior animarum, quæ turbulentis ijs temporibus profanis erroribus inficiebatur. Serpebat varijs in locis, ac maxime in Boemia, Misnia, & Polonia fœdarum hęreseon lues, ad quam prælocādam Ioannes præsules earum partiū excitauit a: inter quos Ioannē Muscatam episcopum Cracouiensem, qui munus episcopale negligentius tractabat, vt ad nascens malum, quo par erat zelo, excindendum incumberet, hisce literis adhortatus est.

Nouæ hæreses in Boem. & Polonia serpunt.

a An. 2. p. 1. ep. cur. 54.

Ioannes, &c. venerabili fratri episcopo Cracouiensi.

Non sine amaritudine cordis accepimus, quod in aliquibus partibus regnorum Boemiæ ac Poloniæ, & in eorum confinibus & limitibus, pręcipue in ciuitate & diœcesi Cracouiensi adeo patenter hæreticæ infidelitatis error inualuit, quod ibidem quamplurimi a via veritatis prorsus auersi, euntes post deuium falsitatis, ac seipsos diuersis & varijs hæresibus maculantes, pestiferas ad concutiendum orthodoxæ soliditatem fidei machinas construunt, ipsamque subuertere falsis & vulpinis impulsibus fallacium argumentationum intendunt. Quid ergo, frater, tu ad hæc? Nunquid stabis tota die otiosus, & tanquam nulla sit tibi cura de ouibus, ijs qui exprobrant nomini agminum Israel, te zelo fidei non oppones? An non attendis, quod clamat ad te Dominus per prophetam, vt loquaris ad omnes ciuitates Iuda sermones, quos locutus est tibi & sermones illos exprimendo subiungit: *Vade & clama: Reuertere aduersatrix Israel, dicit Dominus, & non auertam faciem meam a te?* Nunquid etiam clamat idem Dominus per Ezechielem dicens: *Si speculator viderit gladium venientem, & non intonuerit buccina, veneritque gladius, & tulerit animam vnam de populo, sanguinem eius de manu speculatoris requiram?* Redde ergo tuę testimonium fidei, & in Christi negotio vlterius non lentescas: nec sit apud te verbum Domini alligatum; sed diligenter pastoralis partes officij exequaris. Noli otiari in talento Domini: sed vt illud Dominus cum fœnoris accessione recipiat, euangelicam negotiationem exerce. Insta importune & opportune: opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple, & animam, si necesse fuerit, pro defensione fidei ponere non formides, &c. *Dat. Auin. kal. maij anno secundo.*

Episcop. Cracouiē. inertiæ arguitur.

Vrgetur, vt in hæreticos insurgat.

44 Fuisse eos hæreticos secta Dulcinianos, refert Dubrauius b; atque in eos voluptatum aucupes ignis supplicio a Ioanne Boemiæ Rege fauitum: *Hoc, inquit, laude dignum, quod nocturnis peruigilationibus ritu Dulcinianorum fraterculorum, de quibus supra commemorauimus, Pragæ occulte fieri incipientibus, in ipso statim introitu obstiterit: exustisque quatuordecim viris mulieribusque hac dulcedine corruptelaque deprauatis, reliquis cum metum iniecerit, vt bacchanalia facere desinerent, contenti posthac religione incorrupta a patribus accepta.* Dandum id studio Romani Pontificis, qui Ioannem Regem Boemiæ, Vladislaum Cracouiensem, Boleslaum Loktekum Vratislauiensem duces, & marchionem Misniæ adhortatus est, ne religionem nouis erroribus obsolescere & obscurari paterentur, ac sacræ fidei censoribus opera & studio non deessent. Iniunctum id munus fuit a Peregrino Oppoliensi & Nicolao Hippodines Prædicatoribus, Coldæ & Hermanno Minoritis, dataque ipsis imperia, vt aduersus sontes diuini cultus zelum explicarent. b

b Dubrau. l. 20. hist. Boem.

Rex Boemiæ hæreticos flammis damnat.

Principes Poloniæ in hæreticos a Pōt. concitati.

Instituti in impios fidei censores.

a An. 2. p. 1. ep. cur. 56. b lb. ep. 68

Præter Beguardos, quos in Germania incerto auctore pullulasse ex Aluaro Pelagio antea dictum est, aliam Lollardorum pestem grassatam ferunt. Et quidem vna cum Beguardis Lollardos emersisse, cum Henricus VII. sceptrum Germanicū suscepit, indicat Hocsemius c eius temporis auctor: *Eodem, inquit, anno, nimirum* MCCCIX. *quidam hypocritæ gyrouagi, qui Lollardi, siue Deum laudantes vocabantur, per Hannoniā & Brabantiam quasdam mulieres nobiles deceperunt.* Ex quo cōstat eos hallucinatos d, qui ad posteriora longe tempora Lollardorum originem retulerunt, quod Vvicleffo primum suas spargente hæreses, Lollardorum nomen infame Vvicleffistis inditum vulgo fuerit: quare Vvalsingamus e passim Vvicleffistas Lollardos vocat. Cæterum de Lollardorum principe Vvaltero quodam hoc tempore nefaria dogmata dissemināte per Germaniam, Austriam, & Boemiam meminere Trithemius f, Sanderus g, Genebrardus h, & alij. Fœdissimi erant illorum hæreticorum errores, quos hisce verbis recenset Trithemius i: *Articulorum hæreseos eorumdem primus erat iste: missas vanitatem esse dicebant, & nullius vel reuerentiæ vel vtilitatis. Secundus articulus fuit, Luciferum cum dæmonibus suis cœlo iniuria pulsum dicebant, tandemque beatitudini cum omnibus suis restituendum: Michaelem & Angelos omnes æternis cruciatibus deputandos, hominesque ab eorum secta alienos similiter esse damnandos; vnde cum se mutuo salutarent, dicebant: Salutet te iniuriam passus, id est Lucifer. Tertius articulus iste nefandissimus fuit, dicebant enim: Maria si virgo mansit post partum, non hominem sed angelum peperit: virgo post partum non fuit. Item dicebant se habere duodecim Apostolos, qui totum imperium singulis annis perlustrarent, & duos ex eis ordine & professione seniores singulis annis paradisum intrarent: potestatem ab Elia & Enoch ligandi & soluendi accipere, quam alijs communicabant in eadem secta constitutis. Sacramentum baptismi irridebant, dicentes: Si baptismus est sacramentum, ergo quodlibet balneum est sacramentum, & per consequens quilibet balneator esset Deus. Sacramentum pœnitentiæ turpiter vitiabant, confitentes non sacerdotibus, sed laicis in genere peccata sua, in specie * exprimentes, sperantes se ex hac confessione omnium peccatorum a pœna & a culpa remissionem plenariam recepturos. Sacramentum dominici corporis non credebant, hostiam consecratam Deum fictitium appellantes. Sacramentum quoque matrimonij iuratum meretricium in vulgari nuncupabant. Sacramentum extremæ vnctionis irridebant, & interrogati super eo quid sentirent, vnanimiter responderunt: Nos credimus, olera quanto fuerint oleo plus condita, tanto esse meliora. Consecrationes ecclesiarum cœmeteriorumque, & benedictiones palmarum, salis, aquæ, et cæterorum, quæ in ecclesia fiunt, nihil esse dicebant.*

Item dicebant Deum nec scire nec punire mala, quæ sub terra fierent: vnde in speluncis & cauernis subterraneis conuenientes, pater cum filia, frater cum sorore, ac filius cum matre indifferenter turpitudinem carnis suæ exercebant. Romanam ecclesiam non Christi, sed gentium infidelium esse dicebant; omniaque statuta ecclesiæ cum

Lollardi Germaniam inficiunt.

c Hocsem. l. 1. c. 31. De eorū origine.

d Prateol. in elench. hæres.

e Valsing. in Eduard. III.

f Trith. chro. Hirsaug. g Sander. de visibil. monarch. h Genebr. in sel ven. i Trithem vbi sup.

Et dogmatibus. Missæ sacrificium ab ijs spretum. Cultus dæmon. Deiparæ virginitas negata. Vt Apostolos sibi præfecerint.

Baptismū contempserint.

* non

Clauium potestatē vsurparint. Blasphemæ eorū voces in Euchar. Et sacramentum matrimonij. Et extremæ vnctionis. Densa ab ijsdem sacramenta lia. Negarūt Dei scientiam, immensitatē & iustitiā. Spurcæ eorum mores.

Dionys. Rex auri vim munere ad Pont. trãsmittit. a Ib. ep. 467. Philippi Regis Fr. munera contra veneficorũ insidias. Alia a Regina Sicil. & comitissa Lucemb. trãsmissa. b Ib. ep. 439. c Ib. ep. 439. d Ib. ep. 48 e Ib. ep. 50

que adiungamus similia; suscepisse Ioannem a Philippo Longo Francorum Rege pretiosa munera, docent pontificiæ ad Regem ipsum datæ literæ a, ex quibus hæc decerpsi: *Præsentata nobis nuper in festo circumcisionis dominicæ grandia tuæ serenitatis munera, ipsa quidem materia, nec minus opere superante in plerisque materiam pretiosa, pulchros videlicet scyphos, potos atque barilia; annulos, speculum, & linguaria serpentina, affectu grato suscepimus, &c.* gratias pluribus verborum officijs agit. *Dat. Auinione xv. kal. febr.* Exceperat etiam superiori anno b a Maria Regina Siciliæ c annulum aureum pulcherrimo smaragdo insignem; & a Guidone episcopo Aretino d crucem, ac duo angelorum signa argento conflata; a Beatrice e vero comitissa Lucemburgensi tabulas refertas reliquijs sanctorum, cui grates hisce verbis exoluit f: *Iocale pulcherrimum, tabulas videlicet, nedum decoratas ornatu mirabili, sed etiam varijs sanctorum reliquijs copiose munitas, quas nobis tua nuper deuotio offerre curauit, tanto lætiori manu suscepimus, quanto magis in spiritualis ædificationis auxilium, & remedium consolationis assiduæ tam pretiosissimis beatissimisque thesauris reliquiarum huiusmodi optamus piæ ambitionis affectu ditari.*

Ferrarienses & marchiones Atestini ad Pont. imperia redeunt. g An. 3. p. 1 ep. cur. 124 h Ib. ep. 123. i Ib. ep. 50 l Ib. ep. 122. m Ib. ep. 123.

41 Aberant ab eo Regum & principum in Christi vicarium studio nonnulli ecclesiæ clientes, ac viri nobiles, qui ex eius spolijs opes aggerere, atque ad nouam anniti potentiam moliebantur. Defixi anno superiori ob Ferrariam ereptam ecclesiæ marchiones Atestini, ac Ferrarienses ob initam cum ijs coitionem censuris ecclesiasticis, misso ad veniam deprecandam oratore g, pontificijs imperijs se subiecerant. Pontifex itaque ad amissa iura recuperanda h Atrebatensem & Bononiensem episcopos, magistrum Aymericum e Castro Lucij nuncios apostolicos, in diuinis humanisque Ferrariensibus rebus summa auctoritate fultos i misit, prouincia imposita, vt vrbis palatia & arces a marchionibus reciperent l: qua etiam de re Raynaldo, Azoni, & Opizoni principibus imperia dedit m, vtque ipsorum fratres Bertoldus & Nicolaus procuratorum opera, vt conuentum erat, id ratum haberent: *Nobilitatem*, inquit, *vestram monemus & hortamur attente, per apostolica vobis scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus palatia supradicta cum fortalitijs, appenditijs, & pertinentijs supradictis, sicut per eadem confinia designantur, eorum possessionem pacificam præfatis nuncijs, aut duobus vel vni eorum, seu alij vel alijs, cui vel quibus ipsi vel duo ex eis id duxerint committendum, infra terminum antedictum plene & integre nostro & ecclesiæ prædictæ nomine reddere & assignare curetis; ratificationem, confirmationem, & approbationem prædictas per Nicolaum & Bertoldum eosdem cum auctoritate curatorum suorum, vt præmittitur, fieri sine difficultate qualibet facientes, &c. Dat. Auinion. VIII. kal. iulij anno secundo.*

n Ib. ep. 51 & 52. & 152. 153. 154. & an. 2. p. 1. ep. cur. 204. 205. o Sup. ep. 52. an. 3. Publicis monumẽtis illustrata Pontificis in Ferrariã iura. q Ib. ep. 205.

Ad constituendam denique rem Ferrariensem Ioannes redintegrata a Clemente cum Venetis pacta, quæ inter ipsos ac Ferrarienses Opizonis atq; Azonis temporibus viguerant, confirmauit n. Vbi o etiam, adductis in medium Venetorum, Ferrariensium, atque Imperatorum publicis tabulis, Ferrariam ditionis esse ecclesiasticæ comprobat p. Quæ illustrant etiam alijs inserta literis q Ferrariensium publica monumenta, quibus oratorum opera Clementi V. vt vero ac iusto domino, fidem obsequiumque deuouere

a To. 1. ep. secr. 824 b ep. 825. c ep. 826. d ep. 827. e ep. 828. f Ib. ep. 830. Beneuentana seditio compressa. g Ib. post ep. 662.

Præterea Ioannes Patauinos a, Taruisinos b, Rauennates c, Brixienses d, & Florentinos e, vt pacem cum Ferrariensibus colerent, sollicitauit. Bononienses vero, qui ad continendam in ecclesiæ obsequio Ferrariam egregiam operam nauarant, commendauit f: pariterque Carolum Roberti Ierusalem & Siciliæ Regis maiorem natu filium ducem Calabriæ coortam Beneuenti seditionem, immisso milite compressisse, est gratulatus g. Cæterum Atestini iterum Ferrariam iterum in defectionem traxere.

h An. 2. p. 1 ep. cur. 183. Ordelaffus Æmiliam miscet. i An. 3. p. 1 ep. cur. 53. Fridericus comes e Monteferetro Vrbinum & alia loca occupat. k To. 1. ep. secr. 854. Præfectura populis adsciscere vetiti inconsulto Pontifice l An. 3. p. 1 ep. cur. 187. & an. 3. p. 1. ep. cur. 36 37.

42 Fluctuabant etiam aliæ ecclesiastici principatus prouinciæ. Æmiliam quidem Ordelaffus h, qui Foroliuiensium & Foropopuliensium studijs fretus, inita cum nonnullis Imolensibus, Fauentinis, & Cæsenatibus exulibus coitione turbare moliebatur. Aduersus quem ac fœderatos apostolicis nuncijs Bernardo Atrebatensi, cui curam postea prouinciæ commisit i, ac Bononiensi episcopis, atque Aymerico e Castrolucij sine forensi strepitu inquirendi, ac fœderis iniusti rescindendi partes demandauit. Infensus etiam erat ecclesiæ Fridericus comes e Monteferetro, qui licet Callensem comitatum Anconitanæ marchiæ præsidi restituisset; Vrbinum tamen, atque alias terras ecclesiæ iniusta sibi dominatione subiecerat: quas vt restitueret, Pontifex literis sollicitauit k. Pariebat sane crebras populorum defectiones nimia libertas, quam ecclesiæ subditi in adsciscendis sine apostolica auctoritate præfectis sibi arrogabant; liberas enim ij publicæ rei habenas nacti, ad stabiliendam potentiam in tyrannos desciscebant: atque id in posterum fieri pluribus rescriptis l Ioannes vetuit.

m Io. Vil. l. 9. c. 95. n Id. c. 87. o Id. c. 90. Cremonã Scaliger occupat. p To. 1. ep. secr. 841. 842. 843. Inuadit alias Taruisinorũ terras. Erepta Taruisinis restitui iubet Pont. q An. 3. p. 1 ep. cur. 157. Vngar. Regem admonet Iauriense castrũ episcopo reddat. r To. 1. ep. secr. 671. Strigon. arch. ad disciplinã eccl. restituendam iussus incumbere. s Ib. ep. 672. t An. 3. p. 1 ep. com. 174.

Gliscebat etiam in alijs Italiæ terris discordiæ malum: ac Senæ m Guelphæ Gibellinæque factionis turbine concussæ sunt. Cremona quæ superiori anno Canis Scaligeri ac Gibellinorum impetus fregerat n, mense aprilis proditione capta sub illius potentia succubuit o. Occupauit etiam Scaliger, iuncto cum Goritiæ comite armorum fœdere, nonnullas Taruisinæ ditionis terras, quæ vt pristinis dominis restituerentur, Ioannem apostolicam adhibuisse auctoritatem ad nuncios Atrebatensem & Bononiensem episcopos, Rambaldum comitem e Collealto, ac Taruisinos literæ docent p. Pari etiam studio contendit Pontifex q a Carolo Vngariæ Rege, vt Iauriense castrum iuris ecclesiastici episcopo Iauriensi restitueret; id regij honoris & decoris fore: *Indubitanter*, inquit, *fili charissime, tenere te volumus, quod tuos honores tuæque laudis & famæ præconium affectione paterna diligimus, & sic in virtuosis tuis actibus, qui honestatem regiam condecent, delectamur. Sic equidem, si a laudibus & modestia deuiant, zelo beneuolentiæ commouemur: optamus etenim actus tuos illa semper maturitate fulciri, quod in conspectu omnium placeant, & quempiam non offendant.* Commendauit eidem Regi r Vngaricas ecclesias, vt ad tuenda earum iura regiam potentiam explicaret: ac Strigoniensi archiepiscopo & suffraganeis episcopis præcepit s, vt clerum, cuius mores obsoletiores erant, ab impudicitiæ labe ad sanctitatem vitæ reuocare studerent. Neque illud prætereundum videtur, excitatũ a Pontifice Moguntinum archiepiscopum t, vt Brunsuicensem ducem, qui Pisouiense monasterium in Nuembergensi diœcesi diripuerat, ad crimen expiandam, prædamque restituendam incusso anathemate, prædiorumque ac locorum beneficio ecclesiæ acceptorum priuatione intentata, subditis

fidei

tanti operis gloriam, & commouendos Christianos in ecclesijs, ijs in regnis sitis, solemni ritu promulgent.

Commeatus Granatensib⁹ inferri vetat.

37 Ad elidendas vero Saracenorum vires incuti ijs ecclesiasticas pœnas, atque in Aragonia, Castella, & Balearibus promulgari iussit a, qui Granatensibus commeatus, mercesque vetitas inferrent: si qui vero eo crimine se deuinxissent, ea lege a Compostellano, Toletano & Hispalensi archiepiscopis absoluendos commisit b, vt iniuste apud Granatenses parta ad eos edomandos conuerterent. Præterea præsulibus ijsdem iniunxit c, vt decumas ac duas partes decumæ reparandis ecclesiarum sartis tectis addictas cogerent, atque in bellum Granatense deriuarent: tum ad conciliandam inter proceres concordiam incumberent. Constituta d ea est Vallisoleti, vbi regni conuentus habiti, præcipua Reginæ industria; ac sancitum, vt Ioannes & Petrus principes diuisis copijs publico ærario in Maurorum fines irruerent: sed quam tristi rerum exitu, sequenti anno dicetur, ne luctum ante tempus accersamus. Iusto quidem diuini Numinis Castellanorum plectentis crimina indicio ea clades ascribi poterit, cum mores populi a Christiana pietate deficerent, ac præsules vitiorum potius quam virtutum exempla transfunderent: quos Pontifex missis Toletano archiepiscopo & suffraganeis literis ad sanctitatem colendam, ac subiectos populos verborum & operum nitore erudiendos est cohortatus e.

a Ib. ep. 1226. 1227.
b Ib. ep. 1225. 1228.
c Ib. ep. 1223. 1224.
d Marian. l. 15. c. 16.
Admoniti Castellæ præsules, vt resecandis cleri & populi vitijs studeant.
e To. 1. ep. secr. 566.

38 Vt facilius pristinus religionis splendor in finitimo Aragoniæ regno reflorescceret, nouam in eo archiepiscopalem sedem, Cæsaraugustanam scilicet excitauit f, de qua hæc Bernardus g: *Anno Domini* MCCCXVIII. *in mense augusti memoratus dominus Ioannes Papa archiepiscopatum Terraconensem vnicum antea in regno Aragoniæ diuisit, & constituit esse duos, episcopalem sedem Cæsaraugustanam in archiepiscopalem erigens pro secundo, quinque sibi suffraganeis episcopis designatis ex illis vndecim, quos prius Terraconensis metropolitanus obtinebat, sex sibi tantum suffraganeis reseruatis*. Extant ad Iacobum Regem Aragonum ea de re Pontificis literæ h; qui cum Aragoniæ episcopatus in plures, vt in Gallijs anno superiori egerat, diuidere meditaretur, Tarraconensis archiepiscopus, ne id præstaret, precibus ab eo contendit i, cum episcopatuum vectigalia adeo ampla non essent, vt sustinendæ episcopali dignitati partita sufficerent.

f An. 3. p. 1 ep. cur. 97
g Ber. chr. Rom. Pont. & M. S. Vat. bib. sig. n. 3765 in Cle. V.
Cæsaraugustana episc. sedes in archiepiscopalem excitata; Tarraconensis archiepiscopatus in duos diuisus.
h To. 1. ep. secr. 724.
i Ib. ep. 586.

39 Similiter de Vlyssipponensi in Lusitania episcopatu diuidendo agitauit Pontifex, Compostellanoque archiepiscopo prouinciam dedit l, vt de vectigalium ac diœcesis amplitudine cognosceret. Tractabat tunc Vlyssipponensis ecclesiæ gubernacula Stephanus m, quem discordias, de quibus anno superiori actum est, inter Dionysium Regem & Alfonsum filium ac Reginam disseminasse, Pontifex arguit. Asperserat illi hoc crimen Lusitaniæ Rex n: sed cum nullus in Stephanum accusator legitimus compareret, Regi rescripsit Ioannes, legibus in ipsum agi non posse: deinde ad confirmandum in aduersis animum, pacemque cum suis sectandam hortatus est, cum in eo bello sine luctu victor esse non posset; deque morte Dionysij nepotis mœrentem est solatus o. Alfonsum vero filium grauissimis literis a gerendis in parentem armis deterruit p, ne impij filij infame nomen sibi pareret: tum detractorum consilijs subornari se non pateretur, qui ad aucupanda sua commoda ipsum in flagitium præcipitem agerent.

l Ib. ep. 579.
m Ib. ep. secr. 502.
n Ib. ep. 499.
Ciuile inter Dionys. Regē Lusit. & Alfons. filium bellum.
o Ib. ep. 576.
p Ib. ep. 501.

Ioannes, &c. dilecto filio nobili viro Alfonso charissimi in Christo filij nostri Dionysij Regis Portugalliæ illustris primogenito.

Alfonsum corripit in parentem arma gestare.

Aduersus talium molitiones iniquas constantiam tuæ magnanimitatis oppone. Considera, quæsumus, quam indecens esset & reprobum, præfatos tuos genitorem ac genitricem ab inuicem diuidi, qui debent in vnanimitate conuiuere, & incumbentia onera communi & concordi consilio & auxilio supportare. Considera quam abominabile Deo & hominibus censeretur dissidere inter se patrem & filium, cum ciuilis auctoritas patrem pro filio consilium capere, & in eo plusquam in se ipso pati perhibeat; filiusque totum quod est post creatorem suum debeat genitori, de cuius carne & sanguine, sementatiuæ originis & naturæ beneficio corporalem existentiam principaliter mutuauit. Considera quantum sit apud Deum & homines commendabilis & accepta exhibita patri reuerentia, quamque sit execrabilis & damnata infaustis euentibus irreuerentia in parentes. Et quidem parentes honorari Dominus præcipit, & pro honore illis exhibito dierum longitudinem repromittit. Deo vero abominabilis esse dignoscitur, qui molestare patrem aut irritare conatur: immo sicut putrescit membrum separatum a corpore, & ramus ab arbore auulsus arescit; sic & filius seiunctus a deuotione paterna iam non est filius, sed frater & collega illorum, qui ex patre diabolo describuntur. Considera denique, quod in sectione huiusmodi si, quod absit, forte procederet, regno, cuius es post dictum Regem volente Deo gubernacula possessurus, desolationis posset imminere discrimen, &c. *Dat.* XII. *kalend. aprilis*.

B. Elisabetham hortatur Pontifex ad pacem inter virū & filium conciliandam.
a Ib. ep. 500.

Nullas prætermisit partes Regina Elisabetha, quam admirandæ virtutes & miracula insignia ad sanctorum numerum extulere, vt pacem inter filium maritumq; conciliaret; qua de re Pontifex ipsi est gratulatus a: *Displicenter*, inquit, *audiuimus, filia, qualiter nonnulli illius, qui primum schisma suscitauit in cælo, vestigia prosequentes, inter charissimum in Christo filium nostrum Dionysium Regem Portugaliæ, virum tuum ex vna parte, & te ac dilectum filium nobilem virum Alfonsum vtriusque primogenitum ex altera, nisi sunt occultis machinationibus discordiam ponere, ac tuum et ipsius primogeniti animos contra Regem ipsum latenter peruersis persuasionibus concitare. Sane quod huiusmodi dyscolorum in hac parte non habuit, sicut gratanter accepimus, conatus effectum, in illo gaudemus, &c.* Hortatur, vt filium in parentis obsequio contineat, maritoque obtemperet. Pontificijs monitis adeo sedulo Regina sanctissima morem gessit, vt quamuis ferret fama Dionysium ipsius filio legitimo eripere hereditarium sceptrum moliri, vt in spurium transfunderet, aduersus ipsum non modo in arma prosilierit, sed vt vtrumque demulceret, atque acies oppositas dirimeret, studium omne collocarit; ac licet Dionysius thori iura violasset, ipsa tamen adulteræ filios diuini amoris intuitu, vt suos raro exemplo tractaret.

Egregia virtutum exempla B. Elis. in domestico bello explicat.

40 Transmisit ad Dionysium Pontifex b, vt ipsum ad pietatem excitaret, nonnullas sanctorum reliquias, in pretioso vasculo reconditas; ac vicissim Lusitanus Rex Pontificem quatuor millium aureorum munere est prosecutus c. Vtque

b To. 1. ep. secr. 574.
c Ib. ep. 498.

ceptum quam celerius, tute, ac opportune potestis, in partū producere viriliter studeatis. Nec vos ipsius schismatici malignitas terreat, non quæuis turbatio in partem alteram claudicare compellat: sed spe sub omnipotentis fiducia de nostra & Romanæ matris ecclesiæ, quæ caput est omnium fidelium & magistra, & quæ de filiorum salure lætatur, fauorabili prosecutione concepta, ipsius spei fortitudine roborati, ac confortati in virtutis diuinæ potentia, robur spiritus assumatis: & quod nunc sub dissimulatione transire vos expedit, suis loco & tempore nullatenus omittatis implere; beatam spem, ac magni Dei & Apostolicæ sedis auxilium, quod vobis, vt speramus, aderit de propinquo, fiducialiter expectātes, &c.] Subdit eos tam egregio facinore summam apud Deum hominesque gloriam collecturos Circensemque episcopum, quid factu opus sit, ipsis dicturos. *Dat. Auinione* xv. *kal. Iulij.* Alijs etiam literis excitauit a ad constantiam in fide catholica, in qua hactenus perstiterant, Mentulum Musatium comitem Clissaniæ, Andream Musatium regni Albaniæ marescallum, & Theodorum Musatium protosenastonem; atque in suscepto de pellendę impij Rasciæ Regis seruituris, tuendæque fidei catholicæ consilio confirmauit. Præterea Bladislaum Cononic Diocleæ & maritimæ Albaniæ comitem, virum catholicum, ad premenda alto pectore egregia illa consilia, cumque affulgeret occasio, explicanda perducendaque est adhortatus b.

Excitantur a Pōt. vt meditata ad consilia opus generose perducāt.

a lib. ep. 571.

b lib. ep. 573.

Animati pontificijs exhortationibus atque auxilij spe Albaniæ proceres, abiurato schismate ad tuendum catholicum dogma in tyrannum insurrexere. Quo accepto Ioannes eorum constantiam his verbis extulit c: *Inducti fortitudine curastis opportunitate captata consurgere, & iugo suæ tyrannidis & iniquæ conuersationis*, Vrosij scilicet Rasciæ Regis schismatici, *abiecto in libertatem & confessionem fidei prosilire, laudabiliter educentes in publicum, quod quandoque latuerat de sinceritate vestra fidei ac deuotionis introrsum: & ad indicium plenius deuotionis vestræ laudabilis de Romana ecclesia matre vestra, quæ caput est omnium fidelium & magistra, & quæ de fidelium salute lætatur, filiali securitate confisi, eam fidenter in vestrum auxilium aduocastis, &c.* Addit fideles omnes ingenti perfusos lætitia, cum ipsos seruitutis schismaticæ iugum e suis ceruicibus depulisse acceperunt, neque illis opera defuturos. Profecto inijsse in eorum auxilium armorum fœdus Philippum Tarentinum principem, Carolum Vngariæ Regem, ac Banum Maladinum Bosfinensem, innuunt literę pontificię ad Philippum Tarentinum datę d, quibus bellum aduersus Grçcos schismaticos, ac maxime Vrosium suscepisse gratulatur, pontificiaque opera se non defuturum pollicetur.

Deficit ab Vrosio Macedonia.

c lib. ep. 571.

Implorat Rom. ecclesiæ auxilia.

Suscipit in Vrosiū bellum sacrum Carolus Vngar. Rex.

Et Banus Maladin' Bossinens.

Et Philippus Tarent. prin.

d lib. pag. 162.

36 Neq; aduersus schismaticos modo sacrum bellum, sed etiam in Mauros susceptum. Preclara aduersus Saracenos Granatenses Petri Sancij facinora, quę anno superiori explicuerat, illius patruum Ioannem e Castellana stirpe regia principem, alterum Alfonsi pueri Regis tutorem, laudis cupiditate incendere, vt in barbaros, sacrę militię accepto crucis symbolo, arma deuoueret. Vtque pia consilia proueherer, cum Ioanne Papa egit e, vt diuina humanaque sibi auxilia porrigeret. Vsus est etiam illius ex fratre nepos Petrus Sancij, qua florebat apud Pontificem gratia, vt Ioannem, qui equites quingentos cataphractos, ac nonnullas triremes in ea expeditione se duce vel filio conficienda, instruere meditabatur, sedi Apostolicę commendaret. Sed cum procuratorem ea, quę necessaria erat, auctoritate pollentem non misisset, Pontifex ne sacro bello moręe tardiores obijcerentur, Compostellano archiepiscopo atque episcopo Cordubensi prouinciam dedit, vt Ioannem principē in belli Granatensis societatem adsciscí operam nauarent, atque vna cum Maria Lupi comitis Farensis filia & Elisabetha Alfonsi Lusitanę stirpis principis nata ijs legibus conuenirent, quę cum Raimundo Cardona Petri nomine fuerant constitutę: obstringerent etiam fidem Ioannes princeps ac filius vel ducturos exercitū, vel strenuum ducem missuros ac pacem cum Petro regię procuratore Regeque Alfonso seruaturos: ipsisq; ad comparandas copias in Granatenses decimarum mediam partem conferrent. Quod ad Mariam & Elisabetham spectat; ducendæ a eæ erant in vxores a Ioanne principe ac filio, soluente ad eorum gratiam legem de consanguinitatis gradibus Pontifice ea conditione, vt cum e re Christiana foret, in regni Granatensis limite bellum aduersus barbaros gererent: inflammauit etiam Christi vicarius pium Ioannis Castellani principis euertendæ ex Hispanijs Saracenæ superstitionis ardorem subiectis literis b.

Bellum sacrum in Mauros Granat.

Io. princeps Petri princ. exemplo crucis symbolū accipit.

e An. 1. p. 2. ep. com. 357.

Attributæ certis legibus ei nonnullæ decimæ.

a lib. ep. 1688. 1689. 1690.

Pontificijs literis ad cœpta accenditur.

b lib. ep. 1694.

Ioannes, &c. dilecto filio nobili viro Ioanni infanti, nato claræ memoriæ Alfonsi Regis Castellæ.

Copiosus in misericordia Dominus, qui de sua abundantia pietatis corda fidelium ad suæ maiestatis obsequia deuotionis ardore succendit præcordijs tuis adeo copiosæ gratiam cœlestis inspirationis infudit, quod tibi delectabile reputas propriam exponere in ipsorum prosecutione personam; sicque pio ductus proposito, tanquam strenuus athleta Domini negotium impugnationis perfidorum Agarenorum, a quibus regum Granatæ in Dei contumeliam detinetur, tutorio nomine charissimi in Christo filij nostri Alfonsi Castellæ Regis illustris, qui sub teneritudine pueriliś ætatis adhuc dignoscitur constitutus, assumpsisti sub spe cælestis auxilij feruenter & viriliter prosequendum. Vt igitur Rex præfatus & tu ex præmissis in prompti exhibitione fauoris percipiatis apertius mentem nostram, personam dicti Regis & tuam; nec non & ipsius Regis, regna, ac eiusdem & tuas terras & dominia, ac bona mobilia & immobilia, quæ in præsentiarum iuste & rationabiliter possidetis, ab eo die quo tu personaliter cœperis in executione huiusmodi officij proficisci, & quamdiu prosecutioni huiusmodi institeris; sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, &c.] Subdit se Toletano atque Hispalensi archiepiscopis, & episcopo Cordubensi prouinciam demandare, vt censurarum ecclesiasticarū terrorem illis, qui bellum ijs mouerint, aut in bona ipsorum inuolarint, incutiant. *Dat. Auin. id. aug. anno secundo.*

Apostolicum patrocinitū ei pollicetur.

Extant huiusmodi literæ c ad eos præsules, datæ, quibus diuinam clementiam extollit, quæ Ioannis animum ad excindendos Saracenos, delendamque illam Christiani nominis labem ac pestem excitauit; præcipitque tum, vt principem in eo sacro bello districtum tueantur, tum Castellanis, Aragonijs, Cathalanis, Valentinis, Lusitanis & alijs, qui in illius belli societatem confluxerint, eadem indulgentiarum præmia proponant, quibus in terram sanctam transfretaturi affici consueuerunt; eaque ad pelliciendos ad tan-

c lib. ep. 1695.

grauissimarum pœnarum incusso terrore denunciant, vt coram Apostolica sede controuersias suas disceptent. *Dat. VIII. kal. septembris.*

33 Ne vero illius belli flammam aleret inuisa Gibellinis potentia Roberti, qui Genuensis reipublicæ gubernacula pontificio nomine capessiuerat a, illum Pontifex Genua, vbi ipsam necessarijs omnibus instruxisset, discedere iussit b: Perstrinxit vero nō expectato pontificio imperio eam prouinciam suscepisse: *Dilecti*, inquit, *filij populus & commune ciuitatis Ianuæ sincerum ad personam nostram ex nunc deuotionis affectum apertis ostendunt indicijs, nobis & tibi vsque ad certi temporis spatiū dictæ ciuitatis suique districtus dominium conferendo. Licet enim tu, prout nobis tuis literis intimasti, nostro acceptaris nomine collationem huiusmodi; de quo mirati fuimus & miramur, cum nec nostram conscientiam inde cognosceres, nec ad id mandatum haberes; quia tamen certis considerationibus nec nobis, nec tibi, nec ipsis populo & communi expedit, vt eidem collationi præbeamus assensum; præsertim ne adijcere videamur innumeris et immensis oneribus, quæ solicitudo pastoralis requirit & officij, ab acceptione ipsius collati dominij ex caussis rationabilibus prouidimus abstinendum, per alias nostras literas exhortantes populum & commune prædictos, vt id moleste non ferant.* Dat. VII. kalen. septembris. Extant eæ ad Genuenses datæ literæ, quibus ipsos hortatus est, vt rem æqui bonique acciperent c, si pacis studio Robertus Genua pontificio iussu abscederet. Non potuit Rex munus exuere, cum Gibellini pontificias ad concordiam exhortationes respuerent, ipsiusque socij vndique periculis circumfusi essent, quem etiam vna cum coniuge & fratribus circumclusum ab hostibus, & in graue discrimen adductum, ex literis pontificijs d colligitur.

a Ib. ep. 694.
b Io. Vill. l. 9. c. 93.
Publicæ rei Genuen. administratio Pontifici ac Roberto Regi delata. Fert grauiter Ioãnes Robertum illius gubernacula se implicuisse. Significat se eas curas suscipere non posse.
a To. 1. ep. secr. 695.
Robertū Genua excedere iubet.
Obsessus Genuæ Robertus a Gibellinis magistratum non abijcit.
d Ib. ep. 607.

34 Vt vero Robertum Guelpha Genuensium factio sibi præfecit, ita Gibellinam exulem Fridericum Regem Trinacriæ sibi in dominum adsciuisse refert Surita e; atque ex eo Genuensi bello cœptum inter Reges pacis tractatum, de quo superius actum est, abruptum: sed de eo redintegrato postea suo loco. Iam reliqua, ad Fridericum spectantia, coniungamus. Intulit ipse pontificio ærario tria millia vnciarum auri, de quibus acceptis Ioannes syngrapha ei cauit f: tum reliqui census, duobus lapsis superioribus annis non persoluti, terminum prorogauit ea lege, vt quæ inter eum ac Bonifacium VIII. de illo in festo Apostolorum Petri & Pauli pendendo erant constituta, firma essent. Quas vero pœnas antea contraxisset, apostolica clementia venia deleuit: *Non obstantibus*, inquit, *conuictionibus in concessione eiusdem insulæ olim facta tibi per sanctam Romanam ecclesiam appositis, quibus volumus nullum aliàs praiudicium generari, & inconcussas & illibatas eas omnino seruari: Et te nihilominus ab excommunicationum sententijs, quas propter cessationem dicti census pro annis sextodecimo & decimoseptimo supradictis incurrisse dignosceris, absoluimus; & interdicti, cui propterea insula prædicta subiacet, nec non omnes pœnas spirituales, quas & si quas temporales propter cessationem prædictam præfati census sextidecimi & decimiseptimi annorum incurristi, vel potuisti incurrere; relaxamus ac prorsus viribus vacuamus: abolentes omnem notam, siue maculam, si quas ex cessatione vel incursione pœnarum quarumcumque huiusmodi contraxisti, de gratia speciali, &c. Dat. Auenione XIV. kal. augusti anno II.*

e Sur. l. 6. annal. c. 29.
Fridericus Rex Trinacr. ab ijs in domin. adsciscitur.
Tractatus fœderis inter Frid. & Robert. dissolutus.
f An. 2 p. 2. ep. com. 1363.
Rex Trinac. Pontifici vectigal pendit.
Pœnis quas ob id non solutum cõtraxerat soluitur.

Vt clementiam in Fridericum explicuit Pontifex, ita ipsum in Zachariæ patritij Genuensis filium a Catalanis, quos Achaiam, cæso Gualtero Brenna, inuasisse, supremumque illius dominium in Regem Trinacriæ transfudisse vidimus, captum & in Siciliam abductum regia vti clementia persuasit a: *Cum sicut*, inquit, *audiuimus dilectum filium nobilis viri Martini Zachariæ de Ianua per societatem illam, ne dicamus colligationem, quæ ducatum Athenensem temeritate damnabili occupare præsumpsit, & detinet occupatum sine causa rationabili*; incitatos enim a schismaticis Græcis aduersus Gallicæ stirpis catholicos vidimus cum tamen in orientem, vt in Turcas bellū sacrum gererent, traiecissent; *captus extiterit & ad te in Siciliam cum eisdem concaptiuis adductus; nos qui & eidem captiuorum iniustæ detentioni compatimur, ac desideramus claritati consultū famæ tuæ, ne in eius, quod absit, redundet infamiam malitia peruersorum; magnitudinem tuam hortamur, &c.* Addit preces vt ipsos restituat libertati. *Dat. VII. kal. iulij.* Cæterum vt Achaia e Catalanorum manibus, qui iniustis armis eam subegerant, eriperetur, conciliatum est inter Isabellam principatus heredem ac Ioannem Grauinæ comitem fratrem Siculi Regis matrimonium: ad quorum gratiam, vt iniri posset, legem de consanguinitatis gradibus Pontifex soluit b.

a To. 1. ep. secr. 580.
Catalana societas in Græcia in catholicos grassatur.
Io. Grauinæ comes Isabellam Achaici principatus heredē ducit.
b Ib. ep. 551.

Vt vero hic reliqua ad Græcas res spectantia coniungamus; Cephaloniæ comes Thomasium leuirum Græciæ despotam necauit, inuasitque principatum, quem ex pactis conuentis, ac iure hereditario coniugi susceptoque ex ea filio deberi contendebat: qua de re Ioannes Francorum Regem ex Philippi principis Tarentini literis certiorem fecit c.

Thomasius despota à Cephaloniæ comite cæsus.
c Ib. ep. 860.

35 Coiere eo tempore inter se fœdera armorum Macedoniæ proceres ad excutiendum Vrosij Rasciæ Regis schismatici seruitutis iugum, Romanæque ecclesiæ obsequium amplectendum: contulerunt prius ea consilia cum Pontifice, qui ipsos ad ea perducenda hisce literis inflammauit d.

Vrosius Rasciæ Rex schismaticus.
d Ib. ep. 57

Ioannes, &c. dilectis filijs nobilibus viris Guillelmo Blenisie Protosebasto, Guillelmo comiti, Paulo Materango, cæterisque baronibus regni Albaniæ.

Ex fide dignæ insinuationis assertione non absque paternæ compassionis affectu percepimus, quod vos sub graui tyrannide illius Regis perfidi Rasciæ, nedum schismatici & religionis Christianæ totaliter inimici; quin etiam omni humanitatis destituti fœdere, & vltra feralem sæuitiam efferato animo sæuientis, quasi ex cuiusdam necessitatis indicto propter temporis corrupti malitiam inuiti conuiuitis, firmo concepto proposito illius declinandi perfidiam quamprimum opportunitas arridebit, ne ab ipsius conuictu mores perditos contrahatis; tanquam viri catholici & in orthodoxæ fidei veritate fundati, ac spiritu inspirati dominico, dum fauebit aura felicior, educturi libenter in publicum quod ad tempus dissimulare cogimini, quodque latet de sinceritate vestræ fidei ac deuotionis introrsum. Porro, filij, de tam laudando vestro proposito gratulamur, quod nimirum acceptum habemus in germine, & profecto fiet acceptius dum suo tempore ad fructum peruenerit consummatum.

Sua impietate ac sæuitia proceres in se concitat.

Perstate igitur, & spiritum nolitis extinguere; & tam laudandum vestrum in hac parte con-

produxerit guerra Siciliæ, & quæ, si continuabitur, poterit germinare, quibus omnibus in tuo ad curiam aduentu per reformationem pacis obuiari posse probabiliter sperabatur; tamdiu distulisti venire, vel saltem mittere nuncios super hoc ad plenum instructos, nuncijs charissimi in Christo filij nostri Friderici Regis Trinacriæ illustris, te iam a pristino præuenientibus, tuæque expectationis anxiæ tædio diebus pluribus fatigatis: qui cum mandatum de redeundo infra certum terminum a Rege præfato habere se dicant, iam a nobis & a fratribus nostris instanter petiere redeundi licentiam, quam nos decenter non poterimus denegare. Sed & nos super omnes in admiratione stupemus, * sic nobis illuseris, vt etsi per varias tuas literas nobis missas aduentui tuo varios statueris terminos; in nullo tamen eorum venire curaris, &c. *Dat. Auinione non. iulij.*

* quod

32 Implicitus erat Genuensi bello Robertus [a], nec quamuis eum Pontifex vrgeret literis [b], vt milite & commeatu communita Genua, ad aulam pontificiam accederet, nisi sequenti anno Genua discedere potuit. Premebant Genuam Aurienses & Spinolæ, Matthæi Vicecomitis aliorumque Gibellinorum & Germanorum copijs succincti duce Marco Vicecomitis filio obsidione, iam ante Saona [c] mense martio noctu proditione occupata, ac pluribus arcibus Guelphis ereptis: quocirca Pontifex Robertum VII. kal. aprilis, vt prompta Genuensibus ac Pedemontanis laborantibus auxilia submitteret, excitarat [d]. Paruit ille monitis pontificijs, atque ad tuendum aduersus Gibellinos Insubres Pedemontium copias contraxit [e]. Tum validissimam classem, precibus etiam Genuensium impulsus, comparauit; & vna cum Philippo principe Tarentino & Ioanne Grauinæ comite Genuam appulit [f], vrbemque in discrimen adductam commeatu refecit. Nec tamen Gibellini [g] cœpta consilia abiecere; sed nouis collectis viribus, ac fœdere cum Imperatore Græcorum, Friderico Trinacriæ Rege, marchione Montisferrati, Castrucio Lucano, ac Pisanis confirmato, Regem Robertum in ea vrbe obsidione cinxere; tamque acriter vrsere, vt diruta mœnium parte, in vrbem irrumpere pertentarint, nec nisi magna cæde vtrinque edita propulsari potuerint. Audito illius discrimine Florentini, Bononienses, alijque Guelpharum partium ad Regis auxilium confluxere: nec tamen nisi sequenti anno soluta obsidio est. Cæterum prouocauit Robertum Marcus Vicecomitis Matthæi filius ad certamen singulare, ea lege, vt victor Genua poriretur: sed Rex temerariam prouocationem repudiauit.

a To. 1. ep. secr. 629. b To. 1. ep. secr. 644. & 694. Genuensi bello distinebatur Robertus. c Io. Vill. l. 9. c. 92. d To. 1. ep. secr. 481. e Ib. ep. 163. f Io. Vill. vbi sup. g Id. c. 94. Obsidione cingitur Genua a Gibellinis.

Nec defuit partibus suis Pontifex, vt eiusmodi belli flammam extingueret, atque ideo idibus martij Genuenses hortatus est [h], vt concordiam inter se redintegrarent: ad quam conciliandam Bernardum Guidonis & Bertrandum e Turre, de quibus supra memoraui [i], transmisit: accensoque iam bello VIII. kal. septemb. indixit inducias [l], ac Trecensem episcopum & abbatem S. Saturnini ad dissentientes in mutuam pacem adducendos misit [m]. Quo etiam argumento ad Robertum Siciliæ Regem & Carolum Fliscum Lauaniæ comitem, vt ea in re operam suam collocarent, hortatus [n] est: tum Gibellinæ factionis Genuenses obsidionem soluere [o], alios vero fœdus cum ijs contrahere iussit [p]. Denique ad dirimendam æquitate, non vi, controuersiam, aduersis partibus, si ab ijs, quos iudices causæ constituerat, componi non potuissent, intendit iudicium: cuius litis causas ita retexit [a].

Pontificis pro componendo Genuensi bello studium. h To. 1. ep. secr. 485. & 675. i Ib. p. 681. l Ib. ep. 703. m Ib. ep. 704. n Ib. ep. 699. o Ib. ep. 697. p Ib. ep. 696.

Ioannes, &c. iudicibus.

a Ib. ep. 705. Io. Vill l. 9. c. 85. 92.

Post depositum seu finitum eorum officium, qui tunc ciuitatis [nimirum Genuæ] regimini præsidebant, duos eiusdem ciuitatis ciues & incolas, videlicet dilectos filios nobiles viros Carolum de Flisco comitem Lauaniæ, & Gasparem de Grimaldis iuxta morem hactenus in talibus obseruatum concorditer elegerunt: sed pacis æmulo malorumque omnium incentore peruerso huiusmodi statui pacifico inuidente, ac inter eos intestina dissidia seminante, nonnulli ex prædictis ciuibus, qui cum suis conciuibus, si voluissent ciuiliter in pacis vnanimitate conuiuere, poterant cum mutuis vtrorumque profectibus pacis tranquillitate lætari, quique sæpius modo simili assumpti fuerunt ad regimen antedictum; inhiantes ad dictum regimen impudenter, ex hoc tantæ dedignationis, vel potius indignationis materiam conceperunt, quod nulla causa rationabili præcedente ciuitatis ambitum exiuerunt; ac post huiusmodi exitum suorum conciuium, immo potius proprium meditantes exitium, & vt rei pandit euentus, & ad totius ciuitatis exterminium votis hostilibus aspirantes, nonnullas ciuitates, villas, & loca eidem communi subiecta hostiliter inuaserunt & occuparunt, ipsaque contra comitem præfatum ad rebellionis deuium deducentes detinent occupata; ac deinde ex certis congestis præsidijs, ac suorum complicum & sequacium ex diuersis partibus auxilijs conquisitis, viribusque conflatis, ad ciuitatem Ianuensem se hostiliter contulerunt, ipsamque dura obsidione detinentes obstrictam, die noctuque instructis machinis & alijs bellicis instrumentis impugnant.

Ciuilis huius discordiæ causæ. Vt Auriæ & Spinolæ patriæ intulerint bellum.

Et licet prædicti capitanei huiusmodi capitaneatus officium duxerint deponendum, ac præfatum commune charissimo in Christo filio nostro Roberto Siciliæ Regi illustri vsque ad certum tempus dictæ ciuitatis & eius districtus concorditer dominium & regimen duxerint concedendum; dictusque Rex, huiusmodi concessionem acceptans, & ad bonum pacis & concordiæ intrinsecorum & extrinsecorum ciuium eorundem feruenter aspirans, eosdem extrinsecos requisiuerit, quod cum ipse paratus esset ipsos gratiose recipere, eos pacifice gubernare, ac vtrosque prout ad suum eiusdem suscepti regiminis officium pertinebat, in iustæ directionis æquitate seruare, sibi tanquam eorum ciuitatis eiusdem rectori, in his, quæ ad prædictum spectabant officium, obedire & ab obsidione prædicta recedere procurarent; ijdem tamen extrinseci, in detestabilem erecti superbiam, requisitioni eiusdem Regis laudabili plurimum parere non minus insipienter, quam contumaciter contempserunt, &c.] Subdit, cum ex eo intestino Genuensium bello publicæ rei exitij periculum impendeat, ac terræ sanctæ, quæ eorum viribus, atque industria recuperanda foret, recuperatio disturbetur; tum etiam cum imperio suo principe viduato ad sedem Apostolicam, quæ humana diuinaque in componenda huiusmodi discordia pollebat auctoritate, confugiendum esset, eiusque auxilium ab ijs, qui se aliqua in re oppressos arbitrarentur, implorandum; grauissime in cingenda obsidione Genua lapsos esse: ad componendam tamen discordiam nuncios a se mitti, qui diuisos inter se animos concilient, atque obsidentibus Genuam gra-

Magistratus suo munere se abdicarint. Collata fit Roberto Regi publicæ rei administratio. Obtulerit is exulibus regium studium. Spreta sit ipsius beneuolentia. Gibellinos arguit Pont. ad sedem Ap. non confugisse.

Circa id, inquit, *quod de canonizatione sanctæ memoriæ* Roberti *Cantuariensis archiepiscopi supplicasti; scire te volumus, quod Romana mater ecclesia non consueuit, super tanta causa præsertim, præcipitanter aliquid agere; quin potius tale negotium solemnis executionis indagine ponderare. Propter quod, si negotium ipsum credis promouendum, oportet quod illud coram fratribus nostris in consistorio per solemnes personas ex parte prælatorum & cleri & populi Anglicani, vitam, merita, atque miracula ipsius archiepiscopi attestantium, specialiter destinatas, solemniter proponatur; supplicatione subiuncta, vt inquisitio de huiusmodi vita mirabili, miraculis eius, & meritis gloriosis personis idoneis committatur; vt iuxta exitum inquisitionis ipsius canonizatio fieri debeat, vel omitti, &c. Dat. Auinione* VI. *kal. ianuarij*.

Item de Thomas Aquinate. 30 Seruatus quidem is sacer ritus in B. Thoma Aquinate in sanctorum numerum referendo: Regina enim Maria S. Ludouici episcopi mater, Philippus Tarentinus princeps, Ioannes Grauinæ comes, ac Neapolitana academia oratorum opera primo in purpuratorum patrum consessu illius vitæ sanctitatem, & diuinitus collata illius suffragijs beneficia exposuere, ac Pontifex nonnullis Cardinalibus rem cognoscendam demandauit: qui adductis in religiosum examen miraculis dicta veritati consentire Ioanni retulere. Tum Neapolitano archiepiscopo, episcopo Viterbiensi, ac Pandulpho Sabello partes a Pontifice commissæ a, vt miraculorum testes e forma ipsis præscripta discuterent.

a An. 3. p. 1 ep. com. 10.

Ioannes, &c. venerabilibus fratribus archiepiscopo Neapolitano & episcopo Viterbiensi, & dilecto filio magistro Pandulpho de Sabello notario nostro.

Dudum ex parte charissimæ in Christo filiæ nostræ Mariæ Reginæ Siciliæ, claræ memoriæ Caroli secundi. Regis Siciliæ relictæ, & dilectorum filiorum nobilium virorum Philippi principis Tarentini, ac Ioannis comitis Grauinensis, & aliorum plurium comitum & baronum regni prædicti; communis quoque, ac vniuersitatis magistrorum & scholarium Neapolitanorum coram nobis & fratribus nostris propositum extitit, & per eorum literas nuntiatum, quod recolendæ memoriæ frater Thomas de Aquino ordinis fratrum Prædicatorum sacræ theologiæ doctor, dum viueret, nitore sanctitatis emicuit, conuersatione resplenduit, ac multis magnis tam ante, quam post suum obitum miraculis coruscauit: quare pro parte ipsorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt de eiusdem fratris Thomæ vita & miraculis inquisitione præmissa, si reperiremus præmissa veritate fulciri, ipsum ascriberemus sanctorum catalogo, ipsumque faceremus per vniuersas ecclesias honore congruo solemniter venerari.

Verum licet nobis & eisdem fratribus nostris exposita, si vera sint, nostrum & fratrum ipsorum corda multiplici iucunditate repleuerint; attendentes tamen quod Romana ecclesia, præsertim in tanto fidei negotio, vbi videlicet de re tam ardua quæritur, cum magna consueuit maturitate procedere; quodque scriptum sit: *Causam* b, *quam nesciebam, diligentissime inuestigabam*: nam & si *gloria* c *Dei sit celare verbum, gloria* tamen *Regum est inuestigare sermonem*; venerabili fratri Arnaldo episcopo Albanensi, & dilectis filijs nostris Guillelmo tit. S. Cyriaci in thermis presbytero ac Guillelmo S. Nicolai in carcere Tulliano diacono Cardinalib. cõmisimus, vt apud sedem Apostolicam de huiusmodi sanctitatis vitæ, ac miraculorum fama prædicti fratris Thomæ informationem per testimonia fide dignorum reciperent; illamque nobis referre curarent, vt verisimilitudine inde sumpta, tutius possemus procedere in negotio prælibato.

Quæ maturitas cõ filij in ea re seruanda. b Iob 29. c Prouer. 25.

Duobus Cardd data prouincia, vt de B. Thom. miraculis ad sacrum collegiũ referrent.

Et quia per dictorum Cardinalium relationem fidelem, coram nobis & fratribus nostris factam, accepimus aliqualem informationem de sanctitatis & miraculorum fama prædicta; nos pium & congruum reputantes, vt si vera sint prædicta, non lateant, de ipsorum fratrum nostrorum consilio supplicationi huiusmodi, prout præsentium describitur serie, duximus annuendum. Quocirca discretioni vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo vestrum in loco vel locis, vbi expedire videritis, de vita, conuersatione, ac miraculis factis Thomæ prædicti, cæterisque circumstantijs, huiusmodi negotium contingentibus, iuxta formam, quam vobis sub bulla nostra transmittimus interclusam, inquiratis diligentius veritatem; & quod super præmissis inueneritis, fideliter in scriptis redacta sub testimonio sigillorum vestrorum per viros idoneos ad sedem Apostolicam destinetis: vt per inquisitionem vestram sufficienter instructi, sicut res exigit, & expediens visum fuerit, securius in ipso negotio procedere valeamus. *Dat. Auinione id. septembris anno* III. Peregere illi adeo accurate impetia, vt decreti B. Thomæ sanctorum honores fuerint, de quo suo loco agetur: nunc res Siculas percurremus.

De ijs cognosci iubet Pontifex.

31 Initis a superiori anno Trecensis episcopi & Petri Textoris opera inducijs inter Fridericum Trinacriæ & Robertum Siciliæ Reges; ijsque ad firmandam pacem, si res ferret, ad sedem Apostolicam iter se aggressuros pollicitis; Fridericus quidem constituto tempore oratores misit b: quibus admissis Pontifex, cum Roberti Regis aduentum expectaret, Iacobum Regem Aragonum rogauit, vt suos mitteret oratores. Sed Robertus adeo hæsit, vt Fridericus legatos suos ex aula pontificia reuocarit c. De Roberto porro, qui die constituta, vt promiserat ad curiam pontificiam se non contulit, grauissime expostulauit Ioannes d, illum Regibus Aragonum & Trinacriæ, sedique Apostolicæ illusisse, nec in leue discrimen, non sopito periculosissimo bello res suas adducere.

a Io. Vill. l. 9. c. 82.

b To. 1. ep. secr. 595.

Fridericus Trinacriæ Rex cõstituto tempore pro firmanda cum Roberto Sic. Rege pace oratores ad sedem Apost. mittit.

c Ib. ep. 682.

d To. 2. ep. secr. 669. & 686. 694.

Ioannes &c. charissimo in Christo filio Roberto Regi Siciliæ illustri.

Mirantur e, fili charissime, apud nos qui te diligunt vniuersi, quod ardua tua negotia toties procrastinationum discriminibus subijcis: quod sic negligis statum tuum, non curans aduertere quantum nocuit differre paratis. Mirantur, quod factum Ianuæ sub spe tui fauoris laudabili datum initio, & cui ex tui aduetus celeritate felix exitus arridebat, ex tam diutina mora tua sic periclitari permittis; quasi nolis aduertere ad quantũ commodum illius expeditio prospera, & ad quantum dispendium successus eius aduersus tibi valeat redundare. Mirantur & tertio, quod tu non recogitans, vt videtur, quot grauium sumptuum onera, strages corporum, animarum pericula, & dispendia facultatum tuo torpore, vt de præteritis temporibus taceamus, inutiliter hucusque

Robertus Rex promissis deest.

e Eod. ep. secr. 669.

Grauiter ea de re expostulat Pont.

academia Parisiensi literis exculti essent, in conferendis sacerdotijs cæteris præferrent; ex eo enim defectu & illius academiæ dignitatem obsolescere, & ecclesias pastoribus scientiarum ornamentis instructis carere: *Ipsa*, inquit, *vniuersitas, quæ multos habuit filios, nunc infirmata est tanquam Rachel plorat, fere filijs destituta; gemit deserta vinea Domini sabbath, pulchros habens palmites, quos ecclesiarum prælati respicere dedignantur: debita namque virtutibus præmia non impendunt, honorem sapientiæ non tribuunt; sed potius Sion ex sanguinibus ædificare contendunt: & quod detestabilius iudicamus, nonnulli ecclesiæ principes diligunt munera, & abiectis huiusmodi desertæ filijs, obsequiorum licitorum vel illicitorum retributiones sequuntur, vnde ipsa vniuersitas miserabiliter ac lamentabiliter deficere cogitur, nisi per vos cæterosque ecclesiarum prælatos releuetur, &c.* Ad restituendam pariter pristinæ dignitati academiam Aurelianensem incubuit Ioannes, quam prouinciam in Rainaudum archiepiscopum Bituricensem contulit a, ac Philippum, vt studium regium in ea re explicaret, est hortatus b. Confirmata etiam ab eodem Pontifice Perusina c in Italia, constituta Cantabrigiana d in Anglia academiæ, quam postremam Eduardi Regis precibus excitasse, ac priuilegijs amplissimis exornasse, datæ ad Cantabrigiani gymnasij professores ostendunt literæ: *Apostolica*, inquit, *auctoritate statuimus, vt in prædicto loco Cantabrigiæ sit de cætero studium generale, illudque ibidem vigeat perpetuis futuris temporibus in qualibet facultate; volentes auctoritate prædicta, & etiam decernentes, quod collegium magistrorum & scholarium eiusdem studij vniuersitas sit censenda; & omnibus iuribus gaudeat, quibus gaudere potest & debet qualibet vniuersitas legitime ordinata, &c. Dat. Auinione v. id. iunij anno secundo.*

Præsules sacerdotia in Parisien. academiæ emeritis conferre iussi.

a lb. ep. 23. b To. 1. ep. secr. 817. c An. 1. p. 2. ep. com. 1190. d lb. ep. com. 1230.

Cantabrigiana academia priuilegijs exornata.

27 Eluserat hactenus apostolicam solicitudinem Scotos inter & Anglos odiorum pertinacia, ad quam infringendam Ioannes pontificia auctoritate, mutuamque pacem facilius adducendam inducias indixit e. Sed Robertum eas violasse colligitur, cum Pontifex prouinciam Gaucelino & Lucæ Cardinalibus, vt Robertum Brusium ecclesiastica execratione deligerent, imposuit f; functosque officio Cardinales ex Vvalsingamo g constat: tradit enim pontificia auctoritate Robertum in Anglia & Scotia solemni ritu sacris depulsum. Nec Robertum modo, verum etiam ipsius fratrem, qui Hiberniam occuparat, censuris irretitum docent pontificiæ literæ h. Nec vana in Hiberniam inuadentes ecclesiastica fulmina cecidere, cum hoc ipso anno cruentissimo prælio obtriti sint i. Factionis princeps Eduardus erat Roberti Brusij frater, cuius exemplo Hibernicam coronam, vt ille Scoticam, corripuerat. Qui in prælio captus gestati diadematis pœnas infelicis victimæ instar capite luit. Accepto victoriæ nuncio exeunte anno, Ioannes Papa Eduardum est adhortatus l, vt illius gloriam Deo referret; nec fastu insolesceret, sed potius diuinam maiestatem maiori demissione prosequeretur.

Sane, inquit, *liberationem regni Angliæ initiatam in virorum sceleratorum occubitu speramus in nomine Domini feliciter consummari, si tu te conspectui Regis Regum humilies: si non tibi, sed diuino nomini soli debitam ascribas gloriam: si tecum pugnantem Dominum in eius ecclesijs & ministris nequaquam impugnes. Dat. Auinione xii. kal. ianuarij.* De parta eadem victoria extant aliæ gratulatoriæ ad eundem Regem a, tum ad Ioannem Vvintoniensem b episcopum, & Thomam c comitem Lancastriæ datæ, vt Regem ad beneficium referendum diuino Numini erudiant.

Indictæ inter Eduardū & Robertū Brusium induciæ.

e To. 1. ep. secr. 520. f lb. ep. 568. g Vvalsing hist. Ang. h To. 1. ep. secr. 760.

Robertus deuinct⁹ anathemate.

Eius frater cæsus in Hibernia.

i Vvalsin. vbi sup.

Parta in illo victoriam gratulatur Regi Angl. Pont.

l To. 1. ep. secr. 856.

a lb. ep. 863. b lb. ep. 862. c lb. ep. 858. & 864.

28 Retulit eam victoriam Eduardus, cum iam ante propensiore studio pietati se addixisset: qua de re ipsi gratulatus erat Pontifex d, monueratque ne ius ecclesiasticum violaret.

d To. 2. ep. secr. 455.

Ioannes, &c. Eduardo Regi Angliæ illustri.

Exultauit cor nostrum in Domino tuorum, fili charissime, nuntiorum & multorum aliorum fide digna relatione percepto, quod mutatus in virum alterum, mane surgens & diuinis primitus vacans obsequijs, ad ea, quæ virum decent & principi congruunt, intendis sedulo; personæ tuæ & domui regiæ statuens ordinem congruum, quo studes resecare superflua, & supplere prouide diminuta, iustitiam abundantius solito ministrare subditis, & a multis ecclesiarum grauaminibus abstinere. Profecto, fili, hæc mutatio est non homini, sed Excelsi dexteræ ascribenda. Pro hac habes illi, per quem datur regnare principibus, & a quo cuncta bona procedunt, humiliato spiritu gratias agere, ac in continuatione talium operum residua vitæ tuæ tempora deuouere. Porro, fili, vnum tibi arbitramur præter præmissa necessarium admodum, circa quod nihil reformatum audiuimus; sed potius, quod dolentes referimus, deformatum. Quid illud sit quæres. Illud vtique, quod in regno tuo sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ matri tuæ, quæ tuos gessit progenitores in charitatis visceribus; quibusque in periculis varijs astitit consilijs & auxilijs opportunis, teque sinceræ charitatis amplectitur brachijs, honor debitus non seruatur, sibi debita non præstantur, & in suorum prosecutione iurium multipliciter molestatur. Vt enim de recognitione taceamus ad præsens, census pro eodem regno debitus non exoluitur, in exactione denarij B. Petri sibi debiti perturbatur, illisque frequenter, quibus ipsa de beneficijs ecclesiasticis in regno illo prouidet, causa non cognita spoliatis, alijs ipsa beneficia conferuntur; ac in perceptione fructuum beneficiorum vacantium, & multis alijs multipliciter. Putasne, fili charissime, Christo sponso Ecclesiæ, sic sponsæ iniurius, esse gratus? Putasne honorem sponso posse impendere, sponsam adeo inhonorans? Putasne sponsum placare posse quibusuis obsequijs, in illatis sponsæ molestijs perseuerans? Profecto, fili, desipis, si sic sapis: cum enim sponsę corruptibilis & mortalis iniuria noscatur in sponsi iniuriam redundare, redundabit vtique multo fortius immortalis, quæ indissolubiliori vnione, quam alia, coniungitur sponso suo, &c. *Dat. Auinione xiii. kal. maij.*

Gratulatur etiam Eduardo Regi de egregie cœptis.

Queritur iura ecclesiæ Rō. in Anglia violari. Censum clientelæ nomine non solui. Non denarium S. Petri. Collata sacerdotia ab A. p. sede in alios deriuari.

Placere Christo non posse qui sponsam ecclesiam lædit.

29 Expetijt a sede Apostolica Thomas Lancastriæ comes, vt Robertum Cantuariensem archiepiscopum, vitæ sanctitate & miraculis celebrem (de quo, vt vitiorum hoste acerbissimo, virtutum assertore, vindice libertatis ecclesiasticæ acerrimo, in qua propugnanda exilium ab Eduardo I. erat passus, agit e Harpsfeldius) sanctorum catalogo apponeret. Cui respondit Ioannes f, ni magna consilij maturitate rem perfici nō posse: quam si promouendam putaret, Cardinalium consistorio, Anglicani cleri nomine rite adductis in medium editis miraculis, exponenda curaret:

De Roberto archiepisc. Cantuar. sanctorum numero collocando.

e Harpsfel. hi. Angl. eccl. 13. secu. c. 9. f To. 2. ep. secr. 857.

secutionem se in dicto concilio obligarunt, dictamque crucem vna cum charissimo filio nostro Eduardo Rege Anglorum illustri, & innumera baronum, procerum, nobilium, ac populi multitudine postmodum Parisijs de manu dilecti filij nostri Nicolai tit. S. Eusebij presbyteri Card. per bonæ mem. * Cælestinum V. prædecessorem nostrum ad hoc specialiter destinati, in Francia solemniter receperunt.

*Clementem.

Porro cum se ad dicti passagij prosecutionem parare disponerent, humani generis inimicus, pacis æmulus, rancorum, odiorum, & discordiarum seminator in cordibus impiorum, a quibus pacis bonum, quod bona continet immensa, tollitur; *& infra*, vos ad seditiosas guerrarum commotiones contra dictum Regem Philippum maligno conatu perduxit, &c.] Proponit ingentia mala, quæ ex eo bello in rem Christianam redundent, & quæ bona pax allatura esset.

23 Neq; oratoribus modo Belgarum denuntiauit Ioannes, se Francorum Regis causam cum ecclesiæ & fidei causa coniunctam suscepturum; verum etiam Roberto comiti [a] ac fœderatis populis [b] eas minas incussit, vt ipsos ad concordiam infringeret: ac nuntijs apostolicis Petro Paludano, Stephano, & Guillelmo partes dedit [c], vt Belgas censurarum terrore ad officium adducerent. Sed cum parum auctoritate, vel petitia valuissent, Pontifex alios nuntios, nimirum Rainaudum archiepiscopum Bituricensem & Berengarium e Landora ordinis Prædicatorum magistrum, qui postea archiepiscopatu Compostellano donatus est, 111. kalen. maij ad Belgas legauit [d].

a Ib. ep. secr. 74. b Ep. 75. 76. 77. 78. c Ep. 73. Alij nuntij ad Belgas missi. d Ep. 79. et 118.

Præfractiorem se ad iussa apostolica prætulit Robertus [e] comes, atque ideo sacrorum iustitium Belgio indictum est: cumque ille ecclesiasticæ seueritatis vim diuinis mysterijs celebrari iussis eluderet, Ioannes grauiorum illi pœnarum terrorem incussit [f]: demum eius pertinaciam fregit, vt inducias imperatas admitteret [g]: cumque de loco ac tempore ad pacem agitandam conuentum esset, Bernardum Guidonis censorem sacræ fidei in Gallijs ordinis Prædicatorum ac Bertrandum e Turre Minoritam, gesta anno superiori apud Insubres legatione celebres, XIV. kal. oct. creauit [h] Ioannes apostolicos nuntios, vt aduersas partes salubertimis monitis ad pacem perpellerent. Tum hæc grauiter de Roberto comite horum bellorũ face conquestus [i]: *Ne inueniatur*, inquit, *patientia diuinæ longanimitatis abuti, quæ ipsum ad pœnitentiam de commissis debet adducere; ne iram in die iræ sibi finaliter thesaurizet: verendum etenim est, ne ipsum Deum hucusque longanimem, cui impedimenta succursus prædicti non leuiter, vt creditur, displicent; acerrimum cum in breui ira eius exarserit, iuste probet vltorem, &c. Dat. xv. kal. octobris anno* 111.

e Ep. 95. f Ead. ep. secr. 95. g Ep. 96 112. 113. Quid sancitum. h To. 1. ep. secr. 692. Bernard Guido & Bertrandus e Turre ad pacem conciliandam missi. i Ib. ep. 107. Nũcij terrorem diuini iudicij Roberto comiti incutere iussi.

24 Nec solum in Regem Francorum bellum gesserat Robertus, sed etiam Ioannem fratrem Namurci comitem insectabatur ob seruatam sacramenti Clemente V. sedente nuncupati religionem, quem Pontifex a fratre opprimendo sibi temperare iussit: tum publico edicto Ioannem ipsum nulla ob non secutas in eo bello Roberti fratris partes notandum infamia, sed laude dignissimum esse pronuntiauit [l]. Vt porro iura regia aduersus principum coitiones defendenda suscepit Pontifex, ita Philippum Regem, ne ius ecclesiasticum violaret, grauissimis literis dehortatus est [m]: *A clara*, inquit, *magnitudinis tuæ statu iniquum compendium absit, quod pro alicuius iniquæ suggestionis applausu in his regalis declinet intentio, vt pro modico caducæ temporalitatis augmento iurisdictio seu iura ecclesiastica minuantur: absit vt Rex æternus, qui in ecclesijs & iuribus ecclesiasticis honoratur, quique cunctis Regibus dat regnare, per te, quem in regali solio collocauit, in suorum vsurpatione iurium offendatur.* Ipsum etiam pluribus alijs literis [a] ad priuilegia a S. Ludouico abauo ecclesiæ Gallicanæ concessa instauranda [b], ad calumnias aulicorum reprimendas [c], regium decus seruandum, diuinum cultum tuendum, & colendam pietatem excitauit; vertitque magno regiæ dignitatis probro, si cum diuina peragerentur mysteria, animum in preces ardentissimas non effunderet, sed in verba inania laxaret.

Ioannes Namurci comes a Roberto fratre bello appetitus. l An. 2. p. 2 ep. com. 1232. Philippus Rex ab inuadendis ecclesiarum iuribus abstinere monitus. m To. 2. ep. secr. 61. Negarriat interdiuina. a To. 1 ep. secr. 469. & to. 2. ep secr. 142. b To. 1 ep. secr. 802. c Ib. ep. secr. 477.

25 Contendere a Pontifice Montispessulani ciues, vt vetera ab Innocentio III. Honorio III. & Gregorio IX. ipsis concessa priuilegia, quibus patrocinio sedis Apostolicæ addicti fuerant, & clientelæ nomine duas auri marchas fisco pontificio inferre iussi, redintegraret. Quorum votis annuit Ioannes, renouato Gregoriano rescripto, cuius pars hæc potissima est: *Cum ecclesiam Romanam filiali reuerentia venerantes, eius vos beneplacitis, tanquam filij benedictionis & gratiæ, laudabiliter exponatis; nos vestris supplicationibus annuentes, ad exemplar felicis memoriæ Innocentij & Honorij prædecessorum nostrorum personas vestras, & villam Montispessulani cum consulatu & alijs omnibus, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Ad perpetuum autem deuotionis indicium duas marchas auri, centum massamutinis computandis pro marcha, quas sedi Apostolicæ obtulistis, nobis & successoribus nostris singulis annis in festo resurrectionis dominicæ persoluetis.* His Gregorij literis subiecit Ioannes: *Licet adiectione plenitudo non egeat, vt tamen nostra erga vos benignitas clareat, vestris supplicationibus inclinati, præscriptas literas, & quæ per ipsos prædecessores nostros acta sunt in præmissis, rata gerimus, &c. Dat. Auinione* IV. *non. nouembris anno* 111.

Mons Pessulan sedi Ap. clientelæ nomine addictus. Censum ei pendit.

26 Neque hoc loco prætereundum videtur, Ioannem ad restituendam pristino splendori Parisiensem academiam data iam ante episcopo Parisiensi imperia repetijsse [d], iussisseque auctorum prælectiones ad normam optimam reuocari [e]; tum singularis suæ in eam academiam, in qua scientiarum latices hauserat, beneuolentiæ causas retexẽs, monuit academicos professores, vt summa cura ac diligentia cauerent, ne peregrinum aliquid in scientias inducerent: *Ne*, inquit, *vnde veritatis derivari consueuit irriguum, remotissimas etiam irrigans nationes, inde scaturire, quod absit, videantur errores, salubrem Apostoli doctrinam secuti suggerimus; vt non plus sapere quam oportet, sed sapere ad sobrietatem vnusquisque conetur: nullus in verborum nouitatibus aut nimiæ curiositatis egressu se occupet, vt doctior videatur: sed iuxta sapientis eloquium quiuis suæ prudentiæ modum ponat; sicque comedat ex melle inuento quod sufficit, ne illud euomat satiatus.* Quo vero allicerẽtur plures ad eam academiam, vt scientijs expolirentur, adeundam præmiorum spe, quæ illorum scientiæ proposita forent, patriarchas, archiepiscopos, & episcopos est adhortatus [f], vt eos, qui in aca-

De instauranda aca demia Parien. d To. 2. ep. secr. 157. e Ib. ep. 156. A vanis doctrinis abstinendum. f Ib. ep. secr. 155.

eaque Belgis respuentibus, Pontifex adductis in consilium non Cardinalibus modo, verum alijs rerum peritia viris conspicuis, hoc consilium dedit, quod Francorum Regi subiectis verbis significauit. a

Pontificis in ea controuersia consiliũ. a To. 2. ep. secr. 84.

19 *Consuluimus, & consulendo diximus, quod tu semel dumtaxat per certam personam, ad hoc a te deputandam, in animam tuam iures, quod tu dictas conuentiones inuiolabiliter obseruabis, per te vel aliũ non venturus aut facturus aliquid contra eas, vel aliquam earundem: & pro obseruatione huiusmodi tu obliges bona tua præsentia & futura. Singuli etiam successores tui in regno semel dumtaxat iuramentum huiusmodi* per te & successores prædictos in forma præscripta** quando comites Flandriæ ad homagium & fidelitatem recipientur, in crastino videlicet postquam huiusmodi homagium & fidelitatem comites ipsi præstiterint, & conuentiones seruare iurauerint antedictas; curabis etiam tu bona fide absque fraude aliqua, quantum poteris, quod frater & patrui & consanguinei tui de Valesio & de Borbonio, comes S. Pauli, ac pares Franciæ conuentiones ipsas, quantum in eis fuerit, obseruare promittant; & quod tibi, si contra conuentiones ipsas vel aliquam ex eis faceres aut venires, per se vel alium in hoc assistere aut te iuuare minime teneantur. Vbi tamen Flandrenses ipsi de facto conuentiones ipsas vel earum aliquam infringerent, aut contra te guerram fortasse mouerent, tunc pranominati omnes & singuli a dictis promissionibus sint liberi & immunes.* Exposuit eadem Pontifex b non Roberto comiti modo, verum etiam Eduardo Anglorum, Alfonso Castellæ, Iacobo Aragonum, Dionysio Lusitaniæ, & Sancio Balearium Regibus: cum omnes eam discordiam conciliari cuperent.

* faciant * faciendum

Quid agitatum sit, certiores Reges Põtifex facit. b Ib. ep. secr. 80. 81 82. 83. 84. 85. 100. 101. 102. 103. 104.

20 Respuere Belgæ pontificium consilium; qua de re Ioannes grauissime questus est c: *Non sufficimus*, inquit, *mirari, quod pax tam fructuosa Flandrensibus ipsis renitentibus adeo differatur. Occulta tamen diuina iudicia nouimus, hunc enim indurare nouit in sua malitia, hunc vero ad misericordiam reuocare iuxta suæ beneplacitum voluntatis.* Cæterum vocatus in crimen est Petrus Paludanus sciẽtia & auctoritate florẽtissimus Dominicanæ familiæ alumnus, nõnulla verba effudisse temere, ob quæ Robertus ac populi ad pacis monita obduruissent: ex quo Philippus Francorũ Rex cum in eundem Petrum graues iras concepisset, Pontifex mulcere ipsum studuit d, significauitque si quæ ille laxasset verba, ea non ex consilio, sed ex imprudentia ipsi excidisse, ac iureiurando id confirmasse. At si Petrus e Palude nimio in Flandros studio Philippi incurrit odia, non minus duo Minoritæ, qui Robertum ad pacem flectere nitebantur, Roberti iras in se concitarunt: e quem Pontifex ad concordiam grauissimis literis reuocare studuit f, atque obiecit quanta rei Christianæ mala sua pertinacia intulisset: inclinanteq; iam in senium ætate, non funestum bellum cogitandum, sed diuinam ipsi misericordiam optimis operibus conciliandam.

c Ib. ep. secr. 67. Belgarũ vitio pax non conciliata. Petrus e Palude in crimen vocatus. d To. 1. ep. secr. 605. e Meyer. hist. Fland in Robert Bethun. f To. 2. ep. secr. 94.

Ioannes, &c. Roberto comiti Flandriæ.

21 Ecce nosti, cum sit longe lateque notorium, quod ex indeuotione, lapsu, & rebellionis strepitu, in comitatu Flandriæ contra claræ memoriæ Philippum Regem Francorum ab olim ex adipe iniquitatis exorto, & per te cæterosque Flamingos contra recolendæ memoriæ Ludouicum, & charissimum in Christo filium nostrum Philippum Francorum & Nauarræ Reges illustres, præfati Regis Philippi filios & heredes, in culpam continuato, diutius multa peruenerunt mundo flagitia, & dissidia dispendiosa guerrarum, quæ animarum pericula, corporum strages, facultatum lapsus, & destructiones innumeras induxerunt. *Et infra:* Considera ergo fili, considera, quod cum in his & alijs tuum offenderis redemptorem, qui pacem promisit bonæ voluntatis hominibus; quique dominis non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis obediri præcepit; nunc saltem in vitæ vespera constitutus, tua delicta corrigere, & a via mala pedem tuum cohibere salubriter, ac Domini faciem in confessione oris & satisfactione operis præuenire teneris. Considera quod Rex ipse pacificus, cuius in pace factus est locus, corda seditiosa non incolit, nec in corpore peccatis subdito requiescit. Considera breuitatem vitæ tuæ, cum iam senilem perueneris ad ætatem, & omne quod antiquatur & senescit prope interitum esse constet, & recogitans in amaritudine dies tuos, tui randem incipias misereri, initurus pacis optandæ consilia & quæ tuo accepta creatori putaueris impleturus, vt securus iudicem videas, quem redemptorem expectas. Considera & quanta poterunt posteritati tuæ imminere discrimina, si eam relinquas turbinibus odiorum & guerrarum fluctibus inuolutam, &c. *Dat. Auin. III. kal. maij.*

Corripit Robertũ comitem Pont. diuturna bella alere.

Obiectus illi diuini iudicij terror.

22 Proposuit etiam ei ac Belgis fœderatis alijs literis Ioannes a, vt Reges Francorum a bello sacro distraxissent: creuisse interim animis soldanum Babylonium, pessum ijsse rem Christianam, tantique exitij & aliorum malorum, quæ emergerent, ni conficerent pacem, causam in ipsos deriuatum iri.

a Ead. to. 2 ep. secr. 85 Exprobrat rei Christianæ attulisse exitium.

Ioannes, &c. nobili viro Roberto comiti, & communitatibus ciuitatum & communitatum Flandriæ spiritum cogitandi quæ recta sunt, & agendi; superbaque non sapere, sed humilibus consentire.

Ex abysso, & imperscrutabili diuini iudicij altitudine retrolapsis temporibus super sortem iustorum virga pertransijt peccatorum, & in diuersis iam regionibus infideles, fidelibus præualentes, occupatis & demolitis castris, ciuitatibus, viris & mulieribus captiuatis, loca diuino quondam cultui mancipata nunc gentes obtinent, quæ nomen Domini non nouerunt. Inter quæ terræ sanctæ captiuitatem & miseriam, quam soldani Babyloniæ oppressit rabies, amplius deploramus. Verum licet a charis suis sola sedens ciuitas sancta, olim plena populo, facta quasi vidua nunc domina gentium, princeps prouinciarum destituta subsidio, & humano carere auxilio crederetur; ille tamen, qui eam suo sanguine consecrauit, multisque præuenit honoribus, & ex insperato sæpius priscis visitauit temporibus, ac crebris recuperauit miraculis, cuius manus nequaquam abbreuiata existit, in concilio Viennæ nouissime celebrato clarissimæ memoriæ Philippum Franciæ & Ludouicum eius filium Nauarræ Reges, charissimosque filios nostros Carolum Valesij & Ludouicum Ebroicensem dicti Philippi fratres, nec non & * Alfonsum Pictauiæ, & Carolum Marchiæ eiusdem filios comites ad dictæ terræ sanctæ recuperationem adeo piæ deuotionis affectibus diuina gratia animauit, quod propter Christum abnegantes semetipsos, terrena regna, mundanos honores, vxores, liberos, & secularia desideria contemnentes, ad crucis assumptionem & passagij, infra septennium per eos faciendi, pro-

Expeditionem in concilio Vien. decretam di sturbare. * Philippum

Aiacij quæ in Ciliciæ extrema ora maritima sita est, constitueret.

Ioannes, &c. chariſſimo in Christo filio Regi Armeniæ illustri.

Quoniam Maiestati diuinæ, quæ nos gratis condidit, gratis redemit, gratis etiam ab omni mentis & corporis aduersitate custodit, nihil offertur gratius, nihil acceptius exhibetur, quam si homo hominē ad vitam trahat, & diuinæ gratiæ, sine qua salui esse non possumus, feruidus cooperator existat; proinde cum doctore gentium attestante fides sit ex auditu, auditus autem per verbum Dei, valde necessarium est, vt linguarum confusionem, quam superborum hominum insolentia meruit, diuersorum idiomatum peritia suppleat; & defectum, quem culpa intulit, humanum studium præuia Dei bonitate depellat. Quis enim, licet eximiæ sanctitatis splendore fulgeat, licet lacteo eloquentiæ fonte decurrat, verbum Dei etiam beneuolis atque deuotis auribus vtiliter proferat, quando vis verborum ab audientibus non percipitur, & audientis animus vocis barbaricæ asperitate vexatur? Aut cuius vnquam præstantissimi viri gratus poterit esse conuictus, si sermo humanæ mentis interpres a conuiuente omnifariam fuerit alienus? vt enim verbis vtamur Apostoli [a]: *Si nesciero virtutem vocis, ero ei, cui loquor barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus*; vnde & Saluator noster ad præclaram confessionem sui nominis diuersitatem gentium vocaturus, beatis Apostolis, vt linguis loquerentur omnium, potestatem tribuit, vt diuinæ vocationis nouitatem noua lingua promeret, & veritatem Christianæ fidei inauditæ facundiæ celebre miraculum confirmaret.

De necessitate ad promulgandum euangelium linguarum vsu.

a 1. Cor. 14.

16 Cupientes, igitur, vt vbilibet gentium, & præcipue in subiecto tibi regno diuina nominis reuerentia crescat, augeatur Christiana religio, & fides catholica dilatetur; in memorato regno multiplicare proponimus viros religione claros, deuotione gratos, & scientiæ decore venustos; videlicet fratrem Raimundum Stephani ordinis Prædicatorum, & quosdam alios suos socios, qui subiectum tibi populum verbo salutiferæ prædicationis instruant, sanctæ conuersationis exemplo ad amorem patriæ cælestis accendant, & Latini sermonis peritiam, functi præceptoris officio, gratis atque copiose diffundant. Nam etsi veneranda & prona deuotione colenda est illorum gloria, qui diuino munere linguis varijs Dei magnalia loquebantur; laudanda nihilominus & prorsus imitanda illorum sedulitas, qui pro dilatatione Christianæ fidei interpretandi scientiam comparare in continuati laboris probitate nituntur: &, si impossibile est, vt omnes gentes ad vnius linguæ labium redeant; non impossibile, sed facile & perutile est, si, accedente magistro & non deficiente discipulo, interpretum multitudo succrescat, quorum suffragio ad tuas accedentes partes facile possint, vltroque citroque mutuum ferendo atque referendo sermonem, conceptus mentis vicissim promere, nutrire pacem, socialem vitam ducere, & de impugnatione, atque expugnatione inimicorum Christianæ fidei *.. cautius liberiusque, suscipias; & nos, immo Saluatorem nostrum, pro cuius amore longam atque laboriosam peregrinationem subeunt, in ipsis attendens, illos iuxta regalem magnificentiam opportunis fauoribus prosequi non desistas; prouidendo celerius, vt certa loca in regno tuo, & præcipue in ciuitate Aiacij prædictis Dei famulis assignentur, in quibus deuotum & debitum seruitium Deo reddere, confluentem plebem instruere, & Latini sermonis copiam valeant ministrare. Ad quod salubre exercitium iuuenilis atque puerilis manus est per tuam diligentiam inducenda, ac etiam, si opus fuerit, compellenda: quoniam hæc ætas, varietates idiomatum & facilius capit, & tenacius seruat, & suauius atque efficacius promendo refundit. *Datum Auinione VI. idus iunij anno secundo.*

Mitti Prædicatores ad gymnasia aperienda.

* agere Rogat Regem, vt domicilium ipsis attribuat.

17 Porrexerant Ossinius Rex atque Regina Ioanna, ex Sicula stirpe regia S. Ludouici confessoris episcopi neptis, supplices Pontifici preces, vt sacerdoti, quem ad exhomologesim excipiendam adhiberent, soluendorum omnium criminum, indulgentiæque in ancipiti mortis discrimine conferendæ auctoritatem traderet: quorum pijs votis Ioannes annuit. Alijs autem literis Pontifex eidem Armeniæ Reginæ commendauit [a], vt virum honore amoreque prosequeretur, magnoque studio tueretur catholicos. Cæterum contulere se Armenorum oratores ad Robertum Siciliæ Regem [b], Philippum principem Tarentinum [c], ac Philippum Francorum Regem [d] vt ipsos ad sacram in Asiam expeditionem concitarent. De quibus Ossinio rescripsit Pontifex [e], Philippum Regem Belgico bello implicitum, sed strenuum ducem cum lectissimis copijs ipsi in auxilium submissum iri: cum vero ea discordia, quæ Ossinio ipsi cum Henrico Cypri Rege intercedebat, magnam rei Christianæ perniciem afferat, legatum apostolicum ad conciliandam inter eos pacem transmissurum.

Concessæ ei prærogatiuæ.

a An. 2. p. 1. p. 537.

Ossinius Rex auxilia poscit.

b To. 1. ep. secr. 527.

c Ib ep. secr. 528.

d Ep. 36.

e Ibid.

Francorum Rex subsidia missurum se auxilia pollicetur.

Excercebat etiam Cypri Rex alias cū Genuensibus inimicitias, quæ in bellum atrox erupissent, nisi pontificia solicitudo eas sedare studuisset. Quo argumento extant tum ad Genuenses [f], ne aduersus Cyprum classem immitterent; tum ad Henricum [g] Regem, vt bello iniurijsque inferendis abstineret; tum de pace inter eos agitari cœpta plures literę. Exagitabat etiam tunc Cyprius Rex Tyri regulum sororium, quem Pontifex erigere ad constantiam studuit [h]; audirasque illius querelas, hisce verbis significat: *Audiuimus oppressiones atque molestias in tuis & liberorum tuorum bonis & iuribus, quibus per chariſſimum in Christo filium nostrum Henricum Regem Cypri sororium tuum affici diceris; a quo quidem propter affinitatis vinculum expectare potius coniectura probabili debuisses impendium gratiæ & fauoris*. Hactenus de Asiaticis rebus, quæ si dissidijs non carebant, Europeæ non minus eodem malo fluctuabant. Vtque a Belgico bello, de quo paulo superius, vt rebus orientalibus exitiali illata mentio est, inchoemus.

Discordias inter Cypr. & Armen. Reges sopire studet Pont. Et Genuenses Henrico conciliare.

f Ib. ep. secr 678. 679. 794.

g Ib ep. 677. 795.

h Ib. ep. 552.

Aliæ inter Henricum & Tyri regulum discordiæ.

18 Recruduit inter Philippum Francorum Regem ac Robertum comitem Flandriæ fœderatosq; populos vetus discordia, ad quam extinguendam missi internuntij Petrus e Palude ordinis Prædicatorum ac Stephanus e Neiraco & Guillelmus e Gandauo Minoritæ: tum exciti ad sedem Apostolicam Philippi Regis ac Roberti Belgarumque oratores pro exigenda hinc inde ad pacis leges seruandas cautione, ac post accipites tractatus Belgæ ducentorum millium librarū mulctam, si a fœdere resilirent, admisere; & Insulam, Duacum, & Bethuniam Regi traditū iri, neq; Curtracum nouis operibus firmandum, sacramento spopondere. Regijs vero oratoribus Philippi nomine varia cautionum genera offerentibus,

Inter Belgas & Francos exortus nouus tumultus.

Regis Philippi Belgarumq; oratores ad se vocat Ioannes.

citant: hæc cunctis audientibus, qui spiritu Dei aguntur, gaudij & exultationis in Domino materiam subministrant. Sed & vos fratres, ceterique prælati regni prædicti specialiter habetis ex istis, vnde in vocem exultationis & confessionis erumpatis domino Deo vestro, exulteris in eo, & humiliter fateamini, prædictis clero & populo, regimini vestro commissis, de immenso ipsius dono concessum inter perfidas nationes veræ fidei agnoscere veritatem, illamque deuotis affatibus confiteri.

Quia igitur spiritualis ille citharœdus testatur in psalmis, bonum pariter & iucundum existere, fratres in vnum, & vnius moris in domo Domini habitare, vt demum in illa tribus Domini lætantes introeant; faternitatem vestram monemus & hortamur attente, obsecrantes in domino Iesu Christo, vobisque per apostolica scripta mandantes, quatenus cogitatione recogitantes intenta, quod ad hoc prælatos Dominus in ecclesia sua præfici voluit, vt exerceant in ea quæ soliti sint pastores; ad hoc in vineam suam illos operarios introduxit, vt suæ culturæ studio vberior illa cõstituatur in fructu; ad hoc illos in specula statuit, vt alijs lumine veritatis ostendant; nedum in fidei confessione prædictæ, & recognitione primatus Romanæ ecclesiæ ac ecclesiasticorum obseruantia rituum inconcussa soliditate sedulæ persistatis, sed & in eorum immobili persistẽstentia, subditos videlicet clerum & populum confirmetis, vt eis iugiter in confessione diuini nominis adunatis, vna sit fides mentium & pietas actionum, &c. *Datum* 11. *kal. maij*.

Hortatur eos vt populos in primatu Rom. ecclesiæ agnoscẽdo foueant.

13 Nec Armeni modo, qui in Cilicia atque Armenia agebant, Romanæ ecclesiæ dogma sunt amplexi; verum alij etiam, qui a Saracenis suis pulsi sedibus in Taurica Chersoneso agebant, Caphensi episcopo Latino Romanę ecclesię nomine obsequium deuouere: quibus id Pontifex gratulatus est, ipsosque instruxit, vt in diuinis mysterijs substantia panis & vini integris speciebus cum Christi corpore & sanguine commutaretur, & vino consecrando aqua modica affundenda esset ac diuina ea re adumbrata mysteria aperuit a.

Armeni in Taurica Chersoneso agentes cum Rom. eccl sentiunt.

a *An. 2. p. 1 ep. cur. 35.*

Venerabili fratri archiepiscopo Armenorum, & dilectis filijs presbyteris per Caphensem diœcesim constitutis.

Exultauit cor nostrum in Domino, multaque perfudit lætitia mentem nostram, nouiter intellecto, quod lucis creator omnipotens, vobiscum virtutem faciens, mentes vestras veræ lucis radijs illustrauit: dum catholicam fidem, quam veraciter tenet, fideliter docet, & prædicat sacrosancta Romana mater ecclesia, promisistis iuramento præstito; inuiolabiliter obseruare; venerabili fratri nostro Hieronymo episcopo Caphensi Romani Pontificis & ipsius ecclesiæ nomine obedientiam & reuerentiam exhibentes humiliter, & firmiter promittentes. Propter quod sinceris desideramus affectibus, & instantia multæ solicitudinis excitamur, vt eiusdem ecclesiæ salutifera documenta seruantes, eius obseruantias seruetis fideliter; & præsertim in altaris ineffabili ac potissimo sacramento. Quamquam enim in sacramentis cæteris & per ipsa gratia conferatur sanctificans, in hoc tamen sacramento transubstantiatis pane in Christi corpus, & vino in sanguinem sub speciebus vtriusque, quæ remanent, continetur vero sacramentaliter totus Christus. Itaque nosse vos volumus nec latere, quod aquam misceri vino in salutaris calice tenet sancta Romana ecclesia, prædicat, præcipit, & obseruat; non falsis ad hoc fictionibus circumuenta, sed diuinis edocta verbis, & rationibus validis sancto afflante Spiritu, per quem gubernatur & regitur, communita. Hunc namque seruando ritum, hoc sacramentum celebrans, Christo ipsum statuenti veraciter se conformat. Non enim credendus est Christus ipse, qui temperantiæ summæ cunctis se præbuit in exemplum, in die cœnæ, qua hoc sacramentum instituit, vino puro, sed lymphato potius vsus esse; Salomone prædicente in Christi persona discipulis pro hac die: *Venite comedite panem meum; & bibite vinum, quod miscui vobis*.

De sacramento altaris.

Cur aqua in calice admiscenda.

Ob traditũ a Christo exemplum.

Vino etiam in hoc sacro mysterio aquam miscens, expresse commemorat mortem Christi, de cuius latere in cruce dormientis dira perfosso lancea non solum sanguis, sed cum ipso pariter aqua fluxit; euangelista dicente Ioanne, quod vnus militum lancea latus eius aperuit, & continue exiuit sanguis & aqua. Apostolus etiam Paulus verba Christi de hac commemoratione recitans, dicit: *Hoc facite in meam commemorationem: quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem biberitis, mortem Domini annunciabitis*. Denique cum aqua vino apponitur, sacramenti fructus, qui est sumentes vniri Christo, clarius designatur; per aquas enim figuratur populus in scripturis, angelo dicente beato Ioanni in apocalypsi: *Aqua, quas vidisti, populi sunt*; vt sic per hoc, quod vino aqua infunditur, Christianus sumens populus incorporari Christo vere intelligitur. Nec quemquam aduersus prædicta mouere debet, quod per aquam, quæ de Christi profluxit latere, designatur vnda baptismatis; aqua namque non solum sordes carnis abluit & emundat; verum etiam iuncta vino reficit & confortat: vt sic aqua prædicta accepta per se baptismum significet, permixta vero sanguinis sacramentum.

Præfiguratum aque e latere mortui Saluatoris effluẽtis mysterium.

Christianorum cũ Christo coniũctionem adũbratam.

14 Vos igitur, o dilecti frater & filij, iuxta Isaiæ consilium attendentes ad Abraham patrem vestrum, Romanum videlicet Pontificem, & ad Saram, quæ peperit vos, Romanam scilicet matrem ecclesiam, quæ vos per baptismum in Christo genuit, & alere ac complecti dulciter prompta est & parata suis vberibus & brachijs charitatis; eius legem deuota mente suscipite, qua statuit, quod in hoc admirabili sacramento nec aqua sine vino, nec vinum absque aqua per ministrum aliquatenus offeratur. Hanc ergo seruare legem vniuersitatem vestram rogamus & hortamur in Domino, & obsecramus per viscera misericordiæ Dei nostri, charitatique vestræ in virtute Dei præcipimus & mandamus. Nam iuxta Christi fidele promissum aqua hæc, quam ipse protulit de seipso, fons aquæ salientis in vitam æternam, ritum sacramenti prædictum obseruantibus vobis fiet; dictaque mater ecclesia fructus colliget vberes ex vestris actibus virtuosis. *Dat. Auenione v. kal. aprilis anno secundo*.

Exhortatio ad Caphenses vt Rom. ecclesiæ ritibus in eo se accommodent.

15 Ne vero facile fidei puritas inter Armenos exolesceret, Pontifex aperienda in Armenia gymnasia putauit, in quibus Armeni linguam Latinam discerent: quoque maior interpretum copia foret, iniuncta est ea Prædicatoribus prouincia, vt simul ad Armenos erudiendos incumberent, quos Regi Oïsinio cõmendauit a Ioannes, vt ipsis domicilia lai-

De gymnasijs ad docendas latinas literas constituendis agitatum.

a *16. ep. cur. 67.*

Regis incly ti patris tui laudabilia imitando vestigia, ad eius vnitatem & obseruantiam cunctos sibi subditos exemplo laudandæ imitationis inducis, sciens cum Apostolo, quod sicut vnus est Deus, vnumque baptisma, sic cunctorum debet esse fidelium vna fides; cedit euidenter ad animarum salutem & tui nominis gloriam, & insuper ad tui stabilimentum principatus accedit. Quid enim puriori luce relucet in principe, quam fidei recta sinceritas & vera religio, quæ cũ in luminis & vitæ dirigantur actorem, tenebras respuunt, nesciunt subiacere defectui, nec verentur occasum?

Maximũ sibi comparaturũ decus.

Hæc profecto cunctis audientibus, qui spiritu Dei aguntur, gaudij & exultationis in Domino materiam subministrant: hæc catholicos rei conscios in iubilum animos excitant. Sed cor nostrum lætitia eo indubie profusiori respergunt, quo celsitudinem tuam potiori charitate prosequimur, & ex officij debito ac paternæ charitatis inducto ad tuam tuorumque salutem feruentius anhelamus. Tu quoque, amantissime fili, ex ijs habes vnde domino Deo tuo in vocem exultationis & confessionis erumpas, exultes in eo, & fatearis humiliter tibi & tuis de immenso ipsius dono concessum inter perfidas nationes veræ fidei agnoscere veritatem, illamque deuotis affectibus confiteri. Persta igitur, nosti enim quod perseuerantiæ palma debetur: cumque præcepto legis cauda hostiæ in sacrificio iubeatur offerri, ille bene immolat, qui sacrificium boni operis vsque ad finem perducit debitæ actionis.

11 Ne vero circa sacramenta, vel ritus ecclesiasticos inter nos & te ac tuos reliquiæ dissonantiæ qualiscumque supersint, quæ tuis & illorum honori derogent & saluti; excellentiam tuam instanter requirimus & rogamus, obsecrantes eam per illum, cuius perfecta sunt opera, & quem tu creatura illius in tam placidi consummatione boni pro viribus imitari teneris, quatenus efficacem pro posse des opem & operam, quod totus clerus & populus regni tui ritum ipsius Romanæ ecclesiæ circa sacramenta confirmationis & extremæ vnctionis obseruent: vt videlicet sacramentum ipsum confirmationis, quod non legitur neque scitur ab Apostolorum tempore ab alijs quam ab ipsis fuisse peractum; quin potius in eorum actibus scribitur, quod ad confirmandum baptizatos in nomine domini Iesu Christi Petrus & Ioannes in Samariam de Hierosolymis transmissi fuerunt; quod vtique sacramentum post tempus illorum fuit solis pontificibus in eorundem Apostolorum locum succedentibus reseruatum, nulli alij quam episcopi exhibere, nec aliqui ab alijs quam ab episcopis suscipere quoquo modo præsumant. Licet namque sacramentum ipsum non sic a fidelibus contemnendum, tutius tamen est illud sine periculo, quod necessitatem non habet, omittere quam si ab ijs, a quibus illud conferri non licet, ex temeritate, quæ lege damnatur, non sine graui periculo inaniter conferatur, cum vmbra quædam ostendatur in opere, veritas autem non subeat in effectu. [Præcepisse quoque Innocentium a III. Gregorium b IX. & Innocentium c IV. ne confirmationis sacramentum ab initiatis tantum sacerdotio conferretur, vidimus; cum ad id rite conferendum episcopalis dignitas desideretur in conferente, ex potestate scilicet ordinaria: nam extraordinaria posse sacerdotem, si ea auctoritate a summo ecclesiæ antistite instructus fuerit, sacramentum illud conferre, ex sancti Gregorij exemplo ostensum est a. Pergunt apostolicæ literæ:]

Monetur vt ritus Rom. ecclesiæ circa sacramenta cõfirmationis & extremæ vnctionis inducatur.

Sacramẽtum confirm. ab episcopo tantum conferendum.

a Annal. 10.13. An. Chr. 1199 n. 63. b Ann. 1231. n. 29. & 30. c Ann. 1254. n. 7.

Efficias etiam, quantum in te fuerit, & procures, quod nullus deinceps nisi episcopus oleum sanctificet infirmorum, cum, vt præfertur, ad solos spectet episcopos ipsius olei materiam consecrare ad inungendum infirmos. Si nempe, vt præmittitur, in fide fundati stabiles & immobiles in illa permanseritis tu & tui; si præfato ritui nostro vos conformare curabitis, ne dum opinionis vestræ custodes esse, ac de bono nomine habere dicemini, sed & retributionis prẽmia, non sine laudis humanæ præconio & apostolici fauoris augmẽto.

a Ann. 1231. n. 30. A sacerdote Pontificis legato conferri potest.

Oleum infirmorũ sacrandũ ab episcopo.

Nec omittimus, quod ipsa sacrosancta Romana ecclesia, summum & plenum primatum & principatum super vniuersam catholicam ecclesiam obtinens (quem se ab ipso Domino in B. Petro Apostolorum principe, seu vertice, cuius Romanus Pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter & humiliter recognoscit) sicut præ cæteris tenetur fidei veritatem defendere, sic & si quæ de fide subortæ fuerint quæstiones, suo debet iudicio diffinire: ad quem potest grauatus quilibet in negotijs ad forum ecclesiasticum pertinentibus appellare: sed & in omnibus causis, ad examen ecclesiasticum spectantibus, ad ipsius potest recurri iudicium: & eidem omnes ecclesiæ sunt subiectæ, ipsarumque prælati & obedientiam & reuerentiam sibi debent; apud quam sic potestatis plenitudo consistit, quod ecclesias cæteras ad solicitudinis partem admittit: quarum multas, & patriarchales præcipue, diuersis priuilegijs eadem Romana ecclesia honorauit, sua tamen prærogatiua tam in generalibus concilijs quam in quibuscumque alijs semper salua, &c.] Subijcit episcopum Cabanensem his omnibus assensisse, ex quo se ad maximas Deo gratias agendas, qui Armenos suæ ita veræ fidei luce collustrauit, vt circumiacentium nationum erroribus non inuoluantur, excitatum ait: certissima vero ipsum ac suos, si in ea fide ac Romanæ ecclesiæ coniunctione constantes perstiterint, apud Deum præmia manere. *Dat.* III. *kal. maij.* Datæ sunt eodem argumento ad catholicum Armenorum cæterosque præsules ipsius auctoritati obnoxios literæ b, in quibus præfatus, quantum Christus mutuam inter suos animorum coniunctionem commendarit, subijcit oratorem Ossinij Regis episcopum Cabanensem professum esse fidei catholicæ, quam Romana colit ecclesia, formulam, quæ ijsdem sententijs ac verbis concepta est atq; illa, quam Ossinio transmissam vidimus vsque ad ea verba *ex causa alia non obsistat*; quibus alia de primatu annectit: *Nec omittimus*, vsque *semper salua*; tum hæc adiungit. c

De primatu Rom. eccl.

b Ib. ep. 783.

12 Quæ omnia & singula præfatus episcopus in nostra & fratrum præsentia prædictorum spontanee recognoscens & reuerenter acceptans, vos & totum clerum & populum, antedictos eadem recognitione & acceptatione deuote persistere affirmauit. Super quibus omnibus gaudemus in illo, qui mirabiliter ab æternis præferens lumina montibus, & cunctos in hunc mundum venientes illuminãs, vestras & ipsorum cleri & populi mentes in prædictis veræ lucis radio illustrauit: illi vitulum labiorum exoluimus, qui vos & eos in his tanta prosecutus est gratia, tanto præuehit beneficio, vt inter habitantes in regione vmbræ mortis lux deuotionis vestræ sic aperte claresceret, & velut lilium inter spinas salubriter emicaret. Hæc profecto catholicos rei conscios in iubilum animos exci-

c Ead. ep. 783.

Præsules Armeni ad constãtiam in fide confirmati.

Gratulatur inter medios infideles fidei puritate radiare

vtique fidem præfatus episcopus, super hoc interrogatus a nobis, non sub inuolucro aut verborum ambagibus, sed clare ac pure fuit professus ibidem, idque te ac tuos asseruit corde firmiter credere, & ore simpliciter confiteri, quod tenet & docet Romana mater ecclesia in hac parte.

Armeni fidem orthodoxã tenere cõperti.

In ritibus aberrare, quod presbyteri confirmationis sacram. conferrẽt.

9 Porro circa ecclesiasticorum obseruantiam rituum, in hoc tantum non quidem ex contemptu, sed ex quadam ignorantia & simplicitate Armenos discrepare subiunxit a nobis, quod eorum simplices sacerdotes confirmationis conferunt sacramentum, quod apud nos soli conferre debent episcopi per manus impositionem, in fronte chrismando renatos. Ipsi etiam sacerdotes oleum, quod infirmorum dicitur, consecrant pro sacramento vnctionis extremæ; cum tamen id apud nos ad episcopos solos spectet. Cæterum ne in his tuæ ac tuorum sinceritatis extollenda præconia celarentur, voluimus quod ad Dei laudem & gloriam, tuæque sublimitatis extollentiam atque decus, idem episcopus in nostra & fratrum nostrorum præsentia præmissa omnia recenseret; quod & fecit prudenter & prouide: dictamque nihilominus professionem a se factam nobis dedit in scriptis, vt in futurum conseruaretur rei gestæ memoria, & ipsorum recens notitia posteris se offerret. Vt autem ipsius sinceritas & veritas fidei quam prædicta tenet ecclesia, quamque nos firmiter credimus & simpliciter confitemur, & quam etiam prædictus episcopus patenter confessus est, asserens ipsum, vt Romana docet ecclesia, te credere firmiter & tenere, fiat tam tibi, quam tuis omnibus manifesta; eam per præsentes plene proponimus, & exponimus euidenter.

Conficerent chrisma ad extremam vnctionẽ.

Data Pontifici Armenorũ nomine orthodoxæ fidei, quam tenebant, formula.

Alia a Põtifice trãsmissa ad Olsinium.

De Deo vno & Trino.

10 Credimus etenim sanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, vnum Deum omnipotentem, totamque deitatem coessentialem, consubstantialem, coæternam, & coomnipotentem, vnius voluntatis, potestatis, & maiestatis: creatorem omnium creaturarum, a quo omnia, & per quem omnia, in quo omnia, quæ sunt in cælo & in terra, visibilia & inuisibilia, corporalia & spiritualia. Credimus singulam quamque in sancta Trinitate personam vnum verum Deum, plenum & perfectum.

De Verbo incarnato.

Credimus ipsum Filium Dei verbum Dei æternaliter natum de Patre, consubstantialem, coomnipotentem, & æqualem per omnia Patri in diuinitate, temporaliter natum de Spiritu sancto ex Maria semper virgine cum anima rationali, duas habentem natiuitates, vnam ex Patre æternam, alteram ex matre temporalem; Deum verum & hominem verum, proprium in vtraque natura, atque perfectum, non adoptiuum neque phantasmaticum, sed vnum & vnicum Filium Dei in duabus & ex duabus, diuina scilicet & humana, naturis; sed in vnius personæ singularitate impassibilem & immortalem diuinitate: sed in humanitate pro nobis & salute nostra passum, vera carnis passione, mortuum & sepultum, & descendisse ad inferos, ac tertia die resurrexisse a mortuis vera carnis resurrectione: die quadragesimo post resurrectionẽ cum carne, in qua resurrexit, & anima ascendisse in cælum, & sedere ad dexteram Patris, inde venturum iudicare viuos & mortuos, & redditurum vnicuique secundum opera sua, siue bona fuerint siue mala.

De duab. in Christo naturis.

De resurrectione & ascensu in cælum.

De Spiritu sancto.

Credimus etiam Spiritum sanctum, plenum & perfectum, verumq; Deum, ex Patre & Filio procedentem, coæqualem & coessentialem & coomnipotentem & coæternum per omnia Patri & Filio.

De ecclesia.

Credimus hanc sanctam Trinitatem non tres Deos, sed vnum Deum omnipotentem, æternum, inuisibilem, & incommutabilem. Credimus sanctam catholicam & apostolicam vnam esse veram ecclesiam, in qua vnum datur baptisma, & vera omnium remissio peccatorum. Credimus etiam veram resurrectionem eiusdem carnis, quam nunc gestamus, & vitam æternam. Credimus etiam noui & veteris testamenti, legis, ac prophetarum & Apostolorum vnum esse auctorem Deum ac dominum omnipotentem. Hæc est vera fides catholica, & hãc super dictis articulis tenet & prædicat sacrosãcta Rom. ecclesia.

De carnis resurrectione.

De scripturarũ auctore.

Sed & propter diuersos errores, a quibusdam ex ignorantia & ab alijs ex malitia introductos, dicit & prædicat eos, qui post baptismum in peccata labuntur, non rebaptizandos; sed per veram pœnitentiam suorum posse consequi veniam peccatorum. Quod si vere pœnitentes in charitate decesserint, antequam dignæ pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint & omissis, eorum animas pœnis purgatorij post mortem purgari; & ad pœnas huiusmodi releuandas prodesse eis fidelium viuorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes, & eleemosynas, & alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro alijs fidelibus fieri consueuerint secundum ecclesiæ instituta. Illorum igitur animas, qui post sacrum baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quæ post peccati contractam maculam, vel in suis manentes corporibus vel eisdem exutæ, prout superius dictum est, sunt purgatæ; in cælum mox recipi: illorum autem animas, qui in mortali peccato, vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas, eadem sancta Romana ecclesia credit & firmiter asseuerat: & quod nihilominus in die iudicij omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt, reddituri de factis proprijs rationem.

De pœnitentiæ sacramento.

De purgatorio.

Et paradiso.

Et inferno.

Tenet etiam & docet eadem Romana ecclesia, septem esse ecclesiastica sacramenta. Vnum scilicet baptisma, de quo dictum est supra. Aliud est sacramentum confirmationis, quod per manus impositionem episcopi conferunt, chrismando renatos. Aliud est pœnitentia. Aliud est Eucharistia. Aliud est sacramentum ordinis. Aliud est matrimonium. Aliud est extrema vnctio, quę secundum doctrinam B. Iacobi infirmantibus exhibetur. Sacramentum Eucharistiæ ex azymo conficit eadem Romana ecclesia, tenens & docens, quod in ipso sacramento panis vere transsubstantiatur in corpus & vinum in sanguinem domini nostri Iesu Christi. De matrimonio tenet, quod nec vnus vir simul plures vxores, nec vna mulier simul habere permittitur plures viros: soluta vero lege matrimonij per mortem alterutrius coniugum, secundas & tertias & deinceps nuptias successiue licitas esse dicit, si impedimentum canonicum ex causa alia non obsistat.

Septenarius sacramentorũ numerus.

In Eucharistiæ sit transubstantiatio.

Hæc est, fili, purissima, certissima, & solidissima orthodoxæ fidei & ritus ecclesiastici veritas, euangelicæ doctrinæ consona, a sanctis tradita patribus, & Romanorum Pontificum in suis synodis diffinitione firmata. Quod itaque ad hanc fidei veritatem zelo deuotionis afficeris, quod ipsam deuotus amplecteris, quod claræ memoriæ Re-

Excitatur Olsinius ad populos ad eã fidem alliciendos.

tamen forma veniendi singulis sex annis, atq; ad synodos, cum vocatus esset, accedendi legem indixit. Quibus porro diebus pallio vtendum esset in alijs ad eundē Francū literis præscripsit a: *Cupientes, inquit prædictam Soltaniensem ecclesiam, ad quā velut opus manuum nostrarum intenta mente afficimur, cuiusque exaltationem desideramus ex animo, honoribus gratiosis attollere; tibi & successoribus tuis archiepiscopis Soltaniensibus, qui pro tempore fuerint, in natiuitatis & duobus diebus sequentibus, circumcisionis, epiphaniæ, resurrectionis & duobus diebus sequentibus, & ascensionis & pentecostes, & in quatuor B. Mariæ; natiuitatis B. Ioannis Baptistæ, Apostolorum Petri & Pauli, & omnium sanctorum, in die cœna Domini, sabbati sancti, ramis palmarum, commemoratione omnium sanctorum, B. Laurentij martyris, B. Georgij, B. Gregorij, B. Augustini, B. Dominici, & in principali ipsius ecclesiæ festiuitatibus, ac in dedicationibus ecclesiarum, consecrationibus episcoporum, in ordinationibus clericorum, in abbatum ac abbatissarum & monialium benedictionibus, nec non & in die consecrationis tuæ, ipsique successores infra dictam ecclesiam & totam prouinciam Soltaniensem pallio de corpore B. Petri sumpto, quod tibi & eisdem successoribus per certos nuntios ad partes ipsas transmittimus, vti licite valeatis, auctoritate præsentium indulgemus, &c. Dat. Auinione kal. aug. anno secundo.*

a *Io. ep. 1745.*

Designatis diebus quibus pallium gerere, de beat.

7 Nec ad Tartaros modo Pontifex præcones euangelicos ex ordine Prædicatorum; verum etiam ad alias nationes, toto orbe diffusas, veterique superstitione aut schismatis & hæresis erroribus imbutas, collustrandas diuina luce transmisit: quos ad excolendam vineam Domini instruxit auctoritate b subiectis literis, accenditque sacro proferendi euangelij ardore.

Euangelici præcones ad gentes missi.

b *lib. ep. cur. 62.*

Ioannes, &c. dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum in terris Saracenorum, paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Nestorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Mocolitarum, aliarumque non credentium nationum orientis & aquilonis, seu quarumcumque aliarum partium proficiscentibus.

Gratias agimus gratiarum omnium largitori, qui duritie cordium infidelium, in nonnullis locis aquilonarium & orientalium partium consistentium, tanquam terræ vastæ solitudinis, & imbre diuinæ gratiæ indigenti, imbrem compluit pluuiæ baptismalis, & per ministerium vestrum & aliorum religiosorum terram illam vomere sanctæ prædicationis excoluit, semenque verbi Dei cœlestis agricola seminauit, quod feliciter in segetem pullulat, ita quod regiones illæ messem multam ostendunt: quæ quidem, dante Domino incrementum, plures requirit operarios, vt conquisita iam messis dominica inferatur in horrea; & aliorum terra, quam imber cælestis gratiæ non infudit, vestris meritis de vena superioris irrigui madefacta, capiat verbum Dei, reddatur apta colentibus; vt tandem, in ipsa diuini verbi semine seminato, in fœcundam segetem pullulet, seges vberem fœcundetur in messem, vt crescente vestro, & aliorum operariorum ministerio spiritualis consortij sacris horreis cumuletur.

Datæ ipsis literæ.

Ad continuandum igitur in partibus illis salutis eulogium euangelicæ veritatis, tubam vniuersitati non credentium intonandam, sacris quoque oliuæ ramis fidei Christianæ aquilonaris & orientalis infructiferi oleastri germina inserenda, vt fiat Christianæ gratiæ latitudo, seque per partes totius orbis extendat; vos hortandos duximus ac etiam excitandos, vobis in remissionem peccaminum iniungentes, vt tanquam fideles ministri satoris æterni feratis semen gratiæ in agrum sterilem non credentium animarum, neophytorum & nutantium animos confirmetis in fide; corda fidelium confortetis in luce sermonis & rectitudine operis, propositum vobis iter sine quorumlibet offensione curratis.

Vt autem ministerium vestrum eo plenius prosperetur, quo maiori fueritis auctoritate suffulti; vobis apostolica auctoritate concedimus, vt in terris illarum partium, quæ adhuc sedis Apostolicæ magisterio non intendunt, proponere verbum Dei; & constitutis ibidem, non obstante si aliqui fuerint maiori excommunicatione ligati, in verbo, officio, cibo ac in alijs honestis & licitis communicare secure; ipsosque seu alios, quos conuerti ad vnitatem Christianæ fidei affectamus, recipere, baptizare, & aggregare ouili fidelium valeatis: vt per regenerationis gratiam de longinquo ad suum reuertentes auctorem, liberi efficiantur ex seruis, de extraneis prouehantur in filios, ex corruptibili carne nati ex Dei spiritu renascantur; & obtineant per gratiam, quod non obtinent per naturam, &c. *Dat. Auinione kal. maij anno secundo.*

Commissa a Pontifice auctoritas.

8 Desudatum est a adeo strenue ab ijs, qui antea in Armeniam ad discutiendas errorum tenebras, quibus ij populi erant offusi, vt Armeni ad Romanæ ecclesiæ gremium fuerint reuocati. Quam quidem redintegratam cum Romana ecclesia Armenorum coniunctionem, pontificiæ ad Ossinium Regem literæ docent, b: quibus ipsius oratores perhumaniter se excepisse significat, comperisseque Iacobum Cabanensem in omnibus fidei articulis Latino dogmati consentientem, excepto eo capite, quo sacramentum confirmationis apud Armenos confertur a puro sacerdote, ab eodemque oleum, quo infirmi inungerentur, consecratur: demum illi formatæ hactenus a Romana ecclesia fidei formulam, tradidisse.

a *Leand. l. 3. Mich. Pius l. 1. de viris ill. Præd.*

Redintegrata Armenorū cum Romana eccl. coniunctio.

b *To. 1 ep. secr. 782.*

Ioannes &c. Ossinio Regi Armeniæ illustri.

Fili charissime, venerabili fratre nostro Iacobo episcopo Cabanensi, & dilectis filijs nobilibus viris Stephano & Girardo militibus, ac Gregorio Truchmano ambassatoribus tuis & nuncijs a tua magnificentia pro arduis regni tui negotijs ad nos missis, nuper in curia nostra præsentibus, nostro per nonnullos fuit instillatum auditui, quod Armeni, Christiani nominis titulo insigniti, a Romana ecclesia matre tua, quæ caput est & magistra, circa dogmata catholicæ fidei & ritus ecclesiasticos in aliquibus discrepabant. Propter quod nos, licet ad id facile nostræ non inclinaret credulitatis assensus; de tua tamen & tuorum salute solliciti, & ne tuam & illorum innocentiam cuiusuis obloquij murmur obrueret, aut tui nominis gloriam impositio falsa mendaciter obumbraret; prædictos ambassatores tuos & nuncios ad nostram fecimus seorsum in camera conuocari præsentiam, & adhibito per interprete Gregorio memorato non in velamentis ænigmatum, sed in verbis explicitis & aptis recensuimus, vt infra describitur, professionem fidei, quam tenemus, & ritus ecclesiasticos, quos seruamus. Quam vti-

Missi ab Ossinio Rege ea de causa ad Pont. oratores.

Vt Pontifex ipsis Rom. eccl fidem ac ritus exposuerit.

Christo; vt sic ab ipso regni cœlestis coronam incorruptibilem vna cum ipsis populis consequi merearis.

3 Verum quia ipse Christus, qui est veritas, fauores & bona, quæ suis exhibentur cultoribus, personæ suæ exclamat & reputat esse facta; celsitudinem tuam in Domino deprecamur, quatenus ad Christianæ fidei professores, qui dominationis tuæ terram inhabitant, & maxime qui prædicant inibi verbum Dei, sic tuæ benignitatis affectu continues, ipsos operosis fauoribus prosequendo, quod tuæ protecti defensionis clypeo, cuiusquam offensionis molimina non formident; quin potius assiduæ securitatis dulcedine valeant gloriari.

Ad protegendos euangelicos præcones eum hortatur.

Queritur in prohibendo campanarum vsu ab impijs suisse subornatum.

Cæterum cum, prout accepimus, ob diuini reuerentiam nominis Christianos prædictos campanas, ad quarum pulsationem ad diuina conuenire possent officia, dudum per aliquod temporis spatium habere ac pulsare libere permisisses, quamuis postmodum inimicorum Christi, qui, quantum possunt licet superuacue, non desinunt suæ iniquitatis iacula iacere contra ipsum, fraudulenta seductus instantia campanas pulsandi prædictas eis interdici fecisti a tribus annis proximo præteritis facultatem; rogamus denuo vt suggestiones huiusmodi, quæ de ipsorum sentina venenosa procedunt, omnino despiciens, Christi cultores eosdem præfatas habere ac pulsare campanas, pro diuini honore nominis, permittas sine difficultate aliqua & concedas. Speramus enim in Domino, quod ex hoc tibi vitæ præsentis augmenta prouenient, nostrique Redemptoris immensa benignitas, qui nunquam irremuneratum bonum aliquod prætermittit, ad sui nominis gloriam agnoscēdam oculos tuę mentis facilius suę lucis splendoribus illustrabit. *Dat. Auinione v. kal. aprilis anno secundo.*

Propagata in Persi de religio.

4 Diffuderat se non modo in Cambaliensi vrbe imperiali, alijsque Scythiæ Asiaticæ oris religio; verum in Perside etiam & Indijs: id vero Christi vicarium impulit, vt Soltaniensem sedem patriarchalem in Perside excitaret [a], quæ fidelibus Tartarorum imperatori Persidis principi, Chaydo & Doha atque Indiarum & Æthiopiæ Regibus obnoxijs præesset; illique Francum Perusinum ordinis Prædicatorum præficeret, ac laborum & gloriæ socios suffraganeos sex episcopos ex eodem sacro ordine adiungeret [b].

a lb. ep. 61

b lb. ep. 63 & post eand. ep.

Ioannes, &c. Dilecto filio fratri Franco Perusino ordinis fratrum Prædicatorum, electo Soltaniensi.

Perficæ ecclesiæ cura a Pont. suscepta.

Pridem gratis relatibus intellecto, quod in partibus Persidis, & terris alijs circumpositis, sub magni Imperatoris Tartarorum Persidis imperio constitutis, venusta fidelium & nouella plantatio, quam inibi plantasse dignoscitur misericordia Conditoris, regenerata vnda baptismatis, nomen veneratur Altissimi, & inspiciens lucem magnam, extollit laudibus nostri præconia Redemptoris, ingentem suscepimus in corde lætitiam; votis feruentibus affectantes, vt viros, virtutis, honoris, & gratiæ titulo refulgentes, ad cultum nouellæ vineæ veræ vitis tanquam cultores industrios & operarios opportunos, quorum curiosa cultura eiusdem vineæ palmites in illarum partium latitudinem vsque ad extremos orbis terminos Deo auxiliante succrescant, peropportunæ solicitudinis & diligentiæ studium poneremus. Propter quod villam Soltaniensem in eisdem partibus & dominio constitutam, inter alias villas dictarum partium, prout fide dignorum habet assertio, insignem, nobilem, & famosam, ac habentem populum copiosum, de fratrum nostrorum consilio, & apostolicæ plenitudine potestatis, in ciuitatem metropolitanam duximus erigendam: ac ad personam tuam, euangelizantem in illis partibus verbum Dei, de cuius sanctitate vitæ, literarum scientia, & alijs copiosis virtutum meritis magna nobis & eisdem fratribus fide digna testimonia sunt relata, oculos dirigentes, te ordinis Prædicatorum professorem de ipsorum fratrum consilio, & dictæ potestatis plenitudine, ecclesiæ dictæ ciuitatis in archiepiscopum præfecimus & pastorem; curam & administrationem & solicitudinem animarum omnium existentium in eisdem partibus, quæ subduntur præfati Imperatoris, nec non Chaydo & Æthiopiæ ac Indiæ Regum seu principum dominijs, tibi plenarie committentes; tibique exercendi omnia, quæ ad iura archiepiscopalia spectare noscuntur, secundum quod est sacris canonibus diffinitum, concedentes plenam & liberam potestatem, prout hæc & alia in nostris super hoc confectis literis plenius continentur.

Soltaniensis vrbs metropolitana erecta.

Francus ord. Præd. archiepiscopus cōstitutus.

5 Volentes igitur vt catholicæ fidei veritas semper de bono in melius, auctore Domino, in illarum partium latitudine expulsis tenebris elucescat, sex de fratribus dicti ordinis, videlicet Geraldum Caluensem, Guillelmum Adæ, Bartholomæum de Podio, Bernardinum de Placentia, Bernardum Moreti, & Bartholomæum Abaliati, in lege Domini eruditos, vita & religione præclaros, & multarum virtutum titulis commendatos, de dictorum fratrum consilio, & eiusdem plenitudine potestatis assumpsimus & præfecimus in episcopos & pastores; ipsosque in adiutorium commissæ tibi solicitudinis pro maiori animarum salute in præfatis partibus duximus deputandos, &c. *Datum Auinione kal. maij anno secundo*. Imposuit eidem Soltaniensi archiepiscopo prouinciam [a], vt si pluribus episcopis ad proferendos euangelij limites opus esset, ipsos excitis duobus catholicis antistitibus sacris pontificalibus initiaret auctoritate apostolica: quos cum e viuis excedere contigisset, vt Prædicatorum sodalitia earum partium ecclesiarū curam gererent, constituit. Quo vero archiepiscopalis muneris numeros omnes Soltaniēsis ipse impleret, Pontifex pallium suffraganeis transmisit [b], vt post consecrationem, in Perside conferendam, ei traderent.

Adiuncti ei episcopi sex suffraganei.

a Ibid.

Consecrationem & pallium archiepiscopo tradere iussi

b An. 2. p. 2 ep. seq. 1744.

6 Extant in pontificio regesto huiusmodi literæ Guillelmo Adæ episcopo Soltaniensis ecclesiæ suffraganeo, ac Ioanni e Florentia Dominicanæ familiæ alumno datæ [c], quos pallium episcopo, cuius partium erat Soltaniensem archiepiscopum sacris pontificalibus initiare, consignare iussit, vt ipsum in Romani Pontificis verba solemni sacramento adactum, eo ornaret: adiecitque vt electus sacramenti formam conceptis verbis descriptam in suis ad sedem Apostolicam literis insereret, chirographoque suo muniret: illa vero a Pontifice transmissa est in literis ad suffraganeos datis [d], quibus significauit, se electi laboribus ac periculis, quæ subeunda essent, pepercisse, si ex antiquo Romanæ ecclesiæ more ad consecrationem obtinendam metropolitanus se ad Apostolicam sedem non conferret: in sacramenti ta-

c Reg. post eand. ep.

d lb. ep. cem. 1746

pabat condebatur, nonnullæ hæreses detectæ a fint, proximo anno dicetur. Secuti vero pontificiarum constitutionum sententiam Fraticellorum nomine nunc maxime intelligimus Petri Ioannis Oliui sequaces, & alios pseudominoritas, qui S. Francisci instituta non ex pontificijs decretis, sed ex nefaria & delira interpretatione sua sectari voluerunt, & in varias prolapsi hereses ab ecclesia aberrarunt: in quos veri Minoritæ pie consurrexere, donec ea pestis penitus excisa est. Nec vero hi pseudominoritæ omnes, siue fuerint ordinis Franciscani apostatæ & perduelles, siue ex profana multitudine ad eos se contulerint, eosdem penitus errores tenuere: quippe nonnulli etiam reperti, vt plangit Aluarus Pelagius b, qui Beguardorum impuritatem sectati sunt: *Multi*, inquit, *seculares & fratres Minores pro isto carnali spiritu libertatis per inquisitores hæreticæ prauitatis incarcerati fuerunt*. Et infra: *Tales valde spirituales videbantur, in lucis angelum transformati*. Vt vero Fraticellorum turbam alij auxerint, vel nouam conflarint, qui posteriores Pontificum constitutiones impugnarunt duce apostata Michaele Cæsenate, dicetur inferius.

a In ... const. Gloriosam ecclesiam. Quinam præcipue Fraticell. nomine indicetur

Plures Minoritæ in eam sectam lapsi. b Aluar. Pelag. de planct. ecl. l.2. c.52 in Beguar. errore.

Ex pontificijs quoq; literis constat, plures hoc tempore solo cultu externo Franciscanam sanctitatem professos, re autem vera hæresi infectos fuisse, & improborum dogmatum virus simplicibus populis afflasse: eaque de causa eiusmodi hypocritas omnibus priuilegijs, sacro S. Francisci sodalitio ab Apostolica sede concessis, a Ioanne Papa exutos; illorumque antesignanum extitisse Ioannem Barraut, in quem ac socios Michael eiusdem ordinis, fidei censor, legum seueritatem distringere iussus est c: *Sic*, inquit, *efficaciter & solerter iuxta statuta canonica procedere studeas, quod per tuæ solicitudinis circumspectam prudentiam dicti ordinis sacra plantatio, exterminatis vulpeculis quæ illum venenosis morsibus demoliri præsumunt, fructus afferat catholicæ puritatis*. Præterea sanxit Pontifex d, vt hæretici & apostatæ a religione catholica ad Iudaicam superstitionem deficientes, qui ad templa perfugerent, fidei censoribus dederentur.

Ioannes Barraut signifer hæret.

c Io. an. 3. p.1. ep. cur. 142. Hæretici Minoritæ exuti priuilegijs.

d Bullar. in Io. xxii const. 2.

62 Hoc anno cum libri Arnaldi e Villanoua varijs contaminati erroribus, quos sparserat, vulgi manibus tererentur, a Ioanne Longerio fidei censore & præposito Tarraconensi, ecclesia illa suo tum pastore orbata, habitis doctorum cœtibus, damnatæ hæ hæreses, ex eius nefarijs scriptis decerptæ: *Quod natura humana a Deo assumpta est æqualis Deo in omnibus bonis suis, & quod tam alta sit humanitas in Christo, quantum deitas; & tantum possit. Quod quam cito anima Christi fuit vnita diuinitati, statim ipsa anima sciuit omnia, quæ Deus scit: quia alias, vt dicebat, non fuisset cum ea vna persona præcipue, quia scire est circumstantia pertinens ad suppositum indiuiduale, & non ad naturam. Quod in sacrificio missæ non laudatur Deus opere, sed solum ore*. Proscripti alij eius errores, quod nimirum vniuersi ecclesiæ ordines a Christi fide & a charitate defecissent, quod monachi a salutis via aberrarent, quod eleemosyna sacrificio altaris esset præstantior, quod sacra pro mortuis peragenda non essent, nec instituenda sacerdotia; quod mundus anno MCCCXXXV. desiturus foret: quæ accurate Aymericus e percenset.

Arnaldi e Villanoua errores damnati.

e Aymer. 2 p. direct. inq. q.11.

IESV CHRISTI

annus 1318.

IOANNIS PP. XXII. annus 3. — VAC. IMP. OCCID. 5. ANDRONICI IMP. OR. 35.

1 Condita est in Perside anno Christianæ salutis millesimo trecentesimo decimo octauo, indictione prima, archiepiscopalis sedes Soltaniensis, missiq; plures antistites & euangelij præcones religiosi viri ad gentes pro fide latius proferenda: instructi sacris ritibus Armeni; & Tartari ad Dei cultum prouocati. Imperabat Tartaris Vsbec, qui erga Christianos regiam beneuolentiam explicuerat adeo, vt sub illius auspicijs religio feliciſſime efflorescebat; cum nonnulli viri impij, diabolico instinctu concitati, ad progressus euangelij disturbandos barbarorum auribus afflarunt, campanas, quæ ad diuina peragenda & congregandum ad sacras conciones populum pulsabantur, triste aliquod Tartaris omen portendere. Quibus susurris in media barbarie simplex imperator subornatus, edicto pulsari illas vetuit. Vertebatur ea res in religionis nostræ dedecus, neq; ita facile neophyti, vt pietate excolerentur, poterant conuocari: de qua re certior factus Pontifex, ad Tartarorum Imperatorem, vt eiusmodi edictum rescinderet; tum ad Christi fidem non parum, vt præseferebat, in eam propensum pelliceret, hasce literas dedit a.

Præcipuæ res hoc anno gestæ.

Tartarorum Imp. egregie in Christia. nos affectus.

a An. 2. p. 1 ep. cur. 40.

Magnifico viro Vsbec Imperatori Tartarorum illustri diuinæ inspirationis gratiam in præsenti, & fruitionis æternæ gloriam in futuro.

2 Lætanter audiuimus, quod tu, non absque speciali motione diuina, ob reuerentiam Christi Iesu domini saluatoris, religionis Christianæ cultores, infra imperij tui terminos constitutos, benigno fauore prosequeris & pertractas; hoc inde per te agente illo, qui pro sua voluntate bona in nobis velle ac perficere operatur; quique vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem peruenire veritatis. Nos igitur, qui principis Apostolorum Petri, quem Christus cœlum ascendens in terris suum vicarium dereliquit, regni cœlestis traditis sibi clauibus, per quas ipse suique successores potestatem aperiendi omnibus & claudendi eiusdem regni ianuam obtinerent, successores sumus sola Dei patientia non nostris meritis constituti, animas Deo lucrifacere super omnia cupientes, & errantes in viam veritatis reducere; vt ipsum agnoscant Deum viuũ & verũ omnium conditorem, qui de tenebris nos vocauit, atque vtinam te ac tibi subiectos populos vocare dignetur, in admirabile lumen suum; magnitudinem tuam rogamus & hortamur attentius, & per illius misericordiam obsecramus, qui te ad suam fecit imaginem se capacem; qui mortis & inferni claues obtinens, cui claudit, nemo aperit, & cui aperit, nemo claudit; quatenus prudenter considerans, quod vita nostra vapor ad modicum parens esse dignoscitur, quodque dies nostri transeunt velut vmbra; saluberrimam fidei catholicæ veritatem, quam sacrosancta Romana seruat, prædicat, & docet ecclesia, sine qua creatori Deo est impossibile complacere, reuerenter amplectens cum subiectis tibi populis per sacratam ac sacrantem vndam baptismatis, per quam, vt filij simus Dei, accipimus potestatem, spiritualiter regenereris in Chri-

Gratulatur illi de præclaro eo studio Pont.

Pellicit eum illius ad Christum desiderium suum exponit.

Vitæ humanæ fragilitatem.

Filiorum Dei dignitatem.

ab inuicem se diuidunt, & sicut passeres insolentes de monte in montem transmigrant psal. x. & torpore & tepore lethæo tepefacti, cum curtis capitijs & repetiatis,& cum amictibus & habitibus, quos sibi contra ecclesiam inuenerunt, discurrunt per mundū.

Cultus sordidus.

Et quia circa ieiunia & orationes & obseruationes regulares Domino non promiserunt, sed quod faciunt de specie boni ex libertate propria faciunt, ideo recedente primo igne, forsan diuino, qui eos vrebat, peiores quam frigidi essent in seculo, quia tepidi recedente calore, ab ore dominico euomuntur apocal. III. speciem quidem sanctitatis habentes, virtutem autem abnegantes, ad literam II. ad Timoth. III. in sua hypocrisi se & mundum decipiunt; nam eorum prima abstinentia in gastrimargiam vertitur, paupertas in peculium, vigilia in somnolentiam, silentium in multiloquium, maxime sub specie loquendi de Deo; simplicitas in malitiam, solitudo in consortium & familiaritatem secularium & mulierum. Eorum etiam aliqui in ciuitatibus & villis, alij prope habitant, & a secularibus de die in diem conuiuia recipiunt sub specie charitatis XLIIII. di. Conuiuia, commatres & compatres sibi faciunt, contra illud de consecr. di. IV. Non licet abbati, & cap. sequenti; ambaxatas, id est legationes faciunt & referunt, de animarum consilijs præsumptuosi idiotæ se intromittunt contra illud c. extr. de æta. & quali. Cum sit de peregrinatione in peregrinationem discurrunt, quia acedia eos de cella expellit, quam cum sic credunt expellere, sub specie boni peregrinando per mundum per sanctos, tunc eam amplius nutriunt. Et infra: *Hodie cellula nostrorum anachoretarum hypocritarum a muliereulis visitantur, quod eis sæpe Assisij & a ibi prohibui; aduenientibus secularibus, sub specie charitatis mensas parant.* Et infra.

Simulata virtus in vitia degenerans.

Abusus monachorum.

59 *Quidam etiam ex eis, superius Apostolici & Begardi nominati, paupertatem euangelicam se seruare dicentes, quia nec locum habent nec aliquid se portare dicunt, vere girouagi & vere ribaldi per mundum cursitant, in plateis comedunt, quia aliqui eorum conscientiam habent comedendi in domo, & specialiter ab aliquo aliquid petendi; sed clamant in plateis eleemosynam sibi dari, vel cantant, nil expresse petendo, sed clamando; nec laborare volunt, conscientias habentes, si aliquod opus faciant corporale: dicunt enim, quod debent orare continue, ne cadant in tentationem, & quia Apostolus dicit I. ad Thessal. vlt. Sine intermissione orate; & Maria optimam partem elegit Luc. x. & similia allegantes. Isti in vestibus ouium veniunt Matth. VII. sed intus sunt lupi rapaces. Isti illos hæreticos sequi videntur, qui in canone Apostolici nuncupantur, qui nil proprium possidentes, nequaquam recipiunt eos, qui aliquid proprium possident in hoc mundo. XXIV. q. III. Quidam vero Apostolici.* Et infra: *Sed isti pseudoapostoli & Begardi istius temporis perfectiores apparere desiderant, quam veri Apostoli & veri anachoretæ, qui & viri apostolici extiterunt: sed mentita est iniquitas eis, quia ipsi professionem apostolicam non seruant, nec vitam: Apostoli enim in se perfectissimi XXIV. q. II. & vlt. Legatur, & pauperrimi in salutem gentium per orbem a Domino missi sunt ad baptizandum, ad prædicandum Marc. vlt. de conse. d. IV. Propria, ad ligandum & soluendum per claues eis a* Domino *datas Io. xx. de pœn. di. I. Quem pœnitet: sed isti pseudoboues sunt ad præsepe euacuandum, non triturandum & prædicandum XIII. q. I. §. His ita, quia missi ab ecclesia non sunt, sed a spiritu maligno ad illos de ecclesia decipiendum, extr. de hæret. Cum ex iniuncto: non catechizant, neque baptizant, neque prædicant nisi de facto XVI. q. I. Adijcimus, quia nec presbyteri sunt, & si aliqui sint, non curati, nec absoluunt nec ligant, quia claues non habent XVI. q. I. §. Ecce 2. & II. vere poltrones & ribaldi & ab hominibus detestandi sunt, quia nec ecclesiæ seruiunt, nec proximo, nec sibi in Christo, nec domino Iesu Christo in nullo ordine permanentes; de paupertate plenis ventribus, quorum ipsi sunt deus, Phil. III. & vita apostolica gloriantes, contra enim Dei ecclesiam & sua sacra concilia superius in principio istius S. alleg. sibi ordinem in oculis hominum inuenerunt.* Et infra. *Vtinam hi tales pseudoapostoli & ficti religiosi non sic orarent, sed foderent & ararent genes. III. & panem in sudore vultus sui manducarent, & oratione vocali dominica Pater noster contenti essent, sicut alij simplices huius mundi, vt non cum sua simulata & imaginaria oratione perirent.*

Mendiculi impostores paupertatis euangelicæ speciem sibi arrogant.

Addictos se contemplationi fingunt.

Intoleranda eorum arrogantia.

Profanāt sacramenta.

60 *Sed quidam ex eis in mundo porcarij, quidam pecorarij, quidam armentarij, quidam cementarij, quidam carbonarij, quidam fabriferrarij, aut a ijs diuersis operibus mancipati de labore manuum iuste sibi victum quærentes, & sua familia talem sanctum laborem & a Domino indictum refugientes genes. III. quia homo nascitur ad laborandum, Iob. v. mutato habitu, quem sibi adinuenerunt, sed non corde, de labore & ærumna, vilitate & paupertate ad otium & requiem corporis, vbertatem & libertatem noxiam transierunt.* Et infra: *Porro nullus quasi supradictorum Sarrabaitarum girouagorum & pseudoapostolorum, Begardorum & Fraticellorum, & illorum de paupere vita laborare vult manibus suis; sed de eleemosynis viuunt.* Et infra: *Sed certum est, quod omnes prædicti aliquem modum ordinis sibi constituunt in habitu, in vita, & in congregatione: quidam ex eis in sua secta viuentes, sub cuius colore mendicant, de nullo approbato ab ecclesia ordine mendicantium existentes, contra ecclesiam viuunt. Immo istis temporibus dominus Papa Ioannes XXII. contra omnes sic viuentes & eis fauentes excommunicationis sententiam promulgauit in quadam extrauaganti edita contra eos, quæ incipit a, Sancta Romana.*

Plures ad defugiendum laborem monachalem laruam induunt.

Eorundē inertia.

Damnantur a Ioāne.

a Extrav. Sancta Rom. de relig. domib.

61 In hac porro constitutione obseruatur hos Fraticellos, qui religioso cultu sanctitatis laruam præferebant, triplicis ordinis fuisse; atque alios prætexuisse, habitum se & vitæ ritum ab episcopis aut ecclesiarum prælatis accepisse; alios iactasse, se tertij ordinis S. Francisci, pœnitentium vocati, habitum induisse; finxisse alios ordinem fratrum Minorum profiteri & S. Francisci regulam ad literam obseruare, obiecto eo fuco, ipsos a Cælestino quinto huiusmodi vitæ & status priuilegium, quamuis ea ratio non valeat, cum Bonifacius VIII. concessa a Cœlestino resciderit, ac posteriori decreto standum esset. Hoc porro triplex Fraticellorum siue pseudomonachorum genus in hac impietate consensisse queritur Ioannes: *Quia*, inquit, *in errorum barathrum faciliter ruunt, qui conceptus proprios patrum definitionibus anteponunt, ipsorum quamplurimi, sicut fide digna relatione percepimus, a veritate catholica fidei deuiantes, ecclesiastica sacramenta despiciunt, ac errores alios student multipliter seminare.* Vt vero in ea pseudominoritarum superba factione, quæ a sodalibus diuulsa se spiritualem venditabat ad hypocrisis pompam, & instar religiosæ familiæ adolescebat, & in Prouincia, Etruria, Calabria, & Trinacria, monasteria occu-

Triplex eorum genus.

pa-

Degradatus cure & flammis exustus. a Martin. Polon. b Ptol. Luc hist. eccl. M.S. l.24. c.42. c M.S. Vat signat. nu. 3765. in lo xx11. d Reper. in arc. Auin. sign n.115 legato Od. Card Aquen. et Roman. translata. e Hier. Rub. hist. Rauen. l.6

ceri xv. die mensis maij apud Auinionem anno Domini MCCCXVII. Qui postmodum relictus curiæ seculari fuit per eiusdem curiæ iudicium tractus, & excoriatus, atque combustus. Eadem Martinus a Polonus & Ptolemæus Lucensis b referunt. Quibus consentanea traduntur subiectis verbis in M.S. c bibliothecæ Vaticanæ: *Fuit degradatus per Tusculanum episcopum Cardinalem & curiæ seculari traditus, tractusque fuit & in aliqua corporis parte excoriatus: demum in mense iulij combustus, quia in mortem summi Pontificis, vt dicebatur, fuit machinatus.* His addimus extare in veteribus M.S. iudiciaria d acta aduersus Robertum episcopum Aquensem, qui Bononiæ magicas artes laudauerat, exercueratque: Sed a scelestissimis præsulibus ad sanctum archiepiscopum lectorem tot criminum horrore perfusum reuocemus.

Bononiense concilium.

55 Celebratum e Bononiæ hoc anno est a Raynaldo archiepiscopo Rauennate, viro sanctitate vitæ & miraculis insigni, concilium episcoporum prouinciæ: in quo ad restituendam ecclesiasticam disciplinam vetera a Latino Apostolicæ sedis legato, atque a Bonifacio prædecessore decreta renouata, tum ad componendas ecclesias, excolendos pietate populos, cleri expoliendos mores, religiosos viros ad vitæ sanctitatem reuocandos, conferenda sacerdotia, diuina sine strepitu peragenda, ac publica vitia reprimenda, plura religiosissime sancita: quæ cum sint typis inter reliqua concilia cusa f, hæc nobis delibasse suffecerit.

In eo statuta.

f Ext inter conc. p.2.

Nec sanctissimis modo huius beati archipræsulis exemplis illustrabatur hisce temporibus Italia; verum B. Claræ e Montefalcone monasterij S. Crucis abbatissæ miraculis: quorum gloria cum in dies efflouesceret, Fulginatum, Perusinorum, & Spoletanorum precibus adductus Pontifex Perusino & Vrbeuetano episcopis partes dedit g, vt sacrum de ijs examen, ac publicas tabulas rite conficerent.

B. Clara e Montefalcone miraculis cōspicua.

g An.2.p.1 ep. cem 311.

Attendentes, inquit, *quod Romana ecclesia, præsertim in tanto fidei negotio, consueuit cum magna maturitate procedere, vbi videlicet de re tam ardua quæritur, sensibus quidem abdita, ignota scientijs, & nouo quodam probandi genere vita, vtique & miraculis comprobanda; nam si difficile existimamus, quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore, quæ in cælis sunt quis inuestigabit? dilecto filio nostro Neapoleoni S. Adriani diac. Card. commisimus, vt apud sedem Apostolicam de huiusmodi sanctitate vitæ ac miraculis prædictæ Claræ informationem per testimonia fide dignorum reciperet, illamque nobis referre curaret, &c.* Addit illum, demandato munere perfunctum, nonnulla miracula in Cardinalium senatu proposuisse, magnis testimonijs corroborata, quæ cum amplius silentio obscuranda non sint, illis instituendi ex præscripta forma sacri examinis de vita & miraculis illius opera patratis prouinciam imponit. *Dat. Auin. VIII. kal. nouembris anno II.*

Cognoscendi de miraculorū veritate data prouincia.

Res diligentius indagari iussa.

56 Exeunte hoc anno, nimirum III. kalend. ianuarias, damnauit Pontifex h varias pseudoreligiosorum siue Fraticellorum sectas, quæ fucatæ pietatis lenocinio veram sanctitatem labefactabant; & apostatarum per orbem vagantium licentiam coercuit: Cum vero sæpius de Fraticellis mentio occursura sit, variæque sectæ eo nomine notatæ reperiantur, visum est eorum percensere discrimina, ne dum plerumque quasdam pseudominoritarum factiones perstringimus, putet aliquis alias hæreseon pestes, Fraticellorū nominis æquiuocatione deceptus, ex sacra Minoritarū familia emersisse. Fraterculorum sectæ impurissimæ, quæ promiscuos concubitus sectarijs permittebat, & infanticidio suum sacrabat antistitem, meminit Ioannes Baptista Pigna a, illiusque conditorem ex vetustis monumentis refert Armannum Pungilupum Ferrariensem, cuius ossa refossa sepulchro vndetrigesimo ab hæresiarchæ morte anno, eiusque memoriæ vestigia abolita vidimus anno Christi MCCCI. b Hanc vero sectam ita describit Pigna: *Fraterculorum labes fuit Anabaptistarum, omnia ad communitatem reuocantium; non præesse imperio, non rem facere, aut ciuilia vlla munera suscipere satis dignum Christiana pietate existimans: Hi, quantum Ferrariensium annales produnt, virgines, nuptas, viduasque lectissimas instar sacerdotum sacris initiabant, quibusdam antistites sine vllo discrimine vtebant. Partus primum in lucem editus, scelestum atque inaudita feritatis commentum! statim coacto cœtu in sublime iactabatur, singulis ab sese rejicientibus, quoad extremum spiritum exhalaret: cuius in manus venisset in ipso fugientis animæ articulo, is pontifex sacrabatur.*

h Extrau. sancta Romana de relig. dom. Pseudomonachi coerciti.

De varijs Fraticellorum sectis

a Pigna de Atest. prin l.3. Frater in voce Fraticell. b Annal. to XIV. an Chr. 1301 n.25.

Execrandaa Armanno auctore Fraticellorum hæresis.

57 Alterius Fraticellorum sectæ meminit Aluarus Pelagius c, eosque cum Sarrabaytis, id est, pseudoeremitis, Begardis, Beguinis, Apostolicis, confundit; in eo enim consentiebant vniuersi, quod religioso cultu impietatem velarent, ipsosque graphice ita depingit: *Isti vltimis temporibus hypocritalibus plurimi, maxime in Italia & Alemannia & prouincia Prouinciæ, vbi tales Begardi & Beguini vocantur, nolentes iugum subire veræ obedientiæ, sed libertate noxia potiri, nec seruare regulam aliquam ab ecclesia approbatam, sub manu præceptoris & ducis legitimi vocati Fraticelli, alij de paupere vita, alij Apostolici, aliqui Begardi: qui ortum in Alemannia habuerunt specie tenus, & quantum ad hominem exteriorem mundo renuntiare videntur; & dicentes, religiosos ab ecclesia approbatos promissas regulas non seruare, durante primo feruore deserta domestica penetrant; soli sedent vel pauci simul, paupertatem seruare videntur, abstinentijs se macerant, sed ventrē replent, disciplinæ operam dant: sed deficiente feruore, quasi post annum sedent sub vmbra iuniperi Ionæ III. cuius cinis ignem vsque ad annum conseruat: habita occasione de petenda eleemosyna, quam nequeunt petere nisi religiosi mendicantes ab ecclesia approbati, extr. de relig. dom. Religionum lib. VI. & inferius Declarato, vagari incipiunt, ad homines se conuertunt, laborare refugiunt, quia panem otiosum inueniunt: familiaritates, maxime fœminarum, nunc spiritualium, nunc aliarum accipiunt, XVIII. q. II. Diffinimus et c. Perniciosā: ets prædicant contra illud extra de hæresi. Cum ex iniuncto: de Deo loquuntur, dulces sermones proferunt, II. ad Timoth. III. Rom. vlt. simplices se ostendunt, per domos dominorum & viduarum conuiuantur, otio vacant, II. Thessal. vlt. dictis & enumeratis aliquot Pater noster, reliquo tempore aut pedes in commotionem dant, aut in suis cellis dormitant.* Et infra.

c Aluarus Pelag. de planctu eccl. l.2. c.51.

Nefariæ aliæ Fraticellorum factiones.

Discrepantes nominibus, sed hypocrisi consentientes.

Eorum studia.

58 *Et quia obedientia ligati non sunt, pro libito comedunt & bibunt, surgunt & ambulant, & ex occasione libertatis, quia corrigi non timent, nec per hominem visitari nec excitari, communiter poltronizant (vulgare est Italorum) id est, vitam pinguem volunt cum libertate & sine labore: dediti somno & vagationi continuæ, & pro leui commotione suborta loca, in quibus habitant, dimittunt & ab*

Et ignaua segnities.

vt ex illarum propinatione nos et aliquos ex eisdem fratribus nostris extinguerent. Et ne deficerent in sui mali executione propositi, propinationis habilitate negata, imagines cereas fecerunt sub nostro & ipsorum fratrum nominibus confici, vt magicis artibus, incantationibus vetitis, ac dæmonum inuocationibus reprobandis adhibitis, vitam labefactarent insontium per punctionem imaginum prædictarum. Porro licet huiusmodi perfidi proditores conceperint dolum huiusmodi, & vt iniquitatem parerent, opportunitates quærere, suosque frequenter curauerunt pro viribus exercere conatus; ille tamen, in cuius potestate hominis & mors & vita consistit, misericorditer resistentiæ manum apposuit, & a nocere nitentibus innoxijs noceri non sinens, potiones & tres ex imaginibus antedictis ab insperato in manus nostras deuenire concessit, &c. Dat. x. kal. maij. Instructa est ab ijs iudiciaria actio, redactaque in publicas tabulas hoc anno a, quæ in archæo Auenionensis palatij gerente Venusinam legationem Octauio Aquauiua Cardinale repertæ Romamque perlatæ anno MDXCIV.

Vt cereas imagines finxerint.

a M.S. Vat arch. sign. n. 19.

53 Fascinatarum illarum imaginum præcipuos artifices fuisse Ioannem de Amanto medicum, barbitonsorem, ac plures aulæ pontificiæ clericos, cultu dæmonum & commercio inquinatos, ex alijs literis colligitur: qui abiecto vero Numine, necromantiæ geomantiæque se addixerant; incluserant sæpius annulis, speculis, & circulis dæmones ad captanda vaticinia: succubis abuti non perhorruerant; nec veneno modo, sed solis etiam verbis perdere homines posse affirmauerant. In quos Bartholomæus episcopus Forojuliensis ac Petrus Textor in iure canonico emeritus, legum seueritatem distringere iussi sunt hisce literis b.

Sceleris auctores.

Ioannes, &c. venerabili fratri Bartholomæo episcopo Forojuliensi, et dilecto magistro Petro Texteris doctori decretorum.

b To. 1. ep. secr. 550.

Ad nostrum assertio fide digna, & sonorum quoddam vulgaris famæ proloquium nouiter perduxit auditum, quod Ioannes de Lemouicis, Iacobus dictus Brabantinus, Ioannes de Amanto medicus, & *infra*, & nonnulli alij, in nostra curia residentes, nolentes iuxta doctrinam Apostoli sobrie sapere, sed nimiæ vanitatis ebrietate desipere reprobis ausibus appetentes, se necromantiæ, geomantiæ, & aliarum magicarum artium moliminibus implicarunt & implicant, scripta & libros habentes huiusmodi artium: quæ quidem cum sint artes dæmonum, ex quadam pestifera societate hominum & angelorum malorum exortæ, vitandæ forent cuilibet Christiano, & omni penitus execratione damnandæ. Speculis & imaginibus secundum ritum suum execrabilem consecratis, vsi fuere frequenter; ac in circulis se ponentes, malignos spiritus sæpius inuocarunt, vt per eos contra salutem hominum molirentur, aut eos interimendo violentia carminis, aut eorum abbreuiando vitam violentia immissa languoris. Dæmones in speculis, circulis, seu annulis interdum incluserunt, vt eos nedum de præteritis, sed & de futuris inquirerent, futura ipsa, quæ præscire solius Dei est, ex illorum consultationibus prædicturi. Diuinationibus & sortilegijs se immiscuerunt perperam, Dianis nonnunquam vtentes. Sed etiam experimenta quamplurima quandoque fecerunt circa hæc & alia, per eos dæmonibus inuocatis. [Quod magos illos Dianis vsos narrat Pontifex, indicat ipsos cum dæmonibus succubis, qui olim gentiles venatricis mulieris forma delusere, rem habuisse. Similiter dæmones per hæc tempora muliebrem sexum contaminasse incuborum specie plangit Aluarus a Pelagius episcopus Siluensis hisce verbis: *Aliquæ*, inquit, *supponunt se dæmoni transfigurato incubo, sicut in quodam cœnobio sanctimonialium cum dæmoniacam vexationem post multas pœnitentias & consimilia & prædicationes non vsquequaque de eis potui extirpare: tantam enim familiaritatem cum quibusdam ex eis isti dæmones contraxerant, quod ad eorum aspectum non terrebantur; sed absque pauore cum eis loquebantur, & contrectabantur, sicut ex earum iudiciali confessione habui. Vere spiritus immundus in immunditia delectatur Luc. xi. xxxii. q. iv. In eo de pœnit. di. ii. Si enim in fin. Iob. xxxviii. Dormit in locis humentibus; id est luxuria humorosa.* Hæc Aluarus. Vt vero magi nefaria dæmonum societate & vi plures hominibus inferant calamitates, ex Pontifice audiamus] Nec verentur asserere, quod nedum potus vel cibi propinatione, quinetiam solius verbi prolatione hominum abbreuiare seu prorogare vitam, aut prorsus perimere, & ab omni possent infirmitate curare, talibus se vsos fuisse firmiter affirmantes.

De varijs incantamentis ab ijs exercitis.

Quæsitis dæmonum oraculis.

a Aluar. Pelag. de planctu eccl. l. 2. c. 45.

Immissis ab ijs in homines morbis.

Relicto præterea Creatore suo, in huiusmodi dæmonum suffragijs confidentes, eosque dignos arbitrantes, quibus seruiant & quibus honores diuinos impendant, illos idololatrarum more adorare cum exhibitione cultus & reuerentiæ præsumpserunt. His & alijs superstitionibus detestandis, & aduersantibus catholicæ fidei præfati clerici & barberius & eorum quilibet, necnon aliqui alij residentes in curia non semel, sed pluries institisse feruntur, nedum in suarum, sed & in quamplurium aliarum periculum animarum, &c.] Ad excindendam perniciosissimam pestem Forojuliensi episcopo ac Petro Textoris & Petro e Pratis doctoribus, pontificijs capellanis, contra eos eiusmodi labe inquinatos quæstionem exercere iubet. *Dat. Auin. iii. kal. mart.*

54 Postulatum etiam iudicio maiestatis, ac necis paratæ b Pontifici Hugonem Geraldum, episcopum Caturcensem, ferunt: quem plurimis alijs criminibus fœdasse dignitatem, ex apostolica in eum lata sententia c liquet. Arsisse quidem auaritia adeo, vt vi ac dolo ingentes pecunias extorqueret a subditis, quos sacramento postea deuinciebat, nunquam de ea re expostulaturos: nec minore elatum superbia in ijs reijciendis, qui ad sedem Apostolicam prouocassent; atque ob id flagitium episcopatu exauctoratum. Deiectum d etiam omni episcopali munere ac priuilegio e carcerique perpetuo ad crimen expiandum lacrymis mancipatum e ostendunt alia edicta pontificia consignata xv. kal. iunij. Verum ipsum e carcere a foro seculari raptum ad supplicium & vnco tractum, nudatū cute, ac flammis crematum, tradit Bernardus f; cuius verba pontificijs literis consentiunt, arguuntque de immani flagitio conuictum fuisse: *Degradauit*, nimirum Pontifex, *ac deposuit a sacerdotali ac pontificali ordine ac dignitate episcopum Caturcensem Hugonem Geraldi, ablatis ab eodem omnibus pontificalibus insignijs, videlicet annulo, atque mitra, & cappa cum Romana camisia, & birreto: sicque relictus in simplici habitu seculari fuit adiudicatus perpetuo carceri*

Geraldus episc. Caturc. lege maiestatis damnatus.

b Mart. Pol append.

c An. 2. p. 1. ep. com. 793.

d To. 2. p. 2 ep. secr. 380.

e Ib. ep. 381.] et extrau. di minis exp de pœnis.

f Ber. chr. Rom. Pon.

Quo ritu munere episc. exauctoratus.

Eduardus: cuius pium consilium vt promoueret Pontifex, ex sexennali decima, quæ a Clemente V. in concilio Viennensi pro expeditione Asiatica conficienda decreta erat, vnius anni decumam in Anglia, Scotia, Vvallia, & Hibernia colligendam, vt nomina ingentia, quæ contraxerat dissolueret, attribuit a: atque etiam vacantium in iisdem regnis, excepta Scotia, primo anno sacerdotiorum vectigalium, quæ fisco apostolico ad ecclesiæ leuanda onera inferri iusserat, mediam partem contulit b: Cumulauit hæc beneficia alijs diuinis: ad conciliandam enim ipsi atque Isabellæ Reginæ Numinis gratiam, & cœlestia comparanda munera, nonnulla indulgentiarum præmia ijs proposuit c, qui pro ipsis apud Deum preces funderent: tũ vt quem vellet Rex sacerdotẽ audiendæ exhomologesi sine casuum exceptione adhiberet, concessit d.

Beneficia Eduardo concessa a Pontif.
a Ib. ep. secr. 268. & an. 1. p. 3. ep. com. 2276. 2277. & 2284.
b To. 1. ep. secr. 355.
c An. 1. p. 3. ep. com. 2258. 2279.
d Ib. ep. 2281.

Neque illud hoc loco reticendum videtur, Pontificem exigi iussisse a Rigando quæstore e B. Petri denarium in Anglia, Vvallia, & Hibernia. Vtque similia adiungamus; cum electo Vpsalensi & canonicorum collegio prouinciam Ioannes dedisset f, vt denarium B. Petri in Suecia cogerent, Regem Sueciæ rogauit, hortatusque est, ne quid impedimenti in eo censu a Suecis persoluendo inferret. Nec solum ex Anglia, & Suecia, verum e Noruegia g etiam, Dania h, & Polonia i exegisse denarium S. Petri; datæ ad earum partium Reges, ac Lundensem, Nidrosiensem, Gnesnensemque archiepiscopos apostolicæ literæ docent. Gnesnensi vero partes præterea imposuit l, vt inter Ioannem episcopum ac ducem Cracouiæ pacem conciliaret.

Exactus denarius S. Petri in Anglia.
e To. 1. ep. secr. 300.
f An. 1. p. 1. ep. com. 103.
In Suecia. In Noruegia & Dania. In Polonia.
g Ib. ep. 97. 98.
h Ib. ep. 96. & 99.
i Ib. ep. 101.
l Ib. ep. 100.

50 Cingebant Poloniam infideles populi ac schismatici, Lithuani & Rutheni, crebris in illud regnum finitimasque prouincias excursionibus infestissimi: quos Pontifex ad Christianam mansuetudinem ac fidem pellicere studuit. Quo argumento ad duces Ruthenorum, præfixo hoc titulo, salutis inscribendæ vice: *Illum super cuncta venerari, cui cum voluerit subest posse*; extant literæ a tum ad ducem Lithuanorum, quem vt Romanæ ecclesiæ castris se coniungeret, eleganti oratione hortatur m: ex eo triumphaturos omnes fideles: ipsum magnum collecturum apud mortales decus, apud Deum vero æterna sibi præmia comparaturum. Fuisse illum Vitenem ex Polonis historicis n colligitur, quem bellum asperrimum cum Henrico magistro Prussiæ gessisse, ac mutuas clades intulisse accepisseque, referunt.

Schismatici & infideles in Poloniam excurrũt. Regẽ Rhuten. ac ducem Lith. inuitat Pont. vt accedant ad sinum ecclesiæ.
m Ib. ep. 103.
n Michou. l. 4. c. 14. & alij.

51 In eo publico orbis malo, ac frementibus ciuilibus bellis regnis omnibus & prouincijs, pontificia aula discordiarum expers non extitit: instigati enim sunt nonnulli Cardinales, vt coniurationes aduersus Pontificem conflarent; quibus facem prætulisse Bernardum de Artigia pontificium capellanum, Ioannes queritur in literis, quibus in nefarium hominem inquirendi partes Galhardo Regensi episcopo & Petro e Pratis commisit o: *Ad nostrum*, inquit, *assertio fide digna perduxit auditum, quod magister Bernardus de Artigia cantor Pictauensis, commensalis capellanus noster, & sedis eiusdem reuerentiæ filialis officium inofficiose præteriens, Dei timore postposito, & fidelitatis debito violato, illius qui primum schisma suscitauit in cœlo, stimulis, vt creditur, agitatus, nos & prædictos fratres nostros; qui in charitatis vnione fore firmissimi, & vnius moris in domo habitare debemus, ab inuicem diuidere, ac per exclusionem vnanimitatis separare pro posse satagit; & per se ac mediatores improbos zizaniam seminans, nonnullis ex eisdem fratribus, vt contra nos congregationes, conuenticula, & conspirationes iniquas inirent detestandis suggestionibus persuasit, quo sic separati sicque diuisi in mundi supportandis oneribus debiliores essemus; vnde nimirum, si facta relatibus consonant, se reum læsæ constituit maiestatis: cumque propterea, & periurij etiam in nostra præsentia per eum commissi prætextu, eum nostro fecerimus carceri detinere, multa quæ hucusq; nos de ipsius turpi vita latuerant nunc ad nostram audientiam sunt aliquorum delatione perlata, &c.*

Nonnulli Cardinales a Pont. abalienati.
o To. 2. p. 2. ep. sec. 377.
Dissensionis sator.

52 Sedata Cardinalium coniuratio, sed aliorum improbitas in maius exarsit odiorum incendium: appetitus enim est insidijs hoc anno Pontifex ab inimicis, quorum odia liuor accenderat: qui primum ad tegendum scelus veneno ipsum inficere moliti a sunt. Quo patefacto flagitio, Ioannes antidota aduersus veneficorum improbitatem comparauit, transmisitque b ad ipsum Margareta comitissa Fuxensis cornu serpentinum, magnarum ad venena detegenda virium: quod cum inæstimabilis pretij censeretur, Pontifex omnia sua bona mobilia & immobilia comitissæ actis gratijs eo nomine obligauit, atque anathematis pœnam ijs, qui illud multa ipsa detinuissent, incussit. Cum igitur Pontifex aduersus veneficorum insidias se muniret, impiorum vesania in tantum prorupit scelus, vt magicis artibus dæmonumque opera ipsum & nonnullos Cardinales morte afficere moliretur. Sed diuina prouidentia immane flagitium oppressit: quod cum in lucem emanasset, tanto sui horrore audientes perfudit, vt vix illi fides a probis adhiberi posset. De quo ambigente admodum Carolo marchiæ comite, Pontifex dubium omne discussit c: *Vt cuius suis*, inquit, *dubitationis scrupulum a corde tuo super hoc auferat detectio veritatis, scire te facimus, quod nonnulli degeneres filij, ac proditores iniqui, in nos & aliquos ex fratribus nostris S. R. E. Cardinales conspiratione commissa, dolum conceperunt vt perderent; & vt iniquitatem parerent, potiones & imagines parauerunt ad extinguendum nos & fratres eosdem, opportunitatibus sæpius perquisitis. Ille tamen in cuius potestate hominis mors & vita consistit, misericorditer resistentiæ manum apposuit, & a nocere nitentibus noceri innoxijs non permisit. Dat. Auin. VI. kal. augusti.* Nec modo Carolum marchiæ comitem, verum etiam alios principes ac Reges, peruulgata structarum Christi vicario insidiarum fama, armorum potentiam Ioanni aduersus ipsius hostes detulisse, e pontificijs literis colligitur, quibus eo nomine Philippo, Francorum, Regi grates egit d.

Pontificis hostes ipsum veneno necare tentãt.
a An. 1 p. 1 ep. cur. 65. & to. 1. ep. secr. & to. 2. p. 2. ep. 261. 262.
b To. 1. sup. ep. sec. 75.
c To. 1. ep. secr. 316.
Coniurãt in Pontificem & Cardd. magi.
Eorum artes diuinitus elusæ.

Agendum legibus censuit Pontifex in tanti sceleris auctores, & Galhardo e episcopo Regensi & Petro Textoris decretorum doctori, ac Petro f e Pratis iuris ciuilis perito, Petro g e Via equiti, atque Arnaldo e Triamno aulæ pontificiæ seneschallo prouinciam imposuit, vt quæstionem in eos veneficos & magos exercerent: quo edicto flagitij immanitatem ita suis circumstantijs ac ponderibus librat h: *Non attento*, inquit, *quod leges humanæ atrocius iudicant hominem veneno extinguere, quam gladio trucidare, potiones & venena mortifera præparari fecerunt*, vt

d Ib. ep. secr. 153.
e To. 2. p. 2. ep. secr. 374. & 781.
f Ib. ep. 375.
g Ib. ep. 385.
Institutũ in sceleris auctores iudicium.
h Ead. ep. 374.

Ioannes, &c. charissimo in Christo filio Regi Angliæ illustri.

Si gesta magnifica principum, quos temporibus retroactis produxit inclyta domus tua, qua decet, charissime fili, attentione consideres, & recenseas commemorationis officio diligenter, claris tibi patebit indicijs, & innotescet euidentibus documentis; immo potius ipsa veritatis notoriæ certitudo, vberrimis operum comprobata fructibus, demonstrabit quod, sicut principes ipsi natalium illustrium splendoribus claruerunt, sic deuotionis ingenuæ gratia præcellentes Romanam ecclesiam coluerunt vt matrem, & pro illius gloria, per quem honorum culmina possidentur, filialis reuerentiæ studijs amplisque donorum muneribus honorarunt. Et inter alia dona largiflua, quæ principes ipsi ducti beatæ considerationis spiritu eidem ecclesiæ contulerunt, claræ memoriæ Ioannes Rex Angliæ, vnus de principibus antedictis, deuote considerans & etiam recognoscens, quod etiam ipse Deum & matrem ecclesiam in multis offenderat, quod propterea diuina misericordia plurimum indigebat; nec quod haberet, quod digne pro satisfactione Deo & ipsi ecclesiæ debita facienda nisi seipsum & regna sua posset offerre, pro eo, qui se humiliauit vsque ad mortem humiliare se volens, Spiritus sancti gratia inspirante, non dolo inductus nec metu coactus; sed mera & spontanea voluntate communique consensu baronum suorum, Deo & beatis Apostolis Petro, & Paulo & eidem Romanæ ecclesiæ matri suæ, ac felicis recordationis Innocentio III. prædecessori & successoribus eius Angliæ & Hiberniæ regna cum omnibus iuribus & pertinentijs suis pro remissione peccatorum suorum & omnium de genere suo, tam viuorum, quam etiam mortuorum, totaliter obtulit & concessit, ex tunc a Deo & ab eadem ecclesia Romana recipiens, & tanquam feudatarius tenens illa, in præsentia bonæ memoriæ B. Tusculani episcopi tunc Apostolicæ sedis legati & Pandulphi subdiaconi & familiaris prędecessoris eiusdem, Deo & Apostolis prædecessori ac successoribus, & ecclesiæ Romanæ prædictis: & iurauit; & eidem legato homagium ligium pro regnis eisdem Deo & Apostolis, ac prædecessore & successoribus ac Romanæ ecclesiæ prædictis, loco & vice ipsorum recipienti publice fecit; successores & heredes suos, de vxore legitima procreatos, vt Romano Pontifici, qui esset pro tempore & ipsi ecclesiæ Romanæ fidelitatem deberent secundum condictionem præstare, & homagium recognoscere in perpetuum obligando. Et ad huiusmodi perpetuæ obligationis & concessionis indicium voluit idem Ioannes Rex & etiam stabiliuit, vt de proprijs & specialibus redditibus regnorum ipsorum pro omni seruitio & consuetudine, quæ pro ipsis facere deberet, saluo per omnia denario S. Petri, eadem ecclesia Rom. mille marcas sterlingorum, videlicet in sancti Michaelis quingentas & in resurrectionis festiuitatibus totidem marcas eiusdem monetæ; septingentas videlicet pro Angliæ, & trecentas pro Hiberniæ regnos in perpetuū reciperet & perciperet annuatim, iustitijs, libertatibus, & regalibus suis sibi, & heredibus eius saluis. Quæ quidem omnia Rex præfatus rata volens esse, perpetuo atque firme se ac successores suos contra ea non venire specialiter obligauit; & si ipse vel aliquis successorum suorum id attentare præsumeret, quicumque esset, nisi commonitus resipisceret, a regni iure caderet supradicti: prout hæc omnia fama notificat, & chronicarum inspectio manifestat. Et licet tam idem Ioannes, quam alij successores sui huiusmodi censum ex dicta causa soluisse ferantur (claræ memoriæ Eduardo Rege Angliæ genitore tuo, qui aliquanto tempore, ac te, qui sibi in regno præfato succedis, ab eo tempore quo, Deo volente, prædicti regni gubernacula suscepisti, vsque ab præsentem annum, quo nobis & eidem ecclesiæ de dicto censu satisfactionem impendisti debitam, & te per nuncios speciales certo modo satisfacturum de ipsius census residuo promisisti, a solutione census huiusmodi propter incumbentia vobis onera diuersa cessastis, dumtaxat exceptis) aliqui tamen ex successoribus ipsis, & præsertim tu ac genitor antedictus, præstare fidelitatis huiusmodi iuramentum, & recognoscere memoratum homagium eisdem prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus omisistis.

Vt Ioannes Rex Angliam Rom. eccl. beneficiariam constituerit.

Legato Card. fidem obstrinxerit.

Censum spoponderit.

Eduardus pater ac filius clētum sacramentum exhibere sedi Ap. prætermiserunt.

48 Quæsumus igitur, amantissime fili, celsitudinem regiam rogamus attentius, & hortamur in illo, qui Regibus dat salutem, tibi patris more beneuoli tuæ potissime considerationes salutis sano consilio suademus, quatenus prudenter attendens, quod reuocari non debent, quæ Deo sunt affectu piæ deuotionis oblata; & attente considerans, quod grauiter, non absque propriæ detrimento salutis, displicuerint Altissimo, qui a recognitione dicti homagij, & præstatione iuramēti huiusmodi cessauerunt; in manibus dilectorum filiorum nostrorum Gaucelini tit. S. Marcellini & Petri presbyteri ac Lucæ S. Mariæ in via lata diaconi Cardinalium nuntiorum sedis eiusdem, vel alterius eorundem, si casu contingeret, ipsorum aliquem impediri, homagium recognoscere, ac iuramentum exhibere prædicta, nostro & ipsius ecclesiæ Romanæ vice ac nomine, pro diuina & dictæ sedis ac nostra reuerentia, tuæque salutis augmento, sicut benedictionis filius spontaneus non omittas: vt proinde superna clementia in tuis processibus & agendis tibi dexteram suæ protectionis extendat magis propitiam & benignam, & spiritualis patris animus ad tam chari filij proficuum incremētum feruens & anxius, quantum cum Deo fieri poterit, promouendum tanto efficacius excitetur, &c. *Dat. Auin. xvi. kal. aprilis anno* 1. Obsecutum pontificijs iussis Eduardum non constat; illum certe censum mille marcharum pro regnis Angliæ & Hiberniæ a Ioanne Rege constitutum ipsis idibus aprilis huius anni pontificio ærario intulisse, cuius media pars festo resurrectionis dominicæ, altera die S. Michaeli sacra pendēda erat, docet Ioānis syngrapha, qua de eo soluto Eduardo cauit. a

Religiose a maioribus promissa temere non violanda

Cēsus ab Eduardo persolut°.

Dum in Anglia Cardinales imposito sibi munere fungebantur, a nefarijs prædonibus spoliati sunt b. Ad quorum vindicandam iniuriam Ioannes censuras ijs, qui Cardinales insigni iniuria afficiunt incussas ab Honorio III. cuius diploma c suo loco attulimus, in facinoris auctores distringere iussit d ac ne homines impij censuras ecclesiasticas sacrilego contemptu eluderent, Pontifex Eduardum Regem, præsules d Anglos, ac proceres e, vt illos meritis pœnis afficerent accendit f. Præterea eundem Regem alijs literis est adhortatus g, vt libertatis ecclesiasticæ violatores comprimeret, & Cardinalibus ad ecclesiarum splendorem asserendum opera non deesset.

a An. 1. p. 3 ep. com. 2100.
b Vvalsin in Eduard. II.
c Ext. to. 13. ann. Chr. 1225 sub fin.
d An. 1. p. 3 ep. 400. 402. 403.
e Ib. ep. 398.
f To. 1. ep. secr. 396. & 366.
g Ib. ep. 396.

Ad tuendam libertatem ecclesiasticā excitatur.

49 Deuouerat se religiosæ militiæ, accepto crucis symbolo, ad instaurandas res Syriacas Eduar-

offensiuncula lacessitus a regio obsequio se subduceret; nonnullosque comiti deuinctos ad eum in Regis partes adducendum incumbere iussit a. De comitis Lancastriæ aduersus Regem irarum caussis, pluribus agit Vualsingamus b, adductum nimirum in suspicionem Eduardum conflatæ in comitem fœdæ proditionis ac sua auctoritate ijs studuisse qui comitissam Lancastriæ abduxerant. Cæterum Pontifex optimis monitis imbuit Regem ad regnum probe temperandum, vinciẽdam populorum fidem, augendum diuini Numinis decus, tuendas ecclesias, regiamque componendam; quæ subiectis literis eius animo infundere studuit c.

a Ib. ep. 257.
b Vualsin. in Eduar. II.
Irarum caussæ.
c To. I. ep. secr. 136.

Charissimo in Christo filio Eduardo Regi Angliæ illustri.

Salubria ad Eduardum data a Pont. monita.

Vrget nos Christi charitas, vrget illa specialis affectio, quam ad tuæ salutem animæ & ad tui gerimus stabilimentum honoris, aliqua tibi scribere, quibus lectis & plenius intellectis, saluti tuæ & regni tui quieti prouideas, & periculis imminentibus eo certius, quo prudentius via gradiens æquitatis occurras. Hæc est sane nostri summa propositi, vt tuum studium excitemus ad te, tuos, & tua tam prudenter quam prouide ordinanda. Ad tuam autem ordinationem illud principaliter pertinet, vt Regem Regum super omnia diligas, eius venereris ecclesias, & honorifices sacerdotes: tuo iure contentus, nil cupias vel retineas alienum. Diuinum officium reuerenter audias, & deuote nullius colloquium cum celebrationi diuinorum intereris, citra necessitatis exigentiam admissurus: ecclesia namque domus orationis, non collocutionis esse describitur, & qui in oratione colloquitur Domino maiestatis vnam magnam ei facit iniuriam, qui colloquentem sibi audire creatorem omnium dedignatur, illumque sibi precatur intendere, cui ipse deprecans non intendit.

De colendo Deo.

Facili subditis præbendo ad se aditu.

Audito vero, vt præfertur, officio te tuis adibilem præbeas quoties opus erit, tutela tui corporis loci ac temporis opportunitate seruatis; nec te leuibus aut puerilibus implices, qui quæ sunt digna principe cogitare, & te illis solerter occupare teneris. Cum enim eras paruulus, si sapiebas aut faciebas vt paruulus, æquanimiter poteras tolerari: nunc autem cum in ætatis plenitudinem euasisti, cum suscepisti vnctionis regiæ sacramentum, prorsus euacuare debes quæ ad paruulum pertinent, & ab eis ob consecrationis reuerentiam, cuius virtus non infirma fore dignoscitur, temperare. Nam & in Dauid, postquam a Samuele propheta Domini vnctus fuit, directus est spiritus Domini ab illa die, & in reliquum; & Saul post inunctionem in virum mutatus alterum prophetare cœpit, cum accessisset ad cuneum prophetarum. Caussa pupilli, viduæ, inopis, ac mendici ad te licenter introeat: & in decernendo fauoris dexteram, aut sinistram odij regia sublimitas non admittat.

Tuenda regia grauitate.

Explicanda in miseros clementia.

46 Porro ad tuorum ordinationem specialiter illud spectat, vt habeas bona latera, viros sapientes, prouidos & fideles te diligentes ex animo, quorum distincta sint decenter officia. Sciat quisque quid sibi faciendum incumbat, & promiscuis actibus non turbentur. consiliarios eligas, & retineas iam electos, qui sciant regere te & regnum, qui nec minutis alliciantur munusculis, nec magnis muneribus excæcentur, in genio naturali dotati, literarum scientia præditi, vel multa & grandia saltem experti; non præcipites in consilio, non inciuiles in verbo, non somno, non otio, non crapulæ dediti, non impatientes consortij, & qui sciant, velint, & audeant bene tibi consulere: qui & impotentiam tuam, si statim non satisfacias indigentibus, negligentiam vel duritiam, si non semper, vt decet, vel recipias venientes, vel respondeas aliqua postulantibus curialiter, nouerint excusare. Cum talibus, fili charissime, tracta regni tui negotia, & de illius tuitione dispone, quorum consilia, cum audieris, non subijcias seorsum abiens iudicio imprudentum; nec tuæ innitens prudentiæ præferas sententijs talium id quod sentis, aut eorum responsa iudicari patiaris ab eis, qui non intelligunt se vel illos: sed si forsan aliquis asserat quicquam fore sibi consultius reuelatum, id ad totius consilij examen reducere non omittas. Sedeant in curia tua, cum & tu ipse vacare non poteris omni die iuridico, aliqui sapientes, qui ea, quæ poterunt expediri, ibidem expediant, & quæ tractum habebunt, tibi renuntient, vt vel detur forma expeditionis eiusdem, vel ad suos iudices remittantur. Iudices & officiales gratis constituas, vt per id eos ad vitandũ vitium venalitatis inducas.

Adhibendis optimis consiliarijs.

Librandis consultorum sententijs.

Administranda iustitia.

Cæterum ad dispositionem domus tuæ, quam deordinatam in plurimis mundus clamat, præsertim in sumptibus excessiuis, credimus expedire, vt aliquam personam maturam habeas & honestam, quæ videat & prouideat, quod nec ex nimia parcitate quicquam tuo honori desit, nec ex defectu debitæ prouidentiæ bona tua a garsionibus & gulosis hominibus aut alijs personis turpibus consumi contingat. Cum enim bella Christi in terræ sanctæ subsidiũ disponas deuote peragere, propter quæ te multa expẽdere necessario oportebit, necessarium tibi prorsus esse dignoscitur, vt in cibis, vestibus, & alijs sumptibus faciendis, ac retinenda familia decens moderamen apponas: vt videlicet superflua resecces, & nedum tenaciæ notam, sed & næuum prodigalitatis euites; sciturus quod nos & fratres nostri non aliter facimus, quam quod te facere in hac parte monemus, prout per nuntios tuos inde poteris plenius informari. Nec te pudeat de receptis expensis rationem certis audire temporibus, cum ad id magnatum prouoceris exemplis, & nos hoc ipsum tibi & imminentibus celsitudini tuæ negotijs perutile iudicemus. Sic denique in his & alijs te, tuos, & tua salubriter ordina, quod & Deo cedat ad gloriam, tibi ad commodum, tuis ad gaudium & exemplum.] Erudiuit vero alijs literis Pontifex Anglos proceres a ac præsules b, qui gratia & auctoritatem apud Eduardum florebant, quibus ipsum præceptis saluberrimis essent informaturi ad sceptrum egregie sustentandum, prouecturique ad virtutes regio fastigio dignas.

Componenda regia familia.

Castigando luxu.

Proceres alijs præceptis salubribus informati
a Eod. to. I ep. secr. 223. 224. 225. 226. 227. 228. ad ep. 254
b Ib. ep. 258. ad ep 267.

47 Non ad comprimendas modo turbas Cardinales legati c missi in Angliam, verum etiam ad recuperanda Romanæ ecclesiæ iura, quæ præteritis temporibus obsoleuerant; vtque sacramento fidei Eduardum Regem adigerent. Quo argumento grauissimis literis ipsi propo-suit d, vt Ioannis Regis exemplo, qui Innocentio III. Angliam & Hiberniam ex pietatis sensu stipendiarias constituerat, fidemque sedi Apostolicæ deuouerat, Cardinalibus clientis officia exhiberet.

c Ib. ep. 239. 240. 275.
Sollicitatur Eduardus vt Cardinalibus legatis fidẽ clientelæ nomine, addicat.
d An. I. p. I ep. cur. 242.

quem non regio, sed magnifici viri titulo ornat, vt Cardinalium monitis obsequentes essent, admonuit. Alijsque literis ad Robertum datis a, cur regium nomen, quod apud Scotos sibi pepererat, ipsi non ascriberet, excusauit his verbis: *Quia, inquit, dissensionis negotio inter te ac præfatum Regem super Scotiæ regno pendente, decenter non possumus tibi regij tituli nomen ascribere, prudentia tua moleste non ferat, si te Regem Scotiæ in eisdem literis omisimus nominare: præsertim cum ad nominationem huiusmodi fratrum nostrorum consilium nequaquam accederet; nec Romana ecclesia mater tua, quæ suos processus & actus in statera æquitatis appendit, inter dissidentes consueuerit aliquid cum præiudicio alterius immutare. Dat. XVI. kal. aprilis anno 1.*

a Ib. ep. 263.

Excusat se apud Robertū Pont. cur Regis Scotiæ nomē ei non ascriberet

Grauiter rem accipit Robertus.

Negatum sibi a Pontifice regium nomen Robertus non æqui bonique accepit; sed adeo exarsit ira, vt ne quidem ad pontificias literas admittendas, cum de pace agendum esset, nisi regio nomine compellaretur, flecti potuerit: qua de re agetur inferius. Confirmarat is adeo potentiam, vt non Scotiam modo obtineret, verum alijs regnis Eduardum pellere moliretur. Quæ res cum iniusta admodum visa esset, vocante in ius Robertum Brusium Eduardo apud sedem Apostolicam; illique crebras in Angliam, Vualliam, Hiberniam excursiones, templorum euersiones, populationes agrorum, disturbata Syriacæ expeditionis a synodo Viennensi decretæ consilia, obijciente; Ioannes Æliensi & Noruicensi episcopis b, tum etiam Cardinalibus legatis c infligendarum Roberto censurarum partes dedit, si ipsum euertisse ecclesias constaret, neque ad crimen expiandum permoueri posset, vel etiam ab Anglia, Vuallia, & Hibernia inuadendis abduci: nec modo ipsum, verum etiam omnes, qui ad ea regna infestanda Roberti partibus se irretirent, defigi d anathemate; tum illius subditos sacramenti illi præstiti religione exolui e, rescindique fœdera iussit. Immo Pontificem ipsum incussisse eas rebellibus, ex literis f ad Cantuariensem archiepiscopum ac suffraganeos datis constat, quibus hisce verbis conceptam anathematis formam promulgandam præscribit: *Cum sicut displicenter audiuimus, nonnulli nobiles & magnates Regem ipsum & regnum Angliæ, ac terram suam Ibernia inuadere ausu nitantur illicito, in eos, vel præbentes auxilium, consilium, vel fauorem*, & infra, *excommunicationis sententiam promulgamus, a qua eos sine speciali mandato sedis Apostolicæ, nisi forsan in mortis articulo, prohibemus absolui: in quo si fuerint absoluti, & ipsos contigerit sanitati restitui, nisi satisfecerint infra mensem, eadem sententia ligari volumus eo ipso, &c. Dat. Auin. kal. aprilis anno 1.*

b An. 1. p. 3 ep. 2283.
c An. 1. p. 1 ep. cur. 392.
d Ib. ep. 361.
e An 1. p. 3 ep. com. 2189.
f An. 1. p. 3 ep. com. 2189.

Hiberni Roberto fœderati deuincti anathemate.

43 Occupare Angliam, Vualliam, & Hiberniam Robertus tentabat non tam viribus suis, quam perduellium populorum armis, qui ab Eduardo exasperati grauioris seruitutis iugum a suis ceruicibus depulerant. Inter cæteros enim Hiberni literas grauissimis querelis refertas ad Cardinales legatos misere, quibus significarunt, intolerabili tyrannide ad arma in Eduardum corripienda se compulsos fuisse; violatasque ab eodem Rege leges, quibus Adrianus Pontifex olim Hiberniam Angliæ contribuerat. De quibus Ioannes a Cardinalibus certior factus, subiectis literis ad leuandum populorum iugum regiamque clementiam in eos explicandam Eduardum est adhortatus g.

Ob Eduardi tyrannidem queruntur ad arma se compulsos esse.

g To. 2. ep. secr. 506 ext. etiam in bull. in Io. XXII. const. 4.

Ioannes, &c. Eduardo Regi Angliæ illustri.

Ecce, fili, quasdam recepimus literas, directas pridem per Ibernicos magnates & populum dilectis filijs nostris Gaucelino tit. SS. Marcellini & Petri presbytero & Lucæ S. Mariæ in via lata diacono Cardinalibus Apostolicæ sedis nuntijs, & per eos nobis suis interclusas literis destinatas: in quarum serie vidimus inter cætera contineri, quod cum felicis recordationis Adrianus Papa prędecessor noster sub certis modo & forma, distinctis apertius in apostolicis literis inde factis, claræ memoriæ Henrico Regi Angliæ progenitori tuo, dominium Iberniæ concessisset; ipse Rex ac successores ipsius Reges Angliæ vsque ad hæc tempora, modum & formam huiusmodi non seruantes, quinimmo eos transgredientes indebite, diris afflictionibus & grauaminibus inauditis, importabilium seruitutum oneribus, & tyrannidibus inhumanis ipsos eo miserabilius & intolerabilius, quo diutius oppresserunt, nec fuit hactenus qui reuocaret illata grauamina, aut errata corrigeret: non fuit quem pia compassio super eorum contritione moueret, quamuis super his ad te recursus habitus fuerit, & clamor validus oppressorum aures tuas quandoque pulsarit: vnde, talia ferre nequeuntes vlterius, coacti sunt se a domo tua subducere, & alium in suum regimen aduocare.

Eduardū Pont. grauiter corripit.

44 Hæc, dilectissime fili, si veritate nitantur, tanto nimirum infestiora nostris accedunt affectibus, quanto desideramus intensius te, vt tibi prospera cuncta cedant, circa illa versari sedule, eaque promptis affectibus exequi, quæ tuo sint placida creatori, & ab omnibus abstinere solicite, per quæ contra te debeat prouocari Deus ipse ac dominus vltionum, qui gemitus afflictorum iniuste minime despicit, & qui propter iniustitias peculiarem suum deiecisse describitur populum, & translationem fecisse regnorum; quanto etiam desiderabilius, his præsertim impacatis temporibus, cupimus te illis libenter intendere, per quæ tuorum corda fidelium ad tuam beneuolentiam & obedientiam debeant allici, & illa pro se vitare, quibus valeant a tuæ cultu deuotionis auelli. *Et infra*: Vt autem de prædictis grauaminibus & querelis, quibus prædicti innituntur Ibernici, tuis sensibus innotescat, ad plenum præscriptas literas missas Cardinalibus antedictis; tum formam literarum, quas prædictus Adrianus prædecessor noster eidem Henrico Regi Angliæ de terra Iberniæ concessisse dicitur, tuæ magnitudini mittimus præsentibus interclusas. *Dat. III. kal. iunij.*

Monet vt præterita emendet.

45 Conciliasse sibi Eduardum, pontificijs excitatum monitis, Hibernos, e felici rerum ipsius in Hibernia euentu colligitur. Concitatos duobus iam ante annis eos populos ab Eduardo Brusio Roberti Scotiæ Regis fratre, cuius exemplo Hibernicam coronam arripuerat, Thomas Vualsinghamus scribit a: sed anno insequenti ab Regis Anglorum fidissimis clientibus cæso magno Scotorum numero, captum & capitis sententia in loco, cui Dondalk nomen est, ob desumptum insigne regium damnatum. Vt vero Ioannes Eduardum ad mulcendos Hibernos, ita ad Anglos proceres sibi deuinciendos, conciliandumque Thomam Lancastriæ comitem, quem in se concitarat eo tempore, quo Anglia grauissimis tumultibus fluctuabat, instruxit b: alijsque literis c Thomam ipsum est adhortatus, ne leui offen-

a Vualsin. in Eduard II.

Vt Roberti Brusij frater Hibernicam coronam corripuerit.

b Io. to. 1. ep. secr. 216.
c Ib. ep. 217.

Rex Castellæ ac Petrus princeps in clientelam apost. adsciti. a lib. ep. 2125. conficienda, eumue iniuria aliqua afficeret, ipsum & Castellæ ac Legionis Regem, dum bellum sacrũ in Mauros gererent, in apostolicam clientelam admisit a: ac Toletano & Hispalensi archiepiscopis, atque episcopo Cordubensi, quos paulo ante memoraui, partes dedit, vt censuris eos, qui ipsos lacesserent, percellerent. Elusit pontificiam solicitudinem, fregitque præclara Petri Sancij consilia procerum Castellæ intestina dissensio; Ioannis principis inuidia sacra consilia diiecit b Marian. de reb. Hisp. l. 15 c. 16. accusat enim Ioannis alterius regiæ procuratoris inuidiam Mariana b, quem ait in Petrum simultates concepisse, cum sacerdotiorum decumas, se excluso, ab eo administrari, ac belli pacisque consilia ad eum referri, atque in dies æmulum crescere potentia intueretur.

Queritur Iacobus Rex Arag. in belli sacri societatem nõ vocari. 39 Suffusus etiam aliqua in Petrum inuidia visus Iacobus Rex Aragonum, qui apud Pontificem questus est c, se in belli sacri & gloriæ societatem non vocarum, cum plura pro fide augenda facinora egregia in Mauros explicuisset. Pontificis responsũ. c To. 1. ep. secr. 152. Cui respondit Pontifex, nullam querendi materiam subesse, cum ipsius oratores eam suscipiendi in Saracenos belli prouinciam non poposcissent; neq; enim huiusmodi negotia nisi in Cardinalium consistorijs agitanda: pergeret operã dare redintegrandæ inter Siciliæ & Trinacriæ Reges amicitiæ, qua perfecta solemnes ad sedem Apostolicam mitteret oratores, atque e Cardinalium cõsensu inferendi Mauris belli consilia se adiuturum. Extulit vero magnis laudibus eiusdem Regis pietatem, qui pro liberandis e Babylonij soldani seruitute Christianis onustam mercibus nauim mittere decreuerat: sed ne censuras ob veticum cum Babyloniis commercium contraheret, facultatem flagitanti assensit Pontifex; modo ferrum, equi, arma, ligna ue conflandis apta nauibus barbaris non inueherentur.

Templariorum bona, in Aragonia sita, adiudicata Hospitalarijs. 40 Decisa est hoc anno vetus controuersia de Templariorum bonis, quæ in Aragonum Regis ditione erant, Hospitalarijs adiudicandis: Iacobum enim Regem in concilio Viennensi oratorum opera obstitisse, atque a Clemente controuersiæ soluendæ diem constitutam; sed rem illius morte discussam vidimus. Consultum vero ita est Hospitalariorum rei, vt etiam regno cautum sit, attributis arcibus Templariorum, quæ in regni confinijs sitæ erant, alijs religiosis equitibus Calatrauensibus, vt ab excursionibus barbarorum limitem vindicarent. Constituta in Aragonia Mõtesiæ religiosa militia. d Surit. ind. l. 2, hoc anno. e Marian. l. 5. c. 16. Institutos tunc conuentus militiæ S. Mariæ & S. Georgij tum Montesiæ, creatumque ordinis principem Guillelmum Brilium, refert Surita d: eam vero religiosam militiam Calatrauæ quidem contributam narrat Mariana e, proprio tamen magistro in veste candida, cruce rubra simplici planaque insignem, cui Cisterciensium instituto legibusque viuere mandatum est, cuius virtute bellica repressi Mauri, qui Valentina litora infesta reddebant. Alia in Lusitania condita. Addit auctor excitatam aliam a Pontifice proximo tempore in Lusitania nouam militiam, cui a Christo nomen est, eo regno nobilissimam, ac rubra cruce linea candida intersecante distinctam; Templariorumque ædes, oppida, prædia ipsis concessa; ad castrum Marinum præcipuum ordinis domicilium positum, indeque Touarium traductum.

Equestrẽ S. Iacobi ordinem redintegrare studet Pont. Ita vero nouis creandis ordinibus militaribus Ioannes operam dedit, vt ad restituendum veterum splendorem, ac redintegrandam dignitatem incubuerit. Discesserant iamdiu a supremi magistri obsequio in Lusitaniæ & Algarbij regnis S. Iacobi equites: cuius dissensionis labes inde olim fluxerat. Nicolai III. Romani Pontificis temporibus militiæ S. Iacobi magister, cum sæpius Algarbij & Lusitaniæ ædes obire coactus, bona in dies dissipari ac disciplinam exolescere videret, rem sedi Apostolicæ detulit: ac Nicolaus, vt malo mederetur, edixit vt Lusitaniæ & Algarbij equites magistrum crearent, cui bonorum administratio committeretur; omnes tamen supremi magistri auctoritati obnoxios iussit esse, eiusque imperijs obsequentes: at illi eius mox iugum excussere, ac Nicolaum afferre malo remedium meditantem mors oppressit. Tenente vero summum pontificatum Cælestino V. Lusitani equites ab ipso dolo obtinuere, vt Nicolai constitutionem confirmaret: verum Cælestini successor Bonifacius VIII. de re tota edoctus, Nicolai & Cælestini decreta conuulsit, ac Lusitanos & Algarbianos S. Iacobi equites, obiecta anathematis religione, ad pristinam cum Castellanis equitibus coniunctionem, supremique magistri obsequium reuerti imperauit, ne illius exempli pernicies in Hospitalarios, Minoritas, ac Prædicatores emanaret. Lusitanos & Algarbianos equites magistro Castellano parere iubet. Paruere illi tũ quidem, sed postea pastore viduata Apostolica sede, magno Regis Castellæ ac supremi ordinis magistri contemptu principem sibi præfecere. Quorum pulsatus querelis Ioannes Papa Algarbij & Lusitaniæ equites S. Iacobi ad veterem viuendi formam, ac magistri Castellani obsequium redire iussit. a

a An. 1. p. 4. ep. com. 3366. b Io. Marian l. 15. c. 16. & alij.

41 Vt vero enisus est sua auctoritate equitum audaciam cõprimere, qui magistro obsequia præstare respuerent; ita Dionysij Regis subditos, qui ab eius imperio se subduxerant, ad officium adducere studuit. A Dionysio Reg. Alfonsus filius dissidet. Excitatam quidem in Lusitania periculosissimam dissensionem hoc anno, Discordia erumpit in bellum Hispanici auctores docent b, cum Alfonsus filius sceptri hæres Sanctium furto genitum, impurisque natalibus notatum apud patrem nimia auctoritate pollere indignaretur: eoque prorupit ira, vt patri bellum indiceret, quem ea suspicione aspergebat, abdicandi sui consilia agitasse, atque a legitimo in spurium sceptrum traducere meditari. c To. 1. ep. secr. 321. d Ib. ep. 322. Rebelles censuris percussi. e Ib. ep. 323. Proceres in partes scissi: Conimbria Portusque ab Alfonso occupati sunt. Adhibuit Ioannes apostolicam operam, vt funestum bellum extingueret, anathematisque sententia eos omnes, qui turbarent rempublicam, ac Dionysio negotium facesserent, defixit c: cuius diuulgandæ Elborensi d episcopo prouinciam dedit. Excitatus Dionysius ad expiãda lacrymis præteritã scelera. Et quidem regiam dignitatem in graue periculũ adductam, ostendunt Pontificis literæ e ad Dionysiũ datæ, quibus eum ad eluenda lacrymis anteactæ vitæ scelera hortatur: tum enim victoriam de hostibus certissimam relaturum, cum maculas omnes sacra pœnitentia deleuisset.

Anglia bello implicita. Induciæ inter Eduardum & Robertum Brusium indictæ. f An. 1. p. 1 ep. cur. 271 Cardd. legati missi. Demandata ijs au ctoritas. g Ib. ep. 243. 244. 246 253. 254. 256. 259. 260. h Ib. ep. 272. 273. i Ib. ep. 276.

42 Parem solicitudinem ad pacem in Anglia, Scotia, & Hibernia adducendam contulit Ioannes. Ardebant ea regna bello grauissimo, ex quo Robertus Brusius Scotiæ regnum, excusso Eduardi primi iugo, inuaserat: ac post grauissimas clades acceptas, illius defuncti filium parenti militari virtute ac peritia imparem opprimebat. Ad extinguendum itaque atrox adeo incendium Pontifex inducias primum inter Eduardum Robertumque, obiecta violatoribus censurarum religione, indixit f: tum Gaucelinum tit. S. Marcellini & Petri presbyterum, ac Lucam S. Mariæ in via lata diaconum Cardinales legauit g, amplissimis mandatis instructos h misit. Eduardum i vero Regẽ ac Robertũ l, quem

in qua vicit a Guelpha factio, ac Gibellina voluntarium sibi exilium consciuit. Cæterum erupit ex discordia sequenti anno in bellum atrox, ad quod extinguendum Ioannes apostolica solicitudine non defuit. Nec minus operæ contulit b, vt Genuenses ab inferendo Henrico Cypri Regi bello abduceret, ac demum peruicit, vt classem ad vastandam Cyprum non immiterent; qua de re Robertum Siculum c, ac tum etiam Henricum d ipsum certiores fecit, Genuenses decreuisse ad kal. martias anni Domini MCCCXVIII. exercitum in Cyprium non missuros: non tamen priuatos ijs inducijs contineri, quos acceptarum iniuriarum dolor ad expetendam vltionem impelleret; adduci enim ipsos in spem, Genuenses qui tenerentur a Cyprio Rege in vinculis, libertati restitutum iri, vt facilius concordia coalescere possit. Neque illud prætereundum, rogasse Pontificem alijs literis e Henricum, vt commeatus Rhodijs equitibus, qui rei frumentariæ inopia laborabant, suppeditaret; sineretque debita vectigalia Cypro educere, donec inter Fulconem e Villareto & Mauritium e Pagnaco suborta de magistratus supremi dignitate contentio esset apostolica auctoritate dirempta.

a Io. Vill. l. 9. c. 85. Guelpha factio Genua Gibellinam pellit. b To. 1. ep. secr. 72. c Ib. ep. 132. d Ib. pag. 127. Genuenses a bello Cyprio retardat Pont. e An. 2. p. 2 ep. 24. Bos. hist. Hosp. eq. p. 2. l. 1. Controuersia de summo ordinis Hospitalariorum magistratu exorta.

Desciuerat a pristina virtute Hospitalariorum equitum princeps Fulco Villaretus, captaque Rhodo, non ad proferendum Christi cultum in Syriam extulerat mentem, sed in delitias abiecerat; præteritisque insolescens victorijs, intentusque priuatæ rei, publicas curas spernebat: quocirca equites, cōmunicato inter se consilio, eum opprimere ex insidijs adorti f sunt: quas cum effugisset, ij instituto iudiciorum ordine, illum exauctorarunt, sibique præfecere Mauritium e Pagnaco. Ad quas componendas turbas decreti sunt a Pontifice internuncij, ac Fulconi & Mauritio dicta g dies, vt apostolico tribunali se sisterent. Vt vero, Fulcone cedente principatu, Elionus ordini præfectus fuerit, dicetur inferius.

f Bos. ib. Equitum Rhodior. in principem suū coniuratio. g Ib. h To. 1. ep secr. 371. Bos. hist. eq Hier. p. 2. l. 1.

Miserat h hoc tempore Osinius Rex Armenorum ad sedem Apostolicam, Regesque occidentales oratores, quorum princeps erat Iacobus episcopus Cabanensis, vt ipsos ad expeditionem pro recuperanda Syria conficiendam incitaret; quos cum excepisset Pontifex, atque ad Philippum Francorum Regem dimisisset, significauit Osinio Philippum ad traducendum in Asiam exercitum egregie animatum. Et quidem Philippus pio ardebat instaurandæ rei Syriacæ desiderio: sed ob exortas in occidente turbas ipsum postea Ioannes ab eo consilio retardauit. i

Osinius Rex Armen. principum ad uersus Sarac. implorat auxilium. i To. 2. p. 2 ep. secr. 54 l An. 1. p. 1 ep. com. 1000.

36 Interea vt vires hosti subduceret, intentato anathemate, merces Saracenis inferri l vetuit. Cum vero Genuenses nōnulli auaritiæ furijs perciti edicta de ea re pontificia violarent, Babyloniorumque nefario fœdere inficerentur adeo vt etiam execranda Mahometis signa præferrent, ipsos Pontifex ad Christianam pietatem grauissimis literis reuocare studuit m: *Ad nostrum*, inquit, *non sine turbatione mentis peruenit auditum, quod nonnullorum conciuium vestrorum animum sic occupauit sæua cupiditas, vt qui gloriantur nomine Christiano, Saracenis nominis prædicti blasphemis, & persecutoribus infestis catholicæ fidei, arma, ferrum, lignamina, & alia probibita sæpius deferant; societates ac commercia illicita ineant cum eisdem, eorumque vires damnabiliter fulciant, quos viriliter impugnare deberent: nec his contenti, sed tanquam in profundum demersi malorum, nimis impudenter publicantes detestabiles actus suos, cum perfido soldano Babyloniæ familiaritatem domesticam contrahunt; nunc mulieres nunc pueros rapiunt Christianos, quos Saracenis ipsis ad abutendum exponunt; & insuper ad clarius suæ peruersitatis indicium in vexillis suis signa ferunt nefandissimi Machometi. Hæc quidem, sicut audiuimus, faciunt in animarum suarum dispendium & scandalum plurimorum.* Et infra: *Hæc, filij, cum verisimiliter vos latere non valeant, si sub dissimulationis conniuentia pertransitis, nedum ecclesiam fidei matrem, sed & fidem ipsam offenditis, ac vestri nominis claritatem ex huiusmodi conciuium vestrorum malitia infici permittentes, vos detractorum linguis exponitis lacerandos, &c.*

Pont. merces Saracenis inferre vetat. Genuenses nonnulli Mahometis signa in mari præferunt. m To. 1. ep. secr. 73. Christianos pueros & fœminas Saracenis vendunt. A Ioanne correpti.

37 Lacessitus crebris infidelium, e Septa maxime & aliorum Africanorum, iniurijs Sancius Maioricarum Rex, ad propulsandos impiorum conatus, qui sæpius in ipsius regnum, exscensione facta, irrumpere tentarant, horrendasque clades intulerant; atque etiam in mercatores regni sui, agentes in Africa, immanem exercuerant crudelitatem, expeditionem comparauit: ad cuius sustinendos sumptus, alendumque militem auxilia a Pontifice flagitauit. Cuius petitis admissis Ioannes, vectigalium ecclesiasticorum decimas a Clemente V. in concilio Viennensi pro recuperanda Syria indictas, quarum exigendarum Elnensi episcopo prouincia imposita est, ad instruendam aduersus Africanos classem deriuauit a, eaque de re literas b ad Sancium dedit; in quibus post exornatam pluribus elogijs regiæ stirpis claritatem, atque eximium illius in ecclesiam studium commendatum, de belli sacri apparatu ab illo adornato, quo ipse ad eas decimas attribuendas fuerat permotus, hæc affert: *Cum tu*, inquit, *tanquam princeps & athleta catholicus tam ad defendendos fideles eosdem, quam ad resistendum alias huiusmodi pestilenti sæuitiæ reproborum, & ad eorum pertinaciam eneruandam, sicut ex firma tua assertione latanter accepimus, & tua præstita opera manifestant, feruenter intendas, & ad id collectis viribus, te potenter præpares & accingas; iamque ad id certum propugnatorum & galearum armatarum numerum deputaris, & ad huiusmodi negotium feliciter, auctore Domino, prosequendum te, vt asseris, subire oporteat, profluuia expensarum.*

Sancius Rex Balearum in Sarac. finitimos classem comparat. a An. 1. p. 3 ep. com. 3004. b Reg. post eand. ep. Regni decimas attribuit ei Pont.

38 In Hispania etiam Petrus Sancij, Alfonsi Regis Castellæ patruus ac tutor, ad cœptam anno superiore in Mauros Granatenses expeditionem promouendam a Pontifice expetijt, vt sacra militia pro fide amplificanda indiceretur, crucisque symbolum accepturis, vel stipem erogaturis præmia indulgentiarum e sacro ecclesiæ ærario proponerentur. Extulit magnis laudibus eius zelum Pontifex, atque ad Toletanum & Hispalensem archiepiscopos & episcopum Cordubensem datis literis v. kal. martij ad sacra signa fideles vocare & crucis symbolo insignire iussit c. Tum ad tolerandos expeditionis sumptus centum & quinquaginta aureorum millia eidem Petro Sancij ex decimis vectigalium ecclesiasticorum, ac duabus partibus tertiæ instaurandis templorum sartis tectis addictæ, redigenda attribuit d, imperauitque intentato anathematis & aliarum pœnarum terrore, ne quis Granatensibus, excurrente toto a kal. aprilis triennio, merces vllas inferret e. Ac ne quis Petro obsisteret in ea expeditione con-

Hispani in Granatenses expeditionē cogitant. c An. 1 p. 1 ep. com. 1002. 2123. & 2125. d Ib. ep. 1003. 1003. 2125. e Ib. ep. 2124.

tiæ filios neglectui relinquamus; sed indefessæ vigilantiæ cura vias qu ærimus prudentiæ,quibus procellosis terrarum & partium vestrarum guerrarum turbinibus, rerum iacturis, animarum corporumque periculis, ac venenosis partialitatum dissidijs profligatis, vobis ac ipsis terris & partibus quietis & salutis & pacis * propinemus. Nam tribulationes ciuitatum vestrarum & partium audiuimus, quas passæ sunt, cum non solum hostilium bellorum sæua,sed et ciuilium seditionum tumultuosa, quinimmo plusquam ciuilia, scilicet fratrum propinquorum violato necessitudinis iure intestina bella multiplici sunt afflictione perpessæ; ac in terris prædictis domus contra domum, contra ciuitatem ciuitas, gens contra gentem, pars surrexerit contra partem: ex quibus fuere ruinæ, deprædationes, depopulationes, incendia, aliaque animarum & damnosa pericula, rerumque nociua dispendia subsecuta.

*pocula

Exortas e bellis ciuibus calamitates exponit.

33 Verum quia, *pater filijs Dei notam faciet veritatem*, vt scriptura proloquitur; filioli, quos iterum parturimus, donec formetur Christus in vobis, diligenter aduertite, quod prædictis actibus, immo excessibus indubie Deus offenditur: peccatur in proximum, persæpe læduntur innoxij; ac nonnũquam iusto Dei iudicio in culpam pœna redundat, dum tantorum actores criminum, atrociumque scelerum patratores, quietis turbatores & pacis intereunt, occiduntur, & fugiunt, coacti deserunt propria qui cæci cupidine inhiauerant alienis. Nam dissipat Dominus gentes, quæ bella volunt, qui etsi permissione Dei superauerint proximos; separauerint & exprobrauerint & eiecerint tanquam malos; ipsi tamen victores sua iniquitate vincuntur, dum iuxta beati Augustini doctoris egregij dictum, nemo iniustum habet lucrum sine iusto damno: vbi lucrum, ibi & damnum; lucrum in arca, damnum in conscientia: tulit vestem, & perdidit fidem: acquirit pecuniam, & perdit iustitiam. Nec minus interdum circumagitata instabilitatis rota subsidunt, qui alta conscenderant: optant pares fieri dudum minoribus, quos elati despexerant; supplicesque super se illos erectos inimicos exorant, quia: *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles: esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes*; cum & diues ille guttam aquæ petierit, qui micas panis Lazaro negauit.

Falsam victorum felicitatem.

Nec tantum singulariter singuli; sed, quod perniciosius est, vniuersaliter vniuersi grauantur ex talibus: crescit quippe nefas in publicum, & damnum in commune redundat. Suis non est terminis contenta nequitia, sed vniuersum commaculans, ingreditur aliena: nam dum se inuicem partes præponere nituntur alterutri, ambę deficiunt: & quæ humilitate & charitate proficerent, odijs & iactantia corruunt; quia vt paruæ res crescunt concordia, sic magnæ discordia dilabuntur: dumque partis hinc inde nomen assumitur, totum eneruatur & deperit, cum nec totum inibi consistat ex partibus, quæ non ipsum earum ad inuicem aggregatione viuendo conficiunt; sed potius ipsum earumdem disgregatione diuidendo confundunt. Ergo in illis diuisus est Christus, qui fecit vtraque vnum, qui cum sit iustus iudex, fortis, atque longanimis, reddet retributionem superbis: *Gladium*, quippe, *suum vibrauit, arcum tetendit & parauit illum, & in ipso mortis vasa parauit*. Manet namque

Dissipari Vrbes ex ciuium dissensionibus.

Diuinas iras intentat vitæque alterius supplicia.

illos, si non resipuerint, ignis gehennæ perpetuus, exteriores tenebræ, fletus & stridor dentium, remordens conscientiæ vermis secunda mors, horrida societas dæmonum, profundum baratrum, animæ perennis & corporis cruciatus. Hortamur itaque vniuersitatem vestram in Domino, dilectissimi filij, & monemus ac per aspersionem pretiosi sanguinis quasi agni incontaminati & immaculati domini nostri Iesu Christi, qui pendens in cruce Patrem pro suis persecutoribus exorauit, obsecramus attentius in remissio nem peccatorum iniungentes, q atenus, &c.] Sollicitat vt stricta in mutuas cædes arma abijciant, ponant inimicitias, extinguant odia, coitiones præteritas dissoluant, atque arctissimi amoris fœdere suas vinciant voluntates. *Dat. Auin. IV. kalend. februarij anno 1.* Profectus in Insubriam Bertrandus e Turre libellum a Pontifici obtulit, in quo ea, quæ Mediolani, Vercellis, & Nouariæ de Guelpha Gibellinaque factione comperisset, descripsit.

Adiungit amantissima preces.

a Repertus est in archiuo Auin. gerẽte legatione Gilan. Aquau an. 1594. Romamq. perlatus.

34 Gerebat porro inter Gibellinos principatũ Matthæus Vicecomes Mediolanẽsis, qui occasionẽ e discordijs aucupatus viam sibi ad tyrannidẽ muniebat. Exercebat ille maxime cum nonnullis Brixianis simultates, eosque bello appetebat: cui malo vt mederetur Pontifex, illum amantissimis verbis mulcere studuit b, ac ne Brixiensibus cladem vllam, aut agris vastitatem inferret, abducere; vicissim etiam Brixianos adhortatus, ne qua iniuria Matthæum afficerent. Tum Scaligerum Veronensem c, cui nomen Canis grandis inditum, Raynaldumque d dictum Passarinum præfectum Mantuanum rogauit, vt ad mutuam alẽdam pacem animos inclinarent. Sed Matthæus Vicecomes condendi posteris principatus & latrocinandi illecebra delinitus, fucata tuendi cæsarei nominis specie, monita pontificia spreuit, suisq; sceleribus secuto postea diuturno & cruento bello, facem prætulit, vt postea dicetur. Ex quo patet, quam inique nonnulli Ioannem carpant ob gesta in Insubria aduersus Vicecomites bella, cum constet studia omnia, vt pacaret Italiam, ipsum collocasse, zeloq; iustitiæ aduersus latrones impios arma strinxisse, quos precibus & monitis compescere non potuisset. Admonuit etiam Ioannes curas apostolicas e, vt eundem Vicecomitem atque Amedeum comitem Sabaudiæ, Philippum ex ea stirpe oriundum, ac Manfredum Salutiarum marchionem, armorum societate Matthæo Mediolanensi aduersus Robertum Siciliæ Regem deuinctos, qui Pedemontium bello atterebant, ad pacem cum eodem Rege adduceret: nuntijsque apostolicis Bernardo ac Bertrando, religiosis viris, prouinciam imposuit, vt ipsos bello absistere iuberent f, censurisque induciarum violatores percellerent. Mutuis adeo efferatæ erat odijs aduersæ partes, vt facile Pontifici non assenserint: nec tamen ab ijs monendis hortandisque Ioannem destitisse, ostendunt eius tum ad Robertum Regem g, tum ad Amedeum Sabaudiæ comitem h, ac Philippum i Sabaudæ stirpis principem datæ literæ, quibus oratores ad discordias, quæ de Pedemontio vertebantur, conciliandas mittere iussit. Deiectas vero admodum in Pedemontio Roberti Regis res fuisse, indicant pontificiæ literæ IV. id. aprilis exaratæ l, quibus Regem carpit defendendi eiusdem comitatus curas ipsum abiecisse.

Matthæus Vicecom. Brixiensis bello petit.

b An. 1. ep cur. 82.

Gibellini principes bello abstinere moniti.

c lib. ep. 85

d lib. ep. 84

e lib. ep. 88 89. 90.

Amedeus Sabaud. comes Roberto Regi bellum in Pedemontio infert.

f Ead. ep. 89 & 10 1 ep. secr. 91.

g To. 1. p. 1. ep. secr. 287.

h lib. p. 288.

i lib. ep. 289.

Roberti res in Pedemontio depressæ.

35 Confirmatæ porro sunt Roberti Regis partes noua rerum conuersione Genuæ exorta, in

l Ep. 147.

turis diebus perstiterint in peruicacia, omnibus priuilegijs, immunitatibus, bonis, & vectigalibus exutum iti: subditos clientesque fidei datæ religione liberandos, interdicenda commercia, denuntiat. Præterea alijs pœnis eorum contumaciam vrget: si in ea obriguerint, infamiæ nota inustos fore; testamenti condendi facultatem adimendam, atque ex illo succedendi ius amissuros: nullius dignitatis, siue ecclesiasticæ vel ciuilis, gradum adepturos: instrumenta eorum opera confecta nullum robur habitura. Tum simillimis pœnis eos afficit, qui cum ipsis, dum in rebellione perstabunt, coitionem fecerint, fœdusue publicum vel tacitum percusserint, eorumue partibus sustinendis se addixerint: quæcumque vero fœdera contra sedis Apostolicæ iura inita sint, rescindi. Adijcit postea, cum pertinacia crescente pœna augenda sit, si euolutis triginta diebus vltimo præfixis, monitis auersas præbuerint aures, eos omnes, qui publicis muneribus admoti sunt, exauctorandos, bona vectigalia fisco addicenda, alia exponenda direptioni. Denique post alias id genus pœnas intentatas, ad tem perandam clementia seueritatem inflicti sacrorum interdicti, subiungit].

Qua ratione seruandum ecclesiast. interdictũ

Concedimus tamen quod in maiori Ferrariensi & alijs ecclesijs, locis, ac domibus eorumdem, duæ, tres, quatuor, vel quinque, aut sex personæ secundum magnitudinem vel paruitatem ecclesiarum, locorum, & domorum prædictorum conuersi & illiterati viri, aut clerici in minoribus ordinibus constituti; nec non in parochialibus ecclesijs parochiales presbyteri, pro ministrandis baptismate paruulorum & alijs sacramentis ecclesiasticis, quæ de iure interdicti tempore ministrantur, possint licite remanere. Intendimus enim quod vobis, si forsan in rebellione perstiteritis antedicta, reatus vestros pœnarum acerbitate deflentibus, fletus vestri pœnales cedant posteris ad terrorem, & commissum proditionis crimen semper in frontibus vestris sculptum appareat, & ad confusionem vestram transeat in memoriam futurorum. *Dat. Auinione idibus septembris pontificatus nostri anno secundo.*

Legati ad eos missi. a Ib. ep. 204.

Quo vero facilius Ferrarienses ad officium adduceret, Bononiensem & Atrebatensem episcopos nuntios apostolicos Ferrariam legauit a, vt pontificia iussa perduellibus exponerent, mulcerent eorum furorem, apostolicas in pertinacia obfirmatis censuras obijcerent; nec diuinas modo, sed humanas etiam pœnas ijs infligerent. Frangere animos ad monita apostolica visi Ferrarienses, nuncijsque pontificijs se obstrinxere, in Ioannis potestate & auctoritate futuros; atque etiam in ipsos, porrectis portarum clauibus, Ferrariæ imperium transfudere. Quem felicem successum Pontifex Roberto Regi deuexo iam anno, nempe id. decembris significauit b: ipsumque paucis post diebus, nimirum XIV. kal. ianuarias perstrinxit, regios administros Ferrarienses adeo tyrannico iugo ob nimiam auaritiam exasperasse, vt ipsos ad rebellionẽ concitarint; & Aemiliam, ni caueat, defectionem moliri. Mouere etiam seditionem Beneuentani in pontificios magistratus, grauibusque edictis c repressi fuerunt.

Redit ad ecclesiæ obsequiũ Ferraria.

b To. 1. ep. secr. 442.

c An. 3. p. 2 ep. cur. 205.

Ciuili bello ardet Italia.

32 Per idem tempus laniabatur bellis ciuilibus Insubria, quæ non modo discors duorum principum Ludouici Bauari ac Friderici Austriaci electio, sed vetera quoque Guelphorum & Gibellinorum nomina pepererant; cumque Vguccio Fagiolanus, Gibellinorum auctus potentia, Pisas recuperare moliretur, propulsatus a est: Genuenses, excitatis nouis discordijs, in magnum discrimen publicam rem adduxere b: Gibellini Insubres Cremonam cinxere c obsidione, quam Bononienses soluere coegerunt: Veronenses consurrexere d in Patauinos duce Cane grandi, cuius prælia Mussatus e metro heroico descripsit, ac montem Silicem expugnarunt. Ad quæ & alia imminentia mala sopienda Ioannes, apostolico zelo impulsus, viros religione præstantes transmisit f, nimirum Bertrandum e Turre Minoritam & Bernardum Guidonem Prædicatorem sacræ fidei in Gallijs censorem, eundemque, vt arbitror, Romanorum Pontificum ac Regum Francorum annalium scriptorem, non ob styli elegantiam, sed veritatis puritatem nobilissimum, cuius dicta pontificijs literis consentientia comperi: quos auctoritate ad dissoluendos omnes impietatis nexus, & coitiones sacramento confirmatas rescindendas instruxit g; tum etiam principibus Italis Romano imperio obnoxijs, ecclesiasticis ac laicis, impense commendauit h, vt saluberrimis eorum monitis faciles se præberent: proposuit enim ob oculos ingentia mala, quæ ex ipsorum discordijs emergerent: animarum discrimina, quæ in caducis opibus per fas et nefas comparandis subirent; paternum denique amorem suauissimis verbis, e prophetarum oraculis petitis, explicuit i.

a Io. Vill. l. 9. c. 84.
b Id. ib. c. 85.
c Ib. c. 87.
d Ib. c. 88.
e Alb. Mus l. 9. 10. 11. de gestis Italic.
Cort. hist. l. 2. c. 1.

Nuntij apostolici ad ciuile bellum componẽ. missi.

f An. 1. p. 1. ep. cur. 58. 87. 88.

g Ib. ep. 89.
h Ib. ep. 88. & to. 1. ep. secr. 93.

i An. 1. p. 2. post ep. cur 59.

Dilectis filijs nobilibus viris vniuersis marchionibus, comitibus, baronibus, cæterisque nobilibus; potestatibus quoque, capitaneis, alijsque rectoribus; communitatibus & vniuersitatibus, ac personis ciuitatum, castrorum, & aliorum locorum, per Lombardiæ, marchiæ Taruisinæ, & Venetiarum; ac Aquileiensis, & Gradensis patriarchatuum, nec non archiepiscopatus Ianuensis terras ac partes constitutis.

Italos ad mutuam pacẽ hortatur Pontifex.

Etsi diuinæ legis testetur auctoritas, parentum in filios dilectionis propagari dulcedinem; naturæ tamen id congruit, sensus efflagitant, ac vigor id rationis exposcit, & ipsorum sollicitudinis studio communis parentum pietas effectum apertius manifestat. Quid namque naturæ magis perceptum illabitur? Cui sensuum vires magis assentiunt? Aut quid parentes ijdem libentius vt impleant prosequuntur, quam amare quos generant, fouere quos pariunt, discordesque concordare quos coniunxerunt, eosdemque reducere deuios quos lactarunt? *Nunquid*, iuxta propheticum dictum, *obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui?* Vbi ex persona omnipotentis Dei, cuius sapientia conditi sumus, & prouidentia gubernamur, indilate subiungitur: *Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.*

Quo fit, vt nos, quos suum vniuersalem in terris vicarium, dignatione sua non nostris exigentibus meritis, patremque multarum gentium ipse constituit; ac sacrosancta Romana & vniuersalis ecclesia & vnica sponsa eius, cui præsidemus indigni, cunctorum Christi fidelium vera quidem non carne mater, sed spiritu, quos fide docet, sacramentis regenerat, spe refouet, charitate viuificat, nec habet enim aliquod viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis; nequaquam vos nostros & eiusdem ecclesiæ spiritualis beneuolentiæ

bedientia eorum exegerit, qualitas facti suaserit, & viderimus expedire.] Subdit se in eos diuinas humanasque alias pœnas cumulaturum, prout patrati criminis magnitudo iustitiæ seueritatem exasperarit: Vtque omnis souendæ huiusmodi temeritatis amputetur occasio, denuntiat omnia sacramenta, quibus ij, qui vicariatus imperij nomen retinuerint, aut sibi arrogarint, fuerint astricti, auctoritate apostolica rescindi conuellique: præterea omnes coitiones contrarias conuentionesque, quamuis iureiurando corroboratas, dissolui ac labefactari; & omnia huiusmodi sacramenta, quæ iuribus ecclesiæ detrahant, cum vinculum iniquitatis res sacra esse non debeat, penitus infringi. Denique concludit, vt ea publica acta ad omnes peruadere possent, in ecclesiæ Auenionensis ostijs desigenda, in omnium oculis collocanda. *Dat. Auin. in domo episcopali 11. kal. april. anno 1.*

Præstita ea de causa sacramenta rescissa.

29 Meditabatur Ioannes Etruriæ, atque Insubriæ imperialem vicariatum in Robertum Siciliæ Regem Clementis exemplo conferre; sed cum grauissimo in Fridericum Regem Trinacriæ bello, vt diximus, implicitus esset, rem distulit: firmatis autem induciis, significauit a exeunte anno, se ad eum Clementis literas de vicariatu imperij ob illius mortem sigillo apostolico nondum obsignatas ad eum transmissurum; monuitque nulla ab ipso pro gerenda ea dignitate subsidia expetenda esse, cum non oneri, sed honori esset futura, eiusque auus Carolus I. gesto vicariatu Siculas res confirmasset. Creatum vero ineunte anno Robertum a Ioanne Vrbis senatorem, ac pontificiarum copiarum ducem, ostendunt ea de re literæ idibus ianuarij exaratæ b. Verum vi. id. aprilis Flaminiæ Ferrariæque administrationem internuntio pontificio Guillelmo episcopo Trecensi Regem ipsum tradere, suosque administros reuocare iussit. Excitata quippe Ferrariæ ingens fuerat seditio aduersus præsidiarios milites a Roberto impositos, qui non sine magna strage in arcem Thedaldi retrusi fuere. Eam quidem defectionem Albertinus Mussatus in libro viii. c M. S. Vat. de gestis Italicorum, cuius libri pars maxima nondum typis cusa est, regiorum administrorũ licentiæ & latrocinio ascribit, cum Mego Casertanus comes, excitus a Roberto, Nicolao Marantio Apulo eam præfecturam demandasset: & diuexatos Ferrarienses magistratuum auaritia queritur Ioannes; quocirca excitis Raynaldo, Azone, & Opizone marchionibus d pontificio imperio se subduxere, arcemque Thedaldi captam solo adæquarunt. De Ferrariensium ad Atestinos defectione meminere scriptores e, extatque Ioannis XXII. edictum, quo Ferrariensibus perduellionis intendit iudicium, ac ni ad dicendam causam constituta die oratores mittant, grauissimarum pœnarum terrorem incutit. f

Vicariatũ imperij in Italia Roberto pollicetur Io.

a Tom. 1. ep. secr. 441.

Creat eũ Vrbis senatorem.

b Epist. 147. 148.

Coorta Ferrariæ seditio.

c Muss. M. S. Vat. sign. n. 1961. l. 8. de gest. Ital.

Illius imperium corripiũt Atestini.

d Io. to. 1. ep. secr. 444.

e Io. Vill. 8. c. 83. Ant. 3. p. tit. 21 c. 4 ante §. 1. Pogg. hist. Aret. l. 4.

Ioannes, &c. dilectis filijs vniuersitati & populo ac communitati Ferrariensi, ecclesiæ Romanæ subiectis.

Vocati in ius Ferrarienses.

f An. 3. ep. cur. 102.

30 Nuper, sicut ad nostrum auditum fidedigna produxit assertio, publicaque fama notoria, vos tanquam infideles & stolidi, filijque degeneres tam grandia beneficia matris eiusdem, non absque multæ ingratitudinis vitio, habere memoriæ dedignantes; immo nobis verius, & eidem ecclesiæ pro tam copiosis muneribus gratiarum compensantes opprobrium, & pro eisdem beneficijs rependentes offensas, & contra nos & præfatam ecclesiam erecta ceruice, superbiæ conspirantes, temerarijs ausibus rebellastis; & subsequenter vobis Raynaldo, Azone, & Opizone marchionibus Estensibus & nonnullis complicibus aduocatis, burgum ciuitatis ipsius, quod dicitur S. Marci, castro nostro Theodaldi contiguum, & demum castrum ipsum duris expugnastis assultibus; & illud, quod erat ad vestrum & ciuitatis prædictæ munitionem & robur, cremastis incendio, ipso postmodum castro vt maiorem nobis & eidem ecclesiæ parceretis offensam, conuerso funditus in ruinam: in officiales vero charissimi in Christo filij nostri Roberti Regis Siciliæ illustris, cui regimen vestrum & ciuitatis prædictæ, per se vel per alium exercendum apostolica fuerat auctoritate commissum, ad vestrum & ipsius ciuitatis regimen deputatos, & nonnullos alios assistentes eis; demum, scelestis actibus data licentia & debito prorsus humanitatis excluso, irruistis immaniter & eos, paucis exceptis, quos facitis carceri detineri captiuos, deprædationi spolijs eorum expositis, crudeliter trucidastis.

Obiecta illis a Pont.

Inita cum Raynaldo Azone, & Opizone coitio.

Arx Thedaldi diruta.

Roberti Regis præsidiariæ copiæ cæsæ.

In ciuitate quoque prædicta, suique comitatu, territorio, & districtu, qui ad nos & præfatam ecclesiam velut demanium speciale nedum ab antiquo, sed ab ipso primario fundamento etiam temporaliter pertinuerunt & pertinent pleno iure; sicut etiam syndici vestri, procuratores, & nuntij, cum pleno & sufficienti mandato dudum propter hoc ad sedem Apostolicam destinati, coram felicis recordationis Clemente Papa V. prædecessore nostro in consistorio publico astante fidelium multitudine copiosa, recognouerunt vestro nomine solemniter & expresse; illaque de nouo prædecessori & Romanæ ecclesiæ sæpe dictis concesserunt, subiecerunt, submiserunt, & in eos etiam transtulerunt, ligio facto in manibus prædecessoris eiusdem homagio, & fidelitatis præstito iuramento; dominium vsurpastis ciuitatis, comitatus, territorij & districtus prædictorum, fortelitia & castra nequiter occupando; certis nihilominus ad regimen vestrum & ciuitatis ipsius potestate, capitaneis, & officialibus alijs vocatis, & iam etiam deputatis: sicque fidelitatis debito violato, reatum periurij miserabiliter incurristis, de sinu maternæ dulcedinis in perditionis opprobrium lapsu præcipiti corruendo.

Ferrarien. oratores iam ante Clementi V. clientelę nomine fidem adduxisse.

31 [Subdit, quamuis ex apostolica mansuetudine, quæ crudelius prouocata benignius miseretur ad delenda venia scelera propendeat; tamen ad coercendam improborum audaciam, ne in grauiora prorumpat, se ipsis alijsque dignitate conspicuis, qui se defectionis illius crimine deuinxerunt, imperare vt intra triginta dierum spatium Bononiensi & Atrebatensi episcopis, atque Aymerico de castro Lucij archidiacono nuncijs apostolicis Ferrariam cæterasque comitatus arces, eiectis alijs præsidiarijs militibus, committant, ac sedi Apostolicæ suos ad dicendam causam oratores se sistere iubeant; exauctorari pontificio imperio eos omnes, qui se publicæ rei moderandæ ingesserunt, eorumque gesta rescindi; ac ni temere affectato munere abeant, anathemate irretiri: si hæc Apostolica iussa spernant, fidelium cœtu sacrorumque communione depelli, neque earum censurarum religione, nisi in extremis mortis confinijs solutum iri. Cum vero beneficia collata ob ingrati animi vitium reuocanda sint, si alijs triginta secu-

Abrogatũ a Pont. nouis magistratib' munus.

Inflictæ ciuibus minæ.

tu-

terreni sponsi non debes offendere; quin potius, seruata pudicitia coniugali, te sibi placidam & irreprehensibilem exhibere. Nec tibi suadeat aliquis, quin omnia huiusmodi vota, post matrimonium carnali copula consummatum emissa, sine consensu viri sunt penitus reproba, grauibus plena periculis, & ipsius coniugij institutori molesta.

Quocirca celsitudinem tuam monendam duximus & hortandam in Domino Iesu Christo, in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus prudenter attento, quod tribus de causis vxor principaliter ducitur, vt sit videlicet in adiutorium coniugi, vt proles suscipiatur ex ea, & incontinentiæ vitium euitetur, te nullatenus a bono matrimonij retrahas; sed ipsi viro tuo te adiutorium gratum præbens, per emissionem voti cuiuslibet, aut tui subtractionem, nequaquam eum ad incontinentiam prouoces: sed cum ambo in illius ætatis teneritudine consistatis, vt probabiliter possitis de sobolis fœcunditate sperare, proli procreandæ vacetis; cum coniugij præmium & gratia nuptiarum partus sit fœminarum. *Dat. Auin. 11. non aprilis.* Hactenus de rebus Siculis.

Iubetur dare operam liberis.

27 Quod ad reliquas Italicas res spectat; cum ob duorum Cæsarum electionem Italiæ ea pars, quæ obnoxia Romano imperio erat, in contraria scissa esset studia, ac plerique potentia & clientelis freti temere vicariorum imperialium dignitatē in Etruriæ & Insubriæ vrbibus affectarent; Pontifex, ad quem imperij principe suo viduati cura deuoluitur, tum vt vtilitati & paci publicæ, tum iuribus Apostolicæ sedis consuleret, constitutionem edidit, qua vicarios, qui apostolico iniussu vrbium gubernacula occuparant, exauctorauit. In ea quidem primum præfatus, si ad Cardinalium atque episcoporum defendenda iura studium collocandum merito videatur, eo potius in ipsius Romanæ ecclesiæ sponsæ suæ tuenda dignitate, ac iuribus asserendis maiorem diligentiam atque operam esse defigendam, hæc subdit a.

Imperij vrbes in Italia tyrannis expositæ.

a Lib. 1. ep cur. 76.

Ioannes, &c. In nostram & fratrum nostrorum deductum est fama diuulgante notitiam, quod licet de iure sit liquidum, & ab olim fuerit inconcusse seruatum, quod vacante imperio, sicut & nunc per obitum quondam Henrici Romanorū Imperatoris vacasse dignoscitur, cum in illo ad secularem iudicem nequeat haberi recursus, ad summum Pontificem, cui in persona B. Petri terreni simul & cælestis imperij iura Deus ipse commisit, imperij prædicta iurisdictio, regimen, & dispositio deuoluantur, & ea, tempore durante ipsius vacationis imperij, per se, vel alium, seu alios exercuisse noscitur in imperio memorato; nonnulli tamen in Italiæ partibus, potestatis & dignitatis fastigium illicite ambientes, in nostrum & sanctæ Romanæ matris ecclesiæ, quantum in eis est, præiudicium euidens, ac diminutionem honoris & iuris, vicariatus seu alterius cuiuscumque nomen officij, quod ipso Imperatore viuente ex ipsius commissione gerebant, in certis terris, territorijs, siue locis post decessum ipsius absque nostra vel Apostolicæ sedis petita vel obtenta licentia retinere sibi; & nonnulli etiam de nouo assumere, quod non gesserant, aut gestum antea posteaque dimissum resumere temerarijs ausibus præsumpserunt, quo vel quibus adhuc non verentur abuti, ac sub eius vel eorum colore multa facere & fecisse noscuntur, quæ in nostram & ecclesiæ prædictæ iniuriam aperte redundant; non abhorrentes per id varijs inuolui criminibus, nec diuinæ Maiestatis formidantes offensam.

Vt vacantis imperij administratio spectet ad Pontificē.

Queritur Io. nōnullos vrbiū præfecturas nullo iure inuadere.

28 Quia igitur error, cui non resistitur, approbari videtur, & latum pandit delinquentibus sinum, qui eorum peruersis conatibus non resistit; nos, volentes nostris & ecclesiæ sponsæ nostræ iuribus & honoribus in hac parte prospicere, & malis ac scandalis, quæ ex retentione, assumptione, seu resumptione huiusmodi orta sunt hactenus, & quæ periculose possent in antea suboriri, celeriter obuiare; necnon periculis animarum huiusmodi retinentium, assumentium, seu resumentium nomina, & eis abutentium, vt præfertur, salubriter occurrere cupientes; præsentium auctoritate monemus sub excommunicationis pœna omnes & singulos, cuiuscumque status, præeminentiæ, dignitatis, aut conditionis existant, etiamsi patriarchali, vel quauis alia superiori, aut pontificali, vel regia, seu alia quacumque præfulgeant dignitate, qui post vacationem imperij absque nostra vel sedis prædictæ licentia huiusmodi vicarij, seu cuiusuis alterius officij nomen sibi vbilibet retinuerunt, assumpserunt, seu resumpserunt & retinent; & qui assument, vel resument fortassis in posterum, & sub talis denominationis pallio abusi sunt & abutuntur, vel etiam abutentur potestate vel iurisdictione quacumque, seu eius executione, publice vel occulte; quatenus de cætero a denominatione huiusmodi, seu nominis assumptione, resumptione, ac retentione prædictis; necnon vsu, potestate, & exercitio supradictis prorsus abstineant, & omnino desistant: inhibentes insuper sub pœna prædicta omnibus & singulis patriarchis & prælatis etiam alijs, superioribus & inferioribus, ac Regibus, ciuitatibus, communitatibus, vniuersitatibus, capitaneis, potestatibus, rectoribus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, & alijs omnibus, cuiuscumque sint dignitatis, conditionis, aut status, ne prædictos, huiusmodi nomen seu aliud quodlibet in eodem imperio retinentes, vt præfertur, aut assumentes vel resumentes, vel eorum aliquem sub denominatione vel titulo huiusmodi nominum; seu procuratores, commissarios, iudices aut vices eorum gerentes quocumque colore quæsito, recipiant vel admittant; nec vt vicarijs, seu vicario, aut officialibus imperij pareant vel intendant, aut pareri vel intendi faciant vel permittant, nec in his eis vel ei quodlibet præstent auxilium, consilium, vel fauorem.

Obiecta ijs anathematis pœna.

Intentata eadem pœna ijs, qui ipsorū imperia exceperint.

Alioquin in omnes & singulos patriarchas, prælatos etiam, superiores & inferiores, & cæteros denominationem prædictam, vt præmissum est, retinentes, assumentes, seu resumentes; ac illius prætextu exercentes quæcumque officia, potestates, seu iurisdictiones; & in recipientes eos vt vicarios vel officiales imperij, aut commissarios eorum vt talium, & in parentes seu obedientes eis vt talibus, aut præstantes in hoc sibi auxilium, consilium, vel fauorem; nisi infra duorum mensium spatium, a die datæ præsentium numerandum, penitus resipuerint, vel se licentia sedis Apostolicæ super hoc ostenderint communitos; excommunicationis in singulares personas, & in terras & loca ipsorum, & quaslibet communitates, vniuersitates, ciuitates, aut villas interdicti sententias de fratrum nostrorum consilio publice promulgamus; contra eos nihilominus spiritualiter & temporaliter grauius processuri, prout inobe-

montis Caucosi, dilectus cognatus, familiaris, consiliarius, & fidelis meus per literas suas mihi nuper aperuit, quod in præstatione sacramenti fidelitatis & homagij, ad quam eum benigne de speciali gratia meo nomine recepistis, idem comes ad vestri & ecclesiæ Romanæ cautelam suas concessit literas sub serie subsequenti: *Nos Bertrandus, &c.* [Inserit datæ ab oratore suo syngraphæ formam iisdem conceptam verbis, quibus nos eam superius adduximus, additque.] Ego igitur, pie pater, pro dicta gratia gratus, sicut & de alijs vestris beneficijs esse, Deo dante, confido; omnia & singula in præfatis literis dicti comitis contenta ratificans & acceptans, illis expresse consentio, & mea ratihabitione confirmo. In cuius rei testimonium præsentes literas fieri feci, & aurea bulla meæ maiestatis impressa typario communiri. *Actum Neapoli anno Domini* MCCCXVII. *Dat. ibidem per manus Bartholomæi de Capua militis, Logothetæ, et protonotarij regni Siciliæ sub eisdem annis Domini die* XXIX. *maij quintadecima indictionis, regnorum meorum anno nono.*

Reponi iussit regias hasce literas Ioannes in pontificio scrinio, vt Romanæ ecclesiæ iuribus consuleret, reique gestæ memoriam secuturis temporibus transfunderet; eaque de re Robertum Siciliæ Regem certiorem fecit a, repetita in ijs literis totius rei gestæ historia, quas IV. id. iunij huius anni consignatas breuitatis causa prætermittimus. Institutæ de clientelari sponsione a Roberto Rege Pontifici præstita orationi addemus, Robertum ipsum illatis pontificio ærario decem millibus vncijs auri, soluendi reliqui vectigalis diem sibi extrahi pontificia indulgentia obtinuisse, qua de re publica documenta extant ab ipso edita b.

a An. 1. p. 4. ep. tom. 4135.

b Ext. in arce S. Angeli et inter Coll. Plat. to. 1. pag. 396. et lib. priuil. Rom. eccl. to. 1. pag. 215 et apud Ioan. 2. p. t. ep. com. 6. et in M. S. Vall. bibl. sign. lit. B. n. 12. pag. 535.

25 Non his modo beneficijs Robertum singulari studio est complexus Pontifex; verum etiam saluberrimis monitis, quibus ipsum ad regiam dignitatem sustentandam, regnumque optimis legibus temperandum informauit. In primis quidem omnibus virtutibus perpolitos viros, ad quos summam rerum referret, deligere iussit: ex eorum enim rectis improbisue consilijs regni statum pendere. Quæ porro in ijs prudentiæ & integritatis ornamenta exigeret, subiectis verbis descripsit c.

Salubrib⁹ præceptis Robertū imbuit Pont.

c To. 1. ep. secr. 305.

Ioannes, etc. charissimo in Christo filio Roberto Regi Siciliæ illustri.

Quanto sincerius personam tuam diligimus, tanto nimirum grauius perturbamur, cum ad nos ea de te peruenire contingit, quæ dedecent excellentiæ regiæ dignitatem, & in tui præsertim status vergunt periculum & honoris. Ecce, fili charissime, de te nedum communis assertio, sed ipsa rei euidentia prædicat, quod licet inter cæteros mundi catholicos principes abundanter existas literali scientia præditus, & excellenter ingenio naturali dotatus; illud tamen ab intuitu regiæ considerationis excludens, quo minus salubriter disponitur regnum, quod non regitur consilio sapientum, quodque tales consilijs Regum debent assistere, qui sciant, velint, & valeant patientibus compati, paci terræ ac populi saluti prospicere, erudire ad iustitiam Reges, imminentibus occursare periculis, vitæque maturioris exemplis informare subiectos, & quadam auctoritate potestatiua præsumptionem malignantium cohibere; iuuenes, inexpertos, ignobiles mente simul & genere, & qui cum scientia & industria careant, se ipsos gubernare non norunt, tuo lateri applicas & per viam Roboam imprudenter incedens, a te consiliarios venerandæ maturitatis elongas. Porro, fili, non hæc tibi claræ memoriæ progenitorum tuorum exempla suadent, qui non homines delicatos & molles; sed timoratos & virtuosos viros, strenuos in agendis, scientiæ profunditate conspicuos, aut multa saltem & grandia frequenter expertos de remotis etiam finibus attraxerunt, & admiserunt in familiaritatis suæ sacrarium, & suis consilijs aggregarunt: ex quorum assistentia multum decorabatur regale fastigium & regni negotia feliciter agebantur, & quorum auctoritas, vt de prudentia & rerum experientia taceamus, legationi dum mittebantur, non parum videbatur adijcere grauitatis, & ex quibus etiam plurimi propter eorum notam sufficientiam dignoscuntur ad sublimiora fuisse prouecti.

Hortatur vt sapientissimos in consilium sibi asciscat.

Arguit iuuenibus se cōmittere.

Maiorum in ea re exempla proponit.

Quæsumus itaque, fili, & tui honoris ac vtilitatis obtentu sano consilio suademus, quatenus a tantis progenitoribus editus, ab ipsorum semitis non declines; sed tui generis magnitudine in his & alijs sic virtutibus etiam superes, sicut scientiæ vbertate transcendis, illos in tuos consiliarios eligens, & electos in regalis beneuolentiæ sinu fouens, quos tibi credas fideles, & prudentes agnoscas; non illa prudentia fragili, ex qua multis inaniter nomen prudentis imponitur, qui in magnis negocijs positi, eorum ingressum vel exitum non viderent. Illos, fili, tuo habeas lateri iugiter assistentes, qui nec capiantur munusculis, nec muneribus corrumpantur; & qui tibi bene consulere audeant, nec ad tuum dispendium tuam faciem vereantur; & qui non tibi placentia, sed fructuosa suadeant: cum nec quicquid molle sēseris, existimare debeas esse bonum, & a longis retro temporibus in domibus Regum sint, & easdem libenter inhabitent & frequenter ij, qui mollibus vestiuntur, supponentes puluillos cubitis, & capitibus oleum infundentes, &c. *Datum Auinioni* XV. *kal. iulij.*

Prudentes negat, quos rerū aditus & exitus latent.

Quas in ijs dotes desideret.

26 His ad Robertum Regem monitis addemus alia, Reginæ Sanciæ tradita a, quæ intempestiuæ pietatis sensu in transuersum acta, dissoluere coniugij iura, seque a Roberto segregare meditabatur, vt liberiorem animum rebus diuinis transfunderet. Hærere enim viri lateri, ac dare operam liberis, quos in diuino timore educaret, iussit; ac dæmonis dolos exposuit, qui pietatis falso nitore a vera illam pietate abducere moliebatur.

a Ib. pag. 131.

Regina Sancia intempestiua pietate a viro discedere cogitat.

Charissimæ in Christo filiæ Sanciæ Reginæ Siciliæ illustri.

Quia interdum, filia, humani generis inimicus, vt incautos sub specie boni decipiat, se in lucis angelum transfigurat; idcirco de tua salute soliciti, super aliquibus te præmunire prouidimus, vt te in periculum promptum incidere, quantum in nobis fuerit, non sinamus. Et quidem, filia benedictionis & gratiæ, scimus te, spiritus sinceritate vigentem, ad ea, quæ Dei sunt, laudabiliter prouehi: scimus te mundana pia magnanimitate contemnere, & ad immaculati agni nuptias totis nisibus anhelare: sed nec ignoramus, te charissimi in Christo filij nostri Roberti Regis Siciliæ viri tui sic pro lege matrimonij subijci potestati, quod nec vouendo, nec alias aliquid faciendo, quod ipsi matrimonio deroget, habes tui corporis potestatem. Et licet cœlesti sponso placere desideres, oculos tamen ter-

Monetur a Pont. castitatis votum, non assentiente marito, non accepta Deo.

tis, vocari deberes; bonæ memoriæ Petrus tunc Nouiomensis episcopus cancellarius, & dilectus filius vir nobilis Bartholomæus de Capua miles logotheta & protonotarius Regis Siciliæ, debita circa hæc potestate suffulti, nomine dicti Regis, cuius erant procuratores & nuncij, de beneplacito & assensu felicis recordationis Bonifacij PP. VIII. prædecessoris nostri elegerunt, & arbitrati fuerunt, te debere Regem Trinacriæ titulari: dictusque prædecessor signanter expressit, quod per hoc honori regalis tituli, quem de toto regno Siciliæ vltra pharum & citra apud Regem ipsum integre voluit remanere, nullum in aliquo, etiam quantum ad vulgi labia, præiudicium afferretur.

Acerbe corripitur iura pontificia ipsum inuadere.

22 Quomodo ergo potuit aliquis sanæ mentis tibi consulere, vt pacem violando prædictam, non absque transgressione patula iuramenti, vt de alijs taceamus, aliam intitulationem assumeres, quam quæ tibi tributa est ex pacis tenore prædictæ? Quomodo tibi potuit suaderi, vt illius regni titulum, cuius plena dispositio ad sedem Apostolicam pertinet, absque ipsius assensu vel licentia vsurpares? Nunquid aliquando, a tempore præcipue dictæ pacis, nos aut prædecessores nostri Romani Pontifices tibi Regis Siciliæ denominationem ascripsimus, aut verbo vel literis te sic vnquam curauimus titulare? An non aduertis, quod si te vti vellemus huiusmodi titulo, non te requisissemus de pace vel treugis inter te & Regem Siciliæ ineundis, aut de restituendis sibi ciuitate & castris prædictis, ne absurde videremur insistere, vt tibi ipsi restitutionem huiusmodi faceres, aut tecum pacem vel treugas inires? Profecto, fili, errant qui tibi tam illicita consulunt, & te per hæc in euidentem errorem inducunt: nec tuæ in talibus inexperientiæ quidquam ascribimus, talia tibi consulentium imperitiæ succensemus, &c. *Dat. Auin.* III *id. decembris*. Significauit Pontifex a sequenti ineunte anno Iacobo Regi Aragonum, vt frater ipsius violatis initæ pacis legibus Siculi Regis nomen vsurpasset, atque ideo a se obiurgatus fuisset [a].

a Ib. ep. 458.

Orator a Roberto Rege missus, vt fidem clientelæ nomine denunciat Pontifici.

23 Professus est solemni ritu Robertus Siciliæ Rex hoc anno, se beneficio auctoritateque sedis Apostolicæ Siculum regnum accepisse, ac fidem Bertrandi e Baucio comitis montis Caueosi oratoris opera Pontifici sacramento deuinxit. Tenebatur quidem religione officij ad aulam pontificiam, vt clientis obsequium addiceret ecclesiæ, se conferre; sed cum bellico apparatu in Fridericum Regem Trinacriæ instruendo implicitus esset, Ioannes ita illius oratorem admisit, vt tamen Pontificum consuleret iuribus, ac publica documenta ab eo exigeret, quibus profiteretur: Robertum ex initis cum Carolo primo conuentis obstringi vocatum ad sedem Apost. accedere, præsentemq; Pontifici clientelarem sponsionē solemni ritu præstare; vel ad eum legatum apostolicum, qui ipsum sacramento fidei adigeret, mitti posse, atque ex ea pontificia indulgentia successores Reges nullum ius, quo detrahant pontificio, sibi arrogaturos. Assensit postulatis pontificijs orator, atque ecclesiæ iuribus hisce publicis tabulis [b] cauit.

b Ext. in arce S. Angeli & lib. 3. priu. Rō eccl. to. 3. pag. 317. & inter Collect. Plat. to. 1. pag. 378. & in M.S. bibl. Vall. sign. lit. B. n. 12. pag. 355.

Pontificia iura non violatum iri.

Nos Bertrandus de Baucio comes montis Caueosi consiliarius, familiaris, & fidelis serenissimi principis & domini nostri domini Roberti, Dei gratia, Ierusalem & Siciliæ Regis illustris, tenore præsentium fecimus vniuersis, quod die septimo præsentis mensis maij XV. indict. apud Auinionem, offerentibus nobis procuratorio nomine dicti domini nostri Regis, cuius inde mandatum speciale suscepimus, sanctissimo in Christo patri & clementissimo domino nostro domino Ioanni, diuina prouidentia, sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, sacro dominorum Cardinalium assistente collegio, ligium, homagium, & fidelitatis debitæ iuramentum pro regno Siciliæ & tota terra citra pharum, quæ dictus dominus noster Rex a Romana ecclesia tenet in feudum; ipse dominus noster Papa tanquam pius pater & dominus benigne respondit, quod licet ipse iuxta formam conuentionum initarum ab olim inter Romanam *ecclesiam & claræ memoriæ dominum* Carolum Regem *Siciliæ auum dicti domini nostri Regis non teneretur per procuratorem vel nuntium homagium & iuramentum prædicta recipere; quinimo ex illarum vigore posset ad id dictum dominum nostrum* Regem *personaliter euocare, vel ad eum aliquem mittere, qui nomine Romanæ ecclesiæ præmissa reciperet ab eodem; de paterna tamen benignitate & gratia speciali a nobis illa nomine, quo supra, reciperet cum ea protestatione, videlicet quod ipsa receptio sibi vel futuro* Romano *Pontifici præiudicium aliquod non pareret; quin vtique vocare possent ad personalem præstationem illorum* Regem *Siciliæ, cum nollet ipse dominus noster ad consequentiam trahi receptionem, seu præstationem huiusmodi; nec per illam dicto domino nostro Regi, aut eius successoribus in præstando per procuratorem suum homagium & iuramentum prædicta in posterum nouum aliquod ius acquiri.*

Qua quidem præstatione, vt præfertur, admissa, nos eidem domino nostro, sacro assistente collegio, dictum homagium dicti domini nostri Regis fecimus nomine, & fidelitatis præstitimus iuramentum. Et quia, sicut decet gratum filium & deuotum, cum ipsius domini nostri beneplacito in his & alijs concurrere promptis affectibus cupimus, & proinde nolumus propter ipsam præstationem nostram in aliquo derogari Romanæ *ecclesiæ, dicto domino nostro, aut futuro Romano Pontifici; nec domino nostro Regi, aut successoribus eius in præstatione iuramenti & homagij prædictorum per procuratorem vel nuncium nouum aliquod in futurum propterea ius acquiri; ecce protestationi præmissæ liberaliter assentimus, sic tamen quod per assensum huiusmodi dicto domino nostro Regi vel successoribus eius in iure, si quid circa id sibi quomodolibet competit, nullatenus detrahatur: & nihilominus nos facturos & curaturos expresse promittimus, quod dictus dominus noster* Rex *infra septimam diem proximo futuri mensis augusti eidem præstationi præbebit assensum; de cuius præbitione infra idem tempus mittet ad sedem Apostolicam regias patentes literas, aurea bulla regiæ maiestatis impressa typario communitas. In cuius rei testimonium præsentes fieri fecimus literas, sigilli nostri appensione munitas. Dat. Auinione die* VII. *mensis maij, anno Domini* MCCCXVII. *quintadecima indictionis.*

24 Exoluit promissorum religionem Bertrandus comes, atque Robertum Regem permouit, vt accepta re subiecto diplomate [a] regio datam Pontifici syngrapham confirmaret.

Robertus Rex gesta ab oratore confirmat.

a Ext. vbi sup.

Sanctissimo in Christo patri & clementissimo domino suo domino Ioanni, diuina prouidentia, sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, Robertus *Dei gratia* Rex *Ierusalem & Siciliæ cum omni reuerentia & bonore deuota pedum oscula beatorum.*

Nobilis vir Bertrandus de Baucio comes mon-

terras interdicto [a] ecclesiastico percellerent.

a Ep. 108. Fridericũ censuras spernenté Robertus armis insequitur.

Verum neque ea ratione Fridericus ad restituendas Roberto occupatas in Calabria arces adduci potuit. Cum itaque nisi armis frangendus esset, Robertus rem bello decernendam ratus, vt hostem e Trinacria, quam Carolo II. eripuerat, depelleret; atque etiam Calabriæ partem amissam recuperaret, contraxit validissimam sexaginta triremium ac plurium nauium maioris ac minoris aluei classem, cui Thomam comitem Squillacij præfecit: is equitatu & peditatu egregie instructus, exscensione facta, in insulam irrupit, ac furore hostili Panormitanum & Messanensem agros exussit. Intulit [b] Roberti exercitus, diebus quindecim latissime discurrens, fœdissimam vastitatem, Friderico obuiam progredi non auso, seque in arce, cui Giami nomen est, continente; adeo vt maiori clade, quam olim Caroli I. & II. Regum temporibus attrita sit: ac plerique sensere Robertum, si anno sequenti parem Trinacriæ vastitatem intulisset, facile Fredericum regno eiectum iri. Ea itaque depressum calamitate, ac maiora reformidantem pericula, pontificij internuntij ad inducias amplectendas, raptaque in Calabria restituenda flexere. Qua de re hæc in MM. SS. Baronianis collectaneis reperio: *Rex illos tanquam legatos sacrosanctæ vniuersalis matris ecclesiæ quocum decuit honore suscepit. Tunc vnus ex eis, non ignarus verba componere, causam dissidij præmissorum Regum ab ipsis primordijs subtilitate repetens, nunc vnum nunc alterum arguit: & tandem summam suæ legationis commissæ expressit ciuitatem Rhegium & castra, quæ in Calabria sub titulo hereditario Romanorum Imperatoris, de quo paulo ante sermo præcessit, Fridericus Rex occupauerat, ac matri ecclesiæ resignari, seruanda per eam vsque ad pacem in proximo componendam, compto sermone poposcit; adijciens, vt in designato die ad eundem dominum Pontificem, quo etiam Robertus Rex conuenire debebat, Fridericus ipse propulsis dubijs transfretaret, pacem vtrique parti, domino auctore, quietam & placidam recepturus. Cumque legati finem imposuissent sermonibus, Rex Fridericus, se nunquam fuisse causam dissidij, pacemque cum omnibus, Christianis maxime, cupientem testatus est: Sed quam, inquit, pacem summus Pontifex se daturum nobis constituit? Illi, quod est exiguum arctumque fretum Siciliam insulam ab Italia separans ostendentes, dixerunt: Et summus rerum opifex, qui antequam fierent cuncta disposuit, nihil frustra nihilque incassum operatus est. Erunt itaque huius maris angustiæ, quas videmus, limites & termini regnorum vestrorum, alterum ab altero separantes. Esto igitur quisque contentus finibus, quos constituit manus Dei. Verumtamen quia tractatus pacis huiusmodi non exiguo tractu temporis indiget, inducias annorum trium inter vos & eundem Regem summus Pontifex & competens vtriusque iudex reuerendus pater indicit.*

Trinacriã euastat.

b Io. Vill. l. 9. c. 82. Ant. tit. 21 c. 4. ante §. 1. Fazel poster. dec. l. 9.

Fridericⁿ arce se continet.

Vt Legatos apost. receperit.

20 Ad tollendam dissidij causam, atque odiorum fomitem extinguendum Fridericus legatorum iussis, & Iacobi Regis Aragonum ac S. Elizabethæ Reginæ Lusitaniæ oratorum consilijs adductus, eam inijt rationem, vt Calabriæ arces, quas incusso antea anathemate erat iussus Roberto Regi restituere, legatis traderet, vt Pontifex de ijs, prout suaderet æquitas, vel ei vel Roberto restituendis statueret. Qua de re subiectæ publicæ tabulæ confectæ [c].

Rhegium aliasque arces pontificiæ fidei commisere.

c Extant l. prim. Rom eccl. to. 2. pag. 112. & in M.S Vall. bibl. sign. lit. B. n. 12. pag. 68.

In Dei nomine. Amen. Pateat vniuersis per hoc præsens publicum instrumentum, quod die veneris in festo natiuitatis B. Ioannis Baptistæ anno Domini MCCCXVII. *indictione* XIV. *pontificatus sanctissimi patris domini Ioannis diuina prouidentia Papæ XXII. anno primo, apud Messanam in Sicilia in palatio, in quo ibidem habitabat serenissimus princeps dominus Fredericus Trinacriæ Rex illustris, in præsentia notarij & testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum, idem serenissimus princeps dominus Fredericus Trinacriæ Rex illustris pure, plene, libere, & absque conditione & retentione quacumque tradidit, restituit, & etiam assignauit nomine domini nostri summi Pontificis reuerendo in Christo patri domino Guillelmo, Dei gratia, episcopo Trecensi, & venerabili viro domino Petro Textoris priori prioratus S. Antonini Ruthenensis diœcesis, domini nostri Papæ capellano, decretorum doctori, ad regnum Siciliæ nuncijs per dominum nostrum summum Pontificem destinatis ciuitatem Rheginam, castra de S. Nicheto, de Calana, de Motamuri, & fortalitia Cillæ & Balneariæ, Cathonam, & omnia alia loca & fortalitia, quæ tenebat & possidebat in Calabria, cum territorijs, districtibus, iuribus, & pertinentijs eorundem vasallis, hominibus, & iuribus vasallorum eorumdem pro voluntate, ordinatione, & dispositione omnimoda domini nostri summi Pontificis facienda, quam tenere perpetuo & obseruare promisit, & nunquam contrafacere vel venire clam vel palam, publice vel occulte; & quod nunquam impediet per se vel alium seu alios, nec impediri faciet aliquatenus, vel permittet illum vel illos, quem vel quos dicti domini nuncij, vel dominus noster summus Pontifex ad regimen & custodiam ciuitatis & castrorum prædictorum duxerint deputandos, &c.*

21 Adiudicatas Roberto eas arces post institutam iudiciorum formam, cum vtriusque Regis oratores ad sedem Apostolicam pro disceptanda controuersia se contulissent, ex laudatis Card. Baronij collectaneis MM. SS. colligitur, quæ tradunt, Franciscum Panormitanum episcopum & Franciscum Vingtimiliensem comitem a Friderico, missos ad probandum ius suum in eas Calabriæ arces, contendisse materna successione ad Fridericum spectasse: sed inania illius iura eo titulo fuisse, ex dictis in XIII. & XIV. tomis conspicuum est: nefarijs tamen ille subornatus consilijs Siciliæ Regis nomen iniuria affectauit, ex quo grauissimis hisce literis [a] a Ioanne corripi meruit, quibus etiam Pontifex iniustas illius de redditis Roberto Calabriæ arcibus querelas refregit.

Oratores a Frider. ad Pont. missi.

Vana illorum oratio.

Refellitur a Lib. 1. ep. secr. 443.

Fridericⁿ Siciliæ Regis nomẽ affectat.

Ioannes, &c. Frederico Regi Trinacriæ illustri.

Vide, dilectissime fili, & sedula meditatione considera, quam indiscretum dedere tibi consilium, qui te induxerunt ad indebitam assumptionem huiusmodi tituli [nimirum Siciliæ Regis] & ad perseuerantem illius retentionem inducunt. Vide quanto te pro hoc discrimini subiecerunt atque subijciunt. Vide quantam maculam in gloria nominis tui ponunt, vt abiecto titulo, quo licenter vti poteras & debebas, denominationem alij debitam, consilia talium secutus, vsurpatiue receperis, quam retinere conscientia salua nequis. Nosti namque, quod cum in pace Siciliæ, per sedem Apostolicam confirmata, ac per speciales tuos nuncios, iuramento in animam tuam præstito, solide promissa seruari, contineretur expresse, quod aut Rex insulæ Siciliæ, aut Trinacriæ ad arbitrium claræ memoriæ Caroli Regis Siciliæ, tunc viuentis,

Vt in ea re fœdera violarit.

P 2

num strepitibus, & forensibus occupationibus se inuoluunt.

Theologi nimij in captandis philosoph. fucis correpti.

Quidam etiam theologi, postpositis vel neglectis necessarijs, vtilibus, & ædificatiuis doctrinis; curiosis, inutilibus, & superuacuis philosophiæ quæstionibus & subtilitatibus se immiscent: ex quibus ipsius studij disciplina dissoluitur, luminis eius splendor offenditur, & per consequens studentium vtilitas impeditur. Et infra: *Nisi vestra discretio emendatione celeri præmissa correxerit, & præteritæ deformationis excessus in melius reformabit, illa per alios, in hac parte apostolica auctoritate suffultos, non absque debita censura iustitiæ in eos, qui super præmissis culpabiles fuerint, exercenda infallibiliter, emendari & corrigi faciemus. Dat. Auinione VIII. id. maij anno I.* Eodem argumẽto ad episcopum Parisiensem scriptis literis [a], partes ei imposuit, vt adhibito in consilium sigilli academiæ præfecto, ea vitia auctoritate apostolica emendaret, seseque illi ea in re opponentes censuris percelleret: si vero ea occurrerent, quæ sine nouis sedis Apostolicæ imperijs tolli non possent, rem ipsi literis patefacerent, vt malum diligentia apostolica succideretur.

Parisiensis episc. ad abolendos abusus iussus incũbere.

a Reg. post eand. ep.

Consultũ alijs academijs. Aurelianensi.

16 Ad redintegrandam etiam Clementis exemplo Aurelianensem academiam, Raimundo Bituricensi archiepiscopo & Ioanni e Cheremont canonico Parisiensi eam prouinciam dedit b. Asseruit etiam c suis iuribus Tolosanam, quæ cum ab Innocentio IV. condita, atque ijsdem ornata priuilegijs ac Parisiensis fuisset, doctores numquam a Parisiensibus impetrare potuerant, vt priuilegiorum Parisiensis academiæ exemplum traderent; Pontifex non Innocentiana modo priuilegia confirmauit, sed Parisienses etiam academicos apostolicarum literarum exemplum concedere Tolosanis iussit d. Neque in Gallijs solum, verum in alijs quoque regnis rem literariam prouexit. Oxoniensem quidem in Anglia academiam, diremptis quæ intercedebant inter Prædicatores & doctores seculares controuersijs, de conferenda doctoratus laurea, atque habendis theologicis lectionibus, composuit e. Collatam Bononiensi ad decennium prærogatiuam a Clemente V. vt in ea, exceptis episcopis, monachis, & sacerdotibus, clerici iuri imperiali artique medicæ operam nauare possent, ad aliud septennium ob singularem Bononiensium in ecclesiam fidei constantiam, Italico ciuili ardente bello explicatam, extraxit f. Hæc de re literaria suffecerint: nunc ad bellicos tumultus digredimur.

b To. 1 ep. secr. 304.

c An. 1. p. 4 ep. com. 3497.

Tolosanæ.

d Ib. ep. com. 3501

Oxoniẽsi.

e An. 2. p. 1 ep. com. 340.

f An. 1 p. 2 ep. com. 1798.

Bellum inter Robertum Siciliæ & Fridericum Trinac. Reges. Illius caussæ.

17 Recruduit crudele inter Robertum Siciliæ & Fridericum Trinacriæ Reges bellum, cum initæ inter eos induciæ effluxissent. Agebatur Robertus ira in Fridericum, cum ille violata iam antea pace, & cum Henrico Imperatore coitione conflata, facta Calabriæ irruptione, nonnullas arces eripuisset; nec Trinacrij Regis nomine contentus, Siculum sibi arrogaret g. Ad propulsandas calamitates inde oborturas Ioannes, ineunte martio, Guillelmum Trecensem episcopum & Petrum Textoris plurima instructos auctoritate misit h: tum Regem Fridericum ad ereptas Roberto arces restituendas, cum sine ea re pax coire non posset, grauissimis verbis est adhortatus. i

g Tom. 1. ep. secr. 443.

Nuncij apost. ad eos conciliandos missi.

h An. 1. p. 1. ep. cur. 91.

i To. 1. ep. secr. 102.

Ioannes, &c. charissimo in Christo filio Frederico Regi Trinacriæ illustri.

Considera, fili, considera quod pax Domini sine pace proximi non habetur: nec enim Rex ipse pacificus, cuius in pace factus est locus, corda seditiosa incolit, nec in corpore peccatis subdito requiescit. Considera quod, dum per cælestis præconis ministerium hominibus bonæ voluntatis pax in terra promittitur, impijs tollitur, malignantibus denegatur. Considera quod, cum breuis sit vita hominis, incertus exitus, & frequenter etiam repentinus; cuiuslibet manus cum omni, qua datur, instantia operari debet, quæ suo accepta nouerit creatori, vt securus iudicem videat, quem redemptorem agnouit. Considera quanta possent imminere tuæ posteritati discrimina, si eam, cui beneuolentia esset acquirenda, magnatum turbinibus odiorum, & guerrarum fluctibus relinqueres inuolutam. Profecto si hæc & alia circa prædictæ dissensionis incommoda, diligentius attendenda, sedula meditatione consideres; si commoda, quæ ex tua & Regis præfati concordia tibi tuisque prouenient, intra cordis arcana reuoluas; tuum ad pacem inclinabis, vt indubie credimus, animum. *Et infra*: Quia illorum occupatio iniuriosa castrorum, quæ contra pacis dudum reformatæ, ac apostolicæ confirmationis roboratæ munimine, seriem in dicti Regis iniuriam, nostrum & sedis Apostolicæ contemptum, & diuinæ maiestatis offensam in Calabria detines, ipsi discordiæ non leuem causam præbuisse videtur, castra ipsa Regi restituas antedicto.

Fridericus Rex iniustum bellum mouisse arguitur.

Rhegium & alia Calabriæ loca iubetur restituere.

18 [Subijcit, vt ad facilius conciliandum fœdus cum Rege Roberto, inducias longiores contrahat: ac si de ijs ineundis consentire inter se non potuerint, significat, Guillelmo Trecensi episcopo ac Petro Textoris apostolicis nũcijs illarum indicendarũ munus iniunctum, vt dum eæ excurrent, coram sede Apostolica de firmissimo sanciendo fœdere agitari possit; ipsique Reges ob id ad eam se conferant, vel saltem oratores summa auctoritate instructos mittant. Tum addit:] Tu ergo, fili, ordinationem nostram huiusmodi veluti salubrem amplectens, in omnibus te contingentibus eam solicite studeas obseruare, castra restituendo prædicta, ineundo treguas, & ad nostram veniendo præsentiam, vt præmittitur, vel sufficientes nuntios destinando; præsertim cum charissimus in Christo filius noster Iacobus Rex Aragonum illustris, germanus tuus, suos in eodem termino, sibi notificando, ad requisitionem nostram obtulerit ad nos mittere nuntios, vel personaliter interesse dicto tractatui coram nobis, iuxta quod duxerimus ordinandum, &c. *Dat. Auin. V. id. martij.*

Solicitatur, vt ad sedem Ap. cum Regibus Sicil. & Arag. colloquium initurus accedat.

19 Monuit alijs literis Robertum Regem Pontifex a, vt Calabriæ arcibus recuperatis, pacem cum Friderico redintegraret. Cui etiam significauit b Iacobum Regem Aragonum maximum reuocandæ inter eos pacis desiderium explicuisse; ac tum apud sedem Apostolicam contendisse precibus, vt suã auctoritatem adhiberet, præterea oratores ad Fridericum transmisisse, qui ipsum ad occupatas in Calabria arces restituendas permouerent. Cũ vero non ita valerent apud Fridericum auctoritate Regis Aragonum oratores, vt ipsum ad restituenda iniustis armis parta essent adacturi, diffideret Pontifex, censurarum religionem incutiendam censuit, ac pontificia vtendum auctoritate, quam Iacobus Rex Aragonum admouendam flagitarat. Partes itaque Guillelmo episcopo Trecensi, ac Petro Textoris dedit c, vt Fridericum, si rapta restituere Roberto abnueret, deuincirent anathemate, atque illius

a Ib. ep. secr. 103.

b Ib. ep. 100.

Nuncij Fridericũ censuris ad restituendum Rhegium cogere iussi.

c Ib. ep. 107.

ter-

quod ex suorum opulentia copiosa redditum aliquod in ecclesia vel diœcesi Tolosana peruenisset diuini cultus augmentum; immo sic ex adipe prodierat ac prodibat iniquitas, vt multo iam tempore luxus, cura carnis in desiderijs, euectionum pompa, numerositas clientelæ, immoderata distributio in parentes, sumptus enormes, ac vsus extraordinarij sibi vendicassent ibidem quasi totum patrimonium Crucifixi; & verendum erat, ne præsul vnicus intrassatus & dilatatus ex excessibus huiusmodi operibus & superbis, periculose recalcitrans, Deum factorem suum derelinqueret, & a suo salutari recedens, perditionis exempla in suos subditos deriuaret, &c.

Quamuis tot opibus affluxisset postremus episcopus, is tamen ecclesiæ suæ opes, alienatis etiam nonnullis eius iuribus, abligurierat: quocirca eo amoto Ioannes Conuena episcopus Magalonensis ad archiepiscopatum Tolosanum est traductus. Alias præterea amplissimas diœceses in plures disgregauit a Pontifex: in Narbonensi enim Electensem & S. Pontij, in Albiensi Castrensem, in Agennensi Condomiensem, in Lemouicensi Tutellensem, in Petragoricensi Sarlatensem, in Claramontensi Sanflorensem, in Rhutenensi Vabrensem, in Pictauiensi Malleacensem & Lucionensem episcopatus condidit b, suisque limitibus circumscripsit: de quibus extant plura diplomata c. Neque eos modo episcopatus erexit Pontifex, vt animarum saluti consuleret; verum ad augendum diuinum cultum plura canonicorum collegia in ecclesijs, in quibus solemni ritu diuina res peragerentur, ac Numinis laudes personarent, excitauit d. At de his hactenus: nunc ad alia digredimur.

Episcopatus in plures alios disgregati.
a M.S. Vat. signat. n. 3765. in Io. 22. Ber. chro. Rom. Pon. Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 42.
b Ibid.
Collegiales ecclesiæ conditæ a Ioanne.
c An. 1 p. 4 ep. com. 3348. p. 1. 3372. 4111. & an. 2. ep. com 4117 4162. 3872.

13 Ad submouendos iustitiæ terrore a flagitijs clericos; ne ecclesiastica freti immunitate temeritati habenas laxarent, Pontifex canonum sacrorum religione Philippum exoluit e, si secularis fori satellitio facinorosi clerici certis in casibus comprehenderentur: *Celsitudinis*, inquit, *tuæ precibus benignum impertientes assensum, vt si contingat te tuosue ministros alios flagitiosos clericos propter notoria crimina homicidij, mutilationis, aut alterius enormis facinoris, vel etiam super huiusmodi criminibus publice diffamatis, de quorum fuga & euasione probabiliter timeatur, seruata modestia qua potest in talibus obseruari, capere, detinere, seu capi facere, vel etiam detineri, non in contemptum clericalis ordinis, vel odij zelo, seu persecutionis affectu, nec vt iurisdictionem vsurpetis in ipsos; sed tantum vt reddantur ad mandatum ecclesiæ, ne crimina remaneant impunita propter hoc, tu dictiue ministri nequaquam excommunicationis sententiam incurratis, ad instar felicis recordationis Nicolai Papæ IV. prædecessoris nostri, qui per apostolicas literas idem claræ memoriæ Philippo Regi Francorum tuo progenitori concessit, auctoritate præsentium tibi duximus concedendum; nullam propter hoc tibi vel ministris eisdem dantes licentiam clericos ipsos taliter capiendi, nec eorum captionem vel detentionem etiam huiusmodi approbantes. Dat. Auinioni id. augusti anno 1.*

d Ber. vbi sup. et M. S. Vat. bib. signat. n. 3765.
e An. 1. to. 2. post ep. com. 1099.
Clerici facinorosi certis in casibus a secularis fori satellitio capiendi.

14 Exuendos etiam clericalibus priuilegijs statuit f Gregorij X. exemplo clericos coniugatos, siue monogami vel bigami essent, & alios, qui tonsura & habitu decori gererent magistratus, atque etiam pœna sanguinis sontes afficerent; vt vero onera subterfugerent, prærogatiuam clericalem obtendebant. Pari seueritate Basiliensem episcopum, iniusto bello se implicantem, non præfixa, vt mos est, literis salute corripuit a: *Non attendens*, inquit, *quam districte sacri canones prohibent portationem armorum in clericis, quorum arma lacrymæ debent esse; abiecta prorsus maturitate pontificalis officij, dilectum filium nobilem virum Radulphum dominum Noui Castri in nullo, prout fertur, iniurium, ea solum occasione, quod guerram habet cum dilecto filio nobili viro Petro de Grandisono domino Bellimontis, tibi consanguinitate coniuncto, nedum laicali more per tuas literas diffidasti; sed et cum ad pacificandum eos iuxta iniuncti tibi pastoralis officij debitum solicitudinis tuæ partes deberes apponere, non vt pacifer, sed belliger; non vt Dei minister, sed ministrator excidij arma sumpsisti militaria contra eum; depradationes, rapinas, inuasiones, incendia, & occisiones cum tuis complicibus perperam committendo, &c.* Intentata anathematis mulcta, ac sacerdotiorum munerisque pontificalis priuatione cœptis iubet ipsum absistere, ac damna illata sarcire. *Dat. Auen. VIII. kal. iulij anno 1.* Querente etiam apud sedem Apostolicam Philippo Galliarum Rege, nonnullos clericos rerum terrenarum cupiditate irretitos mercaturæ se addixisse; cumque clericorum priuilegijs potiri flagitent, disciplinæ ecclesiasticæ se subducere, Ioannes archiepiscopos atque episcopos coercere eorum auaritiam iussit b.

f An. 1. p. 4 ep. com. 4205.
Basiliensis episcop. ob suscepti iniustum bellum corripitur.
a To. 1. ep. secr. 332.
b An. 1. sc. 4. ep. com. 4142.

15 Diuulgandas hoc anno in academijs proposuisse Ioannem Clementis V. constitutiones, referunt Bernardus c & manuscripti d annales Romanorum Pontificum. Extant eo argumento Apostolicæ literæ e ad Parisienses academicos kal. nouembris exaratæ, quibus præcepit, vt in iudicijs ac publicis scholis ijs vterentur: quæ etiam Bononiensibus transmissæ, & Clementinis sanctionibus præfixæ sunt. Collocasse porro Ioannem augendæ rei literariæ, vt erat in scientijs apprime versatus, cupidissimum apostolicas curas ad academias splendori pristino restituendas, docent plura eius diplomata: atque in primis ad Parisiensem academiam f, cæterarum principem, instaurandam professores corripuit, qui artes liberales imperfectas traderent. Inuectus etiam est in theologos g, qui theologiam, conquisitis philosophorum fucis ac sanctorum patrum abiectis sententijs vel oraculis scripturarum, inquinabant: *Sane mirantes*, inquit, *audiuimus, & turbati quodammodo expauimus, quod nonnulli ex vobis, sicut habet fide digna relatio, habentes magisterij dignitatem, nec attendentes quod incassum bonum agitur, si priusquam veniatur ad terminum deseratur, legere libros incipiunt; sed negligentia, vel animi leuitate, vel alia inconstantia ipsos debito modo non finiunt, sed deserunt imperfectos. Nonnulli alij, plus sapere quam oportet sapere, contra doctrinam Apostoli molientes, inhærendo philosophorum erroribus, veram sophiæ intelligentiam derelinquunt; & cum deberent ad consolationem cordium ipsorum, iuxta præceptum Apostoli, esse instructi in agnitione ministerij Dei Patris, & domini nostri Iesu Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, decipiuntur per philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditiones hominum; fideique orthodoxæ documenta minus debite venerantur. Quidam vero minus idonei & indigni, quidam etiam sine debito examine ad statum magisterij assumuntur. Alij quoque solemnium disputationum, & determinationum frequentiam consuetam ab olim in Parisiensi studio prætermittunt. Quidam actu regentes, qui tenerentur insistere exercitio lectionum, litigiorum anfractibus, & aduocationum*

c Ber. chr. Rom. Pon.
d M.S. Vat. bibl. sign. n. 3765.
e To. 1. ep. secr. 749.
Pontificiũ in re literaria redintegrandã studiũ.
f An. 1. p. 3 ep. com. 2971.
g Io. an. 1. p. 3 ep. com. 2971.
Instaurata illius disciplina.

riam Reginam a ac Sanctium Regem b Balearium, Iacobum Aragonum Regem c, qui Blancam S. Ludouici sororem antea vxorem duxerat: quos omnes ad eiusdem sancti æmulandam pietatem accendit. Denique vniuersos fideles encyclicis literis d ad illius imploranda suffragia excitauit, quibus sepulchrum religiose veneraturis indulgentiarum præmia proposuit e. Ad cuius illustrandam virtutum gloriā hæc delibanda censuimus: *Ductus in Cataloniam cum duobus e suis fratribus, datus obses pro liberatione antedicti Regis,* nimirum Caroli II. patris, *tam feruenter dedicauit se studio, quod infra septennium, quo etiam ibi obses fuit, sub instructione fratrum Minorum, quos secum habebat in socios, in primitiuis scientijs, & sacra pagina sic profecit, quod vir Dei, pollens ingenio, de prædictis scientijs non solum publice ac priuate subtiliter disputare valeret; sed & solemniter clero et populo proponere verbum Dei, vt putaretur scientia hæc infusa sibi magis diuinitus, quam humanitus acquisita.*

a Ep.144. b Ep.145. c Ext. apud Surit. ind.l.2. d An.1.p.1 ep.cur.156 e Ib.ep. 157.extat etiam in bullar.

Præcipua illius vitæ acta.

Septennio in custodia Regis Arag. fuit. a Minoritis scietijs imbutus.

In orationibus sedulus & deuotus mentem ad Deum eleuatam tenuit, profecto sciens, quod oratio humiliantis se, nubes penetrans, pro exauditionis suffragio Deum adit. In tempore namque dicto, sacramentali confessione præmissa, missas audiebat deuote; in magnis vero festiuitatibus cum præparatione multa corpus sumebat dominicum; factus autem sacerdos diebus singulis celebrabat. Audientiæ verbi Dei insistebat attente: pro pastu vero animæ, in scripturis deuotus studens, habebat ad hoc pro solatio sanctos libros. Castitatis autem amor a puero affecerat eius mentem adeo, quod ob ipsius fidam custodiam mulierum consortia fugiebat omnino; in tantum, quod nisi forsan cum matre & sororibus, solus cum sola vnquam tempore loquebatur: mulierem namque amariorem nouerat esse morte. Verba etiam inhonesta horrebat audire, ac loquentes talia grauiter arguebat, attendens prudenter, quod corrumpunt mala colloquia bonos mores: fratres nihilominus duo, & interdum quatuor in sua iacebant camera, in sua testimonio nitidæ puritatis. Cum Apostolo Paulo sobrietate cibi & potus corpus suum castigabat assidue, seque frequenter manu sua, quandoque autem alicuius fratris consocij cum catenis ferreis disciplinans, vestiendo pro camisia rude stamen, & deferendo ad nudum pro cingulo cordam grossam, ipsam carnem in seruitutem redigebat. Summo etiam studio terrena cuncta calcare studuit ex desiderio æternorum.

Quo pietatis sensu diuina perciperet.

Adepto sacerdotio sacra singulis diebus peragebat

Eius castimonia.

Corpus macerabat.

11 *Considerans etiam sanctus iste, quod mundus totus sit positus in maligno, quodque cum concupiscentia sua transit, ipsum fugiendo deseruit totaliter & contempsit. Nam rediens de Catalonia cum Rege prædicto, votum quod de intrando ordinem fratrum* Minorum *in obsidione fecerat, in conuentu eorundem fratrum de monte Pessulano, voluit adimplere. Sed videns, quod timore dicti Regis ipsum fratres recipere non audebant, votum ipsum solemniter iterauit. Et quia vouentibus præceptum nouerat de reddendo, suadenti felicis recordationis Papæ* Bonifacio *prædecessori nostro, quod assensum præberet prouisioni de se factæ ecclesiæ Tolosanæ, nullatenus consensit, quoadusque votum dictum, quod fecerat, compleuisset. Cuius deuotioni annuente prædecessore nostro prædicto, habitum ordinis prædicti suscipiens, in præsentia bonæ memoriæ Ioannis episcopi* Portuensis, *tunc eiusdem ordinis generalis ministri, expressam professionem flexis genibus in manibus suis fecit; sicque prouisioni prædictæ suum præbendo assensum, mandatis apostolicis obediuit. Et quamquam de iussu prædecessoris eiusdem dictum habitum velatum portauerit vsque ad festum B. Agathæ tunc vicinum; in dicto tamen festo in præsentia duorum Cardinalium recepit publice, ac ex tunc portauit continue, atque ipso die ad sanctum Petrum patenter detulit, prædicando.*

Vt voto ingrediendæ Franciscanæ familiæ se obstrinxerit.

Illius religione prius se exoluerit, quam susceperit episcopatum.

Miranda res, & alias insueta! vir namque virtutum positus in sublimi iuri primogenituræ renunciauit & regno, regalis solij spreta pompa, pro regno corruptibili æternum ac plenum delicijs regnum mercans. Mira vero compassione ad pauperes ferebatur, quibus largas tam priuatas quam publicas eleemosynas faciebat: vnde iam factus episcopus Tolosanus per vnum suum familiarem secretarium mandauit inquiri de suorum quantitate reddituum, quantumque sibi sufficeret pro moderatis expensis faciendis & rationabilibus, volens quod totum residuum in sustentandis pauperibus poneretur; quamquam prælatus tam magnus esset, & filius tanti Regis. Cum autem iret Parisios, pauperem quendam nudum reperit, cui multum compatiens, abscondite cappam contulit, quam portabat, sibique fecit aliam secrete asportari, &c. His addit Pontifex vt vigintiquinque pauperes quotidie in sua domo reficeret, iisque etiam flexo genu inseruiret: interdum xenodochia lustraret, luxum omnem a se abiecisset, magno pietatis exemplo episcopale obiret munus, Iudæos & Saracenos ad fidem alliceret; sanctissime demum obierit: deinde ad implorata eius apud Deum suffragia cœlestes virtutes fuerint editæ, plures e morte ad vitā reuocati, mutis vocis vsus, surdis auditus redditus; variorum morborum, quorum acerbitas omnia remedia eludebat, genere implicitis valetudo fuerit restituta: ob quæ religioso examine confirmata consecratam eius memoriam promulgat, atque ipsius sepulchrum veneraturis nonnulla indulgentiarum præmia confert. Quæ literæ VII. *id. aprilis pontificatus anno* 1. consignatæ.

Renunciarit regno Siculo.

Episcopatus vectigalia in pauperes effuderit.

Vestem suam nudo tradiderit.

Alia ab eo gesta.

12 Non illustrata modo hoc anno est Tolosana ecclesia S. Ludouici episcopi gloria & miraculis; verum etiam sede archiepiscopali a Pontifice decorata, atque in eam rem illius amplissima diœcesis in sex episcopatus Montalbanensem, Riuensem, Lombiensem, Sanpapulensem, Vaurensem diuulsa a. Agitasse Clementem eadem consilia, testatur Ioannes in apostolica constitutione b de ea re edita, in qua rationes graues adducit, quæ ipsum ad Tolosanam diœcesim in plures partiendam impulissent, nimirum ob illius amplitudinem episcopum administrandis tot ecclesijs imparem esse; vnde diuinus cultus plerisque in locis exolesceret, & animarum iacturæ periculum graue immineret. Et quidem iam ante superiori seculo Fulco, præsul virtutibus ornatissimus, ab Innocentio III. flagitarat, vt episcopatum divideret, cum pastorales curas in tot populos diffundere non posset: negarat vero ea de causa Innocentius, vt ingentibus ecclesiæ suæ opibus ad comprimendos Albigenses vteretur. Mutata autem postea temporum ratione, Ioannes vetera priuilegia Tolosanæ ecclesiæ de nunquam diuidenda illius diœcesi concessa rescidit c, cum iam populorum numerus excreuisset, nec amplius sacræ opes aduersus hæreticos, sed ad inanem luxus pompam conuerti ab episcopis Tolosanis consueuissent, vt Pontifex grauiter queritur hisce verbis: *Attendentes, quod licet Tolosanus episcopatus diuitijs abundaret immensis, vix tamen supererat huc vsque memoria,*

Tolosana sedes in archiepiscopalem excitata.

a To.1.ep. secr. 151. ex.2.p.1 ep 96 & ep. secr. 353. & an.2.p 1.ep.com. 997.

b Extrau. Saluator noster. de præbend. & dignit. Item M.S. Vat. bibl. sign. n.3765.in Io.22. & Bern.chr. Rom.Pon.

Illius diœcesis in plures diuisa.

c To.1.ep. secr. 152.

Quæ Pōt. causæ impulerint.

quod

sint. Cum vero religione aliqua teneretur ob bona a maioribus iniuste parta, quæ ad ipsum successione deuoluta essent; Alexandri IV. in S. Ludouicum exemplo ea in eleemosynas conuertenda statuit a, si ad quos spectarent domini comperiri non possent. Prosecutus etiam est apostolico studio Reginam Ioannam, quæ cum nonnulla leuiora vota nuncupasset, quorum religione exsoluere facile se non posset, Gregorij IX. in re simili exemplo partes Senonensi archiepiscopo commisit b, vt Reginæ vota cum alijs pijs operibus apostolica auctoritate commutaret. Sacram porro ædiculam, quæ in regia eleganti opere a S. Ludouico excitata erat, quamq; ab eo pretiosissimis exornatam reliquijs vidimus, decoratam hoc anno ipsius sancti Regis reliquiarum parte, transferente in eam magna religiosa pompa Philippo abnepote ipsius sacrum caput auulsum a reliquo corpore, quod in monasterio diuo Dionysio sacro erat collocatum; docet pontificiæ literæ, quibus indulgentiarum præmia eam celebritatem cohonestaturis, atque regiam sacram ædiculam, excurrente ab ea translatione octo dierum spatio, adituris c proposita sunt.

a Ib. ep. com. 4142. Ioannæ Reginæ vota iussu Pont. permutata. b Ib. post cand. ep. Translatio reliq. S. Lud. in regum ædiculam Parisijs. c Ib. ep. 4142.

9 Decretus est d sanctorum cultus alteri eius nominis Ludouico e Francorum & Siculorum Regum stirpe oriundo, eiusdem sancti Regis ex fratre Carolo Rege Siciliæ abnepote, dispari quidem conditione cum alter in gerendo sceptro Francorum, alter Siculo abiecto sanctitatem sit adeptus. Confert vtrumque inter se Ludouicum eleganti oratione Pontifex in literis ad Philippum Galliarum Regem datis, & vtrumque illi imitandum tanquam domesticum exemplum proponit. e

d Iord. M. S Vat. sign. n. 1960. Baron. in not. ad Mar. Rom. 19. aug. & alij. Ludouic' episc. Tolosan. SS. catalogo adiectus. Siciliæ sceptrum spreuerat. e To. 2. ep. secr. 53.

Ioannes, &c. Regi Franc. & Nauarræ illustri.

Et quidem ex ipsa domo, quam vtique decet in dierum longitudinem sanctitudo, duos ipse misericors dominus diebus nostris produxit spiritualis belli belligeros, duos candidos Nazaræos, qui scuto protecti fidei, & armis pœnitentiæ ac sanctæ conuersationis accincti, licet diuersis temporibus voto tam, consimili finem sibi præstituentes eundem, præsentis vitæ stadium, vt incorruptibilem coronam acciperent, cucurrerunt ambo eiusdem nominis, ambo eiusdem generis, & ambo admirabilis sanctitatis. Horum primus est, sicut nosti, sanctus Ludouicus confessor egregius, qui iam ab olim de terreno ac temporali regno ad cœlestis & æterni gloriam est translatus: secundus vero est venerandæ memoriæ sanctissimus Ludouicus Tolosanus episcopus, qui tanquam veræ vitis palmes effectus viuit æterna plantatus in vita, cui ad cœleste palatium misericordiarum pater parauit accessum, cuius miranda miracula, quibus miraculose per ipsius merita gloriosa dominantium dominus suam mirificauit ecclesiam, ad suæ laudis præconium, ad præsentium, & secuturorum instructionem & gaudium late patent, &c. *Dat. Auen. v. id. April.*

Cõfertur cum auo S. Lud. Rege. De illius ingentib' miraculis

Agunt de ea celebritate hoc anno VII. id. aprilis a Ioanne XXII. solemni ritu Auenione perfecta, Bernardus e, & Ptolemæus f Lucensis, qui Pontificem S. Ludouici magistrum fuisse obseruat: *Eodem, inquit, anno canonizauit Ludouicum fratrem ordinis Minorum episcopum Tolosanum, qui eius fuit magister, ex continua conuersatione cum eo de ipsius sanctitate certior, puta qui eius gesta & acta, vir subtilis indaginis, & oculis vidit & experientiæ manibus contrectauit.* Singulari porro felicitati attribuendum est Mariæ Reginæ Siciliæ, S. Ludouici episcopi matri, intueri filium, non de aliqua orbis parte debellata, sed post calcatum regium fastum de parto cœlo triumphantem, atque vniuersæ ecclesiæ, vt summa apud Deum florentem gratia, propositum: cui merito Reginæ gratulatus est Pontifex, scriptis hisce de eius filio a se sanctorum catalogo aggregato literis a.

e Bern. chr. Rom. Pon. & M. S. Vat. bibl. signat n. 3765. in Io. XXII. f Ptol. Luc. i. hist. eccl. M S l. 24. c. 42. Rara Mariæ Reginæ felicitas, filium sanctis annumeratũ intuẽri. a To. 1. ep. secr. 1. 9.

Charissimæ in Christo filiæ Mariæ Reginæ Siciliæ illustri.

Epulari filia in sinceritatis & veritatis azymis, & in Domino gaudere te conuenit, quia filius tuus, ab olim mundo moriens, Deo feliciter viuere; factusque compatriota cœlestium, & sydereorum incola mansionum, in Domini tabernaculo meruit habitare. Exultare, ac pium prorumpere debes in iubilum, de vtero tuo processisse virum angelicum, meditans consortem gloriæ angelorum. Profusis decet te plaudere gaudijs, quod talem in terris genueris filium, cuius in cœlis patrocinio, cuiusue fauore apud homines communiris, & intercessionibus apud Deum. Hic est ille natus tuus venerandæ memoriæ Ludouicus episcopus Tolosanus, quem Deus ipse gloriosus in sanctis suis, & in maiestate mirabilis, sua immensa bonitate virtutum operatione mirificauit, & gratia sanitatum sic immensis illustrauit miraculis, quod in diuersitate graduum seu status in gratia & gloria gradatim ascendit. Hic est quem, vt pie creditur, Rex ipse cœlestis sic honorari decreuit in patria, vt sedi supernæ quietis insideat æternæ claritatis lumine quasi regijs vestimentis amictus, & sempiternæ gloriæ diademate coronatus. Hic est denique, quem & nos propter sua merita gloriosa nostro ministerio per omnem Christianũ cultus ambitum vehiculo debitæ venerationis incedere, ac profusis per orbem gaudijs, & effusis vndique laudibus coli cupientes in terris, nuper die iouis post festum resurrectionis dominicæ, septimo videlicet idus aprilis, de fratrum nostrorum & prælatorum omnium, tunc apud sedem Apostolicam existentium, vnanimi consilio & concordi consensu, sanctorum catalogo duximus ascribendum. Nec sine causa paschale tempus ad id faciendum elegimus, vt dies ipsa, noua festiuitate iucunda, ex temporis gaudiosa celebritate paschalis fieret ampliori iucunditate festiua.

Gratulatoriæ ad eam Pontificis lit. Sancti filij elogia.

Digne itaque, filia, cor tuum lætari debet in Domino, & in salutari suo tuus animus dilatari; & digne gratias agere teneris Altissimo, qui tibi fecunditatem sobolis tam sanctissimæ tribuit, & qui in tanta sublimatione illius in benedictionibus immensæ dulcedinis te præuenit. Propera igitur, quæsumus, & in odore vnguentorum beatissimi filij currere, tuas corrigendo vias, & bonis operibus vacando festina, vt illum sequi merearis ad regnum, quem si mundo viueret, affectu cogente materno, in exilium sequereris. *Dat. Auen. v. id. aprilis.*

Ad occinendas Deo laudes eam hortatur.

10 Excitauit ad sacri gaudij pompam Pontifex alios principes, qui S. Ludouicum consanguinitate affinitateue contingebant; vt Robertum b Siciliæ Regem, ad quẽ S. Ludouicus hereditarij regni, cum euangelicã paupertatem ex diui Francisci disciplinæ formula amplexus est, iura transfuderat; Philippum principem Tarentinum c alterum germanum, Sanciam Reginam Siciliæ d sancti glorem, Clementiam e Francorum, Ioannam f Armenorum Reginas illius neptes, Mariam

Principes sancti episc. affines ad virtutum imitationem excitati. b Ib. ep. secr. 141. c Ib. ep. 142. d Ep. 140. e Ep. 143. f Ep. 372.

ra plura pericula prudenter declinari. Cumque Sancius Balearium, vulgo Maioricarum, Rex Gallicæ aulæ Monrispesulani atque illius dirionis, quam baroniam vocant, causa fiduciarius Parisios se conferret, vt recens regia inunctione delibuto Francorum Regi fidem sacramento obstringeret, diuertensque in itinere Auenionem, cum Pontifice congressus, plurimum de iniurijs a Galliarum Regis administris illatis, suisque imminutis iuribus questus esset a; Ioannes, ad sopiendam discordiam Philippum monuit, vt Sancium, amicitia & consanguinitate coniunctissimum sibi, debitis officijs deuinciret, nec violari illius iura pateretur: quæ literæ nono aprilis consignatæ. Sed tum concordia coalescere non potuit, repetitis enim exeunte anno literis, vt Regis Balearium gratiam & amicitiam coleret, reprimeret administros, & controuersiam omnem componeret, est adhortatus b.

Monetur Philip. principū literas suis perlegere oculis.
a To. 1. ep. secr. 135.
Intercedit Pont. ad conciliandam inter Balear. Regē Sanciū & regios administros controuersiā.
b Ib. ep. 456.

6 Abfuere a Sancij exemplo plerique proceres Gallici, qui Philippo Regi clientum officia exhibere detrectarunt c, ac Belga, Atrebas, Burgundus, Niuernensis, Andegauensis, Marchianus, Campani fœderati, & Regina Clementia in eum varijs de causis coniurarunt d: ad quas dissensiones extinguendas, ne in funestum bellū erumperent, Pontifex nullum amantissimi patris officium prætermisit. Atque in primis Philippum Francorum Regem, ne ob coniuratorum multitudinem aduersis rebus frangeretur, saluberrimis monitis erudiuit e: *Si felicibus*, inquit, *tuis auspicijs cuncta tibi non succedunt ad votum, si rebelles ad tuam obedientiam redire contemnunt, si rupto fidelitatis & naturalitatis fœdere insurgunt contra te, qui tibi assistere tenerentur, si quæ forsan aliæ difficultates se ingerunt, æquanimiter cum gratiarum actione supportes: non enim est Iacob, quem Esau non persequitur; nec est Abel, quem Cain malitia non exercet: & Dominus cum filijs, quos diligit, sic semper agere consueuit, prius eis ostendens aspera, prius dura, vt eo gratior sit subiuncta prosperitas, quo perplexior eam præcesserit difficultas. Confide ergo in Domino, & in eius omnipotentia confortare: speramus enim, quod cum sibi, prout creditur, placeant viæ tuæ, inimicos tuos conuertet ad pacem & serenitas grata succedens præsentis temporis nubilum terminabit. Dat. Auen. x. kal. iulij.* Ad discedentes vero ab officij religione principes in ordinem redigendos, tum alios sanguine coniunctissimos, vt fratrem ac patruum Carolum Valesium, conciliandos grauissimis literis ad Regis obsequium pellicere studuit f, atque ad redintegrandum pristinum fœdus nuncios apostolicos misit.

c Ead. to. 1 ep. secr. 182.
Nonnulli Galli principes a Philippo deficiunt. Pontifex conciliare dissentientes conatur.
d Ib. ep. 186. 187. & an. 2. p. 1. ep. com. com. 569
e To. 1 ep. secr. 290. & 310 & to. 2. ep. secr. 54.
Phil. Regem ad constantiam confirmat.
f To. 1. ep. secr. 187. & 211.

Perfuncti sunt g eo munere Rainaudus archiepiscopus Bituricensis & Berengarius e Landora, quos Pontifex incutiendarum coniuratis proceribus, si ipsos salubribus monitis ad officium adducere non possent, censurarum, ac eorum subditos omni fidei & obsequij religione liberos pronuntiandi auctoritate instruxit: si vero nuntij perduelles ad officium flecterent, vt regiam clementiam in eos explicaret, Philippum hortatus subiectis verbis est: *Cum, fili, misereri posse sit opus potentiæ virtusque potentis, & ignoscere genus optimum sit vincendi, mansuetudinem tuam rogamus, & in illo, cuius est proprium misereri semper & parcere, exhortamur attentius, quatenus prudenter attento, quod nihil adeo gloriose relucet in principe, sicut amare & exhibere iustitiam sine acceptione personæ, præfatis inobedientibus super his, de quibus aduersum te iusta poterit superesse querela, licet eorum aliquibus, sicut habet facta nobis grata relatio, te iustitiam obtuleris ministrare, adhuc ex superabundanti eis iterum & a ijs insuper super illis te ministraturum summarie & de plano iustitiam offeras, vt per hoc facientius inducantur ad tuam regredi gratiam; alioquin eorum proteruia contumax iustius contundatur, etc. Dat. Auin. III. kal. maij.*

Nuncij apostolici in Belgiū missi.
g Ib. ep. 194.
Franc. Rex ad clementiā excitatur.

7 Non eæ modo dissensiones Regem Philippum exercuere, ac læta tristibus regni initia miscuere, verum etiam illa magno luctu confudit filij, sceptri Gallici heredis, superiori anno in lucem suscepti, immatura a mors; ob quam dolore affectum parentem Pontifex solatus est b: *Licet*, inquit, *fili de subtractione nati tui, quem tibi Deo volente sperabas in regnis Franciæ & Nauarræ, quorum gubernacula possides, successurū, non leuiter doleamus tuoq; dolori condoleamus ex internis; de hoc tamē tibi plurimum congaudemus, quod tu, sicut lætanter audiuimus, quæ sunt digna principe cogitans, & in spiritu fortitudinis præparans mentem tuam, in eo consolationem prudenter assumis, qui natum ipsum, quem cum libuit, pro sola suæ clementiæ liberalitate concesserat, vt & sibi licuit, pro suæ potestatis libertate subtraxit: in hoc, fili, Regem illum Dauid laudabiliter imitatus, qui licet ægrotum filium fleuit; ne tamen videretur contrarius * voluntati, mortuum non plorauit, &c. Dat. Auin. id. martij.* Iam nonnulla apostolica beneficia a Ioanne in Philippum collata afferamus.

Philip. Reg. filij mors.
a Ber. chr. Reg. Franc.
b Ep. 116. Philippū hortatur Pontif. vt suam voluntatem diuinæ accōmodet.
* diuinæ

8 Ad cælestem illi in primis conciliandam opem & gratiam concessa a S. Cælestino & Clemente V. quadraginta dierum indulgentiarum præmia fidelibus, qui pro Regibus Francorum pias preces funderent, confirmauit c: *Sperantes*, inquit, *firmiter, quod sacrificium tuæ iustitiæ Dominus acceptabit, & regiæ magnificentiæ merita, inter quæ velut singulare sydus irradiat singularis, quam ad nos & Romanam geris ecclesiam deuotionis affectus, vniuersos Christi fideles ad implorandum quotidie pro te, ac vxore, liberisque tuis patris æterni gloriam illectiuis retributionibus decreuimus inuitandos. Ideoque omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui deuotis orationibus pro te, ac eisdem vxore & liberis, quamdiu tu & ipsi commodis præsentis vitæ fruemini, nec non pro anima tua post obitum tuum, diuinam misericordiam implorabunt; singulis diebus, quibus apud Deum huiusmodi orationes effuderint, de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi; ac felicis recordationis Cælestini V. ac Clementis V. prædecessorū nostrorum Romanorum Pontificum sequentes in hac parte vestigia, qui pro eodem Rege diuersas super hoc indulgentias per apostolicas literas concesserunt; quadraginta dies de iniuncta eis pœnitentia misericorditer relaxamus. Datum Auinioni id. augusti anno 1.*

c An. 1. p. 4 ep. com. 4141.
Indulgen. effundentib. Deo preces pro Rege Franc. propositæ.

Renouauit alia priuilegia tum ab Alexandro IV. S. Ludouico, tum a Nicolao III. Philippo parenti concessa d, vt diuinis mysterijs in locis ecclesiastico interdicto suppositis interessent: tum etiam aliud eidem S. Ludouico datum, vt nimirum Francorum Reges concepta communibus verbis interdicti & anathematis forma inuolui non censerentur, nisi eorum nomina specia tim a Romanis Pontificibus designata, eaque nota aspersa fuissent. Ex quibus patet, priuilegia illa amplissimis concepta verbis tradita S. Ludouico, de quibus meminimus e, ita intelligi, vt a nullo quam a Romano Pontifice censuris vinciri possint.

d An. 1. p. 4 ep. com. 4142.
Priuilegia Regibus Franc. ab Apost. sede concessa.
e To. xiv an. Chr. 1255. n. 43.

Negat Pont. Regis Arag. filio Tarrac. ecclesiam.

potuisse, additque: *Causæ memoria non sunt proditæ, simoniaci ambitus, sic suspicor, vitium obtendebatur, aut minoris ætatis: nondum soluendarum legum ad principum gratiam vsus percrebuerat. Ea erat animi magnitudo, vt maximorum sæpe Regum cupiditatibus obsisteret*, Pontifices scilicet, *non dubitarent*.

IESV CHRISTI annus 1317.

IOANNIS PP. XXII. annus 2. VAC. IMP. OCCID. 4. ANDRONICI IMP. OR. 34.

Præcipue res a Ioanne hoc anno gestæ.

1 ANno a Virginis partu millesimo trecentesimo decimo septimo indictione quintadecima Ioannes Hispanos in Mauros incitauit, Siculum, Belgicum, & Cyprium bella sopiuit, strenuam denique operam ad pacem inter principes Christianos adducendam defixit: ad quę præclara consilia in opus perducenda dum incumbebat, veneno primum, deinde magicæ artis carminibus appetitus, diuina munitus prouidentia periculum omne discussit: de quibus acturis nobis primum Gallicæ res, constituta inter Gallos Apostolica sede, occurrunt. Sacro oleo delibutus Rhemis ineunte anno Philippus, vt ex Bernardo [a] superius indicatum est, susceptoque regio insigni regia mox officia Christi vicario detulit, regnique opes & armorum potentiam illius obsequijs se addicturum est pollicitus. Quem Ioannes, vt promissorum religione in colendo diuino amore, tuenda Christi ecclesia, pristinoque in eam studio explicando se liberaret, obstrinxit [b].

Philippus Franc. Rex Rhemis inunctione regia delibutus.
[a] Bern. chr. Reg. Fräc.
Officia regia Pontifici defert.
[b] To. 2. ep. secr. 40.

Ioannes, &c. Philippo Regi Francorum.

2 Ecce spe ducti oblationis eiusdem, illud a te singulariter petimus, in hoc te cupimus oblationem ipsam exsoluere, in hoc tuum versari studium affectamus, vt deuotionē ad Deum, per quem regnas & regeris, & ecclesiam sponsam suam illibate custodias; charitatem & coniunctionem, quæ inter ecclesiam ipsam & te iam dignoscitur notabiliter Deo auctore vigere, quam perseueranter durare desideranter appetimus, solicitudine studiosa conserues; eam in te, quantum in te fuerit, in omni mansuetudine nutrias, nec per cuiusuis astutiam ipsam vulnerari seu exasperari permittas. Et vt quæ in verborum obtulisti dulcedine, in operis gratitudine prosequi censearis, sic te zelus domus Domini comedat quod, prout de te firma tenemus fiducia, quæcumque ipsius exaltationem respiciunt diuini cultus augmentum, tui regni decorem, tuique throni stabilitatem, ac tuæ & subditorum fidelium animarum profectum rationabili censura producunt, stabili constantia diligas, & promoueas operose; in his præsertim & alijs te catholicum principem, Deo deuotum, veritatis amicum, zelatorem domus dominicæ, fauorabilem ecclesijs, ac personis ecclesiasticis & ecclesiasticæ libertatis sedulum exhibeas promotorem, &c. *Dat. xv. kal. februarij*.

Hortatur eū Pont. ad constātiam in pristino erga ecclesiam studio.

3 Consignatæ sunt eodem die aliæ literæ [c], quibus Regem erudit, vt iam accepta regia consecratione regiam indueret grauitatem: priores gestus leuiores poneret: vteretur longiore epitogio more maiorum: ne dum mysteria diuina peragebantur, sermones conferret; sed ad fundendas apud Deum preces incumberet. Expostulauit etiam turpem in Gallijs morem inoleuisse, vt dies festi in polienda cute, rondendis radendisque barbis profanarentur, quem penitus abolere iussit, vt diuinam sibi gratiam conciliaret.

Pia ad eūdem Regem monita.
[c] 16. ep. 142.

Regi Francorum.

Nosti, fili charissime, quod iuxta verbum nobilis citharœdi, decet domum Domini sanctitudo: nosti, quod ecclesiam vocari domum orationis ipsa veritas censuit, & temporalia negotia, quæ alibi geri licite poterant, inibi fieri non permittens, illos abinde eiecit. Sed an tu ecclesiam ipsam domum negotiationis, aut collocutionis interdum efficias, paulisper attende: habet enim multorum assertio, nobis indubitanter implacida, quod tu, dum diuina & specialiter missarum solemnia in tui præsentia celebrantur, nunc isti nunc illi colloqueris, & negotijs te frequenter impendēs, quę per Dei ministrum pro tua populiq; salute, ac expiatione peccatorum aguntur, vt condecet, non aduertis. Porro, dilectissime fili, talia beneplacito diuino fore contraria, tuæque indecentia maiestati, nequaquam ambigimus: vnde huiusmodi perniciosum abusum, tuis præsertim exulare temporibus affectamus, celsitudinem regiam exhortantes in Domino Iesu Christo, quatenus diuinum officium reuerenter audias & deuote, & quamdiu celebrationi illius intereris, deuotioni te totum præbens, humiliato spiritu & corde contrito sacratissimam passionem & alia immensa recogites tui beneficia Redemptoris, de cuius dono fateri debes, tibi fuisse concessum tantis oriri natalibus, tot abundare diuitijs, tot gratijs insigniri, & iure primogenituræ collato, regiæ fieri celsitudinis successorem: & si eum forsitan offendisti, non adijcias iterum, sed tunc de pristinis, vt tibi misericorditer dimittantur, humiliter deprecare.

Quam turpe sit garrire in templo.
Vt in sacro diuina tecolere mysteria debeat.

4 Interim autem, dum in oratione colloqueris Domino maiestatis, cuiusuis alterius colloquium citra necessitatis exigentiam non admittas, ne peregrina forsan immiscendo colloquia, sibi qui & quodammodo tibi oranti colloquitur, censearis iniuriam facere, ipseque tibi intendere dedignetur, cui tu deprecans non intendis. Sed & quæ post susceptum vnctionis regiæ ornamentum agere te decet, euacuatis gestibus pristinis, ea quæ digna sunt * præcipue. Pulchrum crederemus & congruum, si ad excellentiæ regalis ornatum, epitogium longum ex nunc induceres, vt te tuis in hoc progenitoribus conformares.

Dedignatur Deus intendere oranti, qui orationi non attendit.
*percipe
Vetus Regum Frācorum habitus.

Illud sane, quod inoleuisse in illis partibus dicitur, vt videlicet passim in quandam diuinam irreuerentiam exerceantur iudicia die dominico, & radendis ac tondendis barbis atque capitibus intendatur, te dissimulare non decet, cum dies illa diuino cultui specialiter dedicata talibus profanari non debeat, quam censura ciuilis alienam esse debere a cognitionibus præcipit, & litigantes a controuersijs in illa respirare decreuit. Nec ignoras, quod inter præcepta decalogi sanctificatio sabbati ponitur, ad quorum obseruantiam fidelis quilibet de necessitate tenetur. Hæc igitur sic reformari mandes & facias, quod vberius inde tibi gratiam tui Creatoris acquiras. *Dat. xv. kal. februarij*.

Iudicia & tonsoria ars die dominico exerceri vetita.

5 Instruxit etiam Philippum Ioannes saluberrimis [a] alijs monitis, veluti Pontificum, Regum, principum literas suis perlegeret oculis, non alijs legendas traderet, easque vel mox laniaret, aut tutiore loco reponeret: ita enim grauiora

[a] To. 2. ep. secr. 133.

dixenses, Cambiles, geminas arces, & Algabardum in Christianorum imperium concessisse: cum vero ærarium Maurici belli stipendijs consumptum esset, missos ad Ioannem nouum Pontificem oratores, sacerdotiorum decumas ac peccatorum veniam ijs, qui sacram militiam suscepissent, obtinuisse. At de his iterum anno sequenti. Præsentem nunc rebus Aragonicis claudamus.

Petrus princeps Cast. strenue in Granatēses rem gerit.

27 Euecto ad Pontificatum Ioanne, Iacobus Rex Aragonum oratores Pontium episcopum Barchinonensem & Vitalem de Villanoua, virum nobilitate insignem, Auenionem misit, qui ipsius nomine, vt Sardiniæ & Corsicæ Regis stipendiarij ac Romanæ ecclesiæ classis præfecti summique copiarum ducis, officia præstarent, fidemque Romano Pontifici vt supremo in eas insulas domino obligarent, vt ferebat pontificium diploma, quo ea inter cæteras lege regna illa transmissa erant, vt vnius anni flexu vectigalem se Iacobus posterique sedis Apostolicæ, data solemni ritu fide, profiterentur: quam prouinciam oratores sibi demandatam cum obituri essent, regias literas Pontifici porrexerunt, hisce conceptas verbis [a].

Sanctissimo ac reuerendissimo in Christo patri ac domino, domino Ioanni diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ & vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ & Corsicæ, Comesque Barchinoniæ, ac præscriptæ sanctæ Romanæ ecclesiæ vexillarius, admiratus, & capitaneus generalis, eius humilis filius & deuotus, pedum oscula beatorum.

a Ext. apud Io. an. 1. p. 2. ep. com. 1349 & lib. pri. Rom. eccl. to. 1. pag. 396. & in arce S. Ang. & inter coll. Plat. to. 1. pag. 438.

Sanctitati vestræ tenore literarum nostrarum præsentium patescat, quod viso ac plenarie intellecto papali rescripto super collatione, concessione, & donatione confecto, quam felicis recordationis dominus Bonifacius Papa octauus prædecessor vester nobis fecit, nostrisque heredibus in perpetuum feudum de regno Sardiniæ & Corsicæ cum iuribus omnibus & pertinentijs suis, sub certo seruitio, sub certisque conditionibus, largius conscriptis in prædicto rescripto, continentiæ subsequentis: *Bonifacius episcopus, &c. Super Reges, &c.* Allatæ eæ fuerunt a nobis in superiore tomo [b], prætermissa breuitatis gratia præfatione vsque ad ea verba: *Ad honorem Dei;* consignatę vero sunt hac formula. *Dat. pridie non. aprilis pontificatus nostri anno* III. Huic vero Bonifaciano diplomati inserto subiungit Iacobus Rex.

Sardiniā Aragoni' pontificia beneficētia sibi asseri postulat.

b Tom. annal. 14. an. 1297 n. 2. & seq integra cū præfat. ext in M. S. bibl. Vall. sign. lit. D. n. 1. pag. 33.

Idcirco reducto ad memoriam, nos iam tempore donationis præmissæ memorato domino Papæ Bonifacio supra continentiam dicti rescripti ex causis in eo scriptis iuramentum, fidelitatem, vassallagium, & homagium personaliter præstitisse; & postmodum etiam per Vitalem de Villanoua militem & Guilloscaum de Laceria ciuem Barchinoniæ procuratores nostros, ambaxiatores, & nuncios speciales, olim per nos ad Romanam curiam destinatos, iuramentum, fidelitatem, vassallagium, & homagium prædicta renouasse, fecisse, & præstitisse felicis recordationis domino Benedicto præfato, domino Bonifacio in apostolatus officio succedenti; & per eosdem nuncios eidem domino Benedicto summo pontifici dedisse literas nostras, aurea bulla nostra bullatas, recognitionis & acceptationis contentorum in rescripto prædicto iuxta eiusdem tenorem; consequenter etiam nos per Ioannem Burgundi sacristam ecclesiæ Maioricensis & Petrum Martini de Godor militem procuratores nostros, nuncios, & ambaxiatores ad hæc per nos olim ad Romanam curiam destinatos, similia iuramentum, vassallagium, & homagium renouasse, fecisse, & præstitisse pro dicto Sardiniæ & Corsicæ regno, bonæ memoriæ domino Clementi summo Pontifici, prælibato domino Papæ Benedicto in dignitate apostolica succedenti; ipsique per eosdem procuratores & nūcios nostros dedisse similes literas nostras, aurea bulla nostra bullatas, recognitionis & acceptationis in rescripto prædicto contentorum, iuxta eiusdem tenorem, vt euidenter apparet per rescriptum memorati domini Clementis Papæ tam de præmissis peractis cum dicto domino Papa Benedicto, a quo circa hæc, propter superuenientem sibi obitum rescriptum suum haberi non potuit, sed dicto domino Papæ Clementi ea omnia certa fuerunt, vt per dictum suum rescriptum, tam de peractis cum dicto domino Papa Benedicto, quam coram se, clare colligitur; considerato etiam, nos nunc ex eiusdem rescripti supra inserti serie inductos, nostros procuratores solemni ad eadem iuramentum, fidelitatem, vassallagium, & homagium vestræ sanctitati præstanda, & facienda constituisse cum publico scripto nostro; prouidimus propterea, sanctissime pater, has fieri literas bulla aurea nostra bullatas, sanctitati vestræ per prædictos procuratores nostros tradendas & dandas, prout fieri debere, iam dicti superius inserti rescripti apostolici tenor inducit.

Proponit gesta cū pluribus Pontificibus.

Decreti ad præterita facienda oratores.

Propter quas siquidem literas ex nunc & ex tunc modos, conuentiones, conditiones, tenorem, & formam in ipso papali rescripto conscriptos acceptamus expresse: & per quas etiam fatemur & recognoscimus expresse dictum Sardiniæ & Corsicæ regnum a domino summo Pontifice & Romana ecclesia recepisse in feudum sub conditionibus, conuentionibus, modo, & forma, atque tenore, qui in dicto papali rescripto continentur: quos tenorem, modum, conditiones, conuentiones, & formam promittimus nos inuiolabiliter seruaturos. Pro quorum obseruantia obligamus nos, & dicta regnum Sardiniæ & Corsicæ, iura & bona nobis competentia & competitura in eo. Humani generis conditor & redemptor personam vestram ad sua sancta seruitia conseruare dignetur per tempora longiora. *Dat. Ilerdæ octauo idus septembris anno Domini* MCCC. *sextodecimo*. Quod ad publica documenta, quibus Iacobus Rex Pontifici significat, se oratores regijs mandatis instruxisse ad clientelarem sponsionem Sardiniæ & Corsicæ regni liberalitate apostolica acceptorum ergo profitēdam attinet; extant illa inter alia Vaticani archæi monumenta [a], quæ superioribus consentiunt literis, & prætermittenda visa sunt, ne lectorem fatigemus. Adegit porro Ioannes in sedis Apostolicæ verba Iacobi oratores, ac ne rei gestæ memoria futurorum temporum mole obliteraretur, publico illā diplomati [b] vna cum Bonifacij VIII. & Regis Iacobi literis superioribus commendauit, cui dies hac forma adiecta est. *Dat. Auen.* XII *kal decembris anno* I.

a Lib. priu. Rom. eccl. to. 2. pag. 233.

Sardiniā & Corsicā beneficio sedis Ap. acceptas profitentur.

Postremo designatum ad gerendam Tarraconensem ecclesiam Ioannem Regis Aragonum filium, extincto Rocaberto Tarraconensi præsule, refert Mariana [c]; sed a Ioanne Pontifice vt electionem ratam haberet, impetrari non po-

b Io. an. 1. p. 2. ep. com. 134.
c Mariana l. 15. c. 19.

ab Eduardo parente ac filio exhaustis ob bella grauiora ærario appensus non esset: ac mille marchas sterlingorum pro excurrente eo anno soluere, atque illa vigintiquatuor millia diuisis in sex annos æquis pensionibus, recurrente beato Michaeli sacra die, soluenda ab Eduardo Rege spopondere. Quam rem publico diplomate diuulgatam a voluerunt.

Intermissus a multis annis census ecclesiæ persoluitur.

a Ext. apud Io. 22 to. 2 in ep. secr. 535. Publica ea de re lit.

Vniuersis præsens publicum scriptum inspecturis, tam præsentibus quam futuris, Ademarus de Valentia comes Penthbrok, Bartholomæus de Badelesmer, Ioannes de Cromoella, & Antonius Pesaygay milites nuntij serenissimi principis domini Eduardi, Dei gratia, Regis Angliæ illustris, domini Iberniæ, ac ducis Aquitaniæ ad præsentiam sanctissimi in Christo patris domini Ioannis, diuina prouidentia, sanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summi Pontificis destinati, salutem & huic scripto publico fidem indubiam adhibere.

Ad vniuersorum & singulorum, quorum interest & interesse potest, notitiam volumus peruenire, quod nos in præsentia notarij & testium subscriptorum recognoscimus & fatemur, a dicto domino nostro Rege literas ipsius patentes suoque magno sigillo munitas sub infra scripta continentia recepisse. *Eduardus, &c.* [Adducunt superiores Eduardi literas, quibus expositis subijciunt:] Quarum literarum auctoritate nos recognoscimus & fatemur, excusauisse dictum dominum nostrum Regem coram præfato domino nostro summo Pontifice, sacroque collegio super eo, quod in solutione census annui mille marcharum sterlingorum, pro regno Angliæ & terra Hiberniæ, sacrosanctæ ecclesiæ debiti, tam de tempore claræ memoriæ domini Eduardi Regis Angliæ genitoris dicti domini nostri Regis, quam ex quo ipse dominus noster Rex gubernacula regni prædicti suscepit, cessatum fuerat multis annis propter guerrarum strepitus, ac propter varia diuersaque incumbentia eorum vtrique negotia; nec non grauia onera expensarum, quæ fuerunt vrgente necessitate subire compulsi. Recognoscimus etiam soluisse pro domino nostro Rege thesaurarijs dicti domini nostri summi Pontificis, recipientibus eius nomine, mille marchas sterlingorum pro censu ipso debito pro anno præsenti, cuius medietas soluenda erat in festo B. Michaelis proxime præterito, & alia medietas solui debebat in festo paschæ proxime subsequẽti: & ad supra & ad infrascripta omnia procedimus, & ea facimus de consilio & assensu reuerendorum in Christo patrum dominorum Ioannis Noruicensis & Ioannis Elien. episcoporum, & aliorum nunciorum, seu collegarum nostrorum. [Meminit Harpsfeldius b de horum præsulum & comitis Pembrochij legatione decreta ad Ioannem XXII. cui amplissima munera transmissa ait: sed apud illum irrepsit error, dum loco Eduardi II. Richardus collocatur. Pergunt superiores Anglorum principum literæ.]

Mille march. vectigal pensitatum.

b Harpsfel hist. eccl. Angl. 14. sec. c. 16.

Recognoscimus præterea & fatemur ipsius domini nostri Regis nomine solemniter promisisse de prædictorum consilio & assensu, eidem domino nostro summo Pontifici pro se & Romana ecclesia stipulanti, quod ipse dominus Rex noster, vel alius pro eo soluet eidem domino nostro & eius successoribus in terminis subscriptis viginti quatuor millia marcharum sterlingorum pro viginti quatuor annis præteritis; scilicet pro annis singulis mille marcharum, pro arreragijs census non soluti de vtriusque Regis tempore, vt præfertur, videlicet quartam partem dictorum XXIV. millium marcharum sterlingorum in primo futuro festo B. Michaelis archangeli, & anno reuoluto in eodem festo aliam quartam partem, & sic de anno in annum in eo die festo, donec de ipsis arreragijs fuerit eidem Romano Pontifici vel ecclesiæ plenarie satisfactum: eo saluo, quod si de summa illa XXIV. millium marcharum sufficienter constiterit aliquid fuisse solutum Romano Pontifici, vel eidem ecclesiæ pro censu prædicto, illud de summa deducatur eadem, & quidquid vsque ad eandem summam & vltra illam non docebitur fuisse solutum pro arreragijs dicti census, solui nihilominus debeat ipsi Romano Pontifici & ecclesiæ memoratæ. Et ad præmissa omnia & singula tuenda, complenda, & inuiolabiliter obseruanda dicto domino nostro summo Pontifici & sanctæ Rom. ecclesiæ, quanto melius & efficacius possimus, virtute literarum prædictarum in præsentia notarij & testium subscriptorum obligamus ipsum dominum nostrum Regem, regnum, terras, & bona ipsius.

Pacta inita de soluendis vigintiquatuor millibus marcharum constitutis temporibus.

In quorum omnium testimonium præsens publicum scriptum per manus subscripti notarij publici fecimus fieri, & sigillorum nostrorum appensione vna cum ipsius notarij signo & subscriptione muniri: *Actum Auinion. in camera domini Cardinalis de Pel. die prima aprilis anno Domini MCCCXVII. indictione xv. Pontificatus dicti domini Ioannis PP. XXII. anno primo, &c.* Adiecta sunt testium nomina, quæ remouendi fastidij causa prætermittimus. Permouere hæc Eduardi in sedem Apostolicam officia, tum illius causæ iustitia, nec non querelæ grauiores, quas ingeminabat domestico bello distineri, ne expeditionem, quam accepto crucis symbolo in Saracenos vouisse vidimus a, pro iuuanda re Christiana ac Syria recuperanda adornaret, vt Ioannes illius partes susciperet, suamque auctoritatem pro sedanda Scotorum importunitate admoueret: sed de his anno sequenti. Iam quid in Saracenos occidentales hoc anno gestum (in orientales enim ob Regum discordias nisi inania tantum consilia agitari potuere) delibemus.

a Ann. 1313. n. 22.

Pontifex Eduardi causã aduersus Scotos suscipit.

26 Flagitante Balearium, vulgo Maioricarum, episcopo a Ioanne, vt cum valida classis ad propulsandos Mauros, qui sæpius in Baleaticos incurrebant, instruenda esset, indulgentiarum præmia stipem pro ea apparanda erogaturis, vel arma in barbaros sumpturis impertiretur, Ioannes pijs eius votis annuit b: *Fraternitati*, inquit, *tuæ, illis, qui contra dictos hostes armabuntur, & in armata ipsa persistent, si vere pœnitentes fuerint & cõfessi, ad quinquennium, facientibus autem huiusmodi eleemosynas, nec non & illis qui alia subuentionis auxilia in eiusdam armatæ subsidium erogabunt, si modo similiter vere pœnitentes fuerint & confessi, vsque ad quinquennium, prout tu duxeris arbitrandum, super quo tuam conscientiam oneramus, de iniunctis eis pœnitentijs auctoritate nostra misericorditer relaxandi plenam & liberam, tenore præsentium, concedimus facultatem. Dat. Auin. VII. kal. ianuarij anno I.* Nil memorabile a Balearibus gestum in Mauros. Ferdinandum tantum Balearem ea tempestate clarissimum, dum Catalanorum viribus fretus Peloponnesum iniustis sibi armis vindicare conabatur, in ipso belli ardore extinctum refert Mariana c; Castellanos d vero in Granatenses, Petro principe duce, egregiam militarem virtutem explicuisse, partaque nobili victoria Gui-di-

b Io. an. 1. l. 2. ep. cl. 1902.

Ferdinandus Balearis, dum Peloponesum iniuste inuadit cæsus.

c Marian. l. 15. c. 15. d Ibid.

Quas virtutes in Cardinalibus desideret Pontifex.

tam opere quam sermone, vt plebem operum exemplis instruant, & doctrina sermonis informent; viros, qui sic Deum timeant, quod nequaquam faciem hominis vereantur; sic auaritiam oderint, vt post aurum non abeant, & in pecuniarum multiplicatione non sperent; sed veritatem, immo Christum, qui est via, veritas, & vita, pure nec ad dexteram nec ad sinistram declinando, sequantur: inter quos ad personam tuam, quam virtutum Dominus multis virtutibus insigniuit, considerationis conuertens intuitum, deliberatione cum fratribus nostris præhabita, de ipsorum consilio te ad ministerium huiusmodi cooperationis duximus eligendum, &c. *Datum Auinioni.*

a Bern. vbi sup.

Pergit Bernardus [a] cæteros Cardinales recensere: *Item dominus Galbardus de Mota, Vasco natione, domini Clementis Papæ V. quondam ex nepte nepos, diaconus Cardinalis tit. S. Luciæ. Item dominus Ioannes Gaytani Romanus de Vrsinis diaconus Cardinalis tit. S. Theodori.* Ex ijs porro constat, Ioannem nimio patriæ amore fuisse irretitum, cum tot Cardinales Gallos in sacrum collegium ascisceret nonnulliq; existimant, ipsum retinendæ in Gallijs Apostolicæ sedis consilium inijsse. Ipsum vero ad id Regis Francorum precibus permotum ac subornatum fuisse, Benedicti pseudopontificis oratores docent: iussi enim sunt ab eo Auenione obsesso ac pseudocardinalibus diuturni schismatis pertæsis Carolo VI. Regi Francorum hæc denuntiare, vt sui commodi illecebris regium studium periclitanti antipapæ Auenionensi conciliarent: *Attendatis* [b] *quid fecerunt prædecessores vestri, non est diu, cuidam Cardinali vocato domino Neapoleo de Roma vel de Italia: nam cum vellet curiam reducere Romam, dominus Rex Franciæ, qui tunc erat, dedit sibi & heredibus suis villam notabilem de Balneolis & vt in regno suo posset facere ædificia, & ædificauit palatium, quod est in Villanoua; & sic retinuit dominus Rex curiam: & vos etiam custodiendo istum dominum Benedictum a morte, ad quod etiam tenemini de iure, reseruabitis curiam.*

b To. 22. de schis. M.S. arch Vat. ex instructione orator. Petri de Luna ad Regem Frãc.

Francorũ Rex retinendæ in Gallijs Apost. sedis auctor

22 Vt vero eam vrbem, in quam aulam apostolicam traduxerat Ioannes, aliquo religioso ac sacro munere ornaret, ecclesiam in ea sitam, cui Doms nomen est, Virgini beatissimæ sacram ac miraculorum fama celebrem, adituris nonnulla indulgentiarum præmia proposuit [c], pontificio diplomate, quo Deiparam hoc encomio celebrat: *Sempiternum est habitaculum Trinitatis effecta, & æternæ lucis incorruptibilem florem, summæque beatitudinis pretiosissimum fructum super omnia benedictum in secula, cuius mortui reuiuiscunt odore, concipiens desideratum cunctis gentibus Deum verum, mundi saluatorem & dominum parturiuit. Talis namque partus Virgini congruebat, vt non pareret nisi Deum: & talem sibi condere matrem conueniebat Altissimo, qualem suam decere sciebat ineffabilem maiestatem, suisque nouerat affectibus placituram, vt immaculatus ex virgine immaculata procederet omnium maculas purgaturus. Hæc est enim illa splendidissima stella ex Iacob orta mirifice, cuius radijs præfulgens in superis orbem illuminat vniuersum, perlustrat mentes, virtutes confouet, fulget meritis, micat exemplis, excoquit vitia, & tenebras reprimit peccatorum. Digne igitur matris eiusdem intemerata virginitas, super choros angelorum in sublimibus exaltata, gloriam honoris & laudis ab ipsa continue suscipit maiestate, & digne populi fidelium illam, quæ in conspectu filij sui pro eis non desinit aduocare, in hymnis iubilationum & canticis collaudant & magnificant vniuersi. Dat. Auinione 11. kalen. decembris anno 1.*

c An. 1. p. 1. ep. cur. 21. & to. 1. ep. secr. 65.

Data Virgini a Ioãne elogia.

23 Collocata itaque sede Auenione, Ioannes ne Romæ oblitus videretur, Robertum Siciliæ Regem illi senatorem præfecit, vt ipsam in officio sua potentia contineret. Cum vero Robertus, qui ex accepti beneficio apostolico regni legibus excurrente primo pontificatus anno fidem suam Ioanni præsens solemni ritu obstringere tenebatur, flagitaret ab ipso, vt eius oneris religione liberaretur, cum salua publica re e regno discedere non posset; ipsius votis Pontifex, exarato hac de re quarto id. ianuarij ineuntis sequentis anni diplomate, ea lege morem gessit [a], vt regijs literis rem diuulgaret. Sane Roberti præsentiam valde necessariam Italiæ fuisse, indicat Ioannes Villanus [b]; plures enim ob acceptam anno superiori ab Vguitione cladem Roberti amicitiam abiecerant. Sed versæ hoc anno res contrario exitu: victor enim Vguitio [c], Pisarum Lucæque pariter dominatu inopinate amisso, in Insubriam ad Scaligerum se subducere est coactus: quo ita eiecto Roberti Regis potentia in Etruria confirmata est [d]. At de his satis: iam ad res Anglicanas digrediamur.

Robert. Rex creatur Vrbis senator.

Obtinet, vt ad fidẽ Ioanni obstringendam Auenionem petere nõ teneatur.

a An. 1. p. 1. ep. com. 153.

b Io. Vill. l. 9. c. 74. Ant. 3. p. tit. 21. c. 3 §. 6.

Vguitio Pisarũ & Lucæ dominio exutus.

c Vill. c. 76 & Ant. vbi sup.

d Io. Vill. ib. c. 77.

24 Implicitus grauissimo bello Eduardus Angliæ Rex, atque a Scotis, Roberto Brusio regnum sibi vindicante, cuius defectionem ab Rege Anglo suo loco consignauimus, pluribus cladibus affectus, siue agnosceret in se diuinas iras ob violata Romanæ ecclesiæ iura asperasse, siue vt Pontificis gratiam ad Scotos in ordinem redigendos recuperandumque regnum illud colligeret, solemnes oratores ad Ioannem decreuit [e], qui ipsius nomine sedi Apostolicæ se obstringerent, intermissum annis viginti quatuor vectigal mille marcharum pontificio fisco, vt Ioannem Regem olim constituisse vidimus [f] inferendum, persolutum iri, culpæque præteritæ, quam expiare pollicebatur, veniam flagitarent. Quibus hac regia syngrapha conficiendæ rei prouinciam commisit.

Eduardus Rex Angliã Apost. sedi beneficiariam profitetur

e To. 2. ep. secr. 535.

f Annal. to. XIII. an. 1213. n. 78.

Eduardus Dei gratia Rex Angliæ, dominus Iberniæ, & dux Aquitaniæ vniuersis præsentes literas inspecturis salutem, & plenam præsentibus dare fidem.

De fidelitate probata & circumspectione prouida dilectorum, & fidelium nostrorum Ademari de Valentia comitis Pembrok consanguinei nostri charissimi, Bartholomæi de Badelesmere, Ioannis de Croniuuel, & Antonij Pessangui de Ianua militum plenam fiduciam reputantes, ad excusandum nos super solutione annui census mille marcharum, qui a nobis per sacrosanctam Romanam ecclesiam exigitur, non facta; nec non ad satisfaciendum inde, prout pro honore nostro melius viderint expedire, præfatis comiti & militibus vel tribus eorum plenam tenore præsentium committimus potestatem, ratum habituri & gratum id, quod per prædictos comitem & milites vel tres eorum nostro nomine factum fuerit in præmissis. In cuius rei testimonium præsentes literas sigilli nostri impressione fecimus roborari. *Datum apud Clipston* XVI. *die decembris anno Domini* MCCCXVI. *regni vero nostri* X.

25 Perfuncti sunt imposito sibi munere sequẽti anno oratores, ac veniam a Ioanne Pontifice petiere, si census pro Anglia & Hibernia debitus

ab

19 Contenderat etiam magnis precibus a Pontifice Philippus Francorum Rex in eo, quem Lugduni cum ipso habuerat, congressu vt Iacobum Auenionensem electum, ac Petrum archidiaconum Borbonij cardinalatus dignitate ornaret: cui sed Ioannes iustas ob causas rem differendam arbitratus, cum recens ipsos in purpuratorum patrum numerum ascripsisset, hæc Regi significauit. a

a To.1.ep. secr. 158.

Ioannes, &c. Philippo Regi Franciæ & Nauarræ.

Adueniente nuper ieiuniorum obseruantia solita, Iacobum & Petrum prædictos vna cum certis alijs ad cooperandum nobis in incumbentis executione regiminis, veluti viros ad id, vt speramus, idoneos & sufficientes, elegimus; eosque, prout iam tibi significasse recolimus, ad cardinalatus honorem duximus promouendos. Et ecce super hoc speciales literas dicto Petro per latorem præsentium mittimus, ac eum ad vacandum nobiscum diuinis obsequijs & ecclesiæ Romanæ seruitijs euocamus [Afferendæ sunt a nobis inferius eæ literæ ad Petrum e Rebleyo datæ. Cur vero ad ipsum cardinalitium galerum non transmiserit, multis exemplis illustrat] Nec mireris e si non mittimus ei [Petro scilicet] pileum: quia nec prædecessores nostri Romani Pontifices Cardinalibus, quos in absentia creauerunt, consueuerunt extra curiam huiusmodi pileos mittere, vtpote ecclesiæ Romanæ more laudabili id fieri citra causæ rationabilis exigentiam non sinente: si enim Cardinales olim creatos tempore confessoris egregij beatissimi Ludouici progenitoris tui, inter quos fuit vnus postmodum assumptus ad apostolatus officium, videlicet piæ memoriæ Clemens quartus, & quos felicis recordationis Clemens Papa V. prædecessor creauit ad mentem * nulli vnquam præterquã duobus dumtaxat, venerabili fratri episcopo Albanensi & dilecto filio nostro G. tit. S. Cyriaci presbytero Cardinali, nuncijs tunc Apostolicæ sedis in partibus Anglicanis, reperimus extra curiam ipsam pileum fuisse transmissum. Nec ad consequentiam trahi debet, quod in illis ex causa rationabili factum fuit, ni forte par causa simile fieri suaderet: idem namque prædecessor noster prouidit illis tunc pileos mittere, vt gerentes Cardinalis insignia, iniunctum sibi ministerium tam in Anglia, quam idem episcopus in Francia, per quam habebat transitum facere, inibi nonnulla gesturus, possent fauorabilius expedire: & etiam quia indecens videbatur, vt dilectus filius noster Arnaldus tit. S. Priscæ presbyter Cardinalis dicti consors episcopi eidem episcopo, cardinalatus insignia non habenti, quomodolibet præferretur. Si igitur in missione pilei morem non transgredimur solitum, cum nec, vt prædicitur, causa subsit, nec vtilitas aut necessitas id exposcat, regia non debet sublimitas admirari. Dat. &c. Fuisse Petrum regij sigili præfectum, Iacobum vero Pontificis ex sorore nepotem, tradit Bernardus b, qui aulam apostolicam Lugduno Auenionem traductam, quiue Cardinalium cœtui aggregati fuerint, accurrate hisce verbis describit.

Non mittuntur rubri pilei Cardinalibus extra aulam pontificiã creatis.

* reuocamus

Si committuntur ipsis legationis munus, conceduntur

b Ber. chr. Rom. Pon. Ptol. Luc. hyst. eccl. l. 24. c. 42. & M. S. bibl. Vat. signat. n. 3075. in Io. XXII. Ciacon. in eod. Cõgl in elen. Card. Id. et alij.

20 *De Lugduno circa finem mensis septembris sabbato recedens, peruenit Auinionem secunda die mensis octobris in sabbato, vbi prius futuram curiam publice fecerat proclamari. Hic fecit vnam ordinationem octo Cardinalium, quos assumpsit apud Auinionem feria* VI. *in ieiunijs quatuor temporum aduentus Domini, scilicet* XVI. *kal. ianuarij anno Domini* MCCCXVI. *quorum sunt nomina, quæ sequuntur. Dominus Bernardus de Castaneto, dudum Albiensis, tunc vero Aniciensis episcopus, quem fecit episcopum Portuensem, & nihilominus episcopatum Aniciensem tenendum commendauit eidem, anno quadragesimo primo episcopatus sui tunc fere completo. Item dominus Iacobus de Via de Caturco nepos Papæ ex sorore, electus tunc Auenionensis; quem fecit presbyterum Cardinalem tit. SS. Ioannis & Pauli, & sibi episcopatum Auenionensem pariter commendauit.* Sed breuis æui extitisse Iacobum, atque in locum illius fratrem eiusdem a Ioanne subrogatum, docent literæ pontificiæ sequenti anno ad eundem Francorum Regem datæ a: *Nobis,* inquit, *de transitu bonæ memoriæ Iacobi tit. SS. Ioannis & Pauli presbyteri Card. nepotis nostri, quem dolenter acceperas, interne compatiens, necdum curauisti pij consolatoris vices assumere; quin etiam vt superstitem fratrem eius in quoddam nostrum di subtracto solatium ad cardinalatus apicem promouere vellemus, cum multa instantia nos rogasti; literas ipsas ea liberali nimis oblatione concludens, quod videlicet aduersus quascumque personas, cuiuscumque conditionis existant, sanctæ Romanæ ecclesiæ matri tuæ, personæ, statui aut honori nostris quomodolibet nocere volentes, personam propriam cunctamque potentiam tuam cordialius es paratus exponere, quam scribere aut referre.* Et infra, vbi subiecit ob egregium adeo in se studium grates meritas agere, atque in nepotis morte, quem ob suas virtutes non tam obijsse quam abijsse in cœlum, domumque luteam in sydereas sedes commutasse crederet, diuinæ voluntati se accommodasse, addit.

Qui Cardinales hoc anno a Ioanne creati.

a To.1.ep. secr. 314. Iacobus Card. paulo post ab adepto honore mortuus.

Porro de promotione fratris eius tuæ iam est instantiæ satisfactum: octauo namque die post dicti quondam obitum Cardinalis, fratribus nostris in priuato consistorio super hoc vna voce parique consensu importune nimis instantibus, tandem eorum importunitate deuicti eundem fratrem, Arnaldum nomine, diaconum creauimus Cardinalem, & dein sibi ecclesiam S. Eustachij pro titulo duximus assignandum. Dat. Auen. VI. *id. iul.* De Arnaldo Cardinale creato anno proximo Bernardus b, Ptolemæus c Lucensis & alij d meminere, sed ad Bernardi de alijs hoc anno renunciatis a Ioanne Cardinalibus narrationem redeamus: *Item dominus * Galeelinus Ioannis de Caturco ciuitate, tunc vicecancellarius presbyter Cardinalis tit. SS. Marcellini & Petri. Item dominus Bertrandus de Poieto de castro nouo Raterij diœcesis Caturcensis presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli. Item dominus Bertrandus de Monte Fauentio, de prædicto castro nouo Raterij diaconus Cardinalis tit. S. Mariæ in Aquiro. Item dominus Petrus de Reblayo Gallicus cancellarius Regis Franciæ tit. sanctæ Susannæ presbyter Cardinalis.* Extant ad eum Ioannis literæ, quibus virtutes, quæ in Cardinalibus desiderentur, describit. e

Arnaldus frater paulo post creatus Card.

b Ber. chr. Rom. Pon. in Io 22. c Ptol. Luc. in hist. eccl. l. 24. c. 42. d Pel. Cont in elen. Card. & alij.

* al Gaucelinus

e To. 1. ep. secr. 158.

Ioannes, &c. dilecto filio Petro S. R. E. Cardinali archidiacono Borbonensi in ecclesia Bituricensi.

21 Pensantes nobis immensum onus spiritualis regiminis totius orbis incumbere, ac supra vires imminere negotium attendentes, vt nobis onere partito sit leuius, de diuersis mundi nationibus viros cooperatores nobis in eiusdem executione regiminis deliberauimus prouidendos, virtutum pollentes viribus, non effæminationis infamia denigratos; viros vtique potentes tam

in primis in arma vniuersa Flandria; Robertus a enim ex Atrebatiſium comitum ſtirpe, qui antea de comitatu Atrebatenſi cum Mathilde Atrebati comitiſſa Philippo Pulchro olim Rege arbitro ac iudice contenderat, cauſaque ceciderat, Atrebatenſem comitatum inuaſit. Serpebat ea diſſenſio non in Gallicæ modo, verum in rei etiam Chriſtianæ exitium, cum Philippus Longus inſtruendæ, quam vouerat, expeditioni ſacræ in Syriam ſe comparare non poſſet, vt grauiſſime queſtus eſt hiſce verbis Ioannes b: *Ipſe namque regens, qui piæ deuotionis inflammatus affectu, intendens ad ipſius terræ negotium proſequendum, iamdudum propterea ſignaculum viuificæ crucis aſſumpſit, propter huiuſmodi diſſidia inteſtina diſtractus præparatorijs dicti negotij nequit intendere; & Gallicorum laudanda deuotio, quæ ſe in obſequium Crucifixi deuotione ſolita vouerat, & ad cuius poſt Deum ſingulare ſuffragium terra ipſa expectationis anxiæ tædio fatigata ſuſpirat, circa hæc ſic patenter illicita damnabiliter occupatur*. Ad extinguendum itaq; erumpens incendium Pontifex neruos omnes intendit, & abbatem S. Tiberij Agathenſis diœceſis ac Berengarium e Landora religioſæ Prædicatorum familiæ magiſtrum ad diſſentientes principes miſit c.

a To. 1. ep. ſecr. 54 et 171.
Robertus princeps comitatū Atrebatē ſem inuadit.
b An. 1. p. 1. ep. cur. 8
Diſturbari ijs diſſē ſionibus Aſiatica expedit. queritur Pont.
Nuntios ad rem componē dā mittit.
c Ib. ep. cur. 18. et to. 1. ep. ſec. 60. 61. 62. 63.

16 Auxere Roberti Atrebatenſis factionem Robertus Flandriæ comes, de cuius defectione anno ſuperiori memoraui d, ac Ioannes Fienenſis, tum Fredericus e Pequigniaco ac Gerardus fratres, nec non Ioannes e Varenis & Guido regulus Caluimontis, quos Pontifex iniuſta arma abijcere iuſſit, atque ad vertendum in hoſtem fidei ardorem illum bellicum ſubiectis verbis eſt adhortatus e: *O filij, dolemus ex intimis, & vobis proculdubio, ſi tamen dolueritis, condolemus, quod famam veſtram ſic enormiter læditis; quod generoſos veſtros animos, qui contra inimicos catholicæ fidei in terræ ſanctæ ſubſidium exercitari debuerant, in ſuperiorem & dominum damnabiliter implicatis; quod vos ac dictum regnum Franciæ obloquentium linguis exponitis lacerandos. Quid creditis dicitur, cum auditur, quod regnum ipſum præ cæteris regnis mundi hucuſque viris erga Dominum fidelitate ſincera & obedientia inconcuſſa vigentibus præditum, nunc a proprijs incolis ſic potenter impetitur? Nonne, proh dolor! inferre poterit æmulus, quod a regnis cæteris in incolarum differre perfidia nullatenus videatur. Quid non tam loquitur, quam obloquitur crucis hoſtis, quod Gallicana potentia, cuius auxilium poſt Deum ſingulariter expectat & expetit terra ſancta, ad huiuſmodi nefanda diſtrahitur; & regens ipſe, qui piæ deuotionis inflammatus affectu ad negotium dictæ terræ perſonaliter proſequendum intendens, iam dudum propterea ſignaculum viuificæ crucis aſſumpſit, per huiuſmodi diſſidiorum turbines ipſius negotij vacare præparatorijs impeditur? Vtinam, filij, hæc & alia, non facile numeranda diſcrimina, aduertiſſetis attentius, &c.*

d An. 1315 n. 2.
e An. 1. p. 1. ep. cur 30.
Vertit ijs pudori Pont. vires in Saracenos vertendas ſtterere.
Abduci Philippū eo bello a ſuſcepto conſilio.

17 Philippum viciſſim monuit Ioannes f, vt in Robertum Atrebatenſem, ſi ad officium rediret, clementia vteretur; ac Robertum alterū comitem, Flandroſque pariter priſtinæ gratiæ reſtitueret: *Fili non te latet, cum fere ſit orbi notorium, qualiter guerra illa Flandriæ, procurante pacis æmulo ſatore zizaniæ, ſuſcitata dictum regnum tempore tam longo turbauerit: quæ animarum pericula, quas ſtrages corporum, quanta induxerit diſpendia facultatum, vt iam idem regnum in ſeipſo videatur expertum, quod inimico familiari nulla peſtis eſt efficacior ad nocendum; & quod grauius manus ſibi nocuere domeſticæ, quam impugnantium hactenus & aliorum ipſum perſequentium dexteræ inimicæ. Nec ignoras qualiter Gallicanæ potentiæ gladius in Chriſti blaſphemos ad ipſius exaltationē fidei & dilatationem Chriſtiani cultus limatus antea & acutus, propter commotionem & perturbationem huiuſmodi habuit, proh dolor! in effuſionem Chriſtiani ſanguinis acui & limari, &c.* Subdit, vt ipſius parens Philippus eo implicitus bello arma in Saracenos vertere, ac terram ſanctam recuperare non potuerit; nec ipſum, qui parentis vota ac ſceptra ſuſcepit, ad tam arduum opus poſſe incumbere, ſi Flandria bello arſerit; atque ideo vt ad recipiendos in gratiam Belgas, delendaque venia eorum crimina clementiam regiam explicet.

f To. 2. ep. ſecr. 81.
Exponit viciſſium Philippo Pont. ciui lium bellorum mala.

18 Affulſit ob pontificiam diligentiam concordiæ ſpes, ac Robertus Atrebatenſis cum alijs ſibi fœdere iunctis, præſetulit reuerti ad obſequiū Philippi, cui ea de re Ioannes, exaratis VIII. kal. decembris literis eſt gratulatus a. Hoc vero anno Philippum regium nomen, inſigne vero proximo ineunte accepiſſe, tradit Bernardus b his verbis: *Cœpit regnare, & Rex pariter nominari dominus Philippus in regno Franciæ & Nauarræ menſe nouembri anno Domini MCCCXVI. fuit autem coronatus & vnctus in Regem, ſicut moris eſt, Rhemis ciuitate dominica infra octauas epiphaniæ, ſci icet V. idus ianuarij*. Diſceptatum porro in ordinum regni conuentu fuiſſe de regnorum ſucceſſione, ſcribunt auctores c, cum Oddo Burgundiæ dux Ioannæ pupillæ Ludouici Hutini e priori vxore auunculus contenderet, fraterno paternoque iure regna illi deberi; ſed procerum conſenſu ex veteri lege ſalica, qua fœminæ a ſceptro Gallico excluſæ, Francorum regnum Philippo patruo adiudicatum. De Nauarræ ſceptro, cui fœminæ gentis iure ſuccedunt, diuerſa litis ratio erat, Sed cum Ioannæ mater adulterij conuicta dubium partum effeciſſet, Philippus etiam Nauarræorum coronam capeſſiuit.

Belgij & Atrebatiū tumultus ſopiti.
a To. 2. ep. ſecr. 158.
b Ber. chr. Reg. Fran Pau. Aem Mayer. l. 11. & a.
Philippus regnum Francorū capeſcit.
c Paul. Aemil. in Lud. Hut. ſub fi. et a.
Vt Ludouici Huti ni filia exclusa ſit a regnis Gall. & Nauarr.

Cæterum Ioannes Papa nonnullis Philippum beneficijs affecit d: atque in primis triginta indulgentiam dierum omnibus impertijt, qui pro ipſo & coniuge, viginti qui pro parentum & Ludouici fratris animabus preces Deo porrigerent; centum vero ac viginti, cum ſacra cōcio coram ipſo haberetur. Denique ob egregiū ſtudium, quod in eccleſiam explicabat, ac flagrans expeditionis Aſiaticæ adornandæ deſiderium ſacerdotem, quem ſacris confeſſionibus adhibebat, auctoritate inſtruxit, vt ipſum atque vxorem omni culpa ac pœna excurrentis vnius anni ſpatio exolueret. Similiter Clementiam Reginam e ea ſacra prærogatiua ornauit, vt antequam dies illuceſceret, diuina coram ipſa ſacerdos peragerct: *Cum ex probabili*, inquit, *cauſa fuerit opportunum, liceat tibi per idoneum ſacerdotē & antequam illuceſcat dies, miſſam tibi & familiaribus tuis, in quocumque loco honeſto te eſſe contingat, facere celebrari, ita quod nec tibi, nec ipſi ſacerdoti miſſam taliter celebranti ad culpam valeat imputari, auctoritate præſentium indulgemus: prouiſo tamen, vt parce conceſſione huiuſmodi perfruaris, cum dominus noſter Ieſu Chriſtus, qui in altaris immolatur ſacrificio, non in tenebris ambulet, ſed in luce, &c. Dat. Lugduni* V. *id. ſeptembris anno* 1.

d An. 1. p. 1. ep. com. 83. 606. 798. 893.
Sacra beneficia Phil. Regi conceſſa.
e Ib. ep. cl. 1564. 1569. & poſt eand. epiſt.
Cur diuina raro ante diem peragenda

Con-

Indulgentiæ pro Regis Ludou. anima precaturis propositæ.
a An. 1. p. 2. post ep. com. 1564

12 Contulit postea Pontifex nonnulla indulgentiarum præmia ijs, qui pro defuncti Regis anima & prole, quam reliquerat, vt feliciter in lucem prodiret, preces apud Deum funderent, scriptis ea de re ad Clementiam Reginam literis a v. id. septembris: *Omnibus*, inquit, *vere pœnitentibus & confessis, qui deuotis orationibus pro te ac prole tua; necnon pro animabus claræ memoriæ Ludouici Regis Francorum viri tui, & parentum tuorum diuinam misericordiam implorabunt, quoties apud Deum huiusmodi orationes effuderint, viginti dierum indulgentiam misericorditer impertimur*. Quam etiam criminum condonationem pro Ludouici Regis anima Deum exorantibus alio diplomate ad Philippum illius fratrem dato confirmauit b. Meritus erat egregie de vniuersa ecclesia Ludouicus c, qui purpuratos patres ad dandum viduato orbi pastorem Philippi fratris opera compulisset; tum ingentes spes rei Christianæ prouehendæ, atque expectationem instaurandæ rei Syriacæ iniecerat: vouisse enim ipsũ in concilio Viennensi œcumenico coram patribus religiosam in Saracenos Asiaticos militiam, Clementis d Pontificis literæ docent, illiusque vitæ auctores e testantur, suprema mandata de eo conficiendo bello sacro a Philippo patre morienti accepisse. Sed pia eius consilia mors oppressit.

b An. 1 p. 1 post ep. com. 893.
c Bern. vbi sup.
Illius elogium.
d Clem. l. 8 post ep. nu 1:5.
e Paul. Aemil. in Lud. Hut. & alij.

Philippus Pictauiæ comes regni administrationem suscipit.
f Ber. chr. Reg. Fran. & chron. Rom. Pon. & M. S. bibl. Vat. signat. n. 3765. in Clem V.

13 Suscepit vero regni administrationem ac procurationem regij vteri Philippus Pictauiæ comes ipsius frater secundus natu, Longus ob proceritatem corporis dictus, de quo Bernardus hæc scribit f: *Gubernacula vtriusque regni Franciæ & Nauarræ suscepit Philippus germanus eius, comes Pictauiensis, sub nomine regentis tenenda, si puer masculus nasceretur vsque ad intelligibilem ætatem annorum* XIIII. *peruenisset. Si vero filia nasceretur, idem Philippus Rex Francorum fieret, & duæ filiæ Ludouici*, edenda nimirum in lucem e Clementia, atque alia e Blanca priore suscepta, *haberent & sibi diuiderent regnum Nauarræ & Campaniæ comitatum. Et hæc dicuntur fuisse pacta primo inita & firmata; quamuis postmodum aliter fuerit ordinatum*. Philippum non Franciæ modo, sed Nauarræ etiam regna corripuisse post nepotis mortem videbimus. Addit auctor, vt Clementia Regina partum sit enixa: *Post hoc vero* XIIII. *die sequentis mensis nouembris dominica die, sub nocte media præcedenti, memorata domina Clementia Regina peperit filium suum primogenitum Parisiis, & Ioannes vocatum est nomen eius, & multi in natiuitate eius gauisi sunt*. Audito quidem illius ortu Pontifex, ex innata in Gallos propensione, vt diuinam gratiam & humanam felicitatem Gallorum apud Deum precibus nouo Regi conciliaret, exarato VII. kal. decembr. diplomate viginti dierum sacram indulgentiam daturis pro illius incolumitate cælo preces impertijt g. Visum est diuino Numini potius vt Rex infans caducam æterna vita ac felicitate commutaret: qui cum breuis æui extiterit, Francorum Regibus a plerisque non annumeratur; septem enim tantum diebus vixisse refert Bernardus h: *Gaudium*, inquit, *cito pertransijt, nam septimo die a natiuitate infans obijt, & abijt regnum sibi accipere sempiternum*.

Ioannis Regis Fr. natiuitas.
g Ann. 1. p. 1. ep. cur 14. & ta. 1 ep. se c. 33. 34.
Mors.
h Ber. vbi sup. & M. S. bib Vat. signat. n. 3765. in Clem V. sub fin.

Ad casũ lugubrem cõstanter ferendum hortatur Reginam Pont.

14 Grauissimo ex filij Regis immatura morte dolore affecta est Regina Clementia, cum excurrente paucorum mensium spatio cumulata viri ac filij Regum funera recenseret: quam Pontifex, tristi accepto casu, apostolicis literis est hortatus a, ne vinci se dolore pateretur, sed animum ad constantiam confirmaret, ac diuinæ prouidentiæ subijceret.

a To. 1. ep secr. 33.

Charissimæ in Christo filiæ Clementiæ Reginæ Franciæ illustri.

Si finem vniuersę carnis attendis, si ad mortalitatis legem humano indictam generi debitæ considerationis retorques intuitum, conceptos nec immerito de vnigeniti transitu doloris aculeos temperabis; & humanitatis conditione pensata, quæ moleste geris, humane portabis. Creaturis etenim creator omnium Deus vitam cum exceptione mortis exhibuit, eamque per interitum soluentem omnia, ac spiritum principum auferentem terminari finaliter ordinauit: & sic commune factum est omnibus fatum huiusmodi, vt neminem ab illo eminentia dignitatis excipiat, nullum contra ipsum potentia, nullum diuitiæ muniant, nec ad mitiorem illius sententiam ætatis miseratio prouocet, aut sexus inuitet. Moritur siquidem iuuenis, occidit senex, puer dum incipit florere, marcescit. Quæ igitur querela, si eos ille, vt & sibi pro suæ voluntatis arbitrio subtrahat, quos cum libuit pro sola suæ clementiæ libertate concessit? Quæ causa dolendi, si homini de muliere nato, breui victuro tempore, multasque miserias subituro, plenius tribuitur requies, angustiarum finis imponitur & laborum?

Humanæ vitæ fragilitatem exponit.

Profecto, filia charissima, si hæc & his similia, illudque præsertim, quod nulla tibi adesse poterat certitudo, an ipsius pueri vita longæua futura esset vtilis, meditationis attentæ censura recenseas; sic præparabis in spiritu fortitudinis mentem tuam, quod humanis non indulgebis affectibus: sed in hoc præsertim remedium temperatæ consolationis assumens, quod puer ipse sacri baptismatis vnda perfusus in cœlum abijt, ne dicamus obijt; & in abyssum supernæ claritatis assumptus, nedum præsentis ærumnas seculi, quin etiam dolores æternos euasit. Planctus eius, quem natus in mundum emisit, est conuersus in gaudium; vtinam & tuus in spiritualem lætitiam conuertatur, vt sicut bona de manu Domini suscepisti, mala cum spiritualis exultationis iubilo sustineas patienter. Vtinam planctum, quem subtracto impendis filio, in arma pœnitentiæ deuote commutes, vt filium ipsum, qui te turbato fatalitatis ordine, sicut Domino placuit, processit ad mortem, tu post decursa feliciter præsentis vitæ curricula sequaris ad vitam, &c. *Dat. Auin. die* XXVIII. *nouembris*.

Partam a puero cælestem felicitatem.
Lacrymas in arma pœnitentiæ vertendas.

Contraxit siue e partus, siue e recentium funerum dolore morbum Regina Clementia, quam Pontifex in rebus aduersis erigere conatus est, monuitque b non incusanda, sed adoranda diuina esse consilia: *Ad salutem, non ad exitium te reputans a Domino verberatam, scias quasi sugere mel de petra, immensam colligens ex infirmitatis acerbitate dulcedinem, contra Deum nec murmure nec querimonia resonante*. Auxit eos dolores rei familiaris iactura, cum bonis dotalibus a leuiris exueretur: quare Pontifex, ad quem viduarum & pupillorum, regij maxime generis, cura spectat, Clementiæ causam suscepit c; ipsamque a coitionibus armorum cum hostibus Philippi abducere studuit.

b Ib. ep. secr. 32.
Mel e petra sugitur cum in aduersis diuinæ nos accõmodam⁹ voluntati.
c Ib. ep. secr. 37. 38 39. 40. 42.

15 Et quidem e crebris Regum Francorum funeribus graues discordias exarsisse, pontificiæ literæ d atque auctores docent e. Concitata in-

d ibid.
e Paul. Aemil. Gaguin. Mass Phil. longo & a.

dignitatis apostolicæ infra nostra præcordia recensentes, nostrarumque metientes virium paruitatem, timore ac tremore concussi, vehementer hęsitauimus, nec indigne. Quid enim tam timendum, tamque pauendum, quam fragili labor, indigno sublimitas, & dignitas non merenti? Verum ne post eiusdem vacationis tam diffusa & dispendiosa tempora, obstinata contradictionis reluctatio profusioris, dispendij occasionem induceret; nos, quamquam de nostra, quam noster nobis animus attestatur, insufficientia desperantes, humiles nostros ad montem illum conuertimus oculos, vnde nobis spe multa promittitur auxilium opportunum. Sicque de superabundantia illius omnipotentiæ concepta fiducia, cui cum voluerit subest posse; nec non de ipsorum fratrum nostrorum eminenti scientia, industria circumspecta, & experientia multa in agendis comprobata confisi, quorum sano consilio dirigi speramus in dubijs, & fulciri suffragijs in aduersis; in humilitatis spiritu consensum præbuimus electioni prædictæ, tantique oneris sarcinæ imbecilles exposuimus humeros, debiles misimus manus ad fortia, & colla nostra humiliter iugo submisimus apostolicæ seruitutis; suppliciter implorantes, vt ipse, qui per huiusmodi vacationem in maris mundi huius altitudinem nos deduxit, non patiatur nos ab ipsius tempestate demergi: sed illam nobis suæ potentiæ dexteram porrigat, quæ Apostolorum principem ambulantem & hæsitantem in fluctibus, ne mergeretur erexit, & coapostolum eius Paulum nocte ac die in profundo maris positum liberauit; viamque nobis & tibi, cunctisque catholicis principibus, ac cæteris Christianis, illis præsertim, qui ad hoc viuificæ crucis signaculum assumpserunt, salubrem & paratam aperiat, nostris & illorum cordibus pium infundat affectum, & infusum augeat & conseruet; viresque opportunas sua dignatione tribuat ad parandum festinum & efficax terræ sanctæ subsidium, & ad recuperandum hereditatis dominicæ præclaræ funiculum de Infidelium manibus, ad quod vtique desiderium habemus intensum.

Dignitatem respuere voluerit.

Diuina ope fretus ceruices oneri subiecerit.

De suo recuperandæ Syriæ desiderio.

Et quia quod in hac parte nostris assequi meritis non valemus, multiplicatis intercessoribus nobis confidimus elargiri, tua & aliorum fidelium suffragia humiliter imploramus: & illos specialiter, qui secularis potestatis solicitudinem in populo Domini susceperunt, vt in illo, prout ad eos pertinet, nobiscum fideliter & efficaciter collaborent, decreuimus exhortandos; & te præcipue, ad cuius personam & domum, vt nosti, gessimus ab olim, dum nos minor status haberet, solidæ dilectionis affectum, quem vtique non imminuit, sed auxit potius desuper impositum apostolatus officium, & extulit in paternum. *Dat. Lugduni non. septembris pontificatus nostri anno* I.

Roberto Regi studium apostolicum pollicetur.

10 Acceptis igitur ecclesiæ gubernaculis Ioannes, atque excitatis fidelibus ad diuinam illi suis apud Numen precibus conciliandam gratiam, atque antistitibus & Regibus ad coniungendam cum ipso pro re Christiana augenda operam solicitatis; primas apostolicas curas componendo Romano imperio, quod duorum Cæsarum exitiali ambitione fluctuabat, addixit: primumque paternis monitis Ludouicum Bauariæ ducem [a] mulcere, atq; ad pacem ineundam cum Friderico Austriæ duce, controuersiamque non ferro, sed æquitate iudiciorum dirimendam adducere, his verbis est conatus.

Ludouic' & Frider. in imperio æmuli ad pacem solicitati.

a To. 1. ep. secr. 4.

Ioannes, &c. Ludouico duci Bauariæ in Regem Romanorum electo.

Quanta de concordia inter te & charissimum in Christo filium nostrum Fridericum ducem Austriæ, in Regem Rom. electum, si votis nostris annueret Dominus, reformanda vtilitas proueniret, ipsa dispendiorum, quæ iam ex perniciosa inter te & ipsum discordia his temporibus emerserunt, consideratio manifestat. Sopiret quidem pacis lenitas mala, quæ guerrarum calamitas introduxit, & multiplicata commoda ex illius reformatione succrescerent, præcisis incommodis, quæ dissensionis iniquitas germinauit. Propterea quæsumus, dilectissime fili, vt persuasiones paternas deuota mente suscipiens, ad pacis & concordiæ fœdera cum eodem electo, Deo propitio, reformanda cuiusuis occasione rancoris exclusa, mentem tuam habilites & coaptes; vt nostra sincera præcordia, quæ tuam & eiusdem electi, multorumque fidelium populorum sentit in præfata dissensione iacturam, reformatio prædictæ concordiæ grata lætificet: ipseque misericordiarum dominus, vota tua suis beneplacitis conformari prospiciens, præter retributionis æternæ mercedem, quam inde mereberis, adaugeat in benedictionibus dulcedinis dies tuos, &c. *Datum Lugdun. non. septembris pontificatus nostri anno* I. Vrsit etiam alijs literis [a] ipsum ac Fridericum Austriæ ducem, æmulos, vt pacem inter se conciliarent: cæleste enim eo facto imperium promerituros. Nil pontificiæ exhortationes valuere, belloque ciuili Germania misere attrita est, cuius clades accurate describunt Germanici scriptores. [b]

Scripta eo argum. ad Lud. lit.

a To. 1. ep. secr. 1.

Repudiata pontificia monita.

b Alb. Arg. in chron. Stero Altahensis et alij.

11 Turbidæ etiam in Gallijs admodum res extitere Ludouici X. Galliæ & Nauarræ Regis obitu, de quo hæc Bernardus [c]: *Anno Domini* MCCCXVI. *sabbato infra octauas pentecostes, nonis iunij, obijt Rex Franciæ Ludouicus regni sui anno secundo: fuitque corpus eius cum honore regio in monasterio S. Dionysij tumulatum; vnicam filiam suam relinquens ex prima vxore, secunda vero vxore domina Clementia remanente grauida & prægnante.* Necatum veneficio fuisse Regem, submurmuratum est: nam & superiori anno deprehensa tradunt cerea simulachra Ludouici Hutini & Caroli Valesij, quæ leuiter igni admota sensim opera dæmonum tabem Regi ac patruo erant illatura; earumque auctores Pauiottum magum & Claudam veneficam supplicio extremo perijsse. Nec sane vana res est, diras huiusmodi artes in principum perniciem tentatas; cum ijsdem Pontificem ipsum ac nonnullos Cardinales appetitos, inferius visuri simus, repertosq; tunc in Gallijs variorum ordinum viros magica peste contaminatos. Neque calumniatores defuere, qui alienæ famæ struxerint insidias: nam & Guerardum e Barro clericum accusasse vnũ ex Cardinalibus apud Ludouicũ Regem, dũ viuebat, ac sanctius illius cõsilium, Regi ac Philippo fratri Pictauiæ comiti, tum duobus Cardinalibus veneno magicisque artibus, *per fabricationem & rabuzationem imaginum, cum incantationibus & inuocationibus dæmonum conditarum*, vt aiebat, mortem inferre pertentasse docent Ioannis literæ [d] Parisiensi episcopo missæ, quibus a Guerardo tento in carcere publicam confessionem exprimi, atque ad se transmitti iubet. Temere autem iactatam calumniam iudiciorum exitus indicauit.

Ludouici X. Regis Franc. mors.

c Ber. chr. Rom. Pon. & chron. Reg. Fran. & M. S. bibl. Vat. signat. n. 3765. in Clem. V.

d To. 1. ep. secr. 57.

Con-

dientia Romanæ curiæ resumenda, rerum suarum præmiserant partem non modicam, sine quibus amplius nequibant commode remanere Lugduni, & multorum etiam prælatorum, magnatum quoque & nobilium in curia ipsa sistentium, & auide coronationem expectantium antedictam; & insuper absque totius reipublicæ graui dispendio coronationem ipsam non poterat vlterius prorogare, quoniam ante illam ardua, quæ incumbunt negotia expediri, nuncij qui ad partes varias sunt mittendi, interim destinari non poterant, cum nec ante vti bulla consueuerint Romani Pontifices, & iam instabat tempus audientiæ, vt præfertur, apud Auinionem indictæ, quod absque damno intolerabili mutari, vel differri non posset. Vestrum etiam poterat in ipsius coronationis expeditione festina interesse versari, quia si pro Flandriæ, vel alijs vestris & regni negocijs dominum ipsum nostrum interim scribere oporteret, id non posset ante coronationem huiusmodi facere, cum nec ante ex more bulla, vt prædicitur, possit vti.

Expressa eius causa.

Propter quod, cum ipse sciat, vos virum esse virtutis, bonitatis expertæ, conscientiæque sinceræ, vt nullatenus velitis cum tanto dispendio tantoque scandalo aliquid in hoc agi, supponit idem dominus noster indubie, quod prudentiæ vestræ mansuetudo moleste non feret, si requisitionem dicti canonici ad exauditionem admitti, præmissa consideratione attenta, non sinit. Ipse quoque, laudabilem vestrum veniendi contemplans affectum, vos nedum a veniendo habet, vt & condecet, excusatum; quinetiam perinde reputat, & gratiarum prosequitur actione, ac si personaliter interessetis coronationi prædictæ. Hęc scribimus vobis, quia dominus noster ante suæ coronationis solemnia non posset iuxta morem ecclesiæ Romanæ laudabilem vobis, vel alij cuiquam aliquid scribere, cum nec antea bulla integra posit vti. *Datum Lugduni IV. kal. septembris*. Eadem etiam de causa, cum Robertus Siciliæ Rex duo millia vnciarum auri, extracta reliqui census solutione, Ioanni submisisset, Nicolaus Ostiensis & Velletrensis episcopus, Nicolaus tit. S. Eusebij presbyter, & Neapoleo S. Adriani diaconus Cardinales ad Robertum de accepta vectigalis parte transmisere syngrapham a, his verbis consignatam: *Dat. Lugduni XVII. kal. septembris suscepti a domino Ioanne apostolatus anno 1.*

a Ext. in arce S. Angeli et inter coll. Plat. to. 1. pag. 412.

Redimitum ipsum solemni ritu pontificalibus infulis Lugduni, refert Bernardus b subiectis verbis: *Fuit coronatus more Pontificum Romanorum cum honore solemni nonis septembris, dominica prima mensis, Lugduni in ecclesia cathedrali.*

Ioannes Lugduni apostolicis infulis decoratus

6 De suscepto pontificatu certiores tum fecit totius orbis Christiani præsules encyclicis literis c, quæ in pontificio regesto Rhemensi archiepiscopo ac suffraganeis inscriptæ sunt; eoque exemplo ad patriarchas, archiepiscopos, episcopos, quorum prolixior catalogus describitur d, exaratæ; quibus ipsos ad instruendos & pascendos probe populos, ac partienda apostolatus onera adhortatur: tum etiam immutata extrema earum calce transmissæ ad Ludouicum Bauarum ac Fredericum Austriacum electos tumultu & discordia Romanorum Reges, Ioannem Boemiæ, Carolum Vngariæ, Ericum Daniæ, Birgerum Sueciæ, Eduardum Angliæ, Philippum Franciæ & Nauarræ administratorem, Alfonsum Castellæ, Dionysium Lusitaniæ, Iacobum Aragoniæ, Sanctium Balearium, Henricum Cypri, Osinium Armeniæ, Fridericum Trinacriæ, ac Robertum Siciliæ Reges, quibus totius electionis suæ seriem exposuit; incitauitque, vt ad rem Christianam tuendam, ac decretam in concilio Viennensi expeditionem conficiendam cum apostolico eius zelo consentirent. Eas nos subijciemus, quas ab Robertum Regem, cui antea studio coniunctissimus fuerat, dedit a; in quibus id adijcit, partum pontificium munus nil pristinæ detractarum beneuolentiæ, sed ipsam amplificaturum: quæ promissa ipsum coluisse auctores testantur b.

b Ber vbi sup. & M. S. bib. Vat signat. n. 3765. in Io. XXII. c An. 1 p. 1 ep. cur. 1. et post eand. ep. d Reg. an. 1 p. 1. post ep cur. 1.

a An. 1. p 1. ep. cur 1.

b Io. Vill. l. 9. c. 79. Ant. tit. 21 c. 4 ante §. 1.

Ioannes episcopus seruus seruorum Dei charissimo in Christo filio Roberto Regi Siciliæ illustri salutem, & apostolicam benedictionem.

7 Mira & inscrutabilis prouidentia Dei summi, firmam retinens in sua dispositione censuram circa sacrosanctam ecclesiam catholicam, quam sibi charitatis ineffabilis dulcedine copulauit, ita suæ benignitatis affectum & protectionis auxilium gratiose continuat, quod vbi ex insurgentis fremitu tempestatis submergi creditur, paratur eidem ex commotione tranquillitas, & in auram mitescentibus procellosi turbinis fluctibus, ab instantibus periculis prorsus seruatur immunis: Hoc quippe multifarie multisque modis ipsa magistra rerum experiētia olim edocuit, & nouissime diebus istis id ipsum euidenter ostendit, dum ipse pius Pater & misericors Dominus ecclesiam ipsam, inter longæ ac periculosæ nimis viduitatis angustias fluctuantem, de suo habitaculo præparato oculo benigno respexit. Dudum siquidem, sicut tuam credimus notitiam non latere, sanctæ recordationis Clemente Papa V. prædecessore nostro de præsentis vitæ mœroribus ad cælestem patriam euocato, nos & fratres nostri eiusdem ecclesiæ Cardinales, de quorum numero tunc eramus, cupientes eidem ecclesiæ de pastore celeriter prouidere iuxta constitutionem apostolicam super hoc editam, nos inclusimus in conclaui, quod in ciuitate Carpentoracensi, vbi tunc Romana curia residebat, ad hoc extiterat præparatum. Demum vero electionis prædictæ negotio imperfecto, ex certis causis legitimis conclaue prædictum egredi necessitate compulsi, nos ad diuersa loca transtulimus, prout vnicuique nostrum expediens visum fuit.

Scribit Pontif de sua electione ad Rob. Sic. Regem.

De comitijs Carpentoracensibus dissipatis.

8 Cumque postmodum diffusi temporis spatio, sicut Domino placuit, interiecto ad ciuitatem Lugdunensem pro eiusdem electionis negotio concorditer venissemus, vias nostras illo dirigente, qui nouit; & tandem die septima præteriti mensis augusti in loco fratrum ordinis Prædicatorum Lugdunen. in quo residebamus, insimul pro præfato electionis negotio fuissemus in loco solito congregati; benignus sapientiæ spiritus, nesciens tarda molimina, tam prolixæ ipsius ecclesiæ viduitati pie compatiens, cum eam nollet vlterius viduitatis incommodis subiacere, fratrum ipsorum corda sic adduxit ad spiritus vnitatem, quod miro Dei, & nobis nimirum stupendo consilio ad imbecillitatem nostram oculos dirigentes; nos tunc Portuensem episcopum ad suscipiendum onus, nobis ex humano defectu importabile, curam videlicet vniuersalis gregis dominici, concorditer, nemine discrepante, in summum Pontificem elegerunt.

Lugdunensi conclaui.

Vt communibus Cardinalium suffragijs creatus sit Pont.

9 Nos autem difficultatem officij pastoralis, continui laboris angustias, & præexcellentiam di-

2 Pertinacissimarum dissensionum fontem & causam aperit ex Ioanne Villano [a] S. Antoninus [b]: *Multi, inquit, ex eis erant Guascones, & ij quaerebant Guasconem habere Pontificem: qui vero erant ex Francia, Prouincia, & Italia Cardinales, illis non acquiescebant, alium quaerentes, siue qui eis videretur ecclesiae Dei vtilior, siue qui eis foret fauorabilior.* Abrupit demum diuina manus funestos priuatae vtilitatis & commodi nexus, ac post consumptos altercationibus quadraginta dies, cum nisi dato ecclesiae Pontifice inde discessuros incussus ipsis religiosus metus fuisset, suffragia in Iacobum episcopum Portuensem contulere. De quo haec Bernardus [c]: *Quadragesimo die ab inclusione ipsorum, quae facta fuit in vigilia Apostolorum Petri & Pauli, ipsis tum, quod tunc deberent includi, penitus nescientibus pariter & inuitis, tandem tractatu praehabito in praefatum dominum Ioannem omnes pariter consenserunt. Erat autem Cardinalis episcopus Portuensis, & Iacobus vocabatur: sed Ioannes exinde vocatum est nomen eius.* Nec ab his discrepat M.S. Vaticanum, in quo haec habentur [d]: *In dominum Ioannem consenserunt, ipsum eligentes anno Domini* MCCCXVI. *mense augusti die* VII. Celebratam eam electionem Lugduni VII. id. augusti a viginti tribus Cardinalibus consentit Ptolemaeus Lucensis [e], Ioannemque hoc exornat elogio: *In hunc Pontificem consenserunt, virum ardentis ingenij, & in iure ecclesiastico ac diuino valde peritum.* Ex Victorianis etiam annalibus, hoc tempore conscriptis, magni ingenij, honestaeque vitae laude commendatur. [f]

a Io. Vill. l. 9. c. 79. b Ant. 3 p. tit. 21. c. 4. ante §. 1. Vasconu Cardinalium ambitio dissidij causa. c Ber. chr. Rom. Pon. Ptol. Luc. in hist. eccl. M.S. l. 24. c. 42. Iacobus episc. Portuen. ad Pontificatum euehitur. Ioannis nomen accipit. d M.S. Vat. bibl. sign. n. 3765. e Ptol. Luc. hist. eccl. M.S. l. 24. c. 42. f Mass. in Io. 22.

3 Assurrexisse in eam augustissimam omnium dignitatem ex abiecta & inopi conditione, emensis pluribus honorum gradibus, auctores consentiunt [g]. Caturcensem quidem patria, patre Arnoldo sutore veteramentorum; vicissim vero ingenio fortunam, ita refert S. Antoninus: *Hic fuit natione Gallicus, generis sui infimae conditionis, filius scilicet resartoris sotularium, pauper temporali substantia, sed diues ingenio & scientia; paruus corpore, sed magnus animo, qui nutritus est sub archiepiscopo Arelatensi magistro suo: quo sublato Rex*, Robertum Siciliae Regem intelligit, *fecit eum loco eius cancellarium* [h] *suum, et postmodum factus est episcopus Auenionensis, & inde propter scientiam suam & prudentiam factus est Cardinalis.* His addit Bernardus [i], creatum primum Foroiuliensem episcopum in Aquensi prouincia, atque ab ea sede traductum ad Auenionensem, & adhibitum in Bonifacij causa ad excipienda testium dicta vidimus; deinde a Clemente Quinto anno MCCCXII. sabbato quatuor temporum recurrente aduentu dominico inter Cardinales Auenione relatum.

Eius patria & obscura genus. g Ber. vbi sup. Io. Vill. l. 9. 79. Ant. vbi sup. Mass. in Io. 22. et alij. Dotes animi. Emensi honorum gradus. h Io. to. 8 p. 1. ab- … pag. 27. i Ber. vbi sup. et M.S bibl. Vat. signat. n. 3765. Pto. Luc. Mass. in Io. 22. et alij

Sugillant eum nonnulli [l] dolo ad Petri sedem irrepsisse, adeo vt cum ipsi a Cardinalibus designandi Pontificis optio iusque data essent, semetipsum consilio Neapolionis Vrsini Pontificem renuntiarit. Verum vt Neapolionem Ioanni ad pontificatum illi deferendum studuisse, plurimaque apud ipsum gratia valuisse non negamus, vti ex dicendis patebit; ita rem hanc ab inuidis iactatam non leue argumentum est, cum Ludouicus Bauarus, alijque Ioannis hostes infensissimi, in illis aduersus ipsum inuectiuis [m] acerbissimis, quas prae manibus habuimus, nunquam ea obiecerint, quae sane nunquam, si nixa fuissent veritate, vt illum ambitionis nimiae notarent, praeterissent. Neque etiam si ita res successisset, Ioannes libera & constanti voce denuntiasset toti orbi, se a pontificatu oblato omnium suffragijs consentientibus abhorruisse, atque admodum ancipitem haesisse, an humeros oneri subduceret, vt encyclicae literae docent a nobis inferius afferendae [a]. Commentum pariter inane videtur, ipsum Neapolioni Cardinali Vrsino, cuius opera pontificatum adeptum aiunt, sacramento ante se adstrinxisse, nunquam mula vel equo vectum iri, ni Romam se conferret; promissa vero cauillo elusisse, nec in posterum iter, nisi pedibus aut flumine confecisse.

Eligendi ex gemina factione potesta te data, se ipsum elegisse ferunt nonnulli. l Io. Vill. Anton. et Mass. vbi sup. Fabulosum rem esse ostenditur. m Ext. apud Nic. Mm. M.S. bibl. Vat. signat. n. 4008. a Hoc an. n. 8.

Dum pontificiae infulae conferendae apparatus ornabatur, Philippi Nauarrae moderatoris oratores a Ioanne expetiere, vt celebritatem ad dies quindecim extraheret, quo illius pompam spectare posset: qua prorogatione impetrata, iterum alia dierum octo expetita: sed cum tertia eiusdem principis nomine postularetur, negata est iustissimas ob causas, quas pontificio iussu Arnaldus Cardinalis Philippo exposuit [b].

b To. 2. ep. secr. 29.

Excellenti & magnifico viro amico charissimo domino Philippo, clarae memoriae domini Regis Franciae filio, regna Franciae & Nauarrae regenti, Arnaldus miseratione diuina S. Mariae in porticu diaconus Cardinalis salutem, & felices ad vota successus.

De conscientia sanctissimi in Christo patris domini nostri summi Pontificis, & eius expresso mandato in notitiam excellentiae vestrae deducimus, quod nuper die lunae, tertio videlicet post eius assumptionem ad apostolatus officium, spectabilis vir dominus comes Foresij & magister Radulphus de Perellis clericus vester, ipsius domini nostri praesentiam adeuntes, pro parte vestra supplicarunt eidem instantius, quod in aliquo loco regni Franciae celebrare vellet coronationis suae solemnia, diemque ipsi coronationi praefigere, in qua possetis iuxta conceptum inde per vos desiderium interesse; arbitrantes ad id dies quindecim, ex tunc computandos, ad aduentum vestrum posse sufficere, illosque concedi petentes, cum infra illos se credere dicerent, vos posse venire pro certo; & de supplicatione huiusmodi vestro nomine facienda, cuicunque in Pontificem Romanum assumpto, ac a vobis idem clericus asserebat speciale suscepisse mandatum. Praefatus autem dominus noster vobis in his & alijs proculdubio cupiens complacere, ac assistentiam vestram eidem coronationi gerens placidam atque gratam, licet breuiorem diem ipsi coronationi antea praefixisset, eam tamen ad illorum instantiam vsque ad dictos dies quindecim petitos, vt praemittitur, prorogauit. Et deinde veniente viro magnifico domino .. delphino Viennae, & pro vlteriori prorogatione solemniter instante, dominus ipse noster ad complacendum vobis vberius, & vt, si fieri posset, vestram posset habere praesentiam, per alios octo dies coronationem prorogauit eandem.

Philippi principis in Ioannem studium. Retardata in eius gratiam celebritas imponendae nouo Pontifici tiarae.

5 Nouissime vero venerabili viro domino P. de Capis Rhemensi canonico, clerico vestro, adhuc instante pro prorogatione maiori, idem dominus noster de fratrum suorum consilio, & habita deliberatione super hoc cum eisdem, respondit illi, quod quantumcumque vestris complacere vellet affectibus, quantumcumque etiam vestra cuperet laetificari praesentia, absque tamen scandalo plurium, praesertim dominorum Cardinalium, qui apud Auinionem, vbi erat ex indictione publica in proximis kalendis octobris audien-

Nouas nectens moras repulsam accipit.

niæ modo captasse Ludouicum, auctor sugillat, dum subdit, ipsum oblata a Iudæis pecunia victum illos restituisse [a] regno, e quo ob grauiora scelera, addictis fisco eorum bonis, pulsi fuerant, ne Gallos improba consuetudine contaminarent.

Iudæi in Gallias reuocati.

a Ber. & M.S. bibl. Vatic. vbi sup.

3 Tradit idem Bernardus [b] insigne tristeque humanarum rerum volubilitatis exemplum in Gallijs editum fuisse in Engerrano Marinio, regij fisci præfecto, qui cum sub Philippo Rege summis opibus & gratia floruisset, demum repetundarum reus ad patibulum damnatus, vncoque tractus est: *Tempore*, inquit, *Philippi Regis, patris illius Ludouici, maior post eum non tam merito, quam de facto fuerat nominatus in regno, ita vt secundus regulus, quasi regulus videretur, ad cuius nutum regni negotia gerebantur: quos enim ipse volebat exaltabat, & quos volebat deprimebat; quidquid volebat fieri factum erat. In modico tamen fuit superexaltatus & eleuatus nimis, & post paululum audiuimus eum tali exitu defecisse. Itaque exemplo eius & alterius, qui præcessit, scilicet Petri de Brussia, qui elapsis iam tunc annis ferme triginta octo olim tempore Philippi alterius Regis aui istius, postquam supermagnus effectus fuerat, post similem fortunæ gloriam similem ignominiam est perpessus, discant & pertimescant tam præsentes quam posteri in gradu consimiles & fortuna sobrie & iuste ac pie viuere in hoc sæculo, præcauentes ne casum consimilem patiantur.* Iniecisse olim hunc Engerranum Marinium faces funestæ illi discordiæ, quæ inter Bonifacium Philippumque arserat, obiecit [c] illi accusator a Carolo Valesio instructus, cum nimirum nummariam pensitationem fisco pontificio debitam suppressisset: quod diuinæ vindictæ non immerito ascribendum videtur, nec magicæ artes ab vxore, vt eriperetur supplicio, adhibitæ profuerunt [d].

b Ber. chr. Rom. Pont. & Reg. Franc. & M.S. bibl. Vat. sign. n. 3765. in Clem. V.

Instabilitas humanæ felicitatis.

Diuina in fautorem discordiæ aduersus Bonif. vltio.

c Paul. Æmil. in Lud. Hutino.

d Id. ib. Gagui. in eod.

In oriente sulcasse hoc anno victrice classe archipelagus Fulconem Villaretum, Hospitalarij ordinis equestris principem, ac plures insulas, interque alias Con Hippocratis patriam, vulgo Langon dictam, suo adiecisse imperio, refert Bosius [e]. Sed qui impetus vertere in Syriam, atque ad maiora efferre animos debuisset, quæsitis piratica arte opibus auctus, Rhodoque sibi subiecta fastu tumidus, curas belli sacri ac publicæ rei abiecit, seque aucupijs ac delitijs addixit: quocirca postea, atrocissima equitum coniuratio in ipsum conflata, principatu est deturbatus [f], vt dicetur inferius.

Equitum Hospital. expeditio in Ægei maris insulas.

e Bos. hist. equitum Hier. p. 2. l. 1.

f Id. ib.

4 Migrauit eodem anno [g] Taruisij ex hac vita ad felicem immortalitatem B. Henricus eremita Bauceno oriundus, qui asperrimo vitæ suscepto genere, pascendo diuinarum rerum contemplatione animo vacabat: cuius morientis sanctitatē Numen pulsatarum diuinitus campanarum suauissimo concentu collustrauit; atque adeo exciti repente clerus populusque ad eius cohonestanda funera concurrerunt. Stetit spectantium populorum oculis expositum sacrū corpus in ecclesia principe integro octiduo, nec tamē quamuis arderent grauiores æstus, corruptionem contraxit. Plures vero cælestes virtutes ad eius sepulchrum editæ, quæ episcopi & prætoris iussu in publicos commentarios relatæ fuerunt. ijsque permoti Taruisini, oratores ad Ioannem XXII. postea decreuere, qui de ipsius ac B. Parisij consecranda memoria agerent: sed ob secuta deinde bella extracta res est. Ferunt illum aliquando, dum libero & aperto cælo preces Deo funderet, ruptoque nubibus imbre validissimo, nulla vel leui guttula aspersum fuisse.

g Pet. Bauo ep. Taru. in vit. B. Henr. Ferrar. in not. ad cat. 10. iun. ex tabular. eccl. Taru. Bonif. l. 7. hist. Taru.

B. Henrici eremitæ. Pulsatæ diuinitus ad eius funus campanæ. Miracula coruscat.

Orantem pluuia nō perluit.

5 Hoc anno Raimundum Lullum in Africa apud Bugiam promulgatæ fidei Christianæ, & confutatæ Mahumetanæ impietatis odio publici magistratus iussu post atroces iniurias & carceris squalorem, cum in constantia defendendæ veræ religionis perstaret, obiectum furenti plebi ac gladijs saxisque apperitum ex vulnerum dolore occubuisse tradunt [a]: dumque eius corpus ex sepulchro marmoreo Franciscani templi, adhibitis testibus grauissimis, anno MDCXI. erutum est, quatuor ingentia vulnera in capite accepta conspecta [b] sunt. Porro vt de eius vita (nam & nonnulli [c] ante hæc tempora, alij postea obijsse scribunt) ita de eius doctrina variæ sunt discrepantesque sententiæ [d]: id tamen aduertendum est, plures libros pestiferos, veluti de inuocatione dæmonum, de secretis naturæ, de alchymia & metallorum metamorphosi a Raimundo Lullo iuniore rabbino, eodemque sub religiosa veste fidei apostata compositos alteri seniori Lullo ascriptos esse; vnde istius errorum infamia prioris existimatio inquinata. Cum vero in alijs Raimundi Lulli libris plura reperiantur, quæ a fide orthodoxa primo aspectu abhorreant, nisi in meliorem sensum trahantur, quod operosa mole tentant editæ plures apologiæ, id dici potest illum quamuis errauerit, non tamen hæreticum fuisse, cum pertinaciam errori non coniunxerit: quamquam Lullistæ ingentia sub obsoletis verbis arcana latere contendunt, quos sugillat Mariana [e] quod videre se fingant aut somnient quod non vident, & digito conentur ostendere quod nusquam est. Vt vero Gregorij XI. iussu de Raimundi Lulli erroribus [f], an ij senioris an iunioris extiterint, habita sit iudiciaria actio censore fidei Aymerico, dicetur suo loco.

Raimūdi Lulli martyrium.

a Vvad. in annal. hoc ann. n. 5. etc. ex ant M. S. arch. Baltar.

b Id. n. 13

Plures libri impij ipsi falso ascripti.

c Marian. l. 15. c. 5. an. 1311.

d Prat. de her. l. 16. c. 2.

Variæ de eius doctrina sententiæ.

e Marian. l. 15. c. 5.

f Recensentur centū error. in direct. inquis. Aymer. c. p. 2. q. 9.

IESV CHRISTI
Annus 1316.

IOANNIS PP. XXII. annus 1. VAC. IMP. OCCID. 3. ANDRONICI IMP. ORIEN. 33

1 Discissi in contrarias factiones Cardinales, quos nondum orbatæ sponso ecclesiæ luctus, non dissidentium regnorum calamitates, non rei Christianæ periclitantis discrimina mouerant, Philippi Pictauiæ comitis, a Ludouico fratre Franciæ & Nauarræ Rege in eam rem missi, industria Lugdunum varijs artibus exciti pro creando Romano Pontifice, in sacrum conclaue anno millesimo trecentesimo decimosexto indictione quartadecima compulsi sunt. Quos quidem pie delusit Philippus comes, vt ecclesiæ consuleret, ac fidem religiose fregit, vt refert Bernardus hisce verbis [g]: *Steterunt sic diuisi loco & proposito annis amplius quam duobus*, de Cardinalibus e Carpentoracensib⁹ comitijs digressis loquitur, *fueruntque tractatus plures habiti per personas medias inter eos: quorum finis tandem fuit mediante domino Philippo comite Pictauiæ, postmodum vero Rege Franciæ & Nauarræ. Qui congregati sunt in Lugduno pactis prauijs, quod non includerentur, & quod possent de Lugduno recedere quando vellent: quæ tamen fuerunt eis minime obseruata, quatenus pro maiori bono rei publicæ, quæ præfertur priuatæ, compellerentur ecclesiæ prouidere.*

Cardinalium Pontificē creare detrectantium pertinacia

g Ber. chr. Rom. Pont. et ex eo Bosque. et M.S. Vat. signat. n. 3765. in Io. 22. Ptol. Luc. hist. eccl. M.S. l. 24. c. 42. et alij.

Lugdunū Regum Frācorū fratris opera conueniunt.

Per-

numine, cui illuserat, vindicta percussum : vnde eius calamitas Philippo VI. a Pontifice ob oculos postea proposita, ne simili arte votum infringeret, non enim periurium impune laturum.

a Vvalsin. in Eduar. hoc ann. Polyd. Vir. l. 18. Boet. hist. Scot. l. 14. b Buchan. l. 8. Eduard⁹ a Scotis magna clade fusus. c Vvalsin. vbi sup. Elienses iactant S. Albani corpus apud se cõditum. Anglorũ Rex veritatem explorat.

27 In Anglia Eduardus Rex a, cum Scotiam armis recuperare cõscripto, vt ferunt b, centũ millium armatorum exercitu, moliretur, maxima clade a Scotis fusus fugatusq; est. Laudatur a Vvalsinghamo Robertus Brusius, virtutem egregiam militarem in eo bello explicuisse, ac peditem præcessisse exercitum, dato exemplo, ne quis de fuga cogitaret: cæsi sunt, captiue plures aurati Angli equites, inter quos Gilbertus Glouerniæ comes in ipso pugnæ ardore occubuit. Ante huius cladis historiam præmittit auctor c rem non inuolendam silentio : Eduardum Regem, cum non leuis inter Elienses & S. Albani religiosos viros arderet controuersia de Anglorum protomartyris reliquijs, quas singuli apud se religiose asseruari contendebant, explorandæ veritatis desiderio feretrum, in quo Elienses sacra lipsana condita putabant, coram se reserari iussisse, ac non S. Albani repertum corpus, sed pannum aspersum cruore adeo viuidi coloris, ac si recenter effusus esset. Placet ipsius auctoris verba referre.

Vestis martyris cruore imbuta in feretro reperta. Cruor sacer viuid⁹ ac purpureus conspectus. De puluere sepulchri S. Albani prodigium. *natale *solum *Antissiodori

*Rex cum vidisset cunctos clauos extractos, & feretrum patefaciendum accessit, & leuauit operculum manu sua: Et ecce vident locellum illum a summo vsque deorsum quodam panno villoso ita occupatum, vt nihil posset aliud continere : in superiore vero parte vestimenti conspiciunt cruoris coagula dense respersa, ita noua, ita recentia, quasi pridie fuissent effusa. Constat hanc vestem fuisse caracallam, quam sanctus Albanus in conuersione acceperat a sancto Amphibalo magistro suo in signum religionis, in quo idem martyr sententiam subijt capitalem. Et fas est credere, quod ad honorem sancti, diuino miraculo, sanguis eius sic in hac veste seruatus, sicut in puluere sui sepulchri per multa secula legitur conseruatus : cuius pulueris massam, in qua rubebat adhuc sanguis martyris, S. Germanus Altissiodorensis episcopus secum abstulit & detulit ad * natalem. * secum * Aitissiodoro capellam construens in honorem martyris memorati.*

Eliensis ecclesia ab Eduardo muneribus ornata.

Rex igitur & omnes assistentes, de tanto miraculo stupefacti, proni corruerunt in terram, & facta est non parua hæsitatio, quis accederet ad deponendum operculum & feretrum contingendum. Tandem Rex ipse cæteris animosior, operculum detraxit ad locum suum. Et tunc primo cognouerunt Elienses, quid de sancto Albano haberent, quid non haberent, cum oculata fide cernerent, in dicto feretro præter caracallam nihil omnino contineri. Rex vero, hilarior effectus de rei comperta veritate, dedit illic dona varia, residuum temporis, quo mansit ibidem, ducens in summa lætitia, frequenter conferens de merito martyris Albani & gloria, & iudicans non sine diuina factum prouidentia, vt in duobus locis tam celebribus specialis veneratio martyris haberetur; & ait Eliensibus : Gaudete de Dei munere, gaudete de tanti martyris meritis & sanctitate, quia si, prout dicitis, hic Deus per illum plura facit miracula ratione vestis, credatis quod apud sanctum Albanum ampliora facit miracula ratione corporis quiescentis.

d Iord. in chro. M.S. bibl. Vat. signat. n. 3

Hoc anno apparuisse tres lunas crucesignatas, conspectasque a se refert Iordanus d kal. martij duabus ante auroram horis, eandemque impressionem aeream iterum oriente sole refulsisse.

IESV CHRISTI
Annus 1315.

SED. VAC. annus 2. | VAC. IMP. OCCID. 2. ANDRONICI IMP. OR. 32.

Cardd. magno ecclesiæ diu no ad conclaue non redeunt. a Ber. chr. Rom. Pont. b Alb. Muss. de gestis Italic. l. 5. sub fin. Corius hist. l. 1. c. 24. Io. Vill. l. 9. c. 69. & 70. Leonard. Aret. l. 5. Ant. 3. p. tit. 21. c. 1. §. 6. Duo principes Siculæ regiæ cæsi in acie. Vgutionis victoria insignis.

1 IAcuit in luctu ecclesia, suo viduata pastore, anno Christi millesimo trecẽtesimo decimoquinto, indictione decimatertia, dissidẽtibus Cardinalibus, *atque in diuersis*, vt ait Bernardus a, *ciuitatibus et villis dispersis, sicq; loco & proposito diuisis*; Romanum imperium duorum Cæsarum ambitio cruentauit : laniarunt Italiam funesta Guelphorum Gibellinorumque nomina; fractisque Gallos inter & Belgas inducijs, bellum repetitum. In Etruria quidẽ magno ardore gestum est bellum b inter Guelphos ac Gibellinos, quorum signifer Vguitio Fagiolanus Pisarum & Lucę dominus cum Florentinos propagandi imperij cupiditate magnis amicorum auxilijs fultus inuaderet, cingeretque obsidione montem Catinum, ij a Roberto Rege Siciliæ subsidiarias equestres copias ac Philippum Tarentinum principem, vt rei bellicæ præesset, poposcerunt. Secuti sunt Philippum Carolus filius, ac Petrus Regis Philippique frater, qui infeliciter in acie ab hostibus cæsi sunt, tristi admodum ac improuiso casu : soluebat enim, exeunte augusto, obsidionem montis Catini ob suorum in Lucensi agro defectionem, interclusosque commeatus Vguitio; cum Florentinus exercitus sine ducis, tum quartana laborantis, iussu male instructis ordinibus, illum adortus est : qui mox versa fronte & agmine composito inuectus in Florentinos, ipsos magna edita strage, concisisque ferro inter cæteros Roberti Regis fratre ac nepote, in fugam vertit.

Turbæ in Belgio exortæ. c Io. Vill. l. 9. c. 65. Ant. 3. p. tit. 21. c. 3. § 4. Mass. in Lud. Hut. & alij & M.S. bibl. Vat. signat. n. 3765. in Clem. V. d Ber. chr. Regum Franc. Lud. Francorũ Rex Clementiam Regis Vngarorum sororem vxorem ducit. Lud. Rex magno terrore in Flandriã mouet. e Ber. chr. Reg. Franc. et M.S. bib. Vat. sign. n. 3765. in Cle. V. Paul. Aemil. in Lud. Hut. Gaguin. in eod. Mass. in eod. Meyer. in Rober. & alij.

2 Non caruit etiam bello Germania inferior, cum Robertus Belgij comes Ludouico Francorum Regi dicto Hutino, fidem sacramento deuincire detrectaret, nisi primum arces a Philippo Rege in vltimo bello Belgico retentas restituisset : in eum enim Ludouicus mox a suscepto insigni regio expeditionem duxit : quæ quidem regiæ consecrationis pompa hactenus dilata fuerat, vt noua illius sponsa vna cum ipso corona cingeretur : priorem enim Ludouici coniugem Blancam ducis Burgundiæ filiam in priuata custodia, in quam ob adulterij scelus coniecta erat, mœrore vel, vt Ioannes Villanus c & S. Antoninus alijq; tradũt, præfocatam linteo, obijsse ferunt. Addit vero Bernardus d Ludouicum Clementiam Caroli Martelli ducis Calabriæ filiam, & Regis Vngariæ sororem solemni ritu sibi coniugali nexu iunxisse, subijcitque : *Sequenti dominica prima augusti in festo inuentionis S. Stephani fuit inunctus in Regem Francorum Rhemis ciuitate per archiepiscopum Rhemensem cum memorata domina Clementia sponsa sua.* Addit auctor bellum in Flandriæ comitem, qui regiæ inunctionis pompæ non interfuerat, nec officia clientis præstiterat, susceptum tanto apparatu, vt quindecim millia equitum numerarentur in Gallico exercitu, præter peditum innumeram multitudinem, sed cum ad Lisam amnem promota castra essent, tanto imbre terram immaduisse, vt cum luto non cum hoste certandum fuerit, vniuersaque expeditio dissoluta sit e, ad quam comparandam multæ prædæ actæ fuerant. Et quidem iniustos cogendæ bello tolerando necessariæ pecu-

sentiunt; in eo peccasse Ludouicum constat, qui armis tantum, non legibus certare voluerit, qua de re conquerentem Ioannem audituri sumus. Superius quidem decretum electionis Ludouici Ioanni delatum nō fuisse Ioannes ipse questus est, vertitque crimini Bauarum, eo sedi Apostolicæ veterum Cæsarum more non oblato, regni administrationem corripuisse a: *Nondum*, inquit, *electione discordi, qua de ipso in Regem Romanorum promouendum in Imperatorem facta fuisse dicebatur, Romana ecclesiæ, ad quam examinatio ac approbatio, seu reprobatio electionis & personæ cuiuscumque in Regem Romanorum electi pertinere dignoscitur, præsentata; nec ea per eandem ecclesiam approbata vel reprobata*. Pariter decretum de Friderico electo ad sedem Apostolicam non transmissum b, quamuis illud Ioannes expeteret, suo loco dicetur.

Decretū electionis Ludouici Ioanni nō fuit oblatum.
a Io. ep. 5. p. 1. ep. secr. pag. 177.
Nec etiā æmuli Friderici.
b Io. ep. 5. & secr. ep. 30 pag. 258.

25 Neque vero Hervvartus c adeo aspere Ioannem ob non asserta Ludouico cæsarea iura passim carpsisset, si mature secū reputasset, Pontificem id nisi iudiciario ordine agere non debuisse: Ludouicum autem sibi defuisse, qui nunquam legibus, sed tantum vi rem persequi voluerit, atque in iudicem suæ causæ, controuersi nimirum cæsarei apicis, insurrexerit. Debuerat Hervvartus potius improbos senatores, qui Ludouicum in atrocissima scelera egere præcipitem, insectari; percellere Rodulphum Bauarum principem electorem, qui odio percitus dubiam fratris electionē effecerit; de dissensionibus conqueri Germanorum, apud quos non constabat de nonnullis ex septem virorum numero, quinam creandi Cæsaris iure pollerent, vnde oborta est grauissima illa in imperio dissensio: nam sunt, qui indicant, quatuor tantum fuisse principes, de quorum auctoritate in designando Romanorum Rege non controuertebatur, nimirum tres archiepiscopos & comitem Palatinum, atque a duobus ipsorum, nempe Petro Moguntino & Balduino Treuirensi Ludouicum; a totidem vero, scilicet Henrico Coloniensi ac Rodulpho comite Palatino Fridericum fuisse electum, in quo par videbatur vtriusque electi conditio. Cæteros vero electores Boemum, Saxonem, ac Brandeburgicum controuersos ferunt: ducem Charintiæ se regno Boemico iniuria pulsum disceptasse: Rodulphum Saxonem contra Ioannem eligendi Cæsaris ius sibi asseruisse; alium similiter principem cum marchione Brandeburgensi de principatu certasse. Quibus de rebus Io: Villanus d, Albertinus Argentinensis e, Robdorfius f, Albertus Crātzius g alijq; agunt. Ex his igitur patet Cæsaris creationē concordem non extitisse, litemq; ab sede Apostolica fuisse dirimendam: quamuis in eo Ludouici electio præstabat, quod Brandeburgicus & Boemus principatuum possessione potirentur h: nec propterea Ioannes ab Hervvarto in crimen vocandus, si iustitiæ zelo ductus iura sedis Apostolicæ tutatus sit, & imperium legum æquitate, non ferro & furore iudice suscipiendum contenderit; qua de re agetur inferius: atque hæc de Cæsarum duorum creatione suffecerint.

c Herv. in Lud. Bau. defens. to. 1. & 2.
Ioannis aduersus Hervvart apologia.
d Io. Vill. l. 9. c. 66.
e Argen. in chron. & alij.
f Robdor. in chron.
g Crantz. Sax. l. 9. c. 8.
h Vill. eod. c. 66.

Illi quidem mox a suis corona Germanica redimiti fuerunt, seruato a neutro ritu antiquo, ex quo ea pompa a Coloniensi archiepiscopo Aquisgrani peragenda erat. De ijs Albertus Argentinensis hæc affert i: *Fridericus Australis præ fame recedere est coactus, multique dextrarij in ascensu manserunt in via. Ludouicus itaque Aquisgrani a Moguntino & Treuirensi in loco, quo debuit, sed non a quo debuit: Fridericus vero in Bunna a Coloniensi, a quo debuit, sed non in loco in quo debuit, coronati sunt. Adhæserunt autem Ludouico ciuitates inferiores Rheni vsque Seltz, Friderico autem Seltz & superiores regni ciuitates, exceptis Berna & Solodora, quæ neutrum curabant, &c.* Peperit porro hæc discordia non crudelissima modo & exitiosa in Romano imperio bella, verum etiam funestissimum in Dei ecclesia schisma, de quibus suis locis agetur. Iam a Germanicis rebus ad Gallicas nos conferamus.

Duo cæsares coronati redimiti.
i Argent. in chron.

26 Luxere hoc anno Galliæ Philippi Regis mortem, cum ingentia expeditionis Asiaticæ cōsilia, sed quæ in longum tempus extrahebat, agitaret: contigitque vt nullus ex ijs Regibus, qui in Viennensi concilio symbolum crucis acceperant, nec successores, dum sibi de vitæ longitudine abblandiebantur, nuncupato voto fidem exoluerent. Tradit hæc de Philippi Regis morte Bernardus a: *Anno Domini* MCCCXIIII. *in vigilia B. Andreæ Apostoli, sede Romana vacante, obijt Philippus Rex Franciæ anno currente* XXX. *regni sui in castro de fonte Bliaudi, vbi natus fuerat in hunc mundum: fuitque sepultum corpus eius apud S. Dionysium, cor vero ipsius apud Pyssiacum in monasterio sanctimonialium, quod ipse fundauerat, dum viuebat: cui successit in regno filius eius primogenitus Ludouicus, qui tunc erat etiam Rex Nauarræ*. Versum est in religionem ab Italis & Belgis scriptoribus b mortis, quo Philippus obijt, genus, diuinæque in eum vindictæ datum ob Bonifacium calumnijs teterrimis appetitum, prioresque iras post acceleratam eius mortem exercitas; cum in venatione, dum aprum insequebatur, ex equo, quem fera turbarat, in terram collisus est, vt narrat subiectis verbis S. Antoninus c: nam de eo Galli veteres silentium tenent.

Regis Franc. mors.
a Ber. chr. Rom. Pont. & M. S. Vat. bibl. signat. n. 3765. in Clem. V.
b Io. Vill. l. 9. c. 65. Ant. 3. p. tit. 21. c. 3. §. 4 Meyer Annal. Fland. l. 11. Masson. in Phil. Pulc.
c Ant. ib.

Anno præfato mense nouembris de hac luce migrauit Rex Franciæ Philippus, qui regnauerat XXIX. *annis. Mors autem eius fuit satis infelix: nam, cum esset in quadam venatione, quidam aper inter crura equi, quem equitabat Rex, se ingessit, ex quo Rex ex equo cadens paulo post mortuus est. Hic fuit pulcherrimus hominum temporis sui, statura magnus, & optime proportionata membra habebat: sapiens & bonus in se secundum conditionem regiam: sed quia nimis deditus erat delectationibus corporeis, & præcipue venationibus, non tantum vacabat curæ regiminis, quantum expediebat, sed alijs familiaribus suis negotia regni committebat; quibus cum nimis crederet in consilijs, multa detrimenta inde secuta sunt in regno. Post se autem reliquit tres filios, scilicet Ludouicum Regem Nauarræ, Philippum comitem Pictauensem, & Carolum comitem Marchiæ. Omnes ij fratres fuerunt in modico tempore Reges Franciæ, succedente altero alteri per mortem eorum. Omnes pulcherrimi viri erant, & male fortunati in vxoribus eorum: nam deprehensæ sunt omnes in adulterio*. Nonnullisque interiectis: *Ad hanc infelicitatem creduntur deuenisse, vel quia contraxerunt in gradibus prohibitis, vel potius propter nimiam iniuriam sacrilegij perpetrati a patre Philippo in captura Bonifacij Papæ*. Vt vero illi ordine nullis relictis liberis sceptro Gallico successerint, quod Valesiorum ducis filio ac posteris transmissum est, suo loco dicetur. Cæterum apud plures inualuisse suspicionem Ioannes Papa indicat d, arte & simulatione a Philippo Pulchro nuncupatum expeditionis Syriacæ votum, atque a diuino nu-

Lugubre mortis genus.
Illius virtutes & vitia.
d Io. ep. 9. p. 2 ep. secr. pag. 187

de alto & generoso sanguine diuorum Regum & principum procreatum, ac in cunctis agibilibus pro regimine reipublicæ quamplurimum circumspectum, nostrum intuitum, diuina disponente clementia, conuertentes; nos Petrus Moguntinensis archiepiscopus pro nobis & nomine nostro, prælatus vero dominus Balduinus Treuirensis archiepiscopus pro se & nomine suo; nos vero Ioannes Boemiæ & Poloniæ Rex, Vvaldemarus marchio Brandenburgensis, & Ioannes [seniorem hunc fuisse electorali pollentem dignitate, contendit Hervvartus] dux Saxoniæ prædicti, quilibet nostrum pro se & nomine suo, votis nostris per dominum Moguntinum archiepiscopum antedictum vice sua & nostra, & ex speciali mandato suo & nostro diligenter inquisitis; nos electores prædicti in loco prædicto præsentes, ius totale ea vice in electione dicti Regis habentes, consensimus concorditer in eundem Ludouicum, & ipsum nominauimus, quilibet nostrum pro se, nullo penitus discrepante, in Romanorum Regem eligendum, in Imperatorem postmodum promouendum, & in aduocatum sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ, viduarumque & orphanorum defensorem. Quibus sic peractis, ego Petrus Moguntinensis archiepiscopus de mandato speciali & voluntate mea, & meorum electorum prædictorum eundem Ludouicum comitem palatinum Rheni ducem Bauariæ elegi solemniter in hunc modum.

Qui principes in ipsum suffragia contulerint.

21 *In nomine Domini. Amen. Cum vacante Romano regno seu Romano imperio per mortem felicis recordationis serenissimi domini Henrici quondam Romanorum Imperatoris, vocatis qui fuerunt euocandi, & qui in electione Regis Romanorum ius habere dignoscuntur, ac præsentibus dicta die continuata ad eligendum omnibus, qui voluerunt, potuerunt, & debuerunt commode interesse, placuerit omnibus & singulis præsentibus ad electionem procedere futuri Regis; inquisitis votis omnium & singulorum, ius in electione ipsius Regis habentium & præsentium, omnes & singulos electores prædictos appareat ex præmissis direxisse concorditer vota sua in illustrem Ludouicum comitem palatinum Rheni ducem Bauariæ, in eum consentiendo, & ipsum nominando in Romanorum Regem eligendum; per cuius quidem Ludouici prædicti expertæ strenuitatis merita, fidei puritatem, & constantiam speratur sacrosancta Romana ac vniuersalis ecclesia potenter & vtiliter defensari, ac in spiritualibus & temporalibus votiua suscipere incrementa, & etiam respublica prouide dirigi, & pariter superno suffragante auxilio gubernari; ego Petrus archiepiscopus Moguntinensis antedictus vice mea ac coelectorum meorum prædictorum, ius in ipsa electione habentium, ex potestate mihi per eos tradita specialiter & concessa eundem Ludouicum, inuocata sancti Spiritus gratia, in Romanorum Regem eligo, in Imperatorem futurum promouendum.*

Electionis Regis Rom. forma.

Pronuntiata a Moguntino archiep.

22 *Electione autem huiusmodi celebrata, eam nos omnes & singuli electores prædicti præsentes approbauimus, & Te Deum laudamus alta voce fecimus decantari, & dictum nostrum electum, qui præsens extitit, & electioni de se factæ, diuinæ nolens resistere voluntati, interpellatus cum instantia a nobis, reuerenter consensit; & deinde electionem ipsam clero & populo solemniter fecimus publicari. Postmodum vero ipsum electum in ciuitatem Frankenfordensium introducentes, in ecclesiam S. Bartholomæi deduximus, & ipsum super altare maius, prout moris & consuetudinis est, adhibitis solemnitatibus in talibus debitis & consuetis posuimus, Te Deum laudamus denuo decantantes. Deinde in cœmeterio ecclesiæ antedictæ clero & populo ipsum electum præsentauimus, & eius electionem fecimus solemniter publicari.* Eapropter sanctitati vestræ tam humiliter quam deuote voto vnanimi supplicamus, vt ipsum electum nostrum in Regem Romanorum paternis vlnis amplectentes, munus inunctionis & consecrationis eidem conferendo, de sacrosanctis manibus vestris sacri imperij diadema dignemini loco & tempore fauorabiliter impertiri, vt sciant & intelligant vniuersi, quod posuerit in lucem gentium vos Dominus, & per sanctitatis vestræ arbitrium orbi terræ post nubilum exoptata serenitas elucescat. Cæterum vt beatitudo vestra cognoscat euidentius, vota nostra omnium præsentium in prædictis omnibus & singulis concordasse, ac in petitione huiusmodi existere vnanimes & concordes, præsens electionis nostræ decretum sanctitati vestræ transmittimus, sigillorum nostrorum appensione ex certa nostra scientia roboratum. *Dat. apud Franckenford x. kal. nou. anno Domini* MCCCXIV.

Admissū oblatum sceptrum a Ludou.

Decantatæ Deo laudes.

Rogatur Pontif. vt Lud. confirmet illi que imperiale insigne tradat.

23 Conceptas alias ijsdem verbis literas ad Pontificem datas a Balduino archiepiscopo Treuirensi repetit Hervvartus [a] ex archiui Bauarici autographo exceptas, ex quibus Albertum Argentinensem [b], & alios [c], qui pugnantia cum his scripsere, emendat, partumque ex hac electione a Ludouico Bauaro cæsareum ius admodum illustrat; de quo Albertinus Mussatus hæc tradit [d]: *Vere quidem electionem primitiuam a veris imperij electoribus satis idoneam fateri non prohibemur*. His etiam assentitur Ioannes Villanus [e], qui memoratorum quinque in superioribus literis electorum Ludouico adhærentium nomina recenset. Neque Ioannes XXII. Ludouici electionem oppugnauit, donec is contra datam fidem Vicecomitum ecclesiastici ordinis hostium, decretoriaque hæreseos sententia damnatorum, clientelam aduersus sedem Apostolicam suscepit; tum suprema in Ferrariam ditionis ecclesiasticæ vrbem iura, adactis sacramento fidei perduellibus Atestinis inuasit: ob quæ postulatum iudicio, & ob contemptas leges partis ex electione iuribus exauctoratum visuri sumus.

[a] Herw. an. 1314. *De iure Ludouici.* *[b] Alber. Argen. in chron.* *[c] Cuspin. & alij.* *[d] Muss. in Lud. Bau.* *[e] Io. Vill. l. 9. c. 66.*

24 Licet vero Ludouicus pluribus publicis scriptis euulgatis anno [f] MCCCXXIV. & MCCCXXXVIII. [g] contenderit se ante Fridericum Austriacum non modo a maiori parte, verum a duabus quoque partibus electorum principum renuntiatum Regem Romanorum, atque acerbissime in Ioannem dicentem fuisse Ludouicum ipsum discordibus electum suffragijs inuectus sit, & contenderit, sibi primum in loco ad id designato, nimirum Francofurti, dieque constituto electo, atque Aquisgrani corona Germanica redimito ex veteribus imperij consuetudinibus parendum fuisse; tamen Pontifici potius tot publicis edictis literisue inferius afferendis pronuntianti illum discordibus electum suffragijs, quam Ludouico contrarium affirmanti adhærendum censemus: præcipue cum plures Germani Italique auctores in ea re consentiant, neque ita illustria & perspecta fuerint Bauari iura, quin ea controuersia Pontificis sententia dirimenda foret, vti iam ante a Richardo Anglo & Alfonso Hispano certatum legibus apud sedem Apostolicam [h] vidimus: ac si potiora Ludouici, quam Friderici in imperium iura extitere, vt Mussatus, Ioannes Villanus, alijque plures con-

Allata pro eo argumenta. *[f] Ext. apud Nic. Minor. M. S. bibl. Va. signat. n. 4008. pag. 13. & c.* *[g] Ext. ib. pag. 196.* *Pontifex electum discordia narrat.*

Lis a Pontifice dirimenda fuit. *[h] To. an. 14. ann. 1263. n. 43. & 1266. n. 36.*

sen-

ratoris anno domini MCCCXIV. *in die B. Lucæ euangelistæ, diuisi fuerunt in duas partes, alij Ludouicum ducem Bauariæ, alij Fridericum ducem Austriæ in Regem Alamaniæ nominantes, natos de fratre & sorore, & sic fuerunt in secundo gradu consanguinitatis: factaque est inter eos grauis & longa concertatio vsque ad strages hominum.* Confirmat eandem electorum discordiam Germanus [a] auctor, qui Pontificum vitas ad annum vsque MCCCLXIV. contexuit: *Electores*, inquit, *conuenientes in Frankfort duos in discordia elegerunt Ludouicum Bauariæ & Fridericum Austriæ duces.* Consentit etiam his Bernardus, qui ait [b]: *Anno Domini* MCCCXIV. *electores Alamanniæ conuenientes in vnum pro electione Imperatoris diuisi fuerunt in duos, alij Ludouicum ducem Bauariæ, alij Fridericum ducem Austriæ in Regem Alamanniæ nominantes: factaque est inter eos propter hoc grauis & longa concertatio vsque ad strages hominum.* Cortusiorum pariter historia [c], & longum diuersarum gentium auctorum agmen duos Cæsares discordibus suffragijs renuntiatos tradunt. Rei autem gestæ narratio vera vix ab historicis peti potest, cum ea scriptis tradiderint, quæ communi hominum fama in locis, in quibus versabantur, peruulgata erant, vt sentiebant cum hoc vel altero æmulo; indeque non minus dictis inter sese, quam armis aduersi principes pugnarint. Repetenda vero visa sunt publica documenta a Ludouici electoribus confecta, quæ Hervvartus suis apologeticis commentarijs pro Ludouico editis inseruit [d].

[a] M.S. bibl. Vat. sig. n. 3765. in Io. XXII.
[b] Bern. de Imp. Rom. M.S. bibl. Vat. sig. n. 2043. in Lud. Bau.
[c] Cortus. hist. l. 3. c. 8.
[d] Ext. apud Io. Georgium Heruarto an. 1314. n. 5.

Historici inter se dissentiunt.

18 *Sanctissimo in Christo patri ac domino suo, domino sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici futuro Petrus Dei & Apostolicæ sedis gratia sanctæ Moguntinæ sedis archiepiscopus sacri imperij per Germaniam archicancellarius, Ioannes Dei gratia Boemiæ & Poloniæ Rex, Vvaldemarus marchio Brandeburgensis, ac Ioannes dux Saxoniæ senior humiles & deuoti cum omni reuerentia deuotissima pedum oscula beatorum.*

Electorum studentium Ludouico ad futurum Pont. literæ.

Qui ad electionem vocati.

Vacante nuper per obitum felicis recordationis serenissimi domini Henrici quondam Romanorum Imperatoris ipso Romanorum regno, seu Romanorum imperio, & nobis vna cum reuerendo domino Balduino sanctæ Treuirensis ecclesiæ archiepiscopo, nec non reuerendi domini Henrici archiepiscopi Coloniensis, & illustrium principum Ioannis Boemiæ & Poloniæ Regis, Rodulphi comitis palatini Rheni ducis Bauariæ, Vvaldemari marchionis Brandeburgensis ac ducis Saxoniæ, honorabilibus procuratoribus, ad quos tam de iure, quam de consuetudine antiqua & approbata ius eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem postmodum promouendum noscitur pertinere, solemniter concordantibus in diem electionis huiusmodi, videlicet crastinum beati Lucæ euangelistæ, quæ est decima nona mensis octobris; & ego Petrus archiepiscopus Moguntinensis prædictus ex officij mei debito ipsam diem ad electionem huiusmodi celebrandam præfixi, literas meas vocationis ipsis comprincipibus & coelectoribus meis destinando.

Dies ad eam celebrandam a Moguntino archiep. constituta.

19 Qua die veniente, suburbio oppidi regalis Frankenuurdensium, loco siquidem ad hoc solito & consueto, nobis Petro Moguntinensi, Balduino Treuirensi archiepiscopis, Ioanne Boemiæ & Poloniæ Rege, Vvaldemaro marchione Brandenburgensi, ac Ioanne duce Saxoniæ supradictis ibidem conuenientibus, celebrata missa S. Spiritus, deliberatione prouida præhabita ad procedendum in electionis negotio prælibato; & in quantum debuimus expectantibus, quod reuerendus dominus Henricus archiepiscopus Coloniensis & Rodulphus comes palatinus dux Bauariæ nondum venerant, nec per se, nec per suos procuratores in dicto loco conuenerant; nos pro bono pacis volentes in hoc eis deferre, ac facere gratiam specialem, terminum prædictum, videlicet crastinum beati Lucæ euangelistæ, vnanimi consensu cum reuerendo domino Balduino Treuirensi archiepiscopo, vsque in diem sequentem duximus continuandum: quam continuationem dictis archiepiscopo Coloniensi & Rudolpho comiti palatino, ac alijs, quorum interesse poterat, nos archiepiscopus Moguntinensis antedictus per nostros nuncios speciales ad id deputatos insinuauimus, notificauimus, & ad eorum notitiam deduximus, ipsos citando vice & nomine omnium nostrorum præsentium, vt præfata die continuata in dicto loco ad eligendum conuenirent.

Qui Franc. furtum conuenerunt.

Extracta ad diem in sequentem electio.

Qua die continuata, ipsis archiepiscopo Coloniensi & comite palatino & alijs, quorum interesse poterat, sic vocatis & sufficienter expectatis, quod non venerunt, nec pro se miserunt, nec vices suas alicui seu aliquibus commiserunt in electionis negotio memorato; audita missa sancti Spiritus, nos archiepiscopus Moguntinensis antedictus, ipsa die continuationis, quæ fuit vicesima mensis prædicti, hora debita & consueta procedere cupientes, in scriptis monitionem legimus, & protestationem quandam vice nostra, ac omnium ibidem præsentium, ius in ipsa electione Regis Romanorum habentium illa vice, monendo omnes infames, excommunicatos, suspensos, ac etiam interdictos; nec non quoscumque alios, si qui forent forsitan inter eos, qui de iure vel consuetudine interesse in ipsius electionis negotio non deberent, quod a tractatibus electionis celebrandæ futuri Regis Romanorum, & ab eadem electione recederent, ipsos coelectores nostros, nos & alios, quorum interesset, eligere permittentes; protestando, quod non esset nostra vel coelectorum nostrorum intentio tales admittere, tanquam ius in illa electione habentes, aut procedere vel eligere cum eisdem: immo volumus & intentionis nostræ fuit, quod voces talium, si qui reperirentur postmodum interfuisse, nulli præstarent suffragium, nec afferrent alicui nocumentum, & prorsus pro non receptis siue pro non habitis haberentur.

Expectatis ijs nec venientibus, electionem celebrandam sancitum est.

Missa de Spiritu sancto peracta.

Deuincti anathem. electores ab electionis celebritate iussi abscedere.

20 Quam protestationem nos omnes supradicti, vna cum reuerendo patre domino Balduino archiepiscopo Treuirensi, coelectoresque tunc præsentes ratam & gratam habentes, consensimus in eandem; & demum post tractatus præhabitos, consideratis solicite & diligenter circumstantijs pluribus, & statu personarum diuersarum, per quas seu per quam regno vacanti & imperio posset vtilius prouideri, in illustrem virum Ludouicum comitem palatinum Rheni, ducem Bauariæ, virum vtique catholicum, orthodoxæ fidei feruidum zelatorem, ecclesiæ sanctæ Dei & ministrorum eiusdem, ac pacis sanctæ ab ineunte ætate sua, experientia, quæ est rerum magistra, efficax, attestante, deuotum & humilem amatorem, strenuum in armis, in iudicio iustum, in consilijs prouidum, in vniuersa morum honestate præclarum, benignum, affabilem & mansuetum,

Ludouicus dux Bauariæ designatus Rex.

Eius genus & virtutes.

de

tum fuit, volebat septimum decretalium appellari, sicut fecerat sextum Bonifacius antecessor. Capitque Clemens Papa exinde ægrotare. Paucisque interiectis: *Etsi liber ille non fuit missus ad studia generalia, vt est moris, nec expositus communiter ad habendum, sed remanserunt constitutiones illæ sic fere quadriennio in suspenso, donec postmodum per eius successorem fuerunt publicatæ, & sub bulla ad studia generalia destinatæ.* Cæterum Clementem cum se aduersa valetudine conflictatum sentiret, ad captandum natiuum aerem, repetendamque Burdegalam accinxisse se itineri, aiunt; sed patriam videre non licuisse: apud Rupem enim Mauram extremum diem clausisse idē Bernardus a testatur, qui etiam sedis tempus consignat: *Hic Clemens Papa sedit annis* VIII. *mensibus decem, diebus* XV. *a die creationis suæ vsque in diem sui obitus computando. Obijt autem in nocte præcedenti diei sabbati subsequentis, quæ fuit* XII. *kal. maij pontificatus sui anno* IX. *anno Domini* MCCCXIIII. *apud rocchan Mauram, quod est castrum Regis Franciæ super Rhodanum in finibus regni sui: fuitque inde reportatum corpus eius vltra Rhodanum apud Carpentoracensem ciuitatem, vbi Cardinales cum alia curia residebant.* Direptus est tum pontificius thesaurus a multis, qui veluti in expositā prædam irruerunt; ijque postea a Ioanne XXII. in ius vocati sunt: tum maxime postulatus iudicio Bertrandus comes Leomaniæ Clementis Papæ nepos, qui trecenta & eo amplius aureorum millia acceperat, vt bellicum apparatum ad expeditionem Syriacam instrueret, deq; ijs rationē reddere recusabat: qua de re acta iudiciaria extant. b

Septimū decretaliū lib. componere meditabatur.

Burdegalam repetere meditatur.

a Ber. chr. Rom. Pont & M.S. Vat. bibl. signat. n. 3751. in Clem. V.

Direptus pontificius thesaurus.

Relatum porro Carpentoraco Clementis corpus & designato Vzestæ sepulchro conditum, narrat Bernardus c: *Sequenti*, inquit, *mense augusti de Carpentoraco transuectum fuit corpus eius in Vasconiam patriam suam, fuitque sepultum, sicut elegerat, in ecclesia quæ appellatur B. Mariæ de Vzesta diœcesis Vasatensis, vbi paulo prius canonicos instituerat seculares, in villula minus insigni & satis sterili & exili.* Excitatum illi est in eo loco nobile mausoleum, eleganti opere ac columnis e Iaspide exornatum, eiusque corpus in feretro gemmis & auro exornato a nepote Leomaniæ comite pretio quinquaginta millium aureorum, quod postea a Ioanne Armaniaci comite expilatum fuit demumque sepulchrum a Caluinianis furore hæretico profanatum excisumq; est, atque ipsius corpus pietatis ac religionis odio ab impijs flammis traditum anno ineunte MDLXXVII. vt refert Massonus d.

b Reperta sunt in archiuo Auin. sign. n. 393.

c Bern. vbi sup.

Corpus Clemētis Vzestæ sepelitur.

Flammis postea traditum ab hæreticis.

d Mass. in Clem. V.

15 Obscurarunt etiam nonnulli pij scriptores Clementis memoriam, quem vt ardentem auaritia, delitijsque diffluentem descripsere; aliaque prorsus indigna, vt de quæsito a quodam artis magicæ perito defuncti eiusdam nepotis animæ statu, ac loco inferni, in quem erat detrusus nepos, alioque palatio flammarum globis cincto; quod ipsi Clementi pararetur, ostentato tradidere. Sed hæc conficta a maleuolis, cum ob translatam in Gallias sedem, extinctosque Templarios plurium odia incurrisset, facile conijcitur, auctore etiam forte Dante, cui mordere quosque insignes viros instar triumphi fuit; & vt poetæ & nugatori fabulari & in infernum illum suum fictitium, quos libuit, trudere licuit. Quid enim magis abhorrens, atque alienum ab eo Pontifice est, quam sceleratam cum mago & dæmone pactionem impingere, cuius gesta si spectentur, religione, zelo, fideique augendæ studio magnis æquandum Pontificibus comperies? Huius sane rei testes Viennensis synodus oecumenica, impietas ab eo ferro flammaque constantissime exagitata, excitati toties ab eo in Saracenos & schismaticos principes, composita tot egregijs constitutionibus apostolicis res ecclesiastica, Rhodus eius studio Christiano adiuncta imperio, ac respublica Christiana in eum statum ab ipso adducta, vt nisi ipsum mors orbi eripuisset, religionem in oriente propagatum iri spes magna affulgeret. Sedis translatio potest iure obijci: sed facinus expeditionis contra Saracenos pro recuperanda Syria desiderium, Viennensis concilij moræ, ac deinde Italici motus excusare apud quempiam forte videbuntur. Certe indigna illa & impia in Clementem commenta videtur refellere abunde ipsius successor Ioannes XXII. dum sacram eius memoriam fuisse apud se testatur a: *Sanctæ*, inquit, *recordationis Clemente Papa V. prædecessore nostro de præsentis vitæ mœroribus ad cœlestem patriam euocato*; neque enim sanctæ recordationis Pontificem vocasset, si ita auaritia, libidine, simonia, alijsque vitijs contaminatus fuisset. Sed hæc apud cordatum quemque pro abstergenda ea calumnia suffecerint. Iam quid post illius obitum gestum percurramus.

Iactatæ ab inuidis in eum calūniæ.

Refelluntur.

a Io. 22. l. 1. ep. 1.

Graue Ioannis XXII. de illo testimonium.

16 Vacauit sedes, vt scribit Bernardus b, annis duobus, mensibus tribus, diebus septemdecim: dum enim sacer Cardinalium senatus in conclaui sanctiore de præficiendo orbi Christiano summo Pontifice agitabat, exardescente Carpentoracenses inter atque alios aulæ pontificiæ administros discordia, eo res prorupit c, vt tam in ciuitate, quam in circumpositis locis grauissima certamina commissa fuerint: tum iniectis facibus tectis pars vrbis incendio conflagrarit; denique verso in Romanos mercatores & alios exteros, qui pontificiam aulam sequebantur, furore eorum opes diripuerint, expilarint merces, pannos distraxerint: ex quo plures familiæ non ignobiles ad extremam inopiam redactæ fuere. Ardente eo Carpentoraci tumultu, iamque incendio proximas conclauis ædes corripiente, Cardinales, quos etiam mutua discordia exagitabat, abscessere; atque in pristina animorum dissensione obfirmati diuturnum interpontificium inuexerunt, vt narrat subiectis verbis Bernardus d: *Defuncto Clemente Papa, Cardinales numero* XXIII. *qui apud Carpentoracensem ciuitatem cum alia curia residebant, intrantes conclaue in episcopali palatio pro electione summi Pontificis facienda, cum ibidem aliquandiu perstitissent, non valentes concordare, suborta graui & grandi turbatione, inter familias eorundem, ipsum circa festum S. Mariæ Magdalenæ concorditer exiuerunt, statuentes tempus, infra quod redire deberent ad eundem locum ad electionem summi Pontificis celebrandam. Sed subortis varijs quæstionibus inuicem, quæ stylo magis relinquenda sunt quam scribenda, illuc minime redierunt; sed in diuersis ciuitatibus & villis dispersi sunt, steteruntque sic diuisi loco & proposito annis amplius quam duobus.*

b Bern. in chro Rom. Pont & M.S. Vat. bibl. sign. n. 3765.

c Io. 22. l. 4. ep. cur. 61.

Cardinales Carpētoraci cōclaue ingrediūtur

d Ber. chr. Rom. Pont & M.S. Vat. bibl. signat. n. 3765 in Clem. V.

Comitis graui coorta seditione discussa.

Secutum diuturn. interpontificium.

17 Funestæ illius Cardinalium, sua non quæ Iesu Christi sectantium, in ecclesia dissensionis mala auxit electorū principum in creando Rege Romanorum discordia, quorum alij Ludouicum Bauariæ ducem, alij Fridericum ducem Austriæ elegere e. Qua de re hæc Ptolemæus Lucensis f: *Post mortem Henrici Imperatoris, electoribus Alamaniæ conuenientibus in vnum pro electione Imperato-*

Principes electores in eligendo Rege Rom. diuisi.

e Stero Alta. in annal. Io. Vill. l. 9 c. 66. Mass in Lud. Ba. Cort. hist. l. 1. c. 21. Henr. Reb in chr. Io. Auen. in annal. l. 7. Anna. Col & alij in Henr.

f Ptol. Luc l. 24. c. 41.

rato-

Obiectæ Catalanis censuræ.

studijs, celeribus & opportunis remedijs per Apostolicæ sedis prouidentiam obuiandum, fraternitati tuæ per apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus ad requisitionem dilecti filij capitanei ducatus eiusdem per dilectum filium nobilem virum Galcherum de Castellione comitem Porciensem Constabularium Franciæ, ad tuitionem ipsius ducatus deputatum, vel procuratoris eiusdem capitanei iuxta datam tibi a Deo prudentiam per te vel alium seu alios salubribus vijs, modis, & studijs omnibus, quibus expediet vigilantius & diligentius elabores, præcipuorum capitaneorum & maiorum societatis eiusdem salubribus hortationibus & inductionibus mentales oculos, quos diabolica fraus caligine cæcitatis obduxit, veritatis lumine illustrando, vt redeuntes ad cor, de præteritis doleant, dolenda vlterius non committant; ipsosque capitaneos & maiores, nec non cæteros alios de societate prædicta sub graui interminatione pœnarum spiritualium & temporalium auctoritate apostolica attentius moneas & inducas, vt ecclesijs ac personis ecclesiasticis, dictisque pupillis & viduæ, ac ciuitatibus, castris, & alijs locis & personis dictarum partium, quæ ipsis abstulerunt, vel detinent occupata restituant, easdemque partes omnino dimittant, ad illas in impugnationem fidelium nunquam vlterius redituri. Alioquin eos, qui tuis monitionibus & inductionibus huiusmodi, immo verius nostris super præmissis efficaciter non parebunt; nec non illos, qui eis in præmissis dederint auxilium, consilium, vel fauorem, quos omnes auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio excommunicationis vinculo innodamus, tamdiu excommunicatos per te, vel alium, seu alios publice nuntiare procures, & ab alijs nuntiari facias, & ab omnibus arctius euitari, donec ad mandata ecclesiæ redeuntes super his absolutionis meruerint beneficium obtinere, &c. *Datum Montilijs Carpentoratensis diœcesis* XIX. *kalen. febr. anno nono.*

Propositæ contumacibus pœnæ.

Defixa anathemate Catalana societas.

11 Nil profuere Pontificis ac patriarchæ monita, vt iniusto bello parta restituerent Catalani, quos Gregoras a ex ijs initijs ditionis suæ terminos latius proferre ad sua tempora perrexisse, refert: inde vero Hispanos Reges varia successione Athenarum & Neopatriæ ducatus nomina, nunc quidem inania vmbramque alijs titulis adiecisse, Mariana testatur b. Quod autem ad patriarcham Constantinopolitanum, ad quem datæ superiores literæ, spectat; is erat Nicolaus Latinæ gentis, qui cum ob Constantinopolim ab Andronico schismatico obtentam a sede sua exularet, ipsiusque ecclesia olim opibus florentissima atque, vt aiunt pontificiæ literæ, Romanæ ecclesiæ filia specialis extitisset, iam abiecta accisisque a schismaticis opibus ad inopiam redigeretur; Clemens defuncto Galchero Negreponti olim Euboeæ episcopo, ipsi Negreponti ecclesiæ administrationem ac vectigalia tradidit ad sustinendam patriarchalem dignitatem: quam etiam ecclesiam in posterum cum patriarchatu coniunctam iussit c esse.

Spreta ab ipsis pontificia monita.

a Greg. l. 7

b Marian. l. 15. c. 15.

Nicolaus Constantinop. Latini generis patriarcha.

c Lib. 9. ep. com. 26. et post eand. ep.

12 Consuluit etiam Ierosolymitanæ patriarchali ecclesiæ, quæ cum Antonio patriarcha eoque episcopo Dunelmensi defuncto, pastore esset orbata, eam dignitatem Petro Ruthenensi episcopo contulit, cui ob Ierosolymas ab infidelibus oppressas Ruthenensis ecclesiæ vectigalibus potiri eiusque administrationem gerere permisit, vt apostolicum diploma docet Montilijs IV. kalen. martij pontificatus anno IX. exaratum. Commendauit a eundem patriarcham Regi Cypri, vt ipsum regio studio prosequeretur: quem quidem gessisse Apostolicæ sedis legationem in exercitu, quo Rhodus Saracenis erepta est, atque suo zelo de orientali ecclesia optime meritum, superius vidimus. Nil porro ab illius expugnatæ propugnatæque tempore contra Turcarum impetus memorabile aduersus infideles gestum: immo vix fideles sua tueri potuere.

Petrus episc. Ruthen. Antonij in patriarchatu Hier. successor.

a Reg. post eand. ep.

13 In Vngaria quidem Tartari schismatici, alijque impij tot excursionibus, populationibus, direptionibus fideles attriuere, vt cum res Christiana in discrimen adduceretur, Pontifex ijs cladibus permotus, quo Vngaros ad hostem propulsandum diuinorum præmiorum spe pelliceret, sacras indulgentias ijs proposuerit b, qui Caroli Regis signa in Tartaros et schismaticos, aut alias barbaras & impias nationes, quibus regnum cingebatur, sequerentur.

Vngaria a finitimis infidelib. & schismaticis euastata.

b Lib. 9. ep. com. 212.

Vniuersis Christi fidelibus per regnum Vngariæ constitutis.

Cum sicut ex parte vestra fuit nobis expositum, vos & ecclesiæ Romanæ fideles aliarum partium regno Vngariæ adiacentium a schismaticis, Tartaris, paganis, alijsque permixtis infidelium nationibus impugnationes, depopulationes, captiuitates, seruitutes, & carceres & alias diuersorum generum pœnas & cruciatus multiplices patiamini, quibus nec obuiare potestis, nec resistere per vos ipsos; nos huiusmodi vestris tantis calamitatibus, miserijs, & pressuris affectu paterno compatientes ab internis, libenter vobis illo quo possumus spirituali subsidio, quod cuilibet temporali præualet, misericorditer subuenimus: Vt igitur vos alijque Christi fideles ad defensionem catholicæ fidei contra schismaticos & infideles eosdem eo amplius animemini, quo temporalem in hoc vitam sperabitis in perpetuam commutare; nos de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum auctoritate confisi, vobis omnibus cæterisque Christi fidelibus, quos pro defensione catholicæ fidei in bello seu pugna in regno Vngariæ, alijsque fidelium terris & partibus eidem regno adiacentibus supradictis, aut vicinis eisdem, habitis contra schismaticos, Tartaros, paganos, aliasque peruersas nationes infidelium supradictas, aut ex vulneribus in eisdem bello vel pugna receptis postmodum mori contigerit, vestrorum omnium, de quibus vere contriti fueritis & confessi, plenam concedimus veniam peccatorum, præsentibus post triennium minime valituris. *Dat. Auin. kal. februarij anno IX.*

Vngari aduersus illos excitati.

14 Non defendendæ in Vngariæ modo aduersus impios rei Christianæ, verum etiam toto orbe probe constituendæ intentus Pontifex, cum Auenione Montilios colligendæ, vt videtur, purioris auræ gratia, quippe grauiori valetudine afficiebatur, reuersus esset, constitutiones in sacra Viennensi synodo editas ac nonnullas alias additas in consistorio publico promulgauit. Quam rem XII. kal. aprilis gestam consignat annalibus Bernardus c1 *Anno*, inquit, *Domini* MCCCXIII. *in festo B. Benedicti abbatis, scilicet* XII. *kal. aprilis in castro de Montillis prope Carpentoracensem ciuitatem, in qua tunc curia morabatur, Clemens Papa fecit coram se in consistorio publicari constitutiones, quas prius fecerat ordinari: ex quibus decreuerat fieri librum vnum, quem sicut vulgatum*

Constitutiones editas in concilio Viennensi promulgat Clemens.

c Ber. chr. Rom. Pont & M. S. bibl. Vat. signat. n. 3765. in Clem. V. & in alio libell. de concilijs M S. sig. n. 2043.

maiores eã res in Liguria turbas cieret; plures ex ijs partim officijs, partim ſtipendiorũ magnitudine in ſuas partes pellexerat. Cecidere tamen irriti ij conatus: cũ enim munitiſſimam arcem inſulæ mari imminentem vi expugnaſſet, ac Drepanum inde corruptis aliquot ciuibus ſe adepturum ſperaret, geminata proditione deluſus eſt. Ii enim tamdiu inanibus promiſſis Robertum detinuere, donec Fridericus vrbem omnibus præſidijs ita firmarit, vt cum Robertus in eam belli molem conuerteret, obſeſſorum virtute, temporum iniurijs, imbrium copia, obſidionis incommodis, ac Friderici aſtu militari, qui nunquam pugnæ poteſtatem fecit, ne regnum aleæ & diſcrimini committeret, adeo fatigatus ſit, vt redintegrare cum hoſte inducias coactus, domum re infecta ſe receperit, ijs firmatis pactionibus, quas Muſſatus narrat a:

Drepani expugnandi occaſionem amittit.

Inducias cũ hoſte init.

a Muſſ. l. 5 de geſtis Italic.

Euenit, inquit, *vt hinc atq; hinc intercepto inducijs bello, arbitrorum colloquia de conditionibus fierent: demumque Deo plus viciſſitudines ſuo nutu, quam Regum conſenſu vrgente, ad belli dilationem vtrinque deuentum eſt, his dumtaxat conditionibus, vt ſublato ex omni Trinacria exercitu terra marique ex inſulis Robertus abſcedat, Fridericus Sicula ora contentus vſque in decimumquintum menſem omni Italia abſtineat, ſicque offenſæ per tempus idem reſideant. Executionem continuo remedia adinuenta ſortita ſunt: Robertus cum omni manu ex inſula ſubmota claſſe in Apuliam reuerſus eſt anno Domini Ieſu Chriſti* MCCCXV. *per menſem februarium*. Laceratam in eo reditu Roberti claſſem, partemque triremium, quæ ex lignis recentibus nec probe compactis conflatæ erant, fluctibus hauſtam periiſſe, addit Ioannes Villanus. b

Eius claſſis tempeſtate lacerata.

b Io. Vill. l. 9. c. 61.

8 Cæterum Fridericus Trinacriæ Rex non modo regnum a Roberti Regis inuaſione tutatus eſt, verum Athenarum & Neopatriæ quoque ducatum ſibi comparauit c; indeque Friderici ſucceſſores eorum principatuum nomina veteribus titulis adiunxiſſe, refert Surita d. Quo porro iure, quaue occaſione ij principatus a Gallici generis principibus ad Aragonios fuerint deuoluti, e Nicephoro Gregora e, literiſque pontificijs f colligitur. Compoſito inter Carolum II. ac Fridericum bello Siculo, Catalanæ & Aragoniæ copiæ duce Rogerio in armis ſtrenuo in orientem, vt arma Chriſto aduerſus Saracenos conſecrarent, traiecerunt. Excepti itaque honorifice ac beneuole a Græcis, Turcis bellum intulere, ac non ſemel magna eos gloria fudere: deinde arma vertere in Græcos, ac Turcas in auxiliũ magno Chriſtiani nominis damno exciuerunt. Sed auctor ſceleris Entenſa dux ſimulatione amicitiæ a Genuenſibus Græcorum fœderatis interceptus pœnas luit g. Irrupere poſtea in Theſſaliam, e qua, vt eos diuellerent Græci, muneribus delinitos armis adiuuere, vt in catholicos generis Gallici, qui Bœotiam, ac Peloponneſum etiam tum retinuerant, ipſos traducerent. Obuiam ijs occurrit valido ſuccinctus exercitu Gualtherus Brenna e veteri Gallica nobilitate Athenarum dux: ſed in acie magno prælio cæſus occubuit.

Fridericus Rex Trinacr. Athenar. & Neopatriæ ducatus ſibi vendicat.

c Marian. l. 15. de reb. Hiſp. c. 14.

d Sur. l. 5. annal. c. 105.

Quæ illius ac ſucceſſorũ fuerint iura.

e Greg. l. 7

f Clem. l. 9 ep. com. 100.

Vt Catalani in Turcas pluraꝗ geſſerint.

g Marian. de reb. Hiſp. l. 15. c. 14.

Arma verterunt in Græcos. In catholicos acié traduxerunt.

Vſus porro Catalanos hoc militari dolo refert Gregoras, proſcidiſſe nimirum vomere illum terræ tractum, in quo pugnam committere decreuerant, ductiſque e vicino flumine pluribus foſſis planitiem ita rigaſſe, vt ſtagnarent aquæ: cumque dux Athenarum exercitus, robore ſuperior, fraudis ignarus equitatum in hoſtem effudiſſet, hærerentque in profundiore limo ac luctarentur equi, ab hoſte circumuentum teliſque confixum fuiſſe: ita Catalanos fugientes reliquos inſectatos eſſe, ac Thebis & Athenis improuiſo aduentu potitos: quo vero confirmarent ij res ſuas, externa ſubſidia elicienda duxere, ac Friderico Regi ſummam detulere imperij a: qui ſpreta facti inuidia conditionem admiſit, veteresque auxit titulos. At Pontifex accepto nuntio, Catalanos & Aragonios, qui religioſam in Turcas militiam pro fide amplificanda vouerant, adeo fœde a ſuſcepto deſciuiſſe conſilio, vt arma ad catholicos opprimendos verterent, Iacobum Regem Aragonum grauibus literis monuit b, vt Catalanos ipſos regio pro imperio e Græcia deduceret: tum patriarchã Conſtantinopolitanum omni ſtudio & opera iuſſit incumbere, vt eos monitis, precibus, & cenſurarum incuſſa religione, ad erepta reſtituenda Gualthero e Caſtellione cæſi Athenarum ducis leuiro regni Gallici equitum magiſtro præfectoque Athenarum adduceret.

Ducem Athenarum necariunt. Qua militari arte in eo prælio vſi.

Thebæ & Athenæ ab ijs oppreſſæ.

a Marian. l. 15. c. 14.

Regi Trinacriæ principatum deferunt.

b Extr. apud Sur. ind. l. 2.

Iuſſi e Græcia abduci. Data patriarchæ Conſtantinop. latino mã data.

9 *Ioannes, &c. venerabili fratri patriarchæ Conſtantinopolitano.*

Ab olim clamor validus & multiplicitas querelarum de partibus ducatus Athenarum prouenientes, apoſtolicum pulſarunt auditum, immo nos, qui ſicut in cunctorum fidelium pace quieſcimus & tranquillitate lætamur, ſic in eorum inquietudine & oppreſſionibus, quas peſtilentiæ inducit hoſtilitas, multum offendimur, grauiſſime in intimis perturbarunt. Habet enim eiuſdem clamoris iam pluribus annis præteritis continuata, & accumulans mala malis aſſertio, quod nonnulli, qui olim ad partes illas credebantur in fauorem fidelium acceſſiſſe, & a quibus ſperabantur eorundem fidelium partes defendi, non exercentes eorum vires in exteros, ſed in eccleſias & perſonas eccleſiaſticas, eoſdemque fideles, proh dolor! conuertentes in propria catholicorum viſcera, immiſericordi crudelitate deſæuiunt; & in eccleſias ac fideles eoſdem eorum conatus illicitos exercentes, eiſdem grauioris depopulationis iacturam, & crudelium hoſtilitatum inſultus, non abſque perſonarum excidijs, ac eccleſiarum & bonorum eccleſiaſticorum & fidelium illarum partium incendijs, ſpolijs, & deprædationibus inferunt, quam fuiſſent quantumlibet peruerſi hoſtes fidei eiſdem fidelibus illaturi: & quod horribilius eſt, vt licentius poſſent mala huiuſmodi perpetrare, ſocietatem ad inuicem contraxerunt, ex quorum quidem conſortio quot horrenda prouenerint, ſtatus illarum partium miſerabilis manifeſtat.

Ioannis ea de re lit.

Catalanæ ſocietatis initia.

Nam inter vniuerſa ſcelera, quæ in illis partibus perpetrarunt, quondam Gualterum de Brenna ducem Athenarum, qui ad defenſionem dictorum fidelium, tanquam Chriſti verus athleta, & fidelis pugil eccleſiæ, aduerſus Græcos ſchiſmaticos laborabat, nequiter occiderunt: filios eius pupillos, & nobilem mulierem Ioannam de Caſtellione relictam eius viduam hoſtiliter impugnantes, bona eorum & eccleſiarum ac perſonarum eccleſiaſticarum, multarumque aliorum fidelium illarum partium data in prædam & diripientium ſpolia occuparunt; ac in perſonas tam eccleſiaſticas, quam alios fideles innumeros funeſtis exertis gladijs, ſtrage data, eorum ſanguinem immiſericorditer effuderunt: a quibus horrendis ſceleribus nondum ceſſant, ſed clades cladibus continuatæ hoſtilitatis execrandis incurſibus dicuntur continue cumulare.

Crudelitas in ducé Athen.

Non parcentum ſacerdotib.

10 Cum itaque malis huiuſmodi ſit ſolicitis ſtu-

præfati curam regiminis committere debeamus, vt vbi nos præsentes esse non possumus, nostra saltem per eum auctoritas præsentetur.

3 Exactæ igitur deliberationis examine præcedente, ad te fili charissime, quem nobis & ecclesiæ Romanæ deuotum nouimus; cuiusque prudentiam, strenuitatem, ac potentiam experientia in magnis & arduis probata negotijs luculentius manifestat, nostræ considerationis oculos conuertentes, te de fratrum nostrorum consilio in partibus ipsis, dicto tamen subiectis imperio, ciuitate Ianuensi cum districtu, territorio, & pertinentijs suis certis ex causis dumtaxat excepta, vicarium in temporalibus vsque ad sedis Apostolicæ beneplacitum constituimus generalem; plenam tibi potestatem & liberam tenore præsentium concedentes, vt dictum vicariatus officium per te, vel alium seu alios, quem vel quos ad hoc idoneos reputaueris, durante beneplacito valeas exercere: ea videlicet apposita lege, quod postquam Rex Romanorum a nobis vel nostris successoribus approbatus, regnare cœperit, tu ex tunc vltra duos menses eodem officio non vtaris: & si forte contrarium feceris, personam tuam excommunicationis, terram vero interdicti sententijs, quas propter hoc ex nunc ferimus, decernimus subiacere; nobis nihilominus reseruantes expresse, quod ciuitates, castra, & loca alia, in prædictis partibus consistentia, de quibus nobis visum fuerit expedire, ab huiusmodi generali concessione, quandocumque & quotiescumque nobis visum fuerit expedire, possimus eximere, eaque ad nostrum vel alterius per nos vel alium exercendum regimen reuocare.

Excepta liguria.

Confirmato a sede Apost. Rege Rom. vicariatu abire iussus.

Vrbes ac loca, de quibus sibi visum erit, imperijs Roberti subducit Clemens.

4 Esto igitur, fili charissime, fortis et constans, dictumque vicariatus officium deuote suscipiens, ipsum iuxta datam tibi a Deo prudentiam sic prudenter, sic viriliter & potenter ad Dei gloriam, nostrum & ecclesię Romanæ honorem, subiectorum vtilitatem, ac tui exaltationem nominis, studeas exercere, quod proinde diuinę retributionis præmium assequi, ac nostram & dictæ sedis gratiam vberius valeas promereri. Exulet prorsus a præfato regimine, quæsumus, odium: fauor nil sibi indebite vendicare præsumat; sed statera recte lances appendat æquo libramine: habensque Deum solum præ oculis, nunc oleum, nunc vinum, iuxta temporum & locorum aliasque debitas circumstantias, fundere ratione præuia non omittas: vt sic populus tuo commissus regimini, ipso durante, in pacis pulchritudine sedeat, & in requie habitet opulenta.

Per hoc autem, quod dictum vicariatus officium suscipies, & per te vel alium seu alios ipsum geres, volumus auctoritate nihilominus apostolica decernentes, quod nequaquam aduersus conuentiones & conditiones contentas in instrumento, seu literis confectis de concessione regni Siciliæ, ac totius terræ, quæ est citra pharum, ciuitate Beneuentana cum territorio, districtu, & pertinentijs suis excepta, per sedem Apostolicam claræ memoriæ auo tuo Carolo eiusque in regno & terris prædictis successoribus facta, venisse in aliquo censearis, aut pœnas aliquas, in eisdem conuentionibus & conditionibus expressas, vel earum aliquam incurrisse; nec iuramentum, super eisdem conuentionibus & conditionibus plenarie adimplendis & inuiolabiliter obseruandis a te præstitum, aliquatenus violasse, seu iuramentum ipsum aliquod impedimentum afferre, quo minus prædictum officiũ per te vel alium, seu alios, dicto modo durante beneplacito, libere valeas exercere: conuentionibus tamen ac conditionibus præfatis in nullo propter hoc volumus in posterum derogari, sed eas in suo robore plenarie perdurare. *Dat. Montilijs Carpentoractensis diœc. II. id. martij anno IX.*

Sancit ei vicariatus concessionem iniris de regno Sicil. pactis nõ obfuturã.

5 Eodem fere exemplo, paucis immutatis verbis, ad viros principes, vrbium magistratus, præfectos arcium, atque Insubriæ [a] & Etruriæ populos [b] datæ literæ de creato a se Roberto imperij vicario, quibus eos ad excipienda illius iussa faciles obsequentesque esse excitabat, sed antequam ex sigillo pontificio essent obsignatæ, Clementem vita functum testatur Ioannes [c] XXII. Vocarunt Insubres superiori anno, ducibus Turrianis & alijs exulibus Guelpharum partium ad Mediolanensem principatum Robertum Siciliæ Regem, cum VIII. kal. octobris Matthæus Vicecomes ac Gibellini a Prouincialibus ingenti clade fusi essent; felicitatique tum fuere Roberti duces, vt oblatam vltro victoriam, prona in eos Mediolanensi vrbe, Matthæoque conterrito, amplexarentur: sed ij nunquam promouere in vrbem castra, cum decimo ab ea milliari abessent, voluerunt; corrupti nimirum Vicecomitum auro, vt Mussatus scribit [d]: *O hominum*, inquit, *fames insaturabilis! O immoderata inexpletaque auaræ mentis ingluuies! Hanc Matthæi aurum litem diremisse, cladem sibi submouisse, increbrescens vulgauit opinio.* Exinde confirmata Vicecomitum potentia, nunquam Robertus, quamuis postea Ioannis Papæ edictis, ac studio fultus, Insubriæ præfecturam assequi potuit; vnde amplissima bellorum seges exorta.

Iussi principes ac magistratus Roberto obsequi.

a Eod. l.9 ep.cu.220.
b Reg.post eand.ep.
c Io. l.1.ep 441.

Matthæus Vicecom. profligat

Robertus ad Mediolan. principatum vocatus

a Muss. de reb. gestis Itali. post mortem Henr. VII

Gibellinæ factionis duces Roberti infensi.

6 Neque Insubres modo, sed Etrusci quoque Gibellinæ factionis, quo magis res suas deiectas atque in exitium præcipites videre, eo maiori ardore in Robertum æmulosque conflixere: quorum præcipui Pisani duce Vguitione Fagiolano Lucenses oppressere [e]. Actum ecclesiæ Romanæ thesaurus pretiosissimus, quem Gentilis Cardinalis Montisfloris e Romana vrbe, Campania, ac patrimonio extraxerat Clementis iussu, ac Lucæ in S. Fridiani sacris ædibus custodiendum collocarat, expilatus ab insolescente victore fuit. [f] Simili infelici casu perijsse alium thesaurum pontificium anno superiori, quem Raimundus Aspellus Clementis nepos ex Piceno in Gallias asportabat, eundemq; Raimundum cæsum a Gibellinis Mutinensibus narrat Albertinus Mussatus [g]. Ob Lucensium porro cladẽ perterriti Florentini Roberto Regi publicæ rei administrationem contulere [h]: qui mox Petrum fratrem cum egregia equitum ala ad reprimendum hostem submisit. [i]

e Io. Vill. c. 57. & 59. Ann. 3. p. sit. 21. c. 3. §. 5.

Thesaur. Rom. ecclesiæ expilatus.

f Vill. eod. c. 59.
g Muss. l. 11 cap. 4.
h Vill. c. 60
i Alb. Muss l. 5. de gestis Italic. Io. Vill. eod c. 60. Ant. c. sup. §. 6.
l Muss. de gestis Ital l. 5. Io. Vil c. 61.

7 Ipse vero ad recuperandam Trinacriam se comparabat [l], exigendasque pœnas de Friderico Rege, qui veniente in Italiam Henrico Imp. inducias secum initas infregerat, atque in exitium ipsius coniurarat. Soluit Neapoli v. kal. augusti [m], Philippo & Ioanne fratribus, atque alijs principibus viris stipatus, elatusque ingenti subijciendæ sibi Trinacriæ spe: conflasse enim centum ac viginti triremium, præter minoris alueí naues classem, refert Ioannes Villanus [n], in qua præter Apulos ac Prouinciales Genuenses erant: quamuis enim Clemens, dato Roberto legati cæsarei in Italia munere, Genuenses excepisset, ne cum ab illis antea bello fuisset appetitus, ma-

Roberti Regum Trinacriã expeditio.

m Alber. Muss. de gestis Ital. lib. c. 5.

Ingens ab eo classis comparata.

n Io. Vill. l. 9. c. 61.

simis, ordinauit; vbi fratrum suorum Deo famulantium adaucta multitudine numerosa, fundatisque locis non paucis, in quibus Christus Iesus ab ipsis iugiter laudaretur, vixit cum eis, cunctis florens virtutibus, ac eximiæ sanctitatis operibus informans & reformans vniuersos. Verum quia non erat expediens, quod tantæ sanctitatis odor in solo vno mundi angulo sentiretur; sed potius, quod ad ædificationem cunctorum fidelium circumquaque per mundum promptius spargeretur, dispensatione prouida ad summum Pontificatus apicem est prouectus: in quo totus idem ipse manens, qui fuerat sub præcelsæ dignitatis habitu, nec vitam eremiticam, quantum fas seruare fuit, nec animum derelinquens, nouit inter epulas esse sibi summe austerus & abstinens, inter amplas diuitias summe pauper. At vero hic vir simplicitatis miræ, & in spectantibus ad regimen vniuersalis ecclesiæ inexpertus, vtpote qui a teneris annis vsque ad senium elongatus a mundo cor suum mundanis rebus non accommodauerat sed diuinis, reflectens prudenter suæ considerationis intimæ oculum ad seipsum, honori papatus cessit & oneri libere & ex toto, ne ob prædicta posset ex suo regimine quodcumque periculum vniuersali ecclesiæ prouenire, & vt turbatiua Marthæ solicitudine declinata, vacare posset secus pedes Iesu contemplationis ocio cum Maria. Post hæc itaque diuinæ vacans contemplationi, assidue vsque ad eius obitum, quo beata illa anima carnis euasit ergastulum, cœlos petens, sanctissimam vitam duxit.

Vocatione ad Pontificatum. *Seruata in eo pristinæ vitę forma.* *Abdicato papali fastigio.* *Vt cælestium rerum tractationi ad obitū vsque incubuerit.*

42 Et quia multum conueniens erat, quod ille, quem Deus in mente perfuderat tot & tantis charismatibus gratiarum, clarus mundo colendusque diuinæ virtutis testimonio appareret, non defuere diuina miracula in quolibet statu suo, ante papatum videlicet, in papatu, ac etiam post papatum, in eius vita pariter & post mortem, voce clamosa proloquentia ipsius imitandam cunctis eximiam sanctitatem, &c. [Adiungit plura insignia miracula eius ope edita, cœcis oculorum lumen, ægris valetudinem, contractis liberum membrorum vsum restituta: nec minora in pontificatu ac post eum abdicatum, tum in extremo vitæ actu & post mortem collata ad eius preces opemue imploratam diuina beneficia: ob quæ prodigia cœlestia eum sanctorum numero aggregatum pronuntiet: vtque fidelium pietatem incitet ad colenda illius sacra lipsana, hæc addit, quæ cum desint in bullario, duximus afferenda] Et vt ad venerabile eius sepulchrum ardentius & affluentius Christiani populi confluat multitudo, ac celebrius eiusdem confessoris colatur festiuitas, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui cum reuerentia illuc in eodem festo annuatim accesserint, ipsius suffragia petituri de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, quinque annos & quinque quadragenas; accedentibus vero annis singulis ad prædictum sepulchrum, infra eiusdem festi octauam, vnum annum & vnam quadragenam de nunc iniuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus. *Dat. Auenion. III. non. maij anno VIII.*

S. Petri e Murrone ecclesiam adituris indulg. proponitę

IESV CHRISTI
annus 1314.

SED. VAC. 1. ANDRONICI IMP. OR. 31.
VAC. IMP. OCCID. 1.

1 INuexit Christiano orbi annus a Virginis partu decimus quartus supra millesimum trecentesimum, indictione duodecima, funestas rerum conuersiones, tristiaque Clementis V. ac Philippi Francorum Regis funera, quibus suscepta in Viennensi œcumenica synodo recuperandæ terræ sanctæ consilia, atque anno superiori a tribus crucesignatis Regibus prouecta concidere; inde discordiarum turbo ecclesiam concussit, & Cardinales ob contrarias cupiditates nullum hoc anno Pontificem fidelibus dedere. Auxere hæc mala electorum principum diuisa suffragia, partitiq; sunt inter se Germaniam ferro flammaque duo Reges. Vngariā inuasit Tartarus: Angli & Scoti mutuis se cladibus attriuere: in Hispania sub Alfonso puero Castellæ & Legionis Rege tumultuari populi: Catalani in Græcia Gallici generis catholicos oppressere; ac præter vetera in Italia Guelphorum Gibellinorumque odia Robertus Siciliæ Rex in Fredericum Trinacriæ Regem expeditionem duxit. De quibus singulis dicturi, a rebus Italicis ducemus initium.

Prostrata orientis recuperādi spes. *Occidens ciuilibus dissensionibus perturbatus.*

2 Cum ab obitu Henrici suo principe orbatum esset Romanum imperium, Pontifex ad quem de vacante imperio curæ spectant, Robertum Regem studiosissimum sedis Apostolicæ, quem anno superiore Vrbis senatorem designauerat, ac Ferrariæ, Æmiliæ, ditionisque ecclesiasticæ maximæ parti ad continendos in officio populos, ac reprimendos exultantes Gibellinos antea præfecerat, vicarium imperij in Italia, Genuensi ditione excepta, creauit [a], vt terras imperio obnoxias sua prudentia moderaretur: obiecta tamen grauiorum censurarum religione ipsum obstrinxit, vt bimestri elapso, postquam creandus Romanorum Rex a sede Apostolica fuisset in cæsareo fastigio confirmatus, accepta gubernacula deponeret. Sed exorta in imperio dissensione ciuili, cum electi Reges recusarent Pontifici controuersiam æquitate dirimendam permittere; ac Ludouicus Bauarus, victo æmulo, Clementis successorem capitali insectaretur odio, accidit vt Robertus vicariatum in Italia diutissime armis sibi asserere contenderit, nec nisi atrocibus bellis, quæ plures annos tenuere, fessus ex ea dignitate discesserit.

Robertus Rex Siciliæ creat a Clemēte in Italia imperij legat. *a Lib. 9. ep. com. 119. ext. salut. in arce S. Ang. M. S. in archiu. for. Auen.*

Clemens, &c. charissimo in Christo filio Roberto Regi Siciliæ illustri, vicario imperij a nobis in Italiæ partibus subiectis imperio constituto, salutem.

Nos, ad quos Romani vacantis imperij * regnum pertinere dignoscitur, attendentes quam auide Italiæ partes, præsertim quæ ad imperium ipsum pertinent, rectorem exigant strenuitate, prudentia, & potentia vtique præditum, cuius prouidentia tuta inter improbos innocentia perseueret, & in ipsis improbis nocendi facultas & audacia, quæ contemptum consueuit parere, refrænetur (his præcipue temporibus) & requirant; nec non & in consideratione deducto, quod nos, ad quos negotia vndique velut ad mare flumina confluunt, præmissa per nos exequi non valemus; necessarium fore prospeximus, vt alij præ-

**regimen* *Exaratæ eo argumento lit.*

prodiderunt, inter quos Paulus Æmilius hæc refert a: *Sunt auctores b non obscuri Iacobum Burgundionem ordinis principem, cum productus ad supplicium circumfusa ingenti multitudine, dum pyra extruitur flaret, proposita vitæ spe ac impunitate, si quæ in custodia fassus de se suisque esset, nunc quoque confessus veniam publice peteret, huiusmodi verba fecisse: Ego nunc supremis rebus meis, cum locum mendacio dari nefas sit, ex animo vereque fateor, me ingens in me meosque scelus conscisse, vltimaque supplicia cum summo cruciatu promeritum, qui in gratiam, quorum minime decuit, dulcedineque vitæ flagitia impia sceleraque ad tormenta ementitus sum in ordinem meum, de religione Christiana optime meritum: nec mibi nunc vita opus est precaria & nouo super vetus mendacio retenta. Exin rogo impositum, ac admoto paulatim igne primoribus pedibus ad exprimendam scelerum confessionem, ne tunc quidem, cum reliquo corpore depasto vitalia fœdo nidore torrerentur, ab huius orationis constantia desciuisse, aut mutatæ mentis vllam significationem præbuisse; neque ipsum, neque duos cum ipso supplicio affectos nobilissimos eius ordinis viros, quorum alter esset delphini Allobrogis frater.* His consentanea narrat Massonus c additque horum cineres vt martyrum collectos a nonnullis: tum in eam abit sententiam, Templarios iniuste euersos, ac Philippum impietatis, Pontificem inclementiæ accusat. Sed is parum attendisse visus est adhibitam a Clemente & œcumenica synodo in abolendis Templarijs consilij maturitatem, testium grauissimorum multitudinem; tum maximum Templariorum numerum, quos nullo metu obiecto coram Pontifice & Cardinalibus defectionem a fide, aliaque scelera fassos, diximus suo loco. Porro Templariorum acta d iudiciaria, quæ seruatum in eos æquitatis & legum ordinem ostendunt, in molis Adrianæ archæo seruantur, tum etiam in archiuo Auenionensi reperta e legato Octauio Cardinale Aquauiua Romamq; aducta. Sed de funesto reorum supplicio, ad lætam sanctissimi viri memoriæ consecrationem orationem traducamus.

a Paul. Aemil. in Phil. Pulc. b Io. Vill. l. 8. c. 92. Maff. in Phil. Pul. Sabell. en. nead. 9. l. 7 Bessus hist. eq. Hier. [illegible]

c Maff. in Phil. Pulc.

d Ex in ar ce S. Ang. ext. de eod. M. S Vat. signat. n. 4011. e An Chr. 1594. sign. p. c. lit. n. 1.

40 Relatum fuisse inter sanctos hoc anno Cœlestinum V. Romanum olim Pontificem, qui vt diuinis rebus liberiorem animum transfunderet, augustissimam omnium dignitatem inaudito exemplo exuerat, narrat Bernardus f: *Anno*, inquit, *Domini* MCCCXIII. *quinta die maij in sabbato apud Auenionem, vbi tunc curia residebat, fuit frater Petrus de Murrone quondam Cœlestinus Papa V. canonizatus, & sub nomine S. Petri confessoris sanctorum confessorum catalogo annotatus per Clementem Papam V. pontificatus sui anno* VIII. *a transitu vero præfati S. Petri anno* XVII. *& eius festiuitas fuit instituta*, XIIII. *kal. iunij celebranda, qua die exiuerat de hoc mundo*. Promulgauit Clemens apostolico diplomate decretos illi sanctorum honores, in quo præcipua vitæ sanctissimæ exempla, editaque miracula perstrinxit.

Petrus e Murrone olim Cœlestin. V. sanctor. catalogo appositus. f Ber. chr. Rom. Pon. & M. S. Vat. bibl. sign. n. 3765. in Clem. V. Festus eius dies institutus

℟ *Clement, &c.* Vt autem ad ædificationem Christifidelium saltem pauca exprimantur de multis, quæ sint velut informatiua quædam exemplaria vitæ nostræ; ipse sicut pluribus & fide dignis testimonijs est probatum, vestium splendorem ac leuitatem despiciens, in quibus amatores huius seculi delectantur, cilicijs de pilis equorum factis, reticulatis pariter & nodosis, vestibus quoque alijs vilibus multum & asperis tegebatur. Ad nudam quoque carnem catenam ferream, & circulum quandoque ferreum deferebat. Lecti etiam mollitiem declinans (ne caro petulanter lasciuiens noxie moliretur in spiritum) in terra aut nudis tabulis dormiebat, vel in cancellatis craticulis, vestitus cilicio & pannis solitis, præcinctus lumbos catena ferrea aut circulo: pro puluinari vero ligno aut lapide, seu dura re alia vtebatur; & (quod pene importabile est) sanus vel infirmus lectis alijs nõ est vsus. Studens etiam pro viribus domesticum domare hostem, ne præualere posset spiritui, nec sanus nec infirmus carnibus vescebatur. Vinum vero non bibebat, nisi rarissime; sic tamen dilutum, vt videretur vini speciem non habere. Semper quoque, nisi diebus dominicis, ieiunabat. Sex nihilominus quadragenas singulis annis faciens, mentem non ventrem reficere cupiendo, affligebat in ipsis solito durius carnem suam. O stupenda & alijs insueta rerum materies, cernere hominem, in carne degentem mortali & fragili, sub tam austeræ & longæ macerationis pondere non cadentem! In tribus namque quadragenis in pane & aqua ieiunabat continue, & quandoque cum solis folijs caulium absque pane. Interdum autem solis pomis, vel castaneis, seu granis fabarum mollificatis in aqua, aut crudis rapis tantummodo vescebatur. In cæteris vero quadragenis vno tantum ferculo vtebatur, insipido tamen & in modica quantitate. In harum vero quadragenarum aliquibus (quod naturæ humani corporis est horror) vsus est pro veste solo cilicio: in quibusdam vero cilicio, & super ipsum lorica, cuius pondere caro eius per subintrantes nodos cilicij, vt testantur eius socij, aliquotiens disrumpebatur. Et reuera hæc in homine isto sancto supra hominem gerebantur: ad hæc enim ferenda tam graula virtus humana non videtur posse sufficere, sed diuina potius in ipso habitans hoc gerebat.

De illius vitæ austeritate admirabili.

Rigidissimis ieiunijs.

41 Hic beatus vir, iam mortificatis spiritu carnis desiderijs & repressis, summe deuotus Deo, orando assidue animum ad Deum tenuit firmiter eleuatum. Ipse etenim ad matutinas laudes media nocte surgebat: ipsisque dictis legebat psalterium cum litania & collectis quampluribus, ac crebris genuflexionibus & disciplinis duris carnem suam cum vitijs concupiscentiæ crucifigens. In aurora vero, missa per ipsum celebrata, iterum deuote incipiens ibi psalterium vbi dimiserat, orare vsque ad horam tertiam non cessabat. Ne autem ipsum reperire posset diabolus otiosum, laborabat proprijs manibus, scribendo, vel suendo cilicia, seu faciendo aliud opus honestum & vtile ab hora tertia vsque ad nonam. Post cibum denique sumptum vsque ad noctem profundam perseuerabat cum Deo, ab oratione, feruente spiritu, non relaxans. Morum etiam honestate venustus, odore suæ sanctitatis vitæ communiter iam disperso, ad suum multos attraxit aspectum, & quamplures oberrantes per vitiorum abrupta reduxit ad Deum suis sanctis exhortationibus & exemplis. Nec mirum, nam ipsum reddebat cunctis communem charitas, obedientia promptum, placidum humilitas, pietas patientibus coafflictum, decorum puritas, parsimonia mirabilem, honestatis maturitas reuerendum, benignitas hilarem, a constans quoque virtus animi in aduersis & prosperis vniformem.

Cõtinuo in fundendis Deo precibus studio.

Labore manuum

Morum suauitate sanctisque animarũ conuersionibus.

Denique vir sanctus cupiens diuinum ampliare cultum, congregationem monasticam sub B. Benedicti regula, superadditis ei statutis arctissimis,

Sodalitio instituto.

alendæ tamen concordiæ causa redintegrauit, datis ad Ioannem Superantium ducem & senatum ac populum Venetum literis a, quibus inserta sunt ea pacta conuenta, quæ pontificia auctoritate corroborata atque ita consignata sunt. *Dat. & actum Auen. in domo domini Iacobi Montanerij, quam habitat dictus dominus Onufrius sub anno Domini a natiuitate* MCCCXIII. *indict.* XI. *pontificatus domini Clementis Papæ V. anno* VIII. *die veneris*, XVI. *mensis februarij*. Quibus solito more confecti diplomatis apostolici diem Pontifex adijcit, *Dat. Auen.* XIII. *kal. martij, pontificatus nostri ann.* VIII. Ne porro tanta maturitate consilij sancita pacta temere infringerentur, Pontifex Roberto Siciliæ Regi, qui Ferrariæ administrationem a sede Apostolica susceperat b, praecepit c vt quandiu vrbi præfuisset, daret operam vt a suis administris religiose seruarentur. Tum Patauino episcopo munus imposuit d, vt ad conuenta illa Ferrarienses ac Venetos, incussa censurarum religione, obstringeret.

Renouata Ferrarien inter & Venetos pacta.
a Ib. ep. 118.
b Alb. Muss. l. 11. c. 2.
c Lib. 8. ep com 331.
Fœdifragis intentatæ pœnæ.
d Ib. ep. 119.

37 Admonuit pariter Clemens ad tuenda aliarum ecclesiarum iura studium apostolicum, atque in primis Guidonem episcopum Cameracensem, licet Regi Romanorum fidem non deuinxisset, a Cameracensi tamen clero excipi iussit e, cum interregnum esset; contrariasque in ea re consuetudines rescidit. Adolpho etiam episcopo Leodiensi, qui gerendæ illi ecclesiæ adhibitus fuerat, cum prædecessor, vt vidimus, Romæ dum oppositos obices, vt in basilicam principis Apostolorum penetraret, perrumpere nitebatur, captus ac gladio proditione cæsus obijsset, suo duce orbato Romano imperio, cuius administratio interregni tempore ad Pontificem Romanum deuoluitur, regalia ab Romanorum Regibus vel Imperatoribus tradi solita apostolico diplomate contulit, ne iura illius ecclesiæ obsolescerent, deperirentue.

Regalia episcopo Leodien. collata a Pont.
e Lib 9. ep com. 123.

In Hispania cum Salmanticensis academia, quam a Ferdinando Palentia eo traductam vidimus f, ob subducta magistris stipendia, quæ olim regia liberalitate fuerant attributa, penitus obsolesceret, restituendæ pristinæ illius dignitatis cupidus Berengarius archiepiscopus Compostellanus a Clemente precibus contendit, vt apostolicam solicitudinem in ea instauranda collocaret: qui, de totius rei circumstantijs ab archiepiscopo edoctus, tertiam partem tertiæ ex decimis archiepiscopatus Compostellani subductæ in ludi literarij magistrorum ac doctorum stipendia, exarato pridie idus octobris diplomate g, attribuit. Hæc in pacis artes colentes, ac dantes operam rei literariæ beneficia conferebat Clemens.

f Annal. to. XIII. an. 1239. n. 46.
Salmanticensis academia restaurata.
g Ext. apud lo. 22. l. 8. ep. com. 989.

Nec belli sacri studia amplexos gratiarum munerumque expertes reliquit: Hospitalarijs enim equitibus omnia bona, quæ Templariorum fuerant in regno Balearico, in quo Sancius Iacobo successerat, attribuit: eos vero censuris deuinxit, qui excurrente mensis spatio decreta bona non consignassent Hospitalarijs ijsdem. Cæterum vt commodorum & honorum, quibus potiti erant in eo regno Templarij, compotes; ita ad onera, quæ ad illos incubuerant, obstrictos iussit h esse. Quod cum æquitati consentiret, non in regno Maioricano modo, verum in cæteris regnis ac prouincijs etiam seruandū edixit i ineunte anno idibus ianuarij: ac si in eo diplomate, quo Hospitalarijs Templariorum bona fuerant addicta, expressum scriptoris negligentia, aut occupatione nimia, non esset ad quæ munera obstricti fuissent Templarij; sui tamen fuisse consilij, vt sicut in eorum bona, iura, immunitates, ac priuilegia, ita in armorum in Saracenos gerendorum onera succederent; tum Regibus, principibus, ac præsulibus ad ea officia ac munera præstanda, quibus tenebantur Templarij, cum vinculis traditi fuere, deuincti forent.

Templariorū bona in regno Balearico Hospitalarijs attributa.
h Ep. 406.
i Ib. ep. com. 871.
Hospitalarij omnia munera, quibus ob stricti erant Templarij obire iussi.

38 Ad eorum vero iura e principum manibus vindicanda vicissim Clementem incubuisse, apostolicæ docent literæ ad Robertum Siciliæ Regem datæ a, quibus ipsum obiurgat castra, oppida ac iuris dicundi auctoritatem, quæ in Prouincia obtinuerant Templarij, in Hospitalarios non transmisisse, quamuis alia ijs bona permisisset: non latere Regem incussas grauiores censuras omnibus, qui huiusmodi bonis, aut iuribus manus non amouissent: sequeretur exemplum Philippi Francorum Regis, qui omnia liberaliter Hospitalarijs refudisset. Ex quibus a Philippo Francorum Rege grauior calumnia, a plerisque auctoribus illi aspersa, detergitur, dum aiunt ex nimia cupiditate, qua Templariorum bonis inhiabat, ipsos delere meditatum: si enim impulerat eum auaritia, quomodo tādem fieri potuit, vt purissimas ab ijs bonis manus seruaret, vt testatur Clemens, cum maxime alij Reges ab ijs bonis sibi non temperarent?

a Reg. to. 8 ep. 406.
Philippū Francorū Regem Templariorū bonis abstinuisse testatur Clemens.

39 Incitatum igitur ipsum bono zelo, atque impietatis odio ferro flammaque insectatum Templarios, par est credere: quem etiam sequenti anno in eos legum acerbitatem exeruisse auctores docent. Cum enim Pontifex suppresso, vt vidimus, Templariorum ordine, illius familiæ equitum causæ cognitionem synodis prouincialibus detulisset; reseruata tamen sedi Apostolicæ supremi magistri causa, ac visitatorum Franciæ, Normanniæ, Aquitaniæ, Pictauiæ, Prouinciæ & nonnullorum, quos terræ sanctæ magnos præceptores vocabant, vt iustam ipsis ad expianda scelera pœnam infligeret; atque adeo exeunte hoc anno, nimirum XI. kal. ianuarias Arnaldo episcopo Sabinensi, & Nicolao tit. S. Eusebij, atque Arnaldo tit. S. Priscæ presbyteris Cardinalibus prouinciam dedisset, vt cognita eorum causa ipsos absoluerent damnarentue; instituto iudicio agendæ pœnitentiæ addicti sunt, dataque a Clemente imperia, vt ipsis ad vitam sustentandam nonnulla ordinis vectigalia attribuerentur: sed cum illi confessa vt vi extorta reuocassent, proximo anno flammis traditos fuisse narrat Bernardus b: *Anno*, inquit, *Domini* MCCCXIII. numerat more suo annos ab annuntiationis die festo, *in vigilia B. Gregorij Papæ in die lunæ Parisijs fuit combustus magister ordinis quondam templi cum quodam alio magistro eiusdem quondam ordinis præceptore, qui tamen fuerunt prius cum peritorum et prælatorum consilio adiudicati ad agendum aliam pœnitentiam. Sed audiens Rex Philippus & curiales consilij, quod dicti Templarij confessiones suas reuocabant, dicentes se falsa fuisse confessos, eosdem Templarios indilate perduci fecerunt ad locum supplicij & combusti, iudicio alio minime expectato. Erant autem Parisijs præsentes duo S. R. E. Cardinales.* Quæ ex parte in chronico Pontificum eiusdem auctoris c repetuntur, ijsdemque recensentur verbis in gestis manuscriptis d Clementis V.

Magistri ordinis Templar. nōnullor. alior. causam a Cardinalibus cognosci iubet Pōt.
Obiecta scelera cō fessi pœnitentiæ agendæ mancipati.
b Ber. chr. Reg. Frāc.
Reuocāt paulo post confessa ac iussu regio flammis traditi.
c Ber. chr. Rom Pon.
d Gesta M. S Cle. V. Vall. bibl. & M. S. Vat. bib sign. n. 3765. in Clem. V.

Suspicati sunt nonnulli, præcipue recentiores, ipsos inique fuisse oppressos, ac plurima insignis constantiæ & innocentiæ argumenta edidisse,

pro-

sed ad veterem dirimendam nouo bello regni Siciliæ litem, quam Bonifacius Papa VIII. semipacatam multo studio reliquerat, animum erexit. Percitus eo metu Fridericus delatam a Pisanis vrbis præfecturam respuit a. Illi itaque Vgutionem Fagiolanum Guelphorum Etruscorum metu sibi præficere b: quos etiam Iacobi Regis Aragonum Sardiniæ iura armis repetere meditantis c terror angebat. At intermissum a Iacobo Sardicum bellum, extractumq; in aliud tempus, refert Surita d, de quo agetur inferius: nūc ad Venetos digredimur.

a Io. Vill. l. 9. c. 53.
b Id. ead. c.
c Clem. l. 9 ep. com. 389.
d Sur. ind. l. 2.

Veneti in gratiam cum ecclesia restituti.

31 Decreuerant e illi iam ante ob Ferrariam oppugnatam anno MCCCX. Carolum Quirinum & Franciscum Dandulum oratores, isque concordiæ tractatus, cum non leuibus implicitus difficultatibus esset, ad triennium fuerat productus: cum interea temporis, excedente e viuis Petro Gradenico, qui Ferrariam ditioni Venetæ adiungere erat molitus, Marinus Georgius anno huius seculi vndecimo vigesima tertia augusti die habenas reipublicæ capessiuit: cuius ducatus toto tempore Venetam prouinciam sub anathemate luxisse, refert f appendicis ad historiam Andreæ Dandali auctor, eoque post menses decem ac dies totidem infelici imperio ac vita abeunte, Ioannes Superantius die iulij decimatertia superioris anni dux renunciatus, vt eam labem amoueret, omnes neruos intendit. Demum composita controuersia Clemens censuras omnes, quibus Venetos ob inuasam Ferrariam, ac sæpius bello tentatam deuinxerat, apostolica auctoritate dissoluit, dato ea de re ad eundem Ioannem Superantium ducem ac senatum diplomate g VII. kal. februarij consignato, in quo, vbi fusa oratione descripsit inflictas ab ipsis viuo duce Petro Gradenico iniurias, atq; irruptiones hostiles; tum incussas ijs a legatis atque ab sede Apostolica censuras, de quibus iam ante suo loco egimus, subijcit.

e Ann. Christi 1310. n. 132.
f M. S. append. ad hist. Andr. Dandul.
Vt Ioannes Superantius dux ad eam recuperandam studium intendit.
g Clem. l. 8 ep. com. 120. ext. typis cusa an. 1606. in Vat. typog. in sec. monitoria & declar. ex. com. cont. Venet.

De missis primum a Petro Gradenico duce oratoribus ad Clementem.

32 *Postmodum Deus & pater luminum, misericordiarum dominus insensibilitatis præfatæ duritiam rore suæ infusionis emolliens, vosque de tenebris vocans in delectabile lumen suum, sic cordium vestrorum oculos illustrauit, quod deuota pœnitudine ducti ad ecclesiæ suaue gremium saniori directi consilio redijstis, & per dilectum filium nobilem virum Franciscum Danduli & quondam Carolum Quirini de prædicta terra Venetiarum, adhuc viuentem, vestros & dicti Petri syndicos et procuratores ad hæc pro vobis & eodem Petro,* de Gradenico olim duce loquitur, *et toto districtu vestro, singulis personis ipsius, dictisque subditis et fidelibus vestris plenū et sufficiens a vobis et ab eo mandatum habentes,* publicas ea de re a duce ac senatu datas tabulas iam ante suo loco attulimus h, *quos propter hæc ad sedem Apostolicam destinastis, super prædictis excessibus, iniurijs, damnis, & violentijs; occupationibus, spoliatione seu spoliationibus, deprædationibus & molestijs, ac omnibus alijs & singulis supradictis, nostram & eiusdem sedis gratiam & misericordiam implorastis humiliter; & eum multa reuerentiæ & deuotionis supplicastis instantia, quod vos & alios dictis ligatos sententijs ab eisdem absoluere, dictosque relaxare processus & pœnas remittere dignaremur, sic pro vobis,* nimirum Ioanne Superantio, qui exercitum in ditionem ecclesiasticam infuderat, ac senatu, *Petro,* Gradenicum defunctum intelligit, *ac alijs supradictis,* ij erant Vitalis & Michaël, qui Ferrariæ præfecturam gesserant, *quorum nomine procuratores erant & syndici, vt prædicitur, constituti; super eisdem excessibus, iniurijs, violentijs, atque damnis; occupationibus, spoliatione seu spoliationibus, deprædationibus, molestijs, et omnibus alijs supradictis, et corū quolibet; nostris & ecclesiæ prædictæ stare & parere mandatis & beneplacitis offerentes. Et tandem in nostra & fratrum prædictorum præsentia in consistorio publico clericorum & laicorum adstante copiosa multitudine, constituti in vestras & Petri ac aliorum animas præfatorum super his iuramentum super sancta Dei euangelia ab eisdem corporaliter præstiterunt.*

h Anno Chr. 1310 n. 31.
Postulata ab ijs venia ob affectatam Ferrariā.

33 *Et licet Petrus præfatus postmodum decessisset, dictus tamen Franciscus syndicus, te Ioanne duce præfato ad huiusmodi ducatus dignitatem assumpto,* inter Petrum Gradenicum ac Ioannem Superātium medius ducatum tenuit, vt indicaui, Marinus Georgius, quo rempublicam moderante cœptus cōcordiæ tractatus intermissus, *ab instantia huiusmodi supplicationis non destitit; sed continue apud sedem Apostolicam moram trahens, super præmissis pro vobis Ioanne duce, ac consilio & commune & alijs antedictis nostram & ecclesiæ præfatæ gratiam & misericordiam, vt prius, suppliciter implorauit.*

Pacis tractatus a Marino Georg. duce abruptus.
Redintegratus a Ioanne Superantio duce.

34 Duriorem in Venetos Clementem se præbuisse ferunt a, cum cœptum triennio ante sub Petro Gradenico pacis tractatum abrupissent eosque Franciscum Dandulum misisse, qui ad flectendum Pontificem, captandamque misericordiam catena collo iniecta, ac vili cultu ad Clementis pedes, cum mensæ accubuisset, se abiecerit, suscepto sponte eo squalore, vt patriam censurarum vinculis liberaret: dein, licet a nonnullis humana arrogantia tumidis cognomen canis ob id retulisset, demum tamen Numine diuino eius Christianam demissionem & charitatem in patriam exornante, ducales apices assecutum. Flexus itaque a Dandulo Clemens ad misericordiam, illam amplissima venia explicuit. b

a Sabell. ennead. lib. 7. Egnat. l. 6. ex. exemp. ill. Venet.
Francisci Dand. insignis in patriam charitas ac demissio in Christi vicarium.
b Lib. 8. sup. ep. com. 120.

35 Cum vero inter cæteras pœnas, quibus Venetos in discordia affecerat, ipsorum bona vbiuis terrarum comperta fisco addixisset, admissis ijs in gratiam, ad Christiani orbis antistites, Reges, ac principes scripsit c, vt pristina bona Venetis restituerent: tum etiam ad exercendam mercaturam, priuilegijs antiquis ac libertate, quibus eos priuarat, potiri iussit. Deleuit d pariter eam infamiam, qua ipsorum posteros ad quartam progeniem asperserat, vt ad sacerdotia ac munera ecclesiastica gerenda idonei non censerentur. Denique vt pristinam in eos beneuolentiam explicaret, vetera priuilegia, quibus olim Ferrariæ, dum Atestini principes Opizo & Azo illi imperitabant, fruerentur, redintegranda constituit e: atque abbati Albaterrensi & decano Meldensi, ac Galhardo e Casa canonico Constantiensi, vt quæ illa fuissent, explorarent, ijsque adijcerent, vel detraherent, aut illustrarent, temperarentue quidquid visum esset, prouinciam dedit. Decreuit tamen, ne in posterum Venetorum dux, alijue ex ea republica agros, aut immobilia bona in Ferrariensi comitatu aut vrbe sine Apostolicæ sedis facultate, intentata eorum iactura, sibi compatare possent.

Venetorū priuilegia redintegrata.
c Lib. 8. ep. com. 122.
d Ib. ep. com. 121.
e Ib. ep. com. 117.

36 Discussis itaque ab abbate & decano apostolicis nuntijs veteribus Ferrariensium cum Venetis pactis, quæ a ratione atque æquitate non abhorrebant, licet ea Ferrarienses sine Apostolicæ sedis auctoritate inire non potuissent, alen-

retur; tum spe & cupiditate iam vniuersum regnum Neapolitanum beneficiarium sedis Apostolicæ Friderico Trinacriæ Rege socio occupasse. Qua in re insigni periurij flagitio sese deuinxit, quippe qui suscepturus augustale insigne Cardinalibus hæc sacramento spoponderat; *Ego Henricus Rex Romanorum Imperator promitto, spondeo, & polliceor coram Deo & B. Petro, me de cætero protectorem & defensorem fore Pontificis & sanctæ Romanæ ecclesiæ in omnibus necessitatibus & vtilitatibus suis, custodiendo & conseruando possessiones & honores & iura eius, quantum diuino fultus adiutorio fuero, secundum scire & posse meum recta & pura fide. Sic me Deus adiuuet & hæc sancta Dei euangelia.* Quin etiam hoc sacramentum imperialibus sacris delibutus ratum habuit, literisque a peruulgauit. Præterea, antequam Italicam expeditionem duceret, Lausanæ Ioanni Molans pontificio internuntio hæc iureiurando pollicitus erat, cinctusque diademate coram Cardinalibus confirmarat b: *Ratificamus, confirmamus, recognoscimus, innouamus, & de nouo concedimus omnia priuilegia Constantini, Caroli, Henrici, Othonis IV. Frederici II.* atque *Rodulphi Regum & principum seu Imperatorum Romanorum, quocumque tempore concessa, super quibuscumque, cuiuscumque continentiæ vel tenoris existant, sanctæ Romanæ ecclesiæ,* Romanisque *Pontificibus, & Apostolicæ sedi.*

Promissa sacramēto violata ab Henr.

a Ext. in l. priu. Rom. eccl. to. 3. pag. 142. & 347. et in arce S. Ang. & in M. S. Vall. sign. lit. B. n. 12 pag. 378.

b Ext. de eo Henr. lit. M. S. Vall. B. 12 pag. 284.

In eorum vero Imperatorum literis contineri Siciliæ citerioris donationem, exploratum est atq; Othonem, Fridericum II. & Rodulphum professos, Siciliam supremi iuris Romanæ ecclesiæ esse, ac Rodulphum c diserte Siciliam non inuasurum pollicitum, rum suis locis diximus, allatis eorumdem principum monumentis, tum etiam Othonem IV. ob affectatū contra iusiurandum Neapolitanum regnum ab Innocentio III. exauctoratum fuisse; adeo vt periurij & proditionis in Romanam ecclesiam nota ab Henrico elui non possit, qui ad augendas res suas multa sacramenta de ecclesiastica ditione, regnoque Neapolitano non inuadendis ad religionis speciem nuncuparat, quæ deinde Italiæ, captata ex Pontificis absentia occasione, sibi subijciendæ desiderio violarit; atque ad pompam tantummodo peruulgata his temporibus fallacia, bellum in Saracenos meditari iactauerit, dum atrocissima inter fideles bella serebat, quæ perfidus illius assentator Pisanus archiepiscopus inter multas blasphemas voces aduersus Clementem, Henrici cupiditatibus iniustis reluctantem, effusas initia redemptionis terræ sanctæ, vt refert Musatus d, appellabat; vnde diuina vltione in ipso consiliorum improborum molimine oppressum Henricum existimari potest, vt iam ante indicatum est.

Vt Siciliā contra fas affectarit.

c Ann. 1011. an. 1207. n. 11. ann. 1215. n. 38. & 40 14. an. 1275. n. 38. 39. & ann. 1279. n. 6.

d Alb. Muss. l. 16. c. 5.

28 Nec leuem pariter sibi asperserat Henricus maculam, cum Romano Pontifice pacem ipsum inter Robertumque adducere meditante, atque literis suis sacramentum fidei, quo sedi Apostolicæ se ille obstrinxerat, inculcante, vt ipsi rei componendæ arbitrium deferret, adeo in iras præcipitem effudit animum, vt accersitis pluribus tabellionibus contestatus sit, ac tabulis publicis consignari iusserit, numquam se Romano Pontifici fidem deuinxisse. Cuius exempli perniciès ne in futuros Romanorum Reges atque Imperatores dimanaret, Clemens, insignem apostolicam constitutionem ad tuendam Pontificis Romani auctoritatem, dignitatemque edidit e;

Insignis eiusdem impudentia in negando fidem a se Pontifici præstitā.

e Ext. Clem. Rom. Re... de iureiur.

qua vbi paucis prolusit Christianos Imperatores triūpho duxisse sedi Apostolicæ submittere apices promulgat sacramenta ab Henrico, paucis ante diebus extincto, alijsue Regibus & Imperatoribus præstita præstandaue a successoribus, sacramenta fidei appellanda: *Ne quis, inquit, in Romanum assumptus principem vel in posterum assumendus, an iuramenta huiusmodi per dictum Henricum Imperatorem præstita, & per successores ipsius in futurum præstanda fidelitatis existant, in dubitationem deducere audeat vel super his contrarium astruere veritati, auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio declaramus, illa iuramenta prædicta fidelitatis existere & censeri deberi.*

Pontificio edicto statuitur ius iurandū ab Imp. exigi solitum fidei sacramentum esse.

29 Quæ porro, sublato Henrico e viuis, sint secuta, narrat S. Antoninus a, tempestatem illam immanem, quam in Robertum Siciliæ Regem mouebat Henricus, repente sedatam, dissolutum imperialem exercitum, Genuensium Pisanorumq; classem dissipatam; inter quos postea magnæ rerum conuersiones contigere: Friderici Siculi pariter terrestres copias in Calabriam traductas in Trinacriam se subduxisse, maritimas disiectas irrito conatu domum redijsse; Gibellinos vero, qui in Etruria cum Henrico coitionem fecerant, e spe maxima in metum non minorem deturbatos. At contra Guelphos ex cladis extremæ terrore ad pristinas libertatis spes assurrexisse, describit eleganter Mussatus b: *Huius*, inquit, *Regis interitus hos ad lucem e tenebris, illos ab luce coniecit in tenebras: hi vestes lacrymis respersere lugubres, affectus illi dulcibus extulere lætitijs. Zelatrices imperij ciuitates functum tristibus prosecutæ lamentis, luculentos nutibus ac gestibus ostendere successus, parum fidentes rebus humanis in tantæ allusione fortunæ. At per cæteras qualis ante non fuerat ostensa felicitas: expiatam mundo cladem, supplices matres sacra pijs muneribus instaurabant altaria, clerus sublatis crucibus longo cœtu cum laicorum ordinibus vrbes ambibat, procedentibus mitbratis antistitibus summo vti placato Deo laudes psalmorum concentu conclamans datori pacis post tantæ calamitatis angustias; ardentes noctu faces vrbes lustrabant, solaribus æquatæ fulgoribus: nouis amicti vestibus populi equorum hastarumque varijs institere præludijs: per vicos & fora fœminarum cœtus lassis exultauere virorum licentijs: clauso iustitio forenses siluere causæ, & singula tacuere iudicia, apertis ex indulgentia lata carceribus: acta sublimes Bartholomæo laudes Apostolo, xeniaque decreta in eius annua festiuitate perpetua, qui in lapsos populos imperij cruciatibus iam bis apostolica pietate prospexerit, fuso Coradino de Stoph, & hoc Henrico vita sublato. Sic veluti mutatis mundi vicibus mutati singulorum affectus, & diuersa mundi facies gentes alterauit Italicas.*

a Ant. 3. p. tit. 21. c. 2 §. 8.

Mortuo Imp. illius sequaces consternati.

Frideric' copias e Calabria abducit.

b Muss. de gest. Ital. post mortem Henr. l. 1. c. 8.

Gibellinorum ex Henrici obitu luctus.

Guelphorum gaudia.

30 Obortos exinde nouorum bellorum motus inter Siciliæ ac Trinacriæ Reges, cum Robertus de Friderici perfidia vltionem, occupatamque ab hoste Calabriæ partem & Trinacriam repetere vellet, narrat subiectis verbis memoratus Mussatus c: *Lacessitus a Friderico Aragonensi, Siciliæ dominatore, Robertus Apuliæ Rex, qui Henrico iunctus Cæsari regno orbandum ipsum pariter constituerat, inque eius necem exitiumque pariter coniurarat, quamquam post illo extincto complice, ipse Calabriam terram ingressus Rheginos deditione ciuitatis sibi asciuerat, ad reliqua indeficienter processurus; ipseque vndecumque copias suas augendas, vt tanta molientem retunderet, decernit: nec ea dumtaxat repulsa, si prospere res succedant cōtentus, sed*

Belli inter Rob. & Frid. causæ.

c Muss. l. 3. de gestis Ital. c. 5.

Rob. Siciliæ insulā repetere tentat.

rium, virum religiosum ordinis Prædicatorum, quem aiunt a Guelpha factione subornatum sacram hostiam veneno liuisse: alij venenum in calice, cum ablutionem porrigeret, miscuisse. Sed ea calumnia a pietatis osoribus aspersa tam facile refellitur, quam objicitur, cum leui recentiorum auctoritate nitatur: at si quid præter communem ordinem triste acciderit, cur non in diuinas iras causa referri possit, cum censuras pontificias sperneret? Cæterum veteres historici morbo naturali ipsum perijsse affirmant, inter quos Iordanus a hæc tradit: *Profectus*, nimirum Henricus, *vsque Orgiam fluuium, peracta cœna in fluuij ripa conscendens, tinctis ob refrigerationem in aqua cruribus, subeuntem sensit languorem, & comperta sub dextri cruris genu pustula, quæ anthrax vocatur, noctem duxit insomnem: & dato mane signo tollendorum castrorum, Bonconuentum properat, pagum XII. millibus a Sena distantem, ibique viam vniuersæ carnis ingressus est, regni sui anno V. imperij autem primo, mense vno, & diebus XXIV. in festo B. Bartholomæi*. Consentiunt Ioannes Villanus b, S. Antoninus c, Ptolemæus Lucensis in historia ecclesiastica d M.S. (quamquam a recentiore prauum glossema adiectum sit) & Albertinus Mussatus, qui triplicem mortis causam adducit e, inter quas præcipua ea fuit, concepta nimirum in latere vomica, effuso scilicet in pleuram ex nimio æstu et labore sub ardenti cælo sanguine, deinde ex captata perfrigeratione concreto. Auctoris verba ad confutandas nonnullorum recentiorum calumnias, & ineptas nouatorum quæstiunculas adducenda visa sunt.

a Ior.chr. M.S. Vat. sign. n. 1960.
Henric. mortis genus.
Grauissimorum de eo auctorum sententia.
b Io. Vill. l.9.c.51.
c Ant.3.p. tit.21.c.3 §.8.
d Ptol.Luc hist. eccl. l.24.c.40.
e Mussat. l.16.c.6.
Triplex mortis causa physica.

25 *Triplex*, inquit, *illi interitus causa deprehensa est, vna innati sub genu letbalis vlceris, quod physici anthracem vocant: altera scissa ab stranguria vesica, quo morbo assidue laborabat: tertia pleuresis, quam misso iam spiritu vomuisse constitit. Admirabilis hac mortalibus, & veluti fatalis notata loci ac diei interuenientium identitatis: cui admirationi Corradini de Stoph adyciebatur eiusdem sancti Bartholomæi memoranda festiuitas, qua & ipse in Italia ab Carolo Rege conflictus capitale post supplicium sustulit. Cauenda nimis sacrosancta matris ecclesiæ offensa Christicolis, cum & huius prædecessorem fuderit apostolica sententia Fridericum, in quem cum prole tota veluti fulmen iaculata irreparabile tulit exitium. Et hic quoque Henricus, fœcunda pacis vexillo in Italiam auspicijs ductus ecclesiæ, qua voluit obtinuit, simul arridente fortuna: verum mutatis velis, versis ad oppositum gubernaculis, aduerso sydere soluta classis profundum petijt. Siquidem rescripti iam sola mente transgressor apostolici, quo inhibitus Roberti regnum inuadere, aduerso ferente spiritu, suopte frustratus ingenio adiuratum sibi Fridericum Siciliæ dominatorem ad Cathonam Calabriæ insulam inuadendam, quo sibi transgrediendi pateret aditus, obstinata animaduersione præmiserat. Hæc quippe detestanda litis exordia ad totius terrarum orbis scandala solo aduertentis Dei sopita iudicio*. Hactenus Mussatus, qui licet Henrico addictissimus, id tamen obseruat, ipsum dum cum ecclesia sensit, secundis rebus potitum: vbi vero in eam ceruices extulit, repente vindicta diuina obrutum. Nullam etiam veneni Henrico propinati mentionem fecere Cortusij f, qui hæc tantummodo monumentis prodidere: *Infirmitate captus soluit debitum naturale*; non Ioannes Villanus scriptor candidissimus, suis Florentinis parcere non solitus, quidquam tale scriptis tradidit: non

Diuina in eo tollendo prouidentia.
f Guill. & Albrig. Cort. hist. l1.c.21.

S. Antoninus Villanum solitus exscribere, qui morbo Henrici obitum ascribit: non deniq; Ptolemæus Lucensis, de quo paulo ante memoraui a, sed alius quis recentior illum eo additamento fœdauit.

a Ptol.Luc hist.eccl.l. 24.c.40.

26 Commendat Henricum, vt multis virtutibus cumulatum principem, Ioannes Villanus b, atque ea laude exornat, neque in prosperis elatum lætitia, neque in aduersis deiectum mœrore fuisse. Quibus S. Antoninus consentit his verbis: *Fuit præfatus Imperator Henricus VI.* septimum alij vocant, *vir sapiens, iustus, & gratiosus; in armis strenuus, catholicus, & honestus: & quamuis secundum genealogiam foret mediocris conditionis, animo tamen magnus, & vt sperabatur, non infima, si longiore vita functus fuisset, egisset*. Vt magnis etiam virtutibus ornatum, cum ad imperium euectus est, a Pontifice commendatum vidimus: sed eas virtutes adepto iam imperio, pristinæ fortunæ oblitus, nimio erga Christi vicarium fastu corrupit: non enim exigua eius labes fuit, spreuisse intentatum sibi anathema, & vectigale ecclesiæ regnum, ipsamque ditionem ecclesiasticam inuadere molitum. Et quidem refert Albertinus Mussatus c, Henricum ad Romam sibi subjiciendam anhelasse, & inter proceres, dum apud Podium Bonizi hyberna ducebat, Romam suam iactitasse: atque etiam antea Romanis tributa imperasse vidimus. Cum prætrea Iacobus Ioannis Arloti e stirpe Stephanesia tribunitiam inuasisset potestatem, vrbanisque munitionibus potitus proceres exagitaret, compertum est, Henricum facta cum eodem tribuno coitione Vrbis imperium a Romana plebecula per seditionem eblandiri meditatum: *Illo sub magistratu*, inquit d Mussatus, *denuo compertum est, dispositis ad huius plebisque libitum rebus, præcipue potentioribus fusis, omnia hæc parari Cæsari: ipsum euocandum in Vrbem, vehendumque triumphaliter in capitolium, principatum ab sola plebe recogniturum*. Subdit auctor proceres, pontificij nempe nominis assertores, cum sibi imminere exitium viderent, coniuratione facta, tribunum in capitolio oppressisse: *Sicque*, inquit, *amplissima illa Cæsaris spes forte casuque sic ferentibus sublata est*. Extant ad hunc tribunum Clementis literæ e hoc anno VI. kalend. februarias datæ, quibus censuras intentat, ni a Romanis opprimendis & inuadendis arcibus patrimonij B. Petri absistat, queriturque ab eo iniurias ecclesiæ pro acceptæ dignitatis beneficio reponi; tum ad Arnaldum f episcopum Sabinensem, vt perduellem ad restituenda Romanæ ecclesiæ iura censuris adigeret. Præfocata tamen ea Iacobi Arloti coniuratione, Henricus ditione ecclesiastica nouis miscenda turbis, vectigalique regno Neapolitano pertentando insidijs non destitit g: *Permulta*, ait Mussatus, *ad Apulos, Calabrosque, ac Romanos per internuntios scisitare, tractare, pollicari, componere sedulis vigilijs ingenti animo studebat*. Tradit præterea idem auctor h, Henricum indignatum Romanis pontificiarum partium sequacibus, comminatum si ad Vrbem accessisset, *acerbis in eos effulminare supplicijs*; tum etiam Vrbe iterere grauem adeo concitasse dissensionem, vt Gibellini contra pontificios duobus diebus certamen conseruerint, infelici tamen exitu.

b Io.Vill. l.9.c.48.
Henric. Imp. elogium.
Datur illi vitio superbe cũ Rom.Pont. egisse.
c Mussat. l.11.c.6.
Henrici perfidia in affectando vrbis dominatu
d Eod.l.c.8
Iacobi Arloti tribunicum eo coitio oppressa.
e Lib.6.ep. cur.15.
f Lib.ep.115
Supplicia ab Henr. Rom.Pontificijs intentata.
g Alb.Muss l.16.c.5.
h Lib.1.de gest. Ital.

27 Refert etiam Henricum classis suæ præfecto ex arcano dedisse i imperia, vt cum Terracinam applicuisset vigesimo septimo ab Vrbe milliario, anchoras defigeret, ipsumque præstolaretur

i Sup.l.16. de gest. Henr.c.5.

simus parati omnibus de ipso Rege Siciliæ conquerentibus iustitiam exhibere; vniuersis & singulis clericis & laicis, cuiuscumque conditionis, ordinis, status, dignitatis, vel præeminentiæ fuerint; etiam si pontificali, vel imperiali, siue regali, aut quacumque alia præfulgeant dignitate: ac vniuersitatibus, communitatibus, & ciuitatibus quibuscumque, auctoritate Apostolica districtius inhibemus, & expresse præcipimus, ne dictum regnum aut terram, seu partem vel aliqua eorum, vel alterius eorumdem loca per terram vel mare, quocumque colore quæsito, inuadere vel offendere, aut propter hoc recipere vel exhibere stipendia, siue galeas seu alia vasa maritima dare, locare, commodare, aut titulo quocumque concedere, seu remigare in eis; vel easdem galeas seu vasa conducere quouis modo præsumant; siue præstare super his præsumptoribus ipsis auxilium, consilium, vel fauorem, directe vel indirecte, publice vel occulte.

Significat se ex legibus inservientibus agere paratum.

Vetat Siciliam inuadi.

Pœnas adijcit.

Nos enim in omnes & singulos, qui contra inhibitionem & mandatum huiusmodi venire præsumpserint, etiam si, vt prædicitur, pontificali, aut imperiali, seu regali, vel quauis alia præemineant dignitate, de fratrum nostrorum consilio excommunicationis, quam eo ipso incurrant, sententiam promulgamus: eorumque terras & loca ipsorum & quaslibet alias communitates ac vniuersitates & ciuitates, contra præmissa vel præmissorum aliquod attentantes, ecclesiastico subijcimus interdicto, &c.] Infligit alias pœnas omnibus priuilegijs, muneribus, honoribus ac bonis, quæ ab Rom. ecclesia acceperint, deturbatum iri: præterea prout ipsorum temeritas in se pontificiam seueritatem exasperarit, legum acerbitatem intentat. *Actum apud castrum nouum Auenionensis diœc. in palatio ipsius castri xi. id iunij pontificatus nostri anno* VIII.

22 Non eo edicto apostolico Henricus Imperator ac Fridericus Rex a susceptis perdendi Roberti, inuadendæq; Siciliæ cōsilijs reuocati sunt, sed ad bellum se comparare perrexere: Genuenses enim, vrgente Henrico, triremes imperatas instruxere a, ac præfecto classis Lamba Oria cum Pisanis in Siciliam citeriorem vela direxere: Fridericus vero Rex Trinacriæ præscripta die, quinta scilicet augusti, Messana soluit, confecta quinquaginta triremium classe, atque in Calabriam exscensione facta, Rhegium & alia loca in suam potestatem redegit, ac plures aduersus Robertum rebellionem mouere. Ne autem huiusmodi Siculi Regis hostes pietatem ex animis, spretis censuris apostolicis, quæ in Siciliæ inuasores propositæ erant, eiecisse viderentur, pontificiam sententiam in eum sensum detorsere, non desigi anathemate eos, qui Robertum Regem læderent, modo ab inferendo regno vllo damno sibi temperarent. Ad quorum futiles cauillationes refellendas nouo diplomate VIII. idus septembris edito promulgauit Pontifex b, omnes qui Roberto aut Siculis vllam inferrent iniuriam, siue regia siue augustali dignitate pollerent, quibus verbis Henricum & Fridericum designabat, anathemate alijsque pœnis percelli.

Robertus Rex in graue discrimen adductus.

a Io. Vill. l. 9. c. 50.

Frideric. Rex Trinacr. Rhegium & alia Calabriæ loca occupat.

Pontificiā sententiā cauillo eludit.

b Lib. 8. post. ep. cur. 134.

Clemens, &c. ad perpetuam rei memoriam.

23 Nouiter ad nostri apostolatus auditum publica fama non absque grandi admirationis causa perducto, quod nonnulli, pacis vtique æmuli, mundi, veritatis & odij incentores, suum quærentes in magnatum forsan turbationibus sabbatismum, suaque in alienis dispendijs commoda prosequentes, damnabili præsumunt præsumptione asserere, peruersaque persuasione non metuunt suadere, quod nostri processus ad inuadentes seu offendentes personam, vt eorum vtamur verbis, Roberti nati claræ memoriæ Caroli secundi intra dictum regnum, dummodo tales offensores seu inuasores dictum regnum alias non intendant offendere vel inuadere, minime se extendunt; nos quanquam vis verborum processuum prædictorum & verba, nostraque intentio temerariam ipsorum calumniosamque interpretationem clare refutet, & refellat aperte; nec profecto apud sane intelligentes vertatur, sicut nec verti debet, in dubium, quin sententiæ in dictis per nos processibus promulgatæ, etiam ad prædictos inuasores seu offensores dicti Roberti Regis Siciliæ intra regnum & terram prædictam; quinimmo & ad quorumcumque regnicolarum & aliorum intra dictum regnum existentium inuasores, seu offensores huiusmodi se extendant, &c. [Addit se ad dissipandas huiusmodi artes, atque excusationum colores delendos, anathemate pœnisque alijs grauissimis incussis cunctis, siue regia siue imperiali dignitate fulgeant prohibere, ne in Siciliam hostili furore irrumpere, aut grassari mari audeant, aut Roberto Regi ecclesiæ fiduciario quoquo modo vllam iniuriam inferre; tum subdit:] Prohibemus expresse, ne huiusmodi seu priores nostros processus & sententias, quas in suo robore volumus permanere, interpretari aut exponere, seu intellectum & sensum ipsorum & verborum in ipsis contentorum interpretando vel exponendo maliriose ad aliud, quam litera ipsa sonat, distorquere aut in aliquo deprauare præsumant. Nos enim in vniuersos & singulos, contra prohibitionem huiusmodi facere præsumentes, excommunicationis sententiam promulgamus, &c. *Dat. in prioratu de Grausello* VIII. *idus septembris anno* VIII.

Clemens in improbos suarū constitutionum interpretes censuras renouat.

Anathema incutit in aliū sensum sententias pontif. detorquentibus.

24 Discusserat iam diuinum Numen Roberto Regi ecclesiæ studiosissimo impendens discrimē, sublato paucis ante diebus Henrico Imperatore infensissimo eius hoste, qui cum acceptarum nimis iniuriarum tenax vibratum a Christi vicario in Siciliæ regni sedis Apostolicæ vectigalis inuasores ecclesiasticum fulmen sperneret, & censuras inani verborum fuco deludere arbitraretur, præferretque vltionem Christianæ reipublicæ paci, inopinata morte in ipso imperij limine cursuque victoriarum extinctus est. Ipsum censuris deuinctum fuisse, neque ea religione solui poposcisse, refert subiectis verbis Bernardus a: *Tandem prafatus Henricus, non sano vsus consilio, contra iuramenta fidelitatis & promissionis per eum præstita veniens, & iura ecclesiæ Romanæ offendens, discordauit cum præfato Clemente Papa, vt legitur in Clementinis constitutionibus extra de iureiurando Romani principes, & factis processibus contra eum, tandem idem Papa in eum excommunicationis sententiam promulgauit. Hic Henricus Imperator, nullo absolutionis beneficio petito nec obtento ab Apostolica sede ab excommunicationis sententia contra eum lata & sibi prius intimata, obijt apud Bonum conuentum in Tuscia in festo S. Bartholomæi regni sui anno v. dominicæ vero incarnationis anno* MCCCXIII. *delatumque fuit corpus eius apud Pisas & sepultum in ecclesia cathedrali.* Scripsere recentiores, necatum veneno Henricum, atq; in crimen vocauere ipsius confessarium,

Robertus Rex periculo liberatus.

a Ber. libel de Rom. Imp. M.S. Vat. bibl. signat. n. 2043.

Anathematis re° Henr. moritur.

blicæ confusionem, perniciem, & excidium rebelles & contumaces sunt.] Hactenus Pighius. Cæterum Marsilij veneno imbutus Ludouicus Bauarus postea in Francofurtensibus cœtibus, dum Romanorum Pontificum quatere auctoritatem moliebatur, apud ecclesiæ perduelles questus est inter alia, editam fuisse a Clemente superiorem constitutionem, quasi cæsareæ dignitatis fastigio detraheret. Sed demum cecidere irriti eius conatus, vicitque Romana ecclesia, atque a Carolo IV. Imperatore, vt suo loco dicetur, omnia Bauari gesta rescissa sunt, ac principes suæ temeritatis veniam a Pontifice poposcerunt.

Lud. Bau. idem decretum impugnat.

Rescissa a Carolo Imp. eius gesta.

20 Antequam vero memoratum decretum ederet Clemens, apostolicas curas ad propulsandum a capite Roberti Regis, quem gratia prosequebatur, atque etiam nonnullis ditioni ecclesiasticæ obnoxijs vrbibus præfecerat, imminens periculum, ac regnum ecclesiæ vectigale defendendum admouit: Henricus enim, omissis Florentinis, a quibus ipsius exercitus male acceptus fuerat, belli molem vertere statuerat in Robertum, cui Florentinos ad quinquennium, eoque labente ad triennium aliud reipublicæ gubernacula detulisse, cum se Imperatoris sustinendæ potentiæ impares fore metuerent; eorumque exemplo, Lucanos, Pistorienses, ac Pratenses ipsum sibi præfecisse, refert Ioannes Villanus a, cum eo euerso, cæteros ad obsequium procubituros spes esset. Vtque victoria facilius potiretur, cum Friderico Rege Trinacriæ ac Genuensibus armorum societatem iunxit, præcepitque vt ingentem triremium ac nauium numerum compararent: in Germania nouum militum delectum imperauit; atque in Insubria & alijs Italiæ locis Gibellinæ factionis sequaces ad signa iussit concurrere. De quo bellico apparatu hæc Albertinus Mussatus historiæ commendauit b: *E Ianua Galeas xxv. e Pisis xII. cum armamentis apparatibusque ad omnem belli naualis congressum desponens; iamque portubus expositas nullis inducijs munitus suis copijs computauit: has vltra Fridericus Siculorum Rex octo & viginti promptissimo obtulit obsequio. Increbuit hoc per Italiæ ciuitates longe lateque nouum, quod & trans Gallicas alpes allatum est, inuadendum in Apuliæ regno Robertum multa classe, viribusque illi pertimescendum; vnde ad Philippum Francorum Regem indicante Roberto delatum est, &c.* Subijcit auctor, vt Philippus Rex Francorum, qui nullam antea suspicionem de Henrico, vt qui in regia Gallica militari baltheo cinctus, & in equestri munere educatus fuerat, in Gallicum nomen conspiraturum; ea perculsus fama, tuendum Robertum, impendentiaque inde rei Christianæ pericula auertere decreuerit: ac primum oratorem ad Pontificem, vt Henricum a cœptis coerceret, additis hisce literis, c submisit.

Henric. Imp. omissis Florentinis, bellum in Robert. transfert.

a Io. Vill. l. 9. c. 55.

b Muss. l. 16. c. 2.

Henrici apparatus maritim.

Francorū Rex Roberti causam suscipit.

c Ext. apud Alber. Muss. l. 16. c. 3.

Sanctissimo in Christo patri domino Clementi, diuina prouidentia sacrosanctæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, Philippus gratia Dei Rex Francorum deuota pedum oscula beatorum.

Ad nostrum alias quorumdam magistrorum relatu, & nunc ex assertione charissimi consanguinei nostri principis Achaiæ peruenit auditum, quod magnificus princeps Henricus Imperator Romanorum, Apuliæ, Siciliæ, & alias terras proprias illustris principis Roberti Regis Siciliæ consanguinei nostri charissimi debellare proponens, ad ipsius exheredationem suos intendat exercere conatus, turbando pacem vniuersam Christianorum, impediendo negotium passagij terræ sanctæ in vniuersale & specialiter Romanæ ecclesiæ, cuius dictæ terræ patrimonium proprium esse dignoscitur, excidium & iacturam. Cum igitur nos prædicti Regis Siciliæ, qui de consanguinitate nostra traxit originem, & de nostra domo regia processit, exheredationem non de facili sustinere possemus, beatitudini vestræ super hoc alias scripsimus, vt consideratis incommodis, quæ ex præmissis si, quod absit, contingerent sequerentur, ad occurrendum tantis & talibus periculis velit vestra sanctitas in hac parte de competenti remedio celeriter prouidere, ne propter huiusmodi incommoda possit dictæ terræ sanctæ negotium retardari, vel totaliter impediri. Verum cum Imperatorem in prædictis non intellexerimus suum propositum diuertisse, quin immo paret se diebus singulis ad eadem; vestram iteratis precibus clementiam deprecamur, quatenus imminentibus periculis occurrentes, prout ad vestrum spectat officium, in prædictis sic celeriter tale remedium apponatis, quod pacis pulchritudo seruetur, negotiumque passagij terræ sanctæ, quod alias fieri posse non credimus, impediri non debeat aut turbari, & ne cum velleris super ijs alias occurrere, tunc commode non possetis; dictumque Regem & subiectos dignetur vestra sanctitas specialiter recommendatum habere. *Dat. Parisijs* XII *maij*.

Clementem ad Henr. reprimendū adhibet.

21 Flagitasse inter alia regios oratores a Clemente, vt potius latam ab Henrico in Robertum sententiam pontificia auctoritate conuelleret, quam rescindi ab Henrico imperaret; id vero a Pontifice postea factum narrat Mussatus: præterea Clementem Philippi oratoribus respondisse, tres Cardinales legatos ad Henricum ituros, vt imminentia ea bella componerent: cumque validiora a Pontifice remedia adhiberi exposcerent Philippi oratores, Clementem tum ad tuendum Neapolitanum regnum ecclesiæ vectigale, tum ne decreta in concilio Viennensi Philippo illius imperatore expeditio Syriaca disturbaretur, cum necesse esset Gallicana arma in Henricum auerti; anathemate omnes, nullo regiæ imperialisque dignitatis discrimine, percussisse, qui bello citeriorem Siciliam adorirentur. Concepta est hisce verbis apostolica sententia a.

Decreti tres Card. ad Henr.

Clemens, &c. ad perpetuam rei memoriam.

a Lib. 8. ep. cur. 110. ext. etiam apud Muss. l. 16. c. 5.

Nuper, multorum fida relatione percepto, quod nonnulli in diuersis locis & partibus præparabant stolium galearum, & alios faciebant bellicos apparatus, quosdam ipsorum ex certis tenebat coniecturis exorta suspicio, quod regnum Siciliæ seu terram citra farū, quæ de regno ipso fore dignoscitur, quæ ad nos & Rom. ecclesiā pertinent pleno iure, & quas charissimus in Christo filius noster Robertus Rex Siciliæ illustris, nunc pro ecclesia prædicta vasallus, a nobis & eadem ecclesia tenet in feudum, hostiliter inuadendum vel offendendum, stolium & apparatum huiusmodi, quamuis hoc vix possimus credere, parabatur; nos ecclesiæ prælatæ, ac nobis, & regno & terræ prædictis, quæ velut recreationis nostræ pomœriū delectabiliter intuemur, & in apostolici pectoris medio præ multa dilectione portamus, & aduersus taliū molimina prouidere volentes, ac periculis animarum, corporum detrimentis, bonorū dispendijs, & grauissimis scandalis, & irreparabilibus incommodis terræ sanctæ, quæ possent ex ijs, si procedi, quod absit, ad illa contingeret, merito formidari, salubriter obuiare, præsertim cum

Bellum Sicul. discutere studet Pont.

simus

eum fuisse commissa in Vrbe dicebat, cum etsi illa fuissent ibidem re vera commissa, punitio tamen eorum in Regem, veluti extra districtum imperij commissorum, ad Imperatorem nullatenus pertineret. Et infra.

18 *Absoluendo quoque ab omni fidelitate, obligatione, seruitio, promissione, ac pacto prouincias omnes, ciuitates & castra & loca, ipsiusque vassallos & feudatarios & alios quoslibet, eidem Regi quomodolibet obligatos, cum includerentur in absolutione huiusmodi terræ & personæ nobis & ecclesiæ Romanæ subiectæ, propria terminos potestatis excessit, in messem nostram mittens perperam suam falcem. Cæterum defectus suppletio, circa processus adhibita supradictos, non tantum valet ad iustificationem ipsorum & sententiæ supradictæ, quantum ad eorum sugillationem & notam, cum nullam super præmissis potestatem haberet Imperator in Regem, sibi alias, vt præfertur, non subditum, non citatum legitime, aut remissum, & extra districtum ipsius continue ac notorie consistentem; nec prædicta suppletio circa subditum etiam ad ea potuisset de ratione referri, per quæ de crimine, præsertim sic graui, delato defensionis, quæ a iure prouenit naturali, facultas adimi valuisset, cum illa Imperatori non licuerint, quæ iuris naturalis existunt.*

Suppletio defectus vitium nō tollit sed arguit.

Vt igitur sicut memorata sententia iuris caret effectu, sic auctoritate & nomine rei careat iudicatæ, vt nec in opinione communi aut vulgi ab ijs nomen habere sententiæ mereatur; vt etiam in magnum iustitiæ ac pacis obsequium scandalosis occurramus periculis, quæ cum nostra & ecclesiæ prouinciarum multarum, regnorum, & gentium turbatione non modica possent occasione ipsius pro tempore suboriri; nos tam ex superioritate, quam ad imperium non est dubium nos habere, quam ex potestate, in qua vacante imperio Imperatori succedimus; & nihilominus ex illius plenitudine potestatis, quam Christus Rex Regum & dominus dominantium nobis, licet immeritis, in persona beati Petri concessit, sententiam & processus omnes prædictos, & quidquid ex eis secutum est vel occasione ipsorum, de fratrum nostrorum consilio declaramus fuisse ac esse omnino irritos & inanes; nullumque debere aut debuisse sortiri effectum, seu nocumentum aut notam afferre cuiquam, vel quomodolibet attulisse: ipsosque nihilominus quatenus processerunt de facto, & quidquid ex eis secutum est vel ob eos, vel in posterum sequi posset, in irritum reuocamus.

Quo iure Clemens cæsareū edictum resciderit

19 Declamauit postea aduersus hoc Clementis decretum impius hæresiarcha Marsilius a, qui conditam a Christo ecclesiasticam hierarchiam, vt Ludouico Bauaro blandiretur, euertere molitus est: non ferens enim supremam potestatem quam Rom. Pontifex in omnes Christianos nullo regiæ imperatoriæue dignitatis discrimine obtinet, virulentam ad Reges ac principes apostrophen in nefarijs scriptis inseruit, qua Clementis traducit sententiam, contenditque falsum esse traditam a Christo plenitudinē potestatis, qua cæsareum edictum reuocari possit. Contra cuius venenata scripta, vbi a Lutheranis euulgata fuere scripsit Albertus Pighius b, e quō hæc delibamus.

Marsilius hæresiarcha declamat in hoc decretum.

a Marsil. in defensō re pacis.

Pontificis auctoritatem euertere molitur.

b Pigh. de hierarch. eccl. l.5.c. 12.

Nec quidquam, *inquit*, præter nudam meramque veritatem continet Clementina illa, Pastoralis, cui ille tam petulanter insultat de sent. & re iud. nam si, quod supra euidenter demonstrauimus, ad auctoritatem capitis hierarchiæ ecclesiasticæ pertinet omnia membra ecclesiastici corporis in officio continere, excessus corrigere, eorum præsertim, qui secundum eiusdem hierarchiæ formam nulli alteri ecclesiæ membro subsunt quam capiti; tu non vis latam ab huiusmodi aliquo iniustam iniquamque sententiam posse retractari auctoritate capitis, aut si de iure non subsistat quod ille fecit, nullam declarari. Habuit, habet, & habebit, etiam si te ruperis, illam auctoritatem super vniuersa membra ecclesiastici corporis caput eiusdem, quod a Christo nobis institutum est: hoc autem esse Romani Pontifices successores Petri libro III. & IIII. irrefragabiliter demonstrauimus. Itaque quod ille tanquam vanitatis præco, scilicet valenter atque impotenter clamat Regibus, principibus, populis, per dictam Clementinam, secundum omnem eius suppositionem apertissimę falsam, omnibus summum præiudicium fieri; omnes siquidem secundum eius sententiam subiectos esse auctoritati Romani Pontificis, quod nullis modis ferendum vult; ego contra veritatis verus præco clamo & valenter clamo, illum esse liuidum detractorem veritatis, non præconem sed hostem & aduersarium pietatis euersorem, & pro pace, cuius se defensorem prædicat, ecclesiam Christi confundere turbis, rixis, seditionibus, bellis innumeris. Vobis quoque dico principibus, Regibus, populis, omnibus denique, qui se gaudent intra Christi ouile contineri, vt libenter, diligenter, & humiliter illi subsit, cui Christus mandauit sui ouilis curam & regimen. Nulli hoc cuiquam fore præiudicio, sed lucro maximo: hac enim via illam felicitatem assequemini, ob quam in hoc Christi regnum congregati sumus. Tu mihi dic, qui pacem defendere te prædicas, quo pacto pacem conseruabis in domo ecclesiastica, nisi omnem in eadem auctoritatē ciuilem subdas auctoritati ecclesiasticæ hierarchiæ capitis? Sunt in domo ecclesiastica principantes multi, ciuilesque magistratus gerentes, quorum nemo subditur alteri, nec alium supra se recognoscunt principantem ciuiliter, vt Imperator, Rex Galliæ, Rex Hispaniarum, Angliæ, Scotiæ, & alij plurimi: inter hos si quando surgit quæstio & controuersia nisi illos subesse volueris cōmuni totius ecclesiæ capiti, cuius est membra omnia in officio continere, pace, & concordia, nunquid non erit necessarium, vt continuo armis decernatur omnis exorta inter eos controuersia eiusmodi? Nunquid non continuis bellis tumultuabitur domus ecclesiastica? Quod si contra hos facies omnes diligenter fideliterque, vt tenentur, subesse communi totius ecclesiæ capiti, nunquid ille sua auctoritate, cui obedire debent omnes, qui Christiano censentur nomine, non facile componet exortas omnes quæstiones & controuersias? Nunquid pro continuis bellorum tumultibus, quæ tu defensor pacis inducis, excitas, foues, tot in ecclesiastica domo principantes, nec sibi mutuo, nec vlli superiori subiectos constituens, non videremus in eadem vigere pulcherrimam pacis pulcritudinem? Et quæ est alia causa bellorum inter nos plusquam ciuilium, quibus Christiani fratres in viscera fratrum innocentum ferrum stringimus, nisi quia principes nostri infideles & inobsequentes filij? nisi quia a te, tuique similibus pestilentissimis consiliarijs seducti vestris persuasionibus eiusmodi pij patris ecclesiasticæ hierarchiæ præsidis, ipsos omni studio ad Christianam pacem exhortantis monitis, in totius Christianæ reipubli-

Refellitur a Pighio.

Demonstratur necessitas, vt pareant Reges Christi vicario.

Ob eorū contumaciam lapsus orbis Christianus.

alijs nostri Romani imperij subditis in Lombardia et Tuscia, vt eos in rebellionis praecipitet et caecitatis foueam, omne contrarium sicut exercuisse dignoscitur per se suosque procuratores, nuntios, & ambasciatores in nostræ maiestatis iniuriam & offensam, & impedimentum processus cæsarei facere procurauit, & fecit. Tractauit etiam, quod ciuitas Cremonæ, Parmæ, & Rhegij, quæ sub nostra obedientia existebant, contra nos & imperium rebellarent, inducendo tam communia ipsarum ciuitatum, quam subditos nostros prædictos ad rebellionem huiusmodi, & in eis ad id pollicendo auxilium, consilium, & fauorem; et nihilominus gentes dicti Roberti eius fultæ fauoribus, suæque nequitiæ conscij & ministri, ciuitatem Astensem & castra Valentiæ, casalis S. Euasij, & alias nonnullas ciuitates & castra prouinciæ Lombardiæ, quæ mandata nostra iurauerant, & nos in dominum recognouerant, & officiales nostros receperant & habebant, officialibus ipsis exinde violenter eiectis, nequiter occuparunt, & occupatas & occupata pro Roberto retinent.

Plures vrbes ad defectionē concitatæ.

14 *Suprascriptus denique* Robertus *Ioannem fratrem & stipendiarios Romam ea videlicet intentione transmisit, vt Vrbe, si posset, suæ proditioni dolose subiecta vel saltem turbata, in eius periculo nefandæ seditionis immissione dictæ coronationis impediret solemnia.* Nonnullisque interiectis, quibus ipsum iter ad basilicam Principis Apostolorum ad accipiendum imperiale insigne abrupisse queritur, & in procinctu ad omnia, quæ posset damna inferenda fuisse, ac seruata iudiciorum forma ipsi, vt flecteret ad officium, diem dixisse, refert; alias Roberti iniurias: *Ipse Robertus, dum in Vrbe prædicta causa prædictæ coronationis essemus, & dilectissimi nostri Pisani, qui inter cæteros nostros subditos fidelitatis ac operis sinceritate renitent, galeas & gentes Romam ad nostrum seruitium & honorem mitterent, galeas ipsas in nostræ maiestatis iniuriam inuadi, spoliari, & gentes prædictas capi & incarcerari & carcere detineri fecit, &c.* Subijcit, vt Robertus auxiliares copias Florentinis, in quos vt perduelles cæsareæ aquilæ motæ fuerant, submiserit, aliaque patrarit facinora: *In retardationem,* vt ait, *negotij terræ sanctæ, ad quod, teste Deo, qui omnia nouit, totis cordibus et affectibus anhelamus.* Sed dolo plena est hæc vox, cum potius iuncto cum Roberto fœdere, & pace Guelphis restituta sacram expeditionem Henricus promoturus fuisset. Exaggeratis demum Roberti iniurijs, hac eum sententia percellit.

Pisanorū triremes captæ.

Obiecta instaurandis rebus Syriacis obstacula.

15 *Vt culpa supplicium timeat, et virtus retributionem expectet, Roberti eligimus domare superbiā, et præsumptionem erectam conterere, ipsumq; a statu suo quantumcumque sublimi deponere, eum præmisso sit læsæ maiestatis crimine reus; vniuersis & singulis dignitatibus, quocumque titulo comprehensis, quibus se intitulat & decorat, auctoritatibus, honoribus, libertatibus, immunitatibus, & priuilegijs; prouincijs, comitatibus, ciuitatibus, castris, terris, villis, & alijs feudis, vassallis, bonis, rebus, iuribus, & iurisdictionibus vniuersis, tam perpetuis quam temporalibus, quos, quas, & quæ habet, tenet, & possidet, vel quasi, seu habuerunt & possederunt hactenus quomodolibet ipse vel sui prædecessores; priuamus eundem Robertum rebellem, proditorem, & hostem imperij, dictæque maiestatis crimine reum de toto prædicto imperio exbannimus & diffidamus ipsum, si quo tempore in nostram & imperij fortiam peruenerit, vita per capitis mutilationem priuandum, in his scriptis sententialiter condemnamus, &c. Actum Pisis in præsentia nostrorum principum & baronum, ac populi multitudinis copiosæ* VII. *kal. maij regni nostri anno quinto, imperij vero anno primo.*

Sententię in Robertū latę forma. Iudicat reum læsæ maiestatis.

Omnibus bonis & iuribus exuendū.

Proditorē & hostem imperij.

Capite truncandum.

16 Elatus [a] nimio in ferenda ea sententia acceptarum iniuriarum dolore Imperator, iustitiæ metas transgressus est: si enim ea ditione, quam imperij beneficio & auctoritate obtinebat, exuere potuit; nequibat tamen Siciliæ regno spoliare, aut ipsi obnoxios populos sacramenti religione exoluere: quippe Sicilia non imperij sed Apostolicæ sedis beneficio stipendiaria erat, Robertique iudex legitimus Pontifex; apud quem iudicium Regi intendendum foret; tum etiam quæ extra imperij fines commissa crimina obiecerat, non ab imperatoria sed Pontificia auctoritate essent plectenda, vt abunde illū arguit Clemens in Apostolico edicto [b], quo Henrici sententiam vt multis iniustam capitibus, ad pontificium ius, quod Henricus inuaserat, asserendum rescidit. Præcipuam nos huius edicti pontificij partem delibamus, ad historiæ veritatem illustrandam: *Regem extra districtum imperij, in regno scilicet Siciliæ, notorie ac continue tempore supradicto morantem, citare non potuit Imperator: nec citatio, si quam forsan intra imperij fines fecit, citatum extra imperium constitutum arctauit.*

Iniusta in nonnullis capitibus sententia fuit.

a Clem. l. Pastoralis de sent. et re iud. c.

Nos quoque, Regis ordinarius iudex, quod ad Imperatoris iudicium citaremus, vel citari aut remitti faceremus eundem, nequaquam fuimus requisiti. Immo licet ad nos & curiam nostram temporibus illis rumores frequenter de curia Imperatoris venirent, & iuxta eum etiam quidam ex fratribus nostris essent; prius tamen dictæ sententiæ promulgatio, quam aliquid de processibus antecedentibus ad audientiam nostram peruenit. Denique licet Rex ipse terras aliquas ab Imperatore tenere dicatur in feudum, non tamen in eis, sed in regno præfato domicilium suum fouebat; vnde Imperator in ipsius personam nullam ratione terrarum huiusmodi, nisi ex natura feudorum debitam, superioritatem habebat. Quod si punitio criminis, intra districtum imperij tam commissi, ad Imperatorem forsan pertinuisse asseratur, verum est quidem, si in eodem districtū fuisset inuentus delinquens, vel ad illum more remissus. Dicine ergo sententia meruit quæ a iudice, qui per Regem tute adiri non potuit, & in loco notorie, vt præfertur, non tuto in absentem, nec citatum legitime, ac inauditum, per consequens & indefensum non maturo fuit iudicio, sed præcipiti, & præsertim de tanto crimine, promulgata?

17 *Rursus non est silentio relinquendum, quod ipse Rex, noster & ecclesiæ* Romanæ *ratione regni prædicti notorie subditus, homoque ligius & vassallus, ac in eodem regno, non vt præmittitur, in imperio, certum & notorium suum habens domicilium, ac originem inde trahens, Imperatori eo modo non subfuit, quod in eum crimen læsæ maiestatis commiserit, quantumlibet omnia in sententia supradicta contenta veritatem indubiam continerent. Sicque nedum non iure, immo nec iuris colore tulit Imperator sententiam supradictam in Regem ex causa, quæ veritatis substantiam non habebat: propter quam etiam, quatenus in eo fuit, Regem eundem priuando regno & regia dignitate, ac terris etiam & alijs, & iurisdictionibus perpetuis & temporalibus, quæ sub eo nullatenus vel ab eo, sed a nobis & sub nobis tenebat; nec non procedendo contra Regem eundem ex illis, quæ per ipsius stipendiarios ac nonnullos Imperatoris eiusdem subiectos per malitiam & instigationem* Regis *ipsius contra eum*

Exauctorari regno nō potuit vectigalis ecclesiæ.

siones memoratus auctor his verbis narrat : *Carasanchor quoque Christianus fuit, diues valde & potens, qui dominabatur in contrata Antiochiæ & Semi, qui fratrem soldani interfecerat. Seraph per dictum soldanum claudum Euphratem transire, & cum thesauris suis ad Tartaros fugere coactus est, & induxit Carpendam, vt contra duo castra soldani super Euphratem sita veniret* MCCCXIII. *quorum vnum vocatur Cleracbembe, alterum Elyere: sunt autem ipsa castra in confinio Tartarorum vltra Euphratem: promiserat enim Carasanchor, de castellanis & habitatoribus castrorum confidens, quod cito & leuiter Tartaris traderetur; sed mutatis castellanis ac ceteris per soldanum, promissum implere non potuit: & fuisse dicitur in illo exercitu vltra mille millia bestiarum cabalinarum. Post mensem autem obsidionis propter defectum herbatici, & quia morbus, vulgariter dictus pedana, equos inuaserat; quia etiam soldanus cum magno exercitu in Damasco * venerat, habita deliberatione Carpendas ad deducendum æstiuum tempus ad contratam Baldacensem transiit, misitque ad fratrem suum Henregi, qui sua concessione in Turchia dominabatur, veniebatque eius iussu contra soldanum, vt rediret & ipse.* Hæc iisdem verbis repetit Sanutus a, notatque sultanum illum, quem euertisse Ptolemaidem, & Latinos Syria pepulisse vidimus, a Carasanchor Christiano trucidatum fuisse. Tum superioribus addit hæc verba: *Ex his omnibus liquet aperte, quam debilitata sit Aegyptii soldani potentia, quam apta tempora populo Christiano ad faciendam vindictam in nationibus, & increpationes in populis sceleratis.* Non minus catholicos intestinæ dissensiones in occidente orienteque implicuerunt, ad quas sedandas studium collocatum est.

Carasanchor Christianus.

Carpendā Persiæ Regem in Soldanū concitat.

Ingens Tartaror. exercitus.

* Damascum

a Sanut. l. 3. pag. 13. c. 11.

10 In oriente quidē Genuenses, vt iniusti doloris vlciscendi causa paucis ante annis Rhodū concitato in eam Madachia Saracenorū principe, in discrimen coniecerant; ita modo ex nimia vindictę auiditate inuadendę Cypro non sine rei Christianę damno imminebant. Ad quod bellū sopiendum Pontifex Genuenses hortatus b est, vt concordiæ conciliandæ faciles se exhiberent. Inde vero discordiæ causa eruperat: dum in Armenia Henricus Rex Cypri in vinculis tenebatur, excitata Famagustæ seditione, in qua multus vtrinque sanguis fusus est, Genuenses exasperati, quod Amalricus Tyri dominus, qui tunc regni habenas moderabatur, in Famagustanos ciues, vindictam exposcentibus Genuensibus, non animaduertisset, cum ipsi Genuenses seditioni causam dedissent, eo extincto, suos ad Cypri Regem vinculis solutum oratores vindictæ apud eum in Famagustanos persequendæ causa misere: quibus ardentius instantibus cum responsum esset ab Rege, ex legum æquitate factum iri satis; ac negantibus Famagustanis obiecta a Genuensibus crimina, immo opponentibus, aliquos e ciuibus ab ipsis cæsos; respondit oratoribus Rex, vt ipsi Genuenses, qui in ea causa criminis labe erant aspersi, plecterent; se vicissim in reos Famagustanos legum seueritatem exerturum. Ad quæ oratores cum dicerent, ad expetendam tantum vltionem, non ad damnandos suos venisse; Cypri Rex in Famagustanos inquirere supersedit.

Genuenses Cypro bellum inferre parant.

b Lib 8 ep. com 297.

Leuis illi⁹ occasio.

Iniusta Genuensiū causa.

10 Mox Genuenses suos e Cypro exciuere, promulgauereque impune Cyprios lædi posse. Quam aucupati occasionem nonnulli, cum fingerent oratores ad Regem deuehere in triremibus improuiso impetu Paphensem ciuitatem, nihil hostile metuentem, vastarunt: necdum satiata ira, classem validam ad inuadendam Cyprum instruxere: cuius bellici apparatus fama permotus Pontifex, vt rei Christianæ periclitanti consuleret, Henricum Romanorum Imperatorem precibus vrsit, datis IV. kal. maii literis a, vt Genuenses a suscepto consilio abduceret. Eodemque pene exemplo ad Genuenses magistratus scripsit b, vt bello abstinerent, in eaque re studium & amorem, quo in Romanam ecclesiam erant affecti, explicarent.

Paphos ab ipsis vastatur.

a Post ep. 29.

b Ibid.

11 Comparabant c se alteri, non minus rerum orientalium instaurationi pernicioso atque exitiali bello Henricus Imperator ac Genuenses ipsius partes aduersus Florentinos & Robertum Siciliæ Regem secuti. Hæserat nimirum alte acceptæ ab iis iniuriæ dolor, qui superiori anno imperialem eius consecrationem disturbare nisi essent, compluresque in ipsum ad defectionem concitassent. In quos antequam armorum omnem molem conuerteret, legibus agere constituit: ac post leuiora in Florentina ditione confecta prælia Pisas nono martii die reuersus Florentinos, lege maiestatis postulatos, grauioribus pœnis affecit d. Intendit etiam Roberto Siciliæ Regi iudicium, ac non comparentem, vt imperii proditorem lege maiestatis damnauit, & Prouinciæ comitatu & Siciliæ regno deturbandum pronuntiauit. Extat e latæ in eum sententiæ formula apud Albertinum Mussatum, Albericum f Rosatum, & Rebdorfium g in qua hæc ei vertit crimini, vbi ipsum augustali beneficio amplissimas terras obtinere est præfatus.

Henricus Imp. bellū in Florentin. & Rob. Regem meditatur.

c Io. Vill. 9. c. 48. et seq. Ant. 3. p. tit. 21. c. 2. §. 8.

Illius causæ.

Iudicio agit in Florentinos.

d Io. Vill. l. 9 c. 48.

Damnat lege maiestatis Robertum.

e Apud Albert. Muss. l. 13 c. 3.

f Albert. e Ros. in l. Quisquis c. ad leg. iul. maiest.

g Rebdor. in annal.

12 *Ipse*, inquit, *inter ceteros sua malignitatis conatus, licet antequam imperialis coronationis causa proficisceremur ad Vrbem, per suas literas speciales pluries culmini nostro scripsisset, quod ipse (sicut ex causa prædicta debebat, & nos, qui nec opere, nec verbo grauauimus, nec grauare, sed potius gratiose tractare intendebamus eundem, ex puritate conscientiæ credebamus) ad exhibendam nobis debitam reuerentiam & honorem tam in dicta coronatione quam alibi intendebat, & ad id pro viribus se parabat.* Secutus quidem Robertus initio egregia Clementis in Henricum studia, cum illum Pontifici futurum addictissimum putaret ingredienti Italiam fauit, illius amicitiam affinitatemque, interprete etiam Pontifice, exoptauit h; misitque Genuam oratorem, qui Cæsari Prouinciæ, Pedemontii, Folkaquerii que comitatus regio nomine acceptos ritu solemni referret. Sed cum Henricus eos comitatus beneficiarios asserere Roberto negasset i Genuæ, pollicitus Romæ illorum iura donaturum, petitam affinitatem respueret, Astam iuris Pedemontani comitatus, qua Gibellinæ factionis opera erat potitus, non restitueret, euerteret l Guelphos Roberti socios, & cum eius hostibus coitiones iniret; suspicatus est Henricum versare dolos simulato pectore, & aucta confirmataque ex Imperiali inunctione potentia, controuersa vetera imperialia iura, tot disceptata bellis, ab ipso repetiturum. Dolens itaque non prohibuisse ipsum ingressa Italiæ, vt stantibus adhuc Turrianis potuerat, apertum bellum mouit, vt maiores progressus abrumperet, in quo gesta a Roberto narrat Henricus in suæ sententiæ ferie.

Obiecta eid. Regi scelera.

Fides violata.

h Cle. lit. ex arch. Ant. n. 345.

i Nauel. vol. 2. gen. 44.

l Alb. Muss. de gestis Henr. Io. Vill. l. 9. c. 9. 15.

13 *Confœderationes tamen, conspirationes, vniones, & ligas in offensam & impedimentum processus cæsarei vna cum Florentinis, Lucanis, Senensibus, & alys*

Coitiones cum rebellibus init.

magnifica futuris seculis excelsis attollenda præconijs demandabit.

5 Ad personam itaque tuam, quam dicto Regi gratam credimus ac acceptam, nostræ mentis oculos dirigentes, illam cuius nobis sunt notæ virtutes, quamue in magnis & arduis dicta sedes diuersis vicibus est experta, & de cuius operibus virtuosis fructus vtiles prouenisse conspicimus; ad imponendum eiusdem viuificæ crucis signum Regi, filijs, fratribus, baronibus, & militibus supradictis; necnon & quibuslibet alijs tam de dicto regno, quam ad illud venientibus vndecumque, signum recipere volentibus supradictum, & alias ad ipsius prædicationis officium in regno prædicto, quæ tibi præsentium auctoritate committimus; de fratrum nostrorum consilio duximus eligendum, in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus impositum huiusmodi tibi onus deuote suscipiens, & personaliter ad regnum te conferens supradictum, & in his iuxta datam tibi a Deo prudentiam procedens efficaciter & prudenter illa per te, & alios quos ad hoc idoneos esse putaueris; præsertim archiepiscopos & episcopos dicti regni, qui quidem archiepiscopi & episcopi etiam alijs, dum tamen idoneis, hæc committere valeant; exequi studeas diligenter, &c. *Datum Auinioni IV. idus februarij anno octauo.*

Legatus symbolũ crucis su. sceptris sacram mi hiam cõferre iuss.

6 Gessisse strenue impositum munus Nicolaum Cardinalem, ex Bernardo a constat, qui rem gestam describit, vbi præmisit, Ludouicum Regem Nauarræ vna cum fratribus postea Regibus, ac proceribus quadringentis a Philippo cingulo equestri donatos: ad quam celebrandam pompam, assentiente Romano Pontifice, sacramenti coram patribus Viennensis concilij de cruce non integro euoluendo anno induenda nuncupati, diem prorogatam vidimus: *Anno Domini*, auctoris verba refero, *millesimo trecentesimo decimotertio in festo pentecostes, qui fuit III. non. iunij præfatus Rex Philippus tenuit Parisius curiam valde magnam comitum & baronum & militum regni sui, in qua interfuit Rex Angliæ Eduardus gener eius cum coniuge sua Isabel a filia eiusdem Regis Philippi: in quo festo idem Philippus Rex Ludouicum filium suum primogenitum Regem Nauarræ, ac alios duos filios suos Philippum & Carolum accingit baltheo militari; fueruntque in dicto festo facto noui milites quadringenti, sicut fuit communiter diuulgatum. Item in eadem hebdomada tres præfati Reges videlicet Philippus Franciæ, Eduardus Angliæ, Ludouicus Nauarræ, cum præfatis duobus filijs Regis Franciæ Philippo & Carolo, ac etiam cum duobus fratribus præfati Regis, videlicet Carolo comite Valesij & Ludouico comitte Ebroicensi, crucem suscipiunt transmarinam cum multis alijs nobilibus regni Franciæ de manu domini Nicolai tit. S. Eusebij presbyteri Cardinalis, qui pro prædicanda cruce, & promouendo negotio passagij transmarini per Clementem Papam V. ad regnum Franciæ fuerat destinatus: cœpitque exinde crux pro dicto passagio in regno Franciæ publice prædicari.*

a Ber. cur. Reg. Fran.

Solemnis Regum conuentus.

Legatus Card. eos pluresque alios principes cruce in Sac. confi. gnat.

7 Consentiunt his, quæ a Bernardo dicta sunt de tribus Regibus cruce insignitis, apostolicæ literæ b. Verum vt procliuior ad malum natura sanctissima quæque ad improbum vsum detorquet, plerique nobiles viri præsertim in Romani imperij locis, dum sacræ expeditionis apparatus fragore omnia infremebant, ac militari ardore calebant animi, ludicris certaminibus, quasi in hostem proludere discerent, se dediderunt; ac cum in huiusmodi hastiludijs crebræ cædes patrari consueuissent, atque inani vestium luxu opes, melius in comparando milite ac armis conflandis collocandæ absumerentur, Pontifex edito apostolico diplomate huiusmodi solemnia hastiludia, torneamenta vulgo dicta, vetuit & censurarum religionem ijs omnibus, qui se ijs quouis modo implicuissent, incussit. a

b Lib. 8. ep. cur. 112. & 118.

Viri nobiles addicti hastiludijs.

Secuta inde mala. ingentia.

a Eod. lib. post ep. cur. 125.

8 *Clemens, &c.* per Alamaniæ, Franciæ, Angliæ regna, Burgundiam imperialem, ac comitatum prouinciæ diœcesim Lugdunensem, pro ea parte, quæ de regno Franciæ non exiuit; nec non & Arelatensem, Viennensem, Bisuntinam, Aquensem, & Tarantasiensem ciuitates & diœceses ac prouincias, & contigua, circumuicina, & adiacentia partes, terras, & loca constitutis, in quibus vel aliquibus eorundem frequenter torneamentorum, & iustarum prædictorum consueuit vsus haberi; cuiuscumque conditionis, status, vel præeminentiæ fuerint, auctoritate apostolica districte præcipimus, & inhibemus expresse, ne torneamenta seu iustas huiusmodi in dictis regnis, ciuitatibus, diœcesibus, prouincijs, partibus, terris, & locis de cætero facere vel exercere præsumant, &c.] Fulminat in eos anathema, qui ad hastiludia descenderint, vel congressuris arma, equos, aliaque huiusmodi præbuerint, aut ad ea spectacula confluxerint, ipsorumque terris sacrorum iustitium infligit: quæ vero ad ea ineunda fœdera promissaue, etiam sacramento sancita, fuerint, ea penitus dissoluit, conuellitque. *Dat. in prioratu de Grausello XVIII. kal. octobris anno VIII.*

Certamina ludicra actu-tis pœnæ obiectæ.

Transmisit idem diploma b Moguntino, Treuirensi, Coloniensique archiepiscopis, vt illud in Germania promulgari iuberent; tum Arnaldo episcopo Albanensi, atque alteri eiusdem nominis tit. S. Priscæ presbytero Cardinalibus Apostolicæ sedis nuntijs, vt in Anglia diuulgandum curarent: quod in cæteris pariter locis factum reuocari in dubium non potest. Legarat porro in Angliam eos Cardinales Pontifex vna cum Guillelmo Testa Cardinale, vt grauiores inter proceres discordias sopirent; qui cum a perduellibus mare traijcere prohiberentur, Pontifex ipsos ea instruxit auctoritate, vt acta publica in illos confecta tam in citerioribus quam vltramarinis locis promulgarent c, præterea pari potestate vtrobique imposito ipsis munere fungerentur d, imperarentque e religiosis viris, vt ab Anglia in terras citramarinas se conferrent. E quibus colligitur, Angliam ob perduellionem in Regem concitatam, atque iter apostolicis nuntijs interclusum ecclesiastico interdicto deuinctam fuisse. Suffectus vero est alteri Cardinalium Guillelmo Testæ Guillelmus e Baleno, cui denarij S. Petri in Anglia, Vvallia, Hibernia, ac Scotia colligendi prouincia data est f. Sed ad institutam orationem reuertamur.

b Reg. post eand. ep.

c Lib. 8. ep. cur. 37.

Angliæ legatos interdicto suppositæ.

d Ib. ep. 38

e Ep. 36.

f Ep. 28. 29 31.

9 Affulsisse tunc egregiam restituendæ Christiano cultui Syriæ spem, refert Iordanus g, cum Saracenos grauissima intestina bella attriuissent, in quorum medio ardore soldani Bibarsincher, Naboyseler, Merecendal, & Camelinus a soldano claudo extincti essent: Carasanchor vero, qui Christianis sacris initiatus, Antiochena ditione pulsus, Carbandam Regem Tartarorum, quem oratores ad Pontificem pro excitanda occidentalium in Palæstinam expeditione misisse vidimus, commouisset in Saracenos. Cuius belli conuersio-

g Iord. chr. M.S. Vat. signat. n. 1960.

Saraceni intestino bello distracti.

Ea in diuinæ exemplum iustitiæ versa est.

Rapti ad supplicium diuum hominumque fidem testati se innocentes mori, quoniam regiæ aures obturatæ essent, ad Deum æquissimum iudicem prouocare, Regique diem dicere ex eo die trigesimum. Eæ voces in præsenti pro vanis habitæ, casu fortasse esto, at mirabili certe euentu confirmatæ sunt.

Rex nulla periculi cura Alcaudetem in castra abijt: ibi morbo tentatus grauissimo Giennium sese retulit, quo tēpore de oppido dedendo a Mauris mentio erat illata. Vis morbi indies augebatur. Rex curis grauioribus impari valetudine, lætus tamen nuncio oppidi capti, nouæ irruptionis faciendæ consilia explicabat: cum die iouis septimo idus septembris a prandio somno se dans, in strato exanimatus repertus est. Obijt in ipso ætatis flore annos natus quatuor & viginti, menses nouem, in maximo cursu rerum suarum. Regnauit annis decem & septem, quatuor mensibus, diebus decem & nouem. Cibi & potus intemperantia exitio fuit: alij diuini Numinis vim interpretabantur, quod a cæde patrata magno omnium miraculo diem trigesimum præcise numerarent, vnde inter Castellæ Reges Ferdinandus in ius vocatus nuncupari cœpit. Proclamatus est ab obitu Ferdinandi Alfonsus [a] illius filius, in cunis adhuc vagiens, Castellæ Rex: ob cuius imbecillem ætatem ciuilibus dissidijs regnum fluctuauit.

Quot annis Ferdinandus regnarit vixeritue.

Vnde dictus Ferdinandus in ius vocatus.

a Id. Mar. c. 12.

Alfonsus filius puer regnorū successor.

54 Auctum est, exeunte anno, Cardinalium collegium solemni tertia aliorum nouem adiectione x. kal. ianuarias, recurrentibus nimirum hybernæ tempestatis ieiunijs, a Clemente inita, quorum nomina percenset Bernardus [b]. Guillelmum nimirum e Mandagoto Aquensem archiepiscopum ad Prænestinam, Iacobum de Ossa episcopum Auinionensem Clementis in ponrificatu successorem futurum ad Portuensem, Arnaldum de Auxio e Pictauiensem præsulem ad Albanensem sedes traductos. Reliquij sex, quorum tres primi theologicæ scientiæ erant professores, Guillelmus Petri de Godino Baionensis ordinis Prædicatorij alumnus S. Cæciliæ, Vitalis e Furno Vazatensis Minorita S. Martini in montibus, Michael e Beco Normannus S. Quintini decanus S. Stephani in Cœlio monte, Berengarius Fredoli iunior episcopus Biterrensis, SS. Nerei & Achillei, Raymundus S. Seueri abbas S. Pudentianæ, Guillelmus Testa Condomiensis S. Cyriaci presbyterales titulos acceperunt.

b Ber. chr. Rom. Pont in Cle. V. Mart. Pol. l. 4. Fel. Cont. in elench. Cardd. in Cle. creatione 3 ex lib. oblig. Ciaccon. in eod. Clē e Ext. de eo Cle. lit. l. 8. ep. cur. 36. 38.

IESV CHRISTI
Annus 1313.

CLEMENTIS PP. V. annus 9. HENRICI IMP. OCCID. 5, ANDRONICI IMP. ORIEN. 30

1 Addixere d se, accepto solemni pompa crucis symbolo, religiosæ in Saracenos Asiaticos militiæ tres Reges anno a salute humani generis millesimo trecentesimo tertio, indictione vndecima; quorum exemplo, ac Romani Pontificis adhortationibus delibatus in ijs regnis equitum flos Syriacæ expeditioni se similiter deuouit e. Clemens vero, qui recuperandæ terræ sanctæ consilia in Viennensi synodo tanta religione ac patrum totius ecclesiæ communibus votis, indictis in eam rem sexennalibus decimis, suscepta explicare, atque ad selicem perducere exitum nitebatur, legauit ad promouendam Christi causam Nicolaum Farinulam tit. S. Eusebij presbyterum Cardinalem, datis hisce literis, quibus præcipua ad fideles commouendos argumenta a libauit.

d Clem. l. 8. ep. cur. 112. & 118.

Tres Reges crucis symbolū in Sarac. Asiaticos accipiūt.

e Bern. chr. Regum Franc.

a Lib. 8. ep. cur. 40.

2 *Clemens, &c.* Intolerabilibus, proh dolor! terra ipsa [de terra sancta loquitur] consumpta doloribus, in auribus populi Christiani clamat assidue, quod hereditas Domini speciosa dudum plena fidelibus, omnis pulchritudinis amisso decore, sola sedet sub vmbra mortis in tenebris, iacet ancillata canibus subdita barbaris, & tributaria Saracenis; omnibus paruis & magnis terræ prædictæ Christicolis, vt beatæ quæ non genuerunt steriles, & quæ non lactauerunt vbera dicerentur, hostili feritate crudeliter interemptis. Propterea magna sua est velut mare contritio, cum ventorum fragoribus agitatur. Heu præclara Saluatoris hereditas sacratissimi sanguinis profluuio consecrata, abominabilium gentium pedibus teritur, & alienarum subuertitur imperio nationum. Heu quod locus ille sanctissimus, vbi cæli Regem Virgo puerpera genuit, locus Redemptoris nostri cruore perfusus, locus vbi poni meruit sepulchri dominici fundamētum, & locus, quem resurgens Christus a mortuis suæ resurrectionis gloria multipliciter illustrauit, coinquinatur a filijs tenebrarum.

Quam indignū sit terrā sanctam sub infideliū seruitute lugere.

3 Hæc siquidem charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Francorum illustris Christianissimus princeps deuota meditatione considerans, & oculo clementis propitiationis aduertens, dictæque terræ pia mente compatiens calamitatibus & pressuris; & ad vlciscendum in illa nostri Redemptoris iniurias, vt misereretur illius regionis oppressæ, cuius miserendi tempus aduenisse speratur, eamque liberaret de manibus hostium fidei Christianæ regali magnanimitate consurgens; sponte se obtulit, nobisque promisit, salutiferæ crucis signo vna cum filijs & fratribus suis, ac baronum & militum Regni sui multitudine copiosa recepto, in terræ prædictæ subsidium, dirigente Domino, profectum; supplicans vt per aliquem de fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, propter hoc ad dictum regnum specialiter destinandum, sibi, filijs, fratribus, & baronibus ac militibus supradictis imponi signum huiusmodi faceremus. Super quo laudes Altissimo, qui hoc ei dignoscitur inspirasse, referimus, eiusque clementiam, vt huiusmodi desiderium suum pio prosequi fauore dignetur, suppliciter exoramus.

Zelum Philippi Regis bello sacro se deuouētis commendat Pont.

4 Exurgant igitur virtuoso dicti Regis exemplo in ipsius terræ subsidium viri ad bella doctissimi, prædicti Regis Franciæ bellatores, & Regem ipsum, præliatorem promptissimum Crucifixi, ad succurrendum terræ illius calamitosis desolationibus imitentur. Prodeant in publicum ipsius regni signa victricia, quæ anxio terra ipsa desiderio præstolatur, sperans ab exterminij sui lacrymosis liberari squaloribus, & ad serenæ tranquillitatis tempora, Deo miserante, reduci. Accingant se dicti regni viri fortes & strenui sub potenti manu Domini gladijs circa femur, & reddantur in bello Domini gloriosi, qui solent gloriosiores in prælijs probatæ virtutis exercitio reputari. Eidem quoque Regi, & inclytæ domui Franciæ, cui Dominus benedixit, huiusmodi felix victoria belli promittitur: hæc illis paratur ad gloriam & eis, sicut speratur, ad meritum reseruatur. Huius etenim pij operis fructus recolenda memoria, diuini dispensatione consilij eorum, vt creditur, laboribus reseruata, ipsorum gesta ma-

Exhortatio ad sequenda illius signa

Christianæ non verteretur, eius votis est obsecutus. a

a Lib.8 ep. com. 78.

Charissimo in Christo filio Philippo Regi Francorum illustri.

Licet in generali concilio, per nos Viennæ auctore domino celebrato Redemptoris tui intrinsecus tactus iniurijs, & accensus zelo deuotionis & fidei, in te, fili charissime, onus passagij in terræ sanctæ subsidium faciendi duxeris assumere, promittendo quod inde ad sex annos, a mense martij proximo inchoandos, iter versus terram ipsam arriperes, ipsum passagium incœpturus; & propterea infra annum, a secunda die mensis aprilis præteriti proximo computandum, assumeres viuificæ crucis signum; quia tamen in receptione crucis eiusdem, sicut accepimus, ob ipsius terræ subsidium latius præparandum, charissimum in Christo filium nostrum Ludouicum Regem Nauarræ illustrem aliosque liberos tuos, & nonnullos alios nobiles & potentes, qui vnà tecum intendunt ipsius crucis signum assumere, proponis militari cingulo decorare, aliaque adhibere solemnia, quæ circa festum pentecostes proximo futurum poterunt commodius ordinari; nos huiusmodi laudabile propositum tuum multipliciter in Domino commendantes, ac volentes illud adhibere remedium, per quod propositum ipsum plenius & felicius, dante Domino, duci valeat ad effectum; præsertim cum, etsi huiusmodi tempus recipiendæ crucis aliquantulum prorogetur, tempus tamen passagij inchoandi propterea non differtur; celsitudini tuæ ipsum tempus dictæ crucis dominicæ assumendæ vsque ad octo dies post dictum festum pentecostes proximo futurum tibi tenore præsentium auctoritate apostolica prorogamus. *Dat. Auin. XII. kal. ianuarij anno VIII.*

Annuit Clemens.

51 Ad sustinendos propterea sacri illius belli sumptus Pontifex in Viennensi synodo decimas sexennales, vt dictum fuit superius, indixerat: quarum exigendarum prouinciam in Gallijs Antissiodorensi episcopo, magistro Gaufrido e Plesseio pontificio notario, tum abbati monasterij sancti Dionysij prouinciam iniunxit b: vniuersisque archiepiscopis, episcopis, & reliquo clero Gallicano, vt pro recuperanda terra illa, Christi domini sanguine atque humanæ redemptionis mysterijs consecrata, alacriter vectigalium ecclesiasticorum conferrent partem, quæ ipsos tangeret, imperauit c. Exactæ etiam ab vniuerso catholico clero decimæ: quo argumento ad Coloniensem archiepiscopum & suffraganeos scripsit Clemens d: tum etiam prolixior antistitum in regesto pontificio catalogus e extat, ad quos de soluendis in omnibus regnis & prouincijs decimis data imperia. Et quidem Germanos principes, ac præcipue Henricum Imperatorem zelo sacro recuperandæ Syriæ exarsisse, ipse Augustus, seu vere seu ficte, contestatur in ea sententia f, quam aduersus Robertum Regem sequenti anno ob motum sibi bellum distrinxit; quem Syriæ eripiendæ e Saracenorum manibus consilia retardasse arguit: *In retardationem*, inquit, *negotij terræ sanctæ, ad quod Deo teste, qui omnia nouit, totis cordibus & affectibus anhelamus.*

Decimas pro conficiendo belli sacri apparatu iubet colligi. b Eod. l.8. ep. cd. 100. c Ib. ep. cd. 101. & apud Lo. ... l.5. ep. cur. 33. d Lib.8. ep. cur. 77. e Reg. post eand. ep. Conceperat Imp. obeundæ expeditionis Asiaticæ consilium. f Ext. apud Henr. Rebdorsan annal.

52 Hoc anno in Vngaria ciuiles turbas concitauit aduersas Carolum Regem Matthæus Palatinus, quem Gentilis Cardinalis A. S. L. ecclesiastico anathemate ob patrata in Deum, atque in maiestatem regiam & populum Vngaricum flagitia perculit: qua de re extat eiusdem edictum ex archiuo Auenionensi Romam delatum a gerente Auenionensem legationem Octauiano Aquauiua Cardinale. Porro de Matthæo hoc anno insignem diuinitus a Carolo Rege partam victoriam, refert Thurosius b, cum pius Rex exercitus sui milites sacra exhomologesi & Eucharistiæ sacramento muniri iussisset: nec euentu irrito, cum adeo atrox prælium ab irruptionis Tartaricæ tempore commissum non sit in Vngaria. Fusus itaque plurimus vtrinque cruor, & hostium duces in pugnæ ardore trucidati: Carolus Rex, cæso regio vexillifero, sub crucifero-rum signo pugnam conseruit, ac postremo quamuis plures e suis amiserit, victoria est potitus: *Quod factum*, inquit Thurosius, *a Deo esse credimus & fatemur*. Firmatum inde eius est Vngaricum solium: vt vero postea in Seruiam & finitima schismaticorum regna victorias protulerit, suo loco dicetur.

Petrus Palatin. in Reg. Vng. coniurat. Percussus anathemate. a Ann. 1594. b Thuros. chro. p.2. c.90 Bon. dec.2. l.9. Cruento prælio profligatur.

53 In Hispania Saraceni Alcaudetem oppidum Christianis eripuerant, qua iniuria lacessitus Ferdinandus Castellæ ac Legionis Rex, ingentium princeps animorum, communicatis cum Lusitaniæ & Aragoniæ Regibus delendi Maurici nominis consilijs, Petrum fratrem adulto vere præmisit, vt contractis copijs illud circumsideret, eoque post valido cinctus exercitu accurrit. Victi c sunt barbari, atque oppidum in Christianorum redactum potestatem. Pontificiæ extãt de eo bello literæ ad Toletanum archiepiscopum, quibus crucesignatos, qui Regem Ferdinandum anno integro contra Granatenses sequerentur, criminum venia donare iussit d: *Fraternitati*, inquit, *tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus contra huiusmodi Saracenos prædicti regni Granatæ in eiusdem Regis Castellæ subsidium per prouinciam tuam, infra dicti Regis dominium consistentem, per te ac alios tam sæculares quam regulares, quorumcumque ordinum fuerint, quos ad hoc idoneos esse noueris, per eandem prouinciam constitutos, proponas iuxta datam tibi a Deo prouidentiam verbum crucis, & venerabile signum crucis studeas incolis dictæ prouinciæ, illam recipere volentibus, elargiri, &c.* Addita sunt indulgentiarum præmia, propositaque ijs, qui triennio excurrente integro anno arma pro fide circumtulissent, militemue submisissent. *Dat. in prioratu de Grausello prope Malausan. Vasionensis diœcesis kal. augusti anno VII.*

Hispani Reges in Granat. bellum sacrum suscipiunt. c Io. Mariã de reb. Hispan. l.15. c.11. d Lib.7. ep. com 765. Toletan. arch. fide les ad symbolũ crucis in Sarac. accipiendum iussus incendere.

Affulserant ingentes excindendæ ex Hispanijs superstitionis Mahumeticæ spes Ferdinandi auspicijs felicibus. Sed dum maiora in hostem consilia Rex moliebatur, formidabili vt creditum est diuinæ iustitiæ exemplo, cum a duobus fratribus, quos iniuste e rupe præcipites deijci iusserat, ad trigesimum diem coram diuino tribunali in iudicium postulatus esset, dicta die repentina morte extinctus in lecto est repertus. Rem ex Mariana e referre placuit: *Caruaialij*, inquit, *fratres Petrus & Ioannes regio iussu comprehensi, e vinculis more gentis causam dixere. Cæsi ad Palentiam, cum regia noctu egrederetur, Benauidij viri primarij lege maiestatis postulati. Cædis auctor cognosci non poterat, suspicionibus multi exagitati: hi oppressi, neque iudicio conuicti, neque crimen fassi, quæ maxima iudiciorum labes est: de vicina rupe præcipites dari iussi. Rex intractabilis erat, cum recens iniuria prouocabat, neque infra regi valens: aulici, vt fit, viris nobilibus euertendis eius offensas acriter speculabantur.*

Sacrum bellum Ferdinandi Regis morte dissipatum. Alcandetes oppidum Castellæ restitutum. e Marian. sup. c.11.

in se belli molem viderent Florentini, crebrisque excursionibus vastari agrum, reipublicæ gubernacula ad quinquennium Roberto Siciliæ Regi detulere: at de eo anno sequenti. Iam ad Philippum ipsius fratrem Tarentinum principem, iustiore bello pro tuenda Christiana religione ac schismaticorum conatibus reprimendis occupatum in Græcia, sermonem conuertamus.

Robertus Rex a Florentinis reip. præficitur.

48 Adductam in summum discrimen in Græcia, ac maxime in Achaia a schismaticis rem catholicam deplorat Pontifex in literis, quibus Philippum Tarentinum principem ad eas prouincias ab imminenti periculo vindicandas accendit a. Certe adeo fidelium, qui hactenus post collapsum Constantinopolitanum Imperium in Græcia hæserant, fractæ res fuere, vt expauerit Pontifex, ne cogitata in Syriam expeditio disturbaretur; atque ex sexennalibus decimis in concilio Viennensi pro recuperanda terra sancta indictis triennales in Sicilia citeriori, Sardinia, Corsica, Creta, ac prouincijs Græciæ Latini iuris colligendas in Achaiæ ac fidelium finitimorum subsidium deriuarit b; quarum exigendarum prouinciam Arborensi c archiepiscopo in Sardinia, Neapolitano & Brundusino in Sicilia, pluribusque d episcopis demandauit: cuius decreti causam in literis datis ad Philippũ principem Tarentinũ, cui eæ decimę ad instruendas copias conferendæ erant, hisce verbis expressit e, vt scilicet catholici e schismaticorum conatibus vindicarentur, neue expeditio pro recuperanda Palæstina in barbaros comparanda, distrahentibus Latinorum vires Græcis, turbaretur.

In Græcia schismatici catholicos opprimunt.

a Lib. 7. ep. com. 131.

Clemens auxilia cõparat.

b Ib. ep. cd. 131.

c Ep. com. 132. & post eand. ep.

d Ep. 133. 134. 135. 136. 137.

e Ep. com. 131.

Parare meditatum Philippum principem Tarentinum ad ferendam Achaiæ Christi fidelibus opem duo equitum millia, quatuorq; millia peditum, ex literis pontificijs ad eum datis colligitur, quibus militiam religiosam accepto crucis symbolo professuris eo numero, prẹmia indulgentiarum conceduntur f.

Secuturis illius signa concessæ indulgentiæ.

f Ep. com. 251.

Dilecto filio nobili viro Philippo principi Tarentino.

Tuis supplicationibus inclinati, duobus millibus equitum, & quatuor millibus peditum vere pœnitentibus & confessis, quos tecum quandocumque, vsque ad triennium, in subsidium terræ sanctæ ad partes Romaniæ contra schismaticos illarum partium personaliter transfretantibus ad ecclesiæ Romanæ & tuum obsequium proficisci contigerit contra schismaticos antedictos, illam indulgentiam de gratia speciali concedimus, quæ transfretantibus in dictæ terræ sanctæ subsidium concedi per sedem Apostolicam consueuit, præsentibus post dictum triennium minime valituris. *Dat. Vienna non. maij anno septimo.*

Ornauit g eundem principem pluribus sacris beneficijs, atque hoc in primis, vt maiori ardore cum schismaticis bellum iniret: *Tibi, qui ad partes Romaniæ contra schismaticos partium earundem transfretare proponis, quod confessor tuus, cum campum ad congrediendum cum eisdem schismaticis bellum te intrare contigerit; & in mari etiam, vbi periculum imminet, te vere contritum & confessum a pœna & culpa absoluere valeat, auctoritate præsentium indulgemus. Dat. Vienna VI. non. maij. an.* VII. Denique ne eius pietati alendæ deesset, permisit, vt a media nocte ad horam nonam diuina coram se celebrari iubere posset. Adiecit h tamen, vt parcius ea potestate vteretur: *Prouiso quod parce huiusmodi concessione vtaris; quia cum in altaris officio immolatur noster dominus Dei filius Iesus Christus, qui candor est lucis æternæ, congruit hoc non in noctis tenebris fieri, sed in luce.*

Idem princeps beneficijs ornatur.

g Ep. 253.

h Ep. com. 254.

49 Auxit postea alio eundem principem insigni beneficio, dissolutis apostolica auctoritate nonnullis impedimentis, vt Caroli Valesiorum ducis & Catharinæ Imperatricis Constantinopolitanæ filiam, abneptemque Balduini secundi Imperatoris, ad quam hereditaria imperij iura spectabant, vxorem duceret: non leuis enim spes affulgebat, eundem principem, qui etiam ditionem amplam obtinebat, schismaticorum limiti contiguam, vxoris iura e schismaticorum erepturum manibus, Romanæque ecclesiæ terminos propagaturum; verum cum inita iam ante, dum mater Catharina Imperatrix Balduini filia in humanis erat, cum duce Burgundiæ sponsalia essent, Clemens Rothomagensi archiepiscopo & episcopo Constantiensi partes dedit, vt Carolo duce promissorum religione exoluto, ea sponsalia rescinderent, cuius decreti hanc causam addidit a.

Abneptẽ Balduini II. Imp. vxorem ducere: so lutis impedimentis, ipsi permisit.

a Lib. 8. ec com. 17.

Clemens, &c. vener. fratribus Ægidio arch. Rothomag. & Roberto episc. Constantiensi.

In apostolicæ mentis cogitatione reuoluimus, quod Constantinopolitanum imperium, in cuius eadem puella dictę Imperatrici hereditate succedere dicitur, a fide sanctæ matris ecclesiæ ac vnione fidei orthodoxæ diuisim, & in grauem superni Patris offensam ac Christianæ plebis iniuriam per prauum genus gentis schismaticæ occupatum diutius æstuauit; & quod non indigne speratur, quod eodem principe cum eadem puella matrimonialiter copulato, ipse factus proinde velut in suæ rei prosecutione solicitus negotium ipsius imperij de filiorum alienorum manibus liberandi assumet potentius, & tanquam vir probitate strenuus, fidei sinceritate conspicuus, de Christianissima quippe ortus prosapia; & illustribus natalibus procreatus, magnã quoque stipatus potentia viribus prosequetur; quodque idem princeps terram non modicam habet proximam imperio supradicto, &c. *Dat. Auen. 12. kal. ian. an. VIII.*

Emicabat inde spes aliqua recuperandi Constanti nop. imperij.

50 Vergebat interea b in exitium orientale Imperium, accepitq; hoc anno Andronicus Imperator grauissimam cladem a Turcis, qui cum ad prædas agendas in Chersonam irrupissent, atque a Græcis imperiali exercitu circumfusi essent, collectis ex desperatione animis, tanta ferocia impetum fecere, vt ipsum in turpem fugam verterint: potitique eius castris, inter cætera spolia imperialis ornamenta dignitatis repererint, quæ magno Græcorum dedecore barbari ludibrio habuerunt.

b Niceph. Greg. l. 7.

Andronicus a Turcis in Chersona profligatus. Ornamẽta imperij alia ludibrio barbaris fuere.

Meditabatur eodẽ tẽpore in Syros & Ægyptios Saracenos expeditionem Philippus alter Francorũ Rex. Iam ille, vt dictum est, coram Viennensis concilij patribus excurrente sexennio in Syriam copias traducturum pollicitus erat, atque a secunda mensis aprilis die intra euoluentis se vnius anni metas, accepto crucis symbolo, religiosam militiam professurum: sed cum eo consilio maiorẽ natu filium Ludouicum Regem Nauarræ, atq; alios filios & principes, qui pariter dandi sacræ illi militiæ nominis desiderio ardebant, cingulo militari solemni ritu donare cogitaret, ad rem maiori pompa perficiendam, crucis affigendæ sibi tempus prorogari aliquantulum a Clemente flagitauit: qui cum ea res fraudi rei Chri-

Philippus Rex accipiendi crucis symboli diem prorogari flagitat.

genda præscripta nuncupatum ab Henrici oratoribus sacramentum iubentur exigere, cuius etiam formulam inserit; additque oratores iureiurando pollicitos, illud ab Henrico iterum in ipsa imperatoriæ inunctionis pompa exhibitum iri: *Et cum Roma vel alibi*, verba sunt oratorum Henrici, *per vos in Imperatorem coronandus fuerit dominus noster Rex prædictus, dictum sacramentum & aliud fieri consuetum ad requisitionem vestram tempore coronationis personaliter renouabit.*

45 Huiusmodi porro sacramenti, vel alterius præstiti genus sponsionem fidei nuncupandum Imperator negare non potuit, dū ipse disertis verbis oratores suos, vt diximus, amplissimis mandatis ad id instruxerat, ac præstitam sponsionem Pontifex fidei sacramentum in ijs ad Cardinales literis, quæ adeo ipsum pupugere, appellat a; quod postea in edita constitutione comprobauit sanxitque his verbis: *Præfatis nuntijs sufficiens ad hoc ab eo, vt præmittitur*, ac iure sufficiens quidem, dū expressis verbis iuramenti fidelitatis præstandi, vt probatum est, auctoritatem contulerat, *mandatum habentibus secundum formam in decretis, quæ incipit, Tibi domino, comprehensam fidelitatis recepimus iuramentum. Postque idem Henricus consecrationis & coronationis suæ tempore aliud eisdem Cardinalibus, quos ad impendendum sibi huiusmodi consecrationis & coronationis insignia miseramus ad Vrbem, illud nostro nomine recipientibus, iuramentum præstitit corporale, quod in libro pontificali, Romano præstandum Pontifici per Imperatorem coronationis suæ tempore, continetur; cuius tenor dignoscitur esse talis: Ego Henricus Romanorum Rex, annuente Domino, futurus Imperator, promitto, spondeo, & polliceor, atque iuro coram Deo & beato Petro, me de cætero protectorem, procuratorem, & defensorem fore summi Pontificis & huius sanctæ Romanæ ecclesiæ in omnibus necessitatibus & vtilitatibus suis, custodiendo & conseruando possessiones, honores, & iura eius, quantum diuino suffultus adiutorio fuero, secundum scire et posse meum, recta & pura fide. Sic me Deus adiuuet et hæc sancta Dei euangelia.*

a Clem. Romani de iur.iur. Clemens id diplomate promulgat.

Sacramēti præstiti formula.

46 *Cæterum quin iuramenta huiusmodi fidelitatis existant, a retro Romanis Principibus, non fuit hactenus hæsitatum: immo tam quondam Albertus Rex Romanorum immediatus prædecessor memorati Henrici Bonifacio Papæ VIII. prædecessori nostro tempore approbationis eiusdem Alberti, quam Rodulphus pater ipsius, & alij prædecessores eiusdem Romanorum Reges diuersis nostris prædecessoribus iuramentum fidelitatis & obedientiæ præstiterunt: idemque Bonifacius memoratum Albertum, iuramento huiusmodi ab eo recepto, de fratrum suorum consilio, præsente prælatorum & aliorum multitudine copiosa, auctoritate apostolica recepit in specialem suum filium & ecclesiæ memoratæ, ipsumque in Regem Romanorum assumpsit in Imperatorem postmodum promouendum.*

Exempla de prædecessoribus Regibus Roman.

47 At Henricum ita ira & vindictæ auiditas commouerant, vt parum sacramentorum, quibus se deuinxerat, religionem curaret; ac Pontificis, restinguere satagentis exorientem flammam, ne in incendium excresceret, paterna monita & Cardinalium preces respueret; Neapolitanumque regnum, immo totius Italiæ imperium sibi subijcere moliretur. Nec leuibus aduersis rebus pressus est post accepta augustalia ornamenta, nam & Anibaldus & Ioannes Sabellus lapsi e custodia ad finitima Vrbi castra perfugere a, quibus præsidiarias Roberti Regis copias excepere, quæ multis excursionibus imperiali exercitui grauissima damna intulere; ita vt Henricus interclusis cōmeatibus, Roma XIII. kal. augusti abscedere & Tybur cōtendere sit coactus b. Quarto post die dux Bauariæ, Dalphinus Viennensis, & Vgo eius frater ex cæsareis castris cum quadringentis viris nobilibus domum repetiere. Extenuatus ita admodum est Henrici exercitus: cum contra ad Ioannem Roberti fratrem in Vrbe ex Tuscia, Apulia, & patrimonio maxime confluerent copiæ: adeo vt tria equitum millia, peditesque numerosissimos recenseret. Addit Mussatus c: *Iisdem diebus circa mensis iulij exitum ad legatum papales literæ allatæ sunt, vt sciret Vrbe Cæsar Robertusque Rex cum vniuersis abscedant copijs, quodque dispositis in pace rebus ipse Romam proficiscatur: hæcque præconijs vocibus in Vrbe & Tybure conclamata sunt.*

a Alb. Muss l.8.c.9. Henricus cinctus angustijs. b Cap.10.

c Cap. 11 Henrici Robertiq; copiæ iussæ vrbe excedere.

Arctatus extenuatusque Tybure omnibus copijs Cæsar, spe sublata potiundæ Vrbis, ad motus alios promptiori fortuna laxauit intentum, suadentibus agentibusq; Etruriæ primatibus, quos vetusta quærendorum visendorumue larium stimulabat anxietas, in amicas terras retrocedere constituit, subeunte ratione, si Tusciam prouinciam prosperiores largirentur euentus, ibi & sedem futuram Italiæ, tanquam in centro positam, accommodamque cæsareæ maiestati. Prouinciæ huius tanquam sortitam a re vocabulum Florentiam cæteris ciuitatibus ac colonijs ingenti magnitudine præstare constabat, veluti prouinciæ dictæ fastigium: huiusque subigendæ causæ suberant regium allicientes animum, nec deerant huiuscemodi aggrediendæ vicissitudinis promotores: Erant Gibolengæ partis vetustissimi imperium vtisignum cœleste colentes: erant Albi, genus hominum superstitionis nouæ, qui nati ex Guelphis eiusdem factionis ex ciuilibus dissidijs a suorum communione discesserant, vnitique Gibolengis ad omnia Guelphorum irritamenta perniciesque. Et infra: *Nec* d *Cæsarem fallebat, hac quæsita prouincia, Longobardis rebellandi facultatem non fore, multis suæ partis potiores vrbes constanter obtinentibus, sicque ab Tybere vsque in Alemanniæ ostia limen patere.*

In Etruriā moræ aquilæ.

d Id. Muss. l.9.c.1. Io. Vill. l.9.c.43. Ant 3. p.tit.21.c.2 §7.

Suscepto eo consilio Henricus, cum de Roberto Rege repetere vltionem non posset, Tybure digressus e, per Sabinos & Vmbros in Etruriam se contulit, ac Perusinum agrum, quamuis pontificiæ ditionis esset, euastauit f: *Demum*, inquit Albertinus Mussatus, *copias omnes in Aretium coniunxit, ibique tanquam sponsus in thalamum suum susceptus, exeunte congratulanteque omnium Gibolengorum frequentia, moras omnes sustulit, trepidantibus vicinarum vrbium vndecumque Guelphis: cœptoque illico auctoritatis imperatoriæ primordio, Robertum Apuliæ Regem in iudicium citandum iussit, emisso edicto in diem certam, mulctaq; indicta si sese contumacem reddiderit. Nec minus extemplo aquilas aureamque flammam explicans in Florentiæ fines processit, exustis ædibus, & singulis ad prædam concessis.* Subdit vt circa kal. septembris anni MCCCXII. potitus oppidis Vbarchi montis & S. Ioannis, Florentiæ obsessæ extremi discriminis terrorem incusserit. Describunt pluribus Mussatus g, Ioannes Villanus h, S. Antoninus, & alij varias Henrici ac Florentinorum expeditiones & prælia; tum Pisanorum a Megone Roberti Regis duce cladem acceptam: sed hæc perstrinxisse suffecerit. Cum porro versam
in

e Muss. vbi sup. Aretij magna pōpa exceptus Henr. Robertū in ius vocat. f Alb. Muss l.9.c.2.3.4.5.

g Io Vill. l.9.c.46. h Ant. 3. p.tit.21. c.2. §.6.

bisque super his omnibus & singulis, iuxta suam promissionem & obligationem, easdem prædictas literas quadruplicatas eiusdem imperialis maiestatis typario communitas, in eis tenore prædictarum literarum suarum inserto, concedat, illasque nobis per vos vel alterum vestrum transmittat.

Cum igitur de nostro & ecclesiæ ac sedis prædictorum honore tanquam ipsius ecclesiæ membra nobilia, sicut pro certo tenemus, credimus, & speramus, vos attentior & continua cura solicitet, nosque in his & alijs, quæ ipsius ecclesiæ contingunt honorem, in vobis cum securitate plenissima quiescamus; volumus, & discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum ratificationem, confirmationem, recognitionem, ac iuramentum prædicta, & prædicta omnia & singula a Rege prædicto (quem super præmissis & quolibet eorundem requirimus per præsentes, & etiam exhortamur in Filio Dei Patris) post susceptum prædictum diadema imperij ab eodem, & quadruplicatas literas, in eis tenore prædictarum literarum inserto imperialis maiestatis typario, vt prædicitur, communitas nobis per eum super prædictis omnibus concedendas, prudenter petere, requirere, recipere, & habere curetis, ipsasque nobis vos vel alter vestrum deferatis. Nos enim ratificationem, confirmationem, recognitionem, iuramentum, & prædicta omnia & singula petendi, requirendi, recipiendi, & habendi a Rege prædicto & omnia alia, quæ circa prædicta & quodlibet prædictorum agenda fuerint faciendi, gerendi, & exercendi, plenam vobis & cuilibet vestrum in solidum concedimus auctoritate præsentium facultatem.

Date de ijs post acceptũ augustale insigne literas.

43 Tenorem autem prædictarum literarum nobis super iuramento per eum in manibus dicti scholastici, vt præmittitur, præstito concessarum, vt de ipsis plenam certitudinem habeatis, & procedere valeatis cautius in præmissis, de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus, qui talis est: *Sanctissimo in Christo patri & domino suo domino Clementi sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici Henricus, Dei gratia, Romanorum Rex semper Augustus cum reuerentia debita deuota pedum oscula beatorum. Feruenti, &c. Dat. Lausanæ v. idus octobris anno domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo. Dat. in prioratu de Grauselio prope Malausanam Vasionensis diœces. x. kal. iulij pontificatus nostri anno sexto.* Volentes igitur vestris ex corde, prout tenebamur, obedire mandatis, ab eodem domino Imperatore post susceptum imperij diadema recepimus iuramentum, & alia fecimus & recepimus, quæ in prædictis sanctitatis vestræ literis continentur, prout in ipsius domini Imperatoris quadruplicatis literis imperialis maiestatis typario communitis, quas vestræ sanctitati concessit, vobis per nos vel nostrum alterum deferendas, videbitis plenarie contineri. In quorum omnium testimonium, has scribi literas per magistrum Ioannem de Hyuodio capellanum & notarium nostrum .. Sabinen. & sigillorum nostrorum fecimus appensione muniri. *Acta fuerunt prædicta in Vrbe apud S. Sabinam in palatio, quod inhabitabat ibi dictus dominus Imperator, anno domini millesimo trecentesimo duodecimo indictione decima die iouis VI. iulij pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini domini Clementis, diuina prouidentia, Papæ quinti anno septimo, præsentibus reuerend. in Christo patribus dominis Luca S. Mariæ in via lata diacono Cardinali, & Henrico episcopo Tridentino, dicti domini Imperatoris cancellario, ac magnificis viris Amadeo Sabaudiæ & Ioanne Forensi comitibus, ac Roberto de Flandria milite, &c.* Adiecta sunt alia testium & tabellariorum nomina, quæ breuitatis gratia prætermittimus. Cum his Henricus fecisse satis officio videretur, Clemens imperialis inunctionis solemnia, quæ non in basilica S. Petri, vt constitutum fuerat, sed Lateranensi, & ab inuitis ac renitentibus Cardinalibus celebrata fuerant, rata firmaque esse sanxit a.

Testes rei gestæ.

44 At Henricus pro eo beneficio ecclesiastica ditione Pontificẽ exuere molitus b est, vt dicetur inferius; peperitque sibi violata sanctissime promissorum religione exitium. Qui namque antea Pontificis gratiam pro adipiscendo firmandoque imperio studiose collegerat, ac non sine Christianæ demissionis gloria sacros Apostolicæ sedis apices veneratus fuerat; iam correpto augustali insigni elatus in superbiam nuncupatum sacramentum breui eiurauit, quasi inania tantum verba officij gratia fudisset, nulla vero religione, vt pareret Pontifici, animum deuinxisset. Cum enim Pontifex, sopiendi inter Henricum & Robertum exorti belli cupidus, literas Cardinalibus, qui adhuc Romæ pro adducenda inter ipsos concordia versabantur, transmisisset, in quibus præcipiebat, vt ambos monerent officij his verbis c: *Quod cum ipsi Reges, eiusdem ecclesiæ specialissimi filij, sibi iuramento fidelitatis & alias multipliciter essent adstricti, ipsius ecclesiæ debeant esse promptissimi defensores*; Henricus, qui iam imperialibus infulis redimitus fuerat, rogatus a Cardinalibus vt ad pontificias literas, quibus de concilianda cum Roberto pace agebatur, responderet; ægre ferens nuncupati ab eo in ijs sacramenti fidei editam mentionem, cum adducendæ concordiæ ratio posceret, vt familiariter ac secrete ageret; præceps iracundia, excitis multis tabellionibus, publicis tabulis consignari iussit, nemini sacramento fidei obstrictum se teneri, ipsumque latere, an vnquam vlli suorum prædecessorum Romanis Pontificibus fidem iureiurando obligassent. Sicque temere admodum præstita ante & post acceptum augustale insigne sacramenta obliuioni dedit. Sed cum illa in eum sensum detorqueret, vt fidei vel fidelitatis sacramenta appellanda negaret, præstat Henricum ipsum suis verbis arguere. Is enim a Germanis electoribus Rex pronuntiatus, cum ad Clementem oratores suos pro imperio & augustalibus insignibus obtinendis misisset, in literis ad Pontificem ea de re datis hæc d professus est.

a Alb. Muss. l. 11. c. 6.
b Eod. lib. c. 8.

Secuta Henrici insignis perfidia.

Cardinales Henrico & Roberto cõciliandis incũbunt.
c Clem. Romani de iureiurando.

Clemens virumque sacramenti fidei ecclesiæ addicti moneri iubet

Henr. negat fidei sacramento Romanis Pont. deuinciri.

Concedimus eisdem, verba sunt Henrici, *generalem & liberam potestatem, ac speciale mandatum*. Et infra: SEV PRAESTANDI IN ANIMAM, ET SVPER ANIMAM NOSTRAM DEBITAE VOBIS ET SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE FIDELITATIS ET CVIVSLIBET ALTERIVS GENERIS IVRAMENTVM. Eos vero oratores huiusmodi fidelitatis iuramentum, vt ipse Henricus sui parum memor vocat, præstitisse Romano Pontifici; ex instrumento ea de re confecto iam ante suo loco e allato constat: quod renouatum postea, antequam a Cardinalibus imperiali consecratione liniretur, ex pontificijs literis f exploratum est, in quibus inter cætera in celebritate peragen-

Suis verbis arguitur.
d Lib. priu. Rom. eccl. to. 3. pag. 81. ext. in M. S. Vail. sig. lit. E. n. 12 pag. 47 atq; ext. Ann. Chr. 1309 n. 10. & seq.
e An. Chr 1309. n. 12
Probatur ex rei gestæ serie.
f Lib. 6. ep. com. 754. ann. Chr. 1311.

nitarum sigillo continet seriose promittentes, nosque firmiter obligantes cum omni efficacia, & effectu, quod post imperialis diadematis a nobis coronationem susceptam omnia in iuramento & literis contenta prædictis ratificaremus, confirmaremus, recognosceremus, faceremus, seruaremus, atque iuraremus, & de his omnibus infra octo dies post coronationem huiusmodi ad perpetuam rei memoriam, ac vestram & successorum vestrorum, & ecclesiæ ac sedis prædictorum securitatem atque cautelam vobis patentes quadruplicatas imperialis maiestatis typario communitas concedimus literas huiusmodi literarum vestrarum seriem continentes, quæ talis est: *Sanctissimo in Christo patri & domino suo domino Clementi sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici Henricus, Dei gratia, Romanorum Rex semper Augustus cum reuerentia debita pedum oscula beatorum. Feruenti desiderio cupientes, &c.*

Concepta iurat de religione ac iuribus Rom. ecclesiæ defendendis a An. Chr 1310. n. 3. & seq.

[Adducit literarum ijsdem verbis conceptarum seriem, quarum formam ipsi Pontifex præscripserat, cum imperialia insignia ab Apostolica sede deposceret, quas iam ante suo loco attulimus a; ac sacramenti ab eo nuncupandi formulam, ex qua fidem regiam ad religionem Christianam tuendam, excindendas hæreses, schismata tollenda, nulla cum schismaticis aut Saracenis fœdera ineunda, seruanda Romanæ ecclesiæ iura, concessa illi a maioribus Constantino, Carolo, Henrico, Othone, Friderico, Rodulpho priuilegia confirmanda, ecclesiasticam ditionem, cuius prouincias ac vrbes præcipuas enumerat, nunquam inuadendam; sed potius ab hostium vindicandam conatibus Lausanæ duobus iam ante annis, cum Italiam ingredi pararet, deuinxerat; ac spoponderat, etiam post susceptum diadema imperiale eodem sacramento se obligaturum, atque excurrente ab ea celebritate octo dierum spatio imperialem syngrapham, qua gesta ac promissa confirmaret, traditurum. Quibus expositis addit.]

Quibus verbis ad ea fidem sacramento obstrinxerit.

41 Tanto itaque feruentius ad sanctitatem vestram, sanctam Romanam ecclesiam, & Apostolicam sedem zelo fidei & deuotionis accensi, quanto sumus amplius per susceptionem imperialis diadematis diuinæ gratiæ munere sublimati; iuramento & literis contenta prædictis ratificamus, confirmamus, & recognoscimus, & ea seruabimus & etiam faciemus; ac prædicta omnia & singula inuiolabiliter obseruari facere, & nullo vnquam tempore contrauenire, de nouo iuramus ad sacrosancta Dei euangelia corporaliter, tacto libro in manibus venerabilium dominorum miseratione diuina Arnaldi Sabinensis Apostolicæ sedis legati & fratris Nicolai Ostiensis & Velletrensis episcoporum, nomine Romanæ ecclesiæ, sedis Apostolicæ, ac vestro, & mandato nostro specialiter recipientium: de qua receptione tam per nostras, quam ipsorum recipientium literas plene constat. Et ad prædictorum omnium perpetuam rei memoriam, & sanctæ Romanæ ecclesiæ ac sedis Apostolicæ & Romanorum Pontificum securitatem atque cautelam præsentes literas quadruplicatas, tenore prædictarum literarum nostrarum in eis inserto imperialis maiestatis typario communitas; iuxta promissionem & obligationem nostras prædictas sanctitati vestræ concessimus, & eas per eosdem venerabiles dominos Sabinensem & Ostiensem episcopos duximus transmittendas. *Dat. Romæ apud S. Sabinam II. nonas iulij anno Domini MCCCXII. regni nostri anno IV. imperij vero nostri anno I.*

42 Acceptis ijs imperialibus literis, quibus Henricus sacramenta post assertum illi a Clemente augustale ius nuncupata Lausanæ coram apostolico nuntio repetiuit, Cardinales legati, quibus munus erat demandatum, vt eas literas ab eodem principe exigerent, publica documenta conficienda curarunt, quibus testatum reliquere, Henricum pristino fidei sacramento ad tuendum dogma orthodoxum, asserenda Romanæ ecclesiæ iura, ditionem ecclesiasticam ac Siciliam non inuadendas se deuinxisse. Quas tabulas ad pontificem hisce contentas literis a transmisere.

Cardd. ad Clem. literæ de sacramentis ab Henr. præstitis. a Ext. in arce S. Angeli & l. priu. Rom. eccl. to. 1. pag. 311.

Sanctissimo in Christo patri & domino nostro domino Clementi, diuina prouidentia, sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, miseratione diuina Arnaldus Sabinensis Apostolicæ sedis legatus, & Nicolaus Ostiensis episcopi sedis eiusdem Apostolicæ nuncius deuota pedum oscula beatorum.

Dudum a sanctitate vestra recepimus literas in hac forma: *Clemens episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus Arnaldo Sabinensi legato & Nicolao Ostiensi episcopis Apostolicæ sedis nuncio salutem, & apostolicam benedictionem.* In humilitatis spiritu, quæ virtutum comprobatur origo, charissimus in Christo filius noster Henricus Rex Romanorum illustris, sicut matris ecclesiæ filius a Domino benedictus, deuotionis & fidei zelum nobis & ipsi ecclesiæ dudum offerens reuerenter iuramentum, quod tenor infra scriptarum literarum suo pendenti munitarum sigillo continet seriose, olim in manibus dilecti filij magistri Ioannis de Molano scholastici Tullensis capellani nostri de mandato per nos ei facto, nostro, ecclesiæ prædictæ, & Apostolicæ sedis nomine recipientis, per dictum Regem sacrosanctis euangelijs, sicut per easdem literas plene constat, tactis corporaliter, præstitit; promittens idem Rex, seque firmiter obligans cum omni efficacia & effectu, quod post imperialis diadematis ab ipso coronationem susceptam omnia in iuramento & literis contenta prædictis ratificaret, confirmaret, recognosceret, faceret, seruaret atque iuraret: & de his omnibus infra octo dies post coronationem huiusmodi ad perpetuam rei memoriam, ac nostram & successorum nostrorum & ecclesiæ ac sedis prædictarum securitatem atque cautelam, patentes quadruplicatas imperialis maiestatis typario communitas concederet literas, huiusmodi literarum suarum seriem continentes: propter quod præfatum Regem affectu paterno per alias nostras literas rogandum duximus & etiam exhortandum, vt regiæ deuotionis & fidei ac reuerentiæ feruorem huiusmodi cum suæ promotionis & exaltationis augmento præclara suæ celsitudinis gesta erga nos & perfaram ecclesiam creuisse demonstret; in manibus vestris vel alterius vestrum, quos ad ipsius Regis præsentiam duximus destinandos, quibusue & cuilibet vestrum in solidum iuramenti & aliorum prædictorum omnium & singulorum receptionem per præsentes literas committimus; post susceptum per ipsum Regem, vt præmittitur, ipsius imperij diadema in iuramento & literis contenta prædictis ratificet, confirmet, recognoscat, faciat, seruet, ac præstet de nouo simile iuramentum; nobis-

Quæ data fuerint Cardinalibus imperia.

Vt iussus Henr. fuerit, sacramenta antea nuncupata repetere.

perstites die festo beatorum Petri & Pauli Apostolorum, quem ad hoc, vt poteramus, virtute dictæ commissionis elegimus, in ecclesia S. Ioannis Lateranensis præsente archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, & aliorum prælatorum ecclesiasticorum ordinum Vrbis; ducumque, comitum, baronum, nobilium, ac Romani populi *innumerosa caterua, oleo sacro vncti fuimus, nec non imperiali diademate coronati, ac alijs debitis ac consuetis solemnijs insigniti, &c. Datum Romæ* IV. *kal. iulij regni nostri anno* IV. *imperij vero anno* I.

Die sacro Apostolorum Petri & Pauli perfecta celebritas

38 Qui porro in ea celebritate seruati ritus e literis ad Cardinales iam ante a nobis allatis a, quibus ij accuratius exprimuntur, & in Henrici literis insertis inferius colligitur; rum ex ijs quæ in XIII. annalium tomo occasione Othonis ab Innocentio III. veteri more imperiali inunctione delibuti e pontificijs commentarijs descripsimus b. Cum vero plura ante ac post imperialem inunctionem Henricus officia, quæ soli Christi vicario ob illius maiestatis fastigium exhiberi debent, præstare obstrictus esset, quæ in imperiali consecratione a Cardinalibus perfecta sunt prætermissa, Clemens, Romanæ ecclesiæ iuribus consulturus, literis ad Cardinales datis promulgarat c, ac publice erat contestatus, rem iurium pontificiorum fraudi nõ vertendam, quin cæteri Imperatores Romanis Pontificibus, cum ab ijs augustalibus insignijs ornarentur, obsequia & officia deferrent: quæ ex literis ijsdem hæc fuisse constat, nimirum vt Romanorum Rex ante desumptum imperiale insigne porta collina Romam ingressus Pontifici in gradibus basilicæ Principis Apostolorum consistenti aurum oblaturus, prouolutus in genua pedes deoscularetur; templumque ingressus post confessionem, vt ait, in altari B. Petri factam, (eam vero fuisse fidei Christianæ professionem, indicat M. S. Vaticanum d in quo illius formula edita ab Henrico & promulgata continetur) receptus ad osculum inter diaconos Cardinales Pontificis pectus oscularetur: interque missarum solemnia sacram Eucharistiam excepturus, osculum Pontificis ori porrigeret: peractisque imperialis consecrationis ritibus, templo egressus, dum assiliret in equum Christi vicarius, stapedem paludamento imperiali & diademate decorus teneret: tum arrepto equi freno, stratoris munus exhiberet.

a Ann. Christ. 1311. n. 7. vsq. ad 19

b To. ann. XIII. ann 1209. n. 18

c Lib. 6. ep. com. 754. & M. S. bibl. Vall. pag. 383.

Plures solemnes ritus ob Põtificis absentiam prætermissi.

d M. S. Vat bibl. sign. n. 3977.

Adiecerat etiam Cardinalibus prouinciam Clemens, quo Romanæ ecclesiæ iuribus caueret, vt Henricum ante & post accepta imperialia ornamenta adigerent, vt pontificio decreto & contestationi assentiretur, atque ab ipso diploma elicerent imperiale, quo huiusmodi inungendorum Imperatorum ritus & officia, quæ vicissim Christi vicario præstarent, continerentur.

Sancit Henricus eam rem futuris Pontif. damno non futuram.

39 Assensit iustis Pontificis & Cardinalium postulatis Henricus, vti vouerat, diuulgata eade re hac imperiali sanctione. d

d Ext. in arce S. Angeli & l. priu. Rom eccl. to. 3. pag. 14. & pag. 347. & inter coll. Plat. to. 1. pag. 357. & in M. S. bibl. Vall. sign. lit. B. n. 12 pag. 378.

Henricus, diuina fauente clementia, Romano*rum Imperator semper Augustus ad perpetuam rei memoriam.*

Cum sanctissimus in Christo pater dominus Clemens sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summus Pontifex reuerendis in Christo patribus dominis Arnaldo Sabinensi Apostolicæ sedis legato, Nicolao Ostiensi & Velletrensi episcopis, ac Lucæ S. Mariæ in via lata diacono Cardinali, nec non felicis recordationis Leonardo Albanensi episcopo & Francisco S. Luciæ diaconis Cardinalibus, qui postmodum ambo diem clauserunt extremum, per suas literas duxerit committendum, vt nos inungerent & imperiali diademate coronarent, cæteraque ipsius coronationis solemnia peragerent; idemque dominus Pontifex ex eo, quod multæ obseruantiæ, multaque solemnia, multæque reuerentiæ & honorificentiæ Romano Pontifici competentia propter sui absentiam omittebant, in eisdem fuerit protestatus literis, ac voluerit & apostolica auctoritate decreuerit, nullum ex hoc iuris vel facti Romanæ ecclesiæ, ac sibi suisque successoribus præiudicium generari, quin cum casus Regem Romanorum in Imperatorem coronandi occurrat, omnia exhibeantur & fiant per coronandos a Romanis Pontificibus, sicut in forma, quæ in archiuio ecclesiæ & pontificali ordinario continetur, in prædictis descripta literis, seriosius est expressum.

Antiqui ritus in coronationis põpa cõfirmati

Quarum quidem literarum de verbo ad verbum tenor dignoscitur esse talis: *Clemens episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus Arnaldo Sabinensi* A. S. L. *ac Leonardo Albanensi & Nicolao Ostiensi episcopis, ac dilectis filijs Francisco S. Luciæ in Silice & Lucæ S. Mariæ in via lata diaconis Cardinalibus nuncijs eiusdem sedis salutem. Rex Regum & dominus dominantium, &c.* [Allatæ sunt superius a nobis a ex Clementis literæ, quibus Cardinalibus inungendi Henrici Imperatoris data imperia, ac singuli ritus seruandi descripti. Prætermissis igitur ijs, quas repetere cum Imperatore superuacaneum foret, quæ ipse subijciat, afferamus.]

a An. Chr. 1311. n. 7. & seqq.

Nos igitur præfatus Henricus Romanorum Imperator, qui exaltationem Romanæ ecclesiæ vbilibet affectamus, & eiusdem iura & bonas consuetudines diminuere non intendimus, sed augere, prædictis protestationi & decreto tenore præsentium consentimus expresse, dantes & concedentes, ad ipsius Romanæ ecclesiæ & eiusdem domini summi Pontificis & successorum suorum conseruationem iuris atque cautelam, has nostras literas, consensum nostrum eiusdem protestationis ac decreti expressum continentes, imperialis bullæ aureæ robore communitas. *Dat. Laterani* III. *kal. iul. anno Domini* MCCCXII. *indictione* X. *post nostri susceptum imperij diadema, regni nostri anno* IV. *imperij vero nostri anno* I.

40 Vt animum præterea fidei religione exolueret, qua se antea obstrinxerat, cum ornamenta imperialia deposceret a Clemente, sacramenta olim præstita repetiuit, eorumque formam suis conceptam verbis, adeptis iam augustalibus insignibus, consignauit. b

Præstita olim ab oratorib' sacramẽta renouat.

b Ext. in arce S. Angeli & l. priu Rom eccl to. 2. pag. 241. & inter Coll. Plat. to. 1. pag. 353. & in MS. bibl. Vall. sign. lit. B. n. 12 pag. 420.

Sanctissimo in Christo patri & domino suo, domino Clementi, sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici Henricus, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator semper Augustus cum reuerentia debita deuota pedum oscula beatorum.

Dudum, antequam susciperemus Imperij diadema, in humilitatis spiritu, quæ virtutum comprobatur origo, sicut sanctæ matris ecclesiæ filius nostræ deuotionis ac fidei zelum vobis & ipsi ecclesiæ feruenti desiderio ostendere cupientes, in manibus discreti viri Ioannis de Molarijs ecclesiastici Tullensis, capellani vestri, de mandato per vos ei facto, vestro, ecclesiæ prædictæ, & sedis Apostolicæ nomine recipientis, sacrosanctis euangelijs corporaliter per nos tactis, præstitimus iuramentum, quod tenor literarum vestrarum super hoc confectarum nostro regio pendenti muni-

Ioannes de Sabello, & Thebaldus de Campoforis Regi Romanor. pariturosfese obtulere in omnem casum, & aduersus omnes, cognationis suæ singulis dūtaxat exceptis. Cæsar a *exceptiones has ægre admittens, potiusque eis turbatus, cuiusque assistentium in scriptis dicta redigi imperauit: dominum Stephanum suosque, obsidibus datis, abire concessit: ceteros deprehensos priuatim tenuit, Anibaldumque militiarum palatia, munitionesque ac turrim S. Marci & Colisæum, quorum possessor erat, reddere coegit. Iussit etiam inuito & reluctanti Ioanni de Sabello, vt subarras ad domos viciniamque suam firmet, quarum obstaculo Vrsinorum genti dempta sit migrandi ad capitolium, quod tunc ipsi tenebant, facultas, seu etiam & ad militias turrimque sancti.. et Colisæum, inde enim in eas fortalitias erat meatus; hocque volente Cæsare prorsus factum est circiter* XII. *kal. iunij*. Addit auctor eodem die ac proximo feliciter, cruente tamen, certatum a cæsareis ad Vrsinorum repagula.

a Cap. 4. Sabelli custodiæ addicti.

Asperrimum omnium prælium illud fuisse narrat Io. Villanus, a ac vigesima sexta die mensis maij commissum, in quo imperiales copiæ redacto in suam potestatem capitolio ad pontem Tyberis iungentem ripas, cui S. Angeli nomen est, duce episcopo Leodiensi excurrere, sed regiæ ac Florentinæ turmæ viarum compendijs tanto impetu a latere incurrere, vt cadaueribus cęsorum viæ constratæ sint, ac Leodiensis episcopus cum a victore abduceretur, a Catalano occisi fratris dolorem vlciscente interfectus.

a Io. Vill. l. 9. c. 42.

35 Perculsi eo sinistro certamine Henrici socij, plures eum deseruere: quocirca ipse ad maturandam in Lateranensi basilica imperialem inunctionem studia conuertit, vt subdit Mussatus b: *Decrescentes videns copias suas Cæsar, instinctu nobili in seipsum compressus, Deo immortali fortunaque repugnantibus, dum Vrbis potiundæ tempus necessitudoque non appetant, soli coronationi innitendum constituit, superos inferosq; fauores alias accepturus: bonum faustumque Deum in se propitium de corde non abijciens, sed euenturos successus mente vsquequaque coniectans. Summissis itaque qui ab Ioanne Robertifratre ac Vrsinis requirerent, vt concessa Principis Apostolorum basilica prærdinata per Papa sanctionem coronam acciperet; mitigatione aduersariorum nil voto consonum assecutus est, referentibus ijs in Roberti Regis hæc assensu consistere, expectatusque is assensus, frustra diuque præmissis & remissis ad Robertum Regem legatis, laicis ac clericis, nullatenus habitus est*. Et infra.

b Muss. l. 8. c. 7.

Petit Henricus aditum sibi dari ad basilicam S. Petri.

Repulsā patitur.

36 *Cæsar* c, *ijs pertentatis, proposito deficiens, Cardinales vt se apud Lateranum coronarent, sollicitauit: illis asserentibus, nefas esse a papali constitutione rescriptisque discedere, literarum contextum moremque longæuum allegantes; replicanteque Cæsare, necessitatem legem tollere, vimque facti vi sacrarum legum pellendam; per ipsum non deficere, ad Vrbem papali missione profectum, coronam accipere; veritati & æquitati obsequendum fore, nec dubiū Papam emologaturum etiam ex postfacto, si quid inhabilitatis in tanti consummatione negotij fuerit; Cardinalibus vero non assentientibus, Cæsar populum Romanum, manum illorum videlicet, qui suas partes fouebant, in concilium euocauit, has proponens facti angustias, quidque expediat consultans. Ex plebiscito itaque obtentum est, Cardinales Romani populi suasionibus precibusque coronam dare: sin autem, coercendos per tribunos populumque Romanum.*

c Cap. 8.

Vim afferre Cardinalibus, vt ei augustale in ligne tradant.

Reluctantibus itaque Cardinalibus, plebs commota est, in illos excandescens: iamque furore accenso, intra militias Cæsarem in priuato affati sunt; se ad Papam facti tenorem direxisse, responsumque speratum intra iulias kalendas præstolari: velit, in mansuetudine persistens, maiestatem Cæsaream sacrosanctæ ecclesiæ monitis institutisque obtemperare, obsequi, sic omnia prosperari. Circumspectus Cæsar, remisso animo, dictis acquieuit, contentione sedata dimissaque. Ac inter hos dies, impensis tanto exercitui deficientibus, ipsaque regia camera exhausta pecunijs, contributionem populo Romano decernit, edicto emisso. Plebs impatiens ad scandalum iam nullis alijs auctoribus concitabatur, eximantiusque illius contributionis edictum, Iudæis dumtaxat, qui trans & vltra Tyberim morabantur, obtemperantibus.

Dum igitur dies vigiliæ Principis Apostolorum instaret, summa luce de palatijs militiarū egrediens, multo cœtu in montem Auentinum concessit. Postquam autem illuxit sequens diei festum populo comitante ac principibus suarum partium Lateranum venit, missarumque solemnibus peractis, protestantibus Cardinalibus, scilicet legato & Luca de Flisco, non sua sponte, sed plebis Regisque impulsibus coactos parere, coronam auream capiti ei imposuere multis cleri populique applausibus, inclyto Imperatori Henrico semper Augusto vitam victoriamque conclamantibus vniuersis, in Auentinum ad parata conuiuia commensationesque cum nobilibus & plebe delatus est anno eodem domini Iesu Dei nostri duodecimo trecentesimo millesimo III. *kal. iul.*

De vi illata quorūtur publicæ Card.

Laterani illum ornamentis imperialibus induunt.

37 Consentiunt Mussato Bernardus a, Iordanus b, Ptolemæus Lucensis c, Rebdorfius d, qui Henricum se fidei sacramento Romanæ ecclesiæ addixisse obseruat: *Benedictionem*, inquit, *imperialem a quibusdam Cardinalibus de mandato domini Clementis Papæ V. adeptus, & iuramentum fidelitatis & obedientiæ tunc ecclesiæ præstitit*; quod a legatis Cardinalibus in publicas tabulas e relatum & a Clemente publico diplomate, cum id negasset Henricus, confirmatum visuri sumus. Spectarunt vero præcipuæ in illo imperialibus insignijs ornando partes ad Arnaldum Sabinensem episcopum, cum ob legationem adiunctam Pontificem repræsentaret, cui adeo diadematis imponendi munus datū vt ex allatis literis apostconstat. Iubebatur etiam Leonardus Albanensis episcopus gladium tradere Imperatori, sed hoc illi munus mors eripuit: ipsum enim & Franciscum S. Luciæ diaconum Cardinalem e viuis ereptos fuisse, Henricus Imp. in literis f ad Ioannem Vvaldsanensem abbatem datis docet his verbis.

a Bern. in l. de Rom. imp. M.S Vat. bibl. sig. n. 1043 b Iord. M. S Vat. sign n. 1960. c Ptol. Luc hist. eccl. M.S. l. 24. c. 40. d Rebdorf. in annal. e Clem. Romani de iur. iu. f Ext. apud Cens. Veter. in Henr. VII

Arnaldus Sabin. ep. præcipuis partibus functus.

Io. Vill. l. 9 c. 42. & alij.

Sanctissimum in Christo patrem dominum Clementem summum Pontificem requisiuimus, vt ad Vrbem accedens præfata solemnia nobis ibidem tradere dignaretur: qui cum ex certis causis iuxta nostrum immensum desiderium interesse nequiret, ne dicta coronatio ob sui absentiam impediri valeret, venerabilibus patribus dominis Arnaldo S. sedis Apostolicæ legato, Leonardo Albanensi, & Nicolao Ostiensi ac Vellitrensi episcopis, ac Francisco S. Luciæ, nec non Luca S. Mariæ in via lata diaconis Cardinalibus commisit in hac parte plenarie vices suas, cum clausula, vt si non omnes his exequendis interesse valerent, quatuor, tres, duo vel vnus eorum dictæ coronationi nostræ negotium expediret. Verum dictis Leonardo & Francisco de hac luce subtractis, per dictos dominos Cardinales super-

Henrici Imp. de sua coronatione literæ.

Plures etiam aduersarum partium studia secutas vrbes, narrat idem Mussatus a: *Astenses, inquit, ab Cæsare, pulso imperij vicario factione primatum Guelphorum, ad Regem Robertum, seu eius marescalcum, qui Albæ praerat, defecere. Diuisi igitur Longobardi partium accensi furoribus, quibus poterant bellorum studijs alternisque prælijs ferro & igne sibi populisque acerbe aduersabantur. Cæsaris quidem partes agebant Taurinum, Nouaria, Vercellæ, Philippo e Sabaudia principe Achaiæ, vicario Mediolani, Pergamum, Cumæ, Brixia, Verona, Vicentia, Mantua, Mutina, Laudum, Placentia. At contra in fidem partis Guelphæ, quam sanctæ ecclesiæ nuncupabant, Alba, Asta, Alexandria, Papia, Parma, Rhegium, Cremona, Padua, Taruisium.* In Etruria porro Guelphia factio Megone Roberti Regis præfecto amplioribus viribus fulta, coortaque in arma in agro Serezano aditus Henrico intercludere parabat, cum ille Genua classe instructa soluit b ac Pisas applicuit: deinde littoreas oras legendo Romam peruenit, cuius itinera atque in Vrbem ingressum præter Iordanum c, Ptolemæum d Lucensem, Ioannem Villanum e Albertinus Mussatus ita describit. f

(Margin: a Ibid. c. 5. — Vrbes Italicæ partim Henrico partim Roberto student. — b Lib. 5. c. 4. — c Iord. M.S. Vat. sig. n. 1960. — d Ptol. Luc. hist. eccl. M.S. l. 24. c. 40. — e Io. Vill. l. 9. c. 39. — f Muss. l. 8. c. 1. — Henrici in vrbem iter. — Vt in Vrbem sit inductus.)

33 *Summa spe allectus ex Romanorum factionibus, dies noctesque perambulans per Piombinum ac Maritimam, kalendarum maiarum die occidente sole Viterbium petijt, comiter a præfecto vrbis & Anguillariæ comite susceptus. Hunc Cardinales cum cæteris comitibus multa affecti celeritate, visque grauedine subsequebantur: vtque pontem, qui Molis dicitur, quem occupandum Ioannes Roberti Regis Apuliæ frater statuerat, quod & Cæsar ipse præsenserat, ipse praeoccuparet, iter noctu maturauit.* Et infra: *Sabbato autem sero nonas maias ibidem subsistens, in dominicam sequentem luce prima Romanorum cohortes Columnensibus pranijs cum multa plebis caterua, horum scilicet, qui imperij partes agebant, obuiam eum exaltationibus multis exiuere, clero multo concinente, per Columnensium patentes introitus induxere, inque papali palatio Lateranensi locauere.*

Potitus ea Vrbis parte Henricus, cum in aliam, in qua Basilica S. Petri assurgit, vbi augustali insigni ornandus & sacrandus erat Imperator permeare non posset, mollibus verbis hostes mulcere pertentasse, refert memoratus auctor g.

(Margin: g Ib. c. 2. — Henrici oratores ad Robertum. — Roberti ad Henricum responsum.)

Existens, inquit, in Roma Cæsar omnia tentare, antequam bellum cum Roberto Rege Apuliæ ineat, præmeditans sciscitauit, quanquam & ad ipsum Regem in Apuliam Ioannem Insliga, & religiosum vnum ex Prædicatorum ordine præmisisset, vt scilicet Cæsari ad coronam suscipiendam auxilium præstaret, neue contra attentaret, cum id in basilica principis Apostolorum Petri & Pauli fieri, & antiquus mos & apostolicæ literæ contineant, ac præfigant: perquirisque ac expeti ad hoc fecit Vrsinorum principes altæ prosapiæ. Ad quæ Cæsaris internuntij, nil obtentum, cum diu percunctati fuissent, retulere: hæc præter, vt omnia in so ius Regis Roberti voluntate consistant, illius hoc esse iudicium, huius velle huiusque nolle: ipsum adeant; nihil ad hos attinere de perquisitis. Et infra: *Transmissi legati Cæsaris ad Regem Robertum in Apuliam cum responsis ad Ioannem & Vrsinos rediere. quæ ad Cæsarem relata sunt, quod videlicet Tuscis fidelibus ac Longobardis dilectissimis defecturum se non decreuerat, poscentibus in se suosque prædecessores obsequijs meritisque, ac assentiente emologanteque Philippo Francorum Rege, assensuque apostolico sponsalia forsan has mitigarent sedarentque controuersias in Italia verisimiliter euenturas, tradita Cæsaris filia primogenito Roberti prædicti, eodemque genero in Lombardiam & Tusciam vicario per Romanum imperium constituto.* Excitarat has vniuersas turbas Henricus, totque hostes sibi consciuerat, repudiatis Clementis monitis a & hortationibus, qui ipsi primum ad Cæsareos apices euecto consuluerat, vt filiam Roberti Regis filio natu maximo in matrimonio collocaret: quod cum aspernatus esset Henricus, & fœdus cum Friderico Rege Trinacriæ Roberti hoste pepigisset, præuidit Robertus Henricum ipsi moliri exitium: quam ob rem ad eum deprimendum vires intendit, vt ad iungendam affinitatem cogeret. At Henricus, Neapolitano inhians regno imperioque Italiæ, aleam iacere maluit, vt subdit Mussatus b.

(Margin: Proposita affinitas. — Petita Etruriæ & Longob. præfectura. — a Reper. 14. ea in re Clem. lit. in arch. Auin. pal. temp. Leg. Octau. Card. A. quauiua an. 1594. n. 345. — b Muss. l. 8. c. 3. Ptol. Luc. hist. eccl. M.S. l. 24. c. 40. Iord. M.S. Vat. sig. n. 1960.)

34 *Cæsar, inquit, Tuscis Longobardisq; fidelibus, quorum subsidijs, obsequijs, ac ductures magnas progressumque e montibus fecerat, indeficiens regia constantia ad omnis belli fortunam tentandam animum erexit: primoque proposito Vrbis fortalitias captare, loca munita praeoccupare, vt si in Vrbe, quæ caput mundi imperijque Romani est, se continuerit, cæteras terras tanquam appenditias suum veluti caput respectare. Instinctu itaque suorum, & præcipue Columnensium, veluti commensationem cum Romanis facturus, absque differentia nobiles in conuiuium vocauit: ad quod hilaritate multa conuenere insignes nominatim, quos inter Anibaldus ac Anibaldis, Ioannes de Sabello, & Thebaldus de Campoflorts. Ii quidem, qui Vrsinis affines eiusdemque prosapiæ, Imperatori non adhæserant, quinimmo aduentum renuerant, ac contra præsumpserant, & se in tantus res nouas immiscuerant. Gratulabundum se Cæsar inter vos aliosque conuiuas exhibens, demum lectis fragmentis, amotisque tabulis, inter eos sic fatus est: Fari mihi inter vos tanto in rerum discrimine causa ratioque mouet, o Quirites, vixque stupor atque admiratio loquendi facultatem occupat, cum excogitem quid me ex Augusta vrbe regia in hanc Italiam eduxerit, quid nisi iam desueti extollendi amor imperij, vt iam vix notus Romanus a barbaris mundo imperet sub clypeo tituloque Cæsareæ maiestatis. Quid frequentes literæ, quid nuntij celebres toties exoptauere, nisi vt meum charum visitem senatum populumque Romanum, quo exultante in capitolium vehebar? Venione violentus inuasor, qui ab Apostoli Petri limine repellar, a clementissimo & sanctissimo Papa missus? Testes adduco tres ab latere Cardinales. Hi duces, hi nuncij executoresque legum canonumque & imperialium sanctionum. Ad vos itaque reuertor, vos alloquor, o Quirites, an frustra vocatus venerim tanquam mundo ludibrium. Sciturus sum in huiusmodi charitate conuiuij quæ vos vota alliciunt, quid geritis in arcanis, quibus ex vobis fulcientibus adiuuer, declaret edatque optio singulorum. Hoc sic succincto breuique sermone, paulum vultu submisso, substitit metuendus.*

(Margin: Henrici ad Romanos conuiuas oratio.)

Stephanus de Columna, vir insignis, se suaque & suorum despondit, nec defecturum quoad posset, morte non exclusa, si casus fortunaque poposcerint. Nicolaus de Comite se gratuitum decus cingulumque militiæ ab Rege Carolo Roberti Regis genitore suscepisse ait, aduersus quem vel posteros non iturum subnixe proposuerat. Anibaldus vero,

Ioan-

gem, & ipsius regni Angliæ prælatos, comites, & barones eosdem, ac alios quoscumque de ipso regno, de quibus expedire videritis, ad pacem & concordiam iuxta gratiam vobis datam a Domino solicitis studijs inducendo, ac instando feruentius apud eos, vt super huiusmodi negotio, quod specialiter cordi gerimus & habemus, beneplacitis nostris & Apostolicæ sedis, quibusuis omnino subductis obstaculis, efficaciter acquiescant, &c. [Vt vero impositum adducendæ concordiæ munus obire possent, Cardinalem summa instruxit auctoritate ad coitiones omnes contrarias dissoluendas, rescindenda fœdera, sacramentorum tollendam religionem, ferendas in quoscumque præsules etiam archiepiscopos ac primates censuras, feriendas ecclesiastico interdicto prouincias; tum ad pacis fœdera inter dissentientes populos, aut viros principes dignitate florentissimos concilianda: si vero casu aliquo eam exercere auctoritatem non posset, illam in episcopum Pictauiensem transfudit; denique adijcit:] Nec quisquam miretur, si contra morem antiquitus obseruatum in præsenti salutationis eloquio tu, præfate Cardinalis, præponeris, tuque episcope prædicte, postponeris & propterea venerabilis frater etiam non vocaris, quoniam in talibus modum huiusmodi modernis temporibus obseruari decentius reputamus. *Datum Romanis Vienn. diœc. 11. id... pont. nostri anno VII.* Interclusisse nuntijs apostolicis, ne in Angliam traijcerent, iter perduelles queritur in literis anno proximo exaratis Pontifex a: quos quidem aduersus Regem tum ob Gauerstonium quendam in regiam reuocatum, euectumque ad summos honores concitatos, tum etiam ingentia priuilegia ab inuito principe armis extorquere molitos, Vvalsinghamus refert b.

Quæ ipsis concessa auctoritas

Cur Clemens presbyterum Card. episcopo prætulerit.

Aditu in Angliam nuntij a rebellibus prohibiti.

a Lib. 8. ep. cur. 31. 36 38.

b Vvalsin. hist. de reb. Angl.

29 Quod ad res Gallicas spectat; prætereundum non est, compositam hoc anno fuisse veterem illam de Lugduni dominio inter Francorum Reges ac Lugdunenses archiepiscopos controuersiam, eiusdemque vrbis liberum imperium Philippo cessisse. Qua de re hæc Bernardus c: *Eodem anno tempore concilij Philippus Rex Franciæ quartus habuit Lugdunum integraliter, data recompensatione in redditibus archiep. Lugdunensi pro iure, quod sibi in Lugduno ecclesia vendicabat. Super quo prius Clemens Papa consultus per archiepiscopum consensum non præbuit, nec dissensum; sed reliquit archiepiscopum in manu consilij sui. Ipse vero Papa tunc in Vienna concilium celebrabat. Et sic deinceps Lugdunum ad Regem & regnum Franciæ pertinet tali iure. Post celebrationem vero concilij generalis Papa cum curia versus Auenionem reuertitur de Vienna.* Hæc Bernardus: qui cum de pontificio ab vrbe Viennensi ad Venusinum comitatum discessu mentionem fecerit, adducenda videntur quæ in eo itinere aduersa ipsi acciderint.

Controuersia de Lugduni dominio inter Regē Franc. & archiep composita

c Ber. chr. Rō. Pon. et M.S. Vat. bibl. sign. n. 376, in Clem. V.

Attributa arch. a Rege nonnulla vectigalia.

Clemens Vienna Auenionē iter intendit.

30 Intenderat iter Valentiam, cum suborta inter ciuem Valentinum ac militem, qui aulam pontificiam sequebatur, contentione, ciuis a milite confossus occubuit: vulgata eiusmodi cædis fama adeo Valentinos commouit, vt cum lege agere atque a pontificij ærarij summo præfecto vel equitum magistro ius deberent deposcere, abiecta apostolicæ maiestatis reuerentia, vindictæ cupidine furentes, in domum in qua nonnulli, qui Viennæ, dum celebrabatur synodus œcumenica, præsidiarij milites versabantur, impetus crebros impresserint, repulsique & ex fuso sanguine in furorem versi seditionem grauissimam concitarint, ac proditione nonnullis ferro concisis, palatium, quo Pontifex erat exceptus, oppugnare non perhorruerint. Ex qua accepta iniuria iuste commotus Clemens, legum seueritatem in Valentinos statuit distringere, atque Valentino episcopo nonnullisque abbatibus VI. kal. iulias dedit imperia, vt ipsis iudicium intentarent. Perfunctus est demandato sibi munere episcopus Valentinus, eiusque commissi sceleris conscientia perculsi perhorrescere cœpere: ac ne sedi Apostolicæ se sisterent, varias causas obtendere, graue sibi a pontificijs ministris eorumque famulitio discrimen imminere, ne ij acceptam iniuriam vlciscerentur. At Pontifex apostolico diplomate Valentinorum oratoribus mittendis & alijs, qui ad iudicium accersiti essent, securitati cauit a.

Valentia transiens in discrimen a populo adducitur.

Valentini mittere oratores pro Clem. placando deliberãt.

a Lib. 7. ep. cur. 85.

31 Optandum sane fuisset, vt Clemens hisce stimulatus iniurijs deseruisset Gallias, atque ad sedem Apostolicam Romæ, pacemque Italiæ restituendam iter in Vrbem conuertisset, cum ex Regis Romanorum aduentu veteres Guelphorum Gibellinorumque factiones recrudescerent, ac plura, quæ inde secuta sunt mala, facile sopienda eiusdem Pontificis præsentia atque auctoritate viderentur: neque enim Vrbs, Henrici ac Roberti copijs certantibus, tot infecta cædibus ac ruinis deformata fuisset. Sed altius ex Albertino Mussato historiæ seriem petamus. Narrat is b vt Roberti Regis orator Ricciardus Gambacæsa Henricum Genuæ adierit, illum de fœdere & affinitate iungenda postulaturus, atque ab Henrico Gibellinæ partis studio repulsam tulerit.

b Muss. l. 5 c. 5.

32 Obfuit Henrico non iunxisse fœdus cum Roberto Rege, & controuersias de Prouinciæ Forkalquerij Pedemontijque comitatibus imperij fiduciarijs non composuisse; quin potius cum Frederico Rege Trinacriæ, cuius oratorem Galuanum Lanceam magnis Genuæ excepit c honoribus, societatem pepigisse, mentemque ad Guelpham factionem atterendam defixisse: suspicatus enim Robertus sibi ab Henrico parari exitium, vbi Guelphos subegisset, eorum partes tuendas suscepit: tum fratrem suum Ioannem Romam succinctum multo equitatu submisit, quo Vrbis aditum Vrsinorum opera præcludendum, celebritatemque augustalis inaugurationis disturbandam curaret. Inde ancipiti æstu fluctuarunt plures vrbes, quam potissimum factionem sequerentur, interque alias Patauium, cuius ciues in Henrici obsequio confirmare nisus est Albertinus Mussatus, qui habitam a se orationem ea de re affert d, cuius præcipuum hoc fuit argumentum; *Illum ne ecclesia Romana coadiuuat? fouet? subleuat? Attestetur hoc Rolandus, cuius oculi videre assidentes a latere quatuor Cardinales, Papæ monitu pro viribus obsequentes. Adhæc si Franciæ Apuliæue Reges de sponsalibus, vt accepimus, non conuenere, tractatus si quidem non reiecere. Si enim regalia quædam petita munera conferre velit eisdem, puta Regi Franciæ regnum Arelatense tractumque Rhodani vsque in Alemanniæ fines, Roberto Apuliæ Regi Tusciæ & Longobardiæ præsidatum, nonne concessus patet ad Vrbem limes, corona nempe conceditur in Vrbe sumenda?* Repudiatum est Mussati consilium a Patauinis Rolando Guelpho auctore Canis Scaligeri odio, quem Vicentiæ Henricus præfecerat: Soncinum pariter & Placentia ad Guelphos desciuere e.

Henricus repudiata Roberti Regis affinitate suis rebus exitiū parit.

c Id. l. 6. c. 7

Cū Fred. Rege Trinac. fœd⁹ coit.

d Lib. 6. c. 1

e Lib. 7. c. 3. & 5.

ornare voluit, atque inter cæteros Guille lmo archiepiscopo Eboracensi, qui cum ad concilium accederet, atque in itinere per Cantuariensem prouinciam habito crucem præferendam sibi curasset, non sine iniuria eam abijcere fuerat a Cantuariensi compulsus; permisit a, vt dum ad ecclesiam rediret, illam sibi præire iuberet: qua de re ad archiepiscopum Cantuariensem scripsit b, vt rem non disturbaret, cuius tamen iuri, si quod in ea re obtineret, postmodum detrahi noluit. Amaneuo autem Auxitano archiepiscopo hæc de pallij vsu concessit c: *Tuis supplicationibus inclinati, vt etiam extra prouinciam tuam, de licentia tamen metropolitani locorum, in quibus te esse contigerit; nec non infra ipsam prouinciam in concilijs & synodis, ac diebus anniuersarijs defunctorum, & in solemnitatibus omnibus, quamuis in iure aut ecclesiæ tuæ priuilegijs expressæ nequaquam existant, pallio vti libere valeas, auctoritate præsentium indulgemus, &c. Dat &c. IV. non. augusti anno VII.*

a Lib. 9. ep. com. 243.
b Reg. post cand. ep.
c Ep. 870.

Decoratum etiam illum vna cum Ægidio Rothomagensi, Arnaldo Burdegalensi, Roberto Rhemensi, Petro Lugdunensi, Bituricensique archiepiscopis, ac pluribus episcopis alijs, prærogatiuis ob susceptos itineris labores, factasque impensas, docent exaratæ ea de re literæ d, nimirum vt excurrente triennio tres clericos penes se, qui sacerdotiorum vectigalibus ac si interessent exceptis quotidianis distributionibus potirentur, retineret: tabellionatus officium duobus concederet; eligeret e religiosum vel secularem sacerdotem, qui apostolica ipsum auctoritate cēsurarum omnium, si quas contraxisset, religione exolueret: ecclesia & cœmeteria suæ diœcesis polluta presbyterorum, quos mitteret, opera aqua prius ab ipso sacra prece lustrata expiaret. Vt vero præsules, qui itinerum labores, vt parerent pontifici, ad synodum confluxerant, honoribus; ita alij, qui inertia vel alijs iniustis causis non venerant, pœnis affecti: quos ecclesiarum ingressu Clemens interdixit, donec a sede Apostolica in gratiam fuissent restituti; qua de re subiectam sanctionem edidit. f

d Ext. in conc. Vien. to. 3. conc. p. 3.
e Id. ibid.
Sancita cōtra eos qui vocati abluere a concilio.

Clemens &c. ad futuram rei memoriam.

f Lib. 7. ep. cur. 88.

27 Dudum super certis, quæ veluti contingentia vniuersalis ecclesiæ, & præsertim catholicæ fidei statum suasit nobis pietas, & officij necessitas incumbentis exegit, generale conuocari concilium, decernentes vt prælatorum parceremus laboribus & expensis, & remanerent in vnaquaque regione pastores ad ea, quæ officium pastorale requirit, inibi exercenda; paucos ex prælatis eisdem, consideratis euocationibus retroactis, ad concilium ipsum personaliter prouidimus euocandos. [Et infra, vbi eorum diligentiam commendauit, qui obedientiam victimis præstantiorem rati nullis laboribus sumptibusque pepercerant, vt ad Viennense concilium aduolarent, alios qui apostolica imperia detrectarant, percellit:] Porro multi sectantes detestabilis inobedientiæ vitium, & in contumaciæ spiritu se quasi pullos onagri liberos existimātes, venire ad ipsum concilium contempserunt, non adducentes in rectæ considerationis intuitum, quod peccatum paganitatis incurrit, qui se Christianum asserit & sedi Apostolicæ obedire contemnit. Hi sunt, qui sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, quam reuereri tenentur vt matrem & dominam, terga verterunt non faciem, dum adeo se inobedientes exhibuerunt in vocatione huiusmodi, vt modicum possit in alijs de obedientiæ suæ promptitudine deuota sperari.

Notantur a Clemēte inobedientiæ vitio.

Quia igitur occurrendum est talibus, ne tractu temporis conualescant, ne vires iniquitati silentij apostolici conniuentia subministret, ne impunitas ausum in alijs in contemptum apostolicæ reuerentiæ pariat, ne pro tempore, quod absit, inueniatur qui perire magis eligant quam parere; de fratrum nostrorum consilio omnes & singulos episcopos & superiores prælatos, ad prædictum generale concilium personaliter euocatos, qui citra indulgentiam Apostolicæ sedis aut impedimenti iusti suffragium a prædicti accessu concilij cessauerunt, ne de sua valeant contumacia gloriari, ab ecclesiæ ingressu suspendimus; tamdiuque decernimus subiacere suspensioni huiusmodi, donec relaxationem a nobis meruerint obtinere, &c. *Dat. in prioratu de Grausello* XV. *kal. augusti anno* VII. Extat aliud diploma a codem argumento, cui eadem dies adiecta, in quo hæc adduntur: *Nec mirandum, si censuram nostri propositi, quod de procedendo aduersus inobedientes eosdem expressimus in concilij dissolutione præfati, citius nequiuimus in effectum adducere; cum ardua sollicitudines & occupationes anxiæ, in nostri cordis alueum vndique confluentes, non permiserint antea nos ad præmissa vacare, &c.*

Arcentur temporā ingressu donec a sede Ap. in gratiā fuerint restituti.
a Lib. ep. cur. 95.

28 Implicitum Pontificem graui negotiorum mole, demonstrat eorum temporum status, cum nouæ inter principes dissensiones emergerent, quos mutuo animorum fœdere ad arma in Saracenos vertenda coniungere satagebat. Et quidem, lapsis post solutam synodum paucis diebus, ad Eduardum Angliæ Regem & Anglos proceres in concordiam adducendos legationem amplissimam decreuit b, qua Arnaldus tit. S. Priscæ presbyter Cardinalis & Arnaldus episcopus Pictauiensis pontificij ærarij summus præfectus perfuncti, quibus hoc diplomate ea prouincia commissa.

Discordiæ in Angl. inter Eduardum & proceres exortæ.
b Ep. cur. 32.

Clemens, &c. dilect. fil. Arnaldo tit. S. Priscæ presbytero Card. & Arnaldo episcopo Pictauiensi camerario nostro Apostolicæ sedis nuntijs.

Turbationibus, discordijs, & susurris, quæ inter charissimum in Christo filium nostrū Eduardum Regem Angliæ illustrem, ac certos comites & barones & nonnullos alios de regno suo pullulare noscuntur, auditis eo durioris concepimus materiam turbationis in animo, quo maiora, cum de Rege & regno præfatis nobis prospera nuntiantur, lætitiæ suscipimus incrementa. Profecto dum progenitorum Regis eiusdem sinceritatem eximiam, operaque fœcunda virtutibus, quibus erga Deum & ecclesiam claruerunt temporibus retroactis, suauiter memoramur; dum eiusdem regni fidelium deuotionem feruidam & constantem, qua reuereri studuerunt præfatam ecclesiam sicut matrem, intra nostra præcordia recensemus; & dum frequenter in mente reuoluimus, quod infra ducatum suum Aquitaniæ nobis originem proprietas naturæ donauit, ad personam Regis ipsius zelo multæ dilectionis afficimur, & regnum ipsum velut recreationis nostræ pomœrium delectabiliter intuemur. [Et infra, vbi suum conciliandæ in Anglia pacis, reuocandique pristini splendoris studium exaggerauit, de imposita nuntijs prouincia addit.]

Clementis studiū pro ijs in concordiā adducendis.

Ad Regem & regnum præfatos continuatis gressibus vos personaliter conferatis, dictum Regem

Nuncij ideo in Angliam missi.

censura notarent, omnium primi a se ipsis ca..., quæ aliorum offenderent oculos, amouere iussi. Castigati itaque præsulum excessus a atque ij repressi antistites b, qui religiosos viros opprimerent. Clerici ab indignis muneribus, gerendisque armis abducti c, iussi decoro vestitu incedere d. Reuocati etiã ad sanctioris vitæ genus monachi e

a Clem. Presquens de excess. prelat. b Ibid. & Clem. Ad nostram, de cens. &c. c Clem. Diu est, de vit. & hon. cler. d Clem. Quoniam ibid. e Cle. Ne in agro de statu monach.

Exorta inter Franciscanos controuersia tum dirempta f; ipsis enim in contrarias partes diuisis, cum alij asperius vitæ genus amplecterentur ac sodales violatæ præscriptæ a S. Francisco viuendi formulæ arguerent; de quibus hæc Bernardus g: *Pars vna fratrum Minorum, qui spirituales dicebantur, contra alteram tumultuans & altercans priuatim & publice contendebat, & iudicium sedis Apostolicæ postulauit.* Ea itaque dubia sententia apostolica diremit h, ne aliquorum animæ nimia religione torquerentur.

f Lib. 7. ep. cur. 117. g Bern. ib. Rom. Pon. h Clem. Exiui de verb. sign. & supr. ep. 117. Saxo in annal.

Clemens, &c. Cum in primis ex eo quia in regulæ prædictæ principio habetur: *Regula & vita fratrum Minorum hæc est, scilicet domini nostri Iesu Christi sanctum euangelium obseruare, viuendo in obedientia sine proprio, & in castitate.* Item infra: *Finito vero anno probationis recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper & regulam obseruare.* Item circa finem regulæ: *Paupertatem & humilitatem ac sanctum euangelium domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, obseruemus.* Fuit hæsitatum an fratres eiusdem ordinis ad omnia tam præcepta quam consilia euangelij ex professione suæ regulæ teneantur, quibusdam dicentibus quod ad omnia, alijs autem asserentibus quod ad sola tria illa consilia, videlicet viuere in obedientia, in castitate, & sine proprio, & ad ea quæ sub verbis obligatorijs ponuntur in regula obligantur; nos circa hunc articulum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, ipsumque articulum quoad aliquid clarius prosequentes, dictæ hæsitationi duximus respondendum, quod eum votum determinatum cuiuslibet habeat cadere super certo, vouens regulam non potest dici teneri ex vi voti huiusmodi ad ea consilia euangelica, quæ in regula non ponuntur. Et quidem beati Francisci conditoris regulæ hæc probatur fuisse intentio, ex hoc, quod quædam euangelica consilia in regula posuit, alijs prætermissis. Si enim per illud verbum: *Regula & vita fratrum Minorum hæc est, &c.* intendisset eos ad omnia consilia euangelica obligare, superflue & nugatorie quædam eorum, suppressis cæteris, in regula expressisset, &c.] Pluribus eandem sententiam illustrat, atque alia de seruandæ a Minoritis paupertatis modo, de quo graues dissensiones erant exortæ, definit. Dat. *Viennæ* II. *non. maij pontificatus nostri anno* VII.

Vertebatur in dubium, an Minoritæ ad omnia consilia euangelica teneantur.

Quid defi nitum.

Obseruandũ est, sanctionem hanc a Clemente editam eo flexu temporis, quo concilium celebrabatur, non tamen latam in cõcilio, seu a concilio confirmatam, vt aliqui perperã tradidere i, immo ne quidem in ea ferenda rogatam Cardinalium sententiam, vt Ioannem Papam promulgasse k visuri sumus, dum mendacia Michaelis Cæsenatis errorésque refellit; is enim pro constabilienda hæresi circa euangelicam paupertatem, qua negabat Christum & Apostolos ius vllum in communi vel in speciali in ijs, quibus vsi sunt obtinuisse, mentiebatur id a Nicolao definitum. Hoc mendacium cumulabat alio, eandem definitionem a concilio Viennensi confirmatam. His errorem alium astruebat, ea quæ in concilijs statuta sunt, ab alio Pontifice solui non posse, atque his mendacijs & erroribus calumniam hæreseos Ioanni XXII. imponebat. Eius vero constitutionis hisce verbis abutebatur: *Sanctum euangelium obseruare sine proprio*; quasi vita euangelica seu perfectio in eo constaret, vt nil proprium, siue ius vllum in communi vel in speciali in rebus, etiam ad vitam necessarijs, haberetur. Ad cuius argutias refellendas responsum a Ioanne XXII. nil tale pronuntiatum a Nicolao; neque constitutionem eius, *Exijt*, confirmatam a concilio Viennensi; neque Clementinam, *Exiui de Paradiso*, in Patrum cœtibus latam: tum constitutiones synodales solui a Pontificibus posse, eas nimirum quæ fidei decretum non continent: impudentissimum autem esse mendacium, synodum Viennensem contrarium decretum sanctioni, *Cum inter nonnullos*, edidisse. De quibus iterum fusius suis locis agetur. Alia nunc Clementis decreta percurramus.

i Aluar. Pel. de Pla. eccl. l. 2. c. 55. & ex eo & alijs auct. Nata. lis Franc. q. 17. censur. 15. k Io. 22. in constit. Quia vir reprobus. Ann. Chr. 1329.

24 Moniales etiam, quæ conditionis suæ oblitæ in vestibus delicias, in comis lenocinia sectabantur, atque admodum a sanctitatis cultu deflexerant, ad regularem disciplinam cõstrictæ a. Coercita b nonnullarum fœminarum temeritas, quæ vitæ sanctioris genus, non tamen ab ecclesia approbatum, professæ de rebus diuinis disceptare ad insaniam non verebantur. Xenodochia vt pauperes humaniter exciperẽt, nec eorum dissiparentur bona, cõstitutum c. Laici, qui episcopos capere, cædere, aut pellere in exilium auderent, grauissimis pœnis deterriti d. Censuris etiam alij implicati e, qui ecclesiasticos inferioris dignitatis viros insigni aliqua iniuria afficerent. Ne censuræ ecclesiasticæ temere infringerentur, ab improborum contemptu vindicatæ f. Vt pœnitentiæ sacramentum extremo afficiendis supplicio ministraretur iussum g, atque crudelis abusus, quo iudices necare etiam animas in nonnullis prouincijs nitebantur, sublatus. Editæ etiam in eodem concilio plures aliæ constitutiones, e quibus superiora delibasse suffecerit.

a Clem. Attendentes de statu monac. b Clem. Cum de, de relig. dom. Emendati monialiũ excessus. Fœminæ de diuinis temere differere vetitæ. c Clem. Quia contig. eod. d Clem. Si quis suadente de pœnit. Pœnæ incædentes episcopos statutæ. e Clem. Multorũ, tit. eod. Reis pœnitentiæ sacram. cõferri iussũ. f Clem. Ex freq. de sent. excom. & Clem. Grauis, & Cũ ex eo tit. eod. g Clem. Cum secundum de pœnit. & remiss.

25 Adscriptum in eodem concilio sanctorum catalogo Ludouicum filium Caroli II. Siciliæ Regis & Roberti Regis fratrem, affirmat S. Antoninus h: sed tem rantummodo agitatam, demum a Ioanne XXII. i perfectam anno MCCCXVII. suo loco videbimus k. Tum vero magna sanctitatis fama ac miraculorum gloria illum floruisse, ex eodem auctore l constat, qui hæc de ipso refert: *Ludouicus, cum esset primogenitus Caroli*, nimirum extincto fratre Carolo Calabriæ duce, *propter quod ad eum regnum Apuliæ spectabat, mundum contemnens, habitum ordinis Minorum assumpsit ex humilitate & deuotione. Postea archiepiscopus Tolosanus factus, religiosam & sanctam conuersationem vsque ad finem seruans in Domino requieuit, miraculis clarens.* Hactenus de gestis rebus in concilio Viennensi, quod septem mensibus productum, ac tribus tantum perfectum sessionibus, narrat idem Bernardus his verbis: *Mense maij pridie nonas eiusdem mensis in festo S. Ioannis ante portam Latinam, quod fuit in sabbato infra octauas assumptionis Domini, tertia & vltima fuit generalis concilij sessio celebrata. Fuit concilium quod septem fere mensibus protractum fuerat, terminatum anno Domini prætaxato, hoc scilicet, præsidente in concilio Clemente Papa V. pontificatus sui anno septimo in Vienna.*

De Ludouico episc. Tolosano sanctis annumerando agitatum. h Ant. 3. p. tit. 21. c. 3. ante §. 1. i Io. XXII. l. 1. ep. secr. 139. k Annal. to. 15. an. 1317. n. 9 l Ant. loc. cit.

Vltima concilij sessio quã do habita Septem menses tenuit concilium.

26 Dissoluta Viennensi synodo, Clemens nonnullis priuilegijs patres, qui ipsi interfuerant, orna-

Nonnulla patribus concilij concessa.

habitus ostendit, eosque omnibus baptismi effectibus potiri, cum illi non ponant obicem, & communis sit in paruulis & adultis baptismi efficacia: *Primus*, inquit, *effectus baptismi est remissio peccati, quia per baptismum baptizatus moritur peccato & viuit Deo per nouitatem vitæ: vnde Rom. VI. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte eius baptizati sumus.* Et infra: *Ergo cum dicat, quicumque baptizati, patet quod generaliter loquitur de efficacia baptismi respectu cuiuscumque, siue parui siue magni, qui obicem non ponit: & ita effectum quem baptismus habet in adulto quoad mortem culpæ & nouitatem vitæ, habet etiam in paruulo. Sed in adulto habet remissionem & effectum remissionis peccati, & habet nouitatem vitæ per gratiam & fidem & charitatem qua fide iustus viuit. Ergo tunc effectum habet in paruulo.* Et infra: *Item effectus baptismi, tam in paruulis quam in adultis est, vt baptizati induant Christum, quia Apostolus generaliter Gal. III. dicit: Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis; quod non solum conuenit adultis, sed etiam paruulis. Et hac eadem ratione & modo loquendi Augustinus illud Apostoli accipit Rom. VI. Quicumque baptizati sumus, &c. conuenire paruulis & adultis; vt patet enchirid. c. XLIII. ergo qui negat in baptismo paruulis conferri gratiam & fidem quoad habitum, negat quod paruuli baptizati induant Christum, quia Christum nemo induit nisi per gratiam & fidem tamquam bonus. Licet enim vt glossa dicit & est sumptum ab Augustino libro de baptismo paruulorum, aliqui habens sacramenti perceptionem, quod commune est bonis & malis, aliqui vitæ sanctificationem, quod proprium est bonis; sanctificatio autem vitæ est per gratiam & fidem. Et hunc sensum tangit Apostolus ibi, dicens: Omnes filij Dei estis per fidem in Christo Iesu; glossa et vere filij Dei estis, nam quicumque baptizati estis, Christum induistis. Ergo in baptismo, si paruuli non induunt Christum per gratiam & vitæ sanctificationem, per baptismum non induunt Christum vt boni, quod est hæreticum dicere.*

Omnes effectus baptismi paruulis conferuntur.

Præter memoratos autem errores, a Petri Ioannis sequacibus propagatos, flexu temporum compertum est plures alios ab eodem conflatos, vel ex aliorum hæresiarcharum officina eductos in lucem: de quibus quando gliscenti malo obuiam itum est a Clementis successore, agendum erit inferius, exustaque eius ossa & opera decretoria sententia videbimus. Nunc reliqua concilij Viennensis gesta percurrimus.

Petrus Ioannis plurium aliarũ hæresum auctor.

21 Damnatus in eo est error nefarius, qui adeo fauebat auaritiæ, vt vsuras puras esse a peccato contenderet: ne autem latius in exitiũ fortunarum & animarũ serperet, hoc decreto excisus[a]: *Si quis in illum errorem inciderit, vt pertinaciter affirmare præsumat, exercere vsuras non esse peccatum, decernimus eum velut hæreticum puniendum; locorum nihilominus ordinarijs & hæreticæ prauitatis inquisitoribus districtius iniungentes, vt contra eos, quos de errore huiusmodi diffamatos inuenerint aut suspectos, tanquam contra diffamatos vel suspectos de hæresi procedere non omittant.*

Damnati fœneratores.

[a] Cle. Ex graui de vsuris. Ant. 3. p. tit. 21. c. 3. §. 1.

Ad delendas reliquas hæreseon veterũ pestes, vel nouas, quas emergere cõtingeret, extinguendas, sacræ fidei censoribus atque episcopis collata a concilio plurima auctoritas[b], vt in notatos ea labe animaduerterent, & carceres ad eos tenẽdos in vinculis construi iussum est. Repressi etiam Saraceni, qui in Christianorum locis, præsertim in Hispania, Mahometis nomen execrandum certis horis e locis celsioribus inclamabant: ac principes catholici scandalum adeo atrox tollere, & peregrinationes superstitiosas ad Mahometis sepulchrum, incusso pœnarum metu, prohibere iussi[a]. Quo vero Christiana religio inter infideles latius propagaretur, atque in ecclesia Dei viri docti, qui Hebraicam & Chaldaicam linguas ad conuincendos Iudæos, Arabicam ad Saracenos erudiendos callerent, versarentur sancitum est[b], vt publica earum linguarum gymnasia in omnibus locis, in quibus aula pontificia versaretur; tum in florentissimis academijs Bononiensi in Italia, in Gallijs Parisiensi, Oxoniensi in Anglia, in Hispania Salmanticensi, aperirentur.

Sancita inquisitio in hæreticos.

[b] Clē. Multorum de hær.

Saraceni in Hisp. reprimi iubentur.

[a] Clem. cedit. de Iudæis & Sarac.

Ling. Hebraicæ & Arabicæ scholæ aperiri iussæ.

[b] Clem. Inter de magistris.

22 At cum non verbis modo, sed etiam ferro defendenda esset religio, atque infidelium Christianos opprimentium retundenda perfidia, inclinarentq; omnium vota, vt terra sancta e Saracenorum potestate criperetur; affulgerēt etiam præclaræ spes, ex insula Rhodo recenter subacta in Syriam magno fructu rei Christianæ bellum illatũ iri, indicta est[c] expeditio sacra; decretæque[d] a patribus sexẽnales decimæ ex omnibus ecclesiasticis vectigalibus in sacri belli sumptus redigendæ. Alebant sane ingentia recuperandæ Palæstinæ consilia Reges, atque inter cæteros Henricus[e] Romanorum Imperator magnas dabat spes; Philippus vero Francorum, Eduardus Anglorum, Ludouicus Nauarrorum Reges, vt testatur Pontifex, in concilio coram patribus post sexennium in Syriam ducturos exercitum se obstrinxere[f]: quod publico edicto[g] promulgatum.

In sumptus belli sacri indictæ sexennales decimæ.

[c] Lib. 8. ep. cur. 112. et 125.

[d] Lib. 7. ep. com. 32.

Philippus Rex Frãc. ad oriental. suscipiendam expedit. se obstrinxit.

Clemens, &c. ad perpetuam rei memoriam.

In concilio Viennensi, eodem approbante concilio, in ipsius terræ (quæ peculiaris præclara nostri Saluatoris hereditas est, in qua cæli Regem Virgo puerpera genuit, quam etiam Redemptoris nostri pretiosissimus cruor pro humani generis redẽptione perfudit, in qua poni meruit sepulchri dominici fundamentũ, & quam resurgens Christus a mortuis resurrectionis gloria multiplicirer illustrauit) succursum generale passagium duximus ordinandum: ad quod, cum nostris (operante illo, cuius negotium agebatur, qui animos Regum & principum, prout & quando vult, deuotionis igne succendit ad salubrium exercitium actionum) charissimorum in Christo filiorum nostrorum Philippi Francorum, Eduardi Angliæ, Ludouici Nauarræ Regum illustrium, & dicti Regis Franciæ & aliorum filiorum & fratrum concurrentibus votis & animis, ipsi & quamplures alij duces, comites & barones, nobiles & potentes ad vindicandas nostri Redemptoris iniurias, ad liberandam terram sanctam de Agarenorum manibus, quæ peccatis exigentibus nunc eorundem pollutis pedibus conculcatur; nec non & pro suorum remissione peccatorum se transituros in dictæ terræ subsidium in eodem passagio per votum assumptæ crucis specialiter obligarunt, &c.] Affulgebat orienti noua spei lux; sed cum paucis post annis tum Clemens, qui ea promouebat magno ardore consilia, tum Henricus Imperator ac Philippus Francorum Rex e viuis excessissent, & alios principes implicuissent mutuæ discordiæ, illius expeditionis apparatus discussus est, exactæque a clero decimæ, nec tamen Syria e Saracenorum potestate erepta: at de his suo loco. Iam cætera in concilio gesta persequamur.

[e] Henr. in lit. apud Rebdorf. Ant. 3. p. tit. 21. c. 2. §. 8.

[f] Lib. 8. post ep. cur. 125. & ep. com. 78.

[g] Lib. 8. post ep. cur. 127.

23 Ad restituendam ecclesiasticam disciplinam plura a patribus decreta, & qui cæteros cen-

Ecclesiastica disciplina restituta.

ritati ex libidine mentiendi moliebatur, quem vt hæreticum exagitat Guido Carmelita a his verbis: *Non credens, vel dubitans de veritate euangelij certa, & quæ per euangelium credenda proponitur, est hæreticus, & quia dubius in fide infidelis. Sed quod Christus fuerit mortuus lanceatus est veritas euangelica expresse, quæ per euangelium credenda proponitur; dicit enim Ioannes: Ille scit, quia vera dicit, vt & vos credatis. Igitur hoc credere nolens, vel dubitans, vel alia expositione peruertens hanc veritatem, est infidelis hæreticus; præsertim cum huic veritati nihil etiam apparet obuium, immo ei concors sanctorum sententia famulatur. Augustinus enim super Ioan. hom. CXX. dicit: Ad Iesum autem cum venissent, viderunt eum mortuum, & non fregerunt eius crura; sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Vigilanter verbo euangelista vsus est, vt non diceret, latus eius percussit, aut vulnerauit, aut aliquid aliud; sed aperuit, vt illic quodammodo panderetur, vnde sacramenta ecclesiæ manauerunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita erat, non intratur. Ille sanguis in remissionem effusus est peccatorum. Aqua illa salutare temperat poculum: hoc lauacrum præfigurabat, & poculum hoc prænuntiabat, quod Noe in latere arcæ ostium facere iussus est, quo intrarent animalia, quæ non erant diluuio peritura, quibus præfigurabatur ecclesia. Propter hoc prima mulier facta est de latere dormientis, & appellata est Eua & vita per matrimonium viuorum: magnum quippe significauit bonum ante magnum præuaricationis malum. Hic secundus* Adam *inclinato capite in cruce dormiuit, vt inde formaretur ei coniux, quæ a latere dormientis effluxit. O mors vnde mortui reuiuiscunt! Quid isto sanguine mundius? quid isto vulnere salubrius? Et qui vidit, ait, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius, & ille scit quia vera dicit, vt & vos credatis. Et Ambrosius lib. de sacramentis: Didicisti ergo hoc? accipe aliud. In tempore item dominicæ passionis, cum sabbatum magnum intraret, quia viuebat dominus noster Iesus Christus inter latrones, missi sunt, qui percuterent eos: venientes autem inuenerunt defunctum dominum nostrum Iesum Christum. Tunc vnus de militibus lancea tetigit latus eius, & de latere eius aqua effluxit, vt emundaret, & sanguis vt redimeret. Theophil. super Ioannem dicit: Milites gentiles, vt Iudæis placeant, lanceant Christum, circa corpus exanime contumelias inferunt; sed contumelia in signum prodijt: sanguinem enim & aquã de corpore extincto manare miraculosum est.* Cum ergo ita patres cum euangelista consentiant, impia fuit temeritas Petri Ioannis, pseudoprophetam agendo, hæc negare. At eius sequaces illum excusare nisi sunt hoc mendacio, scilicet quod in textu B. Matthæi secundum correctionem S. Hieronymi reperiatur, Christum adhuc viuum fuisse lancea traiectum. Sed a Guidone arguuntur mendacij: *Isti*, inquit, *hæretici patenter dicunt falsum, quod Hieronymus in hoc correxerit euangelium Matthæi, quia secundum Hieronymum Matthæus non est locutus de lanceatione Christi, sed tantum Ioannes.* Hunc tamen errorem, quamuis sola fingendi libidine niteretur, a Petro Ioanne hausisse Praticellos, refert Eymericus. b

19. Iactatum etiam fuerat a Petro Ioannis Oliui, animam rationalem formam humani corporis non esse. Qui error, cum veritati catholicæ aduersaretur, disertis hisce verbis sublatus a Pontifice, atque omnes illius quæstionis nodi abscissi: *Doctrinam a omnem, seu positionem temere asserentem, aut vertentem in dubium, quod substantia animæ rationalis aut intellectiuæ vere ac per se humani corporis non sit forma, velut erroneam ac veritati catholicæ fidei inimicam, sacro approbante concilio, reprobamus definientes, vt si quisquam deinceps asserere, defendere, seu tenere pertinaciter præsumpserit, quod anima rationalis seu intellectiua non sit forma corporis humani per se & essentialiter, tanquam hæreticus sit censendus.* Refellit pluribus Guido Carmelita b hunc errorem Petri Ioannis sumptum ex Auerroe Saraceno philosopho, negante animam intellectiuam esse formam corporis, ac teterius venenum, quam externa specie videatur in eo contineri, colligit; neque vero agi de anima rationali sub reduplicatione nugaci, & distinctione secundum potentiam, sed quod secundum essentiam sit forma corporis: *Negare*, inquit, *animam rationalem esse partem essentialem & formam corporis, est hæreticum, quia tunc homo non esset formaliter per aliquid sui diuini capax præcepti, nec esset transgressor nec obseruator, nec iustus nec peccator, nec mereretur nec demereretur, nec præmiaretur nec damnaretur, cum hæc conueniant homini per animam rationalem, quæ habet intellectum & voluntatem, & liberum arbitrium; quia non possunt conuenire homini, qui non est formaliter homo per animam rationalem, si non sit forma corporis.* Et infra: *Per hoc*, inquit, *negatur meritum & demeritum in homine, necessitas sacramentorum, & peccatum & virtus: negatur totale fundamentum fidei & fides ipsa, quæ præcipitur habenda hominibus, & vita æterna, & salutaris aduentus Christi in carnem, & aduentus in iudicium, & missum Spiritum sanctum ad sanctificandum homines, & cætera quæ fide creduntur, si homo non habeat tanquam veram & essentialem formam animam rationalem per essentiam: vnde perniciosissima est hæc hæresis.*

20 Disceptantibus etiam nonnullis theologis, an infantibus, cum baptismo lustrarentur, infunderentur virtutes habituales, cum nullo fructui fore viderentur, contenderent alij futuras animarum ornamento; in eam partem descẽdit conciliũ, vt rationis vsũ in infantibus, quo eas Deus influeret, non exspectari profiteretur, dum baptisma vnicũ esse definiuit: *Baptisma vnicum, baptizatos omnes in Christo regenerans, est sicut vnus Deus ac fides vnica ab omnibus fideliter confitendum, quod celebratum in aqua in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti credimus esse tam adultis quam paruulis communiter perfectum remedium ad salutem. Verum quia quantum ad effectum baptismi reperiuntur doctores quidam theologi opiniones contrarias habuisse, quibusdam ex ipsis dicentibus per virtutem baptismi paruulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri; alijs e contra asserentibus, quod & culpa eisdem in baptismo remittitur & virtutes ac informans gratia infunduntur quoad habitum, etsi non pro illo tempore quoad vsum; nos attendentes generalem efficaciam mortis Christi, quæ per baptisma applicatur pariter omnibus baptizatis, opinionem secundam, quæ dicit tam paruulis quam adultis conferri in baptismo informantem gratiam & virtutes, tanquam probabiliorem & dictis sanctorum, ac doctorum modernorum theologiæ magis consonam & concordem, sacro approbante concilio, duximus eligendam.* Ad asserendam hanc sententiam contra Petri Ioannis sectarios pluribus disputat Guido c; ac licet actus fidei, spei, & charitatis infantes elicere non possint; infundi tamen ha-

Marginal notes:

a Guido de hæres. c. 3. de hær. Petri Io.

Probatur Patrum auctoritatibus.

Sequaces Petri Ioãnis conuicti mendacij.

b Eym. 2. p. direct. q. 15. err. 39 Legna comm. 4.

a Ead. Clem. Si Dominũ.

Definitũ animam rationalẽ esse formam corporis.

b Guido in sum. de hæresib. Petri Io. Oliu.

Quanta impietas latuerit in contraria assertione.

Opiniones duæ quando infundantur virtutes baptizatis.

Laudata ea, quæ paruulis vna cum baptismo infundi docet.

c Id. Guido ib.

recte credunt, eundem Filium hominem de Maria natum, XXII. di. *Qui episc. de cons. dist.* III. *c. fin. extr. de summa Trin. c.* 1. *& in alijs symbolis fidei orthodoxæ, sed istius Dei & hominis illa vera caro sacrosancta, quæ conficitur in altari, vnde Augustinus: De carne Mariæ carnem accepit, & eandem carnem ad manducandum dedit ad salutem, de cons. di.* II. *Accesserunt. Non ergo descendunt a contemplatione perfecta adorando carnem illam vnitam inseparabiliter Verbo, sed ascendunt illum Deum hominem pijssimum contemplando; nihil enim sic hominem ad Deum trahit & ad Deum allicit, sicut Deum hominem contemplando.* Et infra: *Nam Filius Dei, cum sit Deus perfectus, totus, non concisus, non diuisus, quia indiuisibilis est, incarnatus est, quam incarnationem tota Trinitas operata est, vt in præ. c. Omnis & extr. de summ. Trin. c.* 1. *§. Hæc sancta & tota in hoc altissimo. Per concomitantiam tres etiam personæ ibi sunt per essentiam, per potentiam, per præsentiam, sicut in omni creatura, tamen non sunt ibi sub sacramento & ratione sacramenti, sed sola persona Filij incarnati, quia nec Pater nec Spiritus sanctus incarnatus est, sed Filius de cons.* III. *c. fin. & hoc sacramentum de Filio est, & pro incarnatione & passionis memoria eius fit, de cons. dist.* II. *Iteratur & c. In Christo Pater, & ext. de reli. & ven. sanctor. Si Dominum, & Clem. Et per communionem inuisibilem veraciter est, & per vnionem, vt no. de cons. dist* II. *Hoc est quod dicimus & cap.* Comperimus. *Si igitur hi Begardi Christi carnem vere manducare desiderant, ipsam carnem veraciter adorent, quia dicit Aug. in psal* XXVII. *Nemo autem ipsam carnem manducat, nisi prius adorauerit.* De conse. di. II. *Accesserunt.*

Vt Filius Dei sit in sacramento. Vt personæ Patris & Spiritus sancti sint in sacramento.

In Vrbe in quodam monasterio sanctimonialium S. Laurentij Panisperna, in quo illo tempore manebam, erat quidam Theutonicus, qui multum spiritualis videbatur: mihi fuit accusatus de isto errore, quod corpus Christi non adorabat, quando eleuabatur, & in prædicatione tetigi istum errorem contra Begardos, de quorum numero ipse erat, & tunc aderat, quem correxi ad partem de isto errore; qui nullam pacem habebat, quando tangebam in meis prædicationibus illos Beguardos, quia lupus erat in fabula, nec me libenter videbat: vili habitu se tegebat, & lacrymas habebat. Sæpe diabolus apparentes lacrymas administrat & raptus (scripsi supra §. Fœminarum c. 45. in ista secunda parte) & se contemplatiuum & gustantem reputabat.

De hypocrita, qui Euch. non adorabat.

Vt illusus esset a dæmone.

Insignis est ea, quā memorat historia, & confirmat plures hoc tempore hæreticos inani sanctitatis specimine a dæmone delusos: *Vnam*, inquit, a *ego cognoui habentem raptum ad placitum & fornicantem in occulto ad libitum, cuius post mortem eius filiam vidi monacham, quam de fornicario habuerat, quæ mihi illud facinus reuelauit matris, quam longo tempore pro sancta deceptus honoraueram, & multa illi loca, vbi ipsa stabat, quando eram in seculo, dederam præ deuotione quam ad eam habebam: in qua fui deceptus cum plurimis alijs de illa prouincia; nec ego solus & alij inferiores, sed multi prælati & sancti religiosi, & multi etiam Cardinales: in qua recte se transfigurauerat angelus tenebrarum in angelum lucis* II. *Cor.* XI. XXVI. *q.* V. *Episcopi.* Ejusmodi hypocritarum illius temporis flagitia perstringit Clemens, dū post recensitos superiores Beguardorū errores subdit. b

a Lib. 2. c. 45. De meretrice ecsta ses diabolicas patiē te.

Nonnulla etiam alia sub simulata quadam sanctitatis specie dicunt, faciunt, & committunt, quæ oculos diuinæ maiestatis offendunt, & graue in se continent periculum animarum. Ad quæ excindenda mala hæc decernit: *Nos sacro approbante concilio sectam ipsam cum præmissis erroribus damnamus & reprobamus omnino, inhibentes districtius, ne quis ipsos de cætero teneat, approbet, vel defendat: eos autem, qui secus egerint, animaduersione canonica decernimus puniendos.* Addita imperia, vt præsules Beguardos ac Beguinas in ius vocarent, fideique censuram in eos exercerent: illam vero negligenter habitam queritur Aluarus Pelagius a. Cæterum nonnulli ex his alijque noui errores partim maiori impudentiæ & infamiæ apparatu in Lolhardis, qui infecere Germaniam, partim sub pietatis ornatu in Fraticellis repullularunt. Cum vero emergerent hoc tempore in Lugdunensi & Bisuntina diœcesibus nefandæ hæ, aut aliæ ex Vualdensi stirpe monstrorum feraci hæreses, quæ multos sua labe infecerant; Pontifex ad eas excindendas Geraldum de Ausona Dominicanæ familiæ religiosum virum, zelo diuinæ gloriæ ardentem, sacræ fidei censorem creauit: qui cum munus impositum exequi esset aggressus, nonnulli ipsi obstitere, alij auxilium flagitanti opera defuere. Qua de re certior factus Clemens earum prouinciarum viris principibus, ac magistratibus dedit imperia b, exaratis Viennæ idibus martij literis, vt publica illum auctoritate ad hæreticos delendos armarent. Porro ad hæreticorum errores dissipandos, tum ad obsolescentem sensim fidelium pietatem excitandam Clemens Vrbani IV. literas de seruanda ac magna instruenda pompa festi corporis Domini feria quinta ab octaua pentecostes recurrente celebritate diploma renouauit, suisque inseruit literis c. Ad discutiendos pariter omnes errores, quos hæretici circa humanitatem Christi offunderent, fidei catholicæ veritas illustrata est.

b Cle Ad nostrum de hæret. De hypocritarum eius tēpo ris spurcitijs.

Begardi decretoria concilij Viennen. sententia damnati. In eos cē sura fidei exerceri iussa.

a Aluar. superior. c. 45.

In Lugdunen. & Bisuntina prouincijs grassata hæresis.

Censorē fidei sua auctoritate fulcire magistratus iussi. b Lib. 7. ep cur. 16.

Instaurata corporis Domini celebritas a Clē. c Clem. si Dominū de reliq. et vener sāctor.

Tū Petrus Ioannis Oliui Minorita d, qui præter alios errores ex alijs hæresiarchis petitos male circa generationem Verbi senserat, & Christum dominum adhuc viuum lancea perfossum effutierat, ac Ioannem euangelistam inuertisse ordinem historiæ, damnatus. Quæ in Clementina hisce verbis expressa sunt. e

Fidei catholicæ fundamento, præter quod teste Apostolo nemo potest aliud ponere, firmiter inhærentes, aperte cum sancta matre ecclesia confitemur, vnigenitum Dei Filium in ijs omnibus, in quibus Deus Pater existit, vna cum Patre æternaliter subsistentem, partes nostræ naturæ simul vnitas (ex quibus ipse in se verus Deus existens fieret verus homo) humanum videlicet corpus passibile & animam intellectiuam seu rationalem, ipsum corpus vere & per se & essentialiter informantem, assumpsisse ex tempore in virginali thalamo ad vnitatem suæ hypostasis & personæ: & quod in hac assumpta natura ipsum Dei Verbum pro omnium operanda salute non solum affigi cruci & in ea mori voluit, sed etiam, emisso iam spiritu, perforari lancea sustinuit latus suum, vt exinde profluentibus vndis aquæ & sanguinis, formaretur vnica ac immaculata ac virgo sancta mater ecclesia coniunx Christi, sicut de latere primi hominis soporati Eua sibi in coniugium est formata; vt sic certa figuræ primi & veteris Adæ (qui secundum Apostolum est & forma futuri) in nostro nouissimo Adam in Christo veritas responderet. Hæc est, inquam, veritas illius prægrandis aquilæ vallata testimonio, quam propheta vidit Ezechiel animalibus cæteris euangelicis transuolantem, B. Ioannis videlicet Apostoli & euangelistæ. Detrahere Petrus Ioannis scripturæ aucto-

d Vvad. in Annal. hoc ann. n. 4. e Clem. Fidei cat. de sum. Trin. Guid. Car sum. de er ror. Petri Ioan. Io. Tur. sum. de eccl p. 2 l. 4. c. 26. Eymer. 2. p direct. q. 15. Pegna comm. 40. Ant. 3. p. tit. 21 c. 3. §. 1. De duab. in Christo naturis & vnitate personæ.

Christo mortuo, veram aquam & sanguinē fluxisse e latere.

rita-

Marcent virtutes in otio.

iuxta, & di. III. Adhuc instant ad fin. & de purg. can. c. fi. Item quomodo licentiari potest virtus, quia necesse est, si virtus est, quod sit in habitu aut in actu, nec cum est in actu habitus eius perditur? Vnde Augustinus de bono coniugali: Virtutes animi aliquando in opere manifestantur, aliquando in habitu latent: si autem non est in habitu nec in actu, virtus non est, nam virtus est habitus mentis bene constituta. Et infra: *Item quomodo potest fieri quod virtus possit licentiari, quin desinat esse virtus? quia aut virtus exercebitur interius per desideria illius virtutis & cogitationes & meditationes sanctas, aut exterius per opera bona. Si neutro istorum modorum, virtutis nomen amittit, & sine virtute remanet anima; virtutes enim sunt velamina animæ, de pœn. d. II. Sapiens nunquam inanis est sub §. Romanos, & c. Vt cognouerunt, & c. Illa anima, & c. Similem. Quomodo ergo imago Dei & similitudo est in anima licentiante virtutes? non* Dei *imago, sed diaboli est, virtute vacua, & vitio succedente, &c.*

Spurca Begardorū axiomata.

Septimus error Begardorum est, quod osculum mulieris, cum ad hoc non inclinet natura, est mortale peccatum; actus autem carnalis, cum ad hoc natura inclinet, peccatum non est, maxime cum tentatur exercens. Ac contra Aluarus: *Oscula, amplexus, & tactus non sunt mortalia, nec venialia de se, cum possint fieri bona intentione, vt pro pace danda, vel ratione consuetudinis, maxime inter consanguineos iuxta mores prouincialium.* Et infra: *Si vero osculum detur ex libidinoso animo, vel tactus fiat, mortale est, quia etiam nō solum tactu sed aspectu & affectu, etiam sine aspectu appetit & appetitur cōcupiscientia mulierum, Matth. v. XXXII. q. v. Nec solo, & c. Qui viderit.* Et infra; *Item inclinatio naturæ vel non inclinatio non facit peccatum, sed peruersa voluntas & inordinata, commutans bonum incommutabile in commutabile, & præponens delectationem creaturæ Creatori, quod est peccare secundum Augustinum; & quia inclinatio non cogit peccare, quia tunc non esset peccatum, XV. q. I. §. I. Sed: & si natura inclinet, maxime ad peccatum carnis, non minus peccant suo arbitrio noxius est, de pœn. di. II. Si enim, versic. liberi arbitrij p. st. IIII. column. Quia vero dicunt isti animales Begardi, quod actus carnalis non est peccatum, cum ad hoc natura inclinet, hoc dicunt quia sunt de spiritu libertatis, vt opus exerceant carnalitatis & bestialitatis: nam inter alia præcepta negatiua in decalogo mœchia prohibetur, cum dicit Dominus exod. XX. Non mœchaberis.* Et infra: *Item Apostolus I. ad Thessalon. IV. ibi: Vt abstineatis vos a fornicatione. Item Apostolus ad Galat. V. præmissa fornicatione ait: Qui autem talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Ad idem Tobiæ IV. Attende tibi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam non patiaris crimen scire; crimen autem mortale importat. XXV. di. §. Criminis. LXXXI. di. c. I extr. de pœni. & remis. Deus. Item deuteron. XVIII. Non erit tibi meretrix. I. Cor. VI. Fugite fornicationem, &c.*

Quando oscula sint peccatū & quando non.

Vetitam fornicationem ostēditur.

Hæresis contra dignitatem Eucharistiæ.

Octauus error Begardorum est, quia dicunt, quod in eleuatione corporis Iesu Christi non debent assurgere, nec ei reuerentiam exhibere, asserentes quod esset imperfectionis eisdem, si a puritate & altitudine suæ contemplationis tantum descenderent, quod circa mysterium seu sacramentum Eucharistiæ aut circa passionem humanitatis Christi aliqua cogitarent. Error autem iste tollitur per illud, quod scribitur ad Philipp. II. Quod in nomine Iesu omne genu flectatur, extra de immun. eccl. decr. lib. VI. *extr. de celeb. miss. Sane, de consecr. di. II. Nihil. I. q. I. Multi. Item Christus ille panis est, de conse. di. II. Christus panis est: sed Christus dominus est, Io. XIII. Si ego Dominus & magister; huic autem domino genuflectendum est, Michææ VI. Quid dignum offeram Domino? Curuabo genu Deo excelso. Immo nedum corpori Christi, sed etiam cum legitur euangelium, curuari debemus de co. s. d. I. Apostolica. Item in psal. XCVIII. Dominus regnauit, irascantur populi, ibi: Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est; ac Christi humanitate exponit Augustinus & expressum de cons. di. II. Accesserunt vers. nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit. Item ad Hebræos I. Et cum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei; & in psal. XCVI. Adorate eum, scilicet Filium, omnes angeli eius, scilicet Patris. Item cum quilibet fidelis teneatur omni anno communicare, Io. VI. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. de con. di. II. Prima, cum cap. praced. extra. de pœni. Omnis; quia & Apostolis summæ perfectionis hoc dixit Dominus: Hoc facite in meam commemorationem; Luc. XXII. de cons. dist. II. Iteratur & ext. de reliquijs. Si Dominum in Clem. eadem ratione tenetur ipsum adorare etiam adoratione latriæ, vt probat Aug. in pra vers. Adorate scabellum pedum eius, & præ. cap. Accesserunt. quia caro Christi coniuncta diuinitati adoratur latria, in quantum in creatura, hyperdulia: de qua latria legitur & no. de cons. di. III. Venerabiles. Item magi procidentes adorauerunt eum, Matth. II. & leprosus Matth. VIII. ibi, Adorabat eum, vbi Origenes: Antequam peteret, adorare cœpit, cultum ostendens; & Chrysostomus super Matthæum: Non enim illum petebat quasi hominem artificem, sed adorabat, quasi Deum; oratio autem perfecta est fides & confessio, vnde leprosus fidei opus adorans impleuit: sed opus confessionis impleuit in verbis, vnde adorabat eum dicens: Domine; & ille cæcus illuminatus, Ioan. IX. in fine.*

Impietas alia aduersus passionem Christi.

Demonstratur adorandā Eucharistiam.

Hæreticorum argumentum dissoluitur.

Quod autem dicunt isti maledicti, quod caderent a perfectione sua contemplationis, si de carne Christi aut de passione eius aliquid cogitarent; insanum est manifeste & diabolicæ arrogantiæ, quia videndo corpus Christi vident Deum per fidem & diuinitatem eius, quæ coniuncta est carni Christi; vnde Io. XIV. Qui videt me, videt & Patrem; & Beati oculi, qui vident quæ vos videtis; Luc. X. & Io. XVI. Sicut nos vnum sumus extr. de summa Trin. c. II. §. Rursus. Et quæ maior & purior contemplatio, quam cogitare Deum passum in carne, ad cuius memoriam est illud sacramentum principaliter institutum? vnde Dominus: Hoc quotiescumque feceritis, in meam commemorationem facietis, Luc. XXII. de cons. di. II. Iteratur, ext. de reliqu. & vener. sanctorum. Si Dominum in Clem. Vnde. I. Petr. IV. Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini; & ad Hebr. XII. Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem; &c. thren. III. Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absynthij & fellis. Sed quomodo hi impij possunt contemplari diuinitatem, nisi & ibi Filium contemplentur, qui est vna essentia cum Patre? quia est id quod Pater, Pater enim Filio dedit id quod est; vnde dicit Filius Io. X. & extr. de summa Trin. c. II. §. Licet: Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est: si autem Filium Dei contemplantur, Deum de Deo, vt in symbolo Niceno, quod cantatur in missa, contemplari eos necesse est, si

Passio Christi pie recolenda.

recte

quibus confirmatur Apostoli oraculū: *Vbi Spiritus Domini, ibi libertas;* & vbi spiritus Domini non est, ibi infelicissima seruitus, quamuis libertatis inuolucro subornata. Tum subdit auctor.

Begardi serui concupiscentiæ fuerūt

Begardi ergo isti, contra quos superius disputaui, redeant ad Spiritum Domini, & non carnis, si veram habere desiderant libertatem: sed spiritu fornicationis decepti sunt ipsi & eorū consimiles, sicut expresse dicitur Oseæ VI. *Spiritus fornicationis in medio eorum, & Dominum non cognouerunt; quia sicut experti sumus his temporibus, finis talis spiritus libertatis, qui hodie currit, caro est & non spiritus. Tempore meo in prouincia B. Francisci multi seculares & fratres Minores pro isto carnali spiritu libertatis per inquisitores hæreticæ prauitatis incarcerati fuerunt: inter quos fuit quidem frater noster, qui propter perfectionem, quam ostentabat, apostolus dicebatur, qui ibi caput fuit istius erroris; qui, cum essem nouitius & consulerem eum, credens eum virum perfectum, super quadam mea tribulatione subridens dixit mihi, quod ipse tribulari non poterat. Quod verbum non intelligens, ipsum mirabilem hominem reputaui: sed cum captus esset pro isto spiritu libertatis, intellexi verbum suum occultum, quod ideo non poterat tribulari, quia faciebat quidquid sibi caro & sensualitas suggerebat, seruus carnis, liber a iustitia. Iste in carcere fratrum mortuus fuit Florentiæ, si vere pœnitens, nescio. Tales valde spirituales videbantur, in lucis angelum transformati* II. *Cor.* XI.

Multi Minoritæ hac hæresi infecti. De quodā Begard. Minorit. qui Apostoli nomen traxerat.

Begardor. error circa visionē beatificā.

Quartus error istorum Begardorum est, quod homo potest finalem beatitudinem secundum omnem gradum perfectionis in præsenti vita consequi, sicut eam in vita obtinebit beata. Error iste, nullum colorem habens a scriptura diuina, destruitur expresse a Domino, cum dicit Matth. XI. *Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo; vbi Augustinus: Regnum cælorum appellauit hic, quod nondum accepimus, de quo in fine dicturus est Matth.* XXV. *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum; quia ibi sunt angeli, quorum minor maior est quolibet iusto portante corpus, quod corrumpitur & aggrauat animam; & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, sap.* IX. *Item ibi Hieronymus: nos autem simpliciter intelligamus, quod omnis sanctus, qui iam est cum Domino, maior sit illo, qui adhuc consistit in prælio: aliud est enim coronam victoriæ possidere, aliud adhuc in acie dimicare. Non potest ergo clarius, quam per hæc verba textus & Augustini & Hieronymi tolli iste error, quia cum Ioannes perfectissimus esset, etiam ab vtero Spiritu sancto repletus, Luc.* I. *non tamen beatitudinem minimi beati in patria potuit attingere.* Et infra: *Præterea secundum Apostolum* I. *ad Cor.* XIII. *Videmus nunc per speculum & in ænigmate, id est in obscuritate: ænigma est vestigium Trinitatis in creaturis,* Rom. I. *Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, alia glo. id est in hac vita, tunc scilicet in patria facie ad faciem; sed secundum Gregorium etiam ipsa Dei cognitio amor est, qui autem clarius videt, purius diligit quem purius cognoscit. Merces autem secundum Augustinum tota visio est, Io.* XVII. *Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Nunquam ergo tali beatitudine potest perfrui & tanta, qui in ænigmate Deum videt, sicut qui facie ad faciem; vnde Dominus ad Moysem exod.* XXIII. *Posteriora mea videbis, scilicet in hac vita, id est in ænigmate me cognosces, quia qui retro stat non plene hominem cognoscit, &c.* Plura non addimus, cum inferius mota in ecclesia de visione beatifica animarum separatarum controuersia a nobis amplissime hæc illustranda sint. Pergit Aluarus.

Refellitur ex diuinis oraclis.

Probatur sperari visionem beatificā in cælo.

Non conferri in hac vita mortali.

Error circa felicitatem creaturæ intellectualis.

Quintus error istorum Begardorum est, quod quælibet intellectualis natura seipsa naturaliter est beata, quodque anima non indiget lumine gloriæ ipsam eleuante ad Deum videndum, & eo beate fruendum. Error autem iste connexus est illi alteri errori Pelagianorum, de quo XXIV. *q.* III. *Quidā verſ. Pelagiani, dicentium sufficere volūtatem hominis sine aliqua gratia ad adimplenda iussa diuina, contra illud Ioannis* XV. *Sine me nihil potestis facere.* Et infra: *Si autem isti Begardi intelligunt de natura intellectuali angelica, quod seipsa naturaliter est beata, falsum est, quia nullus naturaliter est bonus essentialiter & beatus, nisi solus Deus, qui essentialiter & originaliter & perfecte & effectiue & naturaliter est beatus. Ioan.* X. *Ego sum pastor bonus, & Matth.* XIX. *illud Marc.* X. *Luc.* XVIII. *Quid me interrogas de bono? vnus est bonus Deus; vbi Origenes: Quando enim declinamus a malo & facimus bonum, quantum ad comparationem cæterorum hominum dicitur bonum quod facimus; quantum autem ad veritatem, secundum quod hic dicitur: Vnus est bonus; bonum nostrum non est bonum: beatus autem quisque esse non potest, nisi sit bonus; vnde Boethius: Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus: est autem Deus solus essentialiter bonus, quia bonitas sua est sua essentia. Originaliter, quia bonitatem suam non habet ab alio, sed a seipso; quia ipse non est ab alio, sed a se, vnde psal.* CI. *Tu autem idem ipse es. Perfecte: quia nil mali, vel defectus, aut diminutionis consistit in illo. Effectiue, quia omne bonum deriuatur ab eo, cum sit ipse fons indeficiens omnis boni, de pœn. d.* I. *§. Hoc idem Iaco.* I. *Omne datum, &c. Naturaliter, quia natura eius summe & plus quam potest intelligi bona incommutabiliter, & incorrupta. Nulla autem creatura potest habere, nec habet quinque prædictas bonitatis conditiones, etiam angelica creatura, nedum humana.* Et infra: *Cæterum quod dicunt secundario in isto errore, quod anima non indiget lumine gloriæ, ipsam eleuante ad Deum videndum & eo beate fruendum; falsum est & contra illud expresse psal.* XXV. *Et in lumine tuo, scilicet Filij, ergo non nostro, videbimus lumen, scilicet Patris. Præterea esto quod anima habeat lumen gratiæ, non tamen habet lumen gloriæ, quia tunc lumine gloriæ non egeret.*

Probatur seipsa felicem non esse.

Hæc dignitas soli Deo reseruata.

Lumen gloriæ animæ ad visionē Dei necessariū

Sextus error istorum Begardorum est, quod se exercere in actibus virtutum est hominis imperfecti, & perfecta anima licentiat a se virtutes. Istum errorem, qui etiam surgit de spiritu libertatis, reprobat & confundit tota vita Christi & sanctorum omnium perfectorum, qui se in actibus virtuosis continue exercitarunt. Et infra: *Item Apostolus* I. *ad Timoth.* IV. *hortatur Timotheum virum perfectum ad exercitium virtutis, dicens: Exerce te ipsum ad pietatem, &c.* XLII. *in fin. in eod. cap. Vt profectus tuus manifestus sit omnibus. Nunquid Paulus perfectus erat? qui dicebat ad Philipp.* IV. *Quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque iusta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ; si qua virtus, si qua laus disciplinæ hæc cogitate, quæ accepistis, & audistis, & vidistis in me, &c. Quis enim scit se esse perfectum, vt licentiare possit virtutum actus? certe nullus,* I. *Cor.* IV. *de pœn. d.* II. *Si enim inquit, verſ. nos autem*

Insana & pugnans Begardorum asser tio.

Probatur spectare ad perfectos virtutum opera.

iux-

potestatem timendo potestatem maiorem. Et infra:

Fundamētum erroris Begard. conuellitur. — *Quod vero dicunt dicti Begardi, quod postquam perfectus est quis, ad nulla præcepta ecclesiæ obligatur; certum est esse erroneum manifeste sicut apparet* XIV. *q.* 1. *§. quod præcipitur. Item canones ab ecclesia editi Spiritu sancto dictante editi sunt* XXV. *q.* 1. *Violatores.* 11. *ad Timoth.* III. *ibi: Omnis scriptura diuinitus inspirata, &c. Et* II. *Pet.* 1. *c. in fi. ibi: Sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Ergo quilibet est obligatus ad eos seruandos sicut præcepta Dei. Ad hoc* XXV. *q.* 1. *Nulli fas, &c. Prima salus, &c. Generali decreto.* Et infra: *Quia Deus per ecclesiam nobis loquitur secundum illud Matth.* X. *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis; & Hierem.* I. *Ego ero in ore tuo. & si separaueris pretiosum a vili, quasi os meum eris, Hier.* XV. Præcepta ecclesiæ esse sancta ostenduntur.

Begard. argumēta pro laxando libidini freno. — *Rursus quod dicunt Begardi & allegant pro se verbum Pauli* II. *ad Cor.* III. *Vbi Spiritus Domini, ibi libertas; & Galat.* V. *ibi: Quia si Spiritu Dei ducimini, non estis sub lege, &* XIX. *q.* II. *Duæ sunt. Sed ipsi cæci & carnales æquiuocant libertatem, isti enim carnales totaliter, qui sunt propriè de illis hæreticis de spiritu libertatis, de peccato sibi conscientiam non faciunt; dicunt enim: Modo est tempus tertium Spiritus sancti; distinguunt enim totum tempus a creatione mundi vsque ad consummationem seculi in tria tempora, & dicunt quod primum tempus creationis vsque ad Christum fuit tempus Patris, secundum tempus ab incarnatione Christi vsque ad aduentum Spiritus sancti, fuit tempus Filij & tempus redemptionis, a missione Spiritus sancti vsque ad finem mundi est tempus Spiritus sancti & tempus libertatis ad faciendum quidquid homini libet, nec reputant hic aliquid malum esse.* Fundamētum eorū impium. *Sed iste error eorum est periculosior omnium, quia alium errorem includit, qui ab antiquis hæreticis originem traxit, & in istis temporibus nouissime propinquis perditionis filio antichristo multum inualuit & inualescit & inualescet.*

Begardi cuiusdam de inferno & paradiso sententia. — *Vnus enim ex eis dixit, non est diu, qui erat ex episcopatu Tudertino, sicut fuit probatum per testes me ibi existente, quod nihil aliud erat infernus, nisi non facere propriam voluntatem; & paradisus non erat aliud, nisi facere in omnibus propriam voluntatem, & vti in omnibus propria libertate.* Secta libertatis spiritus. — *De peccato ergo aliquo conscientiam aliquam sibi non faciunt, maxime de peccato carnis, sicut patet extr. de hæret. Ad nostrum, in* VII. *errore, & dicam infra in §. septimo: propter quod omnes sunt immundi, sicut manifestum est per eorum proprias confessiones & fideles attestationes habitas in diebus meis, maxime in partibus Lombardiæ, & in prouincia ducatana, quæ est prouincia B. Francisci.* Quis eius auctor fuerit. — *Caput autem illius sectæ spiritus libertatis istis temporibus fuit Dulcinus Lombardus, qui fuit combustus cum quadam sua meretrice in Lombardia prope Vercellensem ciuitatem.* Fuisse instauratorem sectæ illius & propagatorem Dulcinum, magistrum autem habuisse Segarellum * Parmensem pseudomonachum, qui legem spiritus antiquaturam Christi euangelium vaticinatus fuerat, atque ad confirmandam hæresim plura ex abbatis Ioachimi scriptis detorserat, ex quo etiam Petrus Ioannis Oliui sua deliria mutuatus sit, superiori anno ex Guidone a Elnensi episcopo, Eymerico b & Ioanne Card. Turrecremata c obseruatum est. Ex quo facile colligas hosce Bizochos, Beguardos, pseudoapostolos, Dulcinistas seu Libertinos, & alios plura fuisse vnius hydræ capita ex eodem nempe Vvaldensis im-

Dulcinus sectæ illius instaurator.
* al. Segnerellum
a Guid. Sū. de hæres.
b Eym. 2. p. direct. q. 12.
c Turr. Sū. p. 2. l. 4. c. 37.

pietatis monstro progerminasse; quamuis singulares quiq; errores confinxerint. Pergit Aluarus.

Isti sunt quos litera sacræ scripturæ occidit II. *Corinth.* III. *male & carnaliter per eos intellecta, & spiritus, cuius libertatem allegant, non viuificat, quia ad literam intelligere volunt verba scripturæ de libertate loquentia ad suas fœditates nefarias confouendas.* Et infra: *Circa istum errorem sciendum est, quod duplex seruitus in scriptura inuenitur.* Respondetur ad argum. Begard. *Vna est seruitus legis, quæ ex timore pœnæ operatur, de qua Galat.* V. *in fine: Itaque fratres iam non sumus filij ancillæ, sed liberæ.* Duplicis seruitutis destinctio. *Est alia seruitus peccati, de qua Io.* VIII. *dicit Dominus: Qui facit peccatum, seruus est peccati; & Matth.* VI. *non potestis seruire Deo & mammonæ; quicumque enim passioni obedit, seruus est passionis, quia cum gratia præcedente potest homo passionibus dominari & subijcere obedientiæ rationis; vnde genes.* IV. *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius; & act.* XX. *Non facio animam meam, id est animalitatem, id est sensualitatem, de qua extr. de hæreticis ad nostrum in Clement. pretiosiorem quam me, scilicet rationem & intellectum; quasi dicat: Possum per rationem sensualitati dominari.* Seruitus appetitus libertatē constituit. *Vera ergo & prima libertas est secundum Augustinum, carere criminibus:* Quæ vera libertas sit. *verus liber, quem Dei Filius liberauit ps.* XXXVII. *quia inter mortuos, scilicet peccato, liber, Christus a peccato liberos facit, quod peccatum ipse portauit super lignum crucis* I. *Petr.* II. *Vt peccatis mortui iustitiæ viuamus; & liberando nos a peccato, seruos fecit iustitiæ & virtutis. Serui eramus cupiditatis, liberati serui efficimur charitatis. Non ergo, vt dicat Augustinus in dicta homilia, dicat Christianus: Liber sum, in libertatem vocatus sum: seruus eram, sed redemptus sum & in ipsa redemptione liber factus sum; faciam quod volo, nemo me prohibeat a voluntate mea, si liber sum.* De ea Augustini sententia. *Sed si ista voluntate & libertate peccatum facis, seruus es peccati: Noli ergo libertate vti ad peccandum libere, sed vtere ad non peccandum, erit enim voluntas tua libera si fuerit pia; eris liber si fueris seruus, liber peccati, seruus iustitiæ, dicente Apostolo ad Rom.* VI. *Cum serui essetis, &c.* Et infra: *Quia ergo spirituales quantum est possibile peccata cauent, non sunt sub lege punientæ scelera, sed sub gratia eos vt virtuosos coronante. Sic etiam intelligitur illud Apostoli* I. *Timoth.* I. *Iusto non est lex posita. & Galat.* V. *Quia si spiritu Dei ducimini, non estis sub lege; id est sub timore legis, quia sicut dicitur Gala.* III. *lex posita est contra transgressionem prohibendam & etiam puniendam: iustus vero potius seruit amore iustitiæ, quam timore pœnæ; vnde super prædicto verbo, Iusto non est lex posita, dicit Bernardus: Alia est lex promulgata a spiritu seruitutis in timore, alia a Spiritu libertatis data in suauitate; nec sub illa coguntur filij, nec sine ista viuere patiuntur.* Explanatio verborum Ap. circa libertatem iusti. *Vis audire, quia iustis non est lex posita? Non accepistis, ait, spiritum seruitutis iterum in timore, Ro.* VIII. *Vis audire, quod sine charitatis lege non sunt? Sed accepistis, inquit, Spiritum adoptionis filiorum Dei,* XXIII. *q.* IV. *§. Ex ijs. Aperte non dicitur, iusti non habent legem, aut iusti sunt sine lege; sed iustis non est posita lex, hoc est non tanquam inuitis posita, sed voluntarijs, eo liberaliter data quo suauiter inspirata, quia ipsi habentes legem naturalem & euangelicam in cordibus eorum scriptam, Rom.* II. *præcepta Domini & consilia obseruant.* An illi posita lex. Et infra: *Vnde dicebat sancta Agatha: Summa ingenuitas hæc est, in qua Christi seruitus comprobatur, &c.* S. Agathæ sententia. Plura adduntur in hanc sententiam, ex qui-

qui Cataphrygij dicuntur, de quibus xxiv. *q.* iii. *Quidam. vers. Cataphrygys: mundos enim se facientes, immundissimi sunt; immundus est enim apud Deum omnis, qui exaltat cor suum, de pœn. di.* ii. *Si enim, ille enim vere est immundus qui se videt mundum, & ille mundus qui se videt immundum.* Et infra: *Isaias cum vidit Dominum exercituum, tunc se immundum vidit, & dixit: Væ mihi quia vir labijs pollutus ego sum & vidi Dominum exercituum Isai.* vi. *Isti ergo miseri Beguardi, sicut dicit Gregorius, quo peccatores se esse non credunt, eo deteriores peccatores fiunt* xlv. *di. Vera iustitia, &c.*

Infelix eorum status.

Secundus error Begardorum est, quod ieiunare non oportet hominem vel orare postquam gradum vltimum perfectionis fuerit assecutus, quia tunc sensualitas est ita perfecte spiritui & rationi subiecta, quod potest homo libere corpori concedere quidquid placet. Sed iste error fundatus in errore spiritus libertatis (de eo superiori anno a Clemente confutato plura dicta sunt) *facile extirpatur, si veritas attendatur: nam certum est, quod quamdiu quisque in hac vita est, quantumcumque perfectus sit, caro contra spiritum concupiscit. Galat.* v. *& Rom.* vii. *Video autem aliam legem in membris meis, &c. & iterum ibi: Non enim quod volo bonum hoc facio & c.* xxxii. *q.* v. *Si Paulus. Ergo semper necessaria est abstinentia & ieiunium impetum carnis refrenans, vnde* i. *Corinth.* ix. *Castigo corpus meum, &c. etiam* ii. *Corinth.* xi. *In ieiunijs multis & vigilijs multis; vnde Bernardus: Velis nolis intra fines tuos habitat Iebusæus.* Nonnullisque interiectis de duobus huiusmodi hypocritis Minoritis hoc narrat: *Vidi duos fratres nostros sanctitatis nimiæ famam habentes, dicentes se gustum in comedendo perdidisse, & in cibis saporem non inuenire: qui tamen re vera semota hypocrisi plus de bono vino, quam de malo bibebant, & pro eis specialiter quærebatur & emebatur; & qui plus de bona coquina, carnibus & piscibus & fructibus, quam de malis: immo nec communibus contenti erant, sed specialia quærebant & habebant, facta verbis contraria ostendentes, in verbis mendacibus gloriantes. Vere malus spiritus est spiritus gastrimargiæ & periculosus, quia ianua vitiorum.* Et infra: *Isti etiam Beguardi tacite in alium errorem videntur incidere Iouinianistarum, nullum discrimen facientes inter abstinentes & laute epulantes,* xxiv. *q.* iii. *Quidam versic. Iouinianista. Et ideo non dicant quidam: Perfecti sumus, dimittamus abstinentias & ieiunia, & teneamus vitam communem aliorum, quia gulam vicimus. Vere tales non victores gulæ, sed victi a gula sunt, quia etsi quod intrat per os non coinquinat hominem, vt Matth.* xv. *& omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione recipitur,* i. *ad Timoth.* iv. *& quod dictum est Petro: Quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris, act.* x. *ab omni tamen specie mala & occasione abstinendum est,* i. *ad Thessal. vlt. extr. de Simon. Audiuimus.* Et iterum Paulus i. *ad Cor.* ix. *Qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et quis est iste elatus, qui se agonem istum credat vicisse? cum vas electionis dicat ad Rom.* vii. *Quis me liberabit de corpore mortis huius,* xxxii. *q.* v. *Si Paulus.* Et infra.

Dānantur ieiunia & orandi laborem.

Confutantur ex Apostolo.

Duorum hypocritarum fraudes.

Argumēta lenocinantium carni.

Refelluntur.

Isti miseri Beguardi quomodo sibi sint contrarij, attendat quisque fidelis. Dicunt se continue orare & debere orare, & ideo non possunt nec debent manibus laborare: & ijdem dicunt, quod perfectus vir orare non tenetur. Vere Deo & sibi contrarij sunt, & ideo non sunt audiendi xiii. *q.* ii. *Quam præposterum* xxiii. *q.* vii. *Quod autem extr. de appell. Sollicitudinem in fi. vbi de hoc. Mendaces sunt, & de spiritu libertatis carnalis sunt, quia quanto quis perfectior, tanto eugente Spiritu sancto, vt ita loquar, orationaliter, & ad Deum mente & corpore deuotior & illuminatior.* Et infra: *Isti etiam dicentes sibi licere concedere corpori quidquid placet, non viderunt textum eos expresse confundentem* iv. *di. Denique in fi. vbi dicitur: Vinum ergo ita bibere permittitur, vt ebrietatem omnino fugiamus; alioquin restat, vt & omnia quæ corporibus libent, similiter faciamus, vnde & Alexander ad Didymum: Ea quæ voluntas sibi vendicat honestate, plerumque negamus admittere: dedit nobis multas natura blanditias, quas plerumque virtus cohibet.*

Beguardi orare sēper aiunt, & orandū negant.

Indulgēt omnia cōcupiscentiæ.

Coercendam esse demonstratur.

Tertius error Beguardorum est, quia dicunt, quod illi qui sunt in prædicto gradu perfectionis & spiritu libertatis, non sunt humanæ subiecti obedientiæ. Contra istum errorem extra. de renunt. Nisi de §. Sed dices de reg. iur. de elect. Generali §. Illos l. vi. *& quia ecclesia ista ordinata ad instar ecclesiæ triumphantis, vbi est vnus monarcha, cui omnes obediunt, apocal.* xxi. *exod.* xxv. *in fine extr. de sent. exc. c.* i. *in Clem. de elect. Significasti. Nec ad aliqua præcepta ecclesiæ obligantur, quia, vt dicūt, vbi Spiritus Domini ibi libertas, Gal.* v. xix. *q.* ii. *Duæ.* ii. *Cor.* iii. Et infra: *Quod autem iste sit error, patet per testamentum vetus & nouum: in lege enim veteri præcipiuntur occidi, qui imperio sacerdotis, vel principis, vel parentum inobedientes sunt. De primo deut.* xvii. *Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio morietur, extr. Qui fi. sint legit. Per venerabilem §. Rationibus.* Et infra: *Præterea constat, quod Christus voluit esse loco sui *, & vicem eius gerere Matth.* x. *& Luc.* x. *Qui vos audit, me audit, &c.* Et: *Qui vos recepit, me recepit* xxi. *dist. In nouo testam. &* viii. *q.* i. *Qui vos spernit. Obediendum ergo fuit Apostolis sicut Christo tamquam eius vicarijs, maxime Petro primo & præcipuo, vt præ. c. In nouo. A simili & eorum successoribus obediendum est, vnde si quis diceret, obediendum Christo, sed non eius vicarijs, Ergo Christus non sufficienter ecclesiæ prouidisset, postquam cælos ascendit, quod falsum est, extra de homicid. Pro humani li.* vi. *vbi de hoc: non enim remansit ecclesia sine capite loco Christi, vt ibi, quia corpus Christi mysticum ecclesia est,* xxiii. *q.* v. *De Liguribus; quod sine capite non est extr. de off. ord. Quoniam in plerisque. Si quis autem diceret obediendum esse bonis prælatis, non malis, falsum diceret contra illud Matth.* xxiii. *Supra cathedram Moysi, &c.* i. *q.* i. *Non quales* xix. *dist. Secundum &* i. *Petr.* ii. *Serui subditi estote, &c. non tantum bonis, sed etiam dyscolis* xi. *q.* iii. *Iulianus* xxiii *q.* i. *Quid culpatur. Si enim tantum bonis esset obediendum, iurisdictio ecclesiæ nihil haberet certitudinis, nesciretur enim quis esset bonus vel malus, eccles.* ix *Nescit homo vtrum amore vel odio sit dignus. Item iurisdictio ecclesiæ nihil haberet stabilitatis, ille enim qui est bonus in momento fit malus, & e conuerso; quia secundum Iob.* xiv. *mutatur homo, & nunquam in eodem statu permanet, de con. di.* v. *Ne tales. Præterea sicut pictor fœdus facit pulchram imaginem, sic malus prælatus bonum præceptum: si autem præcipiat quod malum est, vt peccatum, obediendum non est; vnde Augustinus supra illud Rom.* xiii. *Qui potestati resistunt, ipsi damnationem acquirunt; Si ille iubeat quod non debet facere, hic sane contemne pote-*

Excussum ab his humanę obedientiæ iugum.

Spreta ecclesiæ præcepta. Arguuntur erroris ex veteri testamento, & ex nouo.

* Apostolis

Obiectio an sit obediendum nefario præsuli.

Probatur obediendum.

Distinguitur de præcepto impio, quod spernendum.

que ſenatu a Richardo Senenſi Cardinale inſigni iuris perito, tum alijs e ſacra theologia depromptis a Ioanne Murrenſi itidem Cardinale, tum etiam alijs ex decretalibus & iure canonico delibatis a Gentili Cardinale comprobatum: nec non duos auratos equites Catalanos aduerſarijs Bonifacij prouocationem ad certamen ſingulare (ex nobilium more improbo) obieciſſe: indeque Philippum ac ſuos pudore ſuffuſos conticuiſſe. Addit etiam placandi Regis cauſa decretum a concilio editum, quo promulgatum fit, nullam vnquam labem Philippo poſteriſue ob geſta in Bonifacium adhæſuram, quod etiam repetit S. Antoninus: *Quia*, inquit, *ipſe*, nempe Bonifacius, *fecerat proceſſus contra Regem Franciæ, ad quietandum ipſum, non valentem obtinere quod cupiebat iniuſtum, declarauit & firmauit decreto concilium, quod quacumque de cauſa Rex offendiſſet Bonifacium Papam ſeu eccleſiam, nullo vnquam tempore poſſet ipſi Regi, vel eius filijs & heredibus aliquid damni inferri vel pœnæ*, ita, quod iam ante ſanxerat Clemens, a concilio repetitum eſt.

Data Philippo Regi venia.

17 Vt deterſa eſt a Bonifacio (pro quo nunc eruditam apologiam typis mandat Ioannes Rubeus monachus Benedictinus) omnis hæreſeos ſuſpicio & macula a Viennenſi concilio, ita ab eodem damnati ſunt nonnullorum impuriſſimorum hypocritarum, qui Germaniam ſuo veneno infecerant, fœdiſſimi errores, qui adeo cum omni ratione atque honeſtate pugnant, vt mirum ſit homines in tantam veſaniam actos, vt colerent vitia ſanctitatis ſpecie, atque humanis ſenſibus æternam metirentur felicitatem. Beguinorum & Beguardorum ijs nomen erat: an illud a peſtiferæ ſectæ auctore, an ab alia cauſa deriuatum, parum exploratum eſt, de quibus hæc Henricus Stero a: *Hic Papa ſectam Begardorum & Begardarum hæreticorum vtriuſque ſexus reprobauit, qui Alemaniam * in plures prouincias peruerſis dogmatibus ſuis infecerant: dixerunt enim inter cætera, hominem eundo de virtute in virtutem perfectiorem Chriſto poſſe fieri et impeccabilem: negauere etiam ſe ſubeſſe prælatis & ſummo Pontifici*. Afflabant alia venena ſimplicioribus, erroreſque diſſeminabant, quos recenſet Clemens ac damnat in apoſtolica conſtitutione in concilio promulgata b; ex qua etiam Aluarus Pelagius Minorita epiſcopus Siluenſis, qui aduerſus hos hæreticos ſæpius ſcuto fidei & gladio ſpiritus ſe concertaſſe teſtatur, eoſdem errores enumerat confutatque, eductis in aciem diuinis oraculis & ſanctorum patrum auctoritatibus: cuius narratio & doctrina etſi prolixior afferenda viſa eſt, cum is teſtis fide digniſſimus ſit, atque impietas pure detecta ob ſui horrorem minus noceat, & vt videant nouatores, quos habuerint anteſignanos: *Vnus*, inquit c, *error eorum eſt: homo in præſenti vita tantum & talem gradum perfectionis poteſt acquirere, quod reddetur penitus impeccabilis & amplius in gratia proficere non valebit; nam, vt dicunt, ſi quis poſſet ſemper proficere, poſſet aliquis Chriſto perfectior inueniri. Iſti moueri videntur ex auctoritate Ioannis in ep. 1. cap. III. ibi: Omnis, qui natus eſt ex Deo peccatum non facit, de pœni. di. II. §. Opponitur verſ. item ſecundum hanc. Sed Hieronymus contra Iouinianum prædictæ auctoritati reſpondet, probans omnem hominem in hac vita poſſe peccare & peccato eſſe ſubiectum, multis hoc probans exemplis. Iſte etiam error ab illo videtur trahere ortum, qui dicit nullum imputari peccatum in fide manentium, xxiv. q. III. Quidam verſ. Eunomiani. Si ad impeccabilitatem in hac vita venire poſſemus, fruſtra oraremus. Dimitte nobis debita noſtra, de pœn. d. III. De quotidianis & præ. c. Si enim verſ. ſi non peccamus, & diſt. I. Tres autem & ac conſe. diſt. II. Iteratur, & Matth. 6. & Luc. XI. vbi Cyprianus: Quam neceſſarie autem & ſalubriter admonemur, qui peccatores ſumus, qui pro peccatis rogare compellimur: & ne quis ſibi quaſi innocens placeat, & ſe extollendo plus pereat, inſtruitur ſe peccare quotidie, dum pro peccatis quotidie iubetur orare. Item Auguſtinus de bono perſeuerantiæ: Hoc autem telo Pelagians confodiuntur hæretici, qui audent dicere, hominem iuſtum in hac vita habere nullum omnino peccatum: & in talibus hominibus non eſt iam videre in præſenti tempore eccleſiam non habentem maculam aut rugam, ad Epheſ. v. xxI. di. Quamuis. Chryſoſtomus in homilia. Quoniam vero fidelibus hæc oratio conuenit, leges eccleſiæ docent & orationis principium, quod docet Deum patrem vocare. Qui ergo fidelibus iubet remiſſionem peccatorum petere, demonſtrat quod poſt baptiſmum contingit peccata dimitti contra Nouatianum*. Et pluribus interiectis adducit Ioannem Caſſianum in lib. collationum aduerſus impeccabilitatem ſibi affingentes & dicta Apoſtoli: *Quod nolo malum hoc ago*; &: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? ad Rom. VII. & xxxII. q. v. Si Paulus, & de conſec. di. IV. c. II. & illud Rom. VII. Video aliam legem repugnantem legi mentis meæ*. Tum iſtud: *Sydera ipſa non ſunt munda in conſpectu eius*. Subdit: *Noſtra tranſlatio habet Cæli non mundi: Iob xv.*

Quia etiam dicunt dicti Begardi, quod tantũ poteſt homo creſcere in gratia in hac vita, quod amplius creſcere non valebit, falſum eſſe non dubium eſt, quia ſcriptum eſt in pſalmo LXXXIII. & de pœni. di. II. Dum ſanctam: Ibunt de virtute in virtutem, vſquequo, videatur Deus deorum in Sion; id eſt in gloria ſempiterna, vbi Dominum ſpeculabimur facie ad faciem. Ioan. cap. XVII. contra etiam verbum Ambroſij in ſermone reſurrectionis de ſanctis dicentis: Quis enim in hac vita tam mundus, qui amplius mundari non poſſit, magis magiſque mundandus non ſit? & ſequitur poſt: Vt tanto ſint fœcundiores; quanto fuerint mundiores. Et contra hoc etiam eſt illud Apoc. cap. vltimo: Et qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc XLVII. di. Quantumlibet; & illud Salomonis prouerb. IV. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit & creſcit vſque in perfectum diem, de pœn. d. II. Iuſtorum ſemita, poſt c. Non reuertebantur; vocat autem perfectum diem, ſcilicet gloriæ ſempiternæ. Et infra: *Quis in hac vita ad tantum gradum perfectionis peruenit, ad quantum peruenit mater Dei? & tamen ſemper in ea creuit gratia & meritum vſque ad mortem, quia ſemper gratia vtebatur recte & virtuoſe viuendo: & credo, ſalua eccleſiæ veritate, quod ſi domina centum millibus annorum vixiſſet in hac vita, in fine illorum dierum perfectior extitiſſet, quia nulla creatura ſic eſt plena gratia, quin amplius repleri valeat, excepto illo homine in Chriſto Deo vnito, qui ab inſtanti conceptionis omnibus chariſmatibus diuinis & Spiritu ſancto pleniſſime plenus fuit, quia non fuit ſibi datus Spiritus ad menſuram Io. III. & ibi: De plenitudine eius omnes accepimus Io. I. & ibi: plenum gratiæ & veritatis*. Et multis interiectis de plenitudine gratiarum in Chriſto, ſubdit: *Hi ergo miſeri Begardi, qui ſe iuſtificant & plenitudinem Spiritus ſancti ſe habere credunt, ſimiles alijs hæreticis ſunt, & de eadem infecta ſtirpe deſcendunt, qui*

Marginal notes (left column):

Beguardi damnati in concilio.

a Henr. Stero Altahenſ. an. 1311.

Graſſantur in Germania.

* per

Eorum hæreſes.

b Cle. Ad noſtrum de hæres.

c Aluar. Pel. ep. Sil. de planct. eccl. lib. 2. c. 52. Io. Turrec. de eccl. p. 2. l. 4. c. 36. S. Ant. 3. p. tit. 21 c. 3. §. 2. Bin. in not. ad conc. Vien.

Fingunt ſe impeccabiles. Inſana erroris probatio.

Marginal notes (right column):

Alia petita ex figmẽto, peccata fide non imputari. Confutatur ea cõficta impeccabilitas.

An ſit terminus vltra quem augeri gratia quis nõ poſſit.

Probatur non dari terminũ huiuſmodi.

Demonſtratur exemplo Virginis & theſauro infinito diuinæ gratiæ.

Begardi plenitudine Spiritus ſancti ſe potiri iactabant

fiæ gubernacula abiji potuisse, pluraque argumenta multis subornarunt coloribus, quæ tum Romæ, tum in Philippi Francorum principis regia peruulgata magnos animorum motus pepererc: adeo vt Philippus pluribus literis obiecerit Bonifacio, multorum fama pontificatum ab illo initum legibus non fuisse. Cumque Bonifacij memoriæ defensores, quorum præcipui erant Richardus Senensis, Petrus Hispanus, Franciscus Caietanus Cardinales coram Clementis tribunali Philippo exceptionem hanc validissimam obijcerent, Regem ipsum ad accusandum Bonifacium capitali odio ob censuras sibi ab illo, quem antea vt Pontificem orthodoxum coluerat, incussas adduci: proinde non audiendum, quippe infelicissima foret Pontificum sors, si quoties Reges ob eorum scelera anathemate percellerent, deinde viui vitaue functi ab ijs iudicio hæreseos postulandi essent; respondebat Philippus a, iam diu ante contractas cum Bonifacio inimicitias sibi per conspicuos sacra profanaque dignitate viros fide dignissimos indicatum, Bonifacium vitio non legibus pontificatum corripuisse. Et quidem iudiciaria instrumenta litis Bonifacium inter ac Philippum coram Clemente disceptatæ referunt b, ineunte pontificatu Bonifacij plures Sorbonicos doctores in controuersiam adduxisse, an Cælestinus V. pontificatu se abdicare potuisset, eosque in eam abijsse sententiam, cessionem ab eo editam non tenere, proinde Bonifacium legibus creatum non esse. Deinde recrudescente ea controuersia, cum memorati Columnenses Cardinales literas c xv. iunij anni MCCXCVII. ad Parisiensem academiam Penestre dedissent, quibus Bonifacij pontificatui detrahebant, maiores inter Sorbonicos contentiones de illo obortæ sunt.

Præcipui Bonifacij defensores.

Quid Philippo accusanti responsum.

a Apud Clem. l.6. ep.cur.32.

b Acta iudiciaria in causa Bonif. M.S.

Controuersia primum ventilata a Sorbonicis.

c M.S. Vat archiu.

12 Præcipuus difficultatis cardo in eo vertebatur, vt ex Columnensium Cardinalium literis constat: *Papatus a solo Deo est, & quæ a Deo vel ab alio superiori committuntur, a nullo possunt inferiori remoueri*. Prouocabantque ad concilium œcumenicum, vt in eo controuersia dirimeretur. Cumque Bonifacius concilium non coegisset, ratus Cardinalium decretum ad id suffecisse, demum in Viennensi concilio controuersia definita est magno rei Christianæ bono, cum altero post seculo maiores turbas, vbi de excindendo via cessionis schismate agebatur, paritura fuisset.

A Columnensibus instaurata

13 Auxerat hanc in Bonifacium litem Philippus Rex Francorum, cumulatis fœdissimis in eundem multiplicium hæresum calumnijs. Quam ob rem iudicij illius molem Clemente in se, vt diximus, suscipiente, post varios anfractus iudiciarios, interrogatos Romæ, tum in Campania, Etruria & Gallijs idoneorum quæsitorum opera testes, compertum est nefandas calumnias a maleuolis confictas fuisse: quin etiam ipsa formula accusationis d concepta a Guillelmo Plassiano satis arguebat, illum prauo animo & calumniandi studio inflammatum fuisse: cum enim obiecisset Bonifacio, illum de immortalitate animæ male sensisse, putidum hoc & nugax argumentum attulit: *Prædicare non erubuit, se magis velle esse canem vel asinum quam Gallicum, quod non dixisset, si credidisset Gallicum habuisse animam: ergo non credidit immortalitatem animæ, nec vitam æternam.* Sat prudentes intellexere, præmissas argumenti ab homine maleuolentia in Bonifacium suffuso confictas, vt Gallos in illum incenderet, cum ex publicis Bonifacianis monumentis constet, tot in eam nationem, quam in quamuis aliam laudum ornamenta congessisse, nec grauiori verbo ipsam perstrinxisse, quam cum se a senatu regio maledictis hisce laniari audiuit. Illatio vero ex præmissis æque nugax est, quamuis inepta ea verba protulisset.

Aucta a Phil. Rege

d Extat. to. 9. de schis. M.S. arch. Vat. pag. 12. in processu Bonif. M.S. archiu. Vat.

Quam futiles fuerint eius calumniæ

Cæterum potiora erant argumenta contraria, quibus ostendebatur, Bonifacium recte de animarum segregatarum statu sensisse, cum B. Ludouicum Philippi auum sanctorum catalogo ascripsisset, deque miraculis ab eo editis panegyrim habuisset: cum pro salute animæ suæ basilicæ Vaticanæ prædia amplissima quadraginta tribus circiter millibus aureorum empta donasset a, præter pretiosissima varij generis ornamenta: cum plura decreta animæ immortalitatem necessario statuentia edidisset: cum etiam constantissime hostibus irrumpentibus, strictosque enses intentantibus dixisset b: *Cupio pro Christi fide & ecclesia mori*; cum in extremo vitæ discrimine pronuntiasset c, vt acta referunt, *Omnes articulos fidei more summorum aliorum Pontificum recognoscens, & confessus coram octo Cardinalibus, de quo extant literæ fratris Gentilis Cardinalis.*

Validissima contraria argumenta.

a Ext. lib. anniuers. basil. Vat. pag. 144.

b Ex processu M.S. arch. Vat. pag. 37

c Lat. Card. ad vol. aur. & ex process. sup pag.

14 Æque ineptum & improbum est aliud argumentum, quo Bonifaciani calumniatores astruebant, illum magicis artibus imbutum, addictumque dæmoni; serebant enim illum iactasse: *Quod si omnes homines in mundo essent ab vna parte & ipse ab alia, non possent eum decipere, nec in iure, nec in facto: quod non posset fieri nisi arte diabolica vteretur: ergo habuit dæmonem, cuius consilio in omnibus vtebatur.* Similibusque nugis plenum est illud, quo accusatores contendere Bonifacium sensisse, Christum in Eucharistia non existere. Sed quo argumento? non alio, quam quod addidere, ipsum diuinis mysterijs, dum peragebantur, tergum obuertisse: cum potius contrarium demonstrarent sacra ab eo toties singulari pietatis sensu manantibus suauissime ex oculis lacrymis peracta, pluraque altaria ab ipso pretiosissimis muneribus exornata. At exinde etiam impingendi criminis idololatriæ occasionē sumpsere, quod effigiem suam sacris ijs muneribus insculpendam curaret, atque ita in aris coli a Christianis vellet, atque apud posteros memoriam propagari.

Sumpta ex pijs operibus maledicēdi occasio

15 Hæc sane deliria, vt etiam & aliæ calumniæ Philippo, qui parum valebat prudentia, quocirca regni administrationem alieno nutui permittebat, persuaderi potuerunt, & in circulis regiorum assentatorum mussitari: sed in concilio Viennensi coram trecentis patribus, qui totius orbis Christiani erant lumina, discussæ sunt eiusmodi calumniarum tenebræ, asserta Bonifacio religionis, cuius tot monumenta extabant, fama; pronunciataque demum decretoria sententia, sedisse iustum Pontificem Bonifacium, & recte de fide orthodoxa sensisse, vt S. Antoninus hisce verbis testatur d: *Cum Clemens*, & infra, *de delenda memoria Bonifacij ex ecclesia, cum prælatis consilij tractaret, quia Rex illum hæreticum fuisse probare intendebat, concilium nullo modo assentiri voluit, sed contrarium declarauit, scilicet ipsum fuisse catholicum & indubitatum Pontificem.*

d Ant. 3. p tit. 21. c. 3. in princ.

Pronunciatur ipsum verum & catholicum fuisse Pontificem.

16 Confirmat Ioannes Villanus e, Bonifacium a concilio Viennensi omni suspicione hæreseos, & calumnijs ei a Rege Francorum impositis liberatum, idque pluribus argumentis, ex imperiali iure petitis, coram Philippo Rege eiusque

e Io. Vill. l. 9. c. 22. et ex eo Mas son. in Phil. Pulc.

quod illi de hospitali magnum thesaurum exponerent in dando Regi, de Philippo Gallo loquitur, *& alijs, qui occupauerant dicta bona: vnde depauperata est mansio hospitalis, quæ se existimabat inde opulentam fieri*. Extant eo argumento literæ a pontificiæ ad Francorum Regem, quibus rogat, vt regia auctoritate præsules fulciret, qui Hospitalarios in bonorum ad Templarios olim attinentium possessionem inducere iussi erant: licet enim iam olim coram se, antequam ea attribuerentur Hospitalarijs equitibus, manus ab illis bonis amouere professus esset, atque etiam sanxisset, vt proceres pontificijs procuratoribus ipsa traderent; tamen nonnullos adhuc ijs bonis nefarie incubare queritur, quæ restitui quamprimum monet, cum non leuem ex eo iacturam diuina res patiatur b.

Philip. Rex ingētia ab ijs munera corradit.

a Lib. 8. ep com. 76. et post eand. ep.

Illius administri Templarior. bona vi & iniuria retinēt.

b Ber. chr Rom. Pont.

8 At ne Rhodij equites ingentes illas opes in vitiorum pompam verterent, ac Templariorum exemplo, abiecto armorum vsu, in delicias se dissoluerent, Pontifex inclinante anno edixit c, vt omnium eorum bonorum vectigalia annua redigerentur ad calculos, ac statueretur quot religiosi equites egregie armis instructi in transmarinis partibus ad loca sancta recuperanda sustentari possent.

c Lib. 6. ep cur. 78.

Clemens, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Bona præfati ordinis [nimirum Hospitalariorum] tam antiqua quam noua, & ipsorum valorem annuum exacta exquiri diligentia faciemus, solicite inquirentes & omnino scire volentes, quantum quælibet ipsius ordinis domus siue antiqua siue noua valeat annuatim, & de quanto possit quolibet anno terræ sanctæ subsidio respondere: quo facto iuxta æstimationem & valorem bonorum ipsorum, & habita ratione de expensis in locis & propter loca ipsius ordinis necessario faciendis, ad tenendum perpetuo in terra sancta certum fratrum & militum numerum eundem ordinem astringemus. Qui quidem fratres & milites ad acquirendum terram eandem, & acquisitam etiam conseruandum, quantum Deus dederit, laborent efficaciter & intendant: ordinato per nos & prouiso, quod citra mare fratres eiusdem ordinis paucissimi morabuntur, videlicet soli ad regenda loca ipsius ordinis necessarij, & alij senes & valetudinarij & inhabiles ad bellandum. Iuuenes autem & fortes, ad bellandumque habiles mittentur & tenebuntur necessario vltra mare: vt sic terra sancta recipiat quod sibi debetur, ipseque ordo id, ad quod institutus est, sicut decet & expedit, prosequatur; non relicta sibi secundum hæc ex diuitijs, aut personarum qualitate vel multitudine, sed adempta potius superbiendi licentia, vel otiosa opera prosequendi: cum longe pauciores ipsius ordinis fratres & milites sint citra mare moram tracturi, quam hactenus morabantur, bonaque prædicta multum & longe plus solito onerata sint eis iuxta prouisionem, de qua præmittitur, remansura, &c. *Dat. Auen. III. kal. ianuarij pontificatus nostri anno VIII.*

Sancitum vt ij ad Syriam recuperādam tuendāque incumbant.

9 Hæc de Templariorum possessionibus & opibus partim in Viennensi concilio, partim etiam lapso aliquo ab eo perfecto tempore constituta: quæ nostra oratione coniungenda duximus, ne res sæpius repetita fastidium pareret. Quid vero de equitibus ipsis sancitum sit, vtque partim sontes affecti supplicio vel ad expianda lacrymis crimina retrusi in monasteria, tū fugitiui incussa censurarum religione in judiciū publico edicto accersiti, describit accuratius Bernardus a: *De personis*, inquit, *Templariorum sic extitit ordinatum, vt in quibusdam nominatim expressis dispositioni sedi Apostolicæ reseruatis, cæteri omnes iudicio & dispositioni conciliorum prouincialium in singulis prouincijs sunt relicti, quantumuis iuxta diuersitatem conditionum ipsorum cum eis per eadem concilia procedatur: ita videlicet, quod vel qui super erroribus, exigente iustitia, fuerint absoluti, de bonis præfati quondam ordinis, vnde iuxta statum sui decentiam sustentari valeant, ministretur: circa eos autem, qui de præfatis erroribus fuerunt confessi, consideratis eorum conditionibus, modoque confessionis pensato, rigor iustitiæ cum affluenti misericordia mitigetur: circa impœnitentes vero & relapsos, si qui inuenti fuerint, iustitia aut censura canonica obseruetur.*

Quid de Templarijs singulis statutum.

a Ber. chr. Rom. Pont.

Insontes reperti e bonis ordinis stipendia accepere. Sontes pœnis reseruati.

Quoad illos vero, qui etiam suppositi quæstionibus se prædictis esse inuolutos erroribus negauerunt, per eadem concilia reseruaretur & fieret quod iustum foret, & æquitas canonum suaderet & collocarentur singuli in domibus ipsius quondam ordinis templi, aut in religiosorum aliorum monasterijs ad expensas ordinis quondam templi; ita tamen, quod in vna domo, vnoue monasterio, multi simul nullatenus ponerentur. Illi autem cum quibus nondum fuerat inquisitum, & qui sub potestate ecclesiæ minime tenebantur, & qui erant fugitiui, fuerunt citati cum edicto publico in concilio generali, vt præcise & peremptorie infra annum coram diœcesanis suis personaliter comparerent, subituri eorum examen, & secundum conciliorum iudicium pro meritis recepturi: qui vero infra annum minime comparerent, excommunicationis sententiam incurrerent ipso facto: quam si per annum sustinerent animo pertinaci, tunc velut hæretici damnarentur. Hactenus de Templarijs, ad quorum dirimendam causam primum fuisse indictum Viennense concilium vidimus.

Pœnitentes retrusi in monasteria.

Fugitiui in iudiciū vocati.

Obiectæ non obtēperantib' pœnæ.

10 Iam quid de Bonifacij memoria, quam Philippus Francorum Rex hæreseos labe aspergebat, definitum sit, videamus: ob hanc etenim etiam causam indictam synodum vidimus, remque in concilio agitatam testatur M. S. Vaticanum b. Susceperat iam ante superiori anno, vt diximus, Clemens, cum aduersas partes composuisset, illius dirimendæ controuersiæ prouinciam, atque in concilio œcumenico eam exponere decreuerat tum ob rei grauitatem, tum vt inuidiam omnem a se amoueret. Eum sane non assentatione, vt Regis vlciscendi cupiditati obsecundaret, vel pusillanimitate ductum probabile est, sed potius cum apud plures Bonifacij fama laboraret, fraude nimirum ipsum irrepsisse in Petri sedem, eamque iniuste tenuisse, tum male de Eucharistia, Christianorum morum puritate, immortalitate animæ, corporum resurrectione sensisse, illi obiectum erat; ad vindicandum ab omni infamia prædecessoris nomen, obstruenda calumniatorum ora, reique veritatem in luce collocandam permotum officij religione concilij auctoritatem ea in re accersiuisse.

b M.S. Vat arch.

A Viennensi concilio Bonifacij VIII causa agitatur.

11 Et primum quidem, quod ad Bonifacij pontificatum spectat, plures viri docti illum in dubium reuocarant, cum disceptarent, Cælestinum V. abdicare se summo sacerdotio non potuisse, sudarantque ea de re plura verba Iacobus & Petrus Cardinales Columnenses; cumq; a Bonifacio armis vrgerentur, publicis documentis c vulgarant, ipsum fraude in Petri sedem irrepsisse, neque a Cælestino demandata a Christo eccle-

Vt Bonifacij pontificatus fuerit adductus in cōtrouersiā.

c Extr. in M.S. arch Vat.

cessus varios, de mandato sedis Apostolicæ per vniuersas partes Christianitatis contra ordinem quondam militiæ templi & ipsius singulares personas habitos, siue factos super hæresibus, de quibus ipsi erant grauiter infamati; & specialiter super eo, quod fratres eiusdem quondam ordinis, dum in ipso recipiebantur ordine, ac interdum post receptionem eorum Christum negare, & in eius opprobrium super crucem sibi ostensam spuere, & eam interdum conculcare pedibus dicebantur, quodque generalis magister ipsius ordinis, visitator Franciæ, ac maiores ipsius ordinis præceptores, nec non & quamplures fratres eiusdem in iudicio confessi fuerunt de hæresibus supradictis, quodque ipsæ confessiones dictum ordinem valde suspectum reddebant; attendentes insuper infamiam diuulgatam, suspicionem vehementem, nec non prælatorum, ducum, comitum, baronum, ac communitatum regni Franciæ insinuationem clamosam, graue quoque scandalum ex prædictis contra ordinem prælibatum subortum, quod non videbatur posse sedari eodem ordine remanente; animaduertentesque multas alias iustas rationes & causas, quæ ad id nostrum mouerunt animum, de quibus in processu super hoc habito continetur; cum graui cordis amaritudine & dolore non per modum diffinitiuæ sententiæ, cum eam super hoc secundum inquisitiones & processus prædictos non possemus ferre de iure; sed per viam prouisionis & ordinationis apostolicæ præfatum quondam templi ordinem ac eius statum, habitum, atque nomen sustulimus, remouimus, & cassauimus; ac perpetuæ prohibitioni subiecimus, sacro concilio approbante, personas & bona eiusdem ordinis ordinationi & dispositioni sedis Apostolicæ reseruantes, &c. *Dat. Viennæ* II. *non. maij an.* VII.

Clemētis in Templarios sētentia.

Vt accusati, ipsos ingresso ordine Christi fidem abiurasse.

Eorum bona sedis Ap. dispositioni reseruata.

4 Quod ad ea verba spectat, quibus Pontifex Templariorum ordinem ex iuris & iudiciorum forma damnari non potuisse profitetur, causam affert Vualsinghamus his verbis a: *Cum in concilio Viennensi tractaretur, an propter vocationem singularum personarum ordinis Templariorum, vel propter acta contra eosdem posset totus ordo damnari propter singularium delinquentium vocationes, cum constaret quod dictus ordo non fuerat vocatus, definitum fuit per dictum concilium, quod non de iure. Ideo Papa Clemens in bulla sua condemnatoria ordinis adiecit hanc clausulam: Quamquam de iure non possumus, tamen ad plenitudinem potestatis dictum ordinē reprobamus.* Hæc ille; verū principi ordinis eiusque proceribus diē indictam vidimus, subesseq; alia ratio potuit, plures nempe constanter obiecta pernegasse, & insontes pronuntiatos in aliquibus synodis prouincialibus; plures etiam, cum obiecta confessi essent in equuleo, postea reuocasse dicta, & in extremæ illius vocis constantia flammas pertulisse.

a Vualsin. hist. Angl. & ex eo to. 3. conc. p. 2. in not. ad concil. Vien.

Cur pronuntiarit Clemens Templarios ex iuris forma non damnatos.

5 Disceptatum in concilio est b acerrime, quid de possessionibus Templariorum amplissimis constitueretur, cum plerique censerent creandum nouum religiosum ordinem equestrem, qui in Saracenos pro amplificanda fide bellum gereret, ac Templariorum opes in eum deriuandas: vrgebant vero alij Hospitalarios rei militaris ac pietatis gloria florere, potiusque alterius ordinis bona illi coniungenda. Altior alia ratio perpendebatur, militarium ordinum varietatem, qui assiduis pene dissensionibus inter se certarent, exitium rei Christianæ attulisse, quibus etiam Ptolemaidis clades fuerat attributa: quocirca a Nicolao IV. ea excisa agitatum vidimus, vt Templariorum & Hospitalariorum ordines in vnum coalescerent. Fauebat huic causæ Pontifex, ac recenter e barbarorum manibus erepta Rhodus, ac magna clade Madachias propulsatus, ipsis gratiam apud omnes pepererant. Vicit itaque pontificia sententia, vt Templariorum bona, quibus potitos anno MCCCVIII. mense octobri, quo veluti signo dato coniecti in custodiam fuerant, constaret, ad Hospitalarios transferrentur, vt ijs aucti diuitijs rem Christianam latius proferrent. Excepta a tamen ea bonorum pars, quæ in Hispania consisteret, cum Aragoniæ, Castellæ, Lusitaniæ, ac Balearium Reges, quibus ferme continua cum Saracenis, qui extremo ipsorum insidebant limiti, bella erant, Templariorum bona in ipsorum regnis constituta in sacri aduersus infideles belli sumptus vertenda contenderent. Promulgauit mox Clemens quæ assentiente synodo œcumenica a se decreta fuissent, & ijs omnibus, quibus bonorum extincti Templariorum ordinis administratio & custodia credita erat, hæc imperia dedit b.

b Ep. com. 344. ext. to. 3. conc. p. 2. in cōc. Viennen.

Disceptatum an nouus ordo creandus foret.

Vicit opinio non creandū.

a lib. & l. 7. ep. cur. 106. & reg. post eand ep. Bern. chr. Rom. Pont.

b Lib. 7. ep. com. 307.

Clemens, &c. administratoribus & curatoribus bonorum militiæ templi.

6 Nuper in generali concilio per nos Viennæ, disponente Domino, celebrato post longam deliberationem præhabitam & maturam, acceptabilius fore credentes Altissimo, magis honorabile fidei orthodoxæ, cultoribus, ac subuentioni terræ sanctæ vtilius æstimantes, bona quondam domus & ordinis militiæ templi ordini Hospitalis S. Ioannis Ierosolymitani concedere, quam ordini de nouo creando vnire, aut etiam applicare, consilium deliberationis nostræ prouidit. Sed quia tunc aliquibus asserentibus, vtilius fore bona ipsa ordini nouiter creando conferre, quam dicti hospitalis ordini applicare, tunc noster affectus speratum effectum super hoc obtinere nequiuit; tandem vero, sicut per Dei gratiam actum fore dignoscitur, VI. non. præsentis mensis maij; eodem sacro approbante concilio, hospitali seu hospitalis ordini supradictis præfata bona concedenda duximus & etiam vnienda, bonis eiusdem ordinis militiæ templi in regnis & terris charissimorum in Christo filiorum nostrorum Castellæ, Aragonum, Portugalliæ, & Maioricarum Regum illustrium extra regnum Franciæ consistentibus dumtaxat exceptis, quæ ab vnione, concessione, & applicatione huiusmodi ex certis causis excipienda duximus & etiam excludenda, ipsa dispositioni nostræ & sedis Ap. specialiter reseruantes, &c.] præcipit vt Templariorum bona Hospitalarijs attributa vna cum omnibus iuribus & obuentionibus in eos, quibus ab Hospitalariorum equitum magistris prouincia data fuerit, sine mora transfundant. *Dat. Liueron. Valentinæ diœcesis* XVII. *kal. iunij anno* VII.

Templariorū bona applicata Hospitalarijs.

Excepta quæ in ste gum Hisp. terris cōsistunt.

7 Non parum laboris & studij in ea pontificia sententia mandanda operi, ac præda amplissima ex potentiorum, qui auaritiæ stimulis incitati Templariorum spolia inuaserant, faucibus eripienda collocatum est, eaque munerum lenocinijs extorqueri oportuit, in quibus offerendis exhaustas Hospitalariorum opes refert subiectis verbis S. Antoninus c: *Quia iam fuerant occupata a diuersis dominis laicis, oportuit quod*

Hospitalarij pro repetēdis Tēplarior. bonis suas opes exhauriunt.

c Ant. 3 p. tit. 21. c. 3. ant. §. 1.

condere in ciuitate statuta, nisi sit qui ea per executionem debitam tueatur, &c. *Dat. Viennæ* VI. *kal. decembris anno* VII.

Henricū Regem Rom. sollicitat, vt Genuen. a Rhodijs oppugnandis abducat. a Lib. 7. ep. cur. 10.

76 Scripsit eodem argumento Clemens ad Henricū Regem Romanorum a, vt in extinguendo imminente bello, ac defendenda fide Christiana regiam auctoritatem adhiberet, cum ex insula Rhodo in terram sanctam ad eam Christiano cultui restituendam excurri posset; tum Genuenses adduceret, vt illatas Hospitalarijs iniurias sarcirent: *Quia*, inquit, *dilectissime fili absque dubitatione confidimus & speramus, quod præcordijs regijs cœlestis benedictionis rore perfusis, ad vlciscendam nostri Redemptoris iniuriam in eiusdem terræ sanctæ partibus tuos conuertis sæpius cogitatus, & dirigis desideria mentis tuæ, ac ipsius terræ commoda promouere vtiliter te delectat.*

Armeniæ & Cypri Reges Clementem controuersiarum arbitrum deligunt.

77 Quod ad alias res Asiaticas spectat; Armeniæ & Cypri Reges, qui discordijs suis potentiam barbarorum auxerant, pontificijs monitis atque instruendæ in occidente pro recuperanda Syria expeditionis fama excitati, in mutuam concordiam descendere, vt felicius in Saracenos arma verterent; atque in Pontificem communem pacis arbitrum consensere. Misit itaque ad Clementem Osinius Armeniæ Rex oratores suos, qui ab ipso magnis honoribus excepti sunt: sed cum nondum Cypri Rex suos misisset, monuit Pontifex exaratis XV. kal. septembris literis b Osinium vt alios imminente proximo dominicæ resurrectionis festo die ad sedem Apostolicam legaret, quo ex Armenorum Cypriorumque oratorum congressu rem constituere, omnes discordiarum causas excindere, ac pacem firmissimam inter eos adstringere posset. Pijs eiusdem Osinij Regis desiderijs indulsit alijs literis c Pontifex, vt alterius Regis Armeniæ, cui retinendorum in familiari vsu sex religiosorum Franciscanæ familiæ virorum facultas a sede Apostolica concessa fuerat, exemplo sex etiam eius ordinis, quos designasset is, qui in Cypro sodalibus præesset, in aula regia ad alendam pietatem, cuius eximio sensu delibutum esse præ se ferebat, vt eorum consuetudine frueretur, retinere posset.

b Ib. ep. 767. c Ib. ep. 773. & 774. Permissū Regi Armeniæ, vt Minoritas in aula retineat.

Aquino Regi Norvvegiæ prærogatiuæ nonnullæ concessæ. c Ep. 316. Datum Roberto Regi Sicil. vt diuinis ante lucē interesset.

Coniungenda his nonnulla videntur beneficia apostolica Christianis Regibus a Clemente concessa hoc anno: inter quæ non prætermittendum illud, quod Aquino Regi Norvvegiæ concessit c, vt regiorum sacellanorum dignitate præcipuus mithra coram Rege vteretur: tum Robertum Regem Siciliæ diuinis mysterijs ante solis ortum celebrandis interesse flagitantem, ne ob ingruentium diurno tempore negotiorum molem a sacro illo opere distraheretur, voti compotem fecit: *Vt missam*, inquit, *antequam illucescat dies, circa tamen diurnam lucem, cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit, tibi possis etiam cum cantu licite facere celebrari*, & infra, *auctoritate tibi præsentiū de speciali gratia indulgemus: prouiso vt parce huiusmodi concessione vtaris, quia cum in altaris officio immoletur Dei filius Iesus Christus, qui candor est lucis æternæ, congruit istud non in noctis tenebris fieri, sed in luce. Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionensis diœcesis* IV. *kal. iulij anno* VI. Morem etiam gessit alijs eiusdem Regis votis, vt nimirum sacra lipsana ad ea veneranda asseruaret: *Vt sanctorum*, inquit, *reliquias in tua domo habere valeas, in loco tamen decenti cum debita reuerentia conseruandas; præsertim cum ex Apostolicæ sedis indulgentia altare portatile habeas, in quo tibi facis per proprium capellanum temporibus congruis diuina officia celebrari, auctoritate præsentium duximus concedendum.* His de sacrarum reliquiarum cultu adnectimus, quæ refert Ioannes Villanus a, Arnaldum e Pelagrua Cardinalem, de quo superius plurimus sermo illatus est, cum nosset Florentinos singulari veneratione beatum Barnabam Apostolum prosequi, illius reliquias Florentiam transmisisse, easque ingenti pompa a populo non vulgari pietatis sensu delibuto exceptas, atque in altari principis ecclesiæ S. Ioanni Baptistæ sacro magna religione collocatas.

Cur sacra noctu fieri non deceat.

Habendarum in regia sacrarum reliquiarum facultas attributa.

a Io. Vill. l. 9. c. 13. S. Barnabæ reliquiæ Florentiam translatæ.

IESV CHRISTI
Annus 1312.

CLEMENTIS PP. V. annus 8. HENRICI IMP. OCCID. 4. ANDRONICI IMP. ORIEN. 29

1 Redimitus est ornamentis imperialibus in Lateranensi ecclesia a Cardinalibus legatis Henricus anno a Virginis partu millesimo trecentesimo duodecimo, indictione decima: instructus ad abrumpendos in oriente Turcarum progressus, duce Tarentino principe, exercitus: decreta ad recuperandam Syriam in concilio Viennensi expeditio: fœdæ hæreses censura apostolica damnatæ; ac Templariorum equester ordo, cum a pristina sanctitatis laude in impietatem defecisset, extinctus. Vtque ab extremo ducamus initium, cum in concilio Templariorum causa b agitaretur, quæ in prima sessione discuti extremo superiore anno cœperat, inijt eam rationem in ijs abolendis Pontifex, quam describit Bernardus c: *Mense martij feria* IV. *in hebdomada sancta* XI. *kal. aprilis summus Pontifex, multis prælatis cum Cardinalibus coram se in priuato consistorio conuocatis, per prouisionis potius quam condemnationis viam ordinem Templariorum cassauit & penitus annullauit, personis ac bonis eiusdem ordinis ordinationi suæ & ecclesiæ reseruatis.* Hæc ille, quæ exscripsisse videtur anonymus Clementis V. gestorum auctor d atque eis consentanea Ptolemæus Lucensis e, Martinus Polonus f & alij tradunt.

Insignes hoc anno gestæ res.

b M.S. bibl Vat. sign. n. 1477. c Bern. in chro. Rom. Pont. hoc ann. d Id. ibid. Ptol. Luc. l. 24. c. 39. & M.S. Vat. bibl. signat. n. 3765. Templar. equester ordo extinctus. d Ext. M.S in nostr. bibl. Vall. sign. lit. C n. 25. e Ptol. Luc hist. eccl. M.S. l. 24. c. 39. M.S. Vat. bibl. signat. n. 3765. vbi sup. f Mar. Pol l. 4.

2 Habita est paucis post diebus secunda sessio, in qua Pontifex ordinis Templariorum abrogationem in consistorio editam promulgauit, vt Bernardus prosequitur: *Mense*, inquit, *aprilis tertia die introitus eiusdem mensis, anno incarnationis dominicæ iam notato* MCCCXII. *fuit secunda sessio concilij celebrata, in qua prædicta cassatio ordinis Templariorum extitit per summum Pontificem concilio mediante publice promulgata, præsente Rege Franciæ Philippo, cui negotium erat cordi, ac domino Carolo fratre suo, & tribus eiusdem Regis filijs, scilicet Ludouico primogenito Rege Nauarræ, Philippo & Carolo: sicque annihilatus est ordo templi post annos circiter centum octoginta quatuor, quibus militauerat impinguatus & dilatatus diuitijs, multis libertatibus & priuilegijs sedis Apostolicæ communitus.*

Centum & octoginta quatuor annis viguerat.

3 Edidit postmodum Clemens apostolicam ea de re constitutionem g, qua vniuerso orbi, ac futuris seculis transmittere voluit, quæ ipsum causæ ad equestrem illum ordinem extinguendum impulissent.

g Lib. 7. ep cur. 31.

Clemens, &c. ad certitudinem præsentium & memoriam futurorum.

Considerantes dudum inquisitiones & pro-

74 Obsolescente ita apud Græcos schismaticos religionis dignitate, diuina prouidentia illam apud Tartaros amplificabat. Quæ res Pontificem impulit, vt nonnullos Minoritas crearet episcopos, atque in Tartariam ad collustrandos euangelij luce barbaros legaret. Ioannes enim e Monte Coruino a Clemente ex ea familia in archiepiscopum Cambaliensem adlectus strenuam adeo operam in Tartaris Christiano cultu imbuendis collocarat, vt præclara diuinæ augendæ gloriæ spes affulgeret: ac ne colligendæ albescenti iam messi operæ deessent, suffraganeos ipsi episcopos Thomam, Hieronymum, ac Petrum Florentinos laboris ac gloriæ socios adiunxit a, plurimisque auxit priuilegijs, vt ea de re diploma pontificium XI. kal. martij anno VI. exaratum edocet b.

Missi e Minoritis nonnulli ad Tartaros.

a Lib.6. ep cur.16. a Reg.post eand. ep. b Ead.ep. cur.16.

Admouendi etiam Tharsensi ecclesiæ alterius Minoritæ Danielis Zerdonensis, a clero archiepiscopi designati, prouinciam imposuit Pontifex c Petro Ruthenensi episcopo Apostolicæ sedis in oriente legato, si e canonicis legibus electum comperirit. Cumque iam lapsis multis abhinc annis Antiochena ecclesia patriarcha legitimo caruisset, postremus enim sedente Bonifacio VIII. e viuis excesserat, atque ab eodem Pontifice sedi Apostolicæ præficiendorum sedibus Constantinopolitanæ, Antiochenæ, Alexandrinæ, & Hierosolymitanæ, dum sub Saracenorum vel schismaticorum iugo ingemiscerent, patriarcharum cura reseruata esset; ac decreto pontificio sancitum, ne earum ecclesiarum canonici inconsulta sede Apostolica ad patriarcham designandum comitia inirent; Isnardum archiepiscopatu Thebano perfunctum iure electum ad Antiochenum patriarchatum traduxit d: tum ad sustinendam dignitatem, donec barbarorum tyrannide Antiochia opprimeretur, Papiensis ecclesiæ administrationē ei commisit e: quo postea gradu a Ioanne ob insignem perduellionem deiectū visuri sumus. Nunc reliquas res orientales prosequimur.

Asiaticis ecclesijs consulit Clemens. c Lib.16. ep.771.

d Ep.458.

e Ib. ep. 457.

Peruerterat adeo nonnullos mercatores cumulandarum per fas nefasque opum cupiditas, vt Saracenis vetitas merces inueherent: cumque Genuensis mercatoris triremis ijs mercibus vetitis onusta ab Hospitalarijs, quorum id muneris erat, intercepta fuisset, respublica Genuensis Antonium Spinulam ad repetendam triremem oratorem misit: cui cum ab Hospitalarijs responsum esset, eius rei ius sine Apostolicæ sedis, quæ intercipiendarum vetitarum mercium prouinciam ipsis demandarat, facultate integrum sibi non esse, orator vna cum Simone Auria alijsque Genuensibus proceribus ad Turcas se contulit, atque adeo Madachiam Saracenum principem in Christianos concitauit, vt ducentas & quinquaginta naues Rhodias, quæ in diuersis Turciæ portubus ad permutandas merces, commeatusque & animalia ad insulam auehenda in anchoris stabant, intercipi iusserit.

Exorta inter Genuenses & Hospitalarios discordia.

Madachias Turcarū princeps a Genuen. excitatus Rhodias naues intercipit.

Tulit etiam constans fama, promisisse illos Madachiæ Genuensis reipublicę nomine quinquaginta millia florenorum auri ad conducendum militem Turcicum, deque fœdere cum schismaticis Græcis tractasse ad Rhodum in potestatem infidelium redigendam, atque Hospitalarios ex ea penitus excindendos; neque his contentos, triremium Genuensium præfectos in Hospitalarios fecisse impetum, plures conieciffe in vincula, atque eos, qui ad tuendam eam insulam, recenter ex impiorum manibus ereptam commeatus aliaque necessaria inuehebant, ad redimenda corpora adegisse: iecisse etiam minas, tamdiu in Rhodio mari grassaturos, totque illaturos clades, donec Hospitalarios ex ea insula euulsissent. Et quamuis principes vrbis & Insubriæ equites apud Genuensem senatum ac populum institisent, vt Christiano nomini, Terræ sanctæ a Saracenis conculcatæ recuperandæ, atque Hospitalarijs ea in re consulerent; nullum ab ipsis post vnius mensis flexum responsum elicere potuisse, atque ita ad sedem Apostolicam confugere coactos. Pontifex igitur, grauissimis hisce querelis permotus, Genuensis reipublicæ magistratus apostolicis monitis ad pacem reuocare est conatus. a

Furunt Genuenses in Rhodios equites.

Vindictæ cupido religioni nō parcit, vt iras satiet.

a Lib.7. ep com. 10.

75 *Clemens, &c.* Nos, qui vos inter alios deuotos matris ecclesiæ tanquam peculiares filios brachijs paternæ dilectionis astringimus, nolentes pro vestro & vestræ ciuitatis honore tam detestandos errores, si prædictis veritas suffragatur, prout etiam nec debemus, sub dissimulatione transire, quin oculis vestris instantia paternæ solicitudinis & hortationis apertis, vos ab huiusmodi ad viam rectitudinis reducamus; & circa præmissa, prout tam horrendorum excessuum, quæ grauia trahunt secum pericula, qualitas exigit, adhibeamus remedia opportuna; vniuersitatem vestram attente requirimus & hortamur in Filio Dei Patris, quatenus contra præsumptores huiusmodi sic opportunum & salubre remedium, prout expedit, prædictis fratribus & hominibus alijs libere ac sine redemptione & exactione qualibet relaxatis, omnibusque rebus & bonis integraliter restitutis eisdem, celeriter apportatis, quod Saluatoris nostri & eiusdem catholicæ fidei, ac dictæ sedis & nostræ reuerentiæ satisfiat; dictique transgressores ex huiusmodi enormitatibus debite corrigantur, a similibus in futurum prorsus abstineant, & agere talia non præsumant; & huiusmodi correctionis exemplo omnibus tollatur audacia, & via præcludatur omnimode similia præsumendi: & nihilominus contra omnes & singulos de ciuitate vestra, cuiuscumque conditionis existant, super confœderatione seu coniuratione cum eisdem schismaticis, vel quibuscumque alijs inimicis eiusdem fidei faciendā verbum mouere præsumpserunt (quod solum dicere summum nefas est & auditu terribile) taliter procedatis, quod eiusdem fidei vos ostendatis zelatores feruidos per effectum, nosque ac sedem prædictam non oporteat super his aliā cogitare remedia, qui tam detestabiles enormitates facinorum, tanque perniciosum totius Christianitatis opprobrium sub dissimulatione transire aliquatenus non possemus.

Genuenses admonet Clemens, vt resipiscāt.

Cum infidelib. & Schismaticis fœdera inire vetat.

Recolimus insuper, quod dudum in primis nostræ promotionis auspicijs ad culmen apostolicæ dignitatis nonnulla licita & laudanda statuta, quæ in vestris asserebatis capitularijs contineri, a vobis pro diuini nominis, ac fidei & sedis prædictæ reuerentia & honore facta prouide contra eos, qui in Alexandriam & terras Ægypti prædictas cum vetitis antedictis accederent, nostro apostolatui transmisistis. Quibus coram nobis & fratribus nostris lectis, non absque gratificationis & deuotionis multæ præconijs ea considerauimus diligenter: quæ dum ad præsens in animo recensemus, non indigne cogimur admirari, si aduersus trāsgressores statutorum huiusmodi debito modo iuxta formam ipsorum & canonicas procedere negligitis sanctiones; cum parum sit con-

quia seruus nescit quid faciat dominus suus, vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui a Patre meo nota feci vobis; & Ioann. 8. in secundo statu docens euangelium ait credentibus ex Iudæis: Si vos manseritis in sermone meo, scilicet euangelico, vere mei discipuli eritis & veritas liberabit vos; id est, si filius liberabit vos, vere liberi eritis. Itaque in secundo statu Christus Dei filius, per quem gratia & charitas facta est, Ioann. 1. nos liberauit. & Gal. IV. Apostolus dicit, quod reiecta synagoga, qua in seruitutem generabat, mater nostra ecclesia in secundo statu vere libera generat filios libertatis, qua libertate Christus nos in secundo statu liberauit. Et infra: *Ait enim Apostolus: Per euangelium ego vos genui; quod non est ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, aut viri; sed ex Deo nasci per euangelicam veritatem, qua Christum Dei filium recipimus & credimus: & sic dat nobis potestatem filios Dei fieri, Ioann. 1. ergo sumus liberi, quia Matth. XVII. liberi sunt filij. Secundo errant fabulosi hæretici illi dicentes, quod Spiritus sanctus plenius dabitur alijs, quam fuerit in statu secundo datus, quod est hæreticum propter Apostolos & alios sanctos, qui repleti fuerunt sancto Spiritu.*

Vt hi nouatores de Apostolis detraxerint seque ijs prætulerint.

Hæc vero insania de noua lege a Spiritu sancto danda, & eo plenius communicando adeo nonnullos fascinauerat, vt iam antea a reperta fuerit muliercula, quæ Spiritum sanctũ in ipsa muliebres artus induisse effutiret: sed ea amentia flammis coercita fuit; qua de re etiam inferius recurret mentio; nunc aliorum impostorum facinora impia coniungimus. Reperti sunt in Germania nonnulli, qui cum sacris pontificalibus initiati non essent, agebant episcopos, seseque sacris muneribus ingerebant: de quibus graues querelas afferente apud sedem Apostolicam Friderico Rigensi archiepiscopo, Clemens Ioanni Bremensi & Magdeburgensi archiepiscopis, atque Alberto capellano pontificio partes demandauit b, vt temerarijs hominibus, qui non electi, non confirmati a sede Apostolica, non consecrati episcopale munus sibi arrogarent, iudicium intenderent, atque excurrente quatuor mensium spatio in Romana aula ad causam dicendam se sistere iuberent: ad pietatem vero in Liuonia amplificandam, quam illi impostores extinguere moliebantur, eidem Friderico Rigensi archiepiscopo egregie in viros religiosos, quorum consuetudo ad infideles ad Christum pelliciendos & fideles bonis moribus excolendos plurimum valebat, affecto ac successoribus auctoritatem concessit, c vt Prædicatoribus, ac Minoritis in singulis vrbibus ædes construere permitteret.

Insania de Spiritu S incarnato. *a Annal. to. 14. ann. 1301. n. 15.*

Nonnulli episcopalia munera inuadunt.

b Lib. 6 ep. cur. 207.

Accersiti in iudiciũ apud sedẽ Apost.

c Ib. ep. 208.

72 Hoc porro anno finitimi infideles Lithuani duce Victene in Prussiam magno furore irruperunt, eamque late populati barbariem in sacra præcipue effudere, atque sacrosanctam Eucharistiam impijs pedibus in religionis opprobrium protriuerunt. Onusti deinde spolijs, adducta in seruitutem ingenti fidelium multitudine, in Lithuaniam abibant, cum Victenes coram virginibus Christianis Eucharistiæ sacramentum auectum e Prussia adiectis blasphemis vocibus conculcauit. Sed diuina iustitia facinus atrox die proximo vlta est insigni Lithuanorum strage, vt refert subiectis verbis Michouius d: *Dum in limitibus in vna syluarum captiuos inter suos diuisurus staret,* dux nempe Lithuanorum, *& coram virginibus, quæ absque viris & cæteris mulieribus mille quadrigenta * numerum explebant, sacramentum Eucharistiæ, ex terris Prussiæ in sacrario allatum, profana manu exertum ante pedes virginum projiciens, spurcissimo ore conspuens, & pedibus conculcans, interrogabat vbi esset Deus earum, qui ei resistere non valeret, neque suis cultoribus auxiliari. Non autem diuina maiestas blasphemiam tulit: altera siquidem die in diluculo, quæ fuit dies martis VIII. idus aprilis, Henricus de Ploszk magister Prussiæ cum octuaginta fratribus cruciferis & forti aliarum gentium exercitu ducem & exercitum Lithuanicum in eisdem statius consecutum conflixit, & ad extremum vicit, singulos victos in patibulum agens, aut vndis suffocans. Ex tanto autem Lithuanorum exercitu nemo præter ducem & duos eius comites, qui & ipse in capite vulneratus aufugit. In memoriam tam famosi triumphi cruciferi, domum reuersi, monasterium sanctimonialiũ in Thorun fabricarunt et dotarunt.*

Lithuanorum in Christianos grassatio.

d Michou. l. 4 c. 13.

** quadringentarum*

Eucharistia conculcata a barbaris.

Diuina in eos vltio.

73 Exarsit eodem anno grauis discordia inter Venetos & Carolum Regem Vngariæ, cum Iadertini, qui diu Veneti iuris fuerant, ad Vngarum desciuissent, ac permouissent, vt Venetos de soluenda Iaderæ oppugnatione postularet; cui Petrus Gradenicus dux, de perduellium correpta clientela questus, Veneti in eam vrbem iuris vetustatem firmitatemque hisce verbis proposuit a: *Potentiæ,* inquit, *regali rescribimus, quod ipsa ciuitas,* nimirum Iadera, *sicut est vbique notorium, fuit nostra, & legitime ipsam possedimus multissimo & antiquissimo tempore, cuius non extat memoria, & plenum & sufficiens ius & iurisdictionem acquisiuimus & habuimus & habemus. Per consequens in eadem & ius vestri regni Vngariæ expressum & notorium in ipsa ciuitate semper voluimus & fecimus ob reuerentiam & amorem regium prædecessorum vestrorum, tanquam qui intendimus non turbare in aliquo iura regia, sed ad conseruationem eorum dare potius auxilium & fauorem: & erat ius ipsum aliqua pars datij portæ ciuitatis, quod soluebatur per homines vestros regni Vngariæ ad introitum solum ciuitatis prædictæ, quæ pars exhibebatur, vt dictum est, cui per Reges Vngariæ ordinatum fuerat. Et sic per prædicta potestis euidenter aspicere & cognoscere manifestum ius nostrum, & quod vobis aliud quam veritas fuerit intimatum, &c.* Nonnulla alia addidit, Iadertinos sine causa rebellionem mouisse: demum a Venetis obtritum iri. *Dat. die IV. octob. X. indictionis MCCCXI.*

Iaderę ad Vngaros defectio.

a Ext. eius lit. in append. ad hist. MS. And. Dãd. Gradenici ducis ad Car. Reg. lit.

Haud leui impedimento fuit noua illa Venetorum cum Rege Vngariæ dissensio, ne Veneti meditatam expeditionem cum Carolo Valesiorum duce ad eripiendum Andronico Constantinopolitanum imperium susciperent. In tantam porro seruitutem sub schismatico Imperatore redacta erat Græcorum ecclesia, vt patriarchas veluti theatrales imponeret deponeretque. Hoc enim ipso anno deturbato Athanasio Niphonem Cyzicenum ad patriarchale solium euexit b, cui electo successit Ioannes Glyces, idemq; Theodoro Metochiti locũ dedit. Hic deinde pulsus infulas reliquit Gerasimo, qui ijs parũ potitus, monasteriũq; repetere coactus transfusos in Isaiã honores indoluit. Hæc ferebant quotidie ludibria patriarchæ Græci, indignique ab indignis trudebantur, qui in Romanæ ecclesiæ obsequio & veram libertatem & honorum firmitatem essent consecuti. Quam vero miser esset aliarum Græcarum ecclesiarum status, facile colligitur, cum earum princeps tot ludibrijs quotidie exposita esset; vnde iuste exauctorati imperio Græci, qui sacerdotium manciparant seruituti.

Misera Græcæ eccl. sub schism. Imp. seruitus.

b Niceph. Greg. l. 7.

Patriarch Constantinop temere institui deieque.

lum operis virtuosi, post quam mulierem ex ore suo aquam magnam tanquam fluuium immittit, vt a flumine attrahat: spiritu erroris, cui diuino iudicio acquiescere permittuntur, qui non crediderunt Spiritui veritatis. Hic est ille spiritus, qui libertatem male agendi suis satellitibus & sequacibus repromittit, sed deuictus est & vincetur in sanguine agni, quia vicit leo de tribu Iuda aperire librum, & soluere signacula eius: de quo triũpho tres pueri, tres ordines in vnitate fidelium denotantes, benedicunt & laudant & superexaltant ipsum in secula, quia eripuit nos ab inferis suo sanguine redimendo, & saluos fecit de vmbra mortis, & liberat nos *.. ardentis flammæ deuorantium hæresum, & de medio ignis vitiorum corrumpentium eripuit nos.

*de medio

Episcopus Cremon. in nouos hæreticos legibus agere iussus.

70 Ex prædictis igitur, nec immerito, solicitamur ex intimis solicitudine indefessa, quod pestis huiusmodi de Dei ecclesia penitus abscindatur & pereat, exterminetur radicitus, nec nominetur in populo Christiano. Te igitur, de cuius prudentia & circumspectione confidimus, vt euellas & destruas, & ædifices & plantes, ac omnia facias, quæ ad eradicationem erroris huiusmodi, & ædificationem salutiferæ fidei expedire putaueris, ad partes illas decreuimus destinandum. Quocirca fraternitatem tuam obsecramus in Filio Dei Patris, & nihilominus tibi per apostolica scripta mandamus, in remissionem peccaminum iniungentes, quatenus ad prædictas partes in Dei nomine proficiscens, auctoritate nostra suffultus nec dignitati, nec statui, nec religioni, nec sexui, nec ætati deferens plusquam Deo, de præmissis inquiras cum summa diligentia veritatem: & si quos, cuiuscumque dignitatis, ordinis, religionis, conditionis, aut status extiterint, huius erroris labe respersos inueneris, iuxta datam tibi a Domino gratiam, vt ad cor redeant oculos ipsorum aperias, & ne in vmbra ambulent increpando corrigas & corrigendo reducas; & abiurata prorsus hæresi ab eisdem, & imposita ipsis salutari pœnitentia iuxta morem reconciliatis ecclesiæ, secundum formam eiusdem beneficium absolutionis impendas.

In resipiscentes clementia in obstinatos seueritate vtatur.

Quod si eos, quod absit, vl eorum aliquos peccatorum moles præponderans in laqueum desperationis adduxerit, nec proficere te senseris apud eos, tunc fretus Christi potentia velut ad commune restinguendum incendium te accingas & contra eos & ipsorum quemlibet sub modis & forma iustitia mediante procedas, quibus procedi in casibus huiusmodi consueuit: non obstantibus quibusuis priuilegijs, indulgentijs & literis, personis vel ordinibus ipsis, aut ipsorum aliquibus sub quacumque forma aut expressione verborum ab Apostolica sede concessis, quæ cuiuscumque tenoris existant, quomodolibet contra tenorem præsentium cuiquam nolumus suffragari; inuocato ad id, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, contradictores per censuram apostolicam compescendo. Cæterum ad prosequendum viriliter causam Dei ad sui laudem nominis & exaltationem catholicæ fidei sic te gerere studeas in præmissis, quod in futuro dignam tibi præpares pro labore mercedem, ac nostram & Apostolicæ sedis benedictionem & gratiam vberius promerearis. *Dat. Auen. kal. aprilis anno sexto.*

71 Meminit de impuris eiusmodi lenonibus hæreticis Ioannes Cardinalis Turrecremata [a], ac Geraldi Segarelli, eiusque discipuli Dulcini, paucis ante annis affecti supplicio, sequaces ait; peruertebant enim plures illecebra huius dogmatis sordidissimi, nimirum fornicationes & adulteria commissa ad sedandam tentationem non esse peccatum. Iidem vero hæretici hanc blasphemam vocem in Romanam ecclesiam vomebant: *Ecclesia Romana est illa meretrix, quæ a fide Christi apostatauit, de qua scribit Ioannes in apocalypsi.* Addebant plura alia conuitia in Pontificem, Cardinales, ac præsules Romanæ ecclesiæ, quos a Christo exauctoratos effutiebant. Ex quibus sapiens lector perpendere poterit, quam impuri fuerint nouatorum signiferi, qui in Romanam ecclesiam furorem effuderunt. Superiora vero ex publicis iudiciarijs actis a fidei censoribus hoc tempore conscriptis petita testatur Turrecremata, qui plures alios errores his affines enumerat, cui etiam consentit Eymericus. [a]

a Turrec. summ. de eccl. p. 2. l. 4. c. 37.

Impia hæreticorum vesania.

Eorundẽ in Rom. eccl. impietas.

Desciuerat in hæc fœdissima flagitia simulata sanctitas quorundam hypocritarum fanaticorum, qui spiritu mendacij ducti legem spiritus & libertatis successuram euangelio, quod tanquam imperfectum abolendum cum Romana ecclesia effutiebant, vt Mosaica lex oriente euangelio extincta est: quam hæresim in ipso exordio Alexandri IV. diligentia, qui librum sub speciosa euangelij æterni inscriptione blasphema hæc deliria continentem exuri iussit, repressam vidimus [a]. Hanc autem tum propagatam auctore Ioanne Parmensi monacho refert Eymericus, eiusque fœtidos errores percenset [b], ac notat hunc pestiferam doctrinam suam hausisse ex abbate Ioachimo, quem etiam eo nomine Ptolemæus [c] Lucensis, & Guido [d] episcopus Elnensis ordinis Carmelitarum accusant, vt qui dum tres status; primum carnaliũ, alterum partim secundum carnem partim secundum spiritum viuentium, tertium perfecte spiritualium confinxerit; alijs delirandi occasionem dederit: nam pseudopropheta [e] Geraldus Segarellus ecclesiam anno MCCLX. interituram dixit, & nouam legem sancti Spiritus & libertatis in orbe radiaturam, in suis nempe sectarijs: At Petrus Ioannis Oliui inuidens Ioachimo, dicenti statum perfecte spiritualium florere in S. Benedicto cœpisse, somniauit illum in S. Francisco primum emicuisse: & ne viuus argueretur pseudoprophetiæ, clericalem ordinem anno MCCC. defiturum mentitus est.

a Eymer. 2. p. direct. q. 12.

De exordio huius hæreseos

a Annal. to. 14. An. Chr. 1256 n. 20.

Deliri a de noua lege oriũda.

b Eymer. 2. p. direct. q. 9.

c Ptol. Luc hist. eccl. M. S. l. 22. c. 13.

d Guid. Car. summ. de hæres.

e Eymer. vbi sup.

Aucta a Segarello.

His pseudoprophetis auctoribus propagatam hæresim de lege noua spiritus siue libertatis refert Guido [f] Carmelita, de quo paulo ante memoraui, qui opera de concordia euangeliorum Ioanni XXII. & summam de hæresibus Clementi VI. cardinalitios apices tum gerenti dicauit: idemque contra hosce hæreticos legem euangelicam legem esse sancti Spiritus & libertatis ostendit: *Dicunt*, inquit, *quod in tertio statu erit lex libertatis, quia euangelium Christi non fuit libertatis; & quod Spiritus sanctus plenius dabitur in tertio statu, quia in secundo statu non fuit plene datus; & quod ecclesia in tertio statu purgabitur quasi frumentum a paleis & zizanijs, quia tunc fiet separatio malorum a bonis, & tunc prædicabitur euangelium regni. Hæc dicta plane sunt hæretica, primo quia negant euangelium Christi fuisse libertatis, nam in secundo statu fuit Spiritus sanctus datus Act. 2. vbi autem spiritus, ibi libertas 2. Cor. 3. igitur secundum statum negare libertatis fuisse est hæreticum contra doctrinam Apostolorum; immo expresse contra doctrinam Christi, qui Apostolis ait Ioann. xv. Iam non dicam vos seruos,* quia

Hæresis quod lex euangelica non sit lex veræ libertatis.

f Guido Car. episc. Elnen. de hæresibus abb. Ioach & Petri Io: commi. cum pseudoapost. c. 11.

Blasphemum figmentum de Spiritu S. dando plenius quam in lege euãg.

Ostenditur fideles liberos esse.

cælis didicit, quæ prædicaturus erat in terris, annuntiat loquens ad Timotheum [a], & statum nouissimorum temporum aperte describens: *Scito*, inquit, *quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace: criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, cæci, voluptatum amatores magis quam Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.* Et post pauca subiungit: *Quemadmodum Iannes & Mambres*; magi vtique & arioli Pharaonis, sub seruitute Ægyptiaca populum Domini opprimentis, & figurantis ferocem illum Leonem gentium, & draconem maris, leonem rugientem, aduersarium humani generis, sub seruitute tenentem damnationis æternæ ex protoplasti peccato genus humanum, *restiterunt Moysi*; in quo & per quem lex Domini immaculata conuertens animas mystice designatur: *ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, & reprobi circa fidem, & vltra non proficient.*

a 2.Tim 3

Præsignatam ab Apostolo ostendit.

67 Magis igitur & magis timendum nobis est & populo Domini, cuius nobis est cura commissa, & nobis in ipso, ne tam abominabilis Deo & hominibus pestis, quæ latenter videtur subrepere, nimis periculose succrescat. Timendum vtique ac toto animo formidandum, quoniam sicut princeps Apostolorum Petrus in canonica sua scribit [b]: *Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem; sed sicut serui Dei.* Et idem [c]: *Nouit Dominus pios de tentatione eripere: iniquos vero in diem iudicii cruciandos seruare: magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt facere blasphemantes.* Statimque subiungit: *Hi vero velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem & in perniciem in his, quæ ignorant blasphemantes, in sua corruptione peribunt, percipientes mercedem iniustitiæ, voluptatem existimantes Dei delitias, coinquinationis & maculæ: deliciis affluentes, in conuiuiis suis luxuriantes, oculos habentes plenos adulterii & incessabilis delicti: pellicientes animas instabiles, cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filii: derelinquentes rectam viam errauerunt.* Expressiusque talium hæreticorum iniquorum reatum, & execrabilis pestis huiusmodi aperte subiungit: *Superba vanitatis loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur: libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis: a quo enim quisque superatur, huius & seruus est.*

b 1.Pet.2. S.Petri de hæreticis huiusmodi oracula.

c 2.Pet.2

68 O libertas omni durior seruitute! O libertas nec nominanda libertas! Libertas vero vtique illa summa libertas, in qua eius seruitus comprobatur, cui seruire regnare est. Cur non attenditur? cur non pensatur? cur non discutitur quod Apostolus de hoc exclamat, ad Galathas? dicens [d]: *Vtinam abscindantur qui vos conturbant. Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantum ne libertatem in occasionem carnis detis.* Exuestigioque subiungit: *Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcumque vultis, illa faciatis.* Nonne tuba euangelica, filius tonitrui, qui fluenta euangelii eleuatus vt aquila grandis alarum magnarum plena plumis & varietate, de ipso sacri dominici pectoris fonte potauit, de huiusmodi apud nos erroribus futuris, proh dolor! tanquam de iam factis in canonica sua loquitur manifeste, dicens? [a]: *Qui habet spem in Deo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Omnis qui facit peccatum, iniquitatem facit: peccatum enim est iniquitas. Scitis autem quod Deus apparuit, vt peccata tolleret: & peccatum in eo non est. Omnis igitur qui in eo manet, non peccat: & omnis qui peccat, non videt eum nec cognoscit eum. Qui facit iustitiam, iustus est. Qui facit peccatum ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. Apparuit autem in hoc Filius Dei, vt opera diaboli dissoluat.*

Vesaniæ illius libertatis execratio.

d Gal.5. Libertas euangelica non in effrænata carnis licentia, sed integritate constat.

a Io.1.3. S. Ioannis oraculis confirmatur.

Nonne hunc ipsum spernendum errorem & abominandum, immo vesaniam Iudas frater Iacobi in sua canonica expresse designat? ponens more prophetico futura tanquam præterita, dicens: *Subintroierunt homines impii, qui olim præscripti sunt in hoc iudicium, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam.* Statimque subiungit: *Sicut Sodoma, & Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alteram factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes. Similiter isti, qui carnem quidem maculant, dominationem spernunt, maiestatem blasphemant.* Et infra: *Væ illis, qui in via Cain abierunt, & errore Balaam effusi sunt, & in contradictione Chore perierunt. Hi sunt, qui in epulis suis maculant se, conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ circumferuntur a ventis; arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, sydera errantia, quibus procella tenebrarum reseruatur.*

D. Iudæ Apostoli aduersus impuros huiusmodi sectatores sententia.

69 Cur igitur contristant spiritum sanctum Domini? Cur blasphemant per tam horrendas insanias? Cur dissimulant quod scriptum est? [b] qui peccauerunt in Spiritum sanctum, non remittetur eis neque in hoc seculo, neque in futuro. Cum Iob ipse testetur [c]: *Vidi eos qui operantur iniquitatem, flante Deo periisse, & spiritu iræ suæ esse consumptos.* Cur carnis illecebras sub spiritus regimine palliant, quas constat in eodem spiritu condemnari? Cum enim Apostolus fornicatorem Corinthium excommunicandum scriberet, ait [d]: *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens eum, qui sic operatus est. In nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobiscum meo spiritu, & cum virtute Domini nostri Iesu Christi, tradere huiusmodi sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat.* Non est igitur a Spiritu Domini talis libertas, nam incoinquinatus Spiritus Domini & suauis, humanus, benignus, amans bonum, & qui nihil benefacere vetet: in Spiritu enim Domini peccatum dimittitur, non peccatur. Sed talis libertas est a spiritu tenebrarum, a spiritu malo, qui vexabat Saul, spiritu immundo, qui egrediens ab homine impellit eum assumere septem alios spiritus nequiores se: colubro tortuoso, qui & tortuose incedit, & tortuose suadet incedere suos: spiritu, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum: spiritu diaboli, qui nunc vt aspis, nunc vt basiliscus venena diffundit, vt leo deuorat, insidiatur vt draco: spiritu iniquo illius, qui proiectus est, draco magnus & serpens antiquus, qui vocatur diabolus & sathanas, qui seducit orbem suis seductionibus vniuersum: spiritu, inquam, illius, qui persecutus est mulierem, Dei ecclesiam, quæ peperit masculum

Spiritum S. libertatis impuræ auctorem esse non posse demonstratur.

b Matt.12

c Iob 4.

d 1.Cor.5

Illius libertatis auctorem dæmonem esse.

Vos estis catholici gregis procuratores, sal terræ, lux hominum, ouium pastores, muri domus Israel, gentium doctores, iudices ecclesiæ, morum correctores. Et sequitur: Si desit protectio legis, lex labetur. Si sal euanuerit, in quo salietur? Nisi lux appareat, via nescietur. Nisi pastor vigilet, caula confringetur.

Simoniacæ labis vitium relegandum ab ecclesia.

De donis & muneribus, quæ excæcant oculos iudicum, & peruertunt corda iustorum, dico prout ait quidam sanctus, scilicet B. Edmundus Cantuariensis archiepiscopus, inquiens sic: Per dona, quæ nec data nec accepta sunt secundum Deum, corrupta est Christianitas hodie. Deficiet priusquam hoc aduertant Christiani, nisi se curare studuerint ab hac peste; cupiditas enim, quæ est radix omnium malorum, adeo hodie ramos suos & palmites ampliauit, & maxime in ecclesia Dei, quod fere totum mundum obumbrauit: vnde multi, maxime clerici, aurum quasi solem gratius intuentur: eorum oratio & supplicatio ad Dominum aurum quærit. Ergo aurum bibant iuxta illud: Crassus aurum sitiuit, & aurum bibit.

Cleri mores cultusque emendandi.

65 *De monstruosa & inhonesta vita clericorum modernorum, maxime beneficiatorum, expedit facere mentionem. Quam enim hodie deformiter viuant quamplurimi in transformatione habituum, nutritura comarum, vnguium & barbarum, indisciplinatione gestuum, nemo possit sufficienter admirari. Leua oculos tuos & vide qualiter se gerunt in forma, immo in deformatura vestium, tonsura crinium, apparatu mensarum, ferculorum & ciborum. Quæ omnia signa sunt deformitatis mentium, iuxta illud: Incompositio corporis qualitatem indicat mentis. Vnde iuxta Bernardum clerici aliud esse & aliud videri volunt, habitu milites, quæstu clerici, actu neutrum exhibentes: nec enim pugnant vt milites, nec euangelizant vt clerici, ventri suo, non Christo domino seruientes.*

Sæpe vidi in ecclesiis, qui est frequens apud clericos execrabilis & extirpandus abusus, quod canonici & alij clerici ad horas nummarias currentes, & iuxta desideria cordis sui per loca varia euagantes, tandem in fine horæ, quando dicebatur: Benedicamus Domino; ad chorum reuertentes, stipendium horæ percipere absque conscientia minime formidabant. Vnde hac occasione peruersa in cathedralibus & aliis solemnibus ecclesiis sæpe accidit, quod dum dicuntur horæ, chorus remanet vacuus, vix duobus vel tribus clericis ad horas remanentibus, aliis extra chorum euagantibus, vt dictum est, in graue scandalum spectantium populorum; alij, quod non est minus inconueniens vel absurdum, in choro existentes, non vacant psalmodiis, sed bini & trini confabulantur verbis inanibus, risibus, & cachinnis & rumoribus recitandis se irreuerenter occupantes; diuinum seruitium cum multorum scandalo impediunt & perturbant. Et licet contra præmissos abusus multa iura prodierunt, tamen iudicio meo essent pœnarum adiectione iuuanda, cum pœnæ exacerbari debeant, quoties multis grassantibus opus est exemplo.

Abusus in psalmodia.

*Hæc & tot alia, quæ vix sermonibus possent explicari, videntur in Dei ecclesia reformanda, super quorum singulis difficile, vel quasi impossibile foret de singulis remediis prouidere. Vnum tamen remedium generale ad præsens sufficere videretur, videlicet quod dicta sanctorum patrum statuta, conciliorum quatuor principalium, videlicet Nicæni, Constantinopolitani, Ephesini, Chalcedonensis, necnon etiam Lateranensis, maxime quantum ad capitulum, quod est de concessione præbendarum * nulla decreta Romanorum Pontificum tam in capite, quam in membris ab omnibus integre seruarentur & hoc faciendo videretur satis status ecclesiæ reformatus, quia Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines, qui * ordinauerunt tempora Christi bono odore vsque ad consummationem vitæ. Et bene dico in capite: nam licet princeps legibus sit solutus, nihil tamen sibi tam proprium quam legibus vinciri; & digna vox est maiestate regnantis, se legibus alligatum principem profiteri. Et rursum dicit Leo Papa, quod totius familiæ Domini status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inuenitur in capite.*

Pristinæ SS. patrum leges restituendæ.

*nec non

*ornauerunt

66 Hactenus præsul anonymus a Clemente de constituendis in synodo ad restituendam pristino splendori ecclesiam consultus. Referebantur ad hoc caput excindendæ ex agro domini nonnullæ fœdissimæ hæreses, quæ recenter ex inferis eruperant. Quidam enim ex infanda, vt videtur, Dulcini propagine voluptatum illecebris irretiti, vesanam doctrinam in Insubria diffundere cœperant; atque adeo humanis sensibus blandiebantur, vt effrænatam & effusam in omne luxuriæ genus licentiam spiritum libertatis euangelicæ appellarent. Ad quam delendam pestem, ne illius contagio latius serperet, Pontifex Rainerio episcopo Cremonensi prouinciam imposuit a, vt aduersus eiusmodi hominum fæcem legum canonicarum seueritatem exerceret.

Spurca hæresis in omne libidinum genus effusa.

a Lib. 6. ep cur. 37.

Venerabili fratri Rainerio episcopo Cremonensi.

Nuper, sicut dolenter audiuimus, & grandi mentis punctura referimus, in nonnullis Italiæ partibus tam Spoletanæ prouinciæ, quam etiam aliarum circumiacentium regionum nonnulli ecclesiastici & mundani, religiosi & seculares vtriusque sexus viri pestiferi, qui alienati ab vtero matris ecclesiæ, ac præclaræ fidei, fundatæ super fundamentum Apostolorum & prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, qui est salus, vita, & resurrectio nostra, molientes, heu! obnubilare nitorem, nouam sectam, nouumque ritum, a via salutis omnino degenerem, etiam ipsis paganis & animaliter omnino viuentibus odiosum, & ab apostolica & prophetica doctrina & euangelica veritate remotum, quem libertatis spiritum nominant, hoc est, vt quidquid eis libet liceat, assumpserunt; vt qui quandoque per fidem sanctorum ciues fuerant & domestici Dei, fiant nunc hospites & aduenæ abiecti de domo Domini suis culpis & perniciosis erroribus & doctrinis; sed vt & ipsi dumtaxat pereant non contenti, nisi cæci cæcorum ductores pœnarum socios habeant æternarum, simul cadentes in foueas, simplices animas astute decipiunt, & eas in huiusmodi pestis mortiferæ professionem adducunt.

In Spoletano præcipue ducatu propagata.

Dicebatur libertatis spiritus.

Nos autem more patris beneuoli, quem non prætereunt incommoda filiorum, vt reducamus abiecta, reuocemus errata, vinumque infundamus & oleum vulneribus sauciati, quod infirmum est solidantes, & quod ægrotum sanantes, & quod confractum est alligantes, & quod perierat requirentes; nostræ considerationis conuertentes intuitum, soliciti reddimur, non immerito, anxij scripturarum sacrarum arcana scrutantes, quoniam cum nos simus, in quos fines seculorum iuxta Apostolum deuenerunt, sicut idem vas electionis & doctor gentium, qui in cælis

Clementis ad illi excindendam studium.

terminat & eneruat, eamque mutilat & detruncat, sub silentio transeunda. Cum enim tam secundum iura diuina, quam humana, singula ecclesiastici iuris officia sint singillatim singulis committenda personis (sicut enim in vno corpore physico multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita in corpore Christi mystico, quod est ecclesia, multa membra sunt secundum veridicam sententiam Pauli, vnde in eodem vnoque corpore spirituali committendum est hoc officium vni, alij alias conferendum & committendum illud, nec quantumlibet exercitatæ vni personæ vno tempore duarum rerum sunt officia committenda; quia si totum corpus oculus, vbi auditus, &c. vnde lex ciuilis præmissis assentiens & concordans hoc testatur dicens, quod eodem tempore non sunt honores in duabus ciuitatibus ab eisdem gerendi) hodie, quod cum dolore referendum est, vna persona aliquando minus idonea quatuor vel quinque in diuersis ecclesijs obtinet beneficia, id est quinque vel quatuor dignitates, aliquando tres vel duas; quinimmo, quod non est minimū inconueniens vel absurdum, vna persona, cui secundū statum suum abunde vna sufficeret canonica vel præbenda, decem vel duodecim in diuersis ecclesijs obtinet & aliquando plures, sicut vidi. Heu, aliquando vna persona tot obtinet dignitates, personatus, vel officia, quod ex eis posset quinquaginta vel sexaginta exercitatis & literatis personis sufficientissime prouideri. Ex quo pernicioso abusu sequitur destructio ecclesiarum, defectus seruitiorum ecclesiasticorum, eneruatio & dissipatio studiorum, quæ modernis temporibus vbique terrarum depereunt, propter hoc quod bonis scholaribus, exercitatum ingenium habentibus, prouideri non potest per prælatos.

Mala ex sacerdotiorum strue in vnum cōgesta.

62 *Quid autem de pueris, qui omni discretione carentes, & quorum ætas quid videat ignorat, tot obtinent dignitates & beneficia, referam nescio, nisi quod impletum esse videtur Isaiæ vaticinium sic dicens: Ecce dominator Dominus exercituum aufert a Ierusalem & a Iuda validum & fortem consiliarium & sapientem de architectis, & prudentem eloquij mystici; & sequitur: Et dabo pueros principes eorum, & effœminati dabuntur eis, &c. Vtrum tales tantam beneficiorum pluralitatem habentes, periculum damnationis euadere valeant, non determino: sed a sapientissimis & peritissimis theologis, quorum opinio celebrior nō ignoratur a pluribus, requiratur.*

Pueri indigne donati sacerdotijs.

Vt cum reuerentia S. Romanæ ecclesiæ & sedis Apostolicæ loquamur, multæ ecclesiæ in diuersis mūdi partibus hodie grauiter desolantur propter hoc, quod dignitates ac personatus & eorum officia a commorantibus in Romana curia detinentur, ibidem perpetuo remansuris, quod dum inibi iterum atque iterum, & quoties vacant, alijs curialibus conferuntur: & sic tandem ecclesiæ ob suarum absentiam personarum & carentiam defensorum exterminio & ruinæ irreparabili subiacebunt. Quod vtinam dominus summus Pontifex, & sacer cœtus Cardinalium, qui sunt animalia pennata plena oculis ante & retro, diligenter aspicerent, ac nouissima prouiderent.

Mala ex residentiæ defectu.

63 *Proh dolor! Hodie in tali statu sunt ecclesiæ constitutæ, quod in eis vacantibus vix reperiuntur personæ eligibiles: & si quandoque, quod raro nunc accidit, bona persona & idonea in eisdem reperiatur latens sicut lilium inter spinas, tantum excedit numerus malorum & inutilium personarum, quod non permitterent personam bonam ad prælationem assumi: sed similes similibus applaudentes eligunt sibi virum iuxta cor suum ad destructionem ecclesiæ & plebium subiectarum. Olim enim quando plures erant boni quam mali in ecclesia, tunc electio, quæ est quasi secundum pluralitatem punctorum, bona erat & canonica: plures enim erant, qui eligebant Deo illis, qui eligebant diabolo. Sed modo fit e contrario, quia plures sunt mali, quam boni regulariter: & sic frequentius est electio diabolica, quam canonica; non celebrata per sancti Spiritus inspirationem, sed per dolosam & machinosam conspirationem. Multi enim hodie introducuntur in ecclesijs insidiose & dolose, alij per impressionem & importunitatem potentiæ secularis, alij per ambitionem & fictionem hypocritæ simulationis, alij affectione sanguinis & cognationis, contra Hieronymum dicentem, principatum in populos non sanguini deferendum esse, sed vitæ; & sequitur: Nunc autem cernimus plurimos hanc rem beneficio habere, non vt quærant eos in ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscunt ecclesiæ prodesse; sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs deliniti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit. Qui taliter intrusi vix aut vnquam in prælatione bonum faciunt: non ædificant, sed destruunt: non proficiunt, sed corrumpunt; difficile est enim, vt bono peragantur exitu, quæ male sunt inchoata principio. Tales ambitiosi merito sunt repellendi, quia secundum Gregorium: Sicut locus regiminis desiderantibus est negandus, ita fugientibus est offerendus. Et rursus: Sicut inuitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus admouendus; sic qui vltro ambit, vel importunum se ingerit, est proculdubio repellendus.*

Cur electiones rite non stant.

Ecclesiæ non probe administrantur.

Hodie iuxta parabolam, quæ habetur Iudicum IX, oliua, ficus, & vinea principatum refugiunt, secundum illud Ioannis Chrysostomi: Quicumque desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in cælo; rhamnus vero, qui secundum magistrum in historijs est genus rubi asperrimi, nimis aculeatum sicut sentes, & secundum Iosephum ad nutum venti de se naturaliter ignem producit; primatum non refugit, sed desiderat & ambit, dicens: Si vere me Regem constituitis, venite & sub vmbra mea quiescite, & cætera quæ continentur ibidem. Vtinam eligentes vel confirmantes indignos ad prælationem punirentur pœna canonica, etiam cum augmento, vt pœna docente cognoscerent quantum crimen sit quibusque & longe extra sacerdotale meritum constitutus pastorale fastigium & gubernationem ecclesiæ credere. Non est hoc consulere populo, sed nocere; nec parare regimen, sed augere discrimen. Integritas enim præsidentium salus est subditorum, vt Leo Papa, & sequitur: Quod si in quibuslibet ecclesiæ gradibus prouidenter scienterque curandum est, vt in domo Domini nihil sit inordinatum, nihil præposterum, quanto magis celebrandum est, vt in electione eius, qui super omnes gradus constituitur, non erretur? Nam totius familiæ Domini status & ordo nutabit, si quod requiratur in corpore, non inueniatur in capite.

Indigni ad dignitates irrepunt.

64 *Ob nihil est quod magis ecclesiæ noceat, quam quod indigni assumantur prælati ad regimen animarum: cum enim per ignorantiam cæcati alijs ducatum parare cœperint, ambo in foueam cadunt; vnde dicitur in psalmis: Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Cum enim obscurantur illi, qui præeunt ad ferendum onera peccatorum, facile inclinantur sequentes. Prælati tamen debent esse lux mundi, oculi ecclesiæ, arietes gregis Domini, qui debent ingredi & egredi ante gregem, & ouibus pascua procurare; vnde dixit ille sapientissimus clericus, loquens prælatis: Vos*

Mala ex prælatorū indignitate manantia.

ordo ecclesiasticus dehonestatur, ministerium ecclesiasticum vituperatur, ecclesia scandalizatur, dum effrænata multitudo sacerdotum, maxime indignorum, in ecclesia à laicis populis consideratur. Ex quorum execrabili vita & perniciosa ignorantia infinita scandala oriuntur, sacramenta ecclesiastica à laicis contemnuntur: vnde in plerisque partibus apud laicos sacerdotes Iudæis viliores & contemptiores habentur. Et licet circa tam leuem manuũ impositionẽ multa iura prouiderint, iudicio meo adhuc prouisione opus est, quia dicta iura pessime obseruantur.

Mala inde scaturientia.

Cum secundum canones, quibus etiam in hac parte ciuilia iura concordant, monachi mundo mortui, Deo autem viuentes nullatenus se debeant iuxta Apostolum secularibus negotijs implicare; sed claustro suo contenti, sicut enim piscis sine aqua, sic sine claustro monachus caret vita iuxta sui nominis interpretationem, ibidem soli & tristes debeant sedere, & officio suo vacare; multi proh dolor! nomine & habitu monachi tantum, de re & vita monachali in se nihil habentes, magis cum seculo mori, quam cum Christo in claustro viuere cupientes, in prioratibus ruralibus & alibi bini vel trini malunt, quam in congregatione sui monasterij conuersari. Qui positi iuxta claustra sicut equus effrænis, abiecta obseruantia regulari & diuinis officijs penitus prætermissis, per mercata & nundinas discurrentes & negotiantes & mercationes sicut laici mercatores exercent, multaque alia enormia, de quibus loqui verecundum est & turpe, in detestationem sui ordinis, & graue scandalum populorum committere non verentur: quare ecclesia Dei & eorum religioni perutile iudicarem, vt omnes tales monachi, sic per orbem dispersi & vagantes, reuocarentur ad claustrum vel saltem de paruis prioratibus dicti monachi vel plures congregarentur in vnum, in quo iuxta illud: Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum; sicut in principali monasterio regulariter possent Domino famulari, redditibus illorum paruorum prioratuum principali monasterio, vel illi loco in quo adunarentur, vt præmittitur, applicatis. Sed vnum præmissis obuians proculdubio impedit tantum bonum: cum enim prælati tales monachos vel monachas, in quibus adhuc maius periculum vertitur, ad claustrum reuocare aut in vnum, vt dictum est, congregare nituntur, fundatores illorum paruorum prioratuum eorum bona in manu sua capiunt, occupant, & inuadunt, asserentes se & prædecessores suos, qui dicta loca ob animarum suarum salutem & remedium fundauerunt, nolle seruitijs & suffragijs debitis defraudari. Circa quod est salubri remedio prouidendum.

De monachis vagis

Tum de alijs, quos Pontificia auctoritas præsulum imperio liberauit, subdit damnatos anathemate in sacrorum cõmunionem ab ijs admitti: vetita matrimonia in eorum ecclesijs iniri: stipendia debita ex iure vel pactione negare præsulibus; sensimque iura episcoporum exolescere, cum ipsos tædeat quotidie iudicio cum ijs apud sedem Apostolicam experiri. De clericis vero, qui nullis virtutum scientiæque dotibus præditi irrepunt ad sacerdotia, hæc addidit:

59 *Quia multi vita & moribus detestabiles, de diuersis mundi partibus ad sedem Apostolicam concurrentes, tam in forma pauperum quam alias beneficia cum cura, vel sine cura quotidie impetrare noscuntur, maxime in locis, in quibus de vita eorum & moribus non habetur *, & a prælatis, tanquam si ys obedientiæ mandato sedis Apostolicæ obtemperantibus, veneranter instituti vel admissi ita detestabilem vel deformem vitam ducunt, quod ob hoc ecclesiæ destruuntur, populi scandalizantur, Dei ecclesia blasphematur: prælati non possunt hodie bonis personis de beneficijs, nec beneficijs de bonis personis, obstante numerosa multitudine clericorum impetrantium, prouidere: ex quo fit, quod dicti prælati, dum non habeãt quid pro meritis retribuant literatis personis, non inueniunt seruitores, sine quibus prælationes suas recte administrare non possunt. Scio cathedralem ecclesiam tantum triginta præbendas habentem, in qua triginta quinque vel plures a viginti annis citra vacauerunt, de quibus episcopus, qui dictis viginti annis & amplius non absque magnis laboribus, angustijs, & tribulationibus episcopatum rexerat, obstante impetrantium a sede Apostolica multitudine, contulit tantum duas: & adhuc sunt in dicta ecclesia expectantes. Insuper omnes dignitates, quæ in dicta ecclesia dicto tempore vacauerunt, contulit dicta sedes maxime personis absentibus, qui nunquam ipsam ecclesiam intrauerunt: & adhuc sunt duo expectantes dignitates. Quid plura? Paruæ ecclesiæ collegiatæ ipsius diœcesis, in quibus ad episcopum collatio pertinet præbendarum, quin etiam ecclesiæ parochiales impetrantibus adeo sunt, quod bonis clericis patriæ peritis in diuersis facultatibus, non potest idem episcopus de beneficijs, nec magnis, nec medijs, nec minimis prouidere: & cum sint pauperes, nec subsidium ab ecclesia habere valeant post prolixa studiorum exercitia, immensosque labores, & qui amore scientiæ aliquando sua patrimonia destruxerunt, vrgente necessitatis articulo & paupertatis ergastulo spe fraudati, desperati aut matrimonia contrahere, aut ad curias seculares & consilia principum in graue ecclesiæ detrimentum se transferre coguntur; & isti sunt, qui ecclesias & ecclesiasticas libertates, quasi contempti ab eis, acrius persequuntur.*

De collatione sacerdotiorum.

*cognitio

Inopia proborũ clericorũ.

60 *Heu mittuntur ad ecclesias vel personæ inutiles, peregrinæ linguæ, barbaræ nationis; vel si sunt bonæ personæ & vtiles, nunquam in eisdem resident ecclesijs, sed in Romana curia, aut Regis aut principum curijs commorantes, per priuilegia fructus beneficiorum percipiunt, qui eisdem ecclesijs de nihilo seruiunt; sed frustra panem doloris comedentes exquisitis coloribus ab ipsis ecclesijs se absentant: de quorum numero sunt quamplures, qui nunquam viderunt ecclesiarum, in quibus obtinent beneficia, crucifixum. Vnde hodie, iuxta illud, * scriptum est, relinquitur sola Sion sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario; & rursum: Posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. Qua de causa ipsæ ecclesiæ rurales, ruinæ, periculis, & desolationis extremæ dispendijs, omni consilio & auxilio destitutæ, lupis rapacibus exponuntur: a filijs vipereis decimæ, bona, iura eorum diripiuntur, inuaduntur, occupantur: priuilegia, immunitates, & antiquæ consuetudines violantur, eneruantur, annihilantur: nec est, qui ascendat ex aduerso, & opponat se murum pro domo Israel. Quin etiam modernis temporibus in ecclesia Dei, suorum absentia mutilata, diuini cultus perit officium & iuxta scripturam senes de portis deficiunt, & iuuenes de choro psallentium; vnde versus est in luctum & carmen lugubre chorus eius, pauperibus patriæ ecclesiarum largitio consueta subtrahitur, præter fundantium seu donantium voluntates propulso pietatis officio defraudantur.*

Ecclesiæ rectorib' destitutæ.

* quod

Grauib' inde affectæ damnis.

61 *Ad hoc non est quædam inconueniens absurditas, quæ vniuersalis ecclesiæ robur & fortitudinem annihilat, eiusque decorem & pulchritudinem exter-*

dicto ordine apparet) sine tarditate aliqua & eius magna auctoritate a posteris destruantur; sicut tam ibi, quam IV. Regum XVIII. cap. de Ezechia legitur, quod confregit aeneum serpentem, quem Moyses, Domino iubente, construxit. Et iterum bene dico sine tarditate, ne ex tarditate morosa scintilla huius erroris prorumpat in flammam, quae posset incendere totum orbem & fidem catholicam non modicum denigrare, vt accidat, quod dicit Hieronymus, quod Arrius vna scintilla fuit in Alexandria; sed quia statim oppressus non extitit, flamma eius totum orbem populata est, XXIV. q. III. Secundae.

Argumenta ex scripturis petita.

Nec multum mouere debet dominum nostrum quod dicunt aliqui, praedictum ordinem, qui ecclesiae videtur esse membrum tam nobile, non deberi sine iuris ordine & plena discussione truncari; cum salua pace dicendum & propter graue scandalum, quod in ecclesia Dei ex hoc ordine iam est ortum, & semper vbique terrarum ex morosa dilatione crebrescit, non videtur tanta discussio requirenda, Veritate dicente Matthaei VI. & etiam XVIII. Si oculus tuus dexter vel brachium dextrum scandalizant te, erue eos & proiice abs te: expedit enim vt vnum membrorum tuorum pereat, quam totum corpus, etc. Item etiam expedit dictum ordinem tolli alia ratione, videlicet ne eo remanente semper indigna facti memoria refricetur; vnde super illud Leuitici XX. Mulier, quae accesserit ad omne pecus ascendi ab eo, mulierem interficietis et pecus morte moriatur; dicit Augustinus: Inde credendum est pecora iussi interfici, non quia peccauerint, cum sint irrationalia; sed quia tali flagitio contaminata indignam refricant facti memoriam: et est decretum XV. q. I. c. Mulier.

56 *De secundo, videlicet de subsidio terrae sanctae, etc.* Digreditur is praesul ad expeditionem Syriacam, de qua comparanda decernendum erat, sensitque vix illius conficiendae ob discordias principum spem affulgere. Nec vana fuit opinio: ex Gallorum enim Regis ac Pontificis obitu, tum Cardinalium factionibus praeclara ea consilia extincta fuisse visuri sumus. De perpoliendis autem cleri ac populi moribus, tum castigandis vitijs, quae fusius recenset, haec subijcit.

De apparatu orientalis expeditionis.

Tertius articulus est, scilicet de reformandis in ecclesia Dei moribus altiorem et prolixiorem requirit tractatum, cum sint infinita adeo, quod earum non est numerus nec finis, circa quae aliqua scripsi, quae videri et legi poterunt locis et temporibus opportunis; et circa quae si apponeretur remedium congruum, multum iudicio meo reformaretur, et rectificaretur status vniuersalis ecclesiae et honestaretur Christianae religionis cultus et totius fidei orthodoxae. Et licet iste tertius articulus sit vltimus in ordine, tamen praecedere debet secundum in executione, quia prius extirpanda sunt vitia, quam inserenda virtutes; et prius placandus esset Deus *et postea eius auxilium implorandum, quia scimus, quia* Deus *peccatores non exaudit. Zelus domus* Dei*, pariterque Christi charitas, mandatique apostolici, cui summopere obediendum est, vrgens necessitas quadam subannexa, quae iudicio meo in ecclesia* Dei *per orbem terrarum longe lateque diffusa correctionis et reformationis, vt domini summi Pontificis verbis vtar, limam exposcunt, rudi stylo, sed fideli iuxta modulum scientiae, et ingenij paruitatem scribere me compellunt, vt eadem domini summi* Pontificis *prouidentia, sacro approbante concilio, correctionem et directionem recipiant opportunam. Si autem in scribendis aliqua errore, seu errones, vel minus perfecte, seu insufficienter reperiantur esse dicta, simplicitate et ignorantia scribentis, bonum zelum (nouit* Deus*) sed forte non secundum scientiam habentis, non infidelitati vel malitiae ascribitur; quia in omnibus et per omnia fidei catholicae, quam sancta Romana tenet, docet, et praedicat ecclesia, etiam vsque ad sanguinis effusionem assentiens, correctioni et mandato ipsorum dicti domini summi Pontificis et concilij, tanquam filius obedientiae, me subijcio reuerenter.*

De restituenda ecclesiastica disciplina.

57 *In plerisque regni Francorum partibus irreligiosa consuetudo, quin reprobandus inoleuit abusus, videlicet quod in diebus dominicis et alijs praecipuis anni festiuitatibus maiestati Altissimi dedicatis, in quibus populi Christiani deberent ab operibus seruilibus cessare, ad ecclesias conuenire, seruitio domino vacare, pabulum* Dei *permaxime sibi necessarium a praelatis et alijs, quibus concessum est, percipere, mercata et nundinae, placita et assisia celebrantur; ex quo accidit, quod fideles populi, magis carnalia quam spiritualia sapientes, relictis ecclesijs et diuinis seruitijs, ibidem conueniunt, sua mercimonia et litigia exercentes. Ex quo fit, quod illis sacris diebus, in quibus praecipue colendus esset* Deus*, colitur diabolus, ecclesiae remanent vacuae; praetoria, tabernae rixis, contumelijs, tumultibus, blasphemijs, periurijs resonant, ibidemque fere omnium gentium scelera perpetrantur. Ex quibus sequitur quod lex fidei, articuli fidei, et alia quae ad religionem fidei Christianae et salutem animarum pertinent, a fidelibus quasi totaliter ignorantur: ex hoc* Deus *blasphematur, diabolus reueretur, pereunt animae, fides catholica sauciatur; vnde super tantis errore et abusu pernecessarium esset salubre remedium adhibere.*

De populi Gall. in festiuis celebritatibus, excessibus.

58 *In nonnullis etiam eiusdem regni regionibus alia non minus damnabilis inolet consuetudo, immo potius corruptela, videlicet quod archidiaconi rurales, archipresbyteri, & decani iurisdictionem ecclesiasticam exercentes, tam per se quam per quosdam substitutos viles, inscios, ignaros, regni caelestis clauibus enormiter abutentes, homines pro paruis & leuibus causis, immo multoties sine causa, sententia excommunicationis percellunt, quae secundum canones sit aeternae mortis damnatio, & qua poena nulla est maior in ecclesia, nec nisi pro mortali crimine & a maiori iudice nutu episcopi promulgari deberet. Ex qua erronea corruptela tantum excommunicationum inundat diluuium, quod communiter in vna parochia trecenti vel quadringenti, vt non dicamus septingenti, sicut oculata fide vidi, reperiuntur per tales iudices, potestatem clauium ignorantes, varijs & vt plurimum iniustis excommunicationum sententijs irretiti. Ex quo accipitur, quod homines cum effraenata & monstruosa sententiarum multitudine assueti tales sententias omnino contemnunt, potestatem clauium vilipendunt, verba blasphema & scandalosa contra ecclesiam & ministros eius proferunt: vnde iudices, quod grauiter est ferendum & cum cordis amaritudine referendum, innumerabiles populos cateruatim ad barathrum secum trahunt. Super quo nihilominus ad obuiandum blasphemijs & scandalis & animarum periculis esset per ecclesiam remedium adhibendum, cum secundum Apostolum non sit manus cito alicui imponenda.*

Censura sine iusta causa saepe vibratae.

Grauia inde oborta scandala.

Ex transgressione huius verbi magnus error hodie reperitur in ecclesia, dum numerosae personae contemptibiles & abiectae, vita, scientia, & moribus omnino indignae, ad sacros ordines & maxime ad sacerdotium promouentur. Ex quo fit, quod totus

Sacerdotum consecrationes maiori delectu celebrandae.

ordo

fuerint, experiri procuretis, confessiones & depositiones eorum non tam celeriter, quam fideliter transmissuri. Dat. in prioratu de Grausello IV. kal septembris anno VI. De quibus [a] etiam ad Iacobum ipsum Regem, tum ad Castellæ, Lusitaniæ & Cypri [b] Reges scripsit, vt regia potentia præsules ad rem perficiendam fulcirent. Adhibita est ea a Regibus ac præsulibus in eruenda obiectorum Templarijs scelerum veritate diligentia, vt fœdissimis hæresibus ac vitijs ordinem illum equestrem duobus testium [c] millibus & eo amplius contaminari compertum sit; extantque [d] in Vaticana bibliotheca iudiciaria acta aduersus Templarios tum confecta suis consignata sigillis. Sed de eo ordine funditus sublato sequenti anno agetur; nunc quid de ijs Albertinus Mussatus referat adiungimus.

a Ep.27. et post eand. ep. b Ep.127. & 114. Templariorũ scelera duobus millibus testiũ comprobata. c Libell. M.S. bibl. Vat. sign. n.4177. d Ext. in M.S. Vat. bibl. sign. n.4011.

Conuicti, inquit, *confessique præceptores, magistri, & milites domus militiæ templi Ierosolymitani septuaginta duo circiter numero plectendi apostolicis instabant censuris, & proh pudor! quanquam nec hac nostri thematis nefanda relatu, sed fanda quidem in singulorum transgressorum, quod absit, exitium, vt quæ nostra vidit ætas cautior fiat, sciat euitare posteritas; abominandæ feræ formam humanam indutæ, fratres immo hostes illi, crucis armati signaculo, in sua communionis fratrum receptione cum abnegatione Christi & sputione super crucem alijsque subticendis, vt verecundiæ parcatur humanæ, erroribus suis suorumque complicum animas suas diutius desponderant satbanæ.* Et infra: *Grandia hæc mirandaque, vixque crediti antequam fierent motus hi, qui nec cœlestibus caruere prodigijs. In ipsis quidem tantorum successuum principijs de cœlo apparitiones Parisijs, perque contiguas Francorum terras conspecta sunt solis & lunæ par eclipsis ex telluris vmbra, per biduum nouum ignotumque visum sydus irradians, lunæ imago triplex, & in æthere circuli quidam cum inclusa crucis effigie, nouaque formæ ac variæ per aera: insuperque ex tellure aduolantes in cœlum faces in partes Italiæ conflagrare, polorum axes increpitantes sereno cœlo auditi veluti tonitrua cadentes absque promicantibus fulgoribus. Sic de Gallicis enuntiatum est terris, repletaque Italiæ ciuitates, mundoque fama insidente patens habitum est.* Hactenus Mussatus.

Ostensa cœlo prodigia cum detecti Templarij.

54 Instructis itaque ijs, quæ ad rem dirimendam præmittenda erant, ob quæ ad kalend. octobris concilium prorogatum vidimus, Viennam se contulit Pontifex, præfixoque tempore synodum inchoauit. De cuius actis hæc habet M.S. Vaticanum [e]: *Actum est de statu militiæ Templariorum, de facto Bonifacij VIII. de expeditione contra Saracenos, de reformatione ecclesiæ: præcipue autem actum est de Templarijs, de quorum extinctione videtur modeste loquendum, ita vt non conferatur culpa in Pontificem, cum constet ipsum & concilium fecisse iudicium secundum allegata & probata.* His Bernardus consentit [f], quamuis Bonifacianam litem silentio prætereat. *Anno Domini MCCCXI. in kal. octobris fuit per Clementem Papam V. apud Viennam super Rhodanum generale prælatorum concilium conuocatum: fuitque prima sessio concilij incohoata XVII. kal. nouembris sabbato ante festum B. Lucæ.* Et infra: *Post prædictam vero sessionem inter colloquia & tractatus deductum est tempus per totam hyemem subsequentem.* Iis, quæ de tempore inchoatæ synodi refert Bernardus, adstipulantur, præter Ptolemæum Lucensem in historia ecclesiastica, Clementis literæ [g] XII. kal. nouembr. huius anni die consignatæ, quibus Leodiensem episc. aduersam valetudinem obtendentem, ni canonico impedimento distineretur, se transferre ad concilium iussit: *Quod iam*, inquit, *disponente Domino, cœpimus celebrare.* Quod ad patrum numerum, qui ad illud ex varijs orbis partibus confluxere, attinet; trecentos & eo amplius episcopos interfuisse refert S. Antoninus [a]: *Præsentes fuerunt*, verba sunt auctoris, *plusquam trecenti episcopi, vltra alios prælatos de diuersis partibus orbis.* Cum vero a Clemente excitos numero lectissimos dignitate, scientia, virtutibus, atque auctoritate insignes viderimus ex ipsius literis [b], cœteris œcumenicis concilijs iure annumeratum, plurimoque fulsisse splendore, non est ambigendum. Extat porro in Vaticana bibliotheca de rebus in eo gestis M.S. in quo habitæ a Pontifice coram patribus coactæ synodi causas exponente orationis argumentum subiectis verbis delibatur. [c]

Celebratum Viennense concilium. e M.S. Vat. signat. n. 6418. de conc. Vien pag.143. f Ber. chr. Rom Pon & in l. de conc. M.S. Vat. sig. n. 2043. Gesta M. S. Clem. V. Vall. bibl. Ptol. Luc. hist. eccl. M.S. l. 24. c.39 M.S. Vat. bibl. sign. n. 3765. in Clem. V. hoc ann. g Lib.6.ep cur.128.

a Ant. 3.p. tit.21.c.3. init. Patrum, qui interfuere numerus. b Lib.6.ep 116.

In nomine Domini. Amen. Anno Domini MCCCXI. *congregato concilio generali Viennæ per sanctissimum dominum Clementem* Papam *V. mense octobri, in prima sessione sua, quæ fuit decima sexta die ipsius mensis, primo proposito verbo Domini, assumpto themate: In concilio iustorum & congregatione magna opera Domini; in omni verbo eius exposuit dictus Papa tres causas, propter quas ipse duxerat concilium congregandum. Prima fuit pro negotio Templariorum & ordine eorum, qui super varijs hæresibus & nefandis erroribus fuerunt grauiter & multipliciter infamati, & multi processus & inquisitiones contra eos facti. Secunda propter succursum & subsidium terræ sanctæ. Tertia pro reformatione morum, & reformatione status ecclesiastici.*

c M.S. bibl Vat. sign. n.4177. A quibus verbis Pont. concilium sit exorsus. Quas ob causas illud indixerit.

55 De his tribus consulti sunt patres a Pontifice, & multa in medium adducta & prudentiæ trutina, diuino ijs afflante spiritu, librata. Circa quę inter alios præsul religione & scientia conspicuus sententiam suam his verbis deprompsit. [d]

De primo, scilicet de articulo Templariorum, *varijs varia sentientibus, alijs dicentibus & asserentibus, quod dicto ordini danda erat defensio, nec debere tam nobile membrum ecclesiæ a corpore eiusdem absque iuris rigore & magna discussione truncari: alijs peropinantibus dictum ordinem destruendum sine aliqua tarditate, tum propter graue scandalum contra dictum ordinum in tota Christianitate exortum, tum quia contra ipsum multi errores & hæreses per dictos processus & inquisitiones plusquam per duo millia testium reperiebantur esse probati. Quid autem senserim circa dictum articulum, sequitur in hæc verba.*

d Ext. ib. Consilii præsulis de abolendis Templarijs.

Quantum ad negotium Templariorum & ordinis templi attinet; ecclesiæ Dei & toti fidei Christianæ mirabiliter expediret, quod idem dominus noster siue de rigore iuris, siue de plenitudine potestatis istum ordinem diffamatissimum, qui vt ita dicamus, odorem nominis Christiani, quantum in se fuit, apud incredulos & infideles fœtere iam fecit, & nonnullos fideles in stabilitate fidei titubare, sine tarditate aliqua, resectis friuolis & calumniosis allegationibus super defensione tollenda, ex officio suo omnino tolleret, bonis eius ordinis dispositioni sedis Apostolicæ reseruatis: & sine tarditate dico, etiamsi a prima sua institutione fuerit bonus ordo, cum dicatur LXIII. *dis. cap. Verum: Quod si nonnulli ex prædecessoribus nostris fecerunt aliqua, quæ illo tempore potuerunt esse sine culpa, & postea vertuntur in errorem & superstitionem (sicut de dicto*

Ob grauem eorũ infamiam

quod visitet B. Mariæ de valle viridi, de rupe amatoria, Aniciensis de Bolonia super mare, Carnotensis S. Ægidij, et de Montemaiori ecclesias; ac limina B. Iacobi Compostellani: ipsumque, dummodo pœnitentiam huiusmodi deuote susceperit et peregerit cum effectu, dum vitam duxerit in humanis, vel eo mortuo heres eius, prædictarum relaxationum, reuocationum, irritationum, annullationum, cassationum, denuntiationum, abolitionum, amotionum, sublationum, remissionum, quitationum, restitutionum, repositionum, reductionum, et aliorum omnium et singulorum effectuum, prouisionum, et securitatum prædictarum secundum distinctiones personarum, factorum, causarum, et temporum in prædictis nostris literis comprehensas, de fratrum nostrorum consilio, et de plenitudine apostolicæ potestatis participem efficimus et consortem, etc.] Denuntiat Nogareto, si inflictas illi eas pœnas ipse heresue respuerint, ipsum irrogatis antea censuris, sententijsque irritum fore. *Dat. Auinione v. kal. maij anno sexto.*

Peregrinationes indictæ.

51 Cum ij, qui Bonifacio hæreseos crimen obiecerant, ac iureiurando se id probari posse affirmauerant, non tamen ita, vt in iudicio aduersarios agerent, sed vt rei veritas illustraretur; atq; alij, qui vindicandam ab ea labe Bonifacij memoriam susceperant, cœptis destitissent, remque totam contulissent in sedis Apostolicæ arbitrium vt ex Regis, denuntiatorum, defensorumque literis patebat; Clemens tamen fidelibus omnibus denuntiauit a, ita se admisisse illos a persequenda lite discedere, vt omnibus, qui aliquid aduersus Bonifacium vel pro eo defendendo vellent afferre, ipsorum dicta benigne ab Apostolica sede exceptum iri: *Quia*, inquit, *nobis, qui successores sumus illius, licet immeriti, in quo Christus fidei posuit fundamentum, incumbit necessitas, quam libenter amplectimur, quod de ijs, quæ contra fidem essent, nihil prout possumus relinquamus penitus indiscussum; declaramus, & nostræ intentionis extitit & existit, quod prædictas dimissionem et impositionem in officio nostro iuxta formas, vt præmittitur, ita recipimus, quod quicumque fideles & catholici, qui admittendi fuerint, possint nos instruere & informare, ac testes nominare in negotio supradicto tam pro his, quæ proposita sunt vel proponentur ad defensionem & excusationem ipsius Bonifacij & memoriæ eiusdem, quam contra eum & memoriam ipsius: & ita in ipsa dimissione & ante diximus & expressimus, &c. Dat. Auen. v. kal. maij Pont. nostri an. VI.* Reseruabat Clemens Viennensi concilio œcumenico illius controuersiæ cognitionem, an Bonifacius legitimus Pontifex extitisset: sed cum ea, quæ ipsi obiecta erant, vel friuola aut calumnijs plena essent, ab improborum iniurijs & calumnijs Bonifacij memoria vindicata est.

Promulgat Clem. omnes, qui cōtra Bonif. deponere voluerint audiēdos.
a Ib. ep. cur. 36.

52 Defluxit ad Viennensis concilij historiam oratio, ad quod vt confluerent frequentes antistites, ad quos id onus incumbebat, operam dedit. Extant enim plures apostolicæ literæ, quibus segniores atque inter cæteros Rothomagensem archiepiscopum, Baiocensem, Constantiensem a, Niuernensem b, & Carnotensem episcopos, vt iter Viennam intenderent, solicitauit. Cum vero Dunelmensis anceps hæreret, an ad synodum conueniret, in qua ipsius prædecessor Antonius idemque patriarcha Ierosolymitanus & patriarchæ & episcopi dignitatem in concilio gessisset, illum monuit c Pontifex, vt abiecta omni mora accingeret se itineri, cum pauciores ex Anglia exciti essent: *Fraternitati tuæ mandamus, quatenus hinc ad kal. octobris proxime venturi, si commode poteris, vel saltem vsque ad kal. decembris tunc immediate sequentis præsentiam tuam, quam in eodem concilio speramus multipliciter fructuosam, in ipso concilio studeas exhibere. Dat. in prioratu de Grausello* XVIII. *kal. sept. anno* VI. Verum postea datis Viennæ III. kal. decembris literis a, cum eius præsentia adeo Angliæ necessaria videretur, vt sine rerum Anglicanarum discrimine discedere non posset, flagitante Rege, in Anglia subsistere permissus est: pariterque episcopum Vvigorniensem, regio sigillo præfectum ab Eduardo, ab adeunda synodo exemit b Clemens; ea tamen lege, vt nomine suo procuratores mitteret. Moguntinum c quoque archiepiscopum, quem Henrici Romanorum Regis precibus adductus liberum a Viennensi itinere pronuntiarat, oratores suo nomine ad concilium legare iussit. Intercessisse vero ideo Henricum apud Pontificem, vt archiepiscopus maiori natu filio Regi Boemiæ ad regnum probe instituendum temperandumque operam explicaret, literæ d scriptæ ad eundem Regem docent: cum enim alias adiecisset preces, vt Balduinum archiepiscopum Treuirensem fratrem suum, cuius opera sibi admodum erat necessaria, excusatum haberet, respondit Treuirensem ipsum archiepiscopum ob eximias virtutes, quibus erat instructus, concilio vtilem admodum futurum, cum maxime nullos nisi scientia & auctoritate conspicuos euocaret; tanta tamē apud se pollere gratia, vt quamuis iam antea, ipso flagitante, Moguntinum archiepiscopum Regi Boemiæ permiserit; seque Arnaldi Sabinensis, Leonardi Albanensis, & Nicolai Ostiensis episcoporum, ac Lucæ S. Mariæ diaconi Cardinalium præsentia & consilio orbarit, vt imperialis consecrationis celebritati præessent; Treuirensem etiam archiepiscopum atque episcopum Tridentinum, cuius industriam ob regij sigilli præfecturā necessariam illi putaret, quo ipsius insistant obsequijs, adeūdæ synodi religione ac labore liberarit.

Præsules Viennam ad concilium iter maturare iubentur.
b Ib. ep. cur. 50.
c Lib. 6. ep. cur. 125
a Lib. 7. ep com. 6.
b Lib. 6. ep cur. 118.
c Ibid. ep. cur. 119.
Nonnulli archiepiscopi ad Henr. Regis Rom. gratiam itineris labore liberati.
d Ib. ep. cur. 126.

53 Cum vero inter alia præcipua agitanda esset in concilio Viennensi de Templariorum extinguendo ordine causa, maximum defixit studium Pontifex ita circumstantijs omnibus ac probationibus instruere actionem iudiciariam, vt illius dirimendæ exigua difficultas patribus relinqueretur: atque adeo Terraconensem, Toletanum, & Compostellanum archiepiscopos, atque episcopos Valentinum, Seguntinum, Elborensem & alios plures antistites, qui in Templarios quæstionem exercuerant, appetente iam concilij tempore, quas ab ijs expresserant confessiones, ad sedem Apostolicam transmittere iussit e. Cum vero nonnullorum reorum pertinacia inquisitorum diligentiam elusisset, criminum obiectorum veritatem tormentis extorquendam sanxit. Qua de re pluribus antistitibus, vt Constantinopolitano f patriarchæ & Nigripontis episcopo, Famaugustano & Nicosiensi in oriente g, in Hispania Ilerdensi & Vicensi episcopis h inter cæteros, hæc imperia dedit: *Per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus fratres ipsos, qui sunt in dicto regno Aragoniæ & terris charissimo in Christo filio nostro Iacobo Regi Aragonum subiectis, ad habendum ab eis veritatis plenitudinem promptiorem tormentis & quæstionibus, si sponte confiteri nolue-*

Expressas a Templarijs confessiones mitti ad synodum iubet.
e Lib. 6. post ep. cur 26. & ep. 28.
Quæstionibus subijci iussi, ni sponte veritatē fateantur.
f Ib. ep. 108 & 116.
g Ib. ep. 107. & 114.
h Ib. ep. 120.

sub excommunicationis, amissionis beneficiorum, quæ alias haberent, & inhabilitatis perpetuæ ad ecclesiastica beneficia de cætero obtinenda, pœna (quam ipso facto incurrant, si contrarium agant) ne ab eo, sic excommunicato manente, illa recipiant quoquo modo; districte sub huiusmodi a nobis infligendis pœnis inhibentes capitulis ecclesiarum, in quibus beneficia ipsa per Regem, excommunicatione durante, conferuntur eundem, ne eos, quibus conceduntur ab ipso, recipiant vel admittant. Porro cum scriptum sit: *Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes*; nos confœderationes prædictas, etiam cum quibusuis terræ Regibus aut principibus, quod non credimus, initas dissoluimus, & iuramenta, si qua sunt præstita, annullamus: etiam nuntiantes ipsi Regi, vt a facie arcus fugiat, resipiscat, ad obedientiam redeat, & ad Dominum conuertatur ne, quod præterire non valebimus, iusto in eum iudicio animaduertere compellamur.

Addita ad Regem monita.

Vt autem huiusmodi noster processus, quem de consilio fratrum nostrorum facimus, ad omnium notitiam deducatur, chartas siue membranas, processum continentes eundem, in cathedrali ecclesia Anagnina appēdi vel affigi ostijs seu superliminaribus faciemus, quæ processum nostrum suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabunt ita, quod idem Rex & alij, quos processus ipse contingit, nullam postea possint excusationem prætendere, quod ad eos talis processus non peruenerit, vel quod ignorauerint eundem; cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. *Actum Anagniæ in aula nostri palatij VI. idus septembris, pontificatus nostri anno IX.*

Pronuntiatum non est hoc edictum a Bonifacio, siquidem ab hostibus pridie eius diei, quo Philippum anathemate damnatum erat promulgaturus, interceptus in custodia est habitus: *Pridie*, inquiunt acta iudiciaria, a *quo statuerat Pontifex publicare processus contra Regem Franciæ, VII. videlicet idibus septembris* a. Enitescit vero ex ijs literis, Bonifacium, quamuis atrocissime læsum a Philippo, proscissumque calumnijs infandis adeo, vt nequiores vix dæmon fingere potuisset, clementia potius vsum quam seueritate, Regemque contumacem ad officium flectere ex apostolico munere pertentasse: fretum autem sua innocentia huiusmodi calumnias generose magis quam caute contempsisse.

Captus Bonifaci° pridie quam hoc edictum promulgare posset.
a Ext. in M S. arch. Vat.

50 Porro Clemens cum ad redintegrandum inter Romanam ecclesiam regiamque Gallicam pristinum fœdus, hæc & alia in ijs dissensionum fluctibus gesta abolenda sanxisset, demum ad depellendam veritatis luce aspersam Bonifacij memoriæ infamiam confecta in ea lite documenta, quæ Philippum ac filios nō tangerent, salua esse iussit; tum etiam pronuntiauit, non comprehendi superiori sententia Guillelmum e Nogareto, Reginaldum e Supino, Thomam e Morolo, Robertum Petrum e Genezano, Stephanum Ademulphum, Nicolaum Giffredum Busse, Orlandum & Petrū e Luparia, nec pariter Sciarram e Columna, Ioannem Landulphi, Gotifredum Ioannem de Ceccano, Maximum e Trebis, nec nō Anagninos, qui inuadendo palatio pontificio ac thesauro expilando operam præbuere, cum decreuerit de ijs alia ratione statuere.

Qui e superiori sententia excepti.

Explicuit vero in eos clementiam apostolicam a, dum omnibus vinculis, quibus erant irretiti, exoluit: ob suum enim in Regem ac regnum Francorum studium Anagninos, qui illi adhæserant, accepto ab ipsis sacramento, se in ijs, quæ gesta fuerant, nullo sinistro, vt illis videbatur, consilio adductos, omnibus pœnis exemit. Rainaldum pariter e Supino, Petrum e Genezano, & Stephanum Picalottum, quamuis offerrent se multis argumentis probaturos, quæ in Bonifacium tentata erant, iustis de causis egisse, neque a Benedicto vibratis censuris teneri irretitos; cum tamen ad cautelam excipiendis pœnis se submitterent, a Berengario Tusculano episcopo absolui iussit, atque eandem noxæ pœnam, quam Nogareto iniunxit b. Quæ vero pœnæ Nogareto coniurationis in Bonifacium auctori ad scelus expiandum impositæ, indicat Bernardus c de ipso in gratiam cum ecclesia restituto agens his verbis: *Papa Clemens absoluit Guillelmum de Nogareto præsentem & petentem absolui a sententia excommunicationis, qua tenebatur propter Bonifacij Papæ captionem: fueruntque sibi ibidem per ipsum imposita & iniuncta in pœnitentiam peregrinationes aliquæ facienda, & insuper quod in primo generali passagio transmarino transeat ipse mare, ibidem quamdiu viueret moraturus, nisi secum per sedem Apostolicam fuerit dispensatum.* Quæ Bernardi verba pontificio diplomati ad fideles dato consentiunt, quo eæ peregrinationes a Nogareto obeundæ, nimirum Compostellana, ac plurimæ in Gallijs sacrarum ædium, in quibus singularis vigebat religio, describuntur d. Ad quas etiam Clemens Nogareti heredem obstrinxit, si antequam ea religione se exoluisset, e viuis excedere contingeret.

a Lib. 6. ep. cur. 33.
Anagnini Reg. Phil. sequaces pœnis exēpti.
Præcipui in Bonif. coniurationis auctores ad cautelam absoluti.
b Ep. cur. 39.
c Ber. abb. Rom. Pont. & M. S. Vat. bibl. signat. n. 3765. in Clem. V. hoc ann.
d Lib. 6. ep. cur. 34.

Clemens, &c. vniuersis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis.

Licet Guillelmus de Nogareto Regis miles a pluribus contentis in prædictis literis et eorum effectu specialiter, vt præmittitur, excludatur siue excipiatur; nos considerantes, quod licet ipse asserat ex his, quæ in personam vel erga personam Bonifacij prædecessoris nostri, et ingressu domus suæ cum multitudine armatorum, et occupatione ac rapina thesauri ecclesiæ Anagniæ facta fuerunt, se pluribus rationibus, quas se probaturum offerebat, non teneri; nec propter præmissa vel illa, ad quæ idem Benedictus prædecessor noster ratione præmissorum contra eum processit, excommunicationis seu excommunicationum sententijs se fore ligatum; quia tamen cum instanti instantia humiliter et deuote a nobis impertiri sibi super huiusmodi petijt absolutionis beneficium ad cautelam, offerens ob diuinam, ecclesiæ, et nostram reuerentiam pœnitentiam, quam ei duxerimus iniungendam super prædictis, se ad cautelam recepturum, ac etiam completurum; nos volentes saluti suæ animæ prouidere, nec non et consideratione ipsius Regis, pro ipso in hac parte cum instantia supplicantis, ipsum ab omnibus sententijs supradictis absoluimus ad cautelam, et iniungimus sibi pœnitentiam ad cautelam: videlicet quod in proximo passagio generali transfretet personaliter cum equis et armis in subsidium terræ sanctæ, ibidem in dictæ terræ subsidium perpetuo moraturus, nisi a nobis vel successoribus nostris super abbreuiatione temporis gratiam meruerit obtinere.

Vt Nogaretus censuris liberari postulat.
Quæ imposita illi pœnitentia.

Volumus etiam quod interim peregrinationes personaliter facias infrascriptas: videlicet, quod

dilectum quasi proprijs humeris, ne periret, ad ouile reducere, in vberibus collocare pascuis, & dulcedinis pabulo confouere. Nam cogitantes secundum euangelij parabolam, quod qui notarium spreuerat, saltem nostrum vereretur filium, ad reducendum eum dilectum filium nostrum Ioannem SS. Marcellini & Petri presbyterum Cardinalem de regno oriundum ipsius, qui tanquam amicus suus eius zelabat salutem, curauimus destinare, offerentem inter cætera sibi ex parte nostra absolutionem ab excommunicationum sententijs, quibus erat notabiliter irretitus.

Cardinalis legatus indigne ab eo tractatus.

Offerens ipsi noxæ condonationem repulsus.

Verum frustra nos talis cogitatus arripuit, quia si erga prædictum notarium se, vt præmittitur, gessit, filium nostrum magis ignominiose compescuit, quia sicut ipse nobis Cardinalis retulit, oblatam absolutionem contempsit, eique deputatis custodijs, ne libere posset ire quo vellet, nec recipere, qui venirent ad eum de regno suo, non reuersurum sine sua licentia: & sic quodammodo, vt eiusdem Cardinalis verbo vtamur, regio banno suppositum protulit & efflauit eundem. Et etiam vltra parabolam ipse tandem nos patremfamilias non dimisit intactos, sed iterum lacerauit blasphemijs & iniurijs lacessiuit, oblitus quod legitur: *Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longæuus super terram*; & quod filio semper honesta & sancta patris querela deberet videri, & taliter eius non effici castigator: confœderationibusque & colligationibus factis cum nonnullis prælatis & personis alijs regni sui, pacis vinculum, quod saluum esse totis affectibus nitebamur, rupit, perturbauit vnitatem ecclesiasticam & inconsutilem Domini tunicam scindere non expauit; ac suæ appellationi friuolæ, contra nos interpositæ, adhærere perperam coegit & cogit inuitos, & in ruinam secum perniciose deducit. Sane parabolam timeat, ne vinea alijs locetur agricolis, qui suis temporibus fructus reddant. Paueat censuram canonum, quæ contra tales dignoscitur præparata; & ne ex huiusmodi stricta custodia Cardinalis prædicti canonem latæ sententiæ, qui ad eos per interpretationem transit, qui clericos sine læsione detinent in custodia publica vel priuata, cum non multum a specie verborum differant, quibus quo volunt facultas recedendi non datur, incurrat diligenter attendat.

Septus custodia.

Vt Philippus schisma molitus sit.

47 Ad hoc, vt omittamus de dilecto filio I.. abbate Cisterciensi detento, & alijs multis religiosis maxime Italicis, quia iussio Regis vrgebar, recedentibus regno captis de ipsius conniuentia, & aliquo tempore in castelleto seruatis, eo quod adhærere nollent appellationi prædictæ; ac de eo quod in persona venerabilis fratris nostri B.. Appamiarum episcopi actum extitit nuper & Nicolaum de Bonfractu capellanum Cardinalis iam dicti nostras ad eum portantē literas, quibus Regem excommunicatum per Cardinalem eundem mandamus publice nuntiari, capi fecit, & repetitum a Cardinali eodem a carcere noluit relaxare, prout idem Cardinalis nobis id per proprias literas notum fecit: vnde perinde dicitur habere, cum ipse Rex impedimentum illud præstiterit, sicut si mandata renuntiatio præcessisset.

Ceperit internuntium ferētem edictum anathematis.

Astrictus sit anathemate ac si promulgatū fuisset.

Stephanum insuper de Columna nostrum & ecclesiæ hostem in suo regno receptauit patenter, non veritus excommunicationis sententiam, quam post Columnensium fugam de Tybure promulgauimus publice, quibuscumque priuilegijs non obstantibus, in omnes, etiamsi imperiali aut regali præfulgeant dignitate, qui dictum Stephanum & alios quondam filios Ioannis de Colūna, & Iacobum fratrem dicti Ioannis, Ricchardum & Petrum de mōte Vig. dicti Iacobi nepotes reciperent, conducerent, receptarēt, receptari vel recipi facerent seu conduci, aut eis vel ipsorum alicui publice vel occulte auxilium, fauorem, vel consilium exhiberent; quodque contra adiutores, fautores, & receptores prædictorum Iacobi & filiorum dicti Ioannis ab olim per nostras literas procedi mandauimus, vt contra hæreticos, receptatores, fautores, & adiutores eorum; nequaquā in his seruit Deo Rex Francorum in timore, aut ei cum tremore exultat, ne iratus in eum per suum vicarium exardescat: nempe tanto offendit grauius, quanto perniciosius peccat, suæ perditionis ad alios exempla transmittens.

Columnam excepit contra edicta vetera.

48 Heu ipsum consilia praua commaculant: cum syrenes necnon vsq; in exitium dulces damnose permulcent, periculose regalem mentem exagitant, & decipiunt incessanter. Non enim propter eas liberare possumus nec debemus: hominem namque primum non a peccato diaboli excusauit suggestio, quin diuini mandati transgressor solueret pœnam mortis: & silentium nostrum nihil aliud foret, quam delinquendi occasio, & dissolutio vniuersæ ecclesiasticæ disciplinæ. Cum enim notorium etiam facti continui sit, quod ipso faciente, & contra dictam nostram veniente sententiam, libertas non est per regnum ipsius veniendi ad Apostolicam sedem; & quod, si dictus Nicolaus est captus & præfatus Stephanus receptatur in regno; nostræque sententiæ supradictæ latæ firmatæ sint vt prædicatæ publice, sic quod canonum excommunicatio in aperto liquet ex præmissis (vt taceamus ad præsens de custodia iam dicto Cardinali imposita, detētione abbatis, captione religiosorum dictorū, & temerarijs actibus in iam dictos commissis) ipsum eundem Regem manifestis excommunicationibus esse ligatum, & per consequens beneficia ecclesiastica, personatus, & dignitates, si eorum aliquo legitimo titulo quandoque ad eum collatio pertinet, de iure interim non posse conferre, imperium siue iurisdictionem aliquam per se vel alios, aut communes actus seu legitimos exercere, & collationem & exercitium ipsum nullius existere dignitatis, ac fideles ac vassallos ipsius esse a fidelitate, & etiam iuramentis, quibus astringuntur eidem, & huiusmodi debito totius obsequij auctoritate canonum absolutos; hoc omnibus, his præcipue qui de eius sunt regno, vel in eo moram faciunt, nunciantes eum excommunicatum, comitari pœnas huiusmodi declaramus: & more periti medici, cum non profuerint monita, a leuioribus incipientes, ac sanctorum patrum nostrorum statuta tenentes, omnes fideles & vassallos eius, eique iuratos a fidelitate & iuramentis, quousque idem Rex in excommunicatione permanserit, apostolica nihilominus auctoritate absoluimus; & ne eidem fidelitatem obseruent vel seruent, modis omnibus, & sub interminatione anathematis, quia magis Deo quam hominibus seruire oportet, & fidelitatem Christiano principi Deo aduersanti eiusq; præcepta calcanti nulla cohibentur auctoritate persoluere, prohibemus.

Ab assentatoribus se corrūpi sinat.

Multiplicium censurarum laqueis vinctus teneatur.

Pronuntiatur Philippus fidelium cœtu eiectus.

Galli ab eius imperij liberi renuntiati.

49 Et quia Rex ipse aliquos forsitan inueniret, qui beneficia huiusmodi, Dei timore postposito, ab ipso reciperent, districte præcipimus sub

gatum ad ſopiendam naſcentem diſcordiam miſſum cuſtodia cinxiſſe : infandas calumnias aduerſus ſuæ animæ patrem & epiſcopum fudiſſe : vim attuliſſe clero Gallicano, vt nefariæ ſuæ prouocationi adhæreſceret, reluctantes compegiſſe in vincula ; Columnenſes ſchiſmaticos recepiſſe ; tum etiam itinera ad Romanam curiam interclusiſſe.

Bonifacius, &c. Super Petri ſolio, excelſo throno, diuina diſpoſitione ſedentes, illius vices gerimus, cui per Patrem dicitur a : *Filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos*. Quo monentur, vt intelligant Reges, diſciplinam apprehendant, erudiantur iudicantes terram, quod ſeruiant Domino in timore & exultent ei cum tremore, ne ſi iraſcatur, aliquando pereant, cum exarſerit ira eius. Ideoque magnum iudicamus, vt paruum, quia eius ſumus vicarij, apud quem perſonarum acceptio indigne reperitur. Hoc veteris & noui teſtamenti veritas habet: hoc venerandorũ conciliorum probat auctoritas : id ſanctorum patrum tenet ſententia ; id etiam naturalis ratio manifeſtat. Sed licet tanta poteſtate ſit prædita Petri ſedes, tantaque polleat dignitate ; tamen vt pius pater ſeueritatem manſuetudine temperantes, ac lenientes æquitate rigorem, non ad confringendum, quamquam iuſte poſſemus, ferream, ſed ad dirigendum in viam ſalutis directionis virgam in præſentiarum aſſumimus, & correctionis ferulam amplexamur. Nouum ad hoc nihil, prout neque grana de ſpicis executi fecimus, nempe ſimpliciter iudicantis opera fungimur : quinimo ytentes denuntiatorum officio nullas pœnas Philippo Francorum Regi imponimus, ſed ei propter exceſſus ſuos iam excommunicato notorie inflictas potius a iure intimamus.

a Pſal. 2.

De ſedis Ap. apice.

Bonus itaque medicus, ſi quibuſdam medicamenta morbis officiant, ſe de gratia vertit, non eis ſtatim duriora ſubijciens, ſed leniora, niſi morborum aliud expoſcat acuitas, adminiſtrans. Sic peccatorum eiuſdem ſauciati Regis vulnera prius palpauimus, exactis lenitatibus mulſimus, ipſumque pietate paterna fouimus : immo lenimenta huiuſmodi ſeminarium contumaciæ fuerunt & odiorum, cum erexerunt in ſuperbiam, & ad contemptum pertinaciter prouocauerunt. Vnde nos ad alias, non graues tamen, medelas conuertimus, vt ſaltem experiamur, vtrum tactus leniter, non confractus ſe corrigat : fructuoſam (ſicut Nabuchodonoſor præ cæteris terræ Rex inclytus quod optamus, ne obſtinatus in quem transfixit videat, & cogamur ferro abſcindere vulnera, quæ fomentorum medicinam non ſentiunt) pœnitentiam agat : an, quod abſit, in profundum malorum demerſus, ſordidus ſordeſcat amplius, & velut Pharao indureſcat.

Adhibitis ad Philip. emendandũ curis.

45 Olim ſiquidem dum idem Rex peccaret grauiter in diuerſis articulis in clerum & eccleſiam Gallicanos, primo per eiuſdem Regis nuncios ad nos miſſos ipſum ſuper huiuſmodi ſalubribus monuimus monitis ; deinde ad eum dilectum filium Iacobum de Normannis notarium noſtrum ei noſtras deferentem literas, in quibus excedebat capitula continentes, transmiſimus ; quamquam impudenter, quamquam infrunito animo & irreuerenter tractauerit; non aduertens, quod ſecundum euangelicam veritatem, qui ſpernit miſſum, ſpernit mittentem, ideo dignus ſententia, quam dudum Conſtantinus Papa in Iuſtinum Imperatorem Iuſtiniani filium ex ſimili cauſa tulit, qui in vicino erant, manifeſto cognoſcant, ac idem patuit de longinquo ; nec conſiderans, quod antiquis eſt ſancitum a ſanctis patribus promulgatis canonibus, quod ſi quis Romam petentes rebus, quas ferunt, ſpoliare præſumpſerit, communione careat Chriſtiana, quodque ij, qui accedunt ad præſentiam Romani Pontificis cum rebus ſuis, debeant eſſe ſub apoſtolica protectione ſecuri; & paruipendens excommunicationis ſententiam, quam inhærentes veſtigijs Romanorum & præcipue Nicolai IV. Papæ, prædeceſſorum noſtrorum, qui dictorum canonum auctoritate ſuffulti contra talia facientes ad excommunicationem hactenus proceſſerunt, addito per Nicolaum eundem proceſſibus ipſis, etiamſi connitentes imperiali, aut regali dignitate radient ; nos etiam, eodem priuilegio excluſo, in omnes etiam ſi prædicta fulgeant dignitate, qui ad ſedem Apoſtolicam venientes vel recedentes ab ea capiunt, ſpoliant, vel detinere præſumunt, aut impedimentum aliquod exhibent, quominus ad eandem ſedem libere cum proprijs bonis & rebus ſuis veniant & recedant ab ea, in die cœnæ Domini proximo præterito tali modo declarantes, etiam illos, qui per ſe, vel ſuos officiales, vel miniſtros, aut alijs incolis imperij, regnorum, ſeu terrarum ſuarum, vel tranſeuntibus per ea vndecumque oriundis, ad ſedem venientibus memoratam, vel redeuntibus ab eadem equitaturas limitant vel ſubtrahunt, quæ deferunt ſeu reportant pro ſuis opportunitatibus vel expenſis, aut quaſuis alias res & bona; ſiue aperiunt literas vel auferunt, ſeu taxãt numerum perſonarum aut euectionum, vel alias directe vel indirecte talibus venientibus vel redeuntibus impedimentum vel obſtaculum præſtare præſumunt ; impeditores fore ad dictam ſedem venientium & redeuntium, & excommunicationis ſententiam incurrere ſupradictam ; adeo noſtris temporibus, ſicut alias fecerat, notorie ſui regni fines, in tranſgreſſores grauiſſimis interminatis pœnis & nos iactatis blaſphemijs, arctæ cuſtodiæ deputat, ablatis contra dictam ſententiam noſtram non ſolum indigenis, ſed etiam ad eandem ſedem per regnum ipſius aliunde venientibus rebus ſuis, vel iniurioſe taxatis, immo autem omnino ſubtractis; ac literis, quas deferunt, apertis per cuſtodes paſſuum, aut retentis, quod nullus libere ad ſæpedictam ſedem poteſt accedere : nec prælati Franciæ per nos, vt ſuper dictis deliberaremus cum eis, ad noſtram præſentiam euocari potuerunt, ſicut eorũ huiuſmodi per literas cõſtat, quas in archiuio Romanæ eccleſiæ conſeruari facimus. Sic & Nouiomen. Conſtantien. & Bituricen. epiſcopi ipſorum * nuncios excuſatio, eodem impediente Rege, venire * qua cauſa etiamſi princeps quiſquam fuerit, qui hoc prohibuerit, illum cenſet canon communione priuandum. Quis eum libere ad memoratam ſedem proficiſci dicet, qui ſic tractatur & quod retineatur, vel regnum permittatur exire ſub alterius poteſtate conſiſtit? certe nullus, qui ſane intelligat, & qui ſcripti iuris * in hoc cognoſcat habet aliquam veritatem.

Multiplicia eius ſcelera.

Nuntius apoſtolic' inhoneſte ab illo habitus.

Vt iniuſte aditus ad ſedẽ ap. obſtrepierit.

Cenſuræ id molientibus intẽtatæ.

Conſtat Philippũ hæc auſũ.

* nunciorum

* nõ poſſe

* vim

46 Sed volentes ſecundum ſacrorum doctrinam canonum pacis ſeruare vinculum, eum æquitate & firmitate portare, nec ſic moti ſumus. Immo euangelica dicta penſantes conati ſumus errantem ouem tam charam, tanquam nobis

dile-

subiturum medicamenta curantis: hic autem sicut Senacherib in superbiam datus est: nos, qui eum salubribus corripiebamus monitis, spreuit: nos subsannauit, et post tergum nostrum caput mouit. Sed paueat quod contra eundem Senacherib dicitur: *Cui exprobrasti, & quem blasphemasti? contra quem exaltasti vocem tuam, & eleuasti in excelsum oculos tuos? contra sanctum Israel;* & ecce sanctus Israel, id est Dei vicarius, hic est Petri successor, cui dictum est; *Pasce oues meas;* &: *Tu es Petrus & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam. Et quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis.* Et propter hoc, qui in naui Petri non est, peribit naufragio: & qui in ea est, oportet quod gubernatoris gubernationi subsit. Cum ergo de calumnia obiectoris propter falsitatem huius obiecti criminis pateat, per consequens quod calumnietur in obiectis alijs dicitur patere. Maledictorem primo consideremus ex legitimis caussis excommunicatum publice nuntiari, ex hoc contextu & celeritate actuum quis non iure praesumat eiusmodi non charitatis, sed ad vindictam zelum? Quis non cogitabit ad correctionis fugam ipsum ad tantae temeritatis audaciam peruenisse. Praeteriti temporis roborat coniectura.

Blasphemiae conuincitur.

Ostenditur prouocationem regiã meram illusionẽ esse. *peruenisse

42 Olim itaque dum capitula, in quibus excedebat, nostris comprehensa literis per dilectum filium Iacobum de Normannis notarium nostrũ transmisimus, aegre tulit, indignatus extitit & in furiam versus, maledicere coepit, non veritus, quod scriptum est: *Principem populi tui non maledices.* Cum autem cessare nos credidit paulo, ante nos in Christo patrem sanctissimum habuit & sic nos suis literis appellauit. Nunc vero, quia vrgente conscientia ex debito pastoralis officij ipsius correctionem omittere non valemus, impinguatus, dilatatus, & incrassatus recalcitrauit dilectus, & peiora prioribus addidit maledicta. Ex quibus eius in ijs malum conuincimus zelum & iniquitatis in ipso fomitem comprobamus & dicere illud prophetae possumus: *Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animae meae?* Sed faciente Domino, incidet in foueam, quam fecit, & dolor eius animi mandati praemissi peruersitatem approbat. Directa sunt enim verba canonum, eum qui ab episcopo suo ante sententiae tempus dubia suspicione discesserit, manifestam manere censuram; quam clerici Symmachi Papae, qui ab eo etiam de haeresi accusato contra regulas ante tempus discesserant, incurrissent, nisi prouidentia synodi actum fuisset misericorditer cum eisdem. Eundem zelum & animum praedicta colligatio patefecit.

Discordię inter Philippum. & Bonif. series.

Vt Philippus censura correptus calũnias conflarit.

Ad haec receptatio Stephani memorata non solum malum indicat zelum, sed Regem ipsum inimicum detegit & principis Apostolorum mandati transgressorem, cum ait de Clemente: *Si inimicus est iste Clemens alicui pro actibus suis, eum illo nolite amici esse; sed auertite vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum. Si quis vero amicus fuerit ijs, quibus ipse nunc loquitur, vnus est ex his, qui exterminare ecclesiam Dei volunt: qui enim inimicis alicuius suas amicitias copulant, eius inimici censentur, & ideo facile mentiuntur.* Nonne insuper ecclesiae nutabit status, & Romanorum Pontificum vilescet auctoritas, si talis Regibus & principibus alijs potentibus aperiatur via, aditusque pandatur? confestim enim Romanus Pontifex Petri successor, qui clara ipsius Petri voce omnibus praeest, cum circa alicuius principis, vel potentis volet correctionem intendere & mittere manus ad fortia, dicetur haereticus, vel notorie & in scandalum criminosus, vt sic fugiatur correctio, & suprema potestas penitus confundatur. Absit ab scriptura nostrorum temporum hoc perniciosum exemplum: absit a nobis tanta socordia: absit tam damnabilis negligentia, quod talem errorem sinamus subcrescere, quin ipsius sui ortu succindamus eundem.

Stephanũ Columnã exceperit.

Iniquitas eiusdẽ in obijciendo crimine haereseos.

43 Nunquid ergo, si supradictis contra nos peccatis a nobis, sine quo concilium congregari generale non potest, illud in exemplum tam detestabile maxime, vt omittamus ad praesens de excommunicatione multiplici, qua Rex idem tenetur astrictus calumniator malo, vt ex superioribus patet, praecedenti zelo, ac etiam inimico ac sibi confoederatis, quibus colligatus est, etiam concedatur taliter, quod firmamentum dabimus huic pesti? nempe quod in aliorum praelatorum personam ex praedictis caussis secundum scita canonum repellere deberemus, illud in nostram sine alicuius iniuria, si nobis & fratribus nostris videbitur, poterimus merito refutare, vt nemo deinceps Rex, aut princeps, vel alius potens Francorum Regum exemplo contra Romanum Pontificem sic prorumpat in verba blasphemiae, nullus sic correctionem euitet. An sic, vt taceamus de Rege Franciae a Zacharia regno priuato, dignae recordationis Theodosius magnus, ab Ambrosio Mediolanensi episcopo extra ecclesiam factus, contra eum exarsit? An Lotharius gloriosus Rex contra Nicolaum Papam sic erexit calcaneum? An contra Innocentium Fredericus? An Rex Franciae his maior est? Sed an nos minores sumus praedecessoribus nostris, aut minus iuste procedimus? Quippe horum aliquid verum non est? Sed hi vt debuerunt, sustinuerunt humiliter. Ille autem vt Adonias cum dijs terrae contra Deum Abraham, qui contra nos vices eius in terris gerentes, vt sic, quod absit, post Christi iusto ruat iudicio grauius eleuatus est.

Concilium non nisi a Pontifice congregandũ

Quam dissimiles in eadẽ caussa alij Reges fuerint.

Per hoc autem non credat aliquis, quod contenti simus, quin non obstante friuolae appellationis obiectu, quae ad minorem vel parem, sine mortalem aliquem non potuit interponi, super praedictis & alijs notabilibus ipsius Regis eiusque sequacium excessibus, prout expedierit, suis loco & tempore, nisi se corrigant & satisfactionem impendant debitam, ne eorum sanguis de nostris requiratur manibus, procedamus. *Dat. Anagniae XVIII. kal. septembris pontificatus nostri anno IX.* Ex his perspicue constat, iure latam constitutionem hanc a Bonifacio, & summa cum laude ab eo apostolicam auctoritatem defensam, quam aduersus huiusmodi nefarias ad concilium prouocationes, pro ecclesiastica disciplina labefactanda dolo conceptas, tutati sunt successores: inter quos Pium II. in Mantuana synodo, deinde alios anathema id ausuris obiecisse visuri sumus.

Decernitur spreta prouocatione vrgendum iudicium

44 Expuncta est etiam Clementis imperio concepta a Bonifacio sententia a, qua ferebatur Philippum Regem anathemate inustum, Gallosque ab illius imperio liberos & solutos renuntiarat. Caussas huius decreti afferebat, indigne habitum a Philippo nuntium apostolicum, qui ad ipsum detulerat singula capita, in quibus ille clerum populumque Gallicanum oppresserat, eaque emendare iubebatur: Ioannem Card. le-

Postrema sententia a Bonifacio in Philippũ concepta. a Ext. in M.S. arch. Vat.

rum excusationem proponi fecerunt, quasi ex hoc legitimam causam haberent non comparendi in præfixo ijs termino coram nobis: quamuis nonnulli archiepiscopi & episcopi & aliæ personæ ecclesiasticæ propter hoc comparere non omiserint, quasi obedientiæ filij & zelo deuotionis accensi, ad nos & dictam ecclesiam matrem suam. Quas quidem excusationes per procuratores ipsos propositas tanquam friuolas non admisimus, sed repulimus publice & repellimus, vt debemus.

De nuntiatur Philippus anathemate se illaque affe.

Vnde Regem ipsum sic ligatum a communione fidelium & sacramentorum perceptione nuntiamus exclusum, & per te, seu alium, vel alios præcipimus nuntiari. Nam cui Romanus Pontifex, vicarius Iesu Christi, Petrique successor non communicat, nullus communicare debet, aut ei sacramenta ecclesiastica ministrare. Eos vero cuiuscumque fuerint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiamsi archiepiscopali aut episcopali dignitate præfulgeant, qui huiusmodi sacramenta aut eorum aliqua dicto Regi ligato taliter ministrare, aut coram eo missam celebrare publice præsumpserint, excommunicationis sententia innodamus, ipsisque interdicimus lectionis, prædicationis, administrationis sacramentorum, audiendi confessiones officium; intimantes aperte nos grauius contra eos spiritualiter & temporaliter processuros, prout expedire viderimus: præsertim cum Rex ipse oblatum per te impendendum absolutionis beneficium iuxta formam ecclesiæ auctoritate nostra recipere contempserit; ex quo videtur, quod dolenter referimus, in sua malitia induratus. Quare sibi eadem auctoritate præcipias & iniungas, vt quidquid fecit, mandauit, ordinauit, & statuit ad impedimentum adeuntium ad dictam sedem, vel redeuntium ab eadem, reuocare procuret ac efficaciter corrigat & emendet. Præsentium autem literarum nostrarum tenorem deducas ad præfati Regis notitiam, & in locis, in quibus expedire videris, seu prouincijs facias solemniter publicari, ne quis per ignorantiam de contentis in ipsis literis se valeat excusare, quod ad eius notitiam non peruenerit, quod tam solemniter publicatum fuerit.

Vetiti ecclesiastici sacra illi conferre.

Nicolaus Farinula in ius vocatus.

Cæterum fratri Nicolao ordinis Prædicatorum olim confessori Regis eiusdem ex parte nostra districte præcipias, vt infra trium mensium spatium huiusmodi præceptum immediate sequentium, quod sibi pro peremptorio termino studeas assignare, personaliter nostro se conspectui repræsentet, accepturus pro meritis, aut suam, si poterit, innocentiam ostensurus, ac pariturus nostris beneplacitis ac mandatis. Alioquin contra eum spiritualiter ac temporaliter, prout expedire viderimus, procedemus. *Dat. Laterani die vltimo aprilis pontificatus anno 1x.*

a Ext. in M.S. arch Vatic.

46 Præterea iussu Clementis e regesto erasa est ad Philippi Regis gratiam Bonifacij sanctio a, qua, vbi audierat Philippum indignantē sua errata a Christi vicario corrigi, conciliabulum Parisijs congregasse, in eoque post immanes confictas calumnias prouocasse ad concilium, professum ea omnia futura irrita, quæ aduersus se decernerentur, ac prohibuisse, ne apostolicis imperijs quis pareret; mox promulgauit hæc omnia ideo gesta ab Rege, quod ex impotentia animi censura apostolica corrigi non ferret: nullum tanti sceleris exemplum extare: Imperatores non modo summorum Pontificum, sed etiam aliorum episcoporum censuram pertulisse: œcumenicum concilium, ad quod prouocatum est, suo nutu congregandum; nec ob illam inutilem prouocationem pontificiam coerceri auctoritatem, quin Philippum Regem male agentem castigare possit.

Bonifacius episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Bonifac. decreta in prouocantes ad concil.

Nuper ad audientiam nostram vulgatus rumor attulit, quod in festo natiuitatis B. Ioannis Baptistæ, præterito proximo, Philippo Regi Francorum in præsentia multorū pariū, in iardino eiusdem Regis congregatorum, contra nos diuersa crimina denuntiata fuerunt; quodque supplicatum eidem Regi extitit, quod ipse huiusmodi denuntiationibus consentiret, consilium super hoc apponeret, dando ad conuocandum seu conuocati faciendum concilium generale opem & operam efficaces; & quod huiusmodi denunciationi & requisitioni Rex idem & prælati, qui ibidem erant, assenserunt, & ne nos contra ipsos Regem & regnum suum, prælatos, nobiles, comites, barones, nobiles, & alios procederemus in aliquo ad ipsum generale concilium, aut ad Papam nostrum successorem legitimum, vel ad sanctam Romanam ecclesiam extitit appellatum; & quod multi appellationi huiusmodi adhæserunt, inter Regem & prælatos & adhærentes eisdem initis confœderationibus, & colligationibus factis, districte mandando per Regem eundem, vt nullus nuncios aut nostras literas reciperet, vel nobis in aliquo obediret, ac Stephano de Columna nostro & Romanæ ecclesiæ hoste in regno suo, non sine incursu grauium sententiarum, recepto.

Doli multiplices in ea edenda prouocatione. *duces

Calumniæ in ea conceptæ

Sane quantum ad hoc conuenticulum; minister huius qua charitate vel quo zelo processerit, quantaue temeritate id asserit, qui veritatem cōsiderant id euidenter intelligunt, & qui sapiunt manifeste cognoscent. Intueantur blasphemias, maledictorum tenores inspiciant; videant regij mandati iustitiam, legant, optamus, colligationem & confœderationem; ipsius receptionem Stephani prudenter aduertant, & nutantem ecclesiam summorumque Pontificum statum, nisi causa fatua causaque superba eorundem, quo processerunt, comprimantur impetu, & occidant intus orba. Attendant nihilominus diligenter vt nos, * huiusmodi os suum ponentes in cœlum & lingua eorum transeunte super terram, hæresis inauditis mendaciter blasphemarunt blasphemijs alijsque confictis, quantum in eis fuit, criminibus lacerarunt. Sed vbi auditum a seculo & quod hæretica fuerimus labe respersi? quis? nedum de cognatione nostra, immo de tota Campania, vnde originem ducimus, notatur hoc nomine?

*homines

Bonifacij contra hæreseos obiectum sibi crimē apologia.

Demonstratur nullo id niti fundamento.

41 Certe heri & nudiustertius apud eundem Regem, dum eum beneficijs mulcebamus, catholici fuimus: hodie vero ab ipso taliter blasphemamur. Sed quæ causa mutationis tam subitæ? Quæ irreuerentiæ causa filialis? Vere sciant cūcti, quod interpretationis vnius * quo peccatorum suorum * . purgare volebamus, & pœnitentia arcimonia, qua crimina tergerentur purgata, eum ad concinnandum armauerunt dolos, & ad falsas insanias prouocauerunt. Maiores Mediolanensi episcopo sumus, et claræ memoriæ Valentinianus Augustus, et Francorum * minor: ille sicut humilis et catholicus princeps non erubuit profiteri, se Mediolanensi episcopo, cum vt homo delinqueret, submissurum, et necessario sub-

*pharmacum *sordes

* Rex Quantū Philippus ab aliorū principū religione aberraret

stras patentes literas certo modo ad præsentiam nostram euocauimus; mandantes eisdem, quod III. kal. nouembris, quas eis peremptorie pro termino assignauimus, nostro se conspectui repræsentent, vt apud te & alios, sublata repentina exceptione consilij; quinimmo maturiore cautela seruata, & frustratorijs obiectionibus amputatis, super præmissis & alijs deliberate consulamus eosdem, cum quibus sicut cum personis apud te suspicione carentibus, quin potius acceptis & gratis, ac diligentibus nomen tuum & affectantibus statum prosperum regni, tractare consultius & ordinare salubrius valeamus, quæ ad præmissorum ordinationem, tuamque directionem, quietem, atque salutem, ac bonum ac prosperum ipsius regni regimen videbimus expedire.

Regni administrationem probe cõstituendã

Si tuam itaque rem agi putaueris, eodem tempore per te, & per fideles viros & prouidos tuæ conscios volantatis, ac diligenter instructos, de quibus plenam habere valeas fiduciam, ijs poteris interesse. Alioqui tuam vel ipsorum absentiam diuina replente præsentia in præmissis & eam contingentibus ac alijs, prout Spiritus nobis ministrauerit gratia & expedire videbitur, procedemus: tu autem audies quid loquetur in nobis dominus Deus noster. In quibus tamen sine offensa Dei, scandalo & periculo ecclesiæ, offensione iustitiæ, ac vtilitatis publicæ læsione & honoris tui poterimus minorationis vitare dispendia, deferre tibi disponimus, & tui etiam culminis salubria commoda promouere, si te correxeris & habilitaueris ad gratiam promerendam.

Monitus vt a luisce. natus improbitate caueat.

38 *Cæterum, licet super præmissis & similibus ad excusandas excusationes in peccatis te aliqui excusare nitantur, non tantum ea tibi, quantum & tuis prauis consiliarijs imputando; in hoc tamen inexcusabilis comprobaris, quod tales consiliarios, honoris tui vtique destructores, tuaque salutis & famæ falsos & impios consumptores, assumis & retines, eisque regium præbes assensum, qui ad tam enormia & tam detestabilia te inducunt. Hi sunt quasi falsi prophetæ videntes tibi falsa & stulta, quia non viderunt a Domino visionem. Ergo fraudulentis subuersionibus & detractionibus talium, sub adulationis & falsi consilij vtique velamento confictis, minime quæsumus acquiescas, quia in vastitate quadam hostili deuorant incolas regni tui, & non tibi, sed eis mellificauerunt apes. Isti sunt secretiora ostia illa, per quæ ministri Bel sacrificia, quæ superimponebantur a Rege, clanculo asportabant. Hi sub vmbra tui & longa manu, tua & aliorum bona diripiunt; & obtentu iustitiæ palliatæ subditos opprimunt, ecclesias grauant, & redditus alienos violenter inuadunt: pupillo & viduæ non intendunt, sed lacbrymis pauperum impinguantur, & diuitum oppressorum discordias suscitant, atque fouent: guerras nutriunt, & pacem de regno prauis operationibus expellere non verentur. Veruntamen cadit in hoc illa praua dissimulatio Iudæorum, qui cum linguis crucifigebant Dominum, dicebant eis non licere interficere quemquam; tradebant tamen eum occidendum militibus, vt ab eis culpa in alios transferretur. Tantam namque prudentiam Deus tibi ministrauit ex alto, tanta vides & audis in alijs, quorum potes exemplo doceri; totque tibi meminimus salubria nos consilia destinasse, quod si tua studia conuerteres solerter ad bonum, talium te curares consiliariorum iuuamine communire, qui te in stultum finem nequaquã impingerent, sed ad incrementa salutis & vtilitatis publicæ prudentius animarent: sed timemus ne apud te, cuius interiores oculi putãtur illicitis excæcati, vilescat sermo dominicus, & verba ædificantia vitã per duritiem simulis amoris defectui ascribãtur.*

Illorum fraudes detectæ.

Vt prætextu regio opes ad se auertant.

Demõstrata eorundem hypocrisis.

Dolet ab ijs ipsum regi.

Ad hæc ne terra sancta, &c. His annexuit Bonifacius amplissimam hortatoriam orationẽ a ad Philippum, vt in arma ad recuperandam terram sanctam consurgeret, & Cassano Regi Tartarorum egregie animato aduersus Saracenos exercitum coniungeret. Sed cum Bonifacius, dum hosce pios stimulos addidit, eam iniecisset sententiam, Philippi maxime & aliorum Regum desidia Palæstinam in barbarorum redactam seruitutem, Philippus, quem non pudebat turpia agere, sed sibi obijci, Clementem perpulit, vt vox, *maxime*, obliteraretur. Morem vero regijs cupiditatibus gessit Clemens, cum amplissima mulceretur spe, Philippum expeditionem Syriacam obiturum: sed omnia ea promissa tandem dissipata visuri sumus.

a Ext. Anal. to. 24. an. 1301. n. 32.

39 Expunctæ præterea ex regesto anni VIII. Bonifacij duæ aliæ literæ, quarum prima ab his verbis ducit exordium: *Super statu terrarum*; altera ab his: *Nuper ex rationabilibus*; quarum exempla nondum in manus nostras peruenere. Ex regesto vero anni noni pontificatus Bonifacij erasas literas mihi humanissime communicauit Ioannes Rubeus Anglus monachus Benedictinus, ac primæ occurrunt eæ, quæ Bonifacius vltima aprilis extremo pontificatus ad Ioannem Cardinalem tit. SS. Ioannis & Marcellini, quibus Philippum Regem obfirmatum in pertinacia, oblatamque expiationem censurarum, quas ob interclusos ad sedem Apostolicam aditus contraxerat, aspernantem, fidelium consortio segregatum promulgari iussit b.

Aliæ Bonifacianæ literæ obliteratæ.

Lit. eiusdẽ ad Card. legatum.

b Ext. in M.S. processu Bonif. pag. 225.

Bonifacius dilecto filio Ioanni tit. SS. Marcellini & Petri presbytero Cardinali.

Per processus nostros diuersis præteritis diebus solemnibus secundum morem laudabilem S. Romanæ ecclesiæ publice factos, & præsente copiosa fidelium multitudine solemniter publicatos, inter alia anathematis & excommunicationis sententias continentes; qui in archiuijs eiusdem ecclesiæ conseruantur, non reuocamus in dubium, sicut non potest nec debet aliquatenus reuocari, quin magnificus princeps Philippus Francorum Rex dictis anathematis & excõmunicationis sententijs sit ligatus, quantumuis regali præfulgeat dignitate; non obstantibus quibuscumque priuilegijs & indulgentijs, sub quauis forma vel tenore concessis, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possit, quæ omnia duximus reuocanda ad hoc, quod contra huiusmodi nostras sententias & processus per ea nequeat se tueri, quo minus includatur in ijs ex eo, quod ad sedem Apostolicam venientes & redeuntes ab ea fecit, ordinauit, mandauit, & statuit multipliciter impediri: & specialiter nonnullos ecclesiarum prælatos & personas ecclesiasticas regni sui ad nostram præsentiam venire prohibuit sub grauibus pœnis & bannis, quos pro reformatione dicti regni, vtilitate populi, augmento catholicæ fidei, conseruatione ecclesiasticæ libertatis, correctione dictorum excessuum, subsidio terræ sanctæ, & ex alijs rationabilibus causis moti feceramus ad nostram præsentiam euocari, sicut pene totus orbis ad eandem & beatorum Petri & Pauli Apostolorum limina confluens affirmauit, & nonnulli archiepiscopi & episcopi regni præfati hæc & ijs similia per suas nobis literas intimarunt, & per procuratores suos ad eorum

Bonifacij edicta in obstruentes aditus ad sedem Ap.

Philippi præuaricationes.

Causæ vocationis præsulum Gallicanorum.

rum

35 De eadem controuersia Lugdunensis ecclesiæ, cuius clientelam susceperat Bonifacius aduersus regiam potentiam, hæc postea inter alia capita, quæ Ioanni tit. SS. Marcellini & Petri Cardinali legato pro paciscenda cum Philippo concordia tradidisse vidimus [a], sanxit: *Item* [b] *quod nos testamur non tantum vt priuata persona, sed etiam papaliter, & decernimus huiusmodi nostro dicto & testimonio esse standum, quod ciuitas Lugdunensis eiusque suburbia & contingentia, ædificia, siue horti non sunt infra terminos, fines, seu limites regni Franciæ constituta: nec etiam ecclesia & villa S. Irenæi & ecclesia seu locus, qui dicitur S. Iustus supra seu prope Lugdunum: & quod prædicta ciuitas & castra, terræ, possessiones & bona ad dictam Lugdunensem ecclesiam pertinentia, merum et mixtum imperium, et iurisdictio in eisdem sunt iuris et proprietatis præfatæ ecclesiæ Lugdunensis, et pertinent ad eandem: quodque Rex ipse et quiuis alij Reges Franciæ non habent, nec habere debent in ipsis vel eorum aliquo ius aliquod vel resortum: et quod dictæ ciuitatis vniuersitas, communitas, siue ciues singulares vel speciales personæ ipsius, nec merum et mixtum imperium, nec iurisdictionem habent in ciuitate, suburbijs, hortis, vel ædificijs contingentibus, aut in castris, bonis, et possessionibus prædictis, nec etiam in ecclesijs, seu villis vel locis sancti Irenæi vel sancti Iusti præfatis; & quod per concessionem vel commissionem, qualitercumque ipsis vel eorum alicui a præfato Rege Franciæ factam, sub quauis forma vel conceptione verborum, aut etiam faciendam mero aut mixto imperio ac iurisdictione in prædictis ciuitate, suburbijs, ædificijs, continentibus, territorio, seu districtu, castris, villis, pontibus, terris seu bonis, aut in ipsorum aliquo, nullatenus vti possunt; ipsosque vniuersitatem, communitatem, ciues, singulares vel speciales personas Lugdunenses commissione vel concessione huiusmodi, vel quauis alia non posse ipsa, vel ipsorum aliqua, vel aliquod exercere. Quibus & omne ius, omnemque potestatem condendi ordinationes et statuta municipialia nos penitus interdicimus, maxime dum speciales personæ ciuitatis eius sunt excommunicationis sententia innodati, & ciuitas ipsa ecclesiastico supposita interdicto; & quod archiepiscopo & capitulo Lugdunensi, clericis & vassallis, seu hominibus ipsorum de damnis & iniurijs eis illatis satisfactio plena fiat, nec impedimentum præstetur, quo minus auctoritate Lugdunensis ecclesiæ merum & mixtum imperium & iurisdictio in dictis ciuitate, suburbijs, villis, castris, terris, pontibus, bonis, & locis valeat exerceri.* Quæ sequuntur, in superiore tomo descripta sunt [c]. His & alijs efferatus Philippus Cardinalem legatum liberali addixerat custodiæ, furorique in Bonifacium habenas effuderat: exambitum vero Lugduni imperium Clementis V. opera sibi asseruit [d]: sed de Lugdunensi controuersia hactenus. Ad alia, quæ Bonifacius Philippum emendare iussit, redeamus.

[a] To. Annal. 14. 1303. n. 14.

[b] Ext. in MS. arch Vat. allat Auenione Decreti Bonifacij de Lugduno.

[c] To. Annal. 14. an. 1303. n. 35.

[d] Bern. in chro. Rom. Pont. in Clem. Genebrar. e chron. comitis e Montefort & chron. Burgund.

Arguitur census ecclesiarū vacantiū ipsum occupare.

36 *Vacantium etiam regni tui ecclesiarū cathedralium reditus et prouentus, quos tu et tui appellatis regalia, per abusum, tu et ipsi nō immoderate percipitis, sed immoderate consumitis; sicq; fit, vt quorū custodia fuit ab initio Regibus pro conseruatione permissa, nunc ad consumptionis notā discriminose deueniant, et discriminosis abusibus exponantur: quod autem custodiendum est rapitur, et quod conseruandum, illicite deuoratur, et custodes sunt lupi rapaces effecti, et sub prætextu custodiæ status ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum dispendia perfert, damna sustinet, et miserabiles sortitur euentus, promerita conseruationis spe vtique defraudatur. Et quidem prælati ecclesiasticaque personæ nedum his, quos regni tui continet incolatus, sed propter illud alienigenæ etiam transeuntes propria bona mobilia de regno ipso nequaquam extrahere permittuntur: ex quo diuersa patiuntur incommoda, et qui super hoc libero debent vti arbitrio, seruitutis quasi iugo premuntur. Atque vt de mutatione monetæ, alijsque grauaminibus et iniuriosis processibus, per te ac tuos magnis ac paruis eiusdem regni incolis irrogatis et habitis contra eos, quæ processu temporis explicari poterunt, taceamus ad præsens; qualiter in præmissis et alijs libertas ecclesiastica et immunitas tuis sint eneruatæ temporibus, qualiter tu a sacris et pijs, prouidis et maturis progenitorum tuorum vestigijs, quibus per vniuersa mundi climata emittebāt illustrissimos radios charitatum, degenerare noscaris, nempe multorum ad nos insinuatio clamosa perduxit; ac nedum in regno ipso, sed in vniuersis mundi partibus innotescit. Et ecclesiæ dicti regni, quæ solebant hactenus libere et quiete viuere, nunc factæ sunt sub tributo, sicut luctuosus clamor earum sub intolerabili persecutione testatur.*

Aditus ad sedem Apost. interclusisse

Monetæ pretia corrupisse.

Desciuisse a maiorum virtutibus.

Immunitatem ecclesiastici ordinis euertisse.

Nec ignoras, quod super his et consimilibus de te ad Deum, necnon ad te sæpius nedum sæpe clamauimus et exaltauimus vocem nostram, annuntiauimus scelera, delicta deteximus, sperantes te ad pœnitentiam salubriter reuocare; ac adeo laborauimus in clamando, quod raucæ sint factæ fauces nostræ: sed tu velut aspis surda obturasti aures tuas, et nostra salubria monita non audisti, nec recepisti ea velut medicamenta curantis. Verum licet ex præmissis sumere contra te pharetram, atque arcum non indigne nec iniuste possemus, vt te a tanto reuocaremus inuio, ad semitam reducendo salutis; adhuc nihilominus, dum tamen filialiter metuas, hæc tibi præsignificare decreuimus, vt saniori ductus consilio a facie arcus inflexibilis sententiæ potius immo prorsus effugias, quam expectes debitæ iudicium vltionis; cum tutius dignoscatur ante casum occurrere, quam remedium quærere post ruinam.

Obsurduisse ad monita, precesq;

Intentatę illi minæ.

37 *Cum autem nos debitum pastoralis officij vrgeat, & publicæ vtilitatis intersit, vt qui nec Deum timent, nec deferunt ecclesiæ, neque censuram canonum reuerentur, et quasi descendētes in profundum malorum contemnunt, quamuis displiceat eis, ad salutem etiam trahamus inuitos; nos nolentes ex dissimulatione tam longa, ne nos tua culpa reddat obnoxios, ne si nos vel te, quod absit, incorrectum Deus de hac vita subtraheret, anima tua de nostris manibus requiratur; neue tua custodia, quam suscepimus in commisso nobis officio apostolicæ seruitutis, in nostrum cadat periculum & discrimen ac perditionem, multorum talia dissimulando ac diutius tolerando; ecce amore paterno commoti, qui omnem vincit affectum, & ex affluentia maternæ solicitudinis excitati ad prouidendum, ne perdat cum impijs Deus animam tuam, neue tua & tam amœni regni claritas malis actibus & detestandis insolentijs denigretur; deliberatione cum fratribus nostris super hoc habita pleniori, venerandos fratres nostros archiepiscopos & episcopos, ac dilectos filios nostros electos, & Cistercienses, Cluniacensem, Præmonstratensem, nec non S. Dionysij in Francia Parisiensis diœcesis, & maioris monasterij ordinis S. Benedicti monasteriorum abbates, & capitula cathedralium regni tui, ac magistros in theologia ac in iure canonico ac ciuili, & nonnullas personas alias ecclesiasticas, oriundas de regno prædicto, per alias nostras*

Ostensa correctionis necessitas.

Propositū ipsi, præsules ac viros doctos ex paterno amore vocatos.

non conficta constat, si cum ijs, quæ in regesto [a] supersunt conferantur; tum perspicaciter literæ ipsæ inspiciantur, quas hac eadem referre innotescet.

[a] Ext. in M. S. arch Vatic.

33 In primis diploma Laterani nonis decembris anno VII. exaratum, maxima ex parte erasum, paternis monitis Philippo, datis a Bonifacio plenum est, quæ seductus nefarijs impostorum assentationibus princeps tolerare non potuit. Exordium est ijs literis ab his verbis: *Ausculta fili charissime præcepta patris*, quæ sequuntur typis cusa sunt [b] vsque ad vocem, *adimplere*. Proxima vero sententia hæc, qua Rex pungebatur, Clementis iussu deleta est, subiectis concepta verbis: *Vt in corde contrito ad Deum reuerenter redeas, a quo per desidiam, vel deprauatus consilio nosceris recessisse, ac eius & nostris beneplacitis te deuote conformes*. Deinde nonnullis interiectis, quibus Bonifacius Philippo demonstrabat, sibi illius animæ curam a Deo demandatam esse, quæ in superiore tomo allata a nobis sunt [c] apostolicas adhortationes repetijt, ne ecclesiastici ordinis immunitates ac dignitatē obtereret, sacras opes dissiparet, vel nefarios impostores, sua commoda ex publicis calamitatibus aucupantes, regia auctoritate ad patranda scelera armaret: quæ monita execratus Philippus Clementem ad ea e Bonifaciano regesto delenda impulit: quæ nos ad Bonifacij pium zelum illustrandum ex M. S. archiui Vaticani [d] restituenda existimamus.

Bonifacij literæ monitoriæ.

[b] Ann. 1301. n. 31

Philippus correctionis impatiens.

[c] Eod. nu.

[d] M. S. arc Vat.

Sane fili cur ista diximus, Bonifacij verba sunt expuncta a Clemente, *imminente necessitate & vrgente conscientia expressius aperimus. Constituit enim nos Deus, licet insufficientibus meritis, super Reges & regna, imposito nobis iugo apostolicæ seruitutis, ad euellendum, destruendum, dissipandum, reædificandum, atque plantandum sub eius nomine & doctrina: vt gregem dominicum pascamus, consolidemus infirma, sanemus ægrota, alligemus fracta, & reducamus abiecta; vinumque infundamus & oleum vulneribus sauciati. Quare, fili charissime, nemo tibi suadeat, quod superiorem non habes, & quod non subsis summo ecclesiæ hierarchæ: nam desipit qui sic sapit, & pertinaciter hoc affirmans conuincitur infidelis; nec est infra pastoris boni ouile. Et licet de singulis Regibus & principibus, sub fide militantibus Christiana, pro eorum salute sollicite cogitemus; erga te tamen officij nostri debitum eo amplius eoque charius & attentius dirigere debemus & exequi, quo maiori personam tuam paterna & materna charitate complectimur; ac non solum te, sed & progenitores, domum, & regnum tuos in diuersis nostris statibus plena & pura sumus beneuolentia prosecuti. Nec possumus, cum non debeamus, sub silentio præterire, quin ea, per quæ oculos diuinæ maiestatis offendis, nos perturbas, grauas subditos, ecclesias & ecclesiasticas seculares siue personas opprimis & affligis; nec non pares, comites, barones, aliosque nobiles, & vniuersitates ac populos dicti regni multis ac diuersis angustijs vt nouimus, licet minus apertius exprimamus, scandalizas.*

Apostolici culminis assertor Bonifacius.

Regem admonet in his, quæ spectant ad salutē, subesse Pontifici.

Grauiori in suos tyrannide Deum lædere.

Profecto erga te hactenus tibi charitatis intuitu, interdum scilicet præsentialiter per nos ipsos, dum nos minor status haberet, ac postquam nos Dominus peruexit ad apicem apostolicæ dignitatis, per multiplicatas nostras literas, solemnes nostros & tuos nuntios, prælatos & alios domesticos nostros & tuos, te opportunis studijs & temporibus inducendo, scripsimus vt errata corrigeres, emendares excessus, regnum tuum in pacis dulcedine ac tranquillitate disponeres, a cleri ac populi grauaminibus abstineres, tuoque iure contentus in aliorum iniuriam occupatus non extenderes manus tuas. Sed quod te correxeris, & in te semina sata fructificauerint, non videmus: quinimmo delinquendi licentiam, & multiplicandi peccata videris, proh dolor! in consuetudines deduxisse.

Ipsum pluries monitum scelera nō emendasse.

34 *Et vt aliqua explicabiliter inferamus, ecce quod licet pateat manifeste, & explorati iuris existat, quod in ecclesiasticis dignitatibus, personatibus ac beneficijs, canonicatibus ac præbendis vacantibus intra vel extra curiam Romanus Pontifex summam & potiorem obtinet potestatem; ad te tamen huiusmodi ecclesiasticarum dignitatum, personatuum, canonicatuum, beneficiorum, & præbendarum collatio nō potest quomodolibet pertinere, nec pertinet nec per tuam collationem in ipsis vel eorū aliquo potest alicui ius acquiri sine auctoritate vel consensu sedis Apostolicæ tacitis, vel expressis; quæ qui accipit & se denegat accepisse, eis propter ingratitudinem est priuandus, & etiam ille, qui concessa vel permissa abutitur potestate, & qui contrarium tibi suadet, est contrarius veritati; nihilominus tu, metas & positos tibi terminos irreuerenter excedens, & factus impatiens super hoc iniuriose obuias ipsi sedi, eiusque collationes canonice factas executioni mandari non sustines; sed impugnas, quamuis tuæ qualitercumque factæ procedere dignoscantur. Et cum in iudicio debeat esse distinctio personarum, tu tamen in proprijs causis vis ius tibi reddere vel dicere, vt non in communi, sed in proprio iudicio videlicet partes actoris & iudicis sortiaris: & si per quemquam iniuriari tibi reputes, conqueri de ipso contemnis coram iudice competenti, seu etiam coram nobis, quantumcumque iniurians sit persona ecclesiastica vel mundana, de regno tuo vel extra; & de illatis per te vel tuos iniurijs atque damnis, ac de tuis & tuorum excessibus recusas per aliquem iudicari, & ad surripienda & ad occupanda ecclesiastica bona & iura pro libito voluntatis occupatrices manus tuas extendis in casibus tibi non concessis ab homine, vel a iure.*

Perstare contra fas in conferendis sacerdotijs.

Ius exercere in ecclesiasticos.

Prælatos insuper & alias personas ecclesiasticas, tam regulares quam seculares, tui regni, etiam super personalibus actionibus, iuribus, & immobilibus bonis, quæ a te non tenentur in feudum, ad tuum iudicium protrahis & coarctas, ac inquæstas facis fieri, & detineri tales; licet in clericos & personas ecclesiasticas nulla sit laicis attributa potestas. Præterea contra iniuriatores ac molestatores prælatorum & ecclesiasticarum personarum eos vti spirituali gladio, quibus competit, libere non permittis; nec iurisdictionem sibi competentem in monasterijs seu locis ecclesiasticis, quorum recipis guardiam vel custodiam, aut a prædecessoribus tuis receptam supponis, pateris exercere: quin potius sententias seu processus per dictos prælatos & personas ecclesiasticas licite promulgatos & latos, si tibi non placeant, directe vel indirecte reuocare compellis: &, quod tacere nolumus, Lugdunensem ecclesiam tam nobilem, tam famosam, tam charam, in prædictæ sedis pectore constitutam, quæ in spiritualibus & temporalibus hactenus reflorebat, tu & tui iniuriosis grauaminibus & excessibus ad tantam inopiam & oppressionis angustias deduxistis, quod vix adijcere poterit, vt resurgat, quā constat non esse infra limites tui regni: nosque qui quandoque fuimus canonicus in eadem ecclesia, eiusque libertatum, priuilegiorum, & iurium notitiam plenam habemus, non reuocamus in dubium, quod iniuriose nimis tractas eandem.

Inuadere sacras opes.

Censurarū exercendarum libertatem clero adimere.

Lugdunēsis ecclesiæ iura pessundare.

De

quo modo; vel captionis, aggressionis, vel inuasionis domus, personæue suæ, dispersionis & amissionis thesauri & aliorum, quæ in facto Anagniæ vel alibi vbicumque occasione præmissorum quomodolibet contigerunt; vel causa seu occasione dicti Regis, aut occasione discordiæ, quam habuit contra ipsum Regem Bonifacius prædictus, seu causa vel occasione aliquorum emergentium vel contingentium, seu quæ contingere potuerunt ex eisdem; ac etiam contra adiutores, valitores in præmissis, seu ea tangentibus ipsius Regis, vel sibi quomodolibet adhærentes, viuos vel mortuos, cuiuscumque nationis, præeminentiæ, honoris, ordinis, dignitatis, aut status ecclesiastici vel mundani existant; etiamsi cardinalatus, archiepiscopali, episcopali, imperiali, vel regali dignitate præfulgeant, tam per dictum Bonifacium, quam quoscunque alios in vita, vel post mortem ipsius auctoritate sua, quam per memoratum Benedictum immediatum successorem suum pro factis, causis vel occasionibus antedictis factos & habitos a festo sanctorum omnium, quod fuit anno natiuitatis dominicæ millesimo trecentesimo citra, si qui sint vel fuerint; ad cautelam relaxamus, reuocamus, irritamus, annullamus, cassamus, & ex nunc nullos, cassos, & irritos nuntiamus ex certa scientia, de fratrum nostrorum consilio & de apostolicæ plenitudine potestatis.

Benedicti sententiæ in prædones, quibus Bonifacium ceperant, ac diripuerant thesaurum ecclesiæ conuulsæ.

Et si quis calumnia, macula, siue nota ex præmissis denuntiationibus, obiectionibus, assertionibus, aut quibuscunque contumelijs, blasphemijs, iniurijs, verbis vel factis, in scripturis priuatis vel famosis libellis, occulte vel publice eidem Bonifacio in vita eius vel post mortem illatis; aut earum publicatione, assumptione, vel prosecutione, aut culpa, offensa aut iniuria qualibet, seu infamia iuris vel facti, præfato Regi, posteritati suæ, assertoribus, & denuntiatoribus ac obiectoribus, prælatis, baronibus, vel alijs indigenis, incolis, & habitatoribus dicti regni; nec non & adiutoribus, valitoribus, & adhærentibus prædictis aut aliquibus ex eis, aut alijs consentientibus, mandantibus, vel ratum habentibus, opem, consilium, auxilium, vel fauorem præbentibus quoquo modo, viuis vel mortuis personis, infra nominatis exceptis, ex captione, insultu, & aggressione prædictis, aut ex rapina seu perditione thesauri ecclesiæ, aut ex alijs quibuscunque, quæ in conflictu vel facto captionis, insultus, aggressionis prædictorum, vel alias ipsorum occasione, vt præmittitur, contigerunt impingi, imponi, vel imputari possent in posterum quoquo modo; huiusmodi calumnias, notas, maculas, iniurias, infamiam, actiones, querelas, & offensas, si quæ forsan sint vel esse possint in posterum, totaliter abolemus & tollimus, & etiam ad cautelam penitus amouemus; & sententias, emendas, mulctas, & pœnas, si quæ sint, pro eis impositas vel inflictas ab homine vel a iure, & quæ imponi vel infligi possent in posterum; etiam si supponerentur vel dicerentur captio prædicta vel aliqua de præmissis facta nomine dicti Regis, valitorum, adiutorum, vel adhærentium prædictorum, aut ipsis mandantibus, vel procurantibus, vel ratum habentibus, aut sub vexillo suo, aut insignijs armorum suorum; prorsus amouemus & tollimus, & etiam ad cautelam omnino remittimus & quietamus: ac Regem ipsum & regnum prædictum, assertores, denuntiatores, & obiectores, prælatos, barones, & clerum & populum dicti regni, nec non valitores & adhærentes, & alios supradictos, in eum statum in omnibus & per omnia, si forsan ipsi vel eorum aliqui quomodolibet egeant, personis inferius nominandis dumtaxat exceptis, reponimus, restituimus, & plene reducimus, in quo Rex ipse & alij supradicti erant ante omnia supradicta iuxta distinctiones personarum, factorum, causarum, & temporum superius assignatas; ita quod Rex ipse, posteritas sua, & regnum prædictum, assertores, denuntiatores & obiectores, barones & alij supradicti, aut aliqui seu quiuis ex eis, exceptis dumtaxat infra nominatis personis, ex calumnia, notis, maculis, captione, aggressione, insultu, rapina, seu deperditione thesauri, culpis, iniurijs vel offensis, blasphemijs, sententijs vel processibus, vel quibuscumq; alijs supradictis deinceps notari vel impeti nequeant, nec sententię aut processus huiusmodi contra ipsos, vel quemuis ex eis aliquem possint habere vigorem, effectum, aut roboris firmitatem, &c.]

Suscepta a Philip. Rege ob iactatas in Bonif. calumnias infamia abolita.

Omnes Galli pristinis iuribus & dignitati restituti.

32 Subdit, cum rerum experientia doceat, imminentia pericula discutere, sui esse consilij præteritorum memoriam penitus extinguere, ne antiquum malum aliquando recrudesceret: atque adeo memoratas constitutiones, priuilegiorum declarationes, reuocationes, suspensiones, anathematis, interdicti ecclesiastici, abrogatæue dignitatis sententias, aliasue publicas tabulas e Pontificum regestis legumue codicibus ex sacri Cardinalium senatus consilio euulsisse; atque intentato ecclesiastico fulmine ab omnibus cuiuscumque ecclesiasticæ, etiam cardinalitiæ vel regiæ dignitatis, sexus, conditionis, intra menses quatuor illarum exempla flammis dari, vel e libris suis abradi iubere, neque cuiquam vllas prærogatiuas in ea re ad eludendum hoc pontificium imperium suffragaturas. ***Dat. Auin. v. kal. maij pontificatus nostri anno VI.*** Hæc licet a Clemente magna religione decreta sint, haud tamen omnes paruere: nam in primis Galli prouocationis a Bonifacio ad concilium conceptæ a Philippo formulam, in qua teterrimæ illæ afflatæ a furijs calumniæ aduersus Pontificem purissimum ab hæresi, immo religionis perspicuum assertorē descriptæ erant, vt maximum telum aduersus auctoritatem Pontificum in suis scrinijs condiderunt a; quod postea, cum a suo pseudopontifice Petro e Luna prouocarunt ad concilium, in publicas tabulas retulere. At contra Bonifacij memoriæ cultores, indignati Clementem, plus æquo in Regem pronum studio, earum literarum Bonifacij exempla clam asseruarunt, vt illius innocentia apud posteros enitesceret, & paterent causæ, ob quas tanto furore Philippus percitus fuit, inflammatusque a suis senatoribus, vt Pontificis, a quo censura apostolica percussus fuerat, memoriam insectaretur, tristiaque extincti spolia flammis exurenda deposceret. Cum autem iam illorum temporum inuidia, ob quam Bonifaciana in Philippum diplomata Clemens e regestis pontificijs aboleri iussit, vetuitque retinere, iam contabuerit; maximique pro sedis Apostolicæ asserenda maiestate referat illustrare, in Bonifacianis gestis nil a religione dissonum contineri, & ob iustitiam ac districtas in elatum Regem censuras Bonifacium calumnijs atrocissime appetitum, ea ipsa, quæ in regestis obliterata fuerunt, vt hæreseos, magiæ, aliorumque flagitiorum ab impijs obiectorum Bonifacio causæ inspiciantur; ex alijs authenticis MM.SS. resarcire, & propagare historiæ visum est. Quæ germana quidem esse non

Bonifacij in Gallos sententiæ e pontificijs regestis euulsæ.

a Ext. in l. 9. de schismate M.S. arch. Vat. pag. 12.

Propagata posteris a Bonifacij studiosis.

Ex ijs illius innocentia illustratur.

mium & grauium personarum frequentem, & sæpius repetitam instantiam ad requisitionem prædictam ab initio processerat, & nunc etiam procedebat, extra omnem calumniam fuisse & esse, ac bono, sincero, & iusto zelo, ex feruore catholicæ fidei processisse, de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica pronuntiamus, dicimus, atque decernimus, & tenore præsentium declaramus, &c. [Interiectis dein varijs excusationum fucis, quibus Guillelmus Nogaretus patrati in Bonifacium sceleris turpitudinem colorabat, dum suam in sacro Cardinalium senatu causam agebat, addebatque inter alia seruatam a se vitam fuisse Bonifacio, ne ab hostibus trucidaretur, ipsumque a Philippo tantummodo missum, vt illi conceptam prouocationem ad concilium denunciaret, addit:] Vnde nos de sæpefati Regis innocentia in hac parte tam per confessionem præfati Guillelmi, quam alias sufficienter instructi pronuntiamus, dicimus, atque decernimus, & auctoritate prædicta de fratrum præfatorum consilio tenore præsentium declaramus, Regem ipsum super captione, aggressione, & insultu prædictis, ac dispersione & amissione thesauri & alijs, quæ in conflictu, vel facto captionis dicti Bonifacij, aut aggressione, vel insultu prædictis ipsi Guillelmo impositis quomodolibet contigerunt, innocentem penitus & inculpabilem fuisse, ac esse.

Fucata Guillelmi Nogareti excusatio patrati in Bonifaciũ sacrilegij.

30 Quibus pronunciationibus, declarationibus, & decretis per nos, vt præmittitur, factis & habitis, cum in negotio memorato vellemus vlterius iustitia mediante procedere, ne causa fidei indiscussa diutius remaneret; illi qui defensioni memoriæ & statui dicti Bonifacij se, vt præmittitur offerebant, negotium defensionis huiusmodi in officij nostri mera & libera potestate sponte ac libere dimiserunt: ac demum præfatus Rex, præmissa pericula consideranter attendens, tanquam benedictionis & gratiæ filius progenitorum suorum, qui se semper ipsius ecclesiæ beneplacitis coaptarunt, vestigia clara sequens, pro se ac vniuersis regnicolis regni sui, cuiuscumque status vel cōditionis existant, nostris in hac parte requisitionibus de abundantia regalis clementiæ per effectum operis acquieuit.

Vt Bonifacij accusatores ac defensores in Clem. arbitrium causæ fidei discussionem contulerint.

[Destitit Philippus a persequenda Bonifacij memoria, cum veluti manifestus calumniator damnandus esset, eaque onerandus infamia, quæ sceptris eum indignum redditura erat. Neque ob Clementis sententiam ad ipsius Regis gratiam compositam ignominiæ dedecus eluit: siquidem tanta apud Gallos ipsos Philippus exinde arsit inuidia, vt illius frater Carolus dux Valesiorum coram Philippi eiusdem filio Ludouico Hutino obiecerit Enguerrano Marinio, quem poscebat ad supplicium, illum controuersiæ Philippum inter & Bonifacium exercitæ fontem fuisse, & inussisse, quæ nunquam elueretur innocenti superioris Regis memoriæ notam. Sed ad pontificium diploma redeamus.] Præfati quoque denuntiatores & obiectores, ad inductionem dicti Regis factam eisdem ad preces nostras per nos, vt præmittitur, ipsi Regi porrectas, auctoritate nostra interueniente, nostris circa id beneplacitis finaliter assenserunt, negotium huiusmodi & prosecutionem ipsius nostræ & ecclesiæ cognitioni, decisioni, ordinationi, & dispositioni libere relinquentes, prout per patentes regias ac denuntiatorum, obiectorum, & assertorum prædictorum literas, quas ad cautelam & memoriam rei gestæ in ipsius ecclesiæ archiuio repositas seruari facimus, plene constat.

Quando & cur desstiterit Rex Bonifacium persequi.

a Paul. Aemil. in Lud. Hutino.

31 Nos itaque mansuetudinem regiam, ac expertam in his deuotionis & reuerentiæ filialis gratitudinem, quas pro tot & tantis malis & periculis euitandis dicto Regi diuinitus credimus inspiratas, plenis in Domino laudibus commendantes, Regi cælesti, in cuius manu corda sunt principum, & a quo tantum bonum non ambigimus processisse, cum ab ipso bona cuncta procedant, laudes & gratias profundæ humilitatis spiritu, totoque deuotionis animo exhibemus: ac motum & zelum dicti Regis in hac parte ex feruore fidei, quem Rex ipse a progenitoribus suis hereditario quasi iure traxisse dignoscitur, prodeuntem non immerito approbantes, & sonoris laudum efferentes præconijs; ac volentes præfato Regi & suis aduersus futura pericula sic plene prospicere, & alias in hac parte ad honorem Dei & ecclesiæ sic vtiliter & salubriter prouidere, quod inclytæ domus & regni Franciæ fama celebris, suique nominis claritas, vbique diuulgata per orbem, nullis obloquentium morsibus, vel vllorum caninis latratibus, qui vel ex ignorantia veritatis, aut propriæ malignitatis astutia, vel inuidiæ stimulis concitati malum in bono præsumunt & prædicant, in posterum pateat; sed in sui splendore luminis semper illibata persistat, vitentur iam experta pericula, ac tot & tantis malis & scandalis iam præuisis, quæ ex præteritorum commemoratione, tefricatione, vel recidiua iteratione quacumque verisimiliter sequi possent in posterum, via præcludatur omnino, ac charitatis vnitas & pacis fœdera, quæ inter præfatam ecclesiam ac Reges & regnum Franciæ hactenus, diuina fauente clementia, viguerunt & vigent, in sui vigoris & roboris firmitate de bono semper in melius illibata perpetuis temporibus obseruentur; omnes sententias latas ab homine vel a iure, constitutiones, declarationes non inclusas in sexto libro decretalium, in quantum præiudicant vel possèt præiudicare honori, statui, iuribus, & libertatibus dictorum Regis & regni, regnicolis, assertoribus, denuntiatoribus, delatoribus, fautoribus, adhærentibus, ac valitoribus antedictis, duabus constitutionibus, quę non sunt in eodem libro inclusæ, quarum vna incipit: *Vnam sanctam*, & alia: *Rem non nouam*; quas secundum moderationes easdem, alias per nos factas, & non aliter intelligi volumus, & secundum moderationes ipsas volumus in suo robore remanere, exceptis; necnon priuilegiorum renocationes, suspensiones, ac quoslibet processus suspensionum, excommunicationum, interdictorum, priuationum, dispositionum, & alios quoscumque processus iuris vel facti, verbo vel literis, in scriptis vel sine scriptis, directe vel indirecte, principaliter vel incidenter, implicite vel explicite, publice vel occulte contra dictum Regem, liberos, & fratres ipsius, & regnum Franciæ, statum, iura, & libertates eiusdem pro quibuscumque factis, causis, vel occasionibus, aut exquisitis coloribus, vel figmentis quibuscumque præteritis temporibus; necnon contra denuntiatores, obiectores, & assertores prædictos, ac prælatos, barones, & alios incolas & habitatores regni eiusdem, quibuscumque temporibus, causa, vel occasione prædictarum assertionum, denuntiationum, propositionum, obiectionum, prouocationum, appellationum, petitionum, seu requisitionum, conuocationis concilij generalis, blasphemiarum, iniuriarum dictarum vel factarum contra dictum Bonifacium quoquo-

Clementis in Philippum effusa cōmendatio

Bonifaciana gesta in Reges Franc. rescissa.

tales; quibus præmissis & alijs multis rationibus, dicebatur dictũ Regem super requisitione prædicta nullatenus audiendũ,ac denuntiatores & obiectores prædictos ad denunciationes & obiectiones huiusmodi nõ fore aliquatenus admittendos.

28 Sed respondebatur e contra pro parte Regis, denuntiatorum, & obiectorum & assertorum ipsorum,quod ab ipso primordio promotionis dicti Bonifacij ad summi pontificatus apicem memorato Regi per nonnullas sublimes & præeminentis excellentiæ, aliasque fide dignas personas ecclesiasticas & mundanas insinuatum multotiens fuerat,& diuersis successiue temporibus auribus regijs pluries inculcatum, quod præfatus Bonifacius per ostium non intrasset, quodque vitio labis hæreticæ & alijs nefandis criminibus irretitus, ac positus in fundo malorum omnino incorrigibilis existebat; ipsumque Regem, vt tanquam fidei pugil ecclesiæque defensor imminentibus malis & scandalis remedijs occurreret opportunis, fuisse cum instantia requisitum. Sed Rex ipse vt filius pudoratus illius,quem loco patris habebat, pudenda cernere veritus, auertens a prædictis insinuationibus & denuntiationibus aures suas, ipsum diutius propter honorem ecclesiæ tolerauit,& venerabatur vt patrem, donec personarum prædictarum frequentibus & continuatis instantijs & demum in publico parlamento Parisijs præsentibus prælatis, baronibus, capitulis, conuentibus, collegijs,& communitatibus & vniuersitatibus villarum regni prædicti opportune & importune pulsatus, cum vlterius vrgente conscientia de præmissis, vt præmittitur, informata absque Dei offensa dissimulare non posset, nec sine grauibus scandalis & periculis tolerare:de prælatorum,baronum, ac capitulorum, conuentuum,collegiorum,communitatum & vniuersitatum villarum regni præfati, necnon magistrorum in theologia ac professorum vtriusque iuris, & aliarum sapientum & grauium personarum diuersorum regnorum & partium deliberato consilio,non ex odij fomite, non typo malitiæ, sed zelo fidei,necessitate cogente,promotionẽ, vt prædicitur, assumpsit negotij supradicti, nec præfatum Bonifacium capi, nec aggressionem, vel insultum in eum, vel eius domum fieri mandauit, aut fecit; sed denuntiationes & obiectiones prædictas sibi per Guillelmum de Nogareto militem & alios nuncios suos, ad hoc ab eo cum patentibus & expressis literis regijs destinatos,dumtaxat insinuari præcepit, & ab eo super his generale concilium conuocari; et si dictus Guillelmus circa personam vel domum dicti Bonifacij, vel alias in præmissis aliqua commisit illicita, displicuerunt & displicent dicto Regi, nec ea rata vel grata vnquam habuit neque habet. Adijciebatur etiam denuntiatores & obiectores prædictos,de hæresi,illegitimo ingressu,& alijs criminibus supradictis a longe retro lapsis temporibus per nonnullas graues & fidedignas personas instructos & informatos fuisse;ipsosque ad denuntiationes & obiectiones easdem apud præfatum Regem, cum ad prælibatum Bonifacium tunc aditum commode habere non possent, in publicum defendendas non ex odio præconcepto, cum tunc ipsos in nullo dictus Bonifacius offendisset, non ex fermento malitiæ, sed potius ex feruore fidei & zelo iustitiæ processisse, & earum prosecutioni etiam nunc instare, paratos eas secundum formam iuris legitimo prosequi & probare.

Dolosa retorsio accusatorũ.

Fallax de dilata accusatione Bonifacij excusatio.

Conuentum Parisien. Philippus, cũ ob censuras sibi incussas fuerere, coegerat.

29 Nos autem cum fratribus nostris matura & frequenti super hoc deliberatione præhabita; considerantes attentius & infra claustra pectoris meditatione solicita reuoluentes, quod prætacti negocij prosecutio rigorosa impeditiua nimis prædicti negotij terræ sanctæ; & alijs grauioribus onusta dispendijs & diuersis vndique plena periculis existebat, sicut iam facti exordia indicabant; ac volentes tot & tantis malis & periculis, ne in segetem periculose succrescerent, sed præcisis radicibus, suo præfocarentur in ortu, ex debito pastoralis officij solicitius prouidere; apud eundem Regem de fratrum nostrorum consilio, & ad eorum supplicationem instantem salutaribus monitis, exhortationibusque paternis institimus, vt reiectis anfractibus denuntiationum & obiectionum huiusmodi, cum per alias congruas & legitimas vias prætactum negotium tractari commodius & facilius posset & breuius terminari, ipsius negotij prosecutionem nostræ & ecclesiæ ordinationi relinqueret,& vt denũtiatores & obiectores præfati id idem facerent, interponeret partes suas,ita quod nos & eadẽ ecclesia,causarum vitatis anfractibus,& prædictis malis & periculis obuiãdo,ex officij nostri debito ad ipsius negotij cognitionem,examinationem & totalem decisionem procedere,statuere & ordinare de ipso,ac finem congruum eidem imponere deberemus, prout catholicæ fidei ac vniuersalis ecclesiæ statui & honori conueniens,ac terræ sanctæ negotio & alias secundum Deum expediens videretur.

Vt Clemens se gesserit,ne Philippũ Regem a se abalienaret, nec Bonifaciũ contra fas omne damnaret.

Sed licet requisitionem huiusmodi apud eundem Regem pluries diuersis successiue temporibus atque locis duxerimus repetendam, ipso tamen Rege ad denuntiatorum & obiectorum prædictorum instantiam requisitioni prædictæ vt prius nihilominus insistente; nos inter tot diuersa & aduersa in medio super iustitiæ solium constituti in tanto negotio non præcipitanter aut irruptiue,sed cum debita cautela & maturitate procedere cupientes,diuersos & varios in negotio ipso per legitima interualla dierum & temporum continuatis terminis fecimus, iustitia mediante, processus. Et ne vel malignis aut falsis delationibus aditum nimis facilem pandere, aut denuntiatoribus & obiectoribus supradictis, si spiritu Dei aguntur, in dispendium fidei viam præcludere vel negare iustitiæ videremur; non intendentes tamen denuntiatores & obiectores prædictos, vel alterum eorundem, aut denuntiationes vel obiectiones, vel aliqua proposita per eosdem admittere,nisi si,prout,& in quantum contra summos Pontifices viuos vel mortuos admittendi forent, & etiam admittenda iuxta sanctorum patrum decreta & canonica instituta; de motu & zelo Regis præfati circa requisitionem huiusmodi,& assertorum & denuntiatorum & obiectorum prædictorum circa assertiones, denunciationes,& obiectiones præmissas duximus inquirendum.

Et demum competenti super his inquisitione præhabita comperimus, quod etsi etiam assertores, denuntiatores, & obiectores prædictos ad assertiones, denunciationes, & obiectiones huiusmodi,ac dictum Regem ad requisitionem prædictam, vt præmittitur, faciendas obiectorum veritas,de quibus certi non sumus, forsitan non mouisset; ipsos tamen ad hoc præconcepta malignitas aut mala causa non impulit, sed bonus,sincerus,& iustus zelus induxit: vnde assertores,denuntiatores,& obiectores eosdẽ ad assertiones,denunciationes,& obiectiones easdem, & dictum Regem, qui ad eorum, necnon aliarum sublimium

Ad tegendam Phil. Regis ac suorum infamiam Clemens declarat, ipsum animo caluniandi Bonifacium non accusasse.

lio huiusmodi iudicium intendisse: pontificijsque solicitatum precibus, cum aduersarij ab intentando illi coniurationis in Bonifacium ac direpti ecclesiæ thesauri iudicio rogati discederent, totam controuersiam sedi Apostolicæ atque ecclesiæ permisisse. De quibus hæc Bernardus a: *Anno Domini MCCCXI. quarta die exitus mensis aprilis, scilicet v. kal. maij in Auinione per Clementem Papam fuit in consistorio publice excusatus Philippus Rex Francorum de his, quæ egerat contra memoriam Bonifacij quondam Papæ; & pronuntiatum ad excusationem Regis, quod ea egerat bona intentione, & bono animo atque zelo, præsentibus ibidem Regis nuncijs: & hæc fuerunt consequenter bulla papalis testimonio confirmata. Fuitque ibidem Clementi Papæ commissum totum negotium, totusque processus habitus Bonifacij memorati ab vtraque parte scilicet accusante & defendente, & renunciatum atque conclusum per viam pacis tractatæ: Papa vero suscepit super se negotium examinandum, & finaliter terminandum.*

a Bern. chr. Rom. Pon. & M. S. Vat. bibl. signat. nu. 3765 in Clem. V. Causa de Bonifacij memoria ab aduersis partibus Pontifici committitur.

26 Vsum ea industria in conciliandis aduersis partibus Clementem, ne grauiora mala, quæ antea ex huiusmodi contentionibus emerserant, recrudescerent, atque alia maiora consilia, quæ ad amplificandam Dei gloriam cogitabat, disturbarentur, ipse testatur. Suscepta igitur dirimendæ totius causæ prouincia, detersit a Francorum Rege omnem maculam ac notam, qua ob gestas cum Bonifacio simultates inustus fuisset: quibus de rebus hoc diploma amplissimum edidit b, cuius exordium a Francorum regni præclaris encomijs auspicatum est: nil vero grauius consuluit in Bonifacij memoriam, quam paulatim consenescente inuidia in suum splendorem restitutum iri arbitrabatur.

Lata a Clemente sententia.

b Lib. 6. ep. cur. 32.

Clemens, &c. ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum.

Ex parte charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Francorum illustris fuit expositum coram nobis, quod significantibus olim sibi frequenter & pluries nonnullis sublimibus & magnæ auctoritatis personis, Bonifacium Papam VIII. prædecessorem nostrum non per ostium, sed aliunde intrasse ouile dominicum, ecclesiam videlicet sponsam Christi, ipsumque fore crimine prauitatis hæreticæ irretitum; quibusdam ex personis ipsis ipsum super hoc impetere seu denuntiare volentibus, ac requirentibus Regem ipsum, tanquam fidei pugilem & ecclesiæ defensorem, vt cum ex vitioso & illegitimo ingressu damnabili, peruersis actibus, detestandis operibus, & perniciosis exemplis dicti Bonifacij status fidei & ecclesiæ miserabilibus dispendijs & ærumnis, grauisque ruinæ periculis subiaceret; ac vbi de hæresi agitur, fidei & ecclesiæ defensatrix semper extiterit inclyta domus sua, per declarationē veritatis huiusmodi procuraret generale concilium conuocari; Rex ipse, quia pudenda patris proprio libenter pallio contexisset, denuntiatorum & obiectorum ipsorum frequentibus pulsatus instantijs, & assiduis clamoribus excitatus; eiusque conscientia tam per nonnullas sublimes, graues, & dignas personas, videlicet dilectos filios nobiles viros Ludouicum Ebroicensem & Guidonem sancti Pauli ac quondam Ioannem Drocensem comites, asserentes præstitis ad sancta Dei euangelia ab eis tacta corporaliter iuramentis, se præmissa credere esse vera, & ea legitime posse probari, quam per alias quamplures sublimes & fide dignas personas, status tam eccle-

Quæ proposita a Phil. Rege ad calumnias iactatas in Bonifacium & schisma excusanda.

Pallacia calumniatorū nocere molientium effigia.

siastici quam mundani; eundem Bonifacium diuersis hæresum speciebus infectum, ac in profundo malorum positum, ac omnino incorrigibilem, affirmantes, super his, vt decuit, informata negotium conuocationis huiusmodi concilij generalis pro declaratione veritatis, vt videlicet dicti Bonifacij innocentia in hac parte clarescerer, sicut teste conscientia exoptabat, aut ipso Bonifacio, si denuntiata & obiecta contra eum forent veritate subnixa, tanquam illegitimo prorsus amoto, & cunctis erroribus, iniquitatibus, & spurcitijs a domo Domini procul pulsis, de vero legitimo pastore prouideretur ecclesiæ sanctæ Dei; vna cum prælatis, baronibus, collegijs, vniuersitatibus, communitatibus, ciuitatum, & aliarum villarum ac clero & populo regni sui, nec non alijs Regibus & principibus, prælatis, & alijs præcellentibus & magnæ auctoritatis personis, status tam ecclesiastici quam mundani, ac communitatibus & vniuersitatibus ciuitatum, & aliarum villarum diuersorum regnorum & climatum orbis terræ, alijsque sibi adhærentibus; ex feruore fidei & zelo institiæ, ac pro reformatione status ecclesiæ, ac generali bono totius reipublicæ Christianæ, assumpsit deliberato consilio ad laudem diuini nominis & exaltationem catholicæ fidei promouendum, ipsiusque promotionem conuocationis concilij generalis, vt ipsius prouisione salubri memoratis obiectoribus audientia præberetur, ac super obiectis sciretur veritas, ac statueretur & fieret, quod iustitia suaderet, apud eundem Bonifacium, dum viueret, per solemnes nuntios regios, & post eius obitum apud bonæ memoriæ Benedictum Papam XI. prædecessorem nostrum, & eo sublato de medio, apud nos ad ecclesiæ præfatæ regimen, licet insufficientibus meritis, diuina dispositione vocatos, dum paulo post nostræ promotionis auspicia Lugduni nobiscum pro huiusmodi & terræ sanctæ, & alijs negotijs arduis personaliter conuenisset, ac Pictauis postmodum iteratis instantijs, vt videlicet per eundem Benedictum prædecessorem nostrum, dum in humanis agebat, & post eius decessum per nos etiam de præfati deliberatione concilij conuocandi, si expediens videretur, super denuntiatis & obiectis huiusmodi discuteretur veritas, ac decerneretur & fieret quod censent & statuunt canonicæ sanctiones; operosis studijs, ac solicitudinibus institit indefessis. Quare præfatus Rex nobis humiliter supplicauit, vt cum, sicut denuntiatorum & obiectorum prædictorum habebat assertio, ex certis causis exhibitionis iustitiæ in hac parte morosa protractio negotio fidei ac eisdem denuntiatoribus & obiectoribus dispendiosa foret & periculosa quamplurimum, in negotio memorato procedere ac exhibere super eo iustitiæ plenitudinem dignaremur.

Philippus in discrimen schismatis nonnullos Reges & populos trahere fategerat.

Benedictum & Clementem ad illius damnandam memoriā solicitauerat.

27 Proponebatur autem in contrarium ex parte quorundam, se offerentium defensioni memoriæ & status Bonifacij memorati, dictum Regem ex malignitatis & odij fomite potius, quam charitatis aut fidei vel iustitiæ zelo, procedere ad requisitiones huiusmodi faciendas, ipsumque denunciationes & obiectiones & assertiones prædictas calumniose fieri procurasse, ac Regem eundem & quosdam ex denunciatoribus & obiectoribus supradictis ausu sacrilego capi fecisse Bonifacium memoratum; ac denunciatores & obiectores & assertores eosdem conspiratores fuisse, & esse dicti Bonifacij inimicos etiam capi-

Responsio Bonifacij defensorū verissima

Accusatores Bonifacij hostes illius extitere, atque adeo non audiendi.

 ta-

tur, vociferantes: Viuat mater ecclesia. Viuat, viuat dominus Papa, sanctique patres Cardinales. Sicque ad prætorium adducti reuerentissimis inclinationibus, aggregata concione frequenti, eorum alter Ostiensis iusso silentio crucis signaculo sic infit: O deuota semper Deo & sacrosanctæ ecclesiæ Brixiana communitas, quis vos ab imperijs ecclesiæ vestræ matris, vera semita tam cæcus tam pertinax error abduxit, vt venientem in nomine Domini benedictum eiusdem ecclesiæ filium Henricum Romanorum Regem Augustum neglexeritis, vosque contra omnipotentis Dei nutum, contraque sanctissimi Clementis Papæ monita infelices erexeritis? Nonne scitis ipsius Filij Dei vocis oraculo responsum, Cæsaris imaginem reddendam Cæsari? O imbecilles: o miseri tam humana diuinaque censura damnati, quænam hæc vestra cæcitas, quæue calamitas? Pergitis ne alterum mundo luminare constitutum obstruere hac clausi rupe, laterumque strue, quam Deus ipse superna animaduersione, vt olim Sodomam & Gomorram, euertet? Tollite ecce vos, infausta infidelium secta, & ad pedes benedicti Regis in cilicijs & cineribus vos sternite humiles, & peccata deflete: nosque Dei ac Trinitatis, necnon & patris nostri Clementis Papæ sanctissimi contemplatione freti pro vobis assistemus, vt pareat, & in vos, quamquam immeritos, regia benignitate conspiciat. Cum ita Cardinalis Ostiensis perorasset, Brixianorum prætor populi iussu respondit, agnosci quidem summam Romano Pontifici a Deo tributam potestatem, & Imperatorem officij nomine singularem mundi ministrum: sed Henricum non Imperatorem esse, sed expilatorem, Guelphos ab eo pelli in exilium, populorum sanguinem exugi, Gibellinos vero ad tyrannidem exercendam excoli, Friderici schisma accendi: testes huius rei Mediolanum, Parmam, Veronã, Mãtuam, Taruisium. Ita Cardinales re infecta abiere.

Magnæ apud Brixiam susceptæ vtrinque clades. 23 Extracta obsidione Goleramnus Henrici frater telo transfixus a, pestisque ex cæsorum equorum cadaueribus difflata quatuor et septuaginta duces insignes, septem millia supra septingentos hastatorum militum, & e plebe numerum infinitum absumpsit b. In Brixiam etiam proserpens miseros ciues fœde depasta est. Inter quas angustias Lucas Fliscus Cardinalis interpretem concordiæ opportune se exhibuit c, quamquam postea Henricus, qui appetentis coronationis præfixo tempore vrgebatur, nonnulla Cardinali pollicita data violauit. Brixiam Cardinalis Flisci opera in Henrici adductam obsequium Iordanus d, Ptolemæus Lucensis e, Ioannes Villanus f & alij g consentiunt. Præterea venienti postea Henrico Placentiam claues vrbis detulisse, paulo post tamen pristinos motus recrudruisse, narrat Iordanus h; *Audiens*, inquit, *Imperator factiones & rebelliones multiplices Lombardorum, Guarnerum de Hoembruch fecit præsidem Lombardiæ, vt emergentia huiusmodi coerceret: sed vix cum centum intra Placentiam receptus, audiuit Guelphos per vicarios vbique grauari, & hoc impatientiæ causam esse: & hac cum repulsa ad Cæsarem Guarnerus redit.* Accendisse plurium populorum odia Henricum ob Guelphos oppressos, eorumque patrocinium Robertum suscepisse, vnde aucta bellorum moles, visuri sumus.

Brixia Lucæ Flisci Card. opera Henrico se submittit.

a Lib. 3. cap. 16.
b Lib. 4. c. 8.
c Ib. c. 9.
d Ior. M.S Vat. sig. n. 1960.
e Ptol. Luc hist. eccl. M.S. l. 24. c. 40.
f Io. Vill. l. 9. c. 19.
g M.S. Vat bib. sig. n. 2040. in Henr. VII
h Iord. vbi sup.

Porro Henricus præfectis i Mediolano Matthæo Vicecomite, Veronæ Cane Scaligero, Mãtuæ Passerino, Parmæ Guiberto Corrigiano, Genuam se contulit, atque a ciuibus magnis honoribus, resistente nemine, mense octobri exceptus est k; Spinolam illiusque studiosos in vrbem reuocauit, & inter Oriæ & Spinolæ stirpes clarissimas concordiam redintegrauit. Versum est Henrico magnæ gloriæ, terrestribus ac maritimis viribus florentem illam rempublicam se ipsius imperio subiecisse. Sed ad id Clementis monita, nec non Cardinalis Nicolai Ostiensis episcopi, quem Genuæ cum Henrico versatum refert Io: Villanus a, non parum valuisse magno argumento est. Immo quatuor Cardinales legatos, atque inter alios Fliscum Henrico comites se addidisse, narrat Augustinus Iustinianus b. Secuta Henricum Regina præclaris perpolita moribus, non multo post Genuæ defuncta, in Minoritarum æde tumulo condita est c festo S. Luciæ, vt narrat Iordanus d: Quam fuisse, ait Mussatus, *cæremoniarum diuinique cultus tantæ assiduitatis, vt solemnium festiuitatum dicta sit pernoctare vigilijs.* Admisso porro a Genuensibus Henrico, Florentini vt iter ipsi versus Pisas abrumperent, copias submisere e. Huius Etruriæ atque sociorum Guelphorum motus causam attingit anonymus auctor de gestis Henrici: *Res*, inquit, f *noua & dura videbatur quibusdam Italicis atque Tuscis, & ijs maxime, qui populum regere videbantur, cum a sexaginta quinque annis & amplius a depositione ab imperio vltimi Friderici sine Imperatoris dominio perstitissent, quod eius dominio denuo subijcerentur, quo se æstimabant in perpetuum liberatos.* Exeunte g anno Brixienses Guelphi cum vrbem recuperare moliti essent, a Cane Scaligero magna clade profligati sunt. Reginenses ac Parmenses ab Henrico desciuere: in quorum auxilium Bononienses & Florentini procurrere.

Genuenses excipiunt Henricum. Dissentientes ab eo conciliati

a Io. Vill. l. 9. c. 21.
b Aug. Iustin. l. 4.
c Io. Vill. l. 9. c. 29.
d Iord. M.S. Vat. sign. n. 1960.
Regina Genuæ moritur.
e Vill. c. 26.
f M.S. Vat bibl. sig. n. 2040 pag. 49. in Henr. VII
g Io. Vill. l. 9. c. 31.

24 Diffuderat se illius mali labes in ditionis ecclesiasticæ loca, pariq; scelere nonnulli pontificiũ excusserant iugum, æque atq; alij imperiale e suis ceruicibus depulerant; ex quo quãta emerserint mala, e literis ad Arnaldũ Apost. sedis legatũ datis elicitur, quibus deformatã ijs seditionibus pontificiæ ditionis faciẽ ita depingit Clemens: h *Iãdudum hostis pacis nonnullas terras ecclesiæ Romanæ subiectas, in partibus Italiæ constitutas, suæ nequitiæ stimulis impetente, status earum pacificus dissidiorum scandala protulit: ac dissensionibus varijs suscitatis ibidem quies perijt, bellicus furor inualuit, multis sub hostili clade peremptis; & nonnullis eiectis a laribus proprijs, violenter armauit impietas patrem in filium, & filius in parentem: frater fratri non detulit, & cognatus proximo non pepercit.* Crudele tunc bellum a Perusinis & Fulginatibus gestum aduersus Spoletanos, quod ægre Clementis imperio compositum est i.

Excitatæ in ecclesiastica ditione seditiones.

h Lib. 6. ep cur. 66.

Quæ inde secuta mala.

i Ib. ep. cur 46. 47. & l. 7. ep. cur. 7.

25 Sedandæ alterius grauissimę controuersię, quæ inter Philippum Regem Francorum & Bonifacium exarserat, studio Clemens latas in eum a Bonifacio censuras ita deleri voluit, vt publica in Regem acta edita e commentarijs pontificijs eradi iusserit, pronuntiauitque eum omnino purum fuisse ab eo crimine, cuius labe aspersus ferebatur, dedisse nimirum suis administris imperia, vt Bonifacium in custodiam compingerent. Quod vero attinebat ad intentatum ab eodem Rege aduersus illius memoriam iudicium, quo pseudopontificatus, hæreseos, ac plurium flagitiorum notam illi impegerat, atque apud Benedictum XII. & Clementem institerat, vt sententiam ferrent, an ille legitimus sedisset Pontifex, an e Pontificum albo eradendus esset; declarauit non incitatum odio Regem, sed bono adductum zelo, ex sapientum ac doctorum virorum consilio

Philippus Franc. Rex capti Bonifacij crimine liberatus.

i Io. Vill. l. 9. c. 19.
k Id. c. 23. Aug. Iust. hist. Gen. l 4. Bizar l. 5. & l. 6.

Lucas, duo aut alter vestrum nobis, aut cameræ nostræ fideliter assignetis. *Datum in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionensis diœcesis* XIII. *kal. iulij anno sexto.*

a Lib. 6. ep. com. 753. Renouet sacramenta ab oratoribus præstita.

19 Monuit alijs literis a eade re Henricum Romanorum Regem, vt postquam solemni ritu imperatoria inunctione fuisset illitus, eadem sacramenti forma, qua iam antea anno superiori Balduino archiepiscopo Treuirensi & magistro e Molans obstrinxerat fidem imperialem ad tuenda ecclesiæ iura, Cardinalibus legato & nuncio apostolicis deuinciret.

Clemens, &c. charissimo in Christo filio Henrico Regi Romanorum illustri.

In humilitatis spiritu, quæ virtutum comprobatur origo, sicut matris ecclesiæ filius a Domino benedictus tuæ deuotionis ac fidei zelum nobis & ipsi ecclesiæ dudum offerens reuerenter, iuramentum, quod tenor infra scriptarum literarum tuo pendenti munitarum sigillo continet seriose, olim in manibus dilecti filij magistri de Molans scholastici Tullensis capellani nostri, de mandato per nos ei facto, nostro, ecclesiæ prædictæ, & Apostolicæ sedis nomine recipientis, per te sacrosanctis euangelijs, sicut per easdem literas plene constat, tactis corporaliter præstitisti; promittens teque firmiter obligans cum omni efficacia & effectu, quod post imperialis diadematis a te coronationem susceptam omnia in iuramento & literis contenta prædictis ratificares, confirmares, recognosceres, faceres, seruares, atque iurares; & de his omnibus infra octo dies post coronationem huiusmodi ad perpetuam rei memoriam, ac nostram & successorum nostrorum, & ecclesiæ ac sedis prædictorum securitatem atque cautelam patentes quadruplicatas, imperialis maiestatis typario communitas, concedens literas, huiusmodi literarum tuarum seriem continentes.

Henricũ id se facturum spopondisse significat Pont.

20 Quare magnificentiam regiam paterno rogamus & hortamur affectu, quatenus vt deuotionis & fidei ac reuerentiæ feruorem huiusmodi cum tuæ promotionis & exaltationis augmento per clara tuæ celsitudinis gesta erga nos & præfatam ecclesiam creuisse demonstres, in manibus venerabilium fratrum nostrorum Arnaldi Sabinensis legati & Nicolai Ostiensis episcoporum nuncij Apostolicæ sedis, vel alterius eorundem, quos ad tui præsentiam duximus destinandos, quibusue & cuilibet eorundem in solidum iuramenti, & aliorum prædictorum omnium & singulorum receptionem per nostras literas speciales commisimus, post susceptum per te, vt præmittitur, ipsius imperij diadema omnia in iuramento & literis contenta prædictis ratifices, confirmes, recognoscas, facias, serues, ac præstes de nouo simile iuramentum, nobisque super his omnibus & singulis, iuxta tuam promissionem & obligationem easdem, prædictas literas quadruplicatas eiusdem imperialis maiestatis typario communitas, in eis tenore prædictarum tuarum literarum inserto, concedas; illasque nobis per eosdem episcopos, vel alterum eorundem transmittas, &c.] Adnexæ sunt literæ Regis Romanorum ad Clementem datæ, quæ ab his verbis ducũt exordium: *Feruenti desiderio, &c.* quas cum nos superius ediderimus, superuacaneum foret iterum exscribere. Addemus tantummodo adscriptam in ijs diem, quæ in altero regesto non extabat. *Dat. Lausanæ v. idus octobris anno Domini* M. CCCX. *regni vero nostri anno secundo.* Pontifex autem suis diem hunc apposuit. *Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionensis diœces.* X. *kal. iulij anno sexto.*

Designat Arnaldũ ep. Sabin. A.S.L. ad illud excipiendum.

Rem gestã publicis literis diuulget.

21 Iniunxit a prætereа Arnaldo Sabinensi legato & Nicolao Ostiensi nuntio Apostolicæ sedis, vt ab Henrico, postquam imperialibus infulis redimitus esset, exigerent vt literas huiusmodi publice ederet, ratasque haberet, ac præstita sacramenta de tuenda sedis Apostolicæ dignitate confirmaret, ob exploratam ipsorum fidem tantæ rei curam in eos transfudisse: pariterque ad eos literarum, quas ab Henrico imperiali inunctione delibuto repetituri essent, exemplum transmisit. Cum vero Florentini atque alij partium Guelpharum duces imperialem Henrici consecrationem disturbare molirentur, Pontifex Arnaldum episcopum Sabinensem Apostolicæ sedis legatum in Etruria, Liguria, Insubria, marchia Taruisina, pluribusque alijs prouincijs, quas in literis ad eum datis designat, ad componendos Italicos motus, ac muniendum inungendo Imperatori iter, creauit: *Te, inquit, tanquam pacis angelum, cõmisso tibi in Lombardiæ & Tusciæ partibus, terris, ecclesiæ Romanæ subiectis temporali dominio vbicunque positis prorsus exceptis; necnon & in marchia Taruisina, Aquileiensi & Gradensi patriarchatibus, Ianuensi, Pisana, & Iadrensi patriarchæ Gradensi metropolitico iure subiectis prouincijs, ac Sardiniæ & Corsicæ insulis, & in illa parte prouinciæ Rauennatis, quæ in terra imperij dignoscitur constituta, & Placentina ac Papiensi ciuitatibus & diœcesibus plenæ legationis officio, vt euellas & destruas, disperdas & dissipes, ædifices & plantes in nomine* Domini, *prout gratiæ cælestis infusio, & tua tibi prouidentia ministrabit, de fratrum nostrorum consilio destinamus: tibi nihilominus faciendi & exercendi auctoritate nostra quæcunque ad Dei & Apostolicæ sedis honorem, cultumque diuini nominis ampliandum, ac fidelium partium earundem statum prosperum & tranquillum, obseruantiam ecclesiasticæ sanctionis, integritatem ecclesiasticæ libertatis, releuationem pauperum, animarum salutem, & tranquillitatem corporum pertinebunt, facultatem plenariam tribuentes, &c. Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionensis diœcesis* XIII. *kal. iulij an.* VI.

a Ib. ep. 753.

De Arnaldo Card. creato sedis Ap. legato.

In quibus prouincijs id munus ei demandatum.

Extant ad eundem legatum aliæ literæ b, quibus omnem curam in sopiendis Guelphorum Gibellinorumq; tumultibus ipsum defigere iubet: vtque aduersas partes in mutuam pacem possit adducere, affinitates inter dissentientes conciliare atque eos connubiorum nexu deuincire cõcedit. Vt etiam ea odia excindere facilius legatus posset, Pontifex plurima ipsum auctoritate instruxit c, ac priuilegijs amplissimis ornauit. Tum patriarchas, archiepiscopos, episcopos, marchiones, duces, aliosque viros principes in decretis legato prouincijs constitutos, eiusdem Arnaldi Cardinalis iussis ac monitis obsequi imperauit. d

b Ib. ep. cur. 66. Guelphos & Gibellinos iubetur inter se conciliare.

c Ib. ep. cur. 68. al. ep. 94.

d Post ep. cur. 65.

22 Quæ porro post traditam Arnaldo & alijs Cardinalibus pacandæ Italiæ, Henricique imperiali diademate exornandi prouinciam (neq; enim hoc anno ob populorum defectionem Romam iter intendere Rex potuit) gesta sint, enarrat Mussatus e: *Soliciti igitur,* inquit, *ijdem duo,* nempe Sabinensis & Ostiensis episcopi Cardinales, *ad portas Brixiæ præmissis nuncijs accedentes, alloquia petunt. Ingressos Brixianus populus suis quibusque ordinibus vocibus altis applausibusq; prosequuntur,*

Henr. ob defectionẽ vrbiũ, ab itinere versus Romam distrabitur.

e Muss. l. 4. c. 2.

Cardinales legati Brixianos nituntur ad Henrici obsequiũ flectere.

Imperator, iuro me seruaturum Romanis bonas consuetudines suas, Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta, &c.

Vt Henricus ob Clemētis absentiā se gestur' sit.

14 Quia vero propter nostram absentiam nonnulla solemnia ex prædictis, personam nostram tangentia, expedir intermitti, volumus atque decernimus, quod non obstantibus his, quæ superius describuntur, in gradibus scalarum dictæ basilicæ principis Apostolorum idem Rex Romanorum solemnitate & honorificentia debitis recipiatur ad osculum per vos episcopos & diaconos Cardinales, stantes in ordinibus vestris, indutos tamen omnes pluuialibus, processionaliter obuiantes eidem, cum subdiaconis & acolythis, primicerio & cantoribus astantibus circa vos, magnatibus & nobilibus, officialibus & ministerialibus aulæ nostræ. Aurum vero, quod Rex in eisdē gradibus apostolico consueuit offerre post genuflexionem & deosculationem pedum, omissis illis, quas nulli vestrum faciat idem Rex, quia soli Romano Pontifici competunt & debentur, in eodem loco per eundem Regem nobis humiliter offeratur, ita dicentem: *Si sanctissimus pater dominus noster, dominus Clemens summus Pontifex esset hic præsens, sibi offerrem aurum istud præsentialiter: sed propter eius absentiam offero sibi, vobis dominis Cardinalibus eiusdem domini Papæ vice & nomine recipientibus, aurum istud.* Quo facto, idem Rex existens in medio vestrum vobiscum veniat ad altare sanctæ Mariæ in turribus, & cum ibidem fuerit, publice in vestri præsentia, recipientium nostro & ecclesiæ Romanæ nomine, præstet idem Rex sacramentum suo expresso proprio nomine de verbo ad verbum, prout superius continetur. Renouet autem sacramentum, per procuratores suos præstitum suæ approbationis tempore coram nobis, secundum tenorem superius descriptum. Et si in aduentu suo in gradibus, vbi eidem obuiabitis, renouationem prædictam facere præeligeret, contentamur.

Quo ritu aurum sit oblaturus in gradib' basilicæ.

Cardinalibus sua officia in consecrādo Imp. despertita

15 Tu vero frater Ostiensis, vt præmittitur, missam celebres, & Regem prædictum inungas, prout in ordinario continetur. Quod si te impediri contingat, hoc tu facias Albanensis; & si ambo impediremini, hoc facias Sabinensis, episcopi. Letanias dicas tu Francisce, si potes, pluuiali tamen indutus. Quod si te impediri contingat, tu Lucas hoc in eodem habitu exequaris. Orationem autem, quam dicere debet prior presbyterorum Cardinalium, tu dicas episcope Sabinensis. Quod si te impediri contingat, tu facias Albanensis; quod si ambo impediremini, tu facias Ostiensis, episcopi. Præstito autem in cappella prædicta S. Mariæ de turribus iuramento, omnes remaneatis cum Rege prædicto, præter illum, qui missarum solemnia celebrabit. Tu vero Albanensis orationem, quæ tibi dicenda competit, dicas loco & tempore debitis. Orationem vero, quam deberet dicere Portuensis episcopus, si adesset, dicas tu Sabinensis; quod si te impediri contingat, tu suppleas Ostiensis. Receptio autem ad osculum inter diaconos Cardinales post confessionem in altari B. Petri factam, quia soli Romano Pontifici competit & concurrit cum osculo pectoris, omittatur. Vos autem vniuersi imponatis mitras suo modo Regi, suoque Reginæ, prout in dicto ordinario de summo Pontifice continetur; & diademata Regi & Reginę prædictis.

16 Verba vero dicenda in impositione diadematum, scilicet: *Accipe signum gloriæ*; quo ad Regem, item: *Accipe coronam imperialis excellentiæ*; quo ad Reginam, dicas tu Sabinensis: licet enim ratione prioratus hoc tibi non competat; quia tamen in legatione nostram repræsentas personam, hoc per te volumus adimpleri. Verba autem prædicta dicas alte, atque sonore ita, quod ab assistentibus audiantur. Omnes vero vos alij verba eadem, voce submissa dicatis sic, vt nequaquam audiri possitis, sicut in consecrationibus prælatorum fieri consueuit per coassistentes principaliter consecranti. Verba autem competentia in assignatione gladij post sceptrum & pomum aureum, ipsumque gladium per te Albanensis, ac vos alios tradita, scilicet: *Accipe gladium ad vindictam malefactorum, &c.* Tu idem alta & sonora voce dicas & proferas Albanensis, reliquis submissa voce eadem verba dicentibus, prout in verbis impositionum mitrarum & diadematum superius est expressum.

Sabinensi episcopo ob legationis dignitatem datum, vt coronam imponat.

17 Decantato autem euangelio, Rex coronandus offerat aurum, quod ad pedes Romani Pontificis consueuit offerri, ad pedem maioris altaris, quod vos omnes nostro recipiatis nomine Cardinales. Cætera vero solemnia peragantur cum omni solemnitate & honorificentia, prout in ordinario continentur. Oblatio vero calicis & ampullæ per Imperatorem iam coronatum, decantato euangelio, corona & manto depositis more subdiaconi Romano fienda Pontifici, & assistentia eidem fienda per Imperatorem donec Romanus Pontifex ad sedem propriam reuertatur, quia soli Romano Pontifici competunt, omittantur. Idem tamen Imperator, si voluerit, sacram communionem de manu recipiat celebrantis, osculo tamen omisso. Quibus peractis, ad thalamum rediens in ambone resumat mantum pariter & coronam. Processus autem eiusdem Imperatoris ad locum, vbi summus Pontifex equitare deberet, & detentio stapedij sellæ eius, & arrepto freno equi, cui Romanus Pontifex insideret, adextratio, officijque stratoris exhibitio, quia soli Romano Pontifici competunt, & pręsentiam ipsius exigunt corporalem, omittantur omnino. Reliqua autem solemnia, prout exprimuntur in ordinario, solemniter & honorifice compleantur.

Soli Pontifici exhiberi solita omitti iussa.

18 Quia autem, vt ex prædictis apparet, multæ obseruantiæ, multaque solemnia, multæque reuerentiæ & honorificentiæ, Romano Pontifici competentia, propter nostram absentiam omittuntur, protestamur & volumus, & apostolica auctoritate decernimus, nullum ex hoc iuris vel facti Romanæ ecclesiæ ac nobis nostrisque successoribus præiudicium generari, quin cum casus Regis Romanorum in Imperatorem coronandi occurreret, omnia exhibeantur & fiant per coronandos Romanis Pontificibus, sicut in forma, quæ in archiuio ecclesiæ, & pontificali ordinario continetur, superius descripta, seriosius est expressum. Ad eiusdem autem ecclesiæ Romanæ, nostram, & successorum nostrorum conseruationem iuris atque cautelam, volumus per vos ab eodem tam Rege coronando, quam Imperatore coronato, expresse his nostris protestationi & decreto consentiente, recipi patentes literas quadruplicatas, de verbo ad verbum tenorem pręsentium continentes, suo regali primum sigillo, ac postmodum sua imperiali bulla aurea communitas; quas vos Albanensis, Ostiensis, & Lu-

Exigit ab Henr. Clemens, vt promulgets nil dāni ex ijs prætermissis Rom. Pontifici obuenturum.

dendum terram S. Petri & Romanam ecclesiam secundum suum posse. Et si, permittente Domino, dictus dominus noster Rex Romam *venerit sanctam* Romanam *ecclesiam, & vos rectorem ipsius & successores vestros exaltabit secundum suum posse. Et cum Romæ vel alibi per vos in Imperatorem coronandus fuerit dominus noster Rex prædictus, dictum sacramentum & aliud fieri consuetum ad requisitionem vestram tempore coronationis suæ personaliter renouabit.*

12 Deinde summus Pontifex cum ordinibus suis ad altare procedit, & facta ibi oratione ad sedem ascendit, Rege cum suis tribus episcopis, videlicet Ostiensi & Portuensi & Albanensi in ecclesia S. Mariæ in turribus remanente, vbi a canonicis S. Petri receptus in fratrem imperialibus induatur insignibus, dato ipsius pallio camerario domini Papæ, qui præcedentibus illis canonicis & cantantibus: *Petre amas me? &c.* cum ad ostium basilicæ principis Apostolorum peruenerit, quæ porta argentea nuncupatur, deducentibus eum hinc inde comite Lateranensis palatij, & primicerio iudicum Romanorum, Albanensis episcopus ante ipsam portam argenteam hanc super eum benedictionem effundat: *Deus in cuius manu corda sunt* Regum, *&c.* Cum autem intra ecclesiam in medio rotę peruenerit, Portuensis episcopus hanc orationem super eum decantet: *Deus inenarrabilis auctor mundi, &c.* Qui cum ad confessionem beati Petri peruenerit, prosternat se pronus in terram, & prior diaconorum super eum faciat letaniam; qua finita prior presbyterorum dicat orationem dominicam cum capitulis istis: *Saluum fac seruum tuum Domine. Mitte ei auxilium de sancto. Domine saluum fac* Regem. Ac deinde dicat orationem istam: *Actiones nostras quæsumus Domine, &c.* Post hæc procedant ad altare sancti Mauritij, vbi Ostiensis episcopus vngat ei de oleo exorcizato brachium dexterum & inter scapulas, hanc orationem dicendo: *Domine Deus omnipotens, cuius est omnis potestas, &c.* Item aliam orationem dicat: *Deus Dei Filius, Iesus Christus, &c.*

Rex a canonicis S. Petri in sodalem adscitus imperialibus insignibus ornatur.

Preces pro Rege Rom. fundendæ. Ritus, cũ in basilicã S. Petri ingreditur, seruandi.

Brachio dextro & scapulis inũgitur.

His ita peractis, ascendit Rex ad altare beati Petri, vbi summus Pontifex, facta confessione, recipiat eum ad osculum sicut vnum ex diaconibus, ipseque procedat ad pulpitum vel ambonem, vbi thalamus constructus de lignis & ornatus de pallijs debet ei esse paratus, cum suis archiepiscopis & episcopis, principibus & magnatibus secundum capacitatem loci consistat. Primicerius autem & schola cãtorum in choro ante altare decantent introitum, & post *kyrie eleison*, & hymnum angelicum decantatum summus Pontifex dicit orationem pro ipso Imperatore: *Deus regnorum omnium, &c.* Item aliam orationem: *Suscipe Domine preces, &c.* Item aliam orationem: *Deus, qui ad prædicandum, &c.* Cumque lecta fuerit epistola, & graduale decantatum, Imperator ascendat processionaliter ad altare, vbi summus Pontifex imponit ei mitram clericalem in capite, ac super mitram imperatorium diadema dicens: *Accipe signum gloriæ, &c.* Deinde sceptrum & pomum aureum tradit ei, & post cætera gladium, ita dicens: *Accipe gladium ad vindictam, &c.*

Vt diaconus admittitur ad osculum.

Preces habendæ a Pontifice.

Aliæ inter conferenda insignia imperialia.

Qui coronatus incedens, portet in dextera manu pomum, in sinistra sceptrum, & sic ad thalamum redeat. Ipsoque ibi cum principibus suis consistente, prior subdiaconorum cum subdiaconibus Romanæ curiæ & capellanis aulæ imperialis ad pectorale dextrum ante Crucifixum argenteum laudem Imperatori alta voce decantent hoc modo: *Exaudi Christe*; scriniarij vero Vrbis sericis cappis induti ante pectorale consistentes, in choro respondeant: *Domino Henrico inuictissimo Romanorum Imperatori, & semper augusto salus & victoria.* Qua laude tertio repetita, prior subdiaconorum cum suis tribus vicibus dicat: *Saluator mundi*; & scriniarij vicissim respondeant: *Tu illum adiuua.* Deinde iste cum suis duabus vicibus dicat: *Sancta Maria*; & illi vicissim respondeant: *Tu illum adiuua*, & sic deinceps: *sancte Michael, S. Gabriel, S. Raphael, S. Ioannes Baptista, S. Petre, S. Paule, S. Andrea, S. Stephane, S. Laurenti, S. Vincenti, S. Siluester, S. Leo, S. Benedicte, S. Basili, S. Saba, sancta Agnes,* S. *Cæcilia,* S. *Lucia.* Quibus finitis, isti bis dicant: *Kyrie eleison*; & illi vicissim respondeant: *Christe eleison*; ac deinde simul omnes: *Kyrie eleison.*

Festæ acclamationes.

13 Post hæc euangelio decantato, Imperator corona & manto depositis accedat ad summum Pontificem, & offerat ad pedes eius aurum quantum sibi placuerit; ipsoque Pontifice descendente pro perficiendis missarum mysterijs ad altare, Imperator more subdiaconi offerat ei calicem & ampullam, & stet ibi donec Pontifex ad sedem reuersus communicet, sacramque communionem de manu eius suscipiat cum osculo pacis; & sic ad thalamum rediens in ambone resumat mantum pariter & coronam. Missaque finita pontificalem benedictionem reuerenter accipiat, & statim procedat ad locum, vbi debet summus Pontifex equitare: & cum ipse Pontifex equum ascenderit, teneat stapedium sellæ eius, & arrepto fræno, aliquantulum ipsum adextret; moxque suum equum ascendens procedat iuxta summum Pontificem vsque ad ecclesiam S. Mariæ in * Traspadina: vbi dato sibi osculo adinuicem, non corde, sed corpore separentur.

Calicem & ampullam more subdiaconi offert.

Pontifici in equum assilienti stratoris munus exhibet.

*Transpõtina

Si vero Regina fuerit coronanda, debet super lectorium ex opposito thalamus præparari, vbi cum duabus ad minus puellis, & aliquibus ex principibus imperij tam ecclesiasticis quam mundanis resideat: & post coronationem Imperatoris deducatur ad altare ante summum Pontificem amicta regalibus indumentis: cui summus Pontifex mitram imponat, ita quod cornua mitræ sint a dexteris & a sinistris, & super mitram imponat coronam, ita dicendo: *Accipe coronam imperialis excellentiæ, &c.* Coronata vero Regina reducatur ad thalamum, & post euangelium ducatur ad oblationem summo Pontifici exhibendam, stetque in gradibus iuxta * absidiam versus altare S. Leonis, donec de manu summi Pontificis, post Imperatorem, sacram communionem accipiat; & tunc ad thalamum reducta permaneat vsque ad finem missæ.

Quo ritu Imperatrix coronanda.

*absidem

Consueuit autem Imperator larga presbyteria omnibus exhibere, quibus ea, cum coronatur summus Pontifex, elargitur; videlicet episcopis presbyteris & diaconis Cardinalibus, primicerio & cantoribus, subdiaconis, basilicarijs, & regionarijs, vniuersitati cleri Romani, cappellanis, & cæteris officialibus & ministerialibus curiæ; præfecto Vrbis, senatoribus, iudicibus, aduocatis, & scriniarijs, ac præfectis naualium. Consueuit etiam Rex, quando descendit de monte Gaudij & venit ad ponticellum, pręstare hoc iuramentum Romanis: *Ego Henricus Rex, futurus Im-*

De muneribus erogandis ab Imp.

Imperatoris sacramentum de Roma nor. bonis consuetudinibus tuendis.

nem magnificam habebamus, mandauimus clarius aperiri.

Designato ab Henr. assumptæ in cælum Virginis festo die.

9 Verum Rex præfatus super hoc matura deliberatione prehabita, festum assumptionis B. Virginis proximo venturum, pro termino ad recipiendum in basilica Principis Apostolorum de Vrbe more solito vnctionem huiusmodi, & ipsius imperij diadema, aliaque inibi solemnia peragenda recepit, prout nobis per solemnes suos ambasciatores ac nuntios, & speciales literas intimauit, suo regali sigillo pendenti munitas; cum multa deuotionis instantia supplicans per eosdem; vt ad eum aliquos mitteremus de fratribus memoratis pro impendenda vnctione huiusmodi, & imponendo sibi eiusdem imperij diadema, alijsque solemnibus peragendis. Porro si desuper datum esset, vt circa tanti celebritatem negotij exhiberi posset nostra præsentia corporalis, vt vbi mente vigilanter intendimus, ibi præsentialiter nostrum desiderium panderemus; ad quod etiam eiusdem Regis concurrunt, vt pro certo nouimus cũ promptitudine multiplicis deuotionis affectus; gauderemus in Domino, & plurimum satisfieret nostris votis. Verum quia ex causis prędictis non possumus in hac parte affectibus satisfacere mentis nostræ, prædicti Regis frequentibus & deuotis supplicationibus inclinati, & ad personas vestras apostolicæ mentis oculos fiducialiter dirigentes; vobis, quorum nobis sunt notæ virtutes, quasque in magnis & arduis dicta sedes diuersis vicibus est experta, & de quorum operibus fructus vberes prouenisse conspicimus, super hoc nostræ solicitudinis onus duximus imponendum; sperantes, quod tanquam viri virtute magnifici, opus huiusmodi viriliter assumetis ad diuini nominis laudem & gloriam effectualiter exequendum.

Cardinalibus Pontificis loco ad celebrandã pompam delectis.

Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vos ad dictam Vrbem die assumptionis prædictæ personaliter cõferentes, ac ibidem conuenientes in vnum, tu frater Ostiensis episcope missam celebres, & Regem inungas eundem: vosque fratres Albanensis, Ostiensis, & Sabinensis episcopi, vosque Francisce & Lucas diaconi Cardinales, vel illi vestrum, qui præsentes fuerint, eisdem Regi & Reginæ mitras & diademata imperij, Regi quoque sceptrum, pomum, & gladium & alia solemnia, prout infra patentius & distinctius vobis iniungitur, tribuatis; eorumque vertices inclytos reddatis illorum insignijs cum solitis solemnitatibus decoratos, in nomine ac virtute Altissimi, prudenter, honorifice, ac etiam diligenter, prout decet tam arduum & solemne negotium, quæ vobis committimus; nostris vice & nomine exequentes in dicto festo assumptionis, si poteritis commode, vel alio certo conuenienti die, quem idem Rex ad hoc pro qualitate negotiorum imminentium duxerit eligendum. Quod si non omnes ijs exequendis potueritis interesse, quatuor, tres, duo, aut vnus ex vobis, ea nihilominus exequatur. Et ne quis in agendis solemnibus antedictis error, quod absit, interuenire valeret, modum & formam & locum agendorum, & vbi & per quas personas agenda fuerint, particulariter & distincte duximus præsentibus inserenda, prout in archiuio ecclesiæ & in pontificali ordinario continetur, quorum forma talis est.

Vt partita sint inter Cardinales coronandi Henrici munera.

Qua forma veniẽs ad portã Collinam Roman. Rex excipiendus sit.

10 Cum Rex in Imperatorem electus peruenerit ad portam Collinam, quæ est iuxta castellum Crescentij, recipiatur honorifice a clero Vrbis cum crucibus & thuribulis, & processionaliter deducatur vsque ad gradus basilicæ S. Petri, cantantibus vniuersis: *Ecce mitto angelum meum, &c.* camerarijs eius missilia spargentibus ante ipsum, & præfecto Vrbis gladium præferente. Cum autem peruenerit ante basilicam in platea, quæ Cortina vocatur, dextrandus est a senatoribus vsque ad gradus prædictos: vbi, eo descendente, tradendus est equus, cui Rex insederat, illis. Interim summus Pontifex cum omnibus ordinibus suis præparet se in secretario tanquam celebraturus diuina, & processionaliter exiens vsque ad suggestum areæ superioris, quæ est in capite graduum, super faldestorium ibi sedeat, consi-dentibus super gradus a parte dextera episcopis & presbyteris, a sinistra vero diaconis Cardinalibus; & in proximiori gradu subdiaconis & acolythis, primicerio & cantoribus astantibus circa illos cum magnatibus & nobilibus, officialibus & ministerialibus aulæ papalis.

Vt deducendus ad basilicam S. Petri.

Qua cum pompa Rom. Pontifex expectet in porticu.

11 Tunc Rex cum archiepiscopis & episcopis, principibus & magnatibus suis ascendens ad summum Pontificem, reuerenter osculetur pedes ipsius, et offerens ei aurum, quantum sibi placuerit, benigne recipiatur ab eo ad osculum & amplexum. Quo demum surgente, Rex ipse a parte dextera & prior diaconorum a parte sinistra deducant eum vsque in ecclesiam S. Mariæ in turribus: vbi ante altare, subdiacono euangelij textum tenente, Rex super illum corporaliter præstet huiusmodi iuramentum: *Ego Henricus Rex Romanorum futurus, annuente Domino, Imperator promitto, spondeo, & polliceor coram Deo & beato Petro, me de cætero protectorem & defensorem fore summi Pontificis & sanctæ Romanæ ecclesiæ in omnibus necessitatibus & vtilitatibus suis, custodiendo & conseruando possessiones, honores, & iura eius, quantum diuino fultus adiutorio fuero, secundum scire ac posse meum, recta & pura fide; sic me Deus adiuuet & hæc sancta, &c.* Forma autem iuramenti præstiti in Auinione per procuratores & nuncios prædicti Regis Romanorum, tempore suæ coronationis renouandi, talis est.

Vt Rex Pontificis pedes osculaturus sit.

Perrecturus cum ipso ad S. Mariam in turrib.

Deuincturus se sacraméto ad tuendã ecclesiam.

Nos Sifridus Curiensis episcopus, Amadeus comes Sabaudiæ, Ioannes dalphinus Viennensis & Albonensis comes, Guido de Flandria, Ioannes comes de Saraponte, & Simon de Maruilla thesaurarius Metensis nuncij & procuratores serenissimi principis Henrici Romanorum Regis, habentes ad omnia infrascripta plenam & generalem ac liberam potestatem, & speciale mandatum ab eodem, prout constat per prædictas patentes literas ipsius; vobis sanctissimo patri & domino domino Clementi diuina prouidente clementia Papæ V. vice & nomine dicti domini nostri Regis, & in animam ipsius promittimus, & iuramus per Patrem & Filium & Spiritum sanctum & per hæc sancta Dei euangelia & per hoc lignum viuificæ crucis & per has reliquias sanctorum, quod nunquam vitam, aut membra, neque ipsum honorem, quem habetis, sua voluntate, aut suo consensu, aut suo consilio, aut sua exhortatione perdetis: & in Roma nullum placitum aut ordinationem faciet de omnibus, quæ ad vos pertinent aut Romanos, sine vestro consilio & consensu: & quicquid de terra Romanæ ecclesiæ peruenit ad ipsum aut perueniet, vobis reddet quam citius poterit. Et quandocunque in Lombardiam & Tusciam aliquem mittet pro terris & iuribus suis gubernandis, quotiens mittet eum, iurare faciat illum, vt adiutor vester sit ad defen-

Sacramẽtum aliud in coronatione imperiali renouandũ.

den-

causas prorogatum ad tempus: iamque sancitum totius coronationis officium in Vrbe, & redactum in formam cum omnium praordinatione solemnium; ipseque confidens ad solitam virtutem exurgat, vires animumque indeficienter intendat; seque ac confratres alios non ad aliud præmissos, nisi vt se adiuuent, foueant temporalibus & spiritualibus fulcimentis: & ipse quidem tantum circumspiciat, si poscat, requisita summiopere impleturos.

Ritus coronandi Cæsaris descripti a Clemēte.

7 Quod ad formulam illam attinet, cuius mentio fit ab auctore, quaque sanciti erant omnes ritus in imperiali inunctione & corona conferendis a Cardinalibus obseruandi, illam e veteribus Romanæ ecclesiæ exceptam monumentis, atque in subiecto diplomare [a] repetitam, in lucem adducere rei dignitas persuasit.

a Clem. l.6 ep. c8.754. ext. etiam insertum lit. Henr. Imp. in l. priu. Rom. eccl. to.3. pag.142. & M. S. Vall. sign. lit. B n.12 pag.378.

Venerabilibus fratribus Arnaldo Sabinensi Apostolicæ sedis legato, ac Leonardo Albanensi & Nicolao Ostiensi Episcopis, & dilectis filijs Francisco S. Luciæ in silice & Lucæ S. Mariæ in via lata diaconis Cardinalibus nuntijs eiusdem sedis.

De sedis Ap. dignitate, quæ honorum apicē Imperatoribus conferat.

Rex Regum & Dominus dominantium Dei clementissimus Filius Iesus Christus, honore multiplici Reginam præfulgidam, sibi in vestitu deaurato circumamictam varietate assistentem a dextris, sanctam videlicet ecclesiam sponsam suam, quam suo pretiosissimo sanguine redimitam clementer sibi inseparabili fœdere coniungi voluit, honore primatus multiplicis, ac multifarie præeminentiæ insigniuit. Sed in eo potissime ipsam honorabilem, & felici ac præcellenti reddidit dignitatis statu fulgentem, quod eidem tantam tribuit plenitudinem potestatis, vt personis quantumcunque conspicuis, quantumcunque solemnitate insignibus & præclaris, in ijs possit, sibique competat adesse magnifice, per quæ ipsæ clari nominis titulum, & famosæ consequantur potentiæ culmen & etiam incrementum. Dominator enim cæli, qui solus altissimus potestatem habet in regno hominum, & quæcunque voluerit suscitat, super illud potestatem dedit ei & honorem & regnum; potestatem, inquam, æternam, quæ non auferrur, & regnum quod non corrumpitur, vt Imperatores & Reges in ipsa & per ipsam doctrina salutari intelligant, & erudiantur iudices orbis terræ eidem seruire & obsequi in timore, qui imperat ventis & mari. Cuncta namque, quæ in cælo sunt & in terra, sua sunt, suum est regnum, ipse est super omnes principes: suæ sunt diuitiæ, sua gloria, qui dominatur omnibus; & in manu eius virtus & potentia, magnitudo & imperium omnium, sub quo curuantur qui portant orbem. Per eum enim Reges regnant & principes, & legum conditores iusta decernunt: qui habet in femore suo scriptum Rex Regum & dominus dominantium; ad cuius præceptum eleuabitur aquila, & ponet in arduis nidum suum.

Vt eam auctoritatē a Deo acceperit.

De confirmata Henrici Regis Rom. electione.

Sane dudum post electionem charissimi in Christo filij nostri Henrici Regis Romanorum illustris, celebratam concorditer per regni Alamaniæ principes, in electione Romanorum Regis vocem habentes, cum imminet facienda; solemnes dicti Regis ambasciatores ac nuntij ad nostram præsentiam accedentes, & nobis eiusdem electionis præsentato decreto, ad eorum instantem & deuotam supplicationis instantiam, coram nobis & fratribus nostris iteratis vicibus & per interstitia temporum repetitam, præfatum Regem, quia per decreti præfati, & conditionis personæ ipsius, non leui notitia antea nobis & fratribus nostris notæ, examinationem coram nobis & eisdem fratribus habitam diligenter, in quantum fieri potuit eodem absente; sufficientem ipsum, idoneum, & habilem inuenimus ad præfatum Imperium obtinendum, & electionem ipsam canonicam extitisse; de eorundem fratrum nostrorum concilio ipsum reputauimus, nominauimus, approbauimus, denuntiauimus, & declarauimus Romanorum Regem, iustitia exigente; ac fore idoneum, sufficientem, & habilem ad dignitatem imperialis celsitudinis obtinendam: pronunciantes insuper, ac etiam decernentes, sibi per nostras manus loco & tempore opportunis debere concedi vnctionem, & ipsius imperij diadema, certum ad hoc ei terminum assignantes.

Promissa ei imperiali inunctione.

Aduentu eius in Italiam.

8 Cumque postmodum Rex præfatus Italiæ partes fuisset potenter ingressus, & a Lombardiæ ciuitatibus, alijsque locis insignibus, ad quæ declinauerat, honorifice & pacifice iam receptus, alij præfati Regis ambasciatores & nuntij ad Apostolicæ sedis præsentiam accesserunt; qui cum multa nobis instantia inter cætera supplicarunt, quod cum ipsi patenter aduerterent, sicut eis iam per nos super hoc responsum extiterat, quod propter generale concilium, quod in kal. octobris proximo venturis disposueramus, dante Domino, & disponimus celebrare, aliaque multa & ardua plurimumque vrgentia, quæ necessario in citramontanis partibus expedienda nobis negotia incumbebant tunc temporis & incumbunt, prædictam vnctionem & imperij diadema, aliaque solemnia per nostras manus Regi non poterant memorato concedi; terminum ipsum sub spatio temporis breuioris concludere, ipsamque vnctionem & imperij diadema, cæteraque solemnia per aliquos de fratribus supradictis in festo pentecostes, tunc proximo secuturo, impendi facere dignaremur. Nos vero prædictis nuntijs receptis mansuetudine consueta, & ijs & alijs, quæ coram nobis voluerunt proponere, diligenter auditis, eis certo modo duximus respondendum; eiusdem Regis, super hoc cum prædictis fratribus nostris diligenti deliberatione præhabita, nihilominus desiderijs annuere intendentes.

Missis ab ipso oratoribus ad poscendā imperialē inunctionem.

Obiectis varijs impedimētis

Et quia propter temporis nimiam breuitatem in dicto festo pentecostes solemnitatem vnctionis & coronationis huiusmodi non posse fieri credebamus, nec Rex ipse in præfato festo sibi, vt eius decebat honorem, de apparatu ad hoc necessario potuisset forsitā prouidisse, significauimus ei per nostras literas speciales, vt tanti arduitate negotij diligenter inspecta, & considerata prudenter temporis qualitate, aliquem certum & solemnem diem, prout crederet conuenire, post festum prædictum eligere, ipsumque nobis significare illius deliberatio non differret, vt infra diem ipsum, aliquos de fratribus supradictis, de quibus apostolica deliberatio prouideret, qui ei vnctionis eiusdem munus impenderent, & imponerent vice nostra præfatum diadema imperij, ac alia inibi agenda solemnia peragerent, mitteremus; dilectos filios magistros Robertum electum Salernitanum, & Hugonem Geraldi cantorem Petragoricensem cappellanos nostros ad eundem Regem super his cum eisdem nostris literis destinantes, per quos sibi paternæ sinceritatis affectum, & mentis apostolicæ puritatem, quos ad statum ipsius & exaltationem

na & perniciei opes & operas interponerent, accepturi centuplicia laborum merita ad abluenda crimina diuinitus pro delictis. Fulciebat ea ratione suam causam Henricus, vt hostes domaret, quem parto imperio apostolica diplomata spreuisse visuri sumus. Nec deerant Cremonensibus contraria argumenta: *Cremonenses*, inquit auctor, *in aduersum opinionibus freti suis, quas iustas putabant, vallabant rationibus: hunc non Regem sed tyrannum diuulgabant, cum iam tyrannides in vrbibus exercēdas decreuerit, antiquos tyrannos titulis imperialibus approbans, alios ad libitum dominantium constituens deijci populos, quos introduci fecerat iubens, & pellentes subsidijs fouens; totumque parti Gibellinæ deditum, Gelpham in Lombardiæ partibus opprimens; ad Tuscos eiusdem partis eleuandos feruentius aspirans. Hæc dictitabant Cremonenses, &c.* Fracti a demum illi, ad obsequium pactis legibus se dedidere.

a Io. Vill. l.9. c.15. Ptol. Luc. l.24. c.40. Lud. Can. in annal. Cremon. b Alber. l. 3. c.5. Iord. vbi sup. c Alber. l. 3. c.11.

Interea Genuenses b fascibus imperialibus se submisere, Vicentia Aymonis Gebēnensis episcopi & Canis Scaligeri opera Patauinæ ditioni erepta: quin etiam ipsummet Patauium, quod iam multo ante diuulsum fuerat ab imperio, inq; Rom. ecclesiæ clientelam demigrarat, Clementis iussu Henrico & imperio restitutum est, vt narrat subiectis verbis Albertinus c: *Ab Rege missus Aymo Gebennensis episcopus, ab senatu singulisque senatoribus & tribunis iuramenta fidelitatis suscepit; factaque est ciuitas Padua imperio fidelis, Henrico VII. præfato regnante anno a Iesu Christi ortu vndecimo trecentesimo millesimo* XII. *kalen. iulij. Et si ad syderum constellationumque reuolutiones aspectum quisquam direxerit, notabilis hæc dierum identitas: nam & hac ipsa die post annos sex & quinquaginta, qua ab imperio ad ecclesiam Romanam defecerat, ad imperium rediji: Interea duo de transmissis a Patauio ad Romanam curiam legatis*, & infra: *Paduam demum applicuere, senatuique papale responsum retulere, vt scilicet inclyto Regi ecclesia sanctæ filio Christianissimo pareant omnino; nec prius cuiquam locum supplicationi *: tum demum admittendas Paduanorum petitiones pontificali clementiæ, regio culmini & ipsorum statui congruentes.*

Patauium Henrico paret.

Ea in re Clementis opera.

* fore

d Iord. M. S. Vat.

Exceptos Taruisij d etiam cæsareos oratores addit auctor, cum prius Petrum Gradenicum ducem ac senatum Venetum, non vt clientes imperij, cuius legibus soluti essent, sed socios ad eblandiendam pro imperiali inunctione promouenda opem petitum adijssent: *Aymo Gebennensis episcopus*, inquit Albertinus e, *Grato dominus Cleriaci, & Andreas iudex Gareti Astensis a Cæsare transmissi Venetias se transtulere: quos Petrus Gradenico dux Venetorum, cum comitiua obuiam nauigans, comiter honorificeque admodum accepit, in ducatum adducens. Nec ab illo seu Venetis fidelitatis vel obedientiæ cuiusquam fœdus petitum: nam & maturius cum Rex prima Italiæ ostia contigisset, legatos illi dux ipse direxerat cum regalibus xenijs honorificabilitatis, nec obsequentiæ vllius causa: quibus etiam inhibitum pedes oscu'ari regios. Sic aiebat. indultum Venetiarum dignitati, communibus ecclesia imperijq; largitionibus antiquatis: munera tamen iuuamentaque ad coronationis progressum, galearumque corpora seu vasa, siquidem nauigio in quoquam mari opus fuerit, quæsijsse dicti sunt: ad quæ dux se tanquam amico Henrico Romanorum Regi, captatis opportunitatibus, seruitia & honores iuxta primatum suorum capiunda consilia impensurum despon-*

e Lib.3. c. 13.

Veneti Cæsarem sociū, non principē agnoscūt.

Muneribꝰ eum exornant.

dit. Donatos a Venetis cæsareos oratores ingenti vi auri, refert Ioannes Villanus a, atque ex ea coronam auream interstinctam gemmis, sedemque imperialem ex argento inaurato conflatas fuisse.

a Io. Vill. l.9. c.14

6 Secundis hisce successibus vsus Henricus, cum vniuersa ferme Insubria illius iugum accepisset, ac tum Brixiam quateret, amplissimos oratores ad Clementem misit, qui rogarent, vt cum Viennensi concilio celebrando distineretur, ad conferenda illi festo pentecostes imperialia insignia Cardinales decerneret. Quibus respondit Clemens b celebritatis diem, vt apparatum ad eam pompam necessarium instrueret, tum ob gerendarū rerum magnitudinem, ad aliud festum prorogandum videri: neque in deliberationem adducta, Romanorum Rex assumptæ in cœlum Virginis diem ad accipienda Romæ in principis Apostolorum basilica imperialia ornamenta elegit, alijsque oratoribus, vt Cardinales legati in eam rem mitterentur, deprecatus est. Cuius preces admittendas ratus Pontifex, eam prouinciam quinque Cardinalibus, nimirum Arnaldo e Pelagria Sabinensi, Leonardo Albanensi ac Nicolao Ostiensi episcopis, tum Francisco & Lucæ diaconis Cardinalibus demandauit c: inter quos singula munia est partitus. Meminit de hac cæsarea legatione ad Clementem, deq; Cardinalibus a Pōtifice ad Henricum imperialibus insignibus exornandum decretis Albertinus Mussatus, scriptor accuratissimus, his verbis d.

Henricus vrget, vt Cardinales ad cōferendum insigne imperiale designet.

b Lib.6. ep cur.65.

Quinque Cardinales ad id destinati.

c Lib.6. ep com.754.

d Alber. l. 4. c.1.

Basiliensis episcopus vnus ex regiæ curiæ principibus Auinionem, vbi tunc papalis curia residebat, transmissus a Cæsare, benigne a Papa susceptus, totum Cæsaris progressum, difficilesque vicissitudinum anfractus, pertinaciamque Brixianorum, complicumque, ac fautorum seriatim dictauit: qualiter etiam ob Bononiensium, Florentinorum, Tuscorumque factiones resistentiæ, argumenta habeantur statuta die B. Mariæ Virginis iam iam accedentis augusti coronam, præsertim in Vrbe, assumi non posse, prorogandum terminum hunc quandocumque se captaret facultas fore: idque non modo ipsius Basiliensis desiderio instantis, sed eadem optantis Papæ pro more instinctu obtentum est, decretique ab latere legati Arnaldus de Frangerijs Sabinensis episcopus, hicque principaliter ad coronam capiti Cæsaris imponendam legatus; Nicolaus Ostiensis & Veletrensis episcopus, Leonardus de Guercino episcopus Albanensis, Lucas de Flesco S. Mariæ in via lata diaconus Cardinales, quos inter, vt prædiximus, constitutus & prælatus absentis Papæ loco Sabinensis episcopus.

Extracta coronationis dies.

Disceptatione in consistorio habita quisnam eorum ad eam dignitatem præferendus foret, allegante Ostiensi, quod cum Papam coronare suum esset, sic & consequenter Imperatorem; Sabinensis ex aduerso dictabat, certum esse vt Imperatorum coronationibus Sabinensis semper Papa proximior coronam erigat officiosior alijs, illic præsertim. Sicque Papa pronuntiante obtentum est, vt Sabinensis illo fungatur officio, cæterisque præsit. Iussi igitur in Italiam quam mature proficisci, illud celebre coronationis obsequium capta in eiusdem Regis optione temporis habilitate, executuri celerrime iter arripuere. Duo tamen facilioribus aditibus alpes transilientes, scilicet Sabinensis & Albanensis, in Regis castra circiter augusti kalendas applicuere, ibique summa recepti lætitia Regem Reginamque papali benedictione consalutantes, indultum Regi annuntiauere coronationis terminum, ob iustissimas cau-

Ostiensis & Sabinē episcopi de corona imponēda certant.

Cardinales ad Hēr se conferunt.

villas incendere, vt in ardentibus victorijs est mos victoribus, idque inultum pertransire.

3 Is Gibellinæ factionis in Guelpham furor Italiam tumultibus, incendijs, cædibus, rapinis compleuit, ijsque malis demum Henricus & eius frater Golerannus inuoluti perierunt. Nascentis huius ciuilis pestis exordia, secutasque Italiæ conuersiones præter Iordanum a, Ptolemæum Lucensem b, Ioannem Villanum c, S. Antoninum d, Conradum Vvecerium e, aliosque describit Albertinus Mussatus f: *Ea, inquit, fauilla intra urbis penetralia sic feruentes flammas extulere, vt omnis Italia nouarum rerum iam excisa incaluerit, prodijtque fama ventilabro mixtis veris falsisque promiscuum iam Regem in tyrannum versum facultates populorum dissipare, partiarium se palam ostendere, Theutonicorum rabies, Francorumque insolentias in Latinos insæuire: verum diuulgantium pars Regem non corruptum, sed domesticis suis violatum aiebat, occisis pulsatisque id parum prodesse. Viciniores perculsæ se ijs terroribus ciuitates, & præsertim partis ecclesiæ nomen ex antiquo tenentes, omni potiundæ quietis spe exutæ rebellauere. Crema, Cremonaque viciniores, pulsis vicarijs præsidijsque regijs, iugum excussere, Rhegini, plus æquo exultantes, partis imperij fautores seque ob vana regia militia in partem detegentis extollentes expulere, fuga remedio vicario cedente. Iisque talibus Mediolani nouis elati Macij, Brixiæ paulo ante dominatores, in Thebaldum de Bruxadis cæterosque, qui nuper iussu Regis Brixiæ ciuitatem intrauerant, insultum mouere: sed fortuna eorum diuertens affectus, populo plebeque, quos iam veteris dominij pertæsum fuerat, noua affectantibus, vices mutauit, vt pluribus cæsis multisque captis Maphæus de Macijs & Brixiensis episcopus eiusdem nepos vix fugam arriperent, ad castrum Vrceorum se proripientes: sicque Thebaldus, qui Cæsaris beneficio impune in ciuitatem restitutus fuerat, suique sequaces, fulciente populo primum locum obtinens, vt cæterorum eiusdem partis principes exclusis ad libitum Maciorum amicis vrbem Brixiæ possedit. Albertus de Roglogone, quem Rex vicarium ibidem præfecerat, nullis suffultus patratis cessit, comiter tamen habitus a Thebaldo & suis non abscedit Cumarum ciuitas ijs tumultibus paulisper commota, Gebennensi tamen episcopo illo iussu Cæsaris ad reconciliationem properanti obediens subsedit. Rubeorum pars, in ciuitatem Parmensem Cæsaris imperio adducta, pacem cum Giberto de Corrigia inuita rupit, congressuque impar cum Giberto victa fugataque cum strage multa cæsorum captorumque ex vrbe discessit.*

a Iord. M.S. Vat. sig. n. 1960. b Ptol. Luc. M.S. hist. eccl. l. 24. c. 40. c Io. Vill. l. 9. c. 11. 14. 15. & c. d Ant. 3. p. tit. 21. c. 2. §. 4. & c. e Conrad. Vvec. in Henr. VII. f Alb. Muss. l. 2. c. 3.

Dissensio vniuersam Italiam peruagatur.

Ingentes in vrbibus conuersiones.

4 Tot tantique seditionum fluctus Henricum, aulamque cæsaream curis ingentibus impleuere, multisque priuatis consilijs sancitum explicandam clementiam, conciliandos Mediolanenses, imposita vectigalia mitiganda. Vtque primum proceres cæsarei monerentur officij, ipsos in concionem vocatos ob præterita crudelitatis exempla ab Henrico verbis castigatos, refert memoratus auctor g: *His stabilitis solicitus Cæsar Amedeũ Sabaudiæ comitem, dalphinum fratres germanos, ducem Austriæ, Ioannem de Calcia Flandrensem marescalcum curiæ, Flandriæ comitem, aliosque Germanos & Francos ex principibus siuocasse actus est, in eosque vultu verbisque nunc tristibus, nunc horridis, ardentibus in iram oculis, sermones intendisse sic inquiens: Deum meum, cælum, sydera, testor, o Franci Germanique socij commilitones, necessarij mei, fratres, agnati, cognatique, mea caro sanguisque meus, nulla me mundi gloria nullique mortalium cupidinum affectus ad has mundi motiones adducunt. Si sursum aspiciam, motorem Deum, si infra, Clementem Papam intueor: ijs ducibus vehor. Et quis contra me? nisi ipse ignarus ingratusque facinoribus assentiam, vt cæcus a cæcis ductus delabar in foueam? An ille supremus iusti & æqui præceptor Deus quidquam sanctius statuit, quam vt proximum diligam vt me ipsum? Vlla ne discretio vel differentia inter Christicolas quis ille sit proximus, Germanus, Francus, Vvandalus, Sueuus, Longobardus, an Tuscus? Et quisquam vestrum respondeat Gibellinos. Proh facinus! Ad quid veni? Ad quid missus? Vt prædecessorum cuiuspiam errores impius successor exequar? Schismata antiquata iam suscitem? Clemens & Dei sedem in terris obtinens nostrum ad id progressum mouit, in plumbo consculpens, vt Gibellinis Guelphos subijciam, vel e contra? Quænam hæc paritas? hi imperij, illi ecclesiæ velaminibus inuidiosa induere nomina? quibus hæc suggessit? lucifer ille, qui cecidit. Ergo & Clementis Papæ nuncius, cuius sub signaculo in me Christicolæ vt in alterum Dei luminare conspiciunt, alterum eorum genus insecutus progrediar, alterum perditurus? Non sic, temerarij nostrorum actuum peruersores, præsertim quos ex vobis illud præcordiale scelus inuasit. Præmoriar ipse, priusque huius corporis compagine quam mente diuidar. Et si quos ex vobis illa prorsus vrgeat cordis anxietas, vos siquidem mecum progeniti fratres (in fratres aspiciens) abite hinc, retro callem appetite, sæuite vobis auctoribus, non me duce, non principe. Per Deum immortalem nostras euitate secures, quas primus huiuscemodi concitator tumultus suo sanguine cruentas excipiet. Heu iam Longobardiæ Italiæque ciuitates, iustissimis accensæ iracundijs, si vulgata fidem teneant, nos vt famosos tyrannos detestantur et fugiunt. Quidni? singula quæque animalia mortem perniciemque deuitant.* Eandem Henrici orationem paucioribus collectam verbis Iordanus a, & Ptolemæus Lucensis b, referunt.

Henricus seditiones pacare studet.

g Mussat. l. 2. c. 4.

Suos proceres graui oratione castigat.

Profitetur nullius apud se discrimen esse.

Porro Guidonem Turrianum, qui Cremonam perfugerat, ac socios varijs clementiæ lenocinijs demulcere irrito conatu nisus est, & Cremonenses illi aperte hæc præter acerbiores extorsiones obiecere c: *Ipsum Cæsarem, quod intolerabilius erat, Theutonicos in Latinos dimissa licentia sinere insanire: iam Gelfos vbique delendos, ex præsumptionibus inultorum excessuum in ipsos commissorum apparere, cuius & Cæsaris partiaria mentis indago significat in singulis ciuitatibus & locis vicarios Gibellini nominis institutos, parti ecclesiæ iam timendum esse, innouatum Frederici schisma vetus; demum consilium capiendum ab amicis, socijsque Longobardis & Tuscis respectu habito respondendum.*

a Iord. M.S. Vat. sig. n. 1960. b Ptol. Luc. hist. eccl. M.S. l. 24. c. 40. c Alb. Muss. l. 2. c. 5. Iord. M.S. Vat. Ptol. Luc. vbi sup.

Obiecta illa Cremonensibus.

5 Exinde coitiones Guelphorum multiplices factæ, ad quas obtundendas Henricus expediuit arma, & Cremonenses igni & aqua interdixit. Tum pontificijs diplomatibus, quibus clientes imperij Henrico parere iussi erant, instructus eosdem vti hæreticos est insectatus, vt refert hisce verbis Albertinus d: *Annuntiatis edictis vicarios populosque in dictam diem in Cremonensium agris castra posituros inuitauit, imperialibus monitis papalia subiungens anathemata, vt tanquam extra Christicolarum communionem constituti Cremonenses loco eorum habeantur, quos ab orthodoxæ fidei semita deuius error abduxit. Et idcirco persecutores eorum digni Dei obsequijs, qui ad ipsorum damna*

d Alb. Muss. l. 2. c. 6.

Bellum ijs indictum

*Papa pontificatus sui anno sexto in sabbato quatuor temporum, in aduentu scilicet, XIIII. kal. ianuarij in Auinione fecit secundam ordinationem quinque Cardinalium: fueruntque tunc assumpti in Cardinales Arnaldus de Fleugueriis archiepiscopus Arelatensis in episcopum Sabinensem, Bertrandus de Bordis episcopus Albiensis et camerarius Papæ, qui obijt infra annum sequenti mense septembris, Arnaldus Nouelli abbas Fontisfrigidi Cisterciensis ordinis vicecancellarius in presbyteros Cardinales; Raimundus vero Guillelmi de Fargis nepos Papæ ex sorore, Bernardus de Garuo * de S. Liberata nepos Papæ ex consanguinea germana in diaconos Cardinales, qui nondum erant subdiaconi ordinati.* Quibus consentiunt ea, quæ Felix Contelorius ex libro obligationum decerpsit a, ac Martinus Polonus b & alij tradunt. Et quidem quod ad titulos, quibus sunt insigniti, spectat; Bertrandus SS. Ioannis & Pauli, Arnaldus Nouelli S. Priscæ titulos accepere, diaconi vero Raimundus S. Mariæ nouæ, & Bernardus S. Agathæ in Suburra ecclesijs præfecti sunt.

* al. Gauo

a Cōtel. in elench. Card. in Clem. V. secunda creat. Card.

b Mar. Pol. l. 4. hoc an. Ciacc. in Clem. V. II. creat.

48 Hoc denique anno migrauit ad cælestem immortalitatem B. Nicolaus Eremita Neapoli in ecclesia, cui ornandæ dabat operā, noctu occisus a nefario homine, qui optionem ipsi impiam, vt occideret vel occideretur proposuerat. At diuina vltio ab homicida non abfuit, ex loco enim nunquam aufugere potuit, quamuis a nullo mortalium detineretur.

B. Nicolaus eremita.

IESV CHRISTI
Annus 1311.

CLEMENTIS PP. V. annus 7. HENRICI ROM. REG. 3. ANDRONICI IMP. ORIEN. 28

1 Coeptum est anno a redempto humano genere millesimo supra trecentesimum vndecimum Viennense in Galliis œcumenicum concilium: instituti ad opprimendam fœdam hæresim in Italiæ plerisque locis enascentem, quam sectarij in omnes libidines effusi libertatis spiritum appellabant, fidei censores: Bonifacij VIII. memoria, discedentibus e iudicio eius accusatoribus, suo splendori restituta: euulsa ex omnibus commentarijs aduersus Regem Galliarum ab eodem gesta; decretique ad Henricum Romanorum Regem, imperialibus infulis Romæ exornandum, legati Cardinales, cum iam ferrea corona Mediolani fuisset redimitus, quam ipsi quidem archiepiscopū Mediolanensem hoc anno contulisse testatur Bernardus c his verbis: *Vbi,* Mediolani nimirum, cuius ingressum sub anno superiori descripsit, *in epiphania Domini subsequenti recepit coronam ferream, quam eidem archiepiscopus Mediolanensis imposuit: quam tamen accipere debebat in Modœcia ex more antiquo.* Et quidem Henricum vulgasse literis, coronam ferream die epiphaniæ sacro sibi a legatis Pontificijs Modœciæ impositum iri, testatur Cortusiorum d historia, at mutatam designationem loci addit Bernardus: *Sed ex causa hæc fecit in Mediolano, & in festo illius coronationis fecit milites cc. e diuersis nationibus.* Eadem refert Ptolemæus Lucensis e his concepta verbis: *Tunc Cæsar Henricus anno Domini M. CCC. XI. Mediolani in festo epiphaniæ a diœcesanis vnam suscepit de coronis imperij: quod Modœcia ægre tulit vbi id fieri consueuit.* Consentiunt ijs gesta M. S. Clementis, ac tradunt similia præter alios Iordanus a, Ioannes Villanus b, & S. Antoninus c; sed omnium accuratissime Albertinus Mussatus d, qui a Patauinis ad cohonestandam celebritatem orator missus e interfuit.

Insignes hoc anno res gestæ.

c Ber. chr. Rom. Pon. M.S. Vat. bibl. signu 2040. in Henr. pag. 40. Gesta M.S Clem. V. et chr. Pont. M.S. Vat. bibl. sig. n. 3765. et alij.

Henricus Rex Rom. Mediolani ferream coronam accipit.

d Guill. et Albrig. Cortusior. hist. l. 1. c. 12.

e Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 40.

Triumphans, inquit, *in Mediolano Rex Henricus corona ferrea insigniri iuxta legis imperialis sanctionem antiquam statuit, euocarique populos, dimissis edictis ad diem certam in ipsa Mediolani vrbe, & sanctissimi Ambrosij æde, seu oraculo: quamquam disceptatum an Modœcia id fieri oportuerit, vt plurimum moris antiqui fuerat, decisum tamen & illic fieri nihil interesse. Illud quoque principum, baronum, ac populorum iam subiectorum frequentia & latitudine effectum est: ad id ex nondum parentibus inuitati vocatique interfuere Patauinorum, Vicentinorumque legati, regiam coronationem præsentijs honorantes, seque non ex fidelibus imos zelis bonis &, cum se captaret temporis opportunitas, operibus offerentes: quibus mite responsum gratificandi cum sibi imperioque, vt deceuerit, se deuote submiserint, reddidit. Coronati itaque Henricus Cæsar, Augustaque Margarita anno ab ortu Domini nostri Iesu Christi vndecimo trecentesimo millesimo VIII. id. ianuarij ferrea corona, quam lauream appellabant, in equis phaleratis rubro scarleto cum purpureis tegumentis super vertices latis se populis exhibuere per vrbem, Rege sceptrū manu dextra gestante, videlicet scipionem aureum lilio supra renitente.* Nonnullisque interiectis de forma corporis, mores ita describit: *Magnanimitatem comitari mansuetudo videbatur, & diuini cultus instans sedulitas, cuiusquam cum subiectis pactionis impatiens, Gibolengæ Gelfaue partium mentiones abhorrens, cuncta absoluto amplectens imperio.*

a Iord. M. S. Vat. sig. n. 1960.
b Io. Vill. l. 9. c. 9.
c Ant. 3. p. tit. 21. c. 2. §. 4. Vvic. in Henr. VI. et alij
d Albert. Muss. l. 1. c. 10.
e Guill. et Albrig. Patau. hist. l. 1. c. 12.

Disceptatum an Modœciæ an Mediolani ritus celebrandus.

Margarita Augusta cum viro coronata. Quo cultu Henr. insignitus

2 At licet Henricus affectaret, tum ad vniuersos alliciendos ad obsequium, in neutram partem Gibellinam Guelphamue proniorem videri; plures tamen Guelphi, ne prætura vrbium ac magistratu pellerentur a Gibellinis, diffisi sunt Henrico. A Florentinis enim, eorumq; fœderatis oratores ad Henrici coronationem exornandam non esse legatos Ioannes Villanus & S. Antoninus tradunt f, Henricumque adducendis in mutuam concordiam Mediolanensibus studuisse: Matthæum Vicecomitem eiusque sequaces restituisse patriæ; mox tamen inter Vicecomites ac Turrianos ferro flammaque certatum. Seditionis illius Mediolanensis, quæ maximi belli faces intulit toti Italiæ, causas deriuat Albertinus Mussatus g in Henrici extorsiones, & aduersarum factionum mutuas suspiciones.

Florentini ab eo desciscunt.

f Io. Vill. et Ant. vbi sup.

g Alb. Muss. l. 2. c. 1.

Comparatis itaque ad seditionem animis, cum magistratus stipendium a ciuibus in foro exigeret, ab vno arma conclamante temere emissa vox, multitudinem in easdem voces exacuit, & mox coorta seditio. Prætoriæ cohortes armis instructæ ad eam comprimendam procurrere, factæ plurimæ strages, præcipue a Galeatio Matthæi filio æmulos quosque opprimente: Turriani post asperrimam pugnam fusi, Guidonis domus direpta excisaque. Dirempta tenebris pugna, in armis pernoctatum, neque illucescente die, quāuis a præcone cædibus temperare iussum esset, restinctus ciuilis cruor; addit enim Albertinus: *Theutonicorum plerique, quibus se & Maphæi Vicecomitis nōnulli complices adiunxerant, in Turrianos eorumque partis consortes desæuierunt partiarijs nuncupationibus, vt si se Gelphos aliqui profiterentur, animaduersum in eos: si quidem Gibellinos, illæsi abirent, per colonias Vicecomitum fidos: aggressi Turriani nominis plurimos occidere, domos, et* vil-

Seditio Mediolani coorta.

h Alb. Muss l. 2. c. 2. Iord. M S. Vat. sig. n. 1960. Ptol. Luc. hist. eccl. M.S. l. 24. c. 40.

Guelphū nomen professi cæduntur.

postellano, et.. Ispalensi archiepiscopis, et .. Legionensi ac.. Seguntino episcopis.

Querelæ in principes coniuratos, qui obsidionē Algeziræ soluere coegerūt.

Prout Regis querula insinuatione peruenit, nonnulli filij Belial, quærentes quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, Deum non timentes, nec hominem reuerentes, contra ipsum Regem personaliter huiusmodi negotium prosequentem, in enormem læsionem fidei Christianæ, & dictorum Saracenorum fauorem graues turbationes & scandala suscitare curarunt, obsidionem de Algezira impedire conantes, ac inducentes homines & vassallos Regis eiusdem, ne eidem Regi, sicut ordinatum fuerat & promissum, adiutorium in pecunia pro prosecutione supradicti negotij exhiberent, corrumpendo etiam animos assistentium Regi prædicto in negotio memorato, impediendo expugnationem castrorum, quæ per Saracenos detinebantur eosdem, & reuelando eis secreta exercitus, ac præmuniendo ipsos de ijs, quę in ipsorum expugnationem per ipsum Regem fuerant ordinata; seducendo & subuertendo nihilominus animos exercitualium, ne in exercitu remanerent, moram in eodem exercitu eis periculosissimam asserendo, suadendo quod de exercitu secure recederent memorato, securitatem & defensionem recedentibus promittendo: propter quæ dictus exercitus in non leui quantitate equitum & peditum extitit notorie diminutus, immo annihilatus omnino, & nonnulla alia per eosdem iniquitatis filios temere præsumpta & patrata fuerunt, quæ in Dei contemptum, fidei catholicæ detrimentum, dicti Regis & regnorum & terrarum suarum graue scandalum, grande periculum & enorme præiudicium redundare noscuntur.] Imponit a prouinciam ijsdem præsulibus, quibus antea promouendæ Granatensis expeditionis partes erant traditæ, vt censuris eos percellerent, qui sacra illius belli consilia disturbarent; ita tamen, vt sontium pœnis insontes non inuoluerent. *Dat. in prioratu de Grausello prope Malausan. Vasionensis diœcesis XVI. kal. aug. ann. V.*

Præsules ipsorum vecordiā reprimere iussi. a Ib. ep. 31

Iussi etiam sunt b Toletanus archiepiscopus & episcopus Zamorensis decimarum in Granatensi expeditione collectores eam partem, quam a clero exegerant, Ferdinando erogare: ac ne tā arduum opus temere susciperetur, atque regio nomine pro vrgendo Granatensi bello plura ab Hispano clero subsidia in militum stipendia expetita essent, exquireret in prouinciali synodo a præsulibus, quid in ea re statuendum foret: an differenda ea videretur expeditio Granatensis, quoue loco & statu præsulum Castellæ res essent, quoue studia vergerent; de quibus omnibus sedem Apostolicam faceret certiorem. Repetita ab alijs Regibus sæpius est Granatensis expeditio, donec Castella & Aragonia coniunctis a Ferdinando & Isabella Regina, ob auctum Christianum imperium dictis catholicis Granatense regnum, eiecta superstitione Mahometica, Christianæ fidei est restitutum: qua de re suo loco. Iam reliquas huius anni res prosequamur.

b Lib. 5. ep com. 353.

In prouinciali synodo de Gran. bello renouādo agitatum.

45 Edita est a Clemente Papa constitutio c ad seueriorem ecclesiasticam disciplinam in seruandis interdictis adstringendam, quæ a nonnullis viris religiosis, atque alijs varijs artibus dissoluebatur; vnde Pontificum auctoritas obsolescebat, & improborum, quorum culpa iustitium sacrorum indictum erat, audacia confirmabatur.

c Lib. 4. ep com. 10. & Clem. de sent. ex com. c. Ex frequentibus.

Constitutio de obseruandis religiosissime interdictis ecclesiasticis.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ex frequentibus prælatorum querelis accepimus & nos ipsi experientia certa probauimus in minoribus constituti, quod plerique religiosi nunc patenter excusationibus fucatis & friuolis innitentes, nunc latenter ecclesiarum suarum ianuis perforatis, aut in eis factis fenestris, seu modis alijs exquisitis, non absque damno cathedralium & parochialium ecclesiarum, & scandalo plurimorum, disrumpendo neruum ecclesiasticæ disciplinæ, ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum generalia interdicta præsumptione damnabili violare præsumunt. Nos igitur in sancta Dei ecclesia, cui disponente Domino præsidemus, quæ quidem vnica est, & vnum Deum prædicat atque colit, vnam fidem credit firmiter & simpliciter confitetur, vniformitatem, quantum commode possumus, conseruare volentes, circa interdictorum obseruantiam prædictorum, auctoritate sedis Apostolicæ vel a locorum ordinarijs positorum, de fratrum nostrorum consilio districte præcipiendo mandamus, quatenus religiosi quicunque, tam exempti quam non exempti, cuiuscumque ordinis & conditionis existant, cum cathedralem vel matricem loci ecclesiam illa viderint aut sciuerint obseruare, non obstantibus quibusuis appellationibus, antea etiam ad eandem sedem vel alium seu alios interiectis, & alijs obiectibus quibuscumque absque dolo & fraude, cum moderamine tamen decretalis, *Alma* inuiolabiliter ea seruent: alioquin non seruantes excommunicationis sententiæ hoc ipso volumus subiacere: quod & in interdictis & in cessationibus a diuinis, indictis per prouincialium conciliorum statuta vel ipsorum auctoritate, cū maius sit prouinciale concilium, quā singulare prȩlati prouinciæ ad iudicium integrum, quod plurimorum sententijs comprobatur; volumus obseruari.

Religiosi templa iussi claudere, principe loci ecclesia interdictum seruante.

Cum in prouincia indictum sacrorum iustitium.

In cessationibus vero generalibus diuinis ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum, quas aliquando ex consuetudine, vel alias capitula, collegia, vel conuentus secularium, aut regularium ecclesiarum sibi vendicant, quia hoc vnico munimine ad repellēdas iniurias eis factas ipsos priuare nolumus nec debemus; idem intelligimus obseruandum. Ipsi vero sint diligenter attenti, vt statuta Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum super ijs edita inuiolabiliter seruent. Porro sanctionem hanc etiam ad pendentia trahimus, non obstantibus priuilegijs eis concessis, conuentionibus, & statutis, ac consuetudinibus quibuslibet, quæ contra præmissa, seu aliquod præmissorum, religiosis ipsis in nullo volumus suffragari. Nulli ergo, &c. *Dat. Auinioni XII. kal. aprilis anno V.*

46 Conuertit etiam apostolicam solicitudinem ad reuocandum primæuum sanctitatis florem, quem lapsu temporum, atque improbæ naturæ propensione emarcuisse apud Minoritas fama erat. Discissi certe ij contrarijs studijs, in duas partes vel diuersa sodalitia se distraxerant, a quorum alij cœnobiticam vitam colere, alij vero vt a rebus humanis magis diuulsi, addictiq; cælestibus, socios violatæ disciplinæ a S. Francisco institutæ insimulare ferebantur: recruduitque postea ex ijs initijs inter illius religiosæ familiæ viros exitialis discordia, quæ ipsam admodum labefactauit; & qui abdicationē sui & instituta sanctiora sectari videbantur, vt a cœnobitarum disciplina abhorrentes, suique tenaces arbitrij, damnati.

Minoritæ in factiones diuiduntur. a Ch. l. 5. ep. 1084. Vuad. in annal. Minor. hoc ann.

47 Auctus est exeunte hoc anno sacrum Cardinalium collegium a Clemente, de quo hæc Bernardus b: *Anno Domini MCCCX. Clemens Papa*

Cardinales hoc an no creati. b Ber. abr Rom. Pon.

ad vniuersale concilium, quod dudum a proximis tunc kal. octob. ad duos annos immediate sequentes apud ciuitatem Viennensem de fratrū nostrorum consilio decreuimus congregandum, per nostras sub certa forma litteras prælatis ipsis & tibi super ipsius concilij cōuocatione directas duxerimus euocādos; quia tamen negotium inquisitionū quod per diuersas mundi partes contra ordinem militiæ templi eiusq; singulares personas fieri mādauimus, completum non est, & quod in breui cōpleri valeat non speramus, nec videmus; ipsum negotium & nonnulla alia, quæ in eodem sunt tractanda concilio, posse vsque ad præfatum statutum terminum taliter præparari, quod ad ipsius examen concilij decenter valeant introduci; eundem terminum vsque ad kalendas octobris, prædictum primum terminum iamdudum per easdem nostras literas assignatum immediate sequentes, ex præmissis & alijs certis, iustis, & legitimis causis, quas præsentibus inseri non oportet, de fratrum eorundem consilio duximus prorogandum. Hęc itaque ad tuam & vniuersorum notitiam deducentes, serenitatem regiam rogamus & hortamur attente, in remissionem tibi peccaminum suadentes, quatenus præscripto termino sic per nos, vt prædicitur, prorogato studeas in eodem concilio iuxta priorum directarum tibi per nos super hoc literarum tenorem in prælibato loco personaliter interesse, *Dat. Auin. 11. non. aprilis anno v.*

Ob Templariorū causam nondum integre discussam

Recusarunt plerique Reges suscipere Viennensis itineris labores; cum tamen Clemens cuperet maxime vt conuenirent, quo expeditio illa solemnis in Syriam meditata ex omnium Regum consilio decerneretur: sed oratores suos misere. Defixa [a] porro sunt de prorogatione concilij in Auenionensis ecclesiæ vestibulo publica edicta, vt res in omnium fidelium cognitionem emanaret. Tum etiam vergente anno, nimirum x. kal. dec. Pontifex ordinum religiosorum magistros & abbates, quorum texitur catalogus, designato tempore Viennam, vt concilio interessent, iter intendere iussit [b]: tum enim, Templariorum peracta quæstione, omnia ad illud celebrandum instructa fore.

a Ibid. ep. cur. 19.

Ordinum religios. magistri & abbates insignes exciti ad concil.

b Canis. to. 1. ant. lect. pag. 623. et to. 3. tom. conc. p. 2. sub Cle. V.

43 Iussi iam ante in eam rem erant archiepiscopi synodos in prouincijs cogere, atque inter alios Conradus archiepiscopus Salisburgensis A. S. L. cum suffraganeis concilium hoc anno celebrauit, in quo nonnulla ad disciplinam ecclesiasticam adstringendam decreta edita, atque alia mitigata, inter quę illud in popinarios clericos latum temperatum est: *Statutum de clericis tabernarijs, quod incipit, Clericus non viator, cum hoc moderamine declaramus, quod causæ rationabiles & honestæ intelligi debeant istæ, quod si clericus non viator in sacris constitutus, aut religiosus tabernam intrauerit ad honorandum quempiam amicum, dominum, aut quamcumque honorabilem personam; vel si inpræmeditate intret oblitus constitutionis, seu ex quacumque necessaria vel vtili causa, non voluptuosa, ibique biberit vel comederit, pœna statuti præhabiti non ligetur: hæc tamē moderatio ad lusores non extendatur.* Præterea exauctorati, atque omni priuilegio clericali priuati ij, qui artem ioculatoriam anno integro exercuissent, atque omnes eam artem sunt iussi excurrente trimestri abijcere: quo euoluto ni paruissent, e clericorum numero eradendi. Subiecti etiam pœnis, atque ab administratione omni submouendi pronuntiati, qui excurrentibus annis singulis rationes non exhibuissent. Benedictinis & Augustinianis abbatibus & præpositis data imperia, vt comitia ordinis indicerent singulis triennijs, in quibus de religiosa disciplina redintegranda agerent. Sancita etiam nonnulla de decimis Clementi persoluendis, quæ ab eo in rem Christianam conuertendę ad Asiaticas terras e Saracenorum tyrannide eripiendas indictæ fuerant.

Salisburg conciliū. De clericis popinam ingressis.

Alia in eo statuta.

43 Aucta certe non parum in oriente Christiana res Clementis auspicijs hoc anno, quo a crucesignatis Rhodus insula duce Fulcone Villareto ordinis Hospitalariorum principe bello parta est, debilitatisque Turcarum conatibus, Christiano adiuncta imperio Hospitalariorum ditioni cessit, vnde Rhodiorum equitum nomen accepere. De qua felici victoria, magnis laboribus ac fuso sanguine relata hæc Iordanus [a]: *In festo assumptionis Hospitalarij ceperunt ciuitatem Rhodi caput totius insulæ;* quæ accuratius recenset Bernardus [b]: *Anno Domini MCCCX. in festo assumptionis B. Mariæ virginis exercitus Christianorum cum Hospitalarijs obtinuerunt ciuitatem Rhodi, quæ erat caput & metropolis totius regionis & insularum vicinarum: & ex tunc insula Rhodi et aliæ insulæ circumuicinæ redactæ sunt sub potestate & dominio Christianorum, Turchis penitus subiugatis. Sunt autem ibi multi portus, & patet inde aptus transitus Christianis in terram sanctam, in Achon, & in Cyprum.* Explicuisse fertur [c] in eo sacro bello egregiam virtutem militarem Amedeus Sabaudię dux in propulsandis infideliū conatibus, qui ad eam recuperandam classe inuecti erant duce Ottomanno Rege Turcorum, indeque magni cognomentum adeptus: ad cuius triumphi laudem transfundendam posteris crucem albam & quatuor harum literarum F. E. R. T. quæ subiectarum vocum initiales sunt, *Fortitudo eius Rhodum tenuit*, symbolum gentilitio scuto præferri voluit.

Rhodus ab Hospitalarijs erepta Turcis.

a Ior. M.S. chro. Vat. bibl. sign. n. 1960.

b Ber. chr. Rom. Pon. Gesta Cle. V. vbi sup chr. Pont. M.S. Vat. bibl. sign. n. 3765. hoc ann. in Cle. V.

c Bos. p. 2. hist. eq. Hier. l. 1.

44 Non ita feliciter aduersus Saracenos Hispaniæ gesta [d] res est: excitata enim in Regis Castellæ castris dissensione, Algeziræ primum, & Almeriæ postea ineunte hoc anno obsidio ab Aragonijs & Castellanis irrito euentu soluta est. Ad quam ignominiam eluendam Fernandus Castellæ ac Legionis Rex redintegrandæ Granatensis expeditionis consilia perducere agitauit, renouatoque cum Iacobo Rege Aragonum armorum fœdere, oratorem ad sedem Apostolicam, vt auxilia ecclesiæ deposceret, legauit. Illum placide admisit Clemens [e], quamuis cōsistorij iustitium esset, ac pium Fernandi Regis amplificandæ religionis ardorem commendauit: datisque ad eum literis, nunquam pro fide dimicanti ecclesiam defuturam est pollicitus: grauissimum se dolorē ex eorum perfidia hausisse, qui commodis suis illecti atque a diuino amore alieni susceptam ab ipso expeditionem discussissent; atque ad frænandam eorum improbitatem Hispalensi & Compostellano archiepiscopis, & episcopis Legionensi & Saguntino prouinciam demandasse, vt censuris ecclesiasticis huiusmodi inuidos & hostes defigerent. Missæ sunt hac de re ijs præsulibus subiectæ literæ [f], quibus Ioannes [g] patruus Regis Fernandi & Ioannes Manuel, suppressis eorum nominibus, in crimen vocantur, sensisse cum hoste nominis Christiani, aperuisse Granatensibus Fernandi consilia, auertisse ab eo stipendiorum subsidia, subornasse milites, qui sub signis erant, atque castris promissa impunitate elicuisse.]

d Marian. de reb. Hisp. l. 15. c. 9.

Ferdinandus Rex Granatensem expeditionem redintegrat.

e Lib. 5. ep. com. 363.

f Lib. ep. 360.

g Marian. vbi sup.

Clemens, etc. venerabilibus fratribus.. Compostel-

vero in M.S. a reperto in archiuo palatij Auenionensis anno MDXCIV. gerente legationem Auenionensem Octauio Aquauiua Cardinale ac dein Romam allato fidei orthodoxæ formula, quam Arnaldus Villanouanus damnaris aduersis erroribus professus est. His addit S. Antoninus b, Arnaldum misere in mari perijsse: *Quia*, inquit, *magistri Parisienses tenebant contra eum, timens ipse ne deueniret ad manus inquisitoris, aufugit inde, & profectus est in Siciliam; qui cum missus fuisset a Friderico Rege Siciliæ orator ad Papam, in mari mortuus est*. Non diu quidem ipsum superfuisse docent Clementis literæ anno huius seculi duodecimo v. id. martij pontificatus anno septimo Viennæ consignatæ c, ad vniuersos orbis præsules datæ, quibus ipsum e viuis sublatum dolet; & quantam de illius peritia in re medica opinionem hausisset, indicat. Cum enim Arnaldus Pontifici pollicitus esset librum de re medica a se conscriptum dono ei traditurum, Clemens audita de ipsius morte fama, Oliuerio clerico libri eiusdem inuestigandi partes iniunxit, præsulibusque imperia dedit, vt incussa censurarum religione omnes siue religiosos viros siue laicos, in quorum manus liber deuenisset, ad cum Oliuerio tradendum adigerent; vel alios, qui apud aliquem latere non ignorarent, ad rem indicandam compellerent. Sed de Arnaldo vt ob rei medicæ scientiam conspicuo, ita ob errores fidei notato infamia satis. Infecerat quoq; nonnulla alia loca hereseos lues, sodomitica pestis, maximeque in vrbe ac diœcesi Lingonensi, pullularat: ac propterea duo a Clemente e Dominicana familia religiosi viri censores creati d, qui in eius sceleris reos animaduerterent.

a M.S. arc Vat. Auenion.

Metu inquisitorũ in Trinacriam fugit.

b Ant. 3. p. tit. 21 c. 2 S. vlt.

Ex ea redi turus ad pontif. fluctibus perit.

c Lib. 7. ep cur 17.

Clemens illius scripta de re medica conquiri iubet.

d Ib. ep. 669.

40 Conuictos eo crimine, ac pluribus alijs grauioribus, Templarios eodem anno, & ab ecclesiasticis foro seculari traditos, flammisque ab ijs iniectos, prodit hisce verbis Benardus e: *Anno Domini MCCCX. quinto idus maij feria secunda per archiepiscopum Senonensem cum suis suffraganeis in concilio prouinciali Parisijs coadunato fuerunt sententiati, & iudicati ex proprijs confessionibus quinquaginta quatuor Templarij, & relicti curiæ seculari tanquam impœnitentes super nefanda & profana professione sua: & sequenti die martis quarto idus maij in festo SS. Nerei & Achillei fuerunt per secularem curiam domini Regis igni traditi & combusti: & post paucos dies fuerunt ibidem quatuor alij similiter iudicati.* De quinquaginta octo Templarijs, in eo ordine auctoritate conspicuis, flammis iussu regio Parisijs traditis meminit Ioannes Villanus f: subijcitque fama percrebuisse ipsos iniuria supplicio affectos ab ijs, qui illorum opibus inhiabant, & in extremo vitæ actu pœnitentiæ Christianæ signa edidisse, seque Christianos ac pios publice contestatos. Errat vero dum scribit tunc ordinis principem perijsse, quem tertio post anno exustum dicturi sumus. His addit Bernardus g, sumptum in alijs Galliarũ locis de Templarijs supplicium, quos ait morituros confessa antea tanquam tormentorum metu extorta reuocasse: *Item paulo post infra mensem in alio concilio prouinciali, celebrato in Siluanecto per archiepiscopum Rhemensem cum suffraganeis suis, fuerunt nouem alij Templarij eadem causa in modo simili pariter sententiati, & consequenter per secularem curiam concremati. Vnum autem iurandum fuit, quod omnes & singuli singillatim confessiones suas, quas prius fecerant in iudicio, & iurati confessi fuerant dicere veritatem, penitus retractarunt, dicentes se falsa dixisse prius, & se fuisse mentitos, nullam super hoc reddentes causam aliam, nisi vim vel metum tormentorum, quod de se talia falsi essent.*

e Ber. chr. Rom. Pon Gesta M. S. Clem. V Stero in annal. chro. Rom Pont. M. S. Vat. bibl. sig. n. 3765.

Iniecti flammis quinquaginta octo Temlparij

f Io. Vill. l. 8. c. 121.

g Ber. vbi sup. & chr Rom. Pon. & M. S. Vat. bibl. signat. n. 3765.

Alij eodẽ affecti supplicio. Morituri tormentorum metu falsa dixisse con. testantur.

Coacta etiam in Templarios prouincialia concilia in Germania a hoc anno: sed ij de gestis aduersus sodales in Gallijs edocti, in mediam synodum Moguntinam irrumpentes duce Hugone comite, terrore præsulibus incusso, e iudiciorum seueritate se vindicarunt: vt narrat Serarius b, iudiciariaque acta e edita Moguntiæ hoc anno; atque in memorato archæo palatij Auenionensis reperta consignata num. 68. referunt; quadraginta noueni testes adductos nil aduersus Templariorum ordinem de sceleribus ipsis impositis respondisse: alterius pariter iudiciariæ actionis tabulæ in Treuirensi archiepiscopatu confectæ transmissæque c ad Clementem narrant septemdecim testes interrogatos de flagitijs Templariorum nullum confessos.

a Tom. 3. conc. p. 2. sub Cle. V

Templarij in Germanibi infestendam vim armorum metu repellunt.

b Serar. Mog. rer. l. 5. in Petr c M. S. Vat sign. n. 92. ex inferiore arch. pal. Auen. Romam perlatum.

Cæterum Petrum Moguntinum archiepiscopum impositis sibi a Pontifice partibus male perfunctum ex Clementis diplomate d colligitur: cum enim literas apostolicas de capiendis Templarijs cum Magdeburgensi & Treuirensi archiepiscopis cõmunicare iussus esset, rem non cum ijs, sed cum suffraganeis contulerat. Interim vero Magdeburgensis archiepiscopus, cum data sibi de conijciendis vno die in vincula suæ prouinciæ Templarijs, & occupandis eorum bonis, ac referendis in commentarios, quos ad sedem Apostolicam transferret, imperia pontificia exequi aggressus esset, efferati eo periculo finitimi Templarij, grauiores iniurias ac damna Moguntino archiepiscopo intulere. Quo ille irritatus casu Halbestadensem episcopum censuras Magdeburgensi archiepiscopo ob rem se inconsulto tentatam incuti iussit. Quæ cum improbe latæ essent, ac non Magdeburgensis, sed Moguntinus officio defuisset, rescripto pontificio VIII. kal. octobris exarato dissolutæ sunt.

Moguntinus arch. munere sibi commisso male functus

d Lib. 5 ep com. 738.

Magdeburgensẽ archiep. censuris ferit. Eæ a Clẽ. rescissæ.

41 Cum vero Templariorum causa nondum ita mature discussa esset, vt de ijs in concilio futuro certi aliquid statui posset, œcumenicam synodum, quam Viennę in Gallijs celebrandã kal. octob. huius anni indixerat Clemens, ad alias sequenti anno recurrentes prorogauit e Cardinalium consilio. Qua de re encyclicas literas e ad archiepiscopos & episcopos dedit, quæ in regesto pontificio Nicosiensi archiepiscopo inscriptæ occurrunt, pridie non. aprilis anno pontificatus v. consignatæ. Nec enim modo in Germania, in Moguntino scilicet & Treuirensi concilijs prouincialibus Templarij absoluti fuerant, sed etiam in Italia in celebrata Bononiæ synodo, cum obiecta fortiter pernegarent, omni noxa liberi fuerunt renuntiati, vt Rubeus f narrat. Datæ etiam eo argumento ad Philippum Franciæ, Eduardum Angliæ, Robertum Siciliæ, Iacobum Aragonum, Ferdinandum Castellæ & Legionis, Iacobum Balearium, Ludouicum Nauarræ, Dionysium Lusitaniæ, Henricum Boemiæ, Carolum Vngariæ, Henricum Romanorum, Aquinum Noruvegiæ, Henricum Cypri, Fridericum Trinacriæ, tum Daniæ & Sueciæ Reges literæ g: quibus rogauit, vt stato tempore accederent. Earum porro quę Francorum Regi inscriptæ, hæc sententia est.

Concilium Vienn. ad sequentẽ annum extractũ.

e Lib. 5. ep. cur. 18. & post eand. ep. et to. conc. 3. p. 2. in conc. Vien

f Rub. hist. Rauen. l. 6

g Reg. post ep. cur. 18.

Clemens, &c. charissimo in Christo filio Philippo Regi Franciæ illustri.

Licet ecclesiarum prælatos & celsitudinẽ tuam ad

subuenire, ac de circumspectione vestra ac fidelitate probata plenam in Domino fiduciam obtinentes, & sperantes quod ea, quæ vestræ industriæ committuntur, curabitis exequi fideliter & prudenter; discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus ad Vrbem & partes prædictas personaliter accedentes, testes conditionis præfatæ, qui coram vobis per quoscumque viros catholicos fuerint nominati, prius tamen summarie per iuramentum nominantium eorundem, aut per aspectum corporum testium ipsorum, seu alias per non solemnem indaginem fide facta, quod testes ipsi prædicti status & conditionis existant; super articulis, quos vobis sub bulla nostra mittimus interclusos receptos & approbatos a nobis, secrete recipere * secrete in præsentia dilectorum filiorum magistrorum Ioannis de Rhegio cameræ nostræ clerici & Imberti Verzellarij clerici Biterrensis notariorum publicorũ, quos ad testium prædictorum attestationes seu depositiones redigẽdas in scriptis tenore præsentium deputamus, & vos etiam alios duos fideles & idoneos, de quibus expedire videritis, iuxta qualitatem negotij deputetis. Et si forsan prædicti vel aliquis ex ipsis notarijs essent impedimento canonico * prædicti, examinationi dictorum testium interesse non possent, totidem quot erunt impediti, loco illorum subrogantes, fideliter examinare curetis, & attestationes seu depositiones ipsorum per eosdem notarios fideliter in scriptis redactas, signis eorum signatas, ac vestris sigillis inclusas, nobis studeatis quantocyus destinare.

* curetis

* præpediti

38. Testes autem, qui fuerint nominati, si gratia, odio, vel timore subtraxerint veritati testimonium perhibere; necnon & omnes & singulos, tam clericos quam laicos, religiosos vel seculares, cuiuscumque præeminentiæ, dignitatis, status, ordinis, vel conditionis existerent, etiamsi cardinalatus vel pontificatus præfulgeant dignitate; qui præfatis testibus, vel alicui eorundem, aut alij vel alijs occasione testificationis aut depositionis ipsorum in personis vel bonis impedimentum aliquod præstare, vel molestiam inferre præsumerent publice vel occulte; aut consentirent, quod impedimentum huiusmodi vel molestia inferretur, vel darent ad hoc opem, auxilium, consilium, vel fauorem per se vel alium, seu alios, directe vel etiam indirecte; quod ab huiusmodi impedimento, molestia, ope, auxilio, consilio, & fauore prorsus abstineant & desistant, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita, super quo plenam vobis auctoritate præsentium potestatem concedimus, compellatis: non obstantibus si aliquibus clericis vel laicis, religiosis vel secularibus cuiuscumque ordinis, conditionis, status, aut præeminentiæ, vel dignitatis existant, etiamsi cardinalatus vel pontificatus honore præfulgeant, communiter vel diuisim a præfata sit sede concessum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem: Nos enim omnem promissionem & obligationem factas, ac iuramentum præstitum sub quibuscumque modo, forma, vel expressione verborum per quoscumque clericos vel laicos, religiosos vel seculares, cuiuscumque ordinis, conditionis, vel status aut præeminentiæ, vel dignitatis existant, de non deponendo seu perhibendo testimonium veritati in negotio supradicto, etiamsi, vt præmissum est, cardinalatus aut pontificatus honore præfulgeant, sicut alias sic & nunc eadem auctoritate apostolica cassamus, irritamus, & vacuamus, & etiam reuocamus & iuramentum huiusmodi relaxamus, & nullam obtinere decernimus roboris firmitatem.

Cautum diligentissime vt veritas exploraretur

Cæterum vt testium prædictorum periculis efficacius occurratur, & cautius & liberius procedatur in negotio supradicto, nomina & attestationes, seu depositiones testium eorundem per vos & notarios supradictos sub excommunicationis pœna, quam vos & ipsos ex huiusmodi violatione secreti incurrere decernimus ipso facto, secreto haberi atque teneri volumus, nec alicui patefieri absque nostro & Apostolicæ sedis mandato vel licentia speciali. Mandamus insuper, quod per literas nostras, harum seriem continentes, nobis scribere studeatis, quanta sit fides memoratis testibus adhibenda: quodque tu frater Auinionensis episcope, & vos filij abbas & frater Vitalis, vel duo vestrum vna vobiscum frater archiepiscope & Vicentine episcope, ac fili Grimerie, vel duobus aut vno vestrum præmissa omnia exequi studeatis. *Dat. Auinion. IV. kal. iulij pontificatus nostri anno V.* Subditur in eodem ternione eadem formula datas literas ad Iacobum episcopum Auenionensem, qui postea pontificatum accepto Ioannis nomine adeptus est, ad Bertrandum abbatem monasterij Montis Albani Caturcensis diœcesis, ad magistrum Castellanum Taruisio oriundum capellanum pontificium, ac Vitalem e Furno Minoritam magistrum Vasalensis diœcesis. Ne vero Bonifacij calumniatores alijue hostes Romanæ ecclesiæ obgannirent agitatam molliter illius causam, testesue metu repressos, ne testimonia contra eundem Bonifacium exhiberent, Clemens publico edicto omnibus, qui aduersus Bonifacij famam testari vellent apud tribunal pontificium, aut quæsitores in ea causa constitutos, facultatem contulit a; vetuitque vllam ijs vim iniuriamue inferri, intentato anathemate vniuersis sine vllo dignitatis discrimine, qui huiusmodi testes vexarent, vel ne testimonia proferrent, clam palamue obsisterent. Vt vero post interrogatos testes Romæ, in Campania, in Etruria, Auenione, Parisijs, vindicata sit a calumnijs Bonifacij memoria, ac publice theologicis argumentis iurisq; ciuilis & canonicis legibus comprobata innocentia, dicetur inferius. Nunc reliqua huius anni prosequimur.

Omnia in arcano habenda.

a Lib. 5. ep. cur. 42.

39. Per id tempus Lutetiæ fœdi errores ab Arnaldo e Villanoua Valentina diœcesi oriundo insigni Physico disseminati, quem Ioannes Villanus b inter cæteros ait, inepte affirmasse extremi iudicij diem imminere, atque excurrente decimo quarto seculo, anno illius septuagesimo sexto circiter futurum, eaque de re librum, detortis in suam sententiam pluribus Danielis ac sibyllæ Erythrææ vaticinijs compegisse; in quem cum a censoribus sacræ fidei ex legibus agi cœptum esset, fuga se ad Fridericum Regem Trinacriæ proripuisse. Connumerat eius errores Nicolaus Eymericus c in directorio, meminitque de eiusdẽ pseudoprophetia Durandus episcopus Meldensis in suo de visione animarum libello dato Ioanni XXII. irrisumque fuisse a doctis innuit, cum Christus dixerit de iudicij die, neque Filius hominis scit: *Fuit*, inquit, *dictum magistro Arnaldo Catalano, qui volebat præfigere tempus antichristi: Magister Arnalde si vultis prudenter dicere, assignetis tantum tẽpus aduentus Christi.* Extat vero

Arnaldus e Villanoua errores disseminat.

b Io. Vill. l. 9. c. 3. Ant. 3. p. tit. 21. c. 2. § 8.

c Nicol. Eym. 2. p. direct. quæst. 11.

Extremi iudicij diẽ inepte ac falso præfigit.

De pace Belgica.

Robertum filium, Tornacenses, Brugenses, Gandauenses, aliosque ipsorum fœderatos atrox bellum, ac post funesta prælia, in quibus plurimus sanguis fusus, regia indulgente clementia pax constituta fuerat: inter cuius præcipuas leges ea adiecta erat, vt Robertus comes, ipsiusque fratres a suis præsulibus supplices deposceret, vt in ipsos, si vnquam promissa infringerent, anathema iacularentur, nec censurarum religione, nisi assentiente Francorum Rege, liberari possent. Præterea ad vinciendam eorum fidem conuentum erat, vti ab Apostolica sede precibus contenderent, vt anathematis & interdicti sententias a Belgis antistitibus latas confirmaret. Ac iam quidem solemni ritu ab episcopis in Belgio propositæ comiti ac populis erant censuræ, ne a conuentis discederent: sed nondum ijs apostolica auctoritas robur addiderat. Ad quam rem perficiendam Gandauenses a, Brugenses b, Chricondenses c, alijque populi, quorum catalogus in regesto pontificio texitur, oratores amplissimos Auenionem ad Clementem decreuere. Flagitantibus ergo a Clemente Roberti comitis ac Belgicarum vrbium oratoribus, vt apostolica auctoritate anathematis atque interdicti censuras ab præsulibus suis vibratas, quas contracturi demum essent, cum primum pacis legis initas infringerent, confirmaret, Pontifex in sacro Cardinalium senatu pacti fœderis arctiore religionis vinculo astringendi cupidus, quæ gesta erant comprobauit, literisque apostolicis promulgauit. d

A Belgicis præsulib' censuræ in populos latæ, si pacem infringerét.

a Ib. ep. cit. 983.
b Ep. 98c.
c Ep. 982.

Confirmatæ a Pont. flagitantibus Belgis.

d Lib. 5. ep. com. 981.

36 *Clemens, &c.* Nos igitur, qui pacem prædictam, vt tam periculosa dissensio tolleretur, affectabamus ab intimis, huiusmodi negotij laudabilem concordiam, & felicem exitum contemplantes, Regi cælesti, qui pacem annuntiare, pacem prædicare, & pacem docere venit in terris; & a quo tantum bonum non ambigimus processisse, cum ab eo cuncta bona procedant; exinde laudes & gratias deuotionis animo exhibentes, & attendentes ipsorum procuratorum, seu syndicorum supplicationem humilem & deuotam, nec non tenorem pacis prædictæ; sententias ordinarij supradicti, si quæ secundum modum prædictum latæ sint, vel postquam ordinarius idē secundum modum eundem illas duxerit proferendas, decreuimus & ex certa scientia mandauimus inuiolabiliter obseruandas, ac in eosdem dominos ipsorum & singulos de communitate prædicta, & eorum successores, si qui forsan eorum, quod absit, vllo vnquam tempore pacem violarent eandem, vel contra aliquem de dictis articulis venire præsumerent, aut contenta & quodlibet contentorum in eisdem articulis seu literis nostris prædictis, pacem eandem & ipsius omnes & singulos articulos de verbo ad verbum continentibus non complerent, non attenderent, vel non seruarent, excommunicationis, & in dictam villam Brugensem, eius loca, terras, & pertinentias eorundem interdicti sententias auctoritate apostolica duximus promulgandas; quarum neutram nisi ad requisitionem prædicti Regis & heredum, vel successorum eius Regum Franciæ, vel eorum, qui ab ipsis sufficiens mandatum ad hoc habuerint, quoquo modo contigerit relaxari, nos relaxationem huiusmodi auctoritate apostolica decreuimus irritam & inanem, ac nullius existere firmitatis, &c.] Rhemensi archiepiscopo, atque episcopo Siluanectensi, abbatique monasterij S. Dionysij partes iniungit, vt si vnquam Brugenses initas pacis leges violarint, atque a Galliarum Rege aut successoribus censuras in eos ob id distringere fuerint rogati, promulgent anathemate interdictique ecclesiastici pœnis se deuinxisse. *Dat. Auinion. id. iunij anno v.* Adiectæ sunt plures aliæ ijsdem archiepiscopo, episcopo, atque abbati inscriptæ literæ a, quibus Belgij populos ad colendam pacem censurarum religione continere iussi sunt.

Non solué dæ nisi Rege Fráncorú exposcente.

a Ibid. ab ep. com. 982. & c.

De Bonifacij fama vetitur iudicium

37 Importunis memorati Regis precibus, vt e Bernardo superiori anno retulimus, fatigatus Clemens, cū in publico consistorio accusandæ Bonifacij memoriæ obtrectatoribus libertatē concessisset, hoc anno ad controuersiā dirimendam quæsitores instituit, qui testium dicta exciperent, atque in publica documenta redigerent, vt ex ijs iudiciaria actio instrui, reique veritas in luce collocari posset. Quo vero Bonifacij innocentia illustrior pareat, Clementis literæ b hac de re adducendæ visæ sunt, ex quibus constat summa iuris acerbitate in eiusdem Bonifacij nomen actum fuisse.

b Ext. in M. S. arch Vatic. ex monum. allatis Auen. ad Vrbem ann. 1633

Clemens, &c. venerabilibus fratribus Isnardo archiepiscopo Thebano vicario nostro in spiritualibus in Vrbe, Iacobo Auinionensi, & Altegrado Vicentino episcopis, & dilectis filijs Bertrando abbati monasterij Montis Albani, & fratri Vitali de Furno ordinis Minorum magistro in theologia Caturcensis et Vasatensis diœcesum, ac magistro Grimerio de Pergamo laico in Romana *curia aduocato salutem et apost. benedictionem.*

In negotio super crimine hæreseos moto contra quondam Bonifacium Papam VIII. prædecessorem nostrum, quod vertitur coram nobis, nonnulla tam ab ijs, qui ad oppositionem & prosecutionem dicti criminis contra eum, quam ab ijs, qui ad ipsius Bonifacij defensionem coram nostra & fratrum nostrorum præsentia comparuerunt, proposita sunt verbotenus & in scriptis. Et licet super ijs eosdem sic comparentes, nec eorum aliquem adhuc duxerimus admittendos, nec etiam repellendos; considerantes tamen, quod boni iudicis est, vt salua sit rerum probatio, & ne pereat probationum copia procurare; ac nolentes, quod propter moras, quæ ex allegationibus & exceptionibus hinc inde per comparentes præfatos oppositis incidunt & incidere possent, probationum deperiret copia vel facultas; testes, de quorum timetur absentia, seu morte, vtpote senes, valetudinarios, infirmitate detentos, vel abfuturos absentia diuturna & ijs similes, qui commode haberi poterunt, quæstione de prædictis pro oppositione & defensione huiusmodi, vt præmittitur, comparentibus admittendis vel etiam repellendis coram nobis, pendente super eodem negotio, ex nostro recipiendos officio duximus decernendum.

Decreti iudices ad interrogā dos testes

Quia vero nonnulli viri catholici asserentes, & etiam iuramento tactis sacrosanctis euangelijs per eos coram venerabili fratre nostro Petro episcopo Penestrino de mandato nostro recipiente præstito, sicut ex parte ipsius episcopi Penestrini accepimus, affirmantes se credere, quod in Vrbe, Lombardiæ, Tusciæ, & Campaniæ partibus ac in circumuicinis locis testes sunt conditionis huiusmodi, per quos articuli in dicto negotio traditi & per nos recepti, vel eorum aliqui probari poterunt; nobis cum repetita instantia supplicarunt, vt testes ipsos in illis partibus per aliquas personas idoneas recipi mandaremus; nos volentes, prout debemus, pinguius probationibus

Perquisiti ij in varijs prouincijs.

accipere ac seruare, & firma ac rata semper habere ac tenere, & nunquam contrafacere vel venire, &c.

32 Perfunctos imposito sibi munere Franciscum Dandulum & Carolum Quirinum Venetorum oratores, atque in publico Cardinalium consistorio, præsente circumfusa populi multitudine, pontificijs imperijs in illatis damnis atq; iniurijs sarciendis parituros sacramento spopondisse, veniamque & pristinam gratiam ecclesiæ poposcisse, testatur Pontifex in literis lapso abhinc triennio datis a, quibus censuras dissoluit. Consenuit enim is concordiæ tractatus, cum Petro Gradenico duce, a quo erant missi, e viuis erepto, habenas reipublicæ corripuisset Marinus Georgius de quo hæc appendicis ad historiam Andreæ Dandali auctor b: *Huius tempore Venetorum prouincia ob Ferrariæ dominium*, affectatū scilicet, *in excommunicatione permansit*. Sed illius ducatus integrum annum non tenuit, ipsique successit Ioannes Superantius, qui c Franciscum Dandulum, mortuo iam Carolo Quirino eius collega, ad Clementem redire iussit, vt pacem redintegraret: cuius opera demum Veneti in gratiam cum ecclesia restituti, de quibus suo loco d. Iam ad res Gallicas orationem deducimus.

Implorāt Veneti in Cardd. cō sistorio misericordiā Pont.

a Lib. 8. ep. com. 110.

Retardata ob ducis mortem eorum reconcilia tio.

PetroGradenico succedit Marin. Georgi⁹.

b M.S. app ad hist Dandal.

Huic mo rienti Ioā Superantius subrogatus.

33 Decreuit IV. kal. septembris Pontifex e Iacobum episcopum Aueniōnensem ad Philippum Galliarum Regem, vt ardua cum ipso negotia agitaret. Ac sane plura grauioris momenti tum pro Lugdunensi controuersia componenda, Belgarum pace confirmanda, vindicanda a calumnijs Bonifacij VIII. memoria, tractanda in Viennensi concilio Templariorum causa intercessisse, docent eo argumento pontificiæ exaratæ literæ. Vtque a Lugdunensibus turbis ducamus exordiū: exasperarant f adeo in se Lugdunenses ob administros regios nonnullis iniurijs affectos Philippi Francorum Regis iras, cuius auctoritatem ac iura labefactasse videbantur, vt is Ludouicum maiorem natu filium, materno titulo regem Nauarræ, paternique sceptri futurum heredem, vna cum fratribus ac principibus florentissimo succinctum exercitu ad exigendas de Lugdunensibus pœnas mitteret.

c Clem. l. 8 ep. cit. 110

d An Chr 1313. n. 32. 33.

e Lib. 5. ep. cur. 37.

f Ib. ep. cur. 43.

Lugduni in regios administros concitatæ turbæ.

Rex Nauarræ exercitum in ciues ducit.

Cuius imminentis belli procellam longe prospiciens Pontifex, vt consuleret filijs, ad eam discutiendam neruos intendit: ac mox VIII. kal. iulij huius anni Stephanum tit. S. Cyriaci in Thermis presbyterum, ac Landulphum S. Angeli diaconum Cardinales Apostolicæ sedis nuntios creauit, adhibuitque ad Francorum Regem intercessores, vt Lugdunenses pristinæ restitueret gratiæ, omnemque iniuriam Dei ac sedi Apost. donaret; summam ea in re tum a diuina maiestate, tum ab ecclesia gratiam initurum. Præterea partes ijs imposuit, vt archiepiscopum Lugdunensem, canonicorum collegium, & ciues ad pacem alendam, præstanda Regi debita officia, iniuriasque illatas expiandas cohortarentur. Contendisse de Lugduni imperio nonnullos archiepiscopos Lugdunenses cum Regibus Francorum, superius vidimus g: ad quam sopiendam controuersiam quædam leges initæ cū Ludouico archiepiscopo, eoque extincto, a Petro successore approbatæ, postea rescissæ, vnde bellum atrox exarsisset, nisi Clemens apostolica solicitudine Cardinalium opera, ad quos subiectæ extant datæ h literæ, extinxisset.

Missi a Pont Cardinales ad bellum sopiendum.

g Annal. to. 14. Ann. Chr 1303. n. 34.

h Lib. 5. ep cur. 44.

Dilectis filijs Stephano tit. S. Cyriaci in thermis presbytero, & Landulfo S. Angeli diacono Cardinalibus Apostolicæ sedis nuntijs.

34 Ad nostri apostolatus auditum, non absque magna turbatione mentis, relatio fide digna perduxit, quod occasione cuiusdam compositionis dudum inter charissimū in Christo filium nostrum Philippum Regem Francorum illustrem ex parte vna, & quondam Ludouicum archiepiscopum & dilectum filium capitulum Lugdunen. super certis articulis, dum adhuc idem Ludouicus viueret, initæ; & demum eo sublato de medio, ac venerabili fratri nostro Petro archiepiscopo Lugdunen. successore suo ad regimen ecclesiæ Lugdunensis assumpto, per ipsum Petrum, vt dicitur, acceptæ, mentis Regis præfati contra memoratum archiepiscopum & ecclesiam ac ciues Lugdunen. est adeo turbata serenitas, & indignatio suscitata, quod Rex ipse Francorum charissimum in Christo filium nostrum Ludouicum Regem Nauarræ illustrem primogenitum, & alios natos & fratres suos, & nonnullos regni sui magnates cum exercitu numeroso contra dictos archiepiscopū & capitulum & ciuitatem Lugdunen. impugnandos transmittit; ex quorum aduentu multa animarum & corporum strages & pericula secutura verisimiliter formidantur, ac bonorum dictæ Lugdunensis ecclesiæ non leuis destructio noscitur imminere.

E quibus causis bellum illud emerserit

Verum desiderantes ab intimis, quod idem archiepiscopus, & ecclesia Lugdunen. pro ipsorum statu pacifico & tranquillo in Regis prædicti deuotione ac beneuolentia stabiliter perseuerent; & ad id, quantū cum Deo possumus, libenter ministerium apostolicæ solicitudinis impendentes, ac de vestræ circumspectionis alta prudentia, in magnis & arduis agendis experta, plenam in Domino fiduciam obtinentes; discretioni vestræ de fratrum nostrorum consilio per apostolica scripta mandamus, quatenus super compositione & acceptatione prædictis, plena informatione habita & recepta, ac temperatis circa compositionem ipsam, quę secundum Deum & iustitiam, & archiepiscopi & ecclesiæ prædictorum ac circumpositæ nationis statum prosperum & tranquillum, dictique placationem Regis temperanda videritis, compositionem ipsam, dummodo ad id archiepiscopi & capituli prædictorum accedat assensus, auctoritate nostra confirmare & approbare, quantum ad ipsum archiepiscopum & ecclesiam pertinet, super quibus vestras conscientias oneramus, prout expedire videritis, studeatis. Quod si prædictos archiepiscopum & capitulum salutaribus monitis ad acceptandum & approbandum compositionem ipsam, per prædictos archiepiscopum & capitulum, vt prædicitur, approbatam & initam inducere non possetis; vos temperatis, additis, declaratis, vel detractis in ipsa, quæ temperanda, adijcienda, declaranda, vel detrahenda, si qua fore noueritis, quantum ad ipsum archiepiscopum & capitulum attinet, si id expedire videritis, super quo vestras conscientias oneramus, compellere valeatis. *Datum Auinioni* VIII. *kal. iulij anno quinto.*

Data legatis auctoritas temperandarum concordiæ legum.

35 Compulsum ad deditionem fuisse a Ludouico Hutino Petrum arciepiscopum Lugdunensem e Sebusianorum principum nobilitate, refert Paulus Æmilius a, nec erupisse belli flammam, cuius restincti, vt etiam firmatæ Gallos inter & Belgas concordię gloria Clementi adscribēda est.

Feliciter pax secuta.

a Paul. Æmil. in Philipp. Pulch. Gaguin. in eod.

Exarserat iampridem inter Philippum Francorum Regem & Guidonem comitem Flandriæ, Ro-

stro mandato potestatem Clugiæ, qui cum multis Clugiensibus applicuerat illa hora, & viros nobiles Antolinum Dandulo & Balduinum Delphino, quos fecimus capitaneos gentis nostræ, cum multis alijs nobilibus & alia bona gente: qui omnes iuerunt ad dictam domum munitam per eos. & ceperunt per vim, aliquos occidentes ex eis, & debellare pontem & Riuoaltum ceperunt. Quod ipsi videntes non expectauerunt, sed exiuerunt de Riuoalto & de terra, & debent ire nobiles de nostro consensu ad nostra mandata ad illos confines, quos volumus sibi dare, & reliqui ad nostram misericordiam debent stare. De nostris autem in prædictis nemo, Dei gratia, fuit occisus, nec ad periculum vulneratus. Postmodum B. Badua-rius principalis auctor conspirationis prædictæ, qui cum gente armata de partibus Paduæ veniebat Venetias, vt interesset prædictis, incidit in nostras manus, cui mediante iustitia, de voluntate nostri maioris consilij caput fecimus amputari, & duobus alijs qui cum eo fuerunt, & quinque alios suspendi per gulam, vt ipsorum merita requirebant. Ita quod per Dei gratiam terra Venetiarum nunquam fuit in tanta quiete, nec in statu tam pacifico, quantum est. *Dat. in nostro ducali Palatio die* XXVII. *iunij* VIII. *ind.* MCCCX.

Riuoalto deturbati.

Princeps coniurationis capite truncatus.

31 Seruauit quidem Venetam rempublicam Deus ex ingenti periculo, cuius iras paucis ante mensibus flexerant, missis ad sedem Apostolicam oratoribus, vt fidelium consortio templisque restitui supplices postularent, commissumque ob inuasam Ferrariam facinus expiarent. Demandatam eam prouinciam Carolo Quirino & Francisco Dandulo patritijs docent confectæ ea de re publicæ tabulæ, quæ cum insignia religionis atque obseruantiæ erga sedem Apostolicam argumenta contineant, a nobis adducendæ visæ sunt a.

In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem natiuitatis millesimo trecentesimo decimo, indictione octaua, die XIX. *mensis martij, præsentibus Petro* Nanno *filio D. Marci Ransi de Tergesto, Petro Longo notario de Tergesto, Rodulfo Boyardi notario, de* Tergesto, *Othone de Alba ciue Tergestino, Paschale de Goya de Tergesto testibus rogatis & ad hac specialiter conuocatis & alijs, congregato maiori & generali consilio ciuitatis Venetiarum in sala maiori ducatus Venetiarum per sonum campanæ & voces praconum, vt moris est in ciuitate Venetiarum, coram magnifico & excellenti viro domino Petro Gradenico, Dei gratia Venetiarum, Dalmatiæ, atque Croatiæ duce inclyto, & domino quartæ partis & dimidiæ totius imperij Romaniæ, & eius consilio, & eiusdem domini ducis voluntate & auctoritate; in quo consilio fuerunt congregatæ duæ partes consiliariorum ipsius maioris & generalis consilij & quasi omnes, ipsum maius & generale consilium, & homines ipsius maioris & generalis consilij cum ipso domino duce, & eius consiliarijs, & ipse dominus dux & eius consiliarij cum ipso maiori & generali cōsilio, plena et vnanimi voluntate ac nemine discordante nomine suo tanquam singularium personarum dicti communis, vniuersitatis, et districtus ac subditorum et fidelium ipsorum adhærentium, coadiutorum, valitorum, et fautorum, et cuiusque ipsorum, cupientes suorum imitari vestigia antiquorum et in sinceritatis fide, deuotione, atque gratia sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ matris eorum, ac sanctissimi et reuerendissimi in Christo patris et domini domini Clementis diuina prouidentia Papæ V. omni mentis puritate consistere; fecerunt, constituerunt, et creauerunt et ordinauerunt, nobiles et bonoratos viros, dominos Carolum Quirino et Franciscum Dandulo ciuitatis Venetiarum ciues, licet absentes tanquam præsentes, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, sed quod vnus eorum incœperit, alter prosequi valeat et finire; suos et dicti communis, vniuersitatis, et districtus, et singularium personarum ipsorum, et cuiuslibet eorundem, veros et legitimos syndicos, procuratores, actores, factores, et nuncios speciales ad præsentandum ad pedes sanctissimi patris et domini domini Clementis diuina prouidentia Papæ V. et sanctitati ac clementiæ suæ omnem reuerentiam exhibendam, et ab eius benignitate veniam, gratiam, et misericordiam humiliter implorandam; et ad supplicandum eidem humiliter, vt absolutionis beneficium, secundum formam ecclesiæ a quibusuis excommunicationum sententijs, et a culpis, offensis, excessibus, iniurijs expressis, et damnis datis, et alijs quibuscumque violentijs perpetratis, commissis, et illatis per dictos dominum ducem et Venetos ac personas quascumque ciuitatis Venetiarum et districtus, et singulares personas ipsius ciuitatis et districtus, eorumque valitores, auxiliatores, complices, et fautores, vel alios de mandato ipsorum in ciues et ciuitatem Ferrariensem, comitatum, et districtum eorum, ipsorumque auxiliatores, valitores, defensores, et quemlibet eorum, ac bona ipsorum mobilia et immobilia; necnon super his omnibus et singulis, et super alijs quibuscumque ab his dependentibus et connexis eisdem et eorum circumstantijs vniuersis, et super quibuscumque offensis et damnis, quæ sint vel dicantur ab ipsis, vel ipsorum aliquo illata vel data, scienter vel ignoranter quomodolibet aduersus dominum Papam, seu legatos, vel nuncios ipsius, ac homines et vassallos eiusdem, vel alias contra ipsam Romanam ecclesiam quoquo modo; dignetur eis et cuilibet eorum nomine prædictorum, et singularium personarum ipsorum impendere misericorditer et largiri: et ad petendum humiliter ecclesiasticum interdictum positum tam in ciuitate Venetiarum seu in personis ciuitatis ipsius, quam in alijs quibuscumque personis et terris, ac locis eis subiectis, vel alijs eorum occasione, de gratia et iuxta formam ecclesiæ relaxari, et a sententijs excommunicationum absolui; et nomine quo supra ad implorandum, petendum, et obtinendum beneficium restitutionis in integrum. Et infra: Et ad petendum humiliter pacta, quæ habuerunt et habent cum quibuscumque personis, terris, locis, collegijs, et vniuersitatibus; et priuilegia, honores et iurisdictiones ipsorum domini ducis, communis, vniuersitatis, et districtualium ipsorum ampliari, maiorari, gratificari, et gratiosiora concedi; et super his quascumque literas impetrandum: dantes præfati dominus dux et consiliarij insimul modo, quo supra, præfatis duobus syndicis vel procuratoribus suis, et eorum cuilibet, plenam et liberam potestatem, ac speciale mandatum in ipsorum animas iurandi, et iuramentum præstandi de parendo mandatis ipsius domini Papæ, et Romanæ ecclesiæ super omnibus et singulis supradictis, et quolibet præmissorum: satisfaciendi etiam ipsi domino Papæ et ecclesiæ Romanæ et eius subditis et vassallis, valitoribus etiam et fauentibus de his omnibus et singulis, pro quibus præfatæ sententiæ ac processus habiti, lati, et facti fuerunt: obediendi quoque ac parendi super omnibus et singulis, et super alijs quibuscumque tam pendentibus vel connexis eorum, quam circumstantijs vniuersis, ipsius domini Papæ et Apostolicæ sedis beneplacitis et mandatis; et promittendi nomine quo supra, se et ipsos ipsa mandata et beneplacita acci-

a Ext. in l. prim. Rom eccl. to. 3. pag. 218. Ext. alia in arce S. Angel. & inter coll. Plat. et iussu Sixt. IV. editae to. 1. pag. 346. & in M.S Vall. sign. lit. B. n. 12 pag. 176. et typis cusa ex typog. Vat inter monitoria et declar. cōtra Venet.

Oratores a Venetis ad Pont. missi.

Ad id muneris qui delecti.

Iubentur veniam præteritorum supplices deposcere.

Instare vt censuris soluantur.

Instruuntur auctoritate, vt Venetos ad excipiē da ecclesiæ imperia denunciant.

dacia, telonea, riparia, aquas, aquarum decursus, iurisdictiones altas & bassas, merum imperium atque mixtum, gladij potestatem, atque omnimodam iurisdictionem,& bona & iura omnia, quocunque nomine censeantur, quæ ipsa ciuitas & populus Ferrariensis seu quiuis ibidem præsidens soliti sunt tenere, possidere vel quasi, seu exercere per se vel per alium quocumque nomine siue modo in dicta ciuitate, comitatu,& districtu Ferrariæ, &c.

Oblata a Ferrariensibus admittit Pontif.

a Ead. ep. cur.40.

28 Admisit, Cardinalibus assentientibus, Clemens iusta Ferrariensium vota, ipsosque cæterorum ecclesiæ fidissimorum clientum ac studiosissimorum subditorum numero restituit. Qua de re diploma apostolicum a ad transfundendam posteris rei gestæ memoriam edidit, in quo Ferrariam demonstrat iuris fuisse pontificij ab ipsis etiam lapsis retro temporibus, quibus Carolus Magnus, in ecclesiæ auxilium prouolans, ipsam e Desiderij Longobardorum tyranni faucibus eripuit; ac si in principum potentiorum interdum ceciderit seruitutem, non tamen obsoleuisse iura ecclesiæ: eaque demum post varias temporum procellas instaurat, sancitque b his verbis.

b Ead. ep.

Decretũ Clem. de Ferrariæ dominio & clientela accepti.

29 *Auctoritate*, inquit, *apostolica inuiolabiliter stabilimus, vt semper sub immediato dominio & protectione ipsius Romanæ ecclesiæ ipsa cum eius bonis, comitatu, territorio, & districtu permaneat, nec ab eius dominio & iurisdictione subtrahi, nec alienari perpetuo valeat quoquo modo, nec ad alterius personæ, vel ciuitatis, aut communitatis dominium peruenire; quodque in ciuitate ipsa semper sit vnus vicarius ponendus per nos & successores nostros & eandem* Romanam *ecclesiam, clericus vel laicus iuxta nostræ beneplacitum voluntatis, &c.* Decernit vt is, cui id munus demandandum sit, nulla consanguinitate aut affinitate eos viros principes, qui antea Ferrariæ imperitarant, contingat; aliaque statuit. *Dat. Auen.* III. *id. febr. pontificatus nostri anno* v.

Quis Ferrariæ præfectus.

c Ibid. ep. cur.41. et 42.

d Ib. ep. 37.

Sanxit etiam alia plura ad temperandum optime ciuitatis illius statum, vt pacis amœnitate sub clientela apostolica c potiretur, vti ostendunt literæ ad Guillelmum e Brunekello vicecomitem datæ, quibus ipsi eam præfecturam commisit d. Erupit paulo post conflata a nonnullis profligatis viris periculosissima conspiratio ad Ferrariam ab ecclesiæ obsequio diuellendam, auctore Salinguerra: perductaque ad infelicem exitum fuisset, inquit Ioannes Villanus e, ni Arnaldus e Pelagru S. Mariæ in porticu diaconus Cardinalis A. S. L. Bononiensium stipatus copijs, eo prouolasset. Studiosorum enim ecclesiæ illius præsentia confirmati animi, aduersariorumque debilitati: cumque is specie componendæ discordiæ vrbis consilium in arce, cui Thedaldi nomen est, coegisset, triginta sex e præcipuis, qui facem seditioni subiecerant, comprehensos suspendio necari iussit, cuius supplicij terror cæteris frænum iniecit.

Coniuratio Ferrariæ in pontificios cõflata.

e Io. Vill. l.9.c.4. Pign. l.4.

Illius auctores necati suspẽdio.

f Io. Vill. l.9.c.2. Alb Muss. de Gest. post Henr. l.2.c.1. Diarium Ven. M.S. Guill. et Albrig. Cortus. l.1.c.10. Bonif. l.7.

Boamundus Theupulus Venetijs cõiurat in senatum.

30 Discussa f est eodem tempore Venetijs infelici pariter perduellium exitu coniuratio, quæ in Petrum Gradenicum ducem subornata fuerat. Præcipuus illius auctor Boamundus Theupulus fuit, quem plures in suas partes præmiorum spe verborumque lenocinijs pellexisse refert diarium Venetum MS. atque in proditores die decima quinta iunij, patefactis eorum consilijs, ad arma conclamatum; cumque coniuratorum vexillifer fugam corriperet, fœminam, quæ clamore populi excitata ad fenestram accurrerat, saxo fugientis ceruices percussisse, eoque ictu exanimatum, moxque a furenti populo in frusta gladijs concisum fuisse. Teupulum vero ducem coniurationis Taruisiũ euasisse narrat Bonifacius.a Describit cõiurationis oppressæ seriem Petrus ipse Gradenicus dux in literis ad Delphinum prætorem Venetorum in Armenia commorantium datis b, ex quibus historiæ veritas illustrabitur.

Eius vexillifer infelici exitu perit.

a Bonif. hist. Taru. lib 7.

b Ext. in M.S. appen ad hist. M. S. Andr. Dand.

Petrus Gradenico Dei gratia Venetiarum, Dalmatiæ atque Croatiæ dux, dominus quartæ partis & dimidij totius imperij Romaniæ, nobili & sapienti viro Gregorio Delphino de suo mandato baiulo Armeniæ, fideli dilecto salutem & dilectionis affectum.

De eadẽ coniuratione literæ.

Per alias nostras literas denotauimus vobis inauditum scelus per proditores præsumptum: sed illud ad cautelam vobis prouidimus seriosius iterare, videlicet quod ille nequissimus proditor & seductor, iniquitatis filius & maledictionis alumnus Baiamons Teupulo, beneficiorum, honorum, & dignitatum progenitoribus eius per commune Venetiarum eorum meritis collatum ingratus, propter quæ habebat statum nostrum & communis Venetiarum vt pupillam oculi custodire, Marcus Quirino de domo maiori, & cæteri de ipsa domo, qui se Venetijs repererunt, Petrus Quirino sanctæ Iustinæ & Marcus eius filius, Andreas Dauro & Paulus Quirino filius Marci procuratoris ecclesiæ S. Marci, & aliqui alij nobiles de Venetijs quamplures contra nos & nostrum dominium inierunt, & forbannitos & malandrinos & forenses, quot potuerunt, collegerunt secũ: & in vigilia S. Viti, de nocte omnes prædicti recollegerunt se ad domum dicti Baiamontis, intendentes summo mane omnes per potentiam deuenire ad nostrum palatium debellandum. Sed nos hæc sentientes illa nocte, statim idfieri notum fecimus consiliarijs nostris, capitibus de quadraginta, officialibus de nocte, aduocatoribus communis, & multis alijs nobilibus Venetiarum, & alij bonæ genti: qui statim venerunt ad nos, sicut debuerant præter ipsum Andream Dauro, qui conspirauerat cum eisdem; & nos cum eis & alia bona gente nobilibus, & alijs, quos pro honore nostro & suo, ac pro conseruatione boni status terræ traxerant ad nos, in plateam descendimus aliquantulum ante diem, vt obuiaremus eisdem.

Qui fuerint eius signiferi.

Et paulo post ipsi cum multitudine armatorum ad arma discooperta, & vexilla explicata, cum clamoribus & tumultu vsque super plateam effrænata audacia se duxerunt. Quod nos videntes cum prædictis nobilibus & alijs bonis ciuibus Venetiarum, qui nobiscum erant, viriliter insurreximus contra eos, & manu potenti, cum duro tamen & aspero bello, cum adiutorio Dei & euangelistæ sui beati Marci repressimus & conculcauimus, per durum exercitum gladiorum plures occidentes ex eis, inter quos fuerunt dicti Marcus Quirino & filius eius Benedictus, qui remanserunt super plateam gladijs trucidati, vt eorum merita requirebant, & multi ex eis fuerunt grauiter vulnerati: reliqui vero, qui remanserunt viui, non valentes tam durum impetum sustinere, reduxere se in Riuoaltum, prout melius potuerunt, & domum communis, quæ est in capite pontis Riuoalti, in qua moratur magister Petrus medicus, armis & hominibus munierunt, leuauerunt pontem, se fortificarunt in Riuoalto. Sed nos fecimus gentem nostram quiescere, non recedente aliquo de platea: & circa vesperas misimus virum nobilem Vgolinum Iustiniano de nostro

Prælium inter ducem & cõiuratos.

Pulsi coniurati in Riuoaltũ perfugiũt.

Ferrarienses mittũt ad Clem. oratores, qui vrbẽ ecclesiæ obnoxiã profiteantur.

Cardinale legato est, de qua antequam disseramus præmittenda ea videntur, quæ ordine temporum præcessere. Decreti fuere ineunte anno à Ferrariensibus oratores ad Clementem V. sedentem Auenione, vt in publico Cardinalium senatu solemni ritu profiterentur, Ferrariam sedis Apostolicæ ditioni obnoxiam, ac si aliquandiu Atestinorum iugum tulissent, non iure sed vi ac tyrannide ad eorum obsequia adactos fuisse. Cumque ad excutiendam seruitutem Venetos in auxilium exciuissent, in tantas angustias ab ijs Ferrariæ dominatum affectantibus compulsos, vt demum ad Romanum Pontificem veterem ac iustum Ferrariæ dominum, cui se suaque omnia addicebant, confugerint. Pefuncti sunt ea legatione Guido Ferrariæ episcopus, Pignatonus, Antonius de Alexio, Othobonus & Nascimbene ex omnibus ordinibus lecti, qui his verbis Pontifici Ferrariensium fidem obstrinxere a.

a Extr. instrum. insertum ep. cur. 40. l. 5. Clē V. Quo ritu gesta res.

23 *Nos frater Guido episcopus Ferrariensis, Pignatonus de Pignatonibus, Antonius de Alexio iudices, Vasallus mereator, Othobonus dictus Barbarius & Nascimbene de Brinis notarij, ambassiatores & syndici populi & communis Ferrariæ, nostro nomine & totius cõmunis & populi ciuitatis eiusdem, cuius syndicatum cum plenissima potestate in præsentia sanctitatis vestræ & sacri collegij dominorum Cardinalium exhibemus, profitemur & agnoscimus ciuitatem Ferrariæ ab initio fundatam fuisse per summum Pontificem in solo ecclesiæ Romanæ ipsius sumptibus & expensis, & ab eadem dotatam, ordinatam, & populorum multitudine decoratam fuisse. Cumque postmodum processu temporis per oppressionem Desiderij Regis Longobardorũ seruituti subiecta fuisset, per ministerium Adriani felicis recordationis summi Pontificis, inuocato ad hoc brachio inclytæ memoriæ Caroli Regis Francorum, restituta extitit eadem ciuitas pristinæ libertati, & diutius in debita libertate permansit.*

Agnoscũt conditam à Rom. Pont. in ecclesiæ solo.

CaroliRegis Franc. virtute e Desiderij tyrannide ereptam.

Tempore vero postmodum succedente tyrannica pestis Salinguerra ciuitatem eandem seruili conditioni supposuit, & eam longis temporibus quasi seruam suppeditauit, tyrannicèque tractauit. Quod sancta Romana *ecclesia pia mater diligenter attendens, & filiorum suorum ciuium Ferrariensium calamitati compatiens, ad illas partes destinauit legatum, & contra ipsum tyrannum exercitum maximum congregauit, sicque dictam ciuitatem & eius comitatum, districtum, atque populum à dicta seruitute tyrannica liberauit, & sub dominio ecclesiæ redegit & reduxit. Quapropter recognoscimus & auoamus ciuitatem Ferrariensem cum pertinentijs suis et districtu, ac totum comitatum Ferrariæ fuisse ab antiquo et à fundatione ipsius ciuitatis, et esse de dominio temporali Romanorum Pontificum et sanctæ* Romanæ *ecclesiæ. Super quo recognoscimus priuilegia, et regesta, et librum censualem eiusdem* Romanæ *ecclesiæ, et ea quæ continent vera esse et indubitata, et eis, quantum ad nos attinet, fidem nomine quo supra plenariam adhibemus.*

Redactam postea in seruitutẽ.

Restitutã à legato apost. libertati.

24 *Item profitemur et agnoscimus, quod pro eo tempore, quo dicta ciuitas, comitatus, et districtus ipsius fuerunt sub manu quondam marchionum Estensium, non voluntarie subfuerunt eisdem: obediuerunt autem, et eorum dominium de facto agnouerunt, sed per violentiam et metum mortis et cruciatus corporum, quibus resistere non potuerunt propter nimiam sæuitiam ipsorum et tyrannicam potestatem: sed suspirabant et gemebant sub indebitæ seruitutis mole, aspirantes ac desiderantes cum multis gemitibus videre tempora, quæ nunc vident, videlicet quod ad naturale dominium sanctæ Romanæ ecclesiæ redirent sub vero dominio ipsius, et regimine regerentur et defenderentur, à tyrannorum impressionis, persecutionis, et vsurpationis molestiis liberati. Qui tyranni neque centenaria præscriptione quidquam de iure sanctæ Romanæ ecclesiæ diminuere potuerunt, eo quod tyrannica et violenta possessio caret bono principio et medio; per quod concluditur, quod et fine: licet nec tempus centum annorum, immo etiam nec septuaginta defluxerint: propter quod ius et dominium sanctæ Romanæ ecclesiæ intactum est, et extitit ac illæsum, vt tunc et nunc et medio tempore dominiũ illibatum ipsius ecclesiæ est et fuit. Verum omnipotens Deus, qui suo alto consilio de malo bonum elicit, pro sua sancta Romana ecclesia et pro nobis communi & populo Ferrariensi ijs diebus operatus est magnalia. Benedictus ipse.* Et nonnullis interiectis, vbi descripsere Venetos eiectis ijs, qui ipsos oppresserãt, tanto ad eos sibi subijciendos impetu incurrisse atque vndique cinxisse periculis, vt in extremas angustias adducti ad summum Pontificem, vt iustum dominum confugerint qui cum ipsorum malis motus Arnaldum Sanctæ Mariæ in porticu diaconum Cardinalem misisset, e præsenti discrimine felicissime emerserint, tum subijciunt.

Paruisse vi & iniuria Atestinis principibus.

Illorum possessionem non attulisse præscriptionem.

25 *Vester autem populus Ferrariensis de faucibus Venetorum, in quas pene lapsi fuerant, erepti nunc per manum vestram validam, sanctissime pater, liberati et in tuto positi, et plena libertate fruentes, ad gratiarum actiones assurgunt, vt vasalli domino suo seruire parati. Certe profitemur, quod si super dominio Ferrariensis ciuitatis & districtus vos, sanctissime pater, & sancta Romana ecclesia illum ab antiquo non haberetis titulum, quem vos habere recognoscimus pro hac defensione, tuitione, & liberatione populi Ferrariensis à tyrannide Venetorum, quas in præsenti manus gloriosa vestra operata est, iustum esset ciuitatem & districtum Ferrariæ vestro subdi dominio temporali. Cum enim ciuitas Ferrariensis & comitatus à cuiusque dominio & potestate, præterquam Romana ecclesiæ, sint liberi & immunes, nulli facerent iniuriam, si in vicem tanti beneficij suscepti se & ciuitatem, comitatum, & districtum, & omnia bona sua, mobilia & immobilia, subijcerent vestro & sanctæ ecclesiæ dominio temporali.*

Noua pactione ius vrbis in Pontificẽ transferunt.

26 *Eapropter, quia vestra fuit ciuitas & totus comitatus & districtus Ferrariensis ab antiquo & à fundatione ipsius ciuitatis ex causis & priuilegijs contentis in regestis S.R.E. & continue vestra permansit, vt & nunc de vestro dominio sit, vt supra professio à nobis emissa declarat; ideo dominium ipsius, quod etsi vestrum non esset, vt est & fuit, ob hoc quod à vobis suscepimus in hac necessitate beneficium, vt præmissum est, vobis & ecclesiæ Romanæ subdi & concedi deberet, &c.* Amplissimis verbis Clementem V. eiusque successores Ferrariæ legitimum dominum salutant, atque in illum omnia comitatus iura transfundunt concepta hac verborum formula.

Vetera redintegrata iura.

27 *Quapropter nomine, quo supra, vobis dicto domino nostro Clementi V. & vestris successoribus & ecclesiæ* Romanæ *recognoscimus & profitemur, offerimus, resignamus, concedimus, subijcimus, transferimus, ac submittimus quantum possumus & ad nos pertinet, licet omnia prædicta & infra scripta sint vestra & ecclesiæ* Romanæ, *ac fuerint ab antiquo & à fundatione ipsius ciuitatis, omnia pedagia,*

Adiuncta veteribus recentia.

dacia

Siciliæ, ducatus Apuliæ, & principatus Capuæ, Prouinciæ, & Forta querij, ac Pedemontis comes cum omni reuerentia & honore deuota pedum oscula beatorum.

Refertæ officijs eo argum. lit.

Facit charitas vestri pij patris & domini, vt plura virtutis & gratiæ de me deuoto filio imaginarie sentiat, quam ipsa rei veritas per essentiam comprehendat. Sed sine nodo dubij tenere potest vestra sincera credulitas, quod beneficia tanti patris debita gratitudine recognoscens, sicut deuotionis filius & reuerentiæ specialis alumnus, affectibus vestris interne placere desidero, & iussionibus cum exacta deliberatione propositi obtemperare dispono, in ea mentis præparatione consistens, vt iuxta possibilitatis modum concessum a domino, reuerenter exequatur filius quod confidenter præcipit pater almus. Sane per honorabilem & religiosum virum fratrem Arnaldum abbatem Tutellentem nuper vestras amabiles recepi literas tenoris & continentiæ subsequentis.

Clemens, &c. charissimo in Christo filio Roberto Regi Siciliæ illustri, in temporalibus prouinciæ Romaniolæ & comitatus Brittenorij & pertinentiarum ipsius rectori.

Pontificię ad ipsum eodem argum. lit.

19 Summo desiderio affectantes personam tuam, quantum cum Deo possumus, honorare; quodque status terrarum, in quibus Romana ecclesia obtinet principatum, pręseruetur a noxijs & ad salutaria dirigatur, attenti sumus & vigiles, ac propensius in intimis excitamur, vt ad prouinciæ Romaniolæ, comitatus Brittenorij, & pertinentiarum illarum, quæ sedis Apostolicæ iuris & proprietatis existunt, regimini eam deputemus personam, quæ se in illo feruentem exerceat, operosam exhibeat, & præbeat efficacem; per quam fidelibus in illius degentibus opulentia pacis arrideat, faueat votiua tranquillitas, ac reddatur iustitiæ plenitudo. Leuantes igitur in circuitu oculos cordis nostri, cos ad te velut ipsius ecclesiæ filium prædilectum dirigimus, & rectoriam prouinciæ & comitatus prædictorum & pertinentiarum etiam eorundem in temporalibus apostolica tibi auctoritate vsque ad beneplacitum Apostolicæ sedis committimus, per te vel alium, quem ad hoc vicarium deputare curaueris, & per deputatos ab illo etiam exercendam; disponendi, ordinandi, statuendi, præcipiendi, corrigendi, puniendi, diffiniendi, exequendi, & faciendi in prouincia, comitatu, & pertinentijs supradictis quidquid honori Romanæ ecclesię ac prospero statui fidelium, prædictorum expedire cognoueris, &c. *Et infra*:

Quæ illi commissa auctoritas

Volumus insuper quod rectoriam, prouinciam, & comitatus prædictos cum pertinentijs memoratis, quandocumque a nobis requisitus extiteris, iuxta nostrum mandatum dimittere sine difficultate qualibet, exceptionis, contradictionis, & repetitionis cuiuslibet onere tenearis: nec post sex mensium spatium, a creatione successoris nostri Romani Pontificis computandorum, absque eius speciali commissione & mandato de dictis rectoria, prouincia, & comitatu, eorumque pertinentijs, seu regimine te aliquatenus per te vel per alium intromittas, &c. *Dat. in prioratu de Grausello Vasionensis diœcesis XIV. kal. septembris anno quinto.*

20 Visis igitur præfatis literis & perlectis, & ijs, quæ continebantur in illis, in examine rectæ considerationis adductis, quia Siculi belli præteriti longa diffusaque discrimina multifariam exhauserunt ærarium regium, & vires patrimonij minuerunt, assumptionem dicti regiminis, meis sumptibus & laboribus imparem, nec regionis qualitas, nec agendorum imminentia suadebat. Sed pensato vestræ sinceritatis affectu, qui ad mei status & honoris augmentum feruenter aspirat, quodque seruitia sanctæ matris ecclesiæ probabiliter & modeste declinare nequeo, quin potius illa teneor patenter assumere, & cum efficacia virium totis studijs promouere; iactans meum cogitatum in Domino & in spe ac fiducia vestri præsidij paternalis, rectoriam ipsam ad honorem vestrum & eiusdem ecclesiæ cum deuotione suscepi; prædicta omnia singula, in præscriptis literis vestris contenta, expresse ratificans & acceptans, ac de obseruandis eisdem iuxta formam & modum per dictarum seriem traditos in manu venerabilis patris domini Arnaldi Dei gratia S. Mariæ in porticu diaconi Cardinalis Apostolicæ sedis legati, dicto Abbate Tuellense præsente & alijs de meo consilio, corporaliter ad sancta Dei euangelia præstiti iuramentum. In cuius rei testimonium præsentes literas duplicatas iussi fieri, & aurea bulla meæ maiestatis impressa typario communiri. *Datum Florentiæ per Bartholomæum de Capua militem logothetam, et protonotarium regni Siciliæ anno Domini millesimo trecentesimo decimo, die septimo octobris nonæ indictionis, regnorum meorum anno secundo.*

Significat Rex Arnaldo Card. legato fidē se deuinxisse.

21 Accesserat, vt ex apposita hisce literis loci & diei nota confirmatur, aliquot ante diebus Florentiam Robertus Rex, quem ciues prætorem vrbis renuntiarunt a, subltititque Florentiæ ad IX. kal. nouembris. Quo tempore operam ad conciliandos dissentientes inter se Guelphos defixit: quamuis odiorum pertinacia regiam industriam eluserit. Ingrata ea res fuit Henrico Cæsari, cum quo ita pacisci concordiam affinitatemq; cupiebat Robertus, vt Etruriæ præfecturam alicui e fratribus demandaret, ne Gibellini socios Guelphos opprimerent: sed pacem aspernatum Henricum visuri sumus. Porro Germani b nonnulli Clementem inique carpunt, quod Robertum Æmiliæ præfecerit: cum id iuste factum constet, ne Henricus ecclesiasticam ditionem sibi subijceret: cum etiam in eundem Pontifex non sine rerum suarum damno pronior fuerit, adeo vt hoc anno Ludouicum Sabaudæ regiæ principem: Cæsari fœdere coniunctissimum, Vrbis senatorem creauerit c. Verum Henricus postea ingressus Romam, non minus illam, quam cæteras imperij vrbes tributis exinanire pertentauit, ditionis ecclesiasticæ vastauit agros, seditiones conflauit in vrbibus pontificijs, vniuersam Italiam in Germaniæ prouinciam redigere meditatus: huius vero causa concitatæ quidem anno ineunte Romæ grauiores seditiones, quæ e procerū mutuis odijs emersere. Ad quas sopiendas Pontifex Guillelmum e S. Marcello Minoritam nuntium suum creauit d partesque ei imposuit, vt patritiorum iras mulceret, quiue apostolica detrectarent imperia, notaret. Tum Vrbis principes viros literis amantissimis adhortatus e est, vt in mutuam descenderent concordiam, minasque iustissimas, si paterna monita ac iussa respuerent, intentauit. Porro superioris anni mense octobri, vt refert Ioannes Villanus f, Vrsini & Columnenses in Romano agro magno irarum ardore concurrere.

Robertus Florentiæ præturam accipit. a Io. Vill. l. 9. c. 8. Ant. 3. p. tit. 21. c. 2. §. 4. Cum Hērico fœd pacisci molitur. b Vvecer. in Henr. VII. & alij. Clemens inique a Germanis traductus c Lib. 6. ep. cur. 31. Henrici in Clemē temper fidia. d Lib. 5. cur ep. 1. Dissensiones in vrbe concitatæ. e Ib. ep. 2. Vrsini & Columnēses se persequuntur bello. f Io. vill. l. 8. c. 117.

22 Hoc anno Ferrariæ periculosissima coniuratio nonnullorū factiosorum sanguine extincta a

Car-

ctionis opportunis. Et infra, vbi ipsum suam operam Regi ad flectendos in illius obsequium populos imperij clientes, ac rebelles edomandos, pacemque adducendam commendare iussit, hæc adiecit: *Indefessa quoque solicitudine, fili, studeas laborare, quod idem Rex sui cognoscat humiliter beneficia creatoris, dirigat vias suas in semitis mandatorum eius, honoret ecclesiam matrem suam & ministros ipsius. Nec ipsum prætereat, quod gratiosam* Romanam *ecclesiam ante assumptionem suam ad culmen huiusmodi, & in ipsa & post ipsam * fauorabilius aduenit: ideoque tam eam quam ecclesias alias, quarum ipsa mater est & magistra, studeat condignis honoribus & fauoribus honorare, earum iura diligenter protegere, conseruare, ac toto corde & animo defensare procuret, attendens, quod ad hoc est diuina prouidentia euocatus: pacem in terris amare studeat, vt sic* Regis *pacifici imitator firmetur iustitia thronus eius, &c. Dat. in prioratu de Grausellio prope Malausan. Vasionensis diœcesis VIII. id. octob. anno V.*

Optimis præceptis erudiat.

* fauorabilem

Hæc constituebat Clemens, omnique studio & cogitatione intendebat, vt facile iter Henrico sine vllo bellico fragore muniret: sed illius aduentu Gibellinorum & Guelphorum factiones, quas sedare animo agitabat, magis recrudure. Guelpharum enim partium viri principes, qui in vrbibus publicæ rei habenas tractabant, suspicionibus suffusi, cum Gibellinos augeri animis viderent, ne gradu deijcerentur, pertimuere. Adducit in crimen accensi funesti belli Florentinos Ioannes Villanus a: cum enim primum in publico concilio, quemadmodum ipsos ad concordiam cum Henrico cohortatum Pontificem vidimus, decreuissent ad illum Lausanam oratores mittere, iamque necessarius in eam rem apparatus instrueretur, nonnullos proceres, qui reipublicæ gubernaculis admoti erant, sui honoris & commodi quam publicæ pacis auidiores, rem discussisse. Consentit S. Antoninus b, qui Henricum ad Guelphos & Gibellinos conciliandos, pacandamque Italiam specimen præ se tulisse testatur.

Veniente Henr. auctæ Italicæ turbæ.

Florentini primū Henrico parere deliberant, dein resiliunt.

a Io. Vill. l. 9. c. 7.

b Ant. 3. p. tit. 21. c. 2 §. 4.

Cum Imperator, inquit, *adhuc esset in Lausana Sabaudiæ, & ad eum accessissent oratores, Imperatore quærente causam, quare non & ipsi misissent,* scilicet Florentini, *fuit qui diceret, hoc ideo egisse, quia suspectum eum habebant. Ad quod ille: Non bene sibi consuluerunt, quoniam nostra intentionis erat, omnes Florentinos non partialiter, sed integraliter habere vt viros fideles, & ipsam ciuitatem exaltare vt cameram imperij, et meliorem alijs facere. Et ita creditum est quod esset facturus, non mutaturus statum tunc regentium: sed suspicioni, quia intrinsecum malum est, mederi non potest.* Mouit Lausana sub autumnum Henricus parte copiarum succinctus, cuius ingressum præter Iordanum c, Bernardum d, Ptolemæum Lucensem e, Io. Villanum f accuratissime describit Albertinus Mussatus his verbis g, ac pontificijs literis ante allatis consonat.

Mouent iniustum bellum.

c Ior. chro. M.S. Vat. bibl. sig. n. 1960.

d Lib. de Rom. Imp M.S. Vat. bibl. sig. n. 2843. de chr. R.P.P. & gesta M.S. Cle. V.

e Ptol. Luc. l. 24. c. 40.

f Io. Vill. l. 8. c. 7. Ant. 3. p. tit. 21. c. 2. §. 4. Conrad. Vuec in Henr. VII. c. 9.

g Albert. Muss. l. 1. c. 6.

Henrici in Italiam ingressus.

17 *Mouit iter trecentis ferme hastatis militibus peditibusque totidem: & per iuga & colles, summotis niuibus, in Taurinam ciuitatem descendit, cuius porta patuere, quemque ciues libentes accepere; quibus vicarium statuit: & ad id loci nonnulli ex Tuscia Lombardiæque partibus confluxere, aduolante fama Romanum Regem aduentare; in rescriptisque Cardinali datum, cui Pelagrua cognomen erat, apud Bononiam tunc Apostolicæ sedis legatum, qui & Ferrariam, expugnatis Venetis, in ecclesiæ ditionem redegerat, vt obuiam Regi pergeret, commeatum præberet in omnes vias & actus. Qui Pelagrua ijs intendere creditus, literis in aperto sic nunciantibus, diuerso tamen itinere Auinionem ad Papam contendit, cui quantum de persona mutato Papa proposito, subrogauit* Cardinalem *ad eiusdem* Regis *conductus officium, qui cœpto iam itinere proficiscens vita defecit.* Is erat Thomas tit. S. Sabinæ, vt iam ante indicatum est. Demandata est igitur ea prouincia Lucæ e Flisco Cardinali S. Mariæ nouæ, cuius cōsilio & opera, necnon Matthæi Vicecomitis Guido Turrianus, qui Mediolanensem tyrannidem exercebat, & archiepiscopum Maphæi nepotem aliosque Vicecomites pepulerat, exauctoratus est a, & Cæsar vrbe exceptus. Describit Albertinus Mussatus b, vt Henricus magnum discrimen adierit, ne a Turriano, ac socijs Longobardia pelleretur: demum diu tergiuersatus Turrianus, aduentuque regio & Matthæi Vicecomitis ac sequacium factionis, Mediolanensiumque defectionis terrore perculsus vrbis imperium illi restituerit; tum subdit.

Lucas Fliscus legatus Henrico comes additus.

a Io. Vill. l. 9. c. 9.

b Alb. Muss. l. 1. c. 8.

Mediolanū a Turriano restitutū Henrico.

Mediolani deditio non minus Henrici Romani Regis *famam auxit per omnes Italiæ fines, quam vt altera Roma diceretur, & vt alterius partis rerum omnium potiretur. Tum animos imperium non affectantium nouus terror inuasit, obsequentium spes extulit. Hinc mœrores occulti tacitique, inde gaudia & lætitiæ apparentes in tuto dissimulatæque. Mirabile dictu! omnes ferme Lombardiæ ciuitates ab alpibus Lineæ Veronam vsque, inde Mutinam inclusiue Regi fidelitatum iuramenta præstitere, vicarios suscepere, nouis legum sanctionibus ad* Regis *placitum vitæ necisque potestatem habituros; Alexandria dumtaxat excepta, hæc enim Roberti Apuliæ Regis præsidio tenebatur: cui &* sponte Rex *ipse cessit, forsan & illum causa non latente, Regum nempe consilia non omnia nota populis. Patauini Vicentinique, quos Friderici Imperatoris sæuitia, nefandaque Ezelini de Romano tyrannis imperij vices obtinens necauerat a stirpibus, longaque dein freti quiete substitere, nihil arrogantiæ & contemptus, parumque obedientiæ ostendentes, fauentium exemplis, rerumque successibus salubria resumunt consilia. Bononienses secus, nam & ipsi nouorum valorum, fouearumque munimentis vrbem cinxere, plebiscita legesque in Regem Regique obsequentes statuere, in quibus & Imperatoris nomen proferenti capitale sit supplicium.*

Plures vrbes ad eius obsequium pronæ.

18 Fecisse iure Bononienses certum est, cum non imperij sed Romanæ ecclesiæ clientes essent, & cohiberent perduelles, qui nouarum rerum studio ad Henricum desciscere, ac veteres inter imperium & ecclesiam dissensiones accendere moliebantur. Ad quos etiam comprimendos præfecit Æmiliæ Pontifex c Robertum Regem Siciliæ, vt regia potentia seditiosos in officio contineret. Quo argumento extant literæ d ad omnes eius prouinciæ ordines datæ, quibus ipsos Roberto obsequentes esse iubet. Tum ea etiam ratione Roberti res firmabat, ne facile illum Henricus adoriretur bello, ac potius cum ipso pacem ad constabiliendas res suas pacisceretur. Ornatus eo munere Robertus grates egit Pontifici, atque Arnaldo e Pelagrua Auenionem repetenti fidem sacramento deuinxit, pollicitus e prouinciæ potestatem a se ad iussa apostolica restitutum iri.

Æmiliæ administratio Roberto Sic. Regi tradita.

c Lib. 9. ep cur. 11.

d Reg. post eund. ep.

e Ext. in arc. S. Ang & inter coll. Plat. iussu Sixt. IV. edita to. 1. pag 349. & in ms. S. Vall sign. lit. D n. 1. pag. 81.

Sanctissimo in Christo patri & clementissimo domino suo domino Clementi, diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, Robertus Dei gratia Rex Ierusalem & Sici-

vt per prouidam & consultam anticipationem huiusmodi illo, qui aspera nouit in vias planas conuertere, faciente placatio fluctuum bellorum & dissidiorum huiusmodi, ac recuperatio bonorum & iurium prædictorum, & humiliatio rebellium eorumdem suæ virtutis ministerio fructuosô celerius valeat prouenire.

Sacerdotiũ deesse imperio non posse.

13 Profectò cœlestis altitudo consilij, in fidelibus suis vberum gratiarum dona multiplicans, præcelsas sacerdotij & imperij dignitates ad plenum & vtile regimen & gubernationem ipsorum fidelium salutarem pia in terris dignatione constituit, & vt in executione fructuosi regiminis, & in voti vnitate conformes ipsorum vniuersis profutura concordia alterutrius fulta præsidijs opus liberius exercerent iustitiæ; & commodius in tabernaculis fiduciæ constituerent populum Christianum. Præmissis igitur digna consideratione pensatis, & sperantes Regem præfatum ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum aduocatum solicitum & vtilem defensorem, promotorem auidum ecclesiasticæ libertatis, sectatorem pietatis operum, amicum sedulum veritatis, ac pacis & iustitiæ feruidum zelatorem, ac propter hoc congruis & gratiosis fauoribus assistere proponentes eidem; vniuersitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attentius, vobis nihilominus per apostolica scripta mandantes, quatenus considerantes attentius, quod pacis amœnitas numerum multiplicat populorum, quodque in multitudine gentium regalis celsitudinis pulchra serenitas resplendet amplioribus radijs claritatis; ac prouida meditatione pensantes, quod Rex præfatus ad nullius partialitatis dexteram vel sinistram, sicut pro certo creditur, & specialiter nobis per eosdem nuntios suam apertissime super hoc tam secrete quam publice pluries aperuit voluntatem, suos declinabit affectus; quodque vassallos sanctæ Romanæ ecclesiæ in beneuolentia regali recipiet & seruabit, ac ecclesiæ prædictæ deuotos etiam in regno constitutos eodem in suis iuribus conseruabit, nec offendet, seu offendi contra iustitiam permittet eosdem; vestros animos pro diuinæ & Apostolicæ sedis ac nostra reuerentia conuertatis ad pacem, & eiusdem Regis, quorumlibet bellorum feritate depressa, & periculosis fomitibus odiorum euulsis, monitis & votis salutaribus tanquam benedictionis filij reuerenter intendere, procuretis, vt per hoc Deum timere & Regem præfatam honorificentia debita venerari laudabiliter ostendatis.

Hortatur Genuẽses Pont. ne factionibus aduersus Henric. se irretiri sinant.

14 Eia ergo præfato Regi non per armorum strepitus, non per bellorum præcipites impetus, & non per terribiles & hostiles incursus corda vestra, sed per vias rectas & copiosæ pacis delectabiles semitas præparate, ac omnia, quæ impendere sibi tenemini, exhibere promptis animis studeatis. Sic igitur monita, preces, & exhortationes & mandata huiusmodi, quæ de præcordijs apostolicis confidenter emanant, studeatis deuote suscipere, & sic ad efficacis exauditionis effectum vestra sinceritas introducat, quod per hoc nostram & Apostolicæ sedis benedictionem & gratiam vobis vberius vendicetis, & plenitudinem beneuolentiæ regalis vobis sentiatis proinde magis piam & benignam. *Datum in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionensis diœcesis kal. septembris anno v.*

Meritis illum honoribus afficiant.

15 Concepta eadem literarum formula Pontifex Florentinos, Mediolanenses, aliosque Italiæ populos Romani imperij vectigales clientesque, quorum catalogus in regesto pontificio attexitur, solicitauit vt Henricum venientem exciperent, debitisque officijs prosequerentur, cum ad laceratam bellis ciuilibus Italiam scissos animos mutua pace coniungendos deuinciendosque accedere polliceretur. Demandauit a vero Arnaldo S. Mariæ in porticu diacono Cardinali, creato in Italia sedis Apostolicæ legato, vt venienti Henrico Regi in Italiæ limite occurreret, suamque illi in omnibus, vt officij ipsius ratio deposceret, operam explicaret: *Præfato*, inquit, *Regi, cum ad tuam notitiam de suo aduentu peruenerit & fueris requisitus ab eodem, vsque ad fines Italiæ læsanter occurres, cum honorificentia condigna suscipias & pertractes, & tuæ præsentiæ gratum & acceptabilem comitatum, prout tanti principis decet excellentiam & honorem, & officij tui requirit auctoritas, feruenter exhibeas, & assistas fauoribus & auxilijs opportunis. Et nihilominus per teipsum & alias solicite cum eodem ad statum terrarum eiusdem Romani regni pacificum & tranquillum labores instanter, & studia tuæ solicitudinis, vt eiusdem fideles regni dicto Regi, prout tenentur, pareant & intendant efficaciter, interponas. Speramus enim, vt cum eodem Rege ac tecum Domino faciente virtutem, ex Regis ipsius ac tuis operibus fructuosis dissensionum terrarum ipsarum ignis vestalis extinguetur, & eis pacis amabilis & concordiæ desiderata serenitas illucescet.*

a Ib. ep. 60.

Arnaldus Card. A. S. L. Henrico venienti operam commendare iussus.

Nec legati modo opera est vsus Clemens, vt Henricus ab Italis perhonorifice susciperetur, verùm etiã patriarcham Aquileiensem, ac Genuensem, Florentinum, Pisanum, & Mediolanẽsem antistites in eiusdem Regis obsequium pellicere est conatus; commendauitq; vt in adducenda concordia ac frenandis seditiosis Henrico studerent, ea in re tum ipsius tum sedis Apostolicæ gratiam, atque ingens apud omnes decus collecturi. Prouocauit b etiam ad id officium Germaniæ præsules dignitate conspicuos, vt venientem ad reposcenda imperij iura excipiendaque imperialia ornamenta Henricum stiparent, quo eorum potentia fultus succinctusque facilius ad obsequium aduersarios flecteret, ac decerpendæ inde gloriæ partem ad se deriuarent.

Præsules insignes Itali senti re cum Henr. iussi.

b Reg. post eod. epist.

16 Liberauit se eo onere Arnaldus Ferrariensibus conuersionibus implicitus, vtque facile in Italiam aditus muniret Henrico Pontifex, Thomam tit. S. Sabinæ presbyterum Cardinalem subrogauit c legationis in Insubria, Liguria, Etruria, ecclesiastica ditione, Taruisina marchia, Dalmatia, Sardinia, & Corsica gerendæ auctoritate instructum, vt illi comitem itineris se adiungeret, consilijsque optimis informaret: *Nos*, inquit, *qui Regem ipsum ob præcelsa deuotionis insignia, per quam nomen glorificatur Altissimi, & Romana ecclesia mater sua fœcundatur honoribus, in intimis dilectionis apostolicæ gerimus, desiderabiliter cupimus, vt prosperum iter faciat sibi Deus, gratis iucundetur successibus & votiuis, ac eius solium delectabilibus euentibus fulciatur, vt angelica iunioris Tobiæ comitiua lætatus prosperetur in omnibus, ad quæ diuina dispensatio mittit illum. Quocirca discretionem tuam rogamus, monemus, & exhortamur attentius, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus impositum tibi onus a Domino deuote suscipiens, & personaliter ad partes illas accedens, dicto Regi tuæ præsentiæ gratum & acceptabilem comitatum, prout tanti principis decet magnificentiam & honorem & officij tui requirit auctoritas, feruenter exhibeas & assistas honoribus & directio-*

Thomas presbyt. Card. creatus A.S.L.

c Ep. cur. 62.

Datæ illi partes, vt Regem Rom. deducat.

niam vicinam descensui ad Longobardiæ planitiem; idemque se cum copys promoturum enuntiauit. Præmissisque iterum ex latere viris strenuis ad partes Italiæ episcopis & laicis, ad vniuersos & singulos imperij fideles diem nuntiantibus, qua citra montes descensurus erat, vt occurrerent, suffecturi viribus regalis aduentus & parituri salubribus eiusdem monitis, vt regia maiestas appeteret.

9 Struxisse sibi iter in Italiam Henricum magna beneuolentiæ & æquitatis ostentatione, consonat Mussato Iordanus [a]: *Præmissis*, inquit, *episcopis & legatis, vt populorum sibi fauorem conciliet, denuncians in pace degentibus se eorum laudabiles approbare mores, iniuriam passis restitutionem, vniuersis pacem, alpes transgressus Italiam adijt.* Præcipuis ille in adeundo regno Italico Clementis studijs nitebatur, cuius potissimum opera Cæsareum fastigium conscenderat: nam Clemens, cum putaret Henricum officij beneficiorumque futurum memorē, ac redactis in concordiam proceribus aduersarum factionum, quæ discerpebant Italiam, Christianam religionem aduersus fidei hostes, Romanamque ecclesiam tutaturum, Italos omni contentione solicitauit, vt Henricum Regem admitterent. Quo argumento Genuensibus, quamuis illi iam ante fessi Friderici tyrannide iugum Cæsarum a suis ceruicibus depulissent, cum tamen intestinis tum dissensionibus laborarent, Clemens vt eos ad noui Cæsaris pacis spem præferentis obsequium pelliceret, apostolicas hasce literas scripsit [b].

a Iord. libr. M s. Vat. signat. 1960.

Promotæ a Clemente eius partes.

b Lib. 5. ep. tom. 19.

Dilectis filijs potestati, capitaneo, prioribus, consilio, & communi Ianuensium.

Datæ eo arg. literæ

10 Exultet in gloria virtutis Altissimi regni culmen inclytum Romanorum: exultent magnifice sibi subditæ nationes: iucundetur fœcunda lætitia populorum illius copiosa diuersitas, & conuentum lætitiæ faciant, qui diligunt nomen eius, quoniam ecce Rex ipsorum pacificus, dono diuinæ gratiæ magnificatus gentibus, cuius vultum eiusdem Regis terra desiderat vniuersa, eis veniet mansuetus, vt in suo sedens solio maiestatis solo nutu dissipet omne malum, cogitet pacis cogitationes pro subditis, illamque in plebem suam loquatur intrepide, ac suæ potentiæ ministerio salutari tanquam flumen aquarum multarum abundare faciat & redundare, sicut maris gurgites, affluenter. Terribilis quidem super filios hominum, qui sua virtute dominatur in secula, a regalibus sedibus cœlestis imperij veram ad infima regna mundi pacem transmittens, illam in natiuitatis suæ mirabili sacramento per suorum angelorum ministerium gloriosum in terris fidelibus nuntiauit. Hæc est fructus benedictionis a Domino, per quem mellifluam cæli dulcedinem susceperunt. Hæc est fructus pretiosus fidelibus, quem arbor iustitiæ, in benedictionibus plantata dulcedinis, germinauit. Hæc est fructus miræ pulchritudinis & decoris, quem cælestis agricolæ summa benignitas de radice charitatis eduxit; & hæc est fructus, de quo gentium doctor Apostolus & prædicator egregius veritatis in sacro suæ salutationis eloquio, quod de conscientia Regis emittebat excelsi, cunctorum refici corda fidelium cum summo desiderio cupiebat. Nos enim ipsius instructi eruditione decoris huiusmodi fructum in orbe terrarum super omnia cupimus abundare, propter quod libenter studia mentis nostræ conuertimus, vt fructus ipse in regionibus & terris regno Romano subiectis, & alijs partibus orbis, in quibus cultus viget fidei Christianæ multiplicetur ad diuini nominis gloriam & honorem.

Pacem commendat.

11 Dudum siquidem charissimus in Christo filius noster Henricus Rex Romanorum illustris per solemnes nuncios, ad hoc sufficiens mandatum habentes, quos ad sedem Apostolicam destinauit, nobis, præsentibus fratribus nostris in publico & solemni consistorio, astante fidelium multitudine copiosa, electionem vnanimem de persona sua per venerabiles fratres nostros archiepiscopos & dilectos filios nobiles viros regni Alamanniæ principes, in electione Romanorum Regis vocem habentes, celebratam fuisse concorditer; & etiam ipsi archiepiscopi & principes per literas suas, decretum suæ electionis continentes, solemniter cum humilitate debita intimarunt; petentes instanter a nobis per nuncios memoratos electionem per nos approbari prædictam, sibique regiam denominationem ascribi, & ad nostram veniendi præsentiam vnctionem, consecrationem, & coronam imperij de nostris manibus recepturo terminum assignari.

Significat vt Henr. Romanor Rex electus a principib. confirmatusque sit a sede Apost.

Nos vero cum eisdem fratribus deliberatione præhabita diligenti, prout tanti negotij grauitas exigebat, ac matura & solicita deliberatione discussis, quæ in huiusmodi negotio putauimus attendenda, electionem eandem duximus approbandam, sibi denominationem huiusmodi liberaliter ascribentes: ipsumque Regem Romanorum reputauimus, nominauimus, denunciauimus, & declarauimus de fratrum prædictorum consilio, iustitia exigente: approbantes nihilominus & etiam declarantes, ac pronuntiantes, sufficientem & habilem ipsum fore ad imperialis celsitudinis dignitatem; & vnctionem, consecrationem, & Romani coronam imperij per nostras deberi concedi manus eidem loco & tempore opportunis, & ad vnctionem, consecrationem & coronationem huiusmodi in basilica principis Apostolorum de Vrbe recipiendas de manibus nostris, diuina fauente clementia, certum terminum de ipsorum fratrum consilio per alias nostras literas, continentes præmissa omnia, liberaliter præfigentes.

12 Nuper autem Rex prædictus nobis per dilectos filios nobiles viros Amedeum Sabaudiæ & Guidonem de Flandria Zelandiæ comites, ac Oddonem de Grandisono suos nuncios speciales apostolatui nostro significare curauit, quod subditis suis intra Romanorum regnum in partibus Lombardiæ & Tusciæ constitutis, qui nedum ciuilibus bellis, sed etiam extrinsecis diffidijs, peccatis exigentibus, multipliciter colliduntur, pacem dare, pro ipsis tranquillitatem exquirere; & ad reformandum inter ipsos concordiam ardenter aspirans, pura intentione desiderat inobedientes singulos & rebelles Romanæ ecclesiæ matris suæ, vt ab ipsis ei cum humilitate & reuerentia debita, prout conuenit, pareatur, pro eius honore ipsius ecclesiæ pro viribus subiugare dominio; & ecclesiarum iura & bona deperdita, & per nonnullos, qui gloriantur cum male fecerint, in diuersis eiusdem regni partibus occupata, in manu potenti recuperare proponit. Propter quod & alias iustas & rationabiles causas, quæ ad hoc suæ mentis feruorem inducunt, præfatum terminum ad recipiendum vnctionem, consecrationem, & coronationem prædictas, ei per nos, vt præmittitur, assignatum anticipare disponit, vt speramus, pro vtilitate communi ad prædicti regni Romanorum partes potenter & personaliter accedendo, vt

Deliberat pacare Etruriam ac rebelles edomare.

Designatum ad imperialē consecr. tempus ob id anteuertere

omnibus ciuitatibus, terris, limitibus, terminis & confinibus integraliter, & cum omnibus iuribus & iurisdictionibus earundem: patrimonij etiam B. Petri in Tuscia cum ciuitatibus Tuderti, Narniæ, Vrbisueteris, & Reate, & cum omnibus ciuitatibus, terris, limitibus, terminis,& confinibus integraliter,& omnibus iuribus,& iurisdictionibus earundem. Comitatus quoque Sabinæ cum ciuitate Interamnensi, & cum arce Cesarum & terra, quæ dicitur Arnulphorum, cum omnibus ciuitatibus, terris, limitibus, terminis, & confinibus integraliter, & cum omnibus iuribus & iurisdictionibus earundem. Comitatus quoque Campaniæ atque Maritimæ cum omnibus ciuitatibus, terris, limitibus, terminis & confinibus integraliter, & cum omnibus iurisdictionibus & iuribus earundem.

Agnoscit ab Imperatoribus donatas, iterumq; donat.

6 Ex superabundanti de nouo, & ad maiorem cautelam supradictas omnes terras atque prouincias cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, terminis, limitibus, confinibus earundem, & ius ac possessionem & proprietatem ipsarum cum omni plenitudine recognoscimus iure plenissimo ad ius & proprietatem sanctæ Romanæ ecclesiæ spectare, ac omnimode pertinere: ac ipsas omnes terras atque prouincias de nouo auoamus, innouamus, atque concedimus, quitamus libere & dimittimus, restituimus & renuntiamus: nec non ad omnem scrupulum remouendum, & vt pax, quies, atque tranquillitas inter ecclesiam & imperium iugiter vigeat, & futuris, dante Domino, temporibus feliciter augeatur; & omnis contentionis & dissensionis cuiuslibet materia præcludatur, prout melius & efficacius fieri & intelligi potest, concedimus ipsas, conferimus, & donamus de nouo, promittentes & obligantes nos, prout plenius & efficacius possumus, quod nullo vnquam tempore occupabimus vel occupari, quantum in nobis est, permittemus ciuitates, loca, castra, terras, & prouincias supradictas, vel aliquam ipsarum vel earum partem; nec in ipsis, vel aliqua ipsarum, vel earum parte iurisdictionem aliquam per nos vel per alium geremus vel exercebimus; vel iura aliqua, possessiones, vel tenutas habebimus vel possidebimus in eisdem terris vel prouincijs, vel aliqua ipsarum vel earum parte; nec officium aliquod geremus, per nos vel per alium potestariæ, vel capitaniæ, seu quocumque nomine censeatur, in ipsis, vel aliqua ipsarum vel earum parte; & quod tanquam princeps catholicus, aduocatus, & defensor sanctæ Romanæ eccclesiæ iuuabimus ipsam, sibique assistemus contra quoscumque occupantes, inuadentes, vel turbantes prouincias ipsas, ciuitates, loca, castra, vel terras, vel aliquam ipsarum, seu earum partem; & quoscumque inobedientes, seu rebelles ecclesiæ, præcipue in prouincijs, ciuitatibus, locis, castris, & terris eisdem in nullo fouebimus vel manutenebimus, seu per quoscumque foueri vel manuteneri, quantum in nobis est, permittemus; sed contra ipsos assistemus auxilijs, consilijs, & fauoribus opportunis sanctæ Romanæ ecclesiæ, ac Romanis Pontificibus, & Apostolicæ sedi, quousque rebelles & subditi ad plenam reuerentiam & obedientiam reducantur.

Ad patrocinium ecclesiæ cōtra hostes suscipiendum se obligat.

7 Promittimus quoque sanctam Romanam ecclesiam & ecclesias alias, ac libertatem ecclesiasticam & bona, iura, prælatos, & ministros ipsarum manutenere, conseruare, ac pro viribus defensare; vassallos quoque Romanæ ecclesiæ contra iustitiam non offendere: & quoslibet deuotos & fideles ecclesiæ, etiam in imperio constitutos, benigne tractabimus, & contra iustitiam non opprimemus, neque per alium, quantum in nobis est, opprimi permittemus, sed conseruabimus in iuribus & iustitijs eorundem. Prædicta autem omnia & singula inuiolabiliter obseruare & obseruari facere, & nullo vnquam tempore contrauenire iurauimus ad sancta Dei euangelia, tacto libro in manibus venerabilis patris domini Balduini archiepiscopi Treuerensis, & discreti viri Ioannis de Molans scholastici ecclesiæ Tullensis vestri capellani nomine Romanæ ecclesiæ & sedis Apostolicæ ac vestro, & de vestro mandato specialiter recipientium: de qua etiam receptione tam per alias nostras, quam per ipsorum recipientium literas, seu instrumentum publicum plene constat. Et ad prædictorum omnium perpetuam rei memoriam, & sanctæ Romanæ ecclesiæ ac sedis Apostolicæ & Romanorum Pontificum securitatem atque cautelam præsentes literas regiæ maiestatis sigillo munitas fecimus communiri, promittentes & obligantes nos cum omni efficacia & effectu, quod post imperialis diadematis coronationem susceptam prædicta omnia ratificabimus, confirmabimus, & recognoscemus, & faciemus & seruabimus, atque iurabimus; & de supradictis omnibus infra octo dies nostras patentes dabimus literas quadruplicatas, harum seriem continentes ad perpetuam rei memoriam, & ad securitatem & cautelam vestram & successorum vestrorum & sanctæ Romanæ ecclesiæ & Apostolicæ sedis, imperialis maiestatis typario communitas. *Dat. Lausana v. id. octobris regni nostri an. secundo anno Domini* MCCCX.

Clientes ecclesiæ clemēter habendos

Accepto insigni imperiali nūcupatum sacramentum renouare promittit.

8 Dum Lausanæ agebat Henricus Rex, permissa Ioanni Regi Boemiæ, vt docet Ioannes Villanus a, Germaniæ administatione, atque Italorum legationes, opperiebatur, exercitumque instruebat, confluxere ad ipsum ex omnibus pene Italiæ vrbibus Romano imperio obnoxijs oratores, atque ingentia munera obtulere. Inter quos Pisani sexaginta aureorum millia pro ornando bellico apparatu porrexere b, æqualem pecuniarum vim imperiali ærario, cum Pisas ingressus esset, inferre polliciti. His studijs subuectus Henricus de Italia suo subijciēda imperio ingentes spes concepit, coiuitque armorum fœdera cum pluribus principibus, qui Philippo Regi Francorum erant infensi; præterea expeditionis Italicæ diem, missis ad demulcendos blandis pollicitationibus populos oratoribus, constituit, vt subiectis verbis refert Albertinus Mussatus c.

a Io. Vill. l.9.c.1.

Italicæ vrbes ad Henr. oratores mittunt.

b Id. ib. c.7 Ant. 3. p. tit. 21. c. 2. §. 4. Vver. in Henr. et alij.

Vt populorum amores sibi conciliaret, nuntios cum maiestatis suæ literis mature nuntiare iussit felicem aduentum ipsius; seque pacem mundo daturum, iura, libertates lapsis restituturum, vniuersitatum in pace degentium mores approbaturum, & reliqua regalibus extollentia suasionibus corda fidelium. Intereaque confœderationes cum principibus regionum Theotonici nominis, priuatasque amicitias sibi sponsionibus & cæteris, quæ mortales alliciunt conquirens; spe etiam suffultus Amedei Sabaudiæ comitis alteram ex filiabus ducis Brabantiæ vxorem habentis, cui & dalphini frater adhæsit eiusdē comitis Sabaudiæ gener, inque socias vices & Guidone Flandriæ comitis fratre ineunte: ij quidem & Imperatoris aduentum ob studium exosi dicti Philippi Francorum Regis *affectabant. Statutam inde diem transgrediendarum alpium præfixit in Lausaniam*

c Alber. Muss. l. 1. c. 4.

Delinitæ ab Henrico promissis.

Missi ad eos oratores.

que ecclesiasticam libertatem, omnesque ecclesias protectione imperiali ab omnibus iniurijs vindicaturum. Iniunxit etiam partes nūtijs, vt ab Romanorum Rege, postquam sacramentum huiusmodi nuncupasset, imperiale eā de re diploma ex forma ipsi præscripta elicerent, ac sedi Apostolicæ transmitterent. *Dat. Auenion. v. kal. iulij anno v.*

3 Perfuncti sunt imposito sibi munere Treuirensis archiepiscopus ac Ioannes e Molans, vt testatur Henricus Romanorum Rex datis Lausanæ ad Clementem hoc eodem anno vi. idus octobris literis a, quibus profitetur, se coram ipsis Romano Pontifici fidem subiectis verbis deuinxisse, manumque sacrosanctis euangelijs religionis ergo admouisse.

a *Ext. in arc. S. Ang l. priu. Rō. eccl. to. 3. pag. 139. coll. Plat. to. 1. pag. 351. & M. S. Vall. sign. lib. B. n. 12. pag. 566. et sig. lit. D. n. 1. pag. 65. & lib. cens. pag. 349.*

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo domino Clementi, sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, Henricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus cum reuerentia debita deuota pedum oscula beatorum.

Feruenti desiderio cupientes sanctitatis vestræ pedibus & Apostolicæ sedi toto corde & animo zelum nostræ reuerentiæ, fidei, & deuotionis offerre, vestris sanctis monitis, exhortationibus, & mandatis nos pro viribus coaptando, & honorem vestrum ac sanctæ Romanæ ecclesiæ ac aliarum ecclesiarum iura diligere, & pro posse protegere atque seruare; attendentes propensius, quod nihil est, quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in principe, nihilque est, quod ita nequeat occasui subiacere, quam vera religio; & quod ad Dei timorem seruandum, mandataque eius custodienda factus est omnis homo, sed præcipue imperialis & regalis potestas, quæ a domino Deo est, & ad eius ministerium exequendum, ad fidem & reuerentiam sui nominis dilatandam in omnes regiones & regna; promittimus & obligamus nos cum omni efficacia Deo omnipotenti, vobisque domino nostro Clementi summo Pontifici, vestrisque successoribus ac sacrosanctæ sedi Apostolicæ, & Romanæ ecclesiæ, quæ ecclesiarum omnium caput est & magistra; quod sacrosanctam catholicam & apostolicam ecclesiam, fidemque catholicam fundatam supra fundamentum Apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in cuius nomine omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, nec est nomen aliud sub cælo, in quo saluari oporteat credentes; toto corde & animo, pura fide & sancta intentione conseruabimus, reuerebimur, atque defendemus totis viribus & toto posse, ac omnem hæresim & schisma * extollentem se contra sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam exterminabimus pro viribus, & omnes hæreticos, cuiuscumque sectæ & conditionis existentes, facies quidē habentes diuersas, sed caudas adinuicem colligatas, quibus vineam domini Dei Sabaoth perdere & vastare nituntur; omnesque fautores, adiutores, valitores, & receptatores ac defensores eorum: & quod nullo tempore coniungemur, confœderabimur parentela, vel fœdere, vel vnione quacumque cum quocunque Saraceno vel pagano, vel schismatico Rege vel principe, vel quocunque alio fidei catholicæ communionem non habente, neque cum aliquo rebelle vel inimico ipsius Romanæ ecclesię, vel eidem manifeste suspecto.

Henr. Rex Rom. lit. ad Pont.

Religio singulare princip. ornamentum.

Pollicetur Romanor Rex fidē catholicā se defensurum.

*extollentia

Hæreticos perditurum.

Cum hostibus ecclesiæ fœdera non initurum.

4 Item promittimus & obligamus nos cum omni efficacia & effectu, quod personam vestram, statum, & honorem & successorum vestrorum contra quemcumque seu quoscunque homines, cuiuscumque status, præminentiæ, vel dignitatis existant, conseruabimus & defendemus & manutenebimus; nec non omnia priuilegia Regum & principum & Imperatorum Romanorum prædecessorum nostrorum, cuiuscumque tenoris & continentiæ existant, quocumque tempore concessa sanctæ Romanæ ecclesiæ, ac Romanis Pontificibus, & sedi Apostolicæ, & quibuscumque ecclesijs, prælatis, & ministris ipsarum, conseruabimus & manutenebimus: nec aliquo vnquam tempore contraueniemus, nec aliquem, quantum in nobis erit, venire permittemus quacumque occasione vel titulo allegato, iuris vel facti; immo ad perpetuam rei memoriam & sanctæ ecclesiæ securitatem atque cautelam ipsa priuilegia omnia, pro nobis & successoribus nostris ratificamus, & confirmamus, recognoscimus, innouamus, & de nouo concedimus, prout melius & plenius possumus ex certa scientia cum omni efficacia & effectu: volentes ac etiā decernētes, quod ista generalis ratificatio, confirmatio, recognitio, innouatio, & de nouo concessio, perinde robur obtineant perpetuæ firmitatis, ac si omnia & singula priuilegiorum verba singulariter & expresse ac de verbo ad verbum præsentibus inserta fuissent. Specialiter autem & expresse cum omni efficacia & effectu supradictis ratificamus, confirmamus, recognoscimus, & innouamus, & de nouo concedimus omnia priuilegia Constantini, Caroli, Henrici, Othonis quarti, Frederici secundi, atque Radulphi Regum & principum seu Imperatorum Romanorum quocumque tempore concessa super quibuscumque, cuiuscumque continentiæ vel tenoris existant sanctæ Romanæ ecclesiæ, Romanisque Pontificibus, & sedi Apostolicæ.

Romanos Pōtifices tuiturum.

Illorum iura seruaturum.

Concessa a maioribus confirmat.

5 Promittimus etiam & obligamus nos cum omni efficacia & effectu, omni iure & forma, quo melius & efficacius fieri potest, manutenere & conseruare omnia priuilegia, cuiuscumq; tenoris vel conditionis existant, & nullo vnquam tempore contrauenire, vel aliquo modo, quantum in nobis est, venire permittemus quacumque occasione, vel causa, vel titulo allegato iuris vel facti, per quoscumque Reges, vel principes, seu Imperatores Romanorum, & præcipue per supradictos Constantinum, Carolum, Henricum, Othonem quartum, & Fredericum secundum atque Radulphum concessa sanctæ Romanæ ecclesiæ & Romanis Pontificibus & Apostolicæ sedi super recognitione, innouatione, auocatione, donatione, concessione, quitatione, renuntiatione, & liberæ dimissione terrarum & prouinciarum sanctæ Romanæ ecclesiæ vbicumque positarum; præcipue marchiæ Anconitanæ cum omnibus ciuitatibus, limitibus, terminis, & confinibus suis integraliter, & cum omnibus iuribus & iurisdictionibus earumdem, exarchatus Rauennæ & Pentapolis, ac Romaniolæ & Britteuorij comitatus, cum ciuitate Bononiæ & cum omnibus ciuitatibus, terris, limitibus, terminis, & confinibus integraliter, & cum omnibus iuribus & iurisdictionibus earundem. Vallis quoque, quæ Spoletana dicitur siue ducatus, cum ciuitatibus Perusij, atque Castelli, & cum omnibus ciuitatibus, terris, limitibus, terminis, & confinibus suis integraliter, & cū omnibus iuribus & iurisdictionibus eorundem. Massæ quoque, quæ Trabaria nuncupatur cum om-

Spondet ecclesiasticam ditionem non inuasū iri.

Præcipuas illius vrbes ac prouincias designat.

rona redimitus a a Vvintonienſi epiſcopo ex procuratione archiepiſcopi Cantuarienſis, cui Regum Angliæ ſacro balſamo inungendorum ius a Clemente aſſertum vidimus, expeditionem duxit aduerſus Robertum Bruſium, qui poſt partam ſuperiore anno de Ioanne Cuminio victoriam vires ſuas admodum in Scotia auxerat. Sed ob innatam ſegnitiem, partimque ob commeatuum inopiam, exercitum e Scotia nulla re geſta reuocauit b: quocirca Scoti, qui etiam rum ipſi hæſerant, ab eo ad Robertum defecere, cui quoque plures vrbes, deſperata Anglica ope, ſeſe dediderunt: quamobrem Robertus adeo vires ſuas confirmauit in Scotia, vt ex ea diuelli non potuerit; quinetiam Angliam magnis vltro cladibus attriuerit, vt ſuis locis narrabitur.

a Vvalſing. in Eduar.

b Hector. Boet. hiſt. Scot. l. 14. Buchan. hiſt. Scot. l. 8.

Eduardi expeditio in Scotiā diſſoluta. Confirmatæ Scotorū res.

IESV CHRISTI
Annus 1310.

CLEMENTIS PP. V. annus 6. HENRICI ROM. REG. 2. ANDRONICI IMP. ORIEN. 27

1 SVſpenſa erat anno Christi milleſimo treceteſimo decimo, octaua indictione vniuerſa Italia expectatione aduentus Henrici Romanorum Regis, quem Ioannes Villanus c iter aggreſſum ait, vt ſuſcepta Mediolani ferrea Cæſarum corona, atque aurea Romę redimitus, inſignituſque Auguſtorum ornamentis, pacato occidente, meditatam pro inſtaurandis in Syria Chriſtianis rebus expeditionem adornaret. Cumularant etiam tum illius vota felices rerum exitus, nec Germanicas res modo compoſuit, verum etiam Ioannem filium Regem Boemis dedit, quam rem geſtam hoc anno Bernardus teſtatur his verbis d: *Anno Domini* MCCCX. *filius Henrici Regis Alemanniæ cepit in vxorem filiam Regis Boemiæ, quæ erat heres regni, & ipſe factus eſt Rex Boemiæ cum eadem*. Conſentiunt Bernardo Albertinus Muſſatus e, Ptolemæus Lucenſis f, M. S. geſta Clementis V, rerumque Boemicarum ſcriptores.

c Io. Vill. l. 9. c. 1.

Ioannes Henrici Regis Rō. filius creatus Rex Boemiæ.

d Ber. chr. Rom. Pon. geſta M.S. Clem. V.

e Albert. Muſſat. l. 1 c. 4.

f Ptol. Luc. hiſt. eccl. l. 24. c. 40. Aen. Syl. hiſt. Boem. c. 31. Dubr. l. 19 & 20. et alij.

Adductus enim in odium apud Boemos erat Henricus Charinthiæ comes, qui dotali Annæ vxoris iure regnum obtinebat, cum Boemis diffideret, Charinthioſque arcibus ac muneribus præficeret: atque adeo exarſit diſcordia, vt in Nimburgenſi conuentu de pellendis Charinthijs ac Ioanne Romanorum Regis filio ad ſceptrum euocando conſpiratio conflata fuerit. Verſum eſt Henrico Charinthio crimini, Boemiam Romani imperij beneficiariam contra maiorum inſtituta Romanorum Regis auctoritate non accepiſſe, debitaque illi officia poſt triennium non exhibuiſſe; tum Eliſabetam coniugis ſororem ad indignas nuptias, quo regnum ſibi aſſereret, compellere voluiſſe. Decreta itaque ad Henricum Lucemburgenſem legatione, Ioannem filium popoſcere: ſed cum Henricus mittere ſtatueret Valramum fratrem ad comparandum ſibi armis illud regnum, veritus filium in aperta pericula in ipſo adoleſcentiæ flore conijcere, vrgentibus Boemis, atque archiepiſcopi Moguntini conſilio Ioannem iiſdem Boemis Regem tradidit. Qui deſponſa Spiræ Eliſabeta Vvenceslai iunioris defuncti ſorore, egregio ſuccinctus exercitu, Boemorumque ſtudijs regnum, pulſis Charinthijs, adeptus a Petro Moguntino, ſuffragantibus Ioanne Pragenſi & Petro Lonnicio Olomucenſi præſulibus, ſolemni pompa Pragę regio diademate eſt inſignitus. In qua celebritate Moguntinus archiepiſcopus Boemos eleganti oratione ad mutuam concordiam eſt cohortatus, quam illi poſtea magna religione coluere.

BoemiHēricū Charinth. pellunt. Quæ ipſi obiecta.

Eliſabet. Vvencesl ſoror Ioāni deſponſa.

Ioannes a Petro Mog. arch corona redimitus.

2 Euecto ad Boemicum ſolium filio, pacataque Germania, ad altiora conſilia de adipiſcendo Italico regno animum extulit Henricus, ad quod extimulatum a Gibellinæ factionis proceribus indicat Iordanus a: *Hic*, inquit, *ſtrenuus in agendis & acer in hoſtes, pacatis vſque ad oceanum Alamanniæ finibus, primogenito in regno Boemiæ coronato, quod Romano tunc vacabat imperio, Carinthiæ duce ſubmoto, ad partes Italiæ diuiſione concuſſas venire diſponit, pollicentibus ſubſidia non paucis, qui a conciuibus in Lombardia & Tuſcia puſi erant*. Cum itaque ille Italici itineris, vt imperiali inūctione a Clemente vel Cardinalibus legatis liniretur, conſilium aperuiſſet ſedi Apoſtolicæ, Pontifex ad tuenda Romanæ eccleſiæ iura, datis Henrico literis, ſuis conceptam verbis ſacramenti formam Henrico propoſuit, ex quo fidem ante obſtricturus eſſet nuncijs apoſtolicis, quam Italiam ingrederetur. Illius vero iuriſiurandi eccleſiæ nomine admittendi prouinciam Balduino archiepiſcopo Treuirenſi & Ioanni e Molans ſcholaſtico viro in rebus gerendis ſtrenuo demandauit. b

a Iord. chro. M.S. Vat. ſig. n. 1960. Alb. Muſſ. l. 1. c. 4. Ptol. Luc. hiſt. eccl. l. 24. c. 40.

Henr. Rō Rex in Italiam venire apparat.

b Clem. l. 5 ep. cur. 56

Ioannes, &c venerabili fratri Balduino archiep. Treuirenſi & dilecto filio Ioanni de Molans ſcholaſtico eccleſiæ Tullenſis capellano noſtro.

Vt inter ſanctam Romanam eccleſiam ac nos & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices & Apoſtolicam ſedem, & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum Regem Romanorum illuſtrem, ſemper vigeat plenæ charitatis affectus, ſcribimus eidem Regi per alias literas noſtras, quod per literas ſuas tenoris & continentiæ infraſcriptæ, regio ſigillo munitas, promittat nobis & Romanæ eccleſiæ & ſucceſſoribus & ſedi Apoſtolicæ ſupradictis, quod contenta in eiſdem literis ſuis integraliter faciet & firmiter adimplebit: & nihilominus iuret in manibus veſtris, vel alterius veſtrum vobis noſtro & eccleſiæ ac ſucceſſorum & ſedis prædictorum nomine recipientibus, quod illa inuiolabiliter obſeruabit. Quare diſcretionē veſtram monemus & hortamur attētius, per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus iuramentum huiuſmodi vos vel alter veſtrū ab eodem Rege recipiatis nomine ſupradicto, ac de præſtatione & receptione ipſius inſtrumenti publicum dictarum literarum ſuarum continens ſigillorum veſtrorum munimine roboratum, ſeu patentes Regis ipſius literas prædictarum aliarum literarum ſuarum ſeriem continentes, confici faciatis; illudque nobis vna cum prædictis literis regijs, ſeu præfatas literas iuramentum huiuſmodi continentes quantocyus ſtudeatis per fidelem nuncium deſtinare.

Ab Romanorū Rege ſacramentū de tuenda eccleſia exigi iubet Pont.

Tenor vero dictarum literarum ipſius Regis talis eſt, &c.] Inſerit hiſce literis adducendā a nobis inferius formam ſacramenti, quod ab Henrico pontificio nomine exigi iubetur, ipſum ſcilicet nunquam a fide catholica defecturum, extincturum hæreſes, nec cum vllis ſectarijs, Saracenis, ſchiſmaticis, vel eccleſiæ hoſtibus fœdus aliquod initurum: Pontificum Romanorum dignitatem ac iura defenſurum, corroboraturum conceſſa a veteribus Imperatoribus ſedi Apoſtolicæ priuilegia, eccleſiaſticam ditionem non inuaſurum, non defuturum opera vel conſilio Rom. Pontifici ad ipſius hoſtes retundendos, defenſurum denique

Præcipua capita in eo contēta.

demptor omnium immensa beneficia humano impensa generi exprobrans, dum pro tot beneficijs impensis eisdem nihil digni rependentes, etiam contra nominis sui blasphemos, qui prædictam terram infestæ persecutionis instantia totaliter occuparunt, feruore fidei Christianæ & compassionis affectu in ipsius Redemptoris vlciscendas iniurias non assurgunt, &c.] Subdit retardatos hactenus varijs impedimentis Romanos Pontifices, ne curas ad pellendos e Syria Saracenos verterent; sibi vero alte impressum hærere animo, vt terrã illam diuino sanguine consecratam infidelibus eripiat, atque adeo Hospitalarios equites præmittere, vt conflando ex omnibus regnis Pontificis imperio crucesignato exercitui iter explicaretur: ad quæ facilius perficienda se apostolicas ipsi vices in Cypro & Rhodo insulis, Armenia minori, Alexandrino, Antiocheno atque Hierosolymitano patriarchatibus demandare, instruereque auctoritate, vt bello sacro nomen daturis symbolum imponat. Consignatæ sunt hæ literæ *Auenione* XII. *kal. iulij anno* IV.

Ruthenensis episc. creatur legatus.

34 Muniuit pluribus alijs priuilegijs a legatum, atque ad liberandos criminum nexibus fideles eam auctoritatem, qua pollerent pontificij pœnitentiarij, concessit b: *Nos*, inquit, *de circumspectione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, absoluendi iuxta formam ecclesiæ excommunicatos huiusmodi in casibus, in quibus id minoribus pœnitentiarijs nostris permittitur, etiamsi per locorum ordinarios excommunicati denuntiati fuerint, dummodo iniuriam & damna passis satisfaciant competenter, liberam tibi concedimus auctoritate præsentium facultatem*. Amplificauitque c alijs litteris eam legati auctoritatem: *Fraternitati*, inquit, *tuæ dispensandi hac vice in casibus, in quibus dispensare potest pœnitentiarius noster maior, cum ecclesiarum prælatis & alijs personis ecclesiasticis secularibus & regularibus tuæ legationis, qui suspensionis, excommunicationis, vel interdicti ligati sententijs fecerunt se ad sacros ordines facere promoueri, vel diuina officia celebrarunt, aut se immiscuerunt eisdem, seu officia huiusmodi celebrarunt in locis ecclesiastico suppositis interdicto, iniuncta eis pro modo culpæ pœnitentia competenti; liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem*.

a lb. ep. cit. 739. ad 755. & ep. 757. 756. 1252.
b lb. ep. 1254.
c Id. ib.

Commendauit legatum orientalibus præsulibus d, atque Henrico Cypri Regi e, vt debita ipsum obseruantia complecterentur, atque iussa religiosissime perficerent. Ad tolerandos vero sacri belli sumptus stipem a fidelibus colligendam curauit, atque ob id in sacris ædibus arcas obsignatas peruio foramine, quo eleemosynas pij demitterent, exponere iussit; vt plura docent pontificia diplomata f: quibus etiam archiepiscopis, alijsque præsulibus ecclesiarum prouinciam imposuit, vt sacerdotes virosque religiosos pro Christiana re transmarina, dum peragerent diuina, ardentes Deo preces fundere iuberent. Excitauit quoque alijs literis Clemens religiosos viros ac virgines Deo consecratas, vt cælestem opem precibus suis pro Christiano nomine dimicantibus conciliarent. Inter quos Cisterciensium pietatem, propositis in eam rem indulgentijs, inflammauit. g

d Reg. pont. ep. 652.
e lb. ep. 738
Imploratæ ad belli sumpt. fidelium eleemosynæ.
f lb. ep. et. 964. 965. 966. 967. 968. et 1112.
g Ep. 682.

Dil. fil. abbati Cistercij eiusque coabbatibus & fratribus, ac dilectis in Christo filiabus abbatissis & sororibus Cistercien. ordinis.

Gerentes de vestrarum orationum suffragijs in ijs, quæ agenda nobis incumbunt, fiduciam in Domino specialem, vniuersitatem vestram rogamus & hortamur in Domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus pro salute nostra & felici consummatione passagij per nos ordinati in subsidium terræ sanctæ, & aliorum, quæ nobis imminent agendorum, pias apud Deum preces effundere studeatis. Nos enim de ipsius omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, singulis vestrum vere pœnitentibus & confessis, qui singulis diebus, donec vixerimus, quinquies orationem dominicam, & septies salutationem B. Mariæ virginis pro huiusmodi gratijs a Domino facile obtinendis dixerint reuerenter, sexaginta dies de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer relaxamus. *Dat. Auinione* II. *non. septemb. anno* IV.

35 Conscendit a hoc tempore mare legatus apostolicus cum Hospitalariorum magistro Fulcone Villareto, tantaque e diuersis regnis, maxime e Germania, crucesignatorum multitudo ad incundam eam expeditionem confluxit, vt illam classis, quæ comparata ad transfretandum erat, capere non potuerit: quorum plures cum ad pontificiam aulam, quæ Auenione versabatur, ad consulendum Pontificem accessissent, Clemens ijs omnibus tot misertus labores præmia indulgentiarum contulit. Quæ vero gesserint alij, vtque ventis excepti contrarijs in Sicilia subsistere reliquo anno coacti sint, narrat hisce verbis Bernardus b: *Mense septembris transfretat episcopus Ruthenensis legatus in terram sanctam ad partes transmarinas cum magno magistro Hospitalariorum & alia multitudine hominum copiosa, pro quodam præparatorio ad futurum passagium generale, concessa a Papa transeuntibus plena indulgentia peccatorum. Sed ventis in mari contrarijs, per sequentem hyemem cum multo personarum & rerum incommodo & iactura fuit nauigatio impedita: & peruenientes apud Brundusium multo tempore in illa vicinia substiterunt, vernum tempus ad nauigandum prosperum expectantes*. Hæc ille: quæ vero in oriente crucesignati gesserint, sequenti anno dicetur.

a Bos. hist. equit. Hierosol. p. 2. l. 1.
Crucesignatorum multitudini naues defuere.
b Ber. chr. Rom. Pon. & M. S. Vat. sign. n. 3765.
Alij ventis contrarijs detenti in Siciliæ portubus.

Nunc de Saracenorum seditionibus hæc ex Iordano c addemus, ex quibus restituendæ rei Christianæ tum affulsisse occasionem colligitur: MCCCIX. *Soldanus Aegypti claudus de mense martij ad Cracum cum gente & familia sua iuit, & Bibarsimeber abstulisse sibi videbatur dominium Kayri & Babylonis. Hic notat de schismate Saracenorum, quod post cædem plurium soldanorum factus est iste claudus, vt dictum est: & post eum quatuor erant potentes viri valde, quorum duo principaliores Naboiser & Bibarsimeber se mutuo oderant, tertius vocabatur Merecendal, cui duo primi inuidebant, oderantque. Hic se ac soldanum ab eis, quantum poterat, præseruabat. Quartus vero dictus Camelinus exitum rei tacitus considerabat: cæteri autem admirandi atque officiales quantum poterant de regio fisco rapiebant. Duo autem prædicti Naboiser & Bibarsimeber licet inuicem dissiderent, aduersus tamen Merecendal non multo post conspirauerunt, eorumque factione non solum de curia, verum & de tota Aegypto pulsus est cum gente sua. Pulsus vero ad partes Sapheti Ptolemaidis & castri peregrinorum se contulit, obtinuitque dominium regionis. Quibus gestis anno prænotato soldanus in Craeb fortalitio se tutauit.*

c Ior. M S Vat. sig. n. 1690. c. 234. p. 10. Mar. San. l. 3. p. 13. c. 11.
Intestina Saracenorum bella

At si exercuere Saracenos discordiæ, non huius mali erant immunes Christiani: in Anglia enim Eduardus Rex solemni ritu co-

Regis eiusdem, Sardiniæ & Corsicæ regno eiusque terris dumtaxat exceptis, qui dicto Regi ad prosequendum negotium ipsum subuenerint, duximus concedenda.

Præsules ad conferenda subsidia hortari subditos iubet.

30 Vt autem tantæ salutis negotium, tantique boni felix auspicium non desidiosa subuentio prosequatur, volumus quod vos & singuli vestrum fideles quoslibet vestrarum ciuitatum & diœcesum, cum vos confessiones eorum audire contigerit, eisque proponere verbum Dei, moneatis attentius & efficaciter inducatis; & nihilominus omnes ecclesiasticas, seculares, & regulares personas, exemptas & non exemptas, vestrarum ciuitatum & diœcesum confessiones audiendi & proponendi verbum Dei potestatem habentes, iuxta datam vobis a Deo prudentiam studeatis efficaciter exhortari, quod fideles ipsos confitentes eisdem, & sermones & prædicationes audientes ipsorum solerter moneant & diligentius exhortentur, quod ipsi, dum vixerint, & demum tempore obitus eorundem grata charitatis subsidia dicto Regi in auxilium eiusdem negotij studeant erogare.

Indictæ ad diuinā opem implorandā sacræ preces.

Verum quia deuotæ crebræque orationes fidelium aures diuinæ pietatis inclinant, & ipsarum interuentione illius propitiatio facilius impetratur; vestræ mentis aciem deuotis affectibus ad Conditoris omnipotentiam dirigatis, & apud ipsius clementiam, vt ipse dictum Regem, suum vtique bellatorem, cum suis omnibus benigne clementi dextera protegat, sibique vires & virtutes adaugeat & corroboret contra paganicas nationes, ac ad dictum negotium ad ipsius Omnipotentis gloriam, & totius Christianitatis honorem salubriter & prospere dirigendum clementer prospiciat, sedulis supplicationibus contrito & humiliato corde insistite. Et præsertim quotiescumque vos missarum officia celebrare contigerit, orationes contra paganorum perfidiam, per ecclesiam ordinatas, quarum prima, *Omnipotens sempiterne Deus*, secunda specialiter ad secretam, *Sacrificium Domine*, & tertia dici post cōmunionem præcipue consueta, *Protector* incipiunt, deuotis mentibus effundatis, & per singulas personas ecclesiasticas in sacerdotio constitutas vobis subiectas pio cordis affectu dici in missarum earundem officijs faciatis, &c. *Dat. prope Malausan. Vasionensis diœcesis* 11. *id. nouem. anno* IV.

Aragonij alijs lit. a Clem. vt Iacobo sumptus ad bellū porrigant solicitati.

31 Exacuit eorum præsulum diligentiam repetitis alijs eo argumento pluribus literis [a], vtque pro excindenda impietate sumptibus non parcerent, ac decimas integras haud segniter porrigerent: æmularentur Castellanos antistites, qui in iuuando sumptibus Ferdinando in eo bello liberalitatem explicuerant; vel Gallos, qui in Belgico bello Philippo Regi nunquam defuerant: promereri id beneficium Iacobum Regem Aragonum, qui imperio Christiano augendo arma deuouisset, cuius etiam laudes his verbis ornauit: *Deuotionis integritate feruens ad Dominum charissimus in Christo filius noster Iacobus Aragonum Rex illustris, inclytæ memoriæ Iacobi Regis Aragonum aui sui, qui tanquā feruidus Christi pugil tendens, dum vixit, ad dilatandum nomen fidei Christianæ, sic eius fidei persecutus extitit inimicos, quod illorum nequitia in forti brachio superata, quadam ipsorum ciuitates & regna triumphaliter suæ ditioni subiecit, rectas semitas imitans; ac actus suos in æterni Regis beneplacito dirigens, zelo amoris diuini ad exterminium infidelium, & fidelium terminos propagandum ingenti & sublimi potentia dirigit mentem suam.*

a Ibid. ep. cur. 96. & reg. post eand. ep.

Iacobi Regis præclarum elogium.

Apud Algeziram res a Castellanis segniter gesta.

32 Succubuisset sane Almeria sub Iacobi Regis potentia, vt refert Surita [a], ni Castellæ Rex Maurorum vires in vrgenda Algeziræ obsidione distraxisset: sed discordia intempestiua illius expeditionis fructum corrupit. Ioannes enim & Ioannes Manuel regiæ Castellanæ principes a Ferdinando animis dissidere cœpere, cum Ioannem Nunniū & Lupum Harum sibi infensos apud Regem florere gratia & auctoritate, suā vero infringi ac sperni consilia indignarentur. Querebatur etiā Ioannes Tariffam, vt Ferdinandus spoponderat, sibi non tradi, immo data imperia, vt si eam arcē adiret, letho daretur. Quibus exasperatus e regijs castris se proripuit, pluresque secum traxit proceres, nec vllis precibus flecti potuit, vt in obsidione perstaret: cumque Ferdinandus dissipari exercitum intueretur, obsidionem Algeziræ soluit. Quo accepto Iacobus, qui Almeriam in angustias graues coniecerat, cum belli molem in se versum iri cerneret, inito cum Rege Granatensi fœdere, ac liberatis mancipijs Christianis abscessit sequenti ineunte anno, inglorio sane tantæ expeditionis exitu, in qua nulla alia res insignis gesta, quam quod Rex Granatensis cœcus a fratre Azaro, regnandi libidine percito, in ipso belli ardore coniectus in carcerem est, atq; interemptus. Proximo vero anno Ferdinandus Rex Castellæ decumas pro expugnanda Algezira a Clemente obtinuit [b].

a Sur. l. 5. annal. c. 85. & ind. l. 2. Maria l. 15. c. 9.

Discordia inter Castell. principes exorta.

Ferdin. Rex turpiter obsidionem soluit.

Iacobus Rex Arag. pari dedecore Almeria abscedit.

Rex Granatēsis a fratre necatur.

b Ext. de ea lit. reg. tito in arch. Aue. niou.

33 Anceps etiam hoc anno extitit alia Christianorum in orientales Saracenos expeditio, quæ ab Hospitalarijs ad muniendum iter secuturæ alteri solemni, quam Pontifex moliebatur, suscepta est. Creatus in exercitu legatus Apost. sedis Petrus episcopus Ruthenensis, dataq; illi in oriente religiosam militiam professuros crucis symbolo insigniendi auctoritas subiecto diplomate, in quo Pontifex ad accendendos pio ardore fideles grauissimis sententijs illatas a Saracenis iniurias Christiano nomini, ac profanatam impiorum sceleribus terram sanctam, Christumque fidelium auxilia tot linguis, quot vulneribus corpus exaratum habet, implorare describit [c].

Exercitus in orientem aduersus Sarac. transmissus.

c Lib. 4. ep. com. 691.

Venerabili fratri Petro episcopo Ruthenen. Apostolicæ sedis legato.

Vulnus & liuor & plaga tumens, quę ille leo rugiens ex Ægypto progressus, damnati generis bestia iræ plena in terram sanctam funiculum hereditatis Domini, & habitatores ipsius catholicæ fidei professores truculentius intulit, fidelium ingratitudinem arguunt, & de ipsorum, proh dolor! damnosa tarditate queruntur; quoniam terra illa deserta est, ciuitates eius igne succensæ, regionem illam sanctissimam Christi sanguine purpuratam coram nobis deuorant alieni, & filia Syon vastitatis hostilis perferens desolationem, vt vmbraculum in vinea, vt tugurium in cucumerario deploranda strage seu captiuitate suorum inter alienigenas profani ritus & opprobria exprobrantium noscitur derelicta.

Lugubris Syriæ excidij descriptio.

Propterea in ara crucis expansis manibus in auribus fidelium clamat assidue dominus Iesus Christus: clamant liuores & vulnera: clamant caput, manus & pedes, & latera: clamant spinæ, clamant claui & lancea: clamant opprobria non tam articulatæ vocis exaltatione, quam euidenti obtestatione passionis ipsius, afflictiones innumeras, & diuersa testantia genera tormentorum, ijs nostræ redemptionis insignijs idem Redem-

Solicitati ad amissa recuperāda fideles.

Res gestæ in eo bello.

a Lib.4.ep. cur.93. b Marian. l.15. de reb. Hisp. c.9. Sur. ind. l.2. hoc ann.

Zamorensi antistitibus collectas decimas ad Granatense terra marique oppugnandum regnum, cum Ferdinando libitum esset, Clemens numerari iussit a, Septæ præda Aragonijs cessit, vrbs ex fœdere Aborrabi, qui in Regem Granatensem Christianos concitarat, tradita b: inde Heraclea Calpi monti imposita, vulgo Tariffa dicta, ad deditionem compulsa. Sustentatum tamen aliquandiu, donec Ferdinandus Rex eo accessisser, quo rei gestæ gloria principi daretur. His elati victorijs Christiani, præcipuas duas vrbes, Algeziram Castellani, Aragonij Almeriam, obsidione cinxere, quibus subactis adiungendi Christi imperio Granatensis regni magna spes affulgebat. Et quidem Iacobus Rex ita Almeriam bello fatigabat, vt omnes in illius potiundæ spem adducti essent, ac Pontifex certior factus Valentino episcopo III. idus septembris ex felici nuncio ingenti lætitia delibutus hæc scriberet c: *Deuotas laudes altissimo referimus Creatori, quod charissimus in Christo filius noster Iacobus* Rex *Aragonum illustris negotium per eum assumptum contra Saracenos regni Granatæ victoriose prosequitur & potenter, & iam ciuitatem Almeriæ, in regno consistentem prædicto, sicut veridica relatione didicimus, cum suo exercitu detinet sic obsessam, quod eam in breui speratur diuina sibi assistente clementia obtinere, &c.*

Tariffa deditione accepta.

c Lib.4.ep. com.756.

Almeria obsidione cincta a Iacobo Rege Arag.

d Lib.4.ep. cur.94. e Ib. ep. cur.92.

Ob eos lætos progressus tradidit partes episcopo d, vt proposita crucis signa secuturis in Granatenses, vel stipem militi distribuendam erogaturis indulgentias promulgaret. Tum etiam instruxit e auctoritate, vt censuris liberaret Aragonios, qui arma aut merces vetitas Saracenis Ægyptijs inuexissent, vel vt e portubus educerentur, assensissent; modo ad expiandum crimen aliquam pecuniæ vim, prout ipsi visum esset, in rem Almeriensem conuerterent: ea vice fidelium cœtui illos restitueret, qui ob iniectas clericis violentas manus anathemate deuincti essent, modo ex vulneribus mortem non oppetijssent, si vel in Regis castra se conferrent, vel strenuos milites submitterent. Alijsque literis præcepit f, vt perfecta in Templarios inquisitione, ad regia castra apud Almeriam defixa accederet, atque in exercitu crucesignatorum vota, exceptis castimonia atque Hierosolymitana profectione, cum alijs pijs operibus commutaret g: expugnataque vrbe Almariensi, ad ecclesiam restituendam instituendumque canonicorum collegium incumberet, atque omnia pontificalia munia obiret h, donec idoneus pastor Almeriæ præficeretur, quem Iacobi Regis precibus adductus soli Apostolicæ sedi obnoxium fore sanxit i; adeo vt nec archiepiscopus, nec metropolita, nec primas, aut canonicorum collegium ius Almeriensi episcopo dicere, vel sententiam in ipsum ferre posset; sancitaque libertatis ergo, vt sacro Petro & Paulo Apostolis die aureum vulgo dictum marabotinum Romanæ ecclesiæ persolueret.

f Ibid. ep. com.1259 g Ibid. ep. com.761. h Ibid. ep. com.760. i Ibid. ep. com.791.

Varia in ea obsidione prælia inita.

k Sur. ind. l.2. & l.3. ann. c.84. l Ibid.

28 Gerebatur strenue ab Aragonijs crucesignatis res, Almeriaque arctiori obsidione premebatur, cum Mauri Granatenses XV. octobris ad dissoluendam obsidionem egregio instructi equitatu irruperunt. Procurrere k mox in eos Aragonij, fugientesque ad tres leucas sunt insecuti. At obsessi rarum in castris militem conspicati, eruptione facta nostrorum castra adorti, illa in anceps discrimen adduxere: direpta in pluribus tentorijs supellex; ac nonnulli cruce insigniti equites in eo prælio desiderati. Sed demum hostis Iacobi virtute in Almeriam retrusus l, exindeq; nostri cautiores effecti. Cum enim iterum XXVIII. octobris die Mauri ad inferendum vrbi commeatum, submittendasue aliquot auxiliares turmas in armis stetissent, non permisit Iacobus equitatum in hostem longius procurrere, cum ille nostros distrahere militari arte ac deludere moliretur.

Comparare auxilia Iacobo Regi nititur Pont.

a Lib.4.ep. cur.95.

Cum itaque Mauri, Almeriæ magis quam Algeziræ metuentes, belli præcipuam molem, omissis Castellanis, verterent in Aragonios, contrahi noua auxilia a Iacobo iussa sunt: ac Pontifex de tota re monitus, Aragoniæ, Valentiæ, & Cataloniæ antistitibus præcepit, vt incitandæ ad induendam crucem in Granatenses iuuentuti operam darent a, atque vrgerēt religiosos viros, vt fideles ad stipem in sacrum illud bellum conferendam pellicerent, monerentque morituros gratum Deo opus facturos, si opes in eam rem Iacobo Regi conferrent; tum etiam ad conciliandam crucesignatis diuinam opem sacras preces indixit.

Clemens, &c. venerabili fratri archiepiscopo Terraconensi, & vniuersis episcopis per regnum Aragoniæ & Valentiæ, comitatum Barchinonensem, cæterasque terras charissimi in Christo filij nostri Iacobi Aragoniæ, Valentiæ, Sardiniæ, Corsicæ Regis illustris constitutis, regno Sardiniæ & Corsicæ eiusque terris dumtaxat exceptis.

Ea de re Apostolicæ lit.

29 Sane charissimus in Christo filius noster Iacobus Aragoniæ, Valentiæ, Sardiniæ, & Corsicæ Rex illustris, actus suos in æterni Regis beneplacito dirigens, tanquam Christi pugil & athleta inclytus fidei orthodoxæ, ad acquisitionem regni Granatæ, ac euellendum de illo hostes impios & Christiani honoris inimicos, Saracenorum videlicet habitantium, immo coinquinantium regnum ipsum sordidas nationes; & in eo cultum diuini nominis & fidelium limites dilatandum, virtute tota desideranter aspirans, conflatis regalis potentiæ viribus in effectum, regnum ipsum in manu potenti & extenso brachio cum suo exercitu ad ipsorum confusionem hostium victoriosus intrauit, ibique militans ad obsequia Redemptoris, ciuitatem Almeriæ in regno consistentem prædicto, multo nimirum robore stabilitam, plenamque copiosa multitudine paganorum, obsessam per mare & terram sic fortiter coangustat, quod eam in breui, sicut veridica relatione didicimus, dextera sibi assistente dominica, obtinebit: ex qua, cum sit, vt fertur, clauis & sera difficilis dicti regni, præparabitur aditus in spe fertili diuinæ potentiæ ad extremum exterminium hostium eorundem.

Ad cuius promotionem negotij, & ad Regis eiusdem tam acceptum Deo propositum confouendum, tanto feruentius aspirare debent fidelium desideria singulorum, quanto per id eiusdem fidei tangitur generalis vtilitas, & ex regni conquisitione ipsius, ac ipsorum exterminatione hostium, Deo & pulchritudini ecclesiæ catholicæ sponsæ suæ immensæ laudis decor adueniet, totaque Christiana religio vtilitatis & exaltationis grande compendium, auctore Domino, consequetur. Verum cum prosecutioni tanti negotij sit fidelium subsidium multipliciter opportunum, nos ad huiusmodi tam pium fidei prædictæ negotium, immo Christi, feliciter ipso auspice promouendum feruentibus desiderijs intendentes, de animarum quoque salute soliciti, quamplurium gratiarum & indulgentiarum beneficia copiosa fidelibus incolis regnorum & terrarum Re-

Indulgentias opem laturis proponit.

Eleonora Iacobo maiori natu filio desponsa, belli molem vertere cogitaret. Amplissimam delendi ex Hispania Saracenici nominis porrectam fuisse occasionem narrat Mariana a, cum Granatenses Malacitani reguli, qui Rege luminibus orbato rempublicæ habenas tractabat, non ferentes imperium, ciuilibus dissensionibus fluctuarent. Aborrabes enim e Marrocij Regum sanguine satus, regnandi auidus, Almeriam occupauit: qua pulsus, cum Septam cogitaret, Christianos Reges in auxilium exciuit.

a Marian. l. 15. c. 9.

25 Contulere Reges Catholici cum Pontifice missis oratoribus (quos fuisse, Aragonios quidem Pontium Ilerdensem episcopum & Petrum e Fenollario, Castellanos vero episcopum Zamorensem & Ariam refert Surita b) sacra fidei propagandæ consilia, quæ plurimum Clemens extulit, diuinisque præmijs fideles ad sequenda Regum signa pellicere est conatus. In primis enim datis ad Valentinum episcopum VIII. kal. maij literis, indicendi in Aragonia aduersus Granatenses belli sacri, crucisque symbolum religiosam militiam professuris conferendi prouinciam imposuit: quibus etiam indulgentiarum præmia Syriacum iter aggredientibus attributa ad delendas noxarum reliquias e sacro Christi ærario proposuit c, si intra excurrens proximum triennium vnius anni spatio contra infideles terra mariue bellum gererent: quo sacro munere etiam eos potiri voluit d, qui vel milites submitterent, vel stipem erogarent. In quibus literis sacrum Regis Iacobi nominis Christiani amplificandi ardorem his elogijs commendat: *Læti profecto & cum exultatione referimus, ac largitori bonorum omnium, qui suorum corda fidelium ad ipsius exequendi beneplacita potenter inflammat, gratiarum reuerenter exoluimus actiones, quod charissimus in Christo filius noster Iacobus Aragoniæ, Valentiæ, Sardiniæ, & Corsicæ Rex illustris, prout ex literarum & nuntiorum suorum relatione collegimus, ad ipsius obsequia Redemptoris, diuino flamine inspiratus, in eorum executione, Domino auxiliante, felici propriam volens personam exponere, ac laborum & expensarum onera sub spe diuini auxilij subire potenter tanquam Christi pugil, & cultor fidei memoratæ ad acquisitionem regni Granatæ, quod Saracenica colit, seu fœdat potius fœda progenies, feruenter intendat; & ad procedendum ad id regali potentia se præparat & accingit ad Dei laudem, exaltationem matris ecclesiæ, exterminationem huiusmodi abominabilis nationis, ibique propagandos fidei prædictæ cultores & votiuis successibus ampliandos, etc. Datum Auinioni VIII. kal. maij anno IV.*

b Sur. l. 5. ann. c. 76.

c Lib. 4. ep. cur. 94.

d Eod. l. ep. com. 329.

Iacobi Regis signa in Sar. secuturis indulgentiæ propositæ

Clemētis ea de re literæ.

Contulit etiam eidem Regi ad tolerandos belli sacri sumptus vectigaliū ecclesiasticorū, quæ in Catalonia regnisque Valentiæ & Aragoniæ colligerentur, decimas triennales: quarūm exigendarum ab omnibus, quam ab equestribus religiosis ordinibus Calatrauensibus, S. Iacobi, & Hospitalarijs, qui se suaque bello sacro addixerant, prouinciam eidem Valentino episcopo & Galcerando canonico Barchinonēsi demādauit e eamque curam cum alijs, quos integritatis & fidei sacramento sibi obstringerent, partiri iussit. Hortatus vero est Iacobum Regem f, vt magnis animis ad id bellum se accingeret: significauitq; se omnibus clericis, qui in ea expeditione ipsum stiparent, permisisse vt vectigalia omnium sacerdotiorum, etiam si ijs animarum cura coniuncta esset, locare, diuendere, vel distrahere ad biennium liceret: quo elapso ad aliud consequens

Decimæ Iacobo in eam expeditionem attributæ

e Reg. post eand. ep.

f Ibid. ep. 328.

Clericis ad bellū ituris data priuilegia.

prorogare possent; ea tamen lege, vt in ijs locis, quibus addicti erant, diuinus cultus non exolesceret.

26 Iisdem officijs prosecutus est Pontifex Ferdinandum Regem Castellæ, Aragonij in ea expeditione Granatensi socium: attribuit a enim in crucesignatorum stipendia regnorum illius decumas ecclesiasticas: qua de re ad Castellæ clerum extant literæ. Tum male partas fœnore & rapinis opes, quarum nempe domini certi non extarent, in eiusdem belli sumptus sanxit b deriuandas. Eodemque argumento Toletano archiepiscopo & episcopo Zamorensi literas c misit, iniunxitque, vt nullo modo cum vsurarijs ac deprædatoribus huiusmodi paciscerentur, nisi male partarum opum, quarum certus dominus non comperiretur, mediam partem refudissent. Gerebat porro tum ecclesiam Toletanam Gundisaluus, quem Clemens ad Granatensem expeditionem promouendam legatum sedis Apostolicæ creauit in Ferdinandi regnis, de cuius abolendæ ex Hispania Mahumeticæ superstitionis sacro desiderio subiecta encomia protulit d.

Concessæ etiam Regi Ferdinando decimæ Castellæ.

a Ib. ep. 368.

b Ib. ep. 367.

c Reg. post eand. ep.

Gundisaluus Tolet. archiep. creatus sedis Ap. legatus.

d Lib. 4. ep. com. 369.

Clemens, &c. venerabili fratri Gundisaluo archiepiscopo Toletano Apostolicæ sedis legato.

Domino Deo nostro in voce multæ laudationis erumpimus, & in ipso ingenti exultamus lætitia, quod charissimus in Christo filius noster Fernandus Rex Castellæ illustris, mentem suam dirigens in spiritu pietatis ad Christum, & in ipso perficiens vota sua, in terris corpore militat, & cælestem militiam, ad quam aspirat, animo contemplatur. Hic profecto labores amplectitur, vt ibi quietis perpetuitate lætetur. Hic etiam se indefessum pugilem exhibet, vt ibi percepto gloriæ præmio tanquam magnificus triumphator exultet. Ipse quidem velut in summo bono diuini spiritus munere confirmatus, cogitando quærit assidue, & quærendo studio summo laborat, vt Altissimo placeat, & per salubrem suorum incedit semitam mandatorum. Pio quidem Rex præfatus ductus proposito, tanquam orthodoxæ religionis cultor eximius, ad acquisitionem regni Granatæ ac extirpandam de illo fœtidam nationem, abominabiles videlicet Saracenos, inimicos fidei Christianæ, quorum regnum ipsum inquinatione fœdatur; ibique propagandos prædictæ fidei cultores, pro diuini nominis gloria, & eiusdem fidei dilatandi palmitibus, sicut læti suscepimus, feruenter inuigilat, & suas laudabiles conuertit & dirigit actiones, seque sub spe cælestis auxilij potenter præparat & accingit, &c. [Subdit se incredibili desiderio tam ardui pij operis promouendi desiderio teneri: vtque Rex, quem singulari amore complectitur, eo vires suas conuertere possit, si in ipsius regnis vllas seditiones ingrauescere contigerit, vices suas Gondisaluo demādandas censuisse, additq;] Tibi quem nouimus dono scientiæ præditum, morum honestate decorum, consilij maturitate præclarū, prædictę fidei feruidum zelatorem in Castellę, Legionis, Toleti, Galetiæ, Hispalis, Cordubæ, Murciæ, Iahenni, & Algarbij regnis, & dominio de Molina & alijs regnis & terris Regis præfati plenæ legationis officium de fratrum nostrorum consilio duximus committendum, &c. *Dat. Auen. IV. kal. maij anno IV.*

Clementis literæ de eo munere in Granatensi expeditione gerēda

27 Gesta est initio res magnis animis: capta enim est Septa a Iousberto Castelli noui vicecomite (is esse videtur Iaspertus vicecomes Regis Castellæ classis præfectus, cui a Toletano & Za-

huiusmodi sententias, videlicet excommunicationis in te & eosdem heredes, & interdicti in præfatum regnum & terram prædictam, nec non priuationis omnis iuris tam tibi, quam ipsis heredibus in sæpedictis regno & terra, vel ad ea quomodolibet competentis vel competituri, si tua vel ipsorum culpa huiusmodi casus emerserit; de prædictorum fratrum consilio auctoritate apostolica promulgamus, decernentes quod cum huiusmodi casus priuationis emerserit, prædictum regnum & terra præfata libere ad eandem ecclesiam Romanam deuoluantur, & reuertantur ad eandem: ita quod ex tunc nullum ius tibi tuisque heredibus competat in eisdem, sed de illis Romana ecclesia libere disponere valeat, prout sibi placuerit & videbitur expedire. Nulli ergo, &c. *Dat. Auen. vi. kal. septembris anno iv.*

Sancit in designatis casibus. Siculum regnū ad ecclesiam deuolutū iri.

23 Cumulauit Robertum Clemens nouo beneficio, remisso reliquo ære alieno, quod pater auusque in Siculo bello absumpserant, quodque ad trecenta & amplius millia vnciarum auri ascendisse refert Io. Villanus [a]: de quibus pactum Clementem cum Carolo II. diximus, præter condonata [b] memorata quinquaginta millia marcharum accepti pontificia liberalitate regni ergo debita. Tum etiam Fridericum Regem Trinacriæ non vulgari beneficio deuinxit, donatis ei omnibus obuentionibus ab ipso, dum bellum cum Rege Carolo II. gesserat, iniuste perceptis. Refert vero Surita [c] sopitas tum a Iacobo Rege Aragonum nonnullas controuersias, quæ Robertum inter ac Fridericum vertebantur, atq; ab eo pronuntiatum, vt Fridericus arces, quas in Calabria teneret, Roberto restitueret: Robertus arcem, cui Iachi nomen est, in Catanensi tractu cederet Friderico, Tunetanus vero Rex Roberti ac successorum fiduciarius censeretur: præterea Iacobum perpetuo fœdere Fridericum ac Robertum deuincire cupientem, cum Fredericus comparandi sibi e Saracenorum manibus Ierosolymitani regni desiderio flagraret, misissetque Arnaldum e Villanoua oratorem, insignem medicum, vt cum Roberto de transfundendis in ipsum Fridericum regni Ierosolymitani iuribus, promisso ei certis legibus Trinacriæ regno agitaret, regij scrinij præfectum adiunxisse: cumque Arnaldus Massiliæ e morbo decubuisset, præfectum eandem rem cum Roberto Auenione agitasse: qui cum metueret ne, vt antea Aragonij cum Sicilia ex fœderis legibus a Bonifacio cum Iacobo initis abscessuri essent, pepercerant sibi Sardiniæ iura, nec Siciliam dimiserant, ita tum regnum Hierosolymitanum sibi vindicarent, nec Trinacriam restituerent; respondit non aliter suæ indemnitati caueri posse, aut fidem Friderici obstringi, quam si mediæ insulæ imperium sibi cederet, præfectosque fidissimos cum militari præsidio arcibus imponeret, reliquam vero partem insulæ Iacobus Rex Aragonum milite firmaret; tum non minus vtilem quam magnificam aliam expeditionem confici a Frederico, vel regna ampliora comparari posse significauit: ad quæ aperienda Friderico consilia Arnaldus in Trinacriam iter intendit. At cum inanem Ierosolymitanum titulum Friderico permittere Robertus recusaret, nec Trinacriam sibi fuisse peperit, nec ex barbarorum tyrannide regnum Ierosolymitanum ereptum est.

a Io. Vill. l. 8. c. 112.
b Clem. an. 4. ep. 959.
c Sur. l. 5. c. 75.

Controuersiæ inter Robertū ac Fridericū Reges compositæ. Tunetan. Rex Regis Siculi stipendiari.

Frideric. Rex Ierosolymitani regni armis cōparādi iura a Roberto deposcit.

Quibus legib. Robertus ea Friderico permittere voluerit.

24 Quod ad Iacobi eorum Regum arbitri res spectat, ipsum in Sardiniam ad eam insulam Pisanis eripiendam expeditionem meditatum recensset Ioannes Villanus [a], a qua non ferro sed auro retardatum, narrat ex ipso S. Antoninus [b]: *Eodem, inquit, anno, cum Rex Aragonum se præpararet ad inuadendam & capiendam insulam Sardiniam, & iam requisisset Florentinos & Lucenses in adiutorium suum contra Pisanos, qui illam insulam possidere videbantur, ipsi Pisani miserunt oratores suos ad Regem Aragonum in tribus galeis cum multa pecunia, qua recepta ab executione talis propositi destitit ex toto.*

a Io. Vill. l. 8. c. 105.
b Ant. 3. p. tit. 21. c. 2. ante §. 1.

Iacob. Rex Arag. acceptis pecunijs Sardiniæ expeditionē differt.

Altiora alia de Pisis atque Ilua Iacobo Regi Aragonū subijciendis fuisse ex arcano agitata ab ecclesia Romana ex publicis tabulis [c] exploratum est: in quibus pontificio nomine Petrus episcopus Prænestinus, Berengarius tit. SS. Nerei & Achillei presbyter, & Raimundus S. Mariæ nouæ diaconus Cardinalis cum Vitali Villanouano Iacobi Regis oratore pacti sunt pridie kal. iunij huius anni, Iacobum ac successores apostolicæ beneficentiæ Pisanum comitatum, Iluamque relaturos ea verborum formula, qua de Sardinia & Corsica pontificia liberalitate acceptis professio concepta est: fidem Romano Pontifici hac etiam de causa addicturos: censum mille marcharum argenti persoluturos: annis singulis triremes tres in rem pontificiam ornaturos: Iacobum etiam & singulos alios Reges a Pontifice postulatos semel singulorum imperij flexu sexaginta triremes ad quatuor menses instructuros, accepto sexaginta millium aureorum subsidio, eoque stipendio etiam diutius sustentaturos: inreiurando etiam deuinctum iri constitutum est, ipsos ecclesiæ terras non inuasuros: nullos Italiæ populos ab ijs bello petitum iri, modo Romani Pontificis sententiæ stare decreuerint: inducias imperatas ab ecclesia religiose culturos: pœnas vero, si fidem violarint, inflictas subituros. Sed eæ pactiones, quæ Pisanos tangebant, hac lege principe nitebātur, vt hoc fœdus Pisani amplecterētur ac promouerēt: *Item fuit actum*, inquiunt publica illa documenta, *quod dictus Rex Aragonum faciat prædictas recognitiones, vassallagium, fidelitatē, obligationem seu obligationes, & alia prædicta de scientia, cōsensu, & voluntate Pisanorum & ad requisitionem eorum, qui super hoc supplicent domino summo Pontifici.*

De Pisis & insula Ilua a Pont. tradendis Iacobo agitata consilia.

c Ext. in arc S. Ang. & in lib. priu. Rom. eccl. to. 1. pag. 233. & inter Coll. Plat. to. 1. pag. 324. & in ms. S. Vall. sign. lit. B. n. 12. pag. 560.

Caruerunt illa exitu, nec enim Pisani pontificiam Regisque Aragonum clientelam supplices flagitarant: & colligitur ipsos arte vsos, amplissimaque spe Iacobum deliniuisse, ne armis Sardiniam ecclesiæ vectigalem ab ipsis inique partam impetu eriperet, dum imperialem opem præstolabantur: nec illi omnino ab imperij Romani legibus erant liberi, vt alterius principis patrocinium asciscere liceret: nec quamuis plurima Aragonum Reges ad Pisas comparandas pollicerentur Romanæ ecclesiæ, postea facile præstitissent, cum Sardinia potiti Siciliæ insulam non restituerint, etiamque postea Sardiniam pontificiæ liberalitati acceptam referre, censumque pendere detrectarint. Interea per eos tractatus discussa Iacobi in Sardiniam expeditio est, & Henricus Romanorum Rex, vt in Italiam prouolaret, allectus: quo veniente Pisanos non ad sua modo tuenda, sed ad latius ditionis terminos proferendos animos extulisse visuri sumus.

Porro Iacobus a Sardico bello, pro cuius sustinendis sumptibus decumas sacerdotalium vectigalium illi attributas a Clemente antea dictum est, abduci facile potuit, cum in Granatenses Saracenos inita cum Ferdinando Rege Castellæ armorum societate, atque illius sorore Eleo-

Bellum in Mauros transfert Rex.

tinentijs suis secundum antiquos fines territorij, pertinentiarum, & districtus ciuitatis eiusdem, per Romanos Pontifices distinctos vel in posterum distinguendos claræ memoriæ domino Carolo Regi Siciliæ auo meo & heredibus suis, quorum ego heres existo, prædicta ecclesia Romana concessit: & recognosco & fateor, quod inter Romanam ecclesiam & prædictum auum meum conditiones, conuentiones, modus & forma, ac pacta infrascripta interuenerunt, & fuerunt apposita in concessione regni sibi suisque heredibus per Romanam *ecclesiam facta, seu auctoritate ipsius in prædicta concessione, pertinentia, seu spectantia ad personas eorum, qui successuri erant ipsi auo meo suisq; heredibus in terra & regno prædictis & eorũ, qui in eisdem successuri sunt mihi meisq; heredibus: nec non ad successionem, vel formam; seu modum succedendi ipsi auo meo suisque heredibus, & mihi meisque heredibus in regno & terra præfatis. Quæ omnia & singula tam me, quam meos in dictis regno & terra heredes seruaturos promitto, & contra ea non venturos, quæ talia sunt. Si in nostro vel heredum nostrorum obitu legitimum, prout subsequitur, heredem nos aut ipsos, quod absit, non habere contigerit, regnum ipsum ad Romanam ecclesiam, eiusque dispositionem libere reuertatur, &c.*

Profitetur ecclesiæ beneficẽtia datum auo regnum.

Pactiones cum Carolo I. initas firmat

Eædem pactiones sunt ijsdem conceptæ verbis, quæ a nobis in XIV. tomo a allatæ sunt, quarum postrema hæc est.

a An. Chr 1265. n. 14. & an. 1289. n. 2. etc.

20 *Promitto etiam quod nullam confœderationem, seu pactionem, vel societatem cum aliquo Imperatore, vel Rege, seu principe vel Saraceno, Christiano, vel Græco, aut cum aliqua prouincia, seu ciuitate, aut communitate, vel loco aliquo scienter contra Romanam ecclesiam, vel in damnum ecclesiæ faciam: & si etiam fecero ignoranter, tenear & promitto ad mandatum ecclesiæ reuocare. Denique omnes præmissas conditiones, quæ in persona mea apponuntur, circa meos etiam in regno ipso heredes & successores volo & intelligo esse dictas, saluis omnibus, quæ circa alios heredes meos ordinata consistunt, prout superius est expressum. Ego etiam do hoc priuilegium, seu literas præsentes tibi domino Papæ & Romanæ ecclesiæ memoratis aurea bulla bullatum seu bullatas, in quo vel in quibus proprio iuramento fateor & recognosco expresse, regnum Siciliæ & totam terram, quæ est citra pharum, vsque ad confinia terrarum Romanæ ecclesiæ (excepta ciuitate Beneuentana cum territorio & pertinentijs eius, quæ, vt dictum est, ecclesiæ remanebit eidem) ex sola gratia & mera liberalitate sedis Apostolicæ sæpedicto auo meo, mihi, meisq; heredibus in feudum fore concessa; meque habere & tenere regnum & terram huiusmodi a dicta Romana ecclesia in feudum pro me meisque heredibus in dictis regno & terra sub pactis & conditionibus, forma, modo, & conuentionibus prædictis, & sub alijs, quæ in literis felicis recordat. Clementis Papæ IV. plenius continentur, exceptis duobus capitulis infrascriptis.*

Heredes ijsdem obstrictos paciscitur

21 *Cæterum vt præmissa omnia & singula, & insuper vt conditiones, conuentiones, & pacta, quæ inter sanctam Romanam ecclesiam & sæpedictum claræ memoriæ auum meum interuenerunt, seu fuerunt apposita tempore, quo sæpedicta terra & regnum pro se suisque heredibus concessa fuerunt in feudum, prout in literis felicis recordationis Clementis Papæ IV. plenius continentur, illibata perpetuo maneant & inconcussam semper obtineant firmitatem; ipsa omnia & singula iuro duobus exceptis nude capitulis, vno de quinquaginta millibus marchis sterlingorum & earum solutione, sanctæ ecclesiæ debitis ex conuentionibus memoratis per iam dictos parentes meos & me heredem ipsorum, remissis mihi meisque heredibus in perpetuum, & donatis per ipsam ecclesiam & vos clementissimum dominum meum dominum Papam Clementem cum consilio & assensu dominorum Cardinalium, de mera liberalitate vestra & speciali gratia relaxatis, & de eis summis ego & mei heredes de nexu cuiuslibet obligationis aut pœnalis promissionis, quibus essemus astricti propterea, in perpetuum absoluti & exinde quietati: alioque capitulo de personalibus iam dicto auo meo impositis, de habendis per eum mille militibus vltramontanis cum certo equitaturarum & balistariorum numero, & veniendo ad prosecutionem negotij dicti regni in statutis terminis & præfixis, & sub certarum interminatione pœnarum, quia hæc esse constat impleta. Et per stipulationem solemnem promitto, quod plenarie adimplebo & inuiolabiliter obseruabo, nec vllo vnquam tempore veniam contra illa. Sic me Deus adiuuet & hæc sancta Dei euangelia. In prædictorum autem testimonium, perpetuamque memoriam præsens scriptum exinde confici iussi, & aurea bulla regiæ maiestatis impressa typario communiri. Dat. Auin. anno Domini* MCCCIX. *die* XXVI. *mensis augusti septimæ indictionis, regni mei prædicti anno* 1.

Remissa Roberto L. mill. march. iure inuestituræ debita.

Exceptæ nonnullæ leges iam completæ

22 Promulgatæ etiam a Clemente literæ apostolicæ a de Roberto donato iure beneficiario Siculo regno ex pactis, inter Carolum I. ipsius auum ac Romanos Pontifices conuentis, ad rei gestæ memoriam a temporum obliuione vindidicandam.

a Lib. 4. ep. com. 977.

Clemens, &c. charissimo in Christo filio Roberto Regi Siciliæ illustri.

Ne in posterum rei gestæ memoriam diuturnitas temporis forsan obliteret, literarum nostrarum præsentium insinuatione testamur, te ligium homagium & fidelitatis iuramentum ratione regni Siciliæ & terræ citra pharum (excepta ciuitate Beneuentana cum toto territorio & omnibus districtibus & pertinentijs suis, secundum antiquos fines territorij, personarum, & districtus ciuitatis eiusdem per Romanos Pontifices distinctos, vel in posterum distinguendos, claræ memoriæ Carolo Regi Siciliæ auo tuo & heredibus suis, quorum tu heres existis, a Rom. ecclesia concessorum) nobis fecisse ac præstitisse in forma subscripta, super hoc literis formam eandem exprimentibus bullatis aurea tua bulla concessis b, quarum tenor talis est. [Adducit conceptam a Roberto superiorem sacramenti formam ac leges, quibus regnum sedis Apostolicæ beneficio accepit: ijsque recensitis subiungit, se conuenta admittere, violanti promissa anathema incutere, regnumque ad ecclesiam, si casus descripti emerserint, reuocatum.]

b Ext. etiā in *M. S. Vallicel. lit. B. n. 12 pag.* 519.

Nos itaque huiusmodi homagium & fidelitatis iuramentum, promissiones tuas & omnia, vt præmittitur, a te facta de fratrum nostrorum consilio acceptamus: & nihilominus, quia in quibusdam articulis seu capitulis prædictorum in dictis literis contentorum expressius continetur, quod in certis casibus tu & heredes tui excommunicationis sententiam incurratis, & dicta regnum & terra tua & ipsorum heredum sint ecclesiastico supposita interdicto; quodque in certis casibus tam tu, quam tui in dicto regno & terra heredes a supradictis regno & terra cadatis, & ipsa regnum & terra libere ad Rom. ecclesiam deuoluantur, & totaliter reuertantur; nos ex nunc hu-

Desponsā sibi a Roberto fidē admittit Pont.

Cōtentas in regni donatione leges confirmat.

Incussum anathema sacram illam coronam inuadenti.

timorque virtutis a malo non reuocat, formidine saltem pœna perterriti assuescant odisse peccatum, statuimus vt si quis deinceps in eam temeritatem proruperit, quod præfatam sacram coronam seu eam vel eas, quas illius loco surrogari contigerit, per se vel alium, publice vel occulte, furtiue surripiat, vel per violentiam occupet, seu in læsionem & damnum legitimi Regis, qui pro tempore fuerit, aut regni eiusdem quoquo modo detineat vel vsurpet, surripienti, occupanti, detinenti, vel vsurpanti prædictis sub quouis colore quæsito auxilium, consilium dederit, vel fauorem, cuiuscumque præeminentiæ, status, & conditionis existat, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat: & si quidem prædicta vel eorum aliquod publice fecerit, seu fautor fuerit facientis, omnibus feudis, concessionibus, priuilegijs, vel quibusuis gratijs, quæ a Romana vel alia quacumque ecclesia obtineat, sine spe restitutionis præsentis constitutionis vigore perpetuo sit priuatus. Si vero clericus fuerit, dignitatibus, ecclesijs, & beneficijs omnibus, quæ obtinet, se priuatum & ad obtinendam inhabilem, & nihilominus excommunicationis sententiam, etiamsi episcopali & suprema dignitate præfulgeat, incurrisse se nouerit ipso facto. Si autem vniuersitas fuerit, interdicto, & nihilominus vniuersitatis eiusdem principales auctores excommunicationi subiaceant: & demum nisi sic offendentes resipuerint, cum Dathan & Abiron (quos terra viuos absorbuit) accipiant portionem. Nullus insuper, præterquam in mortis articulo & satisfactione præmissa, a dicta sententia excommunicationis absolui, nec interdictum ipsum relaxari valeat sine Apostolicæ sedis, vel nostra licentia speciali. Publicata vt supra, nimirum *Budæ* VIII. *idus maij*.

Obiectæ aliæ pœnæ.

Caroli Regis Sicil. mors.

17 Cœperat Vngaria latis a legato apostolico optimis constitutionibus ad pristinum splendorem reflorescere sub Rege Carolo, cum illius auus paternus eius nominis secundus Siciliæ Rex e viuis excessit, de quo hæc Bernardus a: *Anno Domini* MCCCIX. *quinta die introitus maij obijt Carolus II. Rex Siciliæ, comesque Prouinciæ, filius quondam primi Caroli Regis Siciliæ, regni sui, computando ab obitu patris sui*, XXV. Quibus consentanea tradunt Iordanus b, Ioannes Villanus c & S. Antoninus d, illumque in senectute laudes regias incontinentiæ vitio e fœdasse, sed par est credere diuinam misericordiam sanctissimi ipsius filij Ludouici, qui fastu regio conculcato D. Francisci humilitatem sectatus erat, precibus placatam flexisse Carolum ad expianda lachrymis scelera: pro cuius etiam anima leuanda illius vxor Regina Maria plurimas preces apud Deum effudit, obtinuitque a Clemente Papa sequenti anno, vt fideles ad exhibendum illud viro pietatis officium pelliceret, indulgentiarum præmia ijs erogari f, qui pro eripienda flammis purgatorijs illius anima sacras orationes Deo porrexissent.

a Ber. chr. Rom. Pon. & M. S. Vat. bibl. signat. n. 3765.
b Ior. M. S. Vat. bibl. signat. nu. 1960. c. 234.
c Io. Vill. l. 8. c. 108.
d Ant. 3. p. tit. 21. c. 9. §. 1.
e Io. Vill. vbi sup. Coll. hist. Neap. l. 4.

Pater erat S. Ludouici episc.

Indulgentiæ pro illius anima orantibus concessæ.

f Lib. 5. ep. com. 206.

Clemens, &c. vniuersis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis.

Cum claræ memoriæ Carolus Rex Siciliæ, qui dum viueret, fidelitatis constantiam, obsequendi promptitudinem, & deuotionis affectum impendere fideliter studuit ecclesiæ matri suæ in terra morientium positus, & iustis operibus fidei tenuerit salutiferum sacramentum, & dormitationem accipiens optimam repositam gratiam habere credatur; nos charissimæ in Christo filiæ nostræ Mariæ Reginæ Siciliæ illustris relictæ dicti Regis viduæ precibus annuentes, volentes vt ij, qui pro salute animæ dicti Regis apud Deum orationibus deuotis instabunt, lætitiæ dona offerant & salutis, omnibus Christi fidelibus vere pœnitentibus & confessis, qui pro anima prædicti Regis deuote Deum orauerint, pro singulis diebus, in quibus huiusmodi orationes ad Deum effuderint, de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi viginti dies de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer in Domino relaxamus, præsentibus post quinquennium minime valituris. *Dat. Auen.* III. *non. februarij anno* V.

Regina id beneficiũ a Pont. flagitarat.

Controuersia de Siculi sceptri successione inter Robertum & Carolũ Reg.

18 Exorta est extincto Carolo haud leuis de regni successione inter Robertum Caroli tertium natu filium & Carolum Vngariæ Regem, quẽ Siculi regni iura, vtpote ex Carolo Martello maiori natu Regis Siculi filio oriundum respiciebant. Sed Bonifacij VIII. constitutio aduersabatur Carolo, qua ad sopienda bella imminentia a Carolo II. Regem consultus sanxerat a, vt is Siculo sceptro succederet, qui proximo gradu Regem Siculum eo tempore, quo e viuis excederet, habita in eodem gradu ætatis ratione, attingere compertus esset. Cum vero S. Ludouicus episcopus Tolosanus secundus natu defuncto Carolo Martello melioris regni spe caducum sceptrum immortali commutasset, Roberti causa vicit b Clementis Pontificis auctoritate, cum id Siculæ rei conduceret, tum ob Roberti sapientiam ac scientiam militarem, tum ne Carolus, qui vix Vngarico regno sufficeret, alterius regni mole obrueretur; cum maxime ea regna disiuncta essent, bellisque grauissimis sæpius fluctuarent. Vt vero postea post Roberti mortem inter vtriusque posteros ea recruduerit controuersia, atque in bellum funestum eruperit, suo loco dicetur.

a Annal. to. XIV. Ann. Chr. 1297. n. 53.

Robertus Sicilia potitur.

b Pandul. Coll. l. 5. hist. Neap.

Iam cœptam de Roberto orationem prosequamur, de cuius auspicijs hæc Bernardus c: *Successit in regno & comitatu Robertus filius eius, qui fuit coronatus & vnctus in Regem per Clementem Papam V. apud Auinionem dominica prima sequentis augusti anno Domini prætaxato*. Adstipulantur his Iordanus d alijque auctores. De Roberti tamen successione in regno Siculo dissentit a Bernardo Io. Villanus e in designando perfectæ regiæ inunctionis die, dum ait Robertum iunio mense Neapoli magno procerum comitatu, triremiumque apparatu in Prouinciam vectum ad Clementem se contulisse, atque ab eo festo Deiparæ natalitio die diademate solemni ritu exornatum. Constat certe ex Roberti literis ipsum die vigesima sexta mensis augusti huius anni Auenione Pontificis beneficio atque auctoritate Siculum sceptrum capessere professum esse, fidemque suam concepta subiectis verbis formula f obstrinxisse:

c Ber. chr. Rom. Pon. M. S. Vat. sign. & n. 3675.

Regia inũctione a Clemente linitur.

d Ior. M. S. Vat sign. n. 1960.
e Io. Vill. l. 8. c. 112.

19 *In Nomine Domini. Amen. Ego Robertus Dei gratia Rex Siciliæ ad honorem Dei omnipotentis Patris & Filij & Spiritus sancti & beatæ gloriosæ virginis Mariæ, beatorum quoque Apostolorum Petri & Pauli, & ecclesiæ Romanæ ligium homagium facio tibi domino meo Clementi Papæ V. tuisque successoribus canonice intrantibus, & ipsi Romanæ ecclesiæ pro regno Siciliæ & tota terra, quæ est citra pharum vsque ad terrarum confinia eiusdem ecclesiæ: quæ vtique regnum & terram, excepta ciuitate Beneuentana cum toto territorio & omnibus districtibus & pertinen-*

f Ext. apud Clem. l. 4. ep. to. 999 & in arce S. Ang. in l. priu. Ro. eccl. to. 3. pag. 297. inter Coll. Plat. to. 2. pag. 335. & in M. S. Vall. bib. signat. lit. B. n. 12 pag. 319.

In illius verba iurat.

Sacramẽti formula.

tinen-

lica principis Apostolorum de Vrbe, Deo auctore, sumendas festum purificationis B. Mariæ, quod erit vsque ad biennium, computandum a proximo futuro festo purificationis eiusdem, tibi de ipsorum fratrum cōsilio assignamus. A dictis quoque procuratoribus & nuncijs tuis, habentibus super hoc plenum & speciale mandatum, in animam tuam, prout ipsi nobis frequenter obtulerant, recepimus debitum iuramentum.

Paterna ad Henricum exhortatio. Euge igitur, fili charissime, recognosce humiliter tui beneficia Creatoris, eius beneplacitis te coapta, dirige vias tuas in semitis mandatorum ipsius, eius ministros honora, immo ipsum in illis; honora ecclesiam matrem tuam, longeuitatem namque vitæ, parentum etiam temporalium honorificatio pollicetur. Recogita diligenter & tenaci commenda memoriæ, quam gratiosam tam olim in multis casibus, quam nunc in nunciorum tuorum expeditione celeri & felici Romanam ecclesiam inuenisti: & ideo ipsam, eius & aliarum ecclesiarum honorem & iura dilige, protege, & conserua, pacem dilige, Regem imitando pacificum. Firma iustitia thronum tuum, illam sectare, fructus enim iustitiæ pax illa, si ante te ambulet, gressus tuos ponens in via tibi ab inuio præcauebit. Nec te clementia deserat, quæ amicos & deuotos multiplicans ad imperij adijcit firmitatem. Age viriliter & semper cor tuum in Domino confortetur. *Dat. Auinioni VII. kal. aug. anno IV.*

15 Dum hæc ab Romano Pontifice decernebantur, proceres populique in Pannonia Gentilis tituli sancti Martini in montibus presbyteri Cardinalis atque Apostolicæ sedis legati opera mutuo nexu ac fœdere post diuturnas dissensiones deuincti sunt. Ad delenda enim veterū discordiarum semina, atque ad temperandam optimis institutis Vngariam habiti sunt Budæ ab eodem legato, Clementis V. auctoritate, solemnes præsulum ac procerum conuentus, in quibus, consentientibus omnibus ordinibus, egregiæ constitutiones sancitæ sunt a, quarum præcipuæ nobis tantum leuiter delibandæ. In primis pro alenda publica pace omnes, qui aduersus Carolum Regem coniurarent, non modo politicis legibus plectendos, sed etiam nonnullis pœnis ecclesiasticis, quæ ipsos etiam posteros irretirent, afficiendos decreuit.

a Ext. in l. prin. Rom eccl. to. 1. pag. 192. & in M.S Vall. sign. lit. B. n. 12 pag. 505.

Latæ in Regis Caroli conspiratores sententiæ. *Præsenti decreto de consensu præsentis concilij duximus statuendum, vt si quis in hoc flagitij genus irrepserit, quod in dominum Carolum illustrem Regem Vngariæ manus violentas iniecerit, aut aliquod in personam ipsius nocumentum procurauerit, vel socius fuerit facientis; aut fieri mandauerit, vel consilium dederit aut fauorem, seu receptauerit scienter eundem; præter pœnas, quas dictæ leges reis huiusmodi criminis ingerunt & infligunt, omnibus feudis, gratijs, priuilegijs, indulgentijs, & beneficijs spiritualibus & temporalibus, eis ab ecclesia quacumque concessis, sit priuatus & perpetuo spoliatus. Et nihilominus vasalli, comites, castellani, Iobagiones & alij officiales ipsius a fidelitate, homagio, obedientia, & alia qualibet præstatione, qua ei tenebantur astricti, iuramento, vel quacumque alia firmitate vallata, eo ipso sint absoluti & liberi præsentis auctoritate decreti. Et vt tanti criminis vltio feratur non solum in actores scelerum, sed in progeniem damnatorum, cum dignum sit, vt nefandi ratione flagitij vltionis seueritas amplius extendatur, & propter enormitatem delicti pœnarum modus exuberet; præsenti adijcimus sanctioni, quod nulli talium filiorum aperiatur ianua dignitatis ecclesiasticæ vel honoris, immo perpetuo ad quodlibet ecclesiasticum ministerium præsentis constitutionis auctoritate reddatur inhabilis, nec ad aliquod ecclesiasticum beneficium, nisi per dispensationem sedis Apostolicæ vel legati de latere, possit quomodolibet reassumi.* *Publicata vt supra*, nimirum Budæ, *VIII. idus maij.*

16 Promulgata alia est sanctio grauissima de corona regia, quam sanctam vocabant, eo quod S. Stephanus Vngariæ Rex a Pontifice Romano acceptam gestasset, tantæque apud Vngaros venerationi erat, vt simplices ius regium in ea corona situm putarent. Quæ opinio cum antea Vvenceslao Rege Boemiæ, dein Othone duce Bauariæ, demum Ladislao Vvayuoda ea potitis graues tumultus peperisset; legatus Cardinalis decreuit, eam profanam habitum iri, nisi a Vvayuoda constituto tempore restitueretur, aliamque Carolo Regi lustratam sacra prece ab Romana ecclesia in prioris locum eiusdem dignitatis tradendam: *De consilio*, inquit, *& assensu venerabilium in Christo Patrum & dominorum archiepiscoporum, episcoporum, & baronum regni prædicti præsentium duximus statuēdum, quod corona præfata, quæ per nobilem virum Ladislaum Voyuand detinetur ad præsens, nisi vsque ad proximum futurum concilium, in præsenti concilio ordinatum, nobis libera & expedita restituta fuerit, ex nunc præsentis constitutionis vigore sit penitus interdicta, & pro interdicta, profana, & reproba tamdiu ab omnibus habeatur, quamdiu per ipsum Ladislaum, vel quemcumque alium sic detenta fuerit, & quousque ad manus nostras, seu legitimi* Regis *vel Albensis ecclesiæ, ad quam spectare dignoscitur, libere fuerit restituta; & quod alia fabricetur, quæ per nos nomine Romanæ ecclesiæ eidem Regi & regno donetur, & per nos seu auctoritate nostra benedicatur solemniter: qua in locum succedente prioris, dictus* Rex *successoresque sui coronentur, eamque auctoritate nostra, vt prædicitur, benedictam, tam* Rex *& successores prædicti, quam barones & nobiles, ac populus vniuersus pro vera & legitima corona perpetuo recipere debeant & habere: iuris enim declarati existit, quod in locum alterius eadem auctoritate surrogata res qualibet, iure, quo illa, censeatur eodem, illiusque generaliter sortiatur naturam, in cuius locum substituitur & honorem.*

Corona regia Vngarica cur sancta vocata.

Decretū quamdiu in Ladislai Vayuodæ fuerit potestate profanam censendā.

Ni constituto tempore restituta sit, aliā Rom. ecclesiæ nomine Carolo tribuendam.

Quod si corona præfata rehabita, seu alia fabricata, & auctoritate nostra benedicta, de nouo occupari, abscondi, deperdi, vel sic deficere, quod ad vsum debitum non possit haberi, quoquo modo contingat, volumus quod per venerabiles in Christo patres dominos Strigoniensem & Colocensem archiepiscopos, de consilio & consensu omnium vel maioris partis suffraganeorum suorum, interdicant sic occupata vel perdita, quousque occupatione cessante, prædicta corona eadem in Albensi ecclesia reposita fuerit, seu Regi legitimo liberaliter restituta: & alia similiter nomine Romanæ ecclesiæ fabricetur & benedicatur, quæ taliter benedicta, pro vera & legitima habeatur ab omnibus, vt de benedicenda auctoritate nostra superius est statutum. Si autem præfati archiepiscopi se concordare, vel consensum maioris partis suffraganeorum suorum habere nequiuerint, super eo, quod fieri debeat, sedes Apostolica consulatur; totiesque prædicta iuxta modum superius declaratum fieri possint & debeant, quoties euentus necessitatis suaserit sic agendum.

Ea deperdita vel detenta aliam a Rom. ecclesia postulandā.

Cupientes insuper vt quos reuerentia Dei, amor-

quisitionem vestram tempore coronationis suæ personaliter renouabit, &c.

Succincta Bernardi de re gesta narratio.

His consentiunt historici. Ad quæ illustranda Bernardum paucis verbis hæc omnia complectentem afferendum ducimus: *Anno*, inquit a, *Domini* MCCCIX. *veniunt nuncij solemnes & ambassatores Regis Alamanniæ Henrici ad Papam apud Auinionem, scilicet tres comites & duo episcopi, petentes confirmationem electionis & coronationis imperij ab ipso Papa sibi dari: Papa vero eius electionem admisit & confirmauit in Auinione mense iulij subsequenti, volens ipsum nominari Regem Alamanniæ & Romanorum, & quod posset agere quæ Regis erant: & coronationem imperij promisit, tempus eidem assignans, vt a festo purificationis ad duos annos Romam veniret, coronam ibidem imperij recepturus.*

a Ber. chr. Rom. Pon. & in lib. de Rom. Imp. M. S. Vat. bibl. signat. n. 2043. M. S. Vat. bib. sig. n. 3765. Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 40.

13 His solemni more perfectis, Clemens gesta in purpuratorum patrum senatu apostolico diplomate sanxit, vt Albertinus Mussatus narrat; locutus enim de petito imperiali diademate subiungit b: *Quod & facile sibi obtinuere legati, literis patentibus termino ad hoc in certam diem præfixo, constitutione solemni emologata electione cum sacræ benedictionis præconio, cui & diadematis appositioni se ipsum Romæ in sedem pontificalem compariturum & effecturum despondit.* Inscriptæ sunt Henrico eæ literæ c, data asserta ipsi regia dignitate, promissisque imperialibus apicibus, quibus Clemens rei gestæ seriem exponit, vt vna cum Cardinalium collegio diligenti discussisset examine, an pares virtutes ad regium nomen decusque imperiale sustinendum afferret; cumque ipsum necessarijs tanto muneri ornamentis pollere comperisset, suffragio apostolico Regem renuntiasse, atque imperiale diadema illi conferendum decreuisse: verum cum indicti a se concilij œcumenici tempus immineat, ipseque grauissima negotiorum ad Christiani nominis decus spectantium mole sit implicitus, e quibus nec se expedire facile, neque ea abrumpere sine ingenti periculo posset, imperialis inunctionis celebritatem ad biennium distulisse: interea præcipere omnibus Romani imperij populis ac proceribus, vt illius iussis obtemperent, meritisque officijs complectantur: Tum ad reponendam in defendendo honore ecclesiæ, quam sibi addictam senserat, gratiam adhortatur, ac saluberrimis alijs monitis, vt sceptrum pie ac magnifice sustentaret, informat.

b Alb. Mus. l. 1. c. 3.

c Lib. 1. ep. com. 57.

Confirmata Henrici creatio, sed coronatio augustalis dilata.

Clemens, &c. charissimo in Christo filio Henrico Regi Romanorum illustri.

Nuper venerabiles fratres nostri .. Basiliensis & .. Curiensis episcopi, & dilectus filius nobilis vir Amedeus Sabaudiæ, Ioannes dalphinus Viennensis & Albonensis comes, Guido de Flandria, Ioannes de Saraponte comes, & magister Simon de Maruilla thesaurarius ecclesiæ Metensis ambasciatores, procuratores, & nuncij tui ex parte tua cum pleno sufficienti mandato, prout per tuas patentes literas magni tui sigilli appensione munitas nobis extitit facta fides, ad nostram præsentiam destinati, coram nobis & fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus in publico & solemni consistorio nomine tuo & omnium principum, in Regis in Imperatorem postmodum promouendi electione voces habentium; tam de consuetudine quam de iure, proposuerunt inter cætera coram nobis electionem de te ad prædictum regnum, & ad imperialem postmodum promouendo ab omnibus principibus, vocem in huiusmodi electione habentibus, fuisse concorditer & legitime celebratam, teque electioni huiusmodi consensisse, & alias solemnitates recepisse Aquisgrani, quas prædecessores tui recipere consueuerunt ibidem. [Ex his emendandus S. Antoninus, qui præpostero ordine post confirmationem obtentam a Clemente Henricum Aquisgranum iter intendisse ait a, vt a Coloniensi archiepiscopo corona cingeretur.] supplicantes instanter, ac inter alia humiliter postulantes, tibi vnctionem & consecrationem per nostras manus impendi, & te in Imperatorem Romanorum, aduocatum & defensorem ecclesiæ imperiali diademate coronari, & ad hoc tibi certos locum & terminum assignari, & alias tibi concedi per sedis Apostolicæ fauorem & gratiam consuetos.

Pontificię ad Henricũ ea de re lit.

Vt exposuerint regij oratores, ipsum Aquisgrani Regem sacratum.

a Ant. 3 p. tit. 21 c. 2 in princ.

Poposcerunt eidem nomine imperiale diadema.

Nos igitur præmissis per eosdem ambasciatores propositis diligenter auditis, necnon prædicto mandato, electionis quoque prædictæ decreto cum prædictis fratribus diligenter inspectis, plenaque deliberatione discussis, factaque nobis de huiusmodi electione concordi & legitima plena fide; examinatione quoque de persona tua in eorundem fratrum præsentia per nos facta, in quantum re absente fieri potuit, super conditionibus omnibus, quæ requiruntur in illo, qui est ad imperialis culminis apicem sublimandus; quia ab olim nos & fratres nostri ex frequenti & familiari conuersatione tua, & magnorum ac proborum virorum testimonio indubitato & certo excellentiam tuam fore percipimus magnarum virtutum gloriosis titulis insignitam, discretionis immensitate sublimem, prouidentiæ maturitate fœcundam, deuotionis claritate conspicuam; quodque in ea adeo prompti viget intellectus prosperitas, veritatis dilectio, & constantis fortitudinis firmamentum, vt tantarum virtutum castris in ipsa regnantibus sublimium honorum extolli fastigijs rationabiliter mereatur; te charissimum filium nostrum Henricum in Regem electum deputamus, nominamus, denuntiamus, & declaramus Regem Romanorum de ipsorum fratrum consilio, iustitia exigente; tuamque personam tot excellentium meritorum claritate suffultam approbamus, pronuntiamus, & declaramus plene sufficientem & habilem ad suscipiendum huiusmodi imperialis celsitudinis dignitatem: decernentes & pronuntiantes, vnctionem, consecrationem, & Imperij Romani coronam tibi per manus nostras debere concedi loco & tempore opportunis; ad quæ ex nunc nos offerimus paratos: magnitudini tuæ nihilominus concedentes nostrum & Romanæ ecclesiæ fauorem & gratiam consuetos; præcipientes ex nunc omnibus subditis tuis, quod tibi tanquam Regi Romanorum vero, & per sedem Apostolicam approbato ad imperium obtinendum, efficaciter pareant & intendant.

Discussũ a se fuerit cũ Cardd. an gerẽdo imperio par foret.

Perspectis illius virtutibus Regem Roman. pronũtiat

Iubet imperij cliẽtes ipsi obtẽperare.

14 Et quia tam pro generali futuro concilio, quod iam mandauimus conuocari, quam pro alijs arduis & ineuitabilibus fidei Christianæ negotijs multa nobis imminent necessario facienda, quæ non possent absque graui periculo vniuersalis ecclesiæ prætermitti, ante quorum expeditionem, alia ponderosa implicare negotia, vel explicationi ipsorum intendere commode non possemus; vt vrgentibus ad præsens negotijs vtiliter expeditis, annuente Deo votis tuis & postulationibus tam feliciter, quam celeriter satisfiat, celsitudini tuæ ad vnctionem, consecrationem, & coronationem imperij Romanorum de manibus nostris in basilica

Imperialem inunctionẽ ad biennium extrahit.

lica

Obstringit se Henricus ad rata habenda quæ ab ijs gesta fuerint.

gratum & firmum perpetuis temporibus habituros quicquid in præmissis, aut circa præmissa per dictos nuncios & procuratores nostros omnes, vel maiorem partem eorum, qui præsentes fuerint, expositum, petitum, impetratum, tractatum, promissum iuratum seu factum fuerit, aut quomodolibet procuratum. Volumus insuper saluis præmissis, quod prædicti procuratores & nuncij nostri possint omnes insimul, vel maior pars eorum facere procuratorium fortius quam fieri poterit nomine nostro & in persona nostra, sub sigillis eorum ad prædicta facienda, si defectus aliquis fuerit in prædictis. In cuius rei testimonium præsentes literas scribi, & maiestatis nostræ sigillo iussimus communiri. *Dat. Constantiæ IV. non. iunij indictione septima anno Domini* M. CCC. IX. *regni vero nostri anno primo.*

11 Perfecere imperata ab Henrico oratores, atque deinde in medio purpuratorum patrum consessu, cum a Clemente flagitarent, vt Henricum Regem Romanorum approbaret, Pontifex seruato maiorum ordine, designatum Regem, vt gerendo sceptro virtutibus parem, atque ad imperiale fastigium euehendum confirmauit, tempusque ad eum diademate cingendum constituit, nimirum ab euoluto a festo proximo purificatæ Virginis biennio recurrente die, vt referunt Iordanus [a], Bernardus [b], Ptolemæus Lucensis [c], ac Stero [d]. Apostolica sponsione secundo applausu excepta, Regis Romanorum oratores se Pontifici paratos exhibuere, vt Henrici nomine fidem sacramento deuincirent. Qua de re subiectum instrumentum confectum [e]:

a Iord. chro. M.S. Vat. sig. n. 1960. c. 238. de Imp. Hen. b Ber. de Rom. Imp. M.S. Vat. bibl. sig. n. 2043. & chro. Rom. Pont. c Ptol. Luc. hist. eccl. M.S. l. 24. c. 40. d Stero Altahem. in annal.

Promittit illi insigne imperiale Clemens.

e Ext. in arc. S. Ang. & l. priu. Rom. eccl. to. 3. pag. 81. & int. coll. Plat. to. 3. pag. 332. & M.S. Vall. sign. lib. B. n. 12. pag. 47.

Instrumentum sacramenti præstiti per procuratores suos nomine domini Henrici Regis Romanorum.

In nomine Domini. Amen. Nouerint vniuersi hoc instrumentum inspecturi, quod anno Domini MCCCVIIII. *die sabati vicesima sexta mensis iulij indictione septima, pontificatus sanctissimi patris & domini nostri, domini Clementis diuina prouidentia Papæ V. anno quarto in palatio papali Auinion. videlicet in domo fratrum Prædicatorum eiusdem loci, in qua sanctissimus pater & dominus noster, dominus Clemens diuina prouidente clementia sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summus Pontifex tunc residentiam faciebat, in consistorio publico & solemni, in quo erat idem dominus Papa, & cum eo præsentia reuerendorum patrum dominorum sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium, & aliorum archiepiscoporum, episcoporum, electorum, abbatum & aliorum prælatorum, ac cæterarum personarum, tam ecclesiasticarum quam sæcularium, maxima multitudo; & venerabilis patris domini Sifridi episcopi Curiensis, ac spectabilium virorum dominorum Amedei comitis Sabaudiæ, Ioannis dalphini Viennensis, ac Albonensis comitis, Guidonis de Flandria, Ioannis de Sarraponte comitis, & discreti viri magistri Simonis de Manulla thesaurarij Metensis procuratorum & nunciorum serenissimi principis domini Henrici Regis Romanorum illustris ad infrascripta constitutorum, prout inferius continentur; postquam idem dominus summus Pontifex, solemnitate debita præcedente, prædictum dominum Henricum in Regem electum, in Imperatorem postmodum promouendum, reputauit, nominauit, & declarauit Regem, exigente iustitia, Romanorum; & personam ipsius approbans, pronunciauit eam & declarauit esse sufficientem, habilem, & idoneum ad imperium obtinendum, & eidem ad recipiendas vnctionem, consecrationem & imperialis diadematis impositionem de manibus suis sanctis, certos locum & terminum assignauit; & ad præstandum iuramentum ipsi domino summo Pontifici & ecclesiæ Rom. in animam & nomine dicti Regis, quod dicti sui procuratores & nuncij eidem domino Papæ se frequenter obtulerant præstaturos, fuit hoc modo processum.*

Publicæ de eo ritu perfecto literæ.

In primis quidem venerabilis pater dominus Bertrandus episcopus Albiensis domini Papæ camerarius publice, ac clara voce legit quandam patentem literam magno sigillo dicti domini Regis pendenti signatam, procuratorium seu potestatem dictorum procuratorum seu nuntiorum plenarie continentem, cuius litera de verbo ad verbum, nil addito vel mutato, tenor dignoscitur esse talis.

Lectæ in consist. Henr. Regis literæ.

Subijciuntur Henrici ad Clementem literæ, quas superius opportuniori loco attulimus. Quibus perlectis, ac perspecta oratoribus obstringendæ fidei demandata auctoritate, Neapoleo Cardinalis sacramenti formam suis cõceptam verbis proposuit, ex qua ij iureiurando ad tuendum pontificium honorem, seruanda sedis Apostolicæ iura, non affectandam ditionem ecclesiasticam, cõprimendos ecclesiæ hostes se deuinxere; atque Henricum ea omnia repetito sacramento in ipsa imperialis inunctionis celebritate confirmaturum spopondere. Cuius rei gestæ seriem ex ijsdem publicis monumentis decerpimus.

12 *Deinde, nimirum post Regis Romanorum literas in consistorio repetitas, reuerendus pater dominus Neapoleo S. Adriani diaconus Cardinalis publice legit quandam cedulam continentem formam iuramenti, quod dicti procuratores & nuncij domino Papæ ac ecclesiæ Romanæ in animam & nomine dicti Regis præstare debeant. Qua lecta secundum formam illam dicti procuratores & nuncij iuramentum huiusmodi præstiterunt in modum sequentem: Nos Sifridus Curiensis episcopus, Amedeus comes Sabaudiæ, Ioannes delphinus Viennensis & Albonensis comes, Guido de Flandria, Ioannes comes de Sarraponte, & Simon de Manulla thesaurarius Metensis nuncij & procuratores serenissimi principis Henrici Romanorum Regis, habentes ad omnia infrascripta plenam et generalem ac liberam potestatem, & spectale mandatum ab eodem, prout constat per prædictas patentes literas ipsius, vobis sanctissimo patri & domino, domino Clementi diuina prouidente clementia Papæ quinto vice & nomine dicti domini nostri Regis & in animam ipsius promittimus, & iuramus per Patrem & Filium & Spiritum sanctum & per hæc sancta Dei euangelia, & per hoc lignum viuificæ crucis, & per has reliquias sanctorum, quod nunquam vitam aut membra, neque ipsum honorem quem habetis, sua voluntate, aut suo consensu, aut suo consilio, aut sua exhortatione perdetis; & in Roma nullum placitum, aut ordinationem faciet de omnibus, quæ ad vos pertinent aut Romanos, sine vestro consilio & consensu: et quicquid de terra ecclesiæ Romanæ peruenit ad ipsum, aut perueniet, vobis reddet quam citius poterit: & quandocumque in Lombardiam & Tusciam aliquem mittet pro terris & iuribus suis gubernandis, quoties mittet eum iurare faciet illum, vt adiutor vester sit ad defendendum terram S. Petri & Romanam ecclesiam secundum suum posse: & si permittente Domino dictus dominus noster Rex Romam venerit, sanctam Romanam ecclesiam & vos rectorem ipsius & successores vestros exaltabit secundum suum posse: et cum Romæ vel alibi per vos in Imperatorem coronandus fuerit dominus noster Rex prædictus, dictum sacramentum & aliud fieri consuetum ad requi-*

Perlecta sacramenti forma, quo ij se obstricturi essent.

Quibus verbis cõcepta fuerit.

delinitus: at de his postea in Ioanne Clementis successore. Clemens porro sæpius Italos spe sui aduentus permulsit, atque hoc ipso anno Romanis his literis abblanditus est: *Romani, vt vera loquamur, noster peculiaris existunt populus intima nobis affectione dilectus: ipsi sunt Romanæ ecclesiæ speciales alumni, quos synceris amplectimur brachijs; & paterni fauoris vbere confouemus. Ipsi sunt filij, quorum exaltationem appetimus, honorem diligimus, & commoda votis feruentibus concupimus: quorum nos perturbat aduersitas, contingit pungitiue turbatio; quorumque prosperitas dulcedine refouet, & tranquillitas reficit affluentia gaudiorum.* — **Officiosa in Romanos Pontificis verba.**

9 Inter hæc redimitus[a] fuerat corona Aquisgrani anno ineunte Henricus, antea Lucemburgensis comes, Romanorū Rex ipso epiphaniæ sacro die. Quam contulisse Henricum Coloniensem archiepiscopum ait S. Antoninus[b]: quamuis præpostero ordine, vt ostendunt literæ apostolicæ[c], post obtentam a Clemente confirmationem corona Germanica exornatum innuat. Qua celebritate perfecta more maiorum ad imperiale nomen eblandiendum, asserendumque partum ex electorum suffragatione in solium Romanum ius, oratores transmisit: excitatum ad id Henricum fuisse stimulis gloriæ, vt Italicum regnum adipisceretur, imperiumque tot annis squalore obsitum pristino splendori restitueret; tum a Gibellinarum partium sequacibus permotum, pontificiæque beneuolentiæ aura excitatum, cum Philippus Rex Francorum ob impositas Bonifacio calumnias, motamque de cremandis eius ossibus litem, Clementis & Cardinalium animos a se abalienasset; refert subiectis verbis Albertinus Mussatus[d].

Henric. Rex coronā Aquisgrani accipit.

a Bern. lib. de Rom. Imp. M.S. Vat. bibl. signat. n. 2043. & M.S. eiusd. bibl. sig. n. 3765. in Clem. V. Ior. Chrō. M.S. Vat. signat. nu. 1960. c. 238. de Imp. Hen. Steronis annal. Ptol. Luc. hist. eccl. M.S. l. 24. c. 40. & alij.
b Ant. 3. part. 21. c. 2 in prin.
c Lib. 4. ep. cum 571.

Henricus hic titulum nactus imperij, vniuersorum principum feruentibus assensibus, & plebis clamoribus, & clericorum antistitum applausibus in sedem augustam delatus est: cuius iugum subiere libentes qui trans & cis Rhenum accolunt, & omnes Tb utones, ad hunc sese referentes vt ad perspicuum columen Cæsareæ maiestatis, pacata Alemannia finibusque Aquilonis, vsque in oceanum ad maiora direxit animum, desuetum iam dudum regnum per fines terræ reuiuiscere posse coniectans insignibus argumentis, seque in horum initium coronas vtrasque adeptorum permetiens, Italorum tentare partes induxit in animum. Constiterat namque plurimas Italiæ ciuitates per optimatum factiones arcuisse in exilia ciues partium schismatibus, quæ hinc Gelphorum sub ecclesia, hinc Gibolengorum sub imperij clypeis nomina sibi quondam induerant, quarum nonnullæ, & præsertim Longobardorum posse tyrannides siue exilijs, siue coertionum profligationibus diu marcuerant, cuius rei inuidia ad se simile vero erat extorres concurrere. Sicque pacis ingenti suasione alliciendos populos ad cultum noui & speciosi nominis imperatoriæ maiestatis, nec huiusmodi regiæ virtutis institutum circumspecta refellit opinio. Nam & Tuscorum quidam optimates ex Gibolegis partis antiquæ, nec non ex diuersis Gelfis, qui Alborum intolerantia Gibolengi nominis sibi prænomen elegerant, eiusdem propositi complices montes transiliere ad ipsum Regem eliciendum muneribus & subsidijs, ad quæ etiam hortamenta suggessisse acceptum est Albuinum & Canem Veronæ dominatores, quæ res postea successu rerum ludibrio gentibus fuit diminutionis statuum eorumdem consecutione, & grauium pecuniarum exhaustu. His informatus conceptibus & instinctu nobilis Clementem Papam Cardinaliumque cœtum, quos cum Philippo Francigenarum Rege litis causa, quæ pro cremandis olim Bonifacij Papæ ossibus de hæresi accusati Regem vrgebat, simultates gerere non ignorabat, accersiri statuit impetraturus coronationis suæ decus, & in actus quoscumque fauores ecclesiæ triumphantis.

Restituendæ imperij amplitudinis voluit cōsilia.

d Alber. Muss l. 1. c. 3.

Italicum regnum recuperare molitur.

Gibellinorū spe excitatur.

Phil. Regis Franc odio ecclesiæ studij efficitur.

10 Perfuncti sunt eo munere[a] Basiliensis & Curiensis episcopi, delphinus Viennæ, ac Sabaudiæ, Namurci, & Sarapontis comites, quibus Henricus insignes reuerētię & amoris notis literas dedit[b], quibus Clementē deprecabatur, vt ipsum imperiali inunctione liniret, manibusque pontificijs diadema conferret. Vtque petita obtineret, significabat, se oratoribus munus auctoritatemque demandasse, vt regio nomine conceptum quibus vellet verbis fidei sacramentum nuncuparent.

a Ber. de Imp. Rom. in Henr. M.S. Vat. bibl. sig. n. 2043. Ptol. Luc. hist. eccl. M.S. l. 24. c. 40. M.S. Vat. bibl. sig. n. 3765. de Rom. Pon. in Cle. V.
b Ext. in arc. S. Ang. & l. 8. ep. cur. 75. l. priu. Rom. eccl. to. 3. pag. 81. et M.S. Vall. sign. lit. B. n. 12. pag. 47. rep. in archiu. Auinion. autogr. an. 1594. n. 24.

Sanctissimo in Christo patri & domino suo, domino Clementi sacrosanctæ Romanæ, ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, Henricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, cum reuerentia debita deuota pedum oscula beatorum.

Cupientes feruenti desiderio vobis patri, ac domino nostro clementissimo, & Apost. sedi zelum nostræ deuotionis offerre, nosque vestris & ipsius sedis beneplacitis coaptare, nostroque & sacri Romani imperij statui sicut expedit prouidere, venerabiles Othonem Basiliensis, & Siphridum Curiensis, ecclesiarum episcopos principes nostros, & spectabiles viros Amedeum comitem Sabaudiæ affinem nostrum, Ioannem dalphinum Viennensem & Alboniensem comitem, Guidonem de Flandria consanguineum nostrum, Ioannem comitem de Saraponte fideles nostros dilectos, & honorabilem virum magistrum Simonem de Manulla vestrum cappellanum thesaurarium Metensem secretarium & familiarem nostrum dilectum, de quorum fide, legalitate, & industria plenam obtinentes fiduciam, fecimus & facimus, cōstituimus & ordinamus nūcios & procuratores nostros, mandatum nostrū in se sponte suscipientes; ipsosq; ad vestram præsentiam pro nostris & imperij negocijs specialiter destinantes, damus & concedimus eisdem plenam, generalem, & liberam potestatem, ac speciale mandatum in vestræ sanctitatis præsentia, deuotionem & filialem reuerentiam, quam erga vos & sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem nostram sinceris affectibus gerimus, exponendi, petendi, procurandi seu impetrandi pro nobis, & nostris fauorem & gratiam vestram; nec non tractandi, explicandi, exercendi, promittendi, offerendi seu præstandi in animam & super animam nostram, debitæ vobis & sanctæ Romanæ ecclesiæ fidelitatis, & cuiuslibet alterius generis iuramentum; & specialiter ad petendum a vobis vnctionem, consecrationem, & coronam imperij de sacratissimis manibus vestris nobis impendendum, ac faciendi omnia alia & singula, quę circa huiusmodi nostra & imperij negotia tractāda, explicāda, exercenda, promittenda fuerint, seu etiam facienda, quæ secundum Deum & honestatem viderint expedire, & quæ ad nos promoneudum ad Romanum imperium fuerint facienda: ac etiam requirenda, & cætera facienda, quæ regalis excellentia nostra faceret & facere posset, etiam in his, quæ mandatum exigunt speciale, & perinde ac si omnes casus, qui mandatum exigunt speciale, essent in præsenti procuratorio specialiter denotati: promittentes nos ratum

Oratores ad Pont. mittit.

Qui ea legatione perfuncti.

Imperialē coronam iussi a Clem. regio nomine deposcere.

aliquibus temporibus oppresserit violenter: qua persecutione, Deo cuius esset negotium inspirante, cessante, eadem Romana *ecclesia fuit in possessione, vel quasi, pacifica & quieta, sed ab octo mensibus circa principium mensis aprilis vel circa inceperunt,* de Venetis loquitur, *nos & Romanam ecclesiam in possessione antiqua prædictorum indebite molestare & temere impedire.*

a Ann. 1308. n. 14. 15. 16.

Pergit fusa oratione recensere, quod iam ante a indicarum est, vt Arnaldo abbate monasterij Tutellensis, atque Honuphrio ecclesiæ Meldensis decano pontificio nomine Ferrariensi vrbe potitis, populus vniuersus professus esset, Ferrariam iuris esse Romanæ ecclesiæ, ac nuncij apostolici claues Ferrariæ recepissent, constituissent portarum & pontium custodes, adegissent sacramento in verba pontificia vrbis prætorem eiusque senatum, præfectos imposuissent Massæ Fiscaliæ, denique supremum ius exercuissent, antequam Ioannes Superantius ad Ferrariensem rem administrandam a Venetis esset submissus: addit nuntios, nouarum rerum audita fama, monuisse senatum Venetum, ne Romanæ ecclesiæ ius in Ferrariensi ditione turbaret, atque etiam abbatem Tutellensem Venetias accessisse, vt a cœptis ipsum reuocaret; concitata vero seditione intentatam nuncio fuisse necem, atque eius familiam saxis appetitam; deinde apertum bellum illatum cladesque inflictas, anno superiori a Ferrariensi administratione deiectos ecclesiæ magistratus exponit, deque tanto facinore effusis iustis querelis ducem ac senatum Venetum, tum expresso nomine Ioannem Superantium, qui Ferrariensem dominatum eripuerat ecclesiæ, ac Vitalem Michaelem, qui Venetæ reipublicæ nomine Ferrariam regebat, anathemate defixit, edixitque vt Romanæ ecclesiæ iura restituerent. Ni parerent, sacrorum vsu & commercio publico Venetorum omnem ditionem priuauit: iussit infamiæ notam magistratibus, legum & iudiciorum beneficio priuatos pronuntiauit, viros ecclesiasticos abire ditione Veneta iussit, exceptis ijs, qui baptismalia infantibus, & morituris confessionis sacra conferrent. Demum si in cœptis perstarent, præfixo ad veniam poscendam tempore, ducem insignibus ducalibus exuendum, & omnes Venetorum fortunas fisco addicendas, Regumque in eos implorande arma pronuntiauit, donec Ferrariam ecclesiæ restituissent. Quæ literæ Auenione exaratæ die cœnæ Domini pontificatus anno IV. consignatæ sunt.

Nō deterriti censuris Veneti.

b App. M. S. hist. Dād. in Petro Grad. M.S. diarium Ven.

c Lib. 4. ep. cur. 84.

7 Non iacto anathemate, de quo etiam Veneti historici mentionem faciunt b, pœnisque alijs eo diplomate inflictis reuocati sunt ad officium Veneti; sed maiori in Pontificem ira perciti, atque deriuationibus fluminum comitatum corrumpere, arcesque reliquas machinis euertere perrexere, vt queritur Clemens in literis ad Firmanum episcopum datis c: cui etiam significauit inter cæteras ijs censuras sacro cœnæ dominicæ die incussas, ipsos in seruitutem addictos, occupantibus bona direptioni siue in Italia vel in Græcia exposita, præcepitq; vt si quos in sua diœcesi reperiret, eos mancipatet custodiæ, ac bonis exueret: qua de re data pluribus præsulibus, prouinciarū præsidibus, ac Regibus imperia d. Missum etiam a Clemente ad Aragonū Regem nuncium, vt illum ad Venetos in ipsius regno agentes opprimendos adduceret, refert Surita e, atque exposuisse, Venetos nulla lacessitos iniuria; postquam Ferrarienses pulso Frisco Azonis spurio, in

d Ib. ep. 82. 85. 86. 87. & post eand. ep.

e Sur. l. 5. c. 82.

ecclesiæ obsequium procubuissent, iniustum bellū ad legitimam nuntijs apostolicis possessionem eripiendam suscepisse: quæ a diario Veneto a, in quo habetur, Venetos pluribus in locis exagitatos, ac bonorum iacturam passos, atque etiam a Bernardo b & Clementis gestis c & M. S. d Vaticano confirmantur.

a Diar. M.S. Ven. Pigna l. 4.

b Ber. chr. Rom. Pon. in Cle. V.

c M. S. Val sign. lit. C. n. 25.

d M. S. Vat bibl. sign. 3765 in Clem V.

e Lib. 4. ep cur. 84.

8 Cum hæc etsi asperiora decreta parum valerent, ac nisi ferro cum Venetis res decernenda videretur, religiosam in eos militiam Pontifex, dato crucis symbolo, ac propositis ecclesiæ signa secuturis præmijs indulgentiarum, quæ arma in Saracenos gerentibus concedi erant solita, indixit e, Arnaldumque e Pelagrua S. Mariæ diaconum Cardinalem sacro bello præfecit: quem etiam ad exortos in multis ditionis ecclesiasticæ prouincijs, maxime Anconitana marchia, Spoletano ducatu, Campania, ac Maritima tumultus componendos misit. Extant plures ea de re ad ipsum datæ literæ f: quem etiam priuilegijs ornauit g, ac pacis arbitrum in Insubria, Etruria, alijsque prouincijs constituit. h

Sacrum bellum in Venetos indictum.

Ecclesiastica ditio dissensionibus exagitata.

f Ibid. ep. cur. 27.

g Ib. ab ep 28. ad ep. 56.

h Ep. 56.

Gessit Arnaldus magna animi constantia munus sibi impositum, crucisque vexillis expositis, ingentem hominum multitudinem ad ea traxit i. Ad quæ videtur alludere diarium k Venetum, dum ait, propositas ijs fuisse indulgentias, qui Venetis necem (in acie scilicet) inferrent. Vt vero ijs succinctus copijs Cardinalis legatus Ferrariam recuperarit, subiectis verbis describit Bernardus l: *Fuit missus legatus a latere Papa dominus Arnaldus de Pelagrua diaconus Cardinalis, in Italiam festinauit, & subsecuta est hominum magna strages: fuitque capta & recuperata Ferraria per legatum in sequenti mense augusti in festo S. Augustini, non sine multo effuso sanguine Ferrariensium & Venetorum in pratio iuxta* Padum. *Fertur autem numerus occisorum hominum vna die* VI. *millia exceptis mortibus plurimorum, quæ præcesserant, & postmodum ibidem & alibi sunt secuta.*

i Io. Vill. l. 8. c. 103. Pign. l. 4.

k Diar. Vt MS. Petr. Graden.

Ferraria Venetis erepta a Card. legato.

l Ber. chr. Rom. Pon. hoc ann.

Assentiuntur Bernardo M. S. Vaticanum m, Io: Villanus n, S. Antoninus o & alij. Fauisse vero ecclesiasticis copijs ciues ex M. S. diario colligitur, in quo refertur Vitalem Michaelem creatum a Venetis Ferrariæ præfectum a Ferrariensibus pulsum esse: additque Villanus, Venetos, cum vrbem obsidione cingere molirentur, nondum amissa arce, cui Thedaldi nomen est, apud Francolinum cæsos: cuius insignis victoriæ partem Florentinis ascribit S. Antoninus, arcemque recuperatam subijcit: *Veneti*, inquit, *a legato Cardinale, qui nepos erat Papæ, cum copijs suis, inter quas etiam erant Florentini, ita sunt debellati & superati, vt ad sex millia exercitus Venetorum mortui sint in bello partim occisi, partim in Padum submersi. Et sic ex toto ecclesia recepit Ferrariam cum castro Thedaldi.*

m M. S. Vat. bibl. sig. n. 3765 in Clem. V.

Strages de ipsis edita

n Io. Vill. l. 8. c. 103.

o Ant. p. 3. tit. 21. c. 1. ante §. 1.

Florentini in hoc operam Pōtifici cōmendarūt

Porro ad reponendam gratiam Florentinis ob nauatam egregie in eo bello operam, sublatum a legato interdictum ac sacra ijs restituta, refert idem auctor. Eodemque etiam beneficio Bononienses, dum vna cum Insubribus ad id bellum se accingebant, affectos vidimus: quos etiam sequenti anno, cum feliciter iam confectum esset, ob eximiam, quam in eo explicuerant, virtutem militarem encomijs celebrauit p. Reuocata ad ecclesiasticum imperium Ferraria postea in Atestinorum rediit seruitutem q, cum Pontifex illius præfecturam Siculo Regi contulisset, sperneretque res Italicas transalpino solo deli-

Et Bononienses.

p Lib. 5. ep com. 157.

q Pign. l. 4

in aliis debet diræ censuræ acerbitate damnari; dum adhuc cum prædicta curia Pictauis essemus, præfatis oppositoribus de fratrum nostrorum consilio audientiam duximus concedendam, & iis primam diem iuridicam post festū purificationis B. Mariæ virginis proximum, iam transactum, ad comparendum coram nobis Auenione, & quantum, ac prout esset de iure in ipso negotio procedendum, pro peremptorio termino signantes, &c. *Actum Auenione in domibus fratrum Prædicatorum, videlicet in aula inferiori, in qua consistoria publica tenemus, id. septembris pontificatus anno IV.*

Cum ita sanxisset Clemens discutiendam Bonifacianæ accusationis causam, dedit imperia [a] episcopo Parisiensi, & Guillelmo Godinio ordinis Prædicatorum, postea Cardinali, vt Guillelmo Plessiano harum omnium in Bonifacium calumniarum artifici nefandissimo, & Ludouico principi Ebroicensi, aliisque duobus comitibus a Guillelmo subornatis vt se accusatores constituerent, diem indicerent ad futiles suas probationes depromendas: *Vt*, inquit, *clarius in huiusmodi negotio procedatur, fratrum nostrorum super hoc, dū erimus Auinione, communicato consilio: discretioni vestræ de ipsorum fratrum consilio per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum, per vos vel alium seu alios, Ludouicum, Guidonem, & Ioannem comites, ac Guillelmum militem prælibatos ex parte nostra peremptorie citare curetis, vt prima die iuridica post dominicam memoratam, quam eis similiter pro perēptorio termino assignetis, coram nobis si sua putauerint interesse, Auinione legitime comparere procurent ad procedendum in dicto negotio, & pertinentibus ad idem negotium, si, quantum, & prout de iure fieri poterit & debebitur. Diem vero huiusmodi citationis & formam, & quicquid inde duxeritis faciendum, nobis per vestras literas, harum seriem continentes, fideliter intimare curetis. Datum in Prioratu de Grausello prope Malausan. Vasionensis diœcesis XV. kal. nouembris anno quarto.* Hoc freti rescripto Guillelmus Nogaretus, & Guillelmus Plasianus Bonifacii accusatores mirique calumniarum artifices suas accusationes in publica acta redegere, quę porrexerunt Clementi, extantq; in archiuo Vaticano Romam Auenione translata, ex quibus eorum impostorum impietas arguitur. Perhorruit vero Christianus orbis ad rei adeo insolentis famam, & Castellæ atque Aragoniæ Reges Catolici missis, vt refert Surita [b], oratoribus apud Clementem questi, iniectum fidelibus scandalum, quorum aures piæ ferre non possent, Romanum Pontificem in crimen hæreseos adduci. Philippus vero Francorum Rex in Hispanos retorsit, ideo iudicium disturbare molitos, quod ipsorum interesset, cum Iacobus Aragonius Sardiniæ & Corsicę regno a Bonifacio donatus esset; Ferdinandus iustorum nataliū dignitate, exclusis regno infantis Ferdinandi filiis, affectus. Nec Hispani modo, verum Germani quoque, Belgæ, & Itali, vt refert Albertinus Mussatus [c], Philippi Regis consilia execrati sunt; ob idque potissimum Henricus Rex Romanorum magnis studiis prouectus, vt illius vim reprimeret, vt dicetur inferius. Cæterum Clemens cum ex eo iudicio nullam sedi Apostolicæ notam aspersum iri prauideret, ac Bonifacii memoriam, quam obtrectatores obscurare nitebantur, illustrandam in suscepta sententia perstitit, demum accusatores magno suo pudore conticescere coacti sunt, ac Bonifacii nomen in suum decus assertum, de qua re suo loco dicetur: iam reliqua prosequamur.

[a] Lib. 4. ep. cur. 69.

Accersit ad illud Plessianus columniarum artifex.

[b] Sur. ind. l. 2. & anal. l. 5. c. 87.

Fideles de re adeo inaudita scandalū passi.

[c] Albert. Muss. l. 1. c. 3.

5 Actum est de restituenda, vti cœptum erat, in pristinum splendorem academia Aurelianensi, ac plura ad veterem literariam disciplinam, quæ professorum incuria defloruerat, sanciendam constituta: cuius rei cura archiepisc. Bituricensi & episcopo Carnotensi a Clemente demandata est [a]. Similiter reuocata in pristinum decus ab eodē Pontifice Bononiensis academia [b], quam Neapoleo Cardinalis Bononiæ iam ante legatus vna cū sede episcopali, aliis grauissimis diuinis humanisque pœnis Bononiensibus magistratibus inflictis, ademerat; atque in constitutione [c] Honorii III. contentas pœnas cōtraxisse promulgarat. Exasperarat enim legatum nonnullorum insolentia, qui in ipsius palatium impetum fecerant, quorum clientelam susceperant vrbani magistratus. Sed cum ipsos pœniteret criminis, atque oratores ad Clementem ad illud expiandum misissent, Pontifex in gratiam ipsos admisit, ac templa, sedem episcopalem, & academiam restituit [d], quam etiam anno sequenti maioribus priuilegiis amplificauit [e]: atque inter cætera, ad augendam illius dignitatem decreuit, vt qui in ea doctoratus laurea decorati essent, in aliis academiis eam disciplinam profiteri [f] possent. Muniuit etiam illam ineunte sequenti anno ea prerogatiua, vt [g] a nullo legato apostolico ab ea vrbe diuelli, vel interdicto feriri posset, infligendarumque earum pœnarum auctoritas, si vnquam ab officio discederent, soli Romano Pontifici foret reseruata. Tum Rauennati archiepiscopo, ac si Rauennatium sedes vacaret, Ferrariensi Parmensique episcopis prouinciam imposuit, vt academicos Bononienses ab improborum iniuriis vindicarent. Quæ beneficia ac nonnulla alia liberaliter Bononiensibus contulit Clemens, vt nauatam ab iis pro ecclesia in Ferrariensi bello egregiam operam commendaret. In quod cum defluxerit oratio, illius historia iam a nobis percurrenda est.

[a] Lib. 4. ep. com. 372.

[b] Ib. ep. c. 152. & 528.

Sopitę nōnullæ simultates exortæ Bononiæ

[c] Ext. to. nostro annal. XIII. in Honor. ann. Chr. 1225. n. 50. & in M.S. Vat. bibl. sig. n. 2977. pag. 129.

[d] Clem. V. l. 4. ep. co. 528.

[e] M. S. Vat. bibl. sig. n. 3577 pag. 175.

[f] Lib. 5. ep. com. 158.

[g] ibid. ep. 156.

Priuilegia academię Bononiensi concessa.

6 Deterrere pluribus literis exeunte anno exaratis Venetos ab inuadenda Ferraria erat conatus, grauissimasque minas incusserat, ni cœptis absisterent. Sed cum ipsius preces nil valuissent, ac Ioannes Superantius patritius Venetus submissus cum exercitu Ferrariæ præfecturam, pulsis internuntiis apostolicis, qui vrbem ad obsequiū ecclesiæ traduxerant, & aliis magistratibus pontificiis, ferro flammaque succinctus occupasset, Pontifex graues censuras in Petrum Gradenicum ducem Venetorum, Ioannem Superantium, Vitalem Michaelem præfectos, senatum, aliosque Venetos omnium ordinum est iaculatus [h]. Qua de re hæc tradit Iordanus [i]: MCCCIX. *Clemens V. magnum processum fecit contra Venetos; quia Ferrariam vrbem ecclesiæ indebite occupauerant.* Extat id iudiciarium edictum die cœnæ dominicæ pontificatus anno IV. consignatum in pontificio regesto & anno huius seculi sexto ex typographia Vaticana excusum: in cuius initio exponit, vt Ferraria in fundo ecclesiastico condita a primis illius fundatæ temporibus Romanis Pontificibus fuerit obnoxia: *Est*, inquit, *certo certius, quod ciuitas Ferrariensis cum suo comitatu & districtu & omnimoda iurisdictione, ac iuribus & pertinentiis ad ius & proprietatem ecclesiæ Romanæ, in temporalibus pertinet & pertinuit ab antiquo; licet tyrannica rabies ciuitatem ipsam, comitatum, territorium, districtum, & habitatores eius ali-*

Veneti anathemate defixi.

[h] Lib. 4. ep. cur. 84. M. S. Vat. bibl. sig. n. 3977. pag. 173. ext. typis cusa inter monitoria & declarationes excom. contra Venetos.

[i] Iord. in M.S. Vat. sig. n. 1960. c. 234. p. 30. n. 1.

Vt Ferraria spectarit iure ad ecclesiam. Iniuria a nonnullis occupata.

Gallicani præsules bonorum Templariorũ custodiam suscipere iussi.

a lib. ep. 14

in Templariorum, quos vt diuinæ læsæ maiestatis reos bonis priuari, carceribusque mancipari iusserat, causa Tolosæ decreuit; ac datis ad Galliarum præsules literis a significauit, Philippum Regem in congressu Pictauis secum habito consilium iniisse, vt Templariorum bona, ne inhiantium auaritiæ & prædæ paterent dissiparenturue, regiæ custodiæ committeret, neq; vlla arte & fuco eas opes sibi arrogaturum spopondisse: deinde ad pontificis preces præfectis regijs ac magistratibus imperasse, vt ab ijs sibi temperarent, quo ecclesiasticorum custodiæ traderentur; rem vero nondum in opus adductam. Atque adeo decernit, vt in singulis diœcesibus viros probos ad ea seruanda designent, quos sacramento obstringant, rem summa fide gesturos: tum etiam eam prouinciam nonnullis integritate conspicuis demandauit. Obtemperatum est Pontifici, extant enim regia Philippi edicta de Templariorum bonis Clementis administris consignandis, quæ in archiuio inferiore Auenionensi reperta sunt. b

b Ann. 1594. legat. Ostau Aquan. n. 39. 90.

c Sur. l. 5. annal. c. 73.

In Aragonia Templarij Iacobo Regi deditionẽ faciunt.

Nec in Gallijs modo, verum in Aragonia etiam concitata persecutio in Templarios, qui illius terrore perculsi, vt refert Surita c, munitissimis arcibus & castris se receperant: sed immissis a Iacobo Rege copijs, ad deditionem compulsi pontificijs imperijs parituros spopondere. Qua de re certior a Rege factus Clemens apostolicum nuncium capellanum suum transmisit, vt eas arces pontificio nomine reciperet, atque vna cum Templarijs regiæ custodiæ permitteret. De aspersa Tẽplarijs infamia, atq; eiuratæ Christianæ fidei criminibus impositis, ob quæ ipsos vocasset in iudicium, vt sontes plecteret, insontesue absolueret, ad alia regna sparsæ literæ: ac ne interea eorum opes ac possessiones in rem Syriacam conuertendæ dissiparentur, nonnullos antistites ijs conseruandis præfecit, Regesque ijs præsidio iussit esse, inter quos hæc Eduardo monita dedit d.

d Lib. 4. ep. cur. 63.

Decet, inquit, fili charissime, regia magnificentiam dignitatis, tuam matrem ecclesiam & Apostolicam sedem syncero animo, & deuotis affectibus reuereri, ac ea quæ sibi sunt placita efficaciter adimplere, vt Rex regum eiusdem sponsus ecclesiæ, qui super Reges & regna imperat, dominatur & regnat, se in eis a te honorari prospiciens exaltet, & prouehat tui regalis culminis incrementa, &c. Dat. Auinione kal. septembris anno IV. Ad afficiendos vero meritis pœnis illius ordinis equites, qui a fide desciuerant, alijsque se contaminarant criminibus, præsules in eos inquirere omni diligentia ac iudiciorum seruato ordine iussit. Quo argumento plures extant literæ e, quarum notas in margine apponere suffecerit. Tum archiepiscopum Pisanum nuncij Apostolici instructum auctoritate ad Insubres, Tuscos, Dalmatas, & Istros, vt quæstionem in earum prouinciarum Templarios exerceret, imperauit f.

Præsules Templariorũ singulorum causam cognoscere iussi.

e ibid. ep. cur. 64 65 66 67. 68. 74 75. 76.

f Eod. l. 4. ep. com. 939.

4 Hæc decernebat in Templarios Clemens, cum Philippi Regis, a quo in eos concitatum vidimus, precibus actus inauditi iudicij, quo prædecessoris hostibus persequendæ illius memoriæ, ac probandi criminis hæreseos, quo Romanum Pontificem notabant, auctoritas concessa, formam instituit. De qua hæc Bernardus g: *Eodem anno Domini MCCCIX. Clemens Papa ad instantiam Regis Franciæ & suorum in publico consistorio pronuntiauit, vt liceret prosequi volentibus procedere contra memoriam Bonifacij Papæ VIII. defuncti*. Extat ea de re Clementis diploma a, quo exposuit, se a Philippo Lugduni primum, deinde Pictauij postulatum, vt ab sede Apostolica iudicium de crimine hæreseos Bonifacio imposito institueretur. Et quamuis nullatenus, vti debebat, putaret Bonifacium ex catholicis parentibus ortum, qui Martino IV. & Adriano V. in legationibus ab ijs gestis operam nauarat, deinde munera curiæ exercuerat, tum Cardinalatu fuerat exornatus, susceptoque pontificatu hæreses insectatus fuerat, & dogma catholicum confirmarat, hæreseos labe inquinatum fuisse; ob decus tamen sedis Apostolicæ, & ad ecclesiæ puritatem asserendam professus est, accusatoribus, vt suas probationes afferrent, diem indixisse.

g Ber. chr. Rom. Pon. & M. S. Vat. bibl. sig. 3765. in Cle. V.

Clemens Philippo Rege urgente accusandi Bonifacij potestatẽ facit.

a Ext. apud Mau. clar. p. 4. l. 7. c. 8.

Clemens, &c. ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum.

Dudum, postquam diuina cooperante clementia, fuimus ad apicem summi apostolatus assumpti, primo Lugduni & deinde Pictauis cum nostra curia residentes, charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Francorum illustris zelo, vt credimus & ipse promebat, fidei orthodoxæ & deuotionis accensus, credensque ecclesiæ statui plurimum expedire, nos cum instantia requisiuit, & ad ipsum dilecti filij nobilis viri Lodouicus natus claræ memoriæ Philippi Regis Francorũ Ebroicensis, Guido S. Pauli & Ioannes Drocensis comites, ac Guillelmus de Plasiano miles, qui contra Bonifacium Papam VIII. prædecessorem nostrum, quẽ dicebant in labe prauitatis hæreticæ decessisse, crimẽ hæreseos se velle imponere & ad illud probãdum sufficientes probationes habere, illaque coram nobis velle proponere asserebant; postularunt instãter, quod ipsis videlicet nobilibus benignã audientiã exhibentes, ad recipiendas probationes huiusmodi, memoriamq; damnandã eiusdem defuncti iustitia præuia procedere curaremus.

Accusatorum Bonifacij proteruia.

Nos vero quamuis de ipso, quod de orthodoxis parentibus & catholica patria traxit originem, ac in curia Romana pro maiori parte temporis vitæ suæ nutritus extitit, ac cum Martino dum in Franciæ, ac Adriano in Angliæ regnis prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus legationis officio fungerentur, successiuis temporibus quasi continuo conuersatus cancellariæ officium exercuit cum ijs; & subsequenter in dicta Romana curia, in qua prius exercuerat aduocationis officium, ad officium notariatus primo, & deinde ad honorem Cardinalatus S. R. E. & demum in summum Pontificem assumptus extitit; qui ad honorem Dei & roborationem fidei, & hæreticorum exterminium multas edidit sanctiones, in prædicatione diuina, officia exercendo in præfata curia, & etiam extra eam, tum in dictis regnis Franciæ & Angliæ, cum alijs diuersis mundi partibus, antequam summus Pontifex *.. cum viris auctoritatis eximiæ catholicis & ecclesiasticis conuersatus, alias etiam *.. apparebat, & cõmuniter semper vixit, prædicta veritate subniti nullatenus crederemus; quia tamen crimen hæreseos, quod est inter cætera crimina plus execrabile ac horrendum, magisque detestabile ac damnosum, contra dictum prædecessorem oppositum dissimulanter indiscussum non negligi debebat; ad præfati Regis aliorumque nobilium prædictorum instantiam, & ne in sacrosancta Romana ecclesia, quæ mater est cunctorum Christi fidelium & magistra, quæque cunctis tribuit catholicæ religionis normam, veramque doctrinam fidei orthodoxæ, videamur negligere, quod in

Grauissima innocentiæ Bonif. argumenta.

Petita ex eius gestis

* eligeretur

* catholicus

Institutũ ad fidem asserendã iudicium.

anno pulsum in Armeniam, ac dein in regnum reuocatum a suis, exceptumque summo gaudio refert Sanutus. a

a Sanut. l. 3. p. 3. c. 11

Ecclesia Burdegal. priuilegijs gratijsque aucta.

39 Absoluimus hunc annum adductis nonnullis priuilegijs, quæ Clemens hoc anno Burdegalensi ecclesiæ principi in S. Andreæ honorem excitatæ contulit: atque in primis translationis reliquiarum eiusdem Apostoli festum diem celebraturis nono maij, ac diebus proxime consecuturis lustrantibus eam basilicam nonnulla indulgentiarum præmia contulit b, cum pretiosissimis sanctorum lipsanis exornata esset: *Considerantes*, inquit, *quod eadem Burdegalensis ecclesia in honore B. Andreæ Apostoli gloriosi constructa metropolitana insignis existit, & alias multæ coruscat priuilegio dignitatis; quodque in ea de ipsius Apostoli sacratissimo corpore, & aliorum plurimorum Apostolorum, martyrum, confessorum, & virginum venerabiles reliquiæ, quæ multa sunt veneratione colendæ a cunctis fidelibus, requiescunt, &c. Dat. Pictauis* XII. *kal. febr. anno* III. Eodem in patriã studio incitatus eam ecclesiam eleganti opere ad culmen perducendam statuit: quare Burdegalensi archiepisc. prouinciam dedit c, vt euoluente se viginti annorum spatio sacerdotiorum vacantium primi anni vectigalia, exceptis abbatijs in sua diœcesi, in eam rem deriuaret. Ad augẽdum quoque eiusdem ecclesiæ splendorem superiori anno Clemens, cum religiosæ disciplinæ nitor apud canonicos defloruisset, sanxerat d, vt seculares canonici in religiosorum decedentium locum ad diuinam rem curandam subrogarentur.

b Lib. 3. ep. cur. 6.

c Lib. 4 ep com. 57.

d Lib. 2. ep com. 114.

B. Clara e Montefal.

e Ferar. nono cal. 17. aug. Vuad. in annal. hoc ann. n. 71

f Io. an. 2. ep. cd. 315

g Bull. to. 4. Vrban VIII. cõst. 23.

Migrasse hoc anno ad cælos ferunt e B. Claram abbatissam monasterij S. Crucis oppidi Montisfalconis, quæ multis post mortem miraculis inclaruit, adeo vt de illis Ioannes f XXII. aliquot post annis, vti dicemus, religiosam actionem instrui iusserit ad beatarum virginum honores illi decernendos, vti dicetur inferius: quin etiam Vrbanus VIII. nostro æuo, propagata eiusdem Virginis flexu temporum sanctitatis gloria, immo colendam illius memoriam officio ecclesiastico sanxerit g: ipsa ingentis instar miraculi fuit, quippe dum viueret, & diuino æstuans amore sacrosanctæ Christi passionis mysteria attenta mente aliquando perpenderet, cælesti viso Christus crucem gestans sese illi interdum obiecit, atque in corde medio præcipua passionis suæ instrumenta impressit, finxitque adeo, vt cum post mortem eius corpus exenteratum esset, & cor ob magnitudinem diuisum Iesu Christi crucifixi imago e carne efformata, natiuisque expressa coloribus conspecta h fit: quin etiam reperti in vesicula fellis tres lapilli pari magnitudine, & pondere, addito hoc insuper miraculo, vt vnus duobus præponderaret, & trium coniunctorum pondus vnius tantummodo pondus adæquaret, quo sanctissimæ Triadis, quam illa præcipuo pietatis sensu adorabat, mysterium adumbratum est.

h Bereng. Afric. in B. Clara vita. Vvad. hoc ann. n. 73.

Scoti mors.

i Vvad. ex epitaph. hoc ann. n. 37. Annal. Colon hoc ann.

k Trit. de script. eccl. Six. Senen in bibl. Possev. in app. Card Bellar. de script. eccl.

Obijsse eodem anno tradunt i Coloniæ Ioannem Duns cognomento Scotum, cui ab acumine ingenij in ventilandis theologicis quæstionibus, Subtilis elogium adiectum est, de cuius scriptis insignibus agunt scriptores k ecclesiastici: de mortis vero genere discrepantes sunt sententiæ, cum vulgo iactetur illum epileptico morbo correptum, cum adhuc spiraret, a sodalibus Coloniensibus viuum sepultum sibi manus arrosisse, alij vt fabulam confictam ab eius doctrinæ inuidis confutent: de quo pluribus Vvadingus agit, traditque illum Parisijs ideo Coloniam transmissum, vt doctrinæ suæ luce offusas Coloniensibus a Beguardis errorum tenebras discuteret.

IESV CHRISTI
annus 1309.

Clementis PP. V. 5. Henrici Rom. Reg. 1. Andronici Imp. Or. 26.

Gestorũ huius anni compendium.

1 Anno a Virginis partu millesimo trecentesimo nono indictione septima Henrici Lucemburgensis, a Germanis principibus Regis Romanorum designati, electio a Clemente confirmata est: composita in solemni ordinum conuentu a Gentili legato Cardinale Vngaria, pacata profligatis propulsatisque Ferraria Venetis Italia, concitata in Mauros Hispania, suscepta in Saracenos ab Hospitalarijs expeditio, exerta in Templarios legum seueritas, instituta ad Bonifacij VIII. ab inuidorum calumnijs vindicandam memoriam iudiciorum forma; denique a Pontifice ex singulari in S. Bertrandum Conuenarum episcopum, cuius nomen gerebat, atque in sede successor olim extiterat, singulari pietatis studio reliquiarum ipsius translatio magno apparatu celebrata. Vtque ab ea sacra pompa, quæ ineunte anno ingenti populorum concursu instructa est, ducamus initium, rei gestæ seriem ex Bernardo a accuratissimo scriptore decerpemus.

a Ber. clir Rom Pon. & M. S. Vat. bibl. signac. n. 3765.

S. Bertrandi Conuen. episc. translatio celebrata a Clem.

2 *Recedens de Tolosa*, de Clemente loquitur, cuius itinera describit, *declinauit ad sedem S. Bertrandi confessoris diœcesis, quæ dicitur Conuenarum: vbi in festo B. Marcelli Papæ, scilicet* XVII. *kal. februarij corpus sacrum S. Bertrandi episcopi confessoris, cuius ipse fuit consors in nomine & successor in sede, de loco, in quo prius erat, in capsam transtulit pretiosam, quam ad hoc idem Papa Clemens prius fecerat suis sumptibus fabricari. Magnam quoque concessit indulgentiam visitantibus ibidem sacras confessoris reliquias annuatim.* Hæc Bernardus, quæ etiam in M. S. Clementis gestis b ijsdem pene verbis leguntur, confirmanturque literis apostolicis c, quibus sancti præsulis encomia celebrantur: religiosam vero pompam, qua sacra lipsana transtulit, describit Pontifex.

b Extat. apud nos sign. lit. C. n. 25.

c Lib. 4. ep com. 332.

Quanta celebritate reliquiarũ illius translationis pompa perfecta sit.

Clemens, &c. Cupientes eundem sanctum, quem dominantium Dominus honoris prærogatiua sublimauit in cælis, debita in terris honorificentia venerari, sacratissimum corpus eius de infimo ad locum celebrem & solemnem in ecclesia vestra paratum, venerab. fratre Nicolao episcopo Ostiensi, & dilectis filijs nostris Berengario tit. SS. Nerei & Achillei presbytero, Landulfo S. Angeli, Raimũdo S. Mariæ nouæ, & Arnaldo S. Mariæ in porticu diaconis Cardinalibus, nec non venerabilibus fratribus nostris Rothomagensi, & Auxitano archiepiscopis, ac Tholosano, Albiensi, Magalonensi, Adurensi, Tariuensi, & Conuenarum episcopis nobis astantibus, ac præsentibus dilectis filijs.. de Cimorra.. de Fonte frigido.. de Scala Dei.. de Bonofonte, &.. de Benedictione Dei monachorum abbatibus S. Benedicti & Cisterciensis ordinum, Auxitanæ, Narbonensis, Tariuensis, & Conuenarum diœcesum, ac aliorum fidelium multitudine copiosa, XVII. kal. februarij cum debita reuerentia, & honore proprijs manibus duximus transferendum, &c. *Datum Conuenis* XVII. *prædictarum kal. februarij anno quarto.*

3 Antequam Conuenas se conferret, plura in

regum etiam continuę fidelium dissensiones alebant eorum audaciam, vt mutuis cladibus exhaustos, animisque diuisos magno terrore inuaderent. Cyprus certe adeo tum studijs contrarijs fluctuabat, vt pateret exitio, cum Henricus Rex & ipsius frater Almaricus Tyri princeps de regni administratione contenderent: adeoque controuersia exarsit, vt Rex oratorum opera Apostolicæ sedis auxilium imploraret, expostularetque, iniuste sibi relicta tantum regij nominis vmbra, rerum administrationem ereptam, & custodia obsessum teneri. Quibus Almaricus respondebat, fratrem grauiore implicitum morbo adeo sub regni mole succubuisse, vt sceleri fræna laxaret, eoque assentiente, ac procerum consilio regni habenas suscepisse. Cumque regij oratores confectas ea de re literas vi & metu extorqueri subinferrent, Clemens Thebanum archiepiscopum ac Raimundum e Pinibus capellanum pontificium legatos in Cyprum decreuit a, vt ad adducendos in mutuam concordiam Henricum & Almaricum incumberent, ac si pax inter eos coalescere non posset, totius rei circumstantias explorarent, sedique Apostolicæ exponerent, vt æquam sententiam ferret.

Henricus Rex Cypri & Almaricus frater de regni administratione inter se certant

Pontifex controuersiam studet componere. a Lib.3.ep cur 8. Datæ ea de re ad nuncios Apost. lit.

Clemens, &c. venerabili fratri Nicolao archiepiscopo Thebano & dilecto filio magistro Raimundo *de Pinibus canonico Vasatensi capellano nostro.*

Ad Apostolicæ sedis perlato notitiam, nostrisque auribus instillato, prout infausti & multiplicati rumoris habet assertio, qui intima nostri cordis amaricat, & punctionis aculeo durioris affligit, quod in regno Cypri sator zizaniæ, cunctorumque malorum incentor grauissimas dissensionum materias seminauit, etiam inter illos, qui os vnum & caro vna sunt, tam spiritualis quam carnalis fraternæ dulcedinis vnione coniuncti, charissimum scilicet in Christo filium nostrum Henricum Cypri Regem illustrem, & dilectum filium Amauricum dominum Tyri, eiusdem regni Cypri gubernatorem germanum ipsius, diuersosque & variæ conditionis eorundem sequaces, dicto Rege Cypri coram nobis & fratribus nostris lamentabiliter per suas literas & nuntios conquerente, & inculcante querelas, per eundem fratrem atque germanum suum, eiusque sequaces, se regni sui administratione ac regimine indebite spoliatum, bonis & thesauris suis temere destitutum, sibique ac sibi adhærentibus diuersis & varijs multifarie irrogatis iniurijs, solo ac nudo sibi regio nomine remanente: adeoque se arctatum graui custodia asserit, quod desideranti pro huiusmodi negotio ad sedem Apostolicam solemnes mittere nuntios, ad quam a cunctis oppressis, tanquam ad piam matrem debet esse recursus, facultas huiusmodi suum votum implendi sibi non suppetat, nec potestas: præcipue cum per eundem dominum Tyri, suosque sequaces grauiter in ijs & alijs peccari conqueratur in ipsum: cuius querelæ cognitio ad sanctam spectat ecclesiam, vt peccatorem reuocet a vitio ad virtutem; maxime cum contra pacem peccatur, quæ est vinculum charitatis, cuius obseruantia peculiari priuilegio ad Romanam noscitur ecclesiam pertinere.

Vt Henricus regni administratione deiectum se queratur.

Imploret sedis Ap. auxilium.

38 Sed e contra ex parte supradicti domini Tyri eiusdem regni Cypri gubernatoris extitit propositum coram nobis & nostris fratribus antedictis, quod ad fratrem suum Regem habet semper & habuit omnem reuerentiam & honorem; sed eodem Rege diuina permissione infirmitatibus impedito, adeo quod regni negotijs non valebat intendere, sicque negotia regni periclitabantur omnino, tam in criminalibus quam in ciuilibus omni deficiente iustitia, immo & iustitiam implorantium auditore, sicque regno ipso desolationi omnimode exposito, dispendio etiam & iacturæ; idem ipse Rex voluit & consensit, habito super hoc baronum, militum, & popularium regni consensu & vnanimi voluntate, quod idem dominus Tyri frater ipsius, & qui eidem Regi, si absque legitimo decederet filio, vt asseritur, iuri regni succederet; de cuius magnanimitate & potentia ac industria præsumebant Rex ipse atque regnicolæ, quod regnum ipsum in statum dirigeretur pacificum, cunctis debitæ reformationis ipsius regni esset generalis gubernator & rector, cuius curam & generalem administrationem & regimen, licet inuitus, nonnisi pro dicti Regis & regni voluntate, vtilitate, & necessitate suscepit, & gerit: ac de huiusmodi consensu per procuratores eiusdem domini Tyri publice producebantur literæ regio sigillo, prælatorum, magistrorum, hospitalis, & militiæ templi, baronum etiam, & quorundam religiosorum sigillis pendentibus consignatæ, vt prima facie apparebat: e contra procuratoribus & nuntijs Regis replicantibus coram nobis, huiusmodi cautiones & literas per vim & metum extortas, qui cadere poterant in constantem, & sub armorum tumultu & bellico apparatu. Sicque partibus eisdem aliquandiu super ijs altercantibus coram nobis, tandem per procuratores & nuntios dicti Regis nobis cum reuerentia & instantia extitit supplicatum, quod prouidere super ijs paterna solicitudine curaremus, ac inquisita veritate super propositis redderemus vnicuique quod est suum, ac decerneremus mediante iustitia quod ius & ratio exposceret, & expediens videremus. Ideoque cum fratribus nostris diligenti tractatu præhabito, & ijs, quæ circa hæc attendenda putauimus, diligenti meditatione discussis, vos, quos ecclesiæ nouimus & nostri zelatores honoris, necnon ad prætacta pericula propulsanda sinceris affectibus affici, ad huiusmodi ministerium duximus eligendos, &c.] Prouinciam ijs demandat, vt inter Cypri Regem, atque ipsius fratrem Tyri dominum pacem conciliare studeant: ac si ipsorum industriam odiorum pertinacia eludat, de Regis, regni statu, procerum voluntatibus, populorum studijs, deque re tota diligentissime inquirant, sedemque Apostolicam instruant: tum partes aduersas ad dicendam causam sedi eidem se sistere iubeant, vt quod ad diuinam tuendam gloriam, nomenque Christianum augendum congruere visum fuerit, decernatur. *Dat. Pictauis x. kal. februarij anno* III.

Quid contra Almaricus exponat,

Vt publica Regis & ordinũ monumẽta producat.

Subijciũt Henrici procuratores, vi & metu extorta.

Institerint vt sedes Apost. de ijs cognosceret

Constituti ad id nuntij apostolici.

Demandatum ijs munus.

Concussæ his dissensionibus Cypro spe & cupiditate imminebant Saraceni: ad quorum impetus propulsandos cum Henricus Rex Famagustam nudatam mœnibus cingere propugnaculis, ac magnis molibus munire decreuisset, suique consilij Clementem certiorem fecisset; Pontifex eam rem magno rei Christianæ commodo vertere perpendens, Cyprumque aduersus Saracenos firmandam, vt ex ea insula in fidei hostes ad recuperandam terram sanctam irrumpi posset, apostolico diplomate omnibus ijs, qui expiata sacra confessione conscientia ad promouendum opus, in quod magni sumptus profundendi erant, stipem conferrent centum dierum indulgentiam proposuit a. Porro Cypri Regem fuisse proximo anno

Henricus Famagustã firmare propugnaculis deliberat.

Stipẽ ad opus perducendũ collaturis indulgentias proponit Clemens. a Lib.3.ep. com.406.

vt nimirum clerici sacerdotiorum suorum redditibus potiantur, atque ad biennium illos vendere, locare, pignoriue subijcere possint: ac si diutius in terra sancta versari cupiant, eodem beneficio gaudeant, nec a prouinciarum præsulibus ad residendum in ecclesijs compelli censurisue defigi possint. Prætera præsulibus se Hospitalarijs ferendi terræ sanctæ auxilij prouinciam commisisse significauit, eosq; solicitauit, vt fideles ad tantæ gloriæ societatem pellicerent, hortarenturque vt in mortis discrimine constituti eleemosynas pro tanto opere promouendo erogarent: cælestia illis præmia non defutura. Tum preces ad conciliandam Numinis opem inter diuina fundendas indixit a.

Prærogatiuæ clericis ad sacrum bellū ituris concessæ.

Vobis, inquit, *auctoritate apostolica districtius iniungimus, vt quotiescunque vos missarum officia celebrare contigerit, orationes contra paganorum perfidiam per ecclesiam ordinatas, quarum prima Omnipotens sempiterne Deus, secunda deputata specialiter ad secretam Sacrificium Domine, & tertia dici post communionem præcipue consuetam, Protector, incipiunt, deuotis mentibus effundatis, et per singulas personas ecclesiasticas in sacerdotio constitutas vobis subiectas, pro cordis affectu dies in missarum earumdem officijs faciatis. Datum Pictauis III. id. august. anno tertio.*

a Ibid. ep. com. 627.

Preces sacræ Deo pro crucesignatis porrigendæ.

35 Galliarum etiam Regem Philippum, quem in operis ardui ac gloriæ societatem adducere cupiebat, rogauit b vt Hospitalarijs facilem se & benignum impertiretur: permitteret vt ex ipsius regno arma & commeatus educerent, ac vectigalia pro efferendis rebus necessarijs remitteret. Vbi de ingenti sua conficiendæ expeditionis solicitudine hæc edisserit: *Postquam fuimus, licet immeriti, ad summum apostolatus apicem diuina dispositione vocati, tecum tam Lugduni quam Pictauis, prout tua nō ignorat serenitas, super dicta terræ succursu, de quo in te, quem velut fidei claritate conspicuū, & cælestis dono gratiæ status altioris excellentia illustratum, præ cunctis hominibus post Romanum Pontificem contingit negotium dictæ terræ, plus quam in alio quoquam confidimus, pluries colloquium habuimus & tractatum, spem firmam suscipientes in Domino fieri per nos, ac per tuæ serenitatis industriam in subsidium dictæ terræ passagium generale, ac per ipsum eidem terræ finale remedium adhiberi, &c.* Rogat vt imperet subditis, ne equos, arma, lignaue ad naues compingendas Saracenis inuehant, quibus hostes rem Christianam pessundant.

b Ibid. ep. com. 624.

Instauratione rei Christianæ in Syria proxime a Pōt. Romano Francorū Regem tangere.

Demum, vt Christiani nominis hostibus præsidia superiora subducantur, suos oratores ad Venetorum ducem, Genuensium prætorem, Pisanorum præfectum, aliasque respublicas mittat, quibus ab ijs magnis precibus contendat, ne Saracenis commeatus, arma, machinas, aut alia huiusmodi inferri permittant, regijsque precibus minas admisceat: suos vero oratores prius sedem Apostolicam adire iubeat, vt eorum beneficio illarum rerumpublicarum magistratibus apostolicas literas transmittat; tum concludit.

Hortatur vt subditos ab inferendis mercibus Saracenis arcere pergat.

Sic itaque in omnibus supradictis habere te studeas, quod post humanæ laudis præconium tibi exinde prouenturum a cœlesti Rege, cuius dono tui regni sublime in terris solium obtines, hereditatis supernæ præmium merearis obtinere. Dat. apud S. Æmilianum Burdegalensis diœcesis XII. kalend. octob. anno III.

36 Quod ad literas c spectat, quas Philippi Regis oratoribus Venetis, Genuensibus, Pisanis, alijsque populis porrigendas daturum se est pollicitus Clemens; e regesto Pontificio potiori ex parte delibandæ visæ sunt, quibus ipsos ad recuperandam Syriam excitat, rogatque vt Hospitalarijs instruendarum in eorum portubus nauium, ac rerum necessariarum educendarum tribuant potestatem; tum legum metu mercatores contineant, ne merces vetitas nominis Christiani hostibus inuehant: *Quia*, inquit a, *tam arduum negotium non poterat iuxta nostrum desiderium, & prout erat expediens, debitam absque longi diffugio temporis ordinationem suscipere, certum equitum & peditum passagium, per quod cum auxilio diuinæ clementiæ præparabitur via & semita ad generale passagium supradictum per dilectum filium magistrum & fratres hospitalis S. Ioannis Ierosolymitani cum, dicto Rege ac eodem magistro tunc apud sedem Apostolicam constitutis diligenti deliberatione præhabita, de thesauro nostræ cameræ affluenti ad hoc ipsius Regis pecuniario adiuncto subsidio, ad defendendum interim terras illas, quas adhuc in partibus illis obtinent fidei prælibatæ cultores; & ad opportuna properandum obstacula perfidis Christianis, ne victualia & alia prohibita deferant Saracenis, & Saracenos ipsos, prout fuerit possibile impugnandum; in proximo futuro veris tempore deliberauimus faciendum, & prosequēdum per ipsos, Deo duce, per quinquennium secuturum.* Et infra.

c Lib. 3. ep. com. 639.

Itali mercatores ab eo scelere deterriti.

a Ibid. 3. ep. com. 839.

De præmittendis nonnullis agminib'

Ad hæc licet sine omni hæsitatione credamus, vos ad releuandas afflictiones & miserias dictæ terræ inter fideles alios, quos ordo Christianæ religionis includit, effectualiter dirigere desiderium mentis nostræ; vt omnis tamen super hoc oblocutio præcidatur, faciatis in ciuitate prædicta specialia cum grauibus pœnis, opportunisque cautelis per vos & ciues ac subditos vestros inuiolabiliter obseruanda statuta, vt nullus ex ciuibus vel subditis ipsis arma, equos, ferrum, lignamina, victualia, aut mercimonia qualibet in Alexandriam vel alia loca Saracenorum terræ Aegypti deferre, mittere vel portare, seu de portubus vestris, vt eisdem deferantur, extrahere vel extrahi permittere quoquo modo præsumant, per vos, si contrafecerint, præter pœnas canonicas grauiter puniendi, etc. Dat. apud S. Aemilianum Burdegalensis diœcesis XII. kal. octob. anno tertio.

Intentatq pœnæ.

Edidit eadem de re constitutionem Clemens b, censurasque a prædecessoribus ijs inflictas, qui ferrum, equos, ligna conficiendis nauibus idonea, arma, commeatusue inueherent, renouauit: sanxitque, si in facinore comprehenderentur, abducendos in seruitutem, ac bona direptioni expositum iri: inurendos infamiæ nota, vt nec testamentum condere, nec de bonis disponere possint: criminis vero expiationem a sacerdote non consecuturos, ni quæstum omnem nefario illo commercio partum in sacri aduersus infideles belli sumptus deriuarent. Tum alijs literis c patriarchis, archiepiscopis, cæterisque antistibus prouinciam dedit, vt diebus festis, præsente populi circumfusa multitudine, solemni ritu defixos anathemate, infames, & intestabiles tanti criminis participes diuulgarent, studiumque conferrent, vt apostolica huiusmodi sancita inter vrbanas leges referrentur.

b Ead. l. 3. ep. c. 633.

Constitutio Pont. in sceleris illius participes.

c Reg. ib.

37 Nec modo impij huiusmodi Christiani, in quibus auaritia religionis sensum extinxerat, adiecerant barbaris vires animosque, vt paribus cum nostris armis instructi ferociter exultarent; ve-

Christianorū dissensiones exitio ipsis fuere.

enim mirabilis & plenus amaritudine status eius, lugubrisque conditio se nostris considerationibus offerunt; dum eius diram horrendamque calamitatem vocibus suæ flebilis lamentationis audimus, eo turbamur amarius, acerbiusque laceramur in intimis, quo sibi subductæ quietis dulcedinem magis ac magis desideranter appetimus, & tranquillitatis deperditæ tempora propensius affectamus. Sentimus quidem per effectum vberem piæ mentis eius afflictiones innumeras, palpamus suarum multiplicium incendia passionum, & per compassionis intimæ pietatem non absque lacrymarum profluuio eius deploramus angustias, & secum doloris sui tormenta partimur.

Quemq; dolore Syriacæ cladis moueri debere.

Tristatur quoque ac turbatur in intimis pia mater ecclesia tantis intrinsecus confossa doloribus, perfunditur lacrymis vultus eius, sibi vndique lamenta consurgunt, dum quos regenerauit in filios, efferi hostis lacerauit impietas, & in fidei orthodoxæ cultores dire sæuit gladius impiorum; se nihilominus mater ipsa, pro iuuanda terra prædicta semper multis solicitudinibus anxiam exhibens, & ostendens feruentibus studijs operosam, & quanto sibi extitit ex alto permissum, manus & mentem ab eius auxilio non retraxit.

Significat Philippū Regem Francorū egregie ad restituendam rem Christianam animatum.

Profecto copiosus in misericordia Dominus, qui de suæ abundantia pietatis animos Regum & principum deuotionis igne succendit ad salubrium exercitium actionum, præcordia charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Francorum illustris cælestis benedictionis rore perfudit, sicque ipsum fidei zelus eiusdem succendit, vt terræ prædictæ afflictionibus & pressuris pro affectu compatiens, ad vlciscendas in illa ipsius Saluatoris iniurias, & eiusdem terræ grauamina releuanda adeo feruenter desiderium dirigitur mentis suæ, quod ducimur in Domino firma fiducia, & in illo, qui mari & ventis imperat, & post nubilum tempora serenitatis indulget, deuote speramus, quod per ipsius Regis ministerium studiosum, auxiliante illo, cuius agitur in hac parte negotium, eidem terræ proueniet passagij generalis auxilium, & optatę recuperationis claritas illucescet.

Præmittendā interim aliquā aciē ad Cyprū & Armeniam defendendas.

Quia vero tam arduum tantęque profunditatis negotium non potest sub breui temporis spatio, prout desideramus & expedit, debitam & congruam ordinationem suscipere; nosque timore grauissimo in mente perterriti, ne Cypri & Armeniæ regnorum nobilium, quæ crucis hostium premuntur incursibus, & vsque intrinsecus ad intima laceramur, ac ipsorum inualescente perfidia affliguntur varietate multiplicis cruciatus, prout insinuatur eorundem regnorum fidelium vocibus oppressorum, sub rabie persecutionis ipsorum decidat fortitudo, & per hostium ipsorum sęuitiam, eisdem regnis positis in desolationis excidium, fideles ipsi diræ mortis casibus exponantur; vias & modos studijs diligentis indagationis exquirimus, quibus terræ ac regnis eisdem opportuni manū auxilij porrigere valeamus. Oh quam grauem confusionem reciperet si, quod Deus auertat, talis casus emergeret, tota religio Christiana! Oh quam opprobriosæ dispendium deformitatis incurreret, si per ipsorum hostium rabiem truculentam tam nobilibus membris eam, quod absit, contingeret mutilari! Quis enim posset eis misericordiæ viscera claudere? Quis denegabit ea suppliciter illis pulsantibus aperire? Quis a se sic virtutem misericordiæ relegabit, quod super turbam fidelium eorumdem nesciuerit misereri? Credimus enim quod cum eis in huiusmodi necessitatis articulo subuenitur, gratum Deo sacrificium immolatur.

Si ea regna subijciantur infidelib', religionē in exitiū adductū iri.

34 Verum leuantes in circuitu oculos nostros, vt videremus si quos pugiles & athletas Domini, & si quos reperiremus vindices Crucifixi ad bellum paratos ipsius; tandem ad vos nostræ mentis reflectentes intuitum, & sperantes quod ad defensionem terræ & regnorum ipsorum, ad quam estis specialiter deputati, serueatis ex corde, ac pro liberatione terræ ipsius de manibus impiorum, & defensione regnorum ipsorum nulla mortis pericula formidetis; certum per vos equitum & peditum armatorum passagium, quod sub mille videlicet equitum & quatuor millium peditum numero concludi volumus, & mandamus, prius tecum, fili magister, & cum magistro militiæ templi, & maioribus præceptoribus antequam idem magister ipsius militiæ caperetur, & quam pluribus alijs secularibus magnis & prudentibus viris, qui statum, & conditionem terræ ac regnorum ipsorum plenius cognouerunt, diutina & matura deliberatione præhabita, prout tanti negotij grauitas exigebat; habitoque super hoc charissimorum in Christo filiorum nostrorum Cypri & Armeniæ Regum illustrium pleniori nobis per ipsorum literas destinato, & subsequenter eiusdem Regis Francorum, & nouissime fratrum nostrorum consilio, ad dictorum Cypri & Armeniæ Regum instantem instantiam pro illius modici residui, quod fidei prædictæ cultoribus in eadem terra remansisse dignoscitur, ac ipsorum terræ & regnorum defensione, ac secura custodia, & ad opportuna præparanda obstacula perfidis Christianis, ne victualia & merces prohibitas eisdem deferant Saracenis, & Saracenos ipsos, prout possibile fuerit impugnandum; non de decimæ, vel partis cuiuslibet ecclesiasticorum impositione facta redditüum, sed de thesauro nostrę cameræ, eiusdem Regis Francorum affluenti ad hoc pecuniario adiuncto subsidio, in proximo vernali tempore prouidimus ordinandum, & prosequendum per vos, Deo duce, per quinquennium secuturum, per hoc ipsius cameræ attenuando ærarium, & semitas quodammodo, pontes, & vias ad idem generale passagium præparando. Ex quo quidem passagio, Deo fauente, vberioris fructus eisdem terræ & regnis commoda prouentura sperantur, quam de quouis passagio in ipsorum terræ & regnorum facto subsidium prouenerit a longis retroactis temporibus.]

Delectos ad opem ijs ferendam Hospitalarios

Stipendia ex ærario pontificio & liberalitate Regis Franc. suppeditatum iri.

Proponit Pontifex ad incendendos eorum animos, qui se ornandæ huiusmodi expeditioni comparabunt quos vel a legato Apostolicæ sedis vel a suis præsulibus cruce insigniri sine publicis concionibus præcipit, criminum condonationem, quam modo Hospitaliorum magistro pareant, pollicetur. Si vero ab eius imperijs se subduxerint, denuntiat huiusmodi diuinis præmijs cárituros. Quo etiam beneficio non milites modo, verum nauarchos quoque, ac remiges est prosecutus, eorum bona sedis Apostolicæ, ac prouinciarum autistitum clientelæ commendatum iri, inuasoresque censuris comprimendos: tum Iudæos ad remittendas illis vsuras adigendos. *Dat. Pictauis III. id. augusti anno tertio*. Continentur etiam alijs literis [a] plura priuilegia, bellum illud sacrum suscepturis collata, vt

Indulgentiæ magistri Hospitalariorū signa secuturis propositæ.

a *Ibid. ep. com. 625. & 648.*

exercitus erit ibi & personam tuam insuper cum centum millibus equitum ad felicem, Deo dante, ipsorum Christianorum progressum, & ad profugandum de dicta terra Saracenorum hostilem potentiam te daturum & expositurum viriliter obtulisti. Huiusmodi quidem oblatione cum iucunditate suscepta, velut cibo quodam spiritualiter confortati, non alterius angelum putauimus, quam illius, qui per angelum suum tulit Abacuc cum cibo ad confortandum Danielem in lacu. Absque dubio dulciter nos cibasti, dum nobis tam magnifici subsidij spem dedisti. Huiusmodi autem subsidij & optatæ recuperationis terræ præfatæ negotio cum eisdem fratribus plena examinatione discusso, licet inter cætera nostra & fratrum nostrorum desideria hoc habeatur assidua meditatione præcipuum, vt terra, in qua steterunt pedes Domini, ad cultum Christianæ religionis, dante Domino, redigatur; videndum tamen occurrit, & exarctissima discussione pensandum, per quem modum tam pium sanctumq; propositum felicem sortiatur effectum. Et idcirco nos & fratres ijdem super ijs diligentem deliberationem adhibere curabimus: & sperantes in Altissimi dextera cum seruis suis faciente virtutem, quod administrabit Dominus, quantum in nobis fuerit, exequemur: cumque transfretandi acceptabile tempus aduenerit, tibi per literas, seu nuntios significare curabimus, vt ad ea perficienda, quæ tua magnificentia pollicetur, inueniaris per operis efficaciam præparatus. Tu vero ad eundem Christum, qui est via, veritas, & vita, cuique seruire regnare est, fide ac opere te conuertens, erga eandem terram in oblato proposito sic stabiliter perseueres, sicque in ijs & alijs cures ipsius Christi redemptoris in terris beneplacita prosequi, quod ab eo in cælis deliciarum suarum, & gloriam amplam merearis consequi portionem, ac nos & Apostolica sedes in tuis honoribus & profectibus delectemur. *Datum Pictauis kal. martij anno III.*

Cum centum millibus equitum coniuncturũ se Christianis primis fuerat Tartarus.

Pontificis responsio

Regem ad Christianam sacra amplectẽda hortatur.

32 Vt facta Regi Tartarorum promissa perficeret Clemens, ad ornandã in occidente crucesignatam expeditionem incubuit, plurimiq; Reges, ac principes pio recuperandæ terræ sanctæ ardore sunt accensi. Inter quos Philippus Francorum Rex magnas spes Pontifici iniecit, se in Saracenos armorum potentiam conuersurum: sed cum longo apparatu opus esset, atque haud leue periculũ immineret, ne ij debilitatas orientalium Christianorum vires opprimerent, Armeniamque & Cyprum, quæ barbarorum furori superfuerant, obruerent; præmittenda censuit cataphractos mille equites, & quatuor peditum millia, vt secuturo exercitui viam munirent, Cypriosque & Armenos aduersus hostium impetus confirmarent. Quas copias antequam Templariorum scelera in lucem emersissent, ex ipsis atque Hospitalarijs conficere decreuerat: sed cum ij indicio postulati essent, ex Hospitalarijs solummodo contrahendas decreuit. Quo argumento ad supremum ordinis illius equestris magistrum literas dedit a, ipsisque stipendia ex ærario pontificio, ac Regis Francorum liberalitate suppeditatum iri spopondit.

Auxiliares copiæ in orientẽ ad debilitandos Saracenorũ impetus decretæ.

a Ep. l. 3. ep. 626.

Clemens, &c. magistro & fratribus Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani.

Exurgat Deus, & inimici dissipentur ipsius. Exurgant cum eo fidei zelatores: apprehendant arma timoris Domini: induant se fidei orthodoxæ lorica: diuini amoris scutum assumant; & sub potentia virtutis Altissimi roborentur: opprobriorum etenim Crucifixi, quæ fuerunt ei ab insipientibus tota die, vindices eius sint memores, & erga statum miserabilem terræ sanctæ plenitudinem miserationum exerceant, compassionis fluenta deriuent, & misericordiæ aperiant viscera pietatis; quia venerunt gentes in hereditatem Domini, & sanctum eius tabernaculum polluerunt. Accendantur quidem vt ignis corda fidelium ad ipsius terræ necessitatibus succurrendum, & affectus auctis piæ considerationis ardoribus inflammentur. Præbeant quoque promptas manus ad opera, & sub spe cælestis auxilij prælium Domini præliantes ad iuuandam illius causam seruenti magnanimitate consurgant, qui multos in paucis suæ potentiæ virtute concludit, non obdormiens nec dormitans in mentibus gerentium bellum eius, ipsorum custos peruigil & magnificus triumphator; seque accingant gladio potentissimo circa femur ad ipsius iniurias vlciscendas.

Pontificia exhortatio ad fideles, vt sacra arma corripiant.

Voce quidem assiduæ lamentationis exclamat, & improperat terra ipsa fidei orthodoxæ cultoribus, quod recordari non desinant, quid eis in partibus transmarinis acciderit intueantur, & attente considerent totius Christianitatis opprobrium: quoniam præclara nostri Saluatoris hereditas versa est ad alienos, & locus ille sanctissimus, vbi cæli Regem virgo puerpera genuit, locus redemptoris nostri pretiosissimo cruore perfusus, locus vbi poni meruit sepulchri dominici firmamentum, & locus quem resurgens Christus a mortuis suæ resurrectionis gloria multipliciter illustrauit, alienarum subuertitur imperio nationum. Recenseant etiam effusis lacrymis, multiplicibusque singultibus infra claustra pectorum diligenter, qualiter dudum ille perpetuæ maledictionis alumnus Babylonicus persecutor Christianorum, sanguinem sitiens, de fœdis cubilibus Babylonis contra renatos fonte baptismatis animis furibundis exiliens, Tripolitanam & demum Acconensem ciuitates, fidelium militum præsentium viribus superatis, ciuitates easdem & nonnulla alia loca solemnia in arcu & pharetra furentibus gladijs comprehendit, & fideles ipsos velut occisione oues in terra marique sæuiens eius gladius interemit, ciuitates & loca prædicta redigens in cinerem & fauillam.

Terræ sanctæ infelix sub Saracenis seruitus.

Vt soldanus Babylonius plures vrbes expugnauit.

33 Cuius igitur pectus adeo posset incallere duritie, quod pro terræ ipsius afflictionibus releuandis non emolliret piæ considerationis affectus? Quis etenim nisi ferreum pectus habens, vel adamantis durissimi corda gerens, eidem terræ non aperiat viscera pietatis? quis non prouocetur ex intimis? quis non accendatur ad iram? & quis non animetur ad actum debitæ vltionis? Absit enim, vt a tam salutari Christi seruitio quisque se retrahat. Absit, vt relinquat arma rubigini. Absit, quod animum neget victoriæ, cum non desit victoribus corona per gratiam & meritum in præsenti, & per gloriam & præmium in futuro. Et quidem illatas quisque subditis suis offensas vlciscitur, & Dei sui non vindicabit iniurias tam atroces? Ad hereditatem quilibet suorum manus inuasorum extendi non sustinet, & patietur hereditatis dominicæ tanto tempore detentores? Ne igitur, qui crucem adorant, in Crucifixo dissimulent, quod iuste non tolerarent in homine; pungat eorum mentes & animos contumelia Redemptoris, eosque zelus accendat fidei memoratæ. Dum enim

Christianos hæc sine ignauia pati non posse

tiam Apostolicæ sedis & nostram benigne recipias, & honorificentia debita ac condigna pertractes; ac sic attente præbeas ipsorum salutaribus monitis aures tuas, vt verba, quæ ex parte tua prædicti tui retulerint nuncij, per exhibitionem operis compleantur; & spes, quam de tua laudabili intentione concepimus, fructus nobis & ipsi ecclesiæ afferat concupitos, tuque præter diuinæ retributionis præmium, nostram & dictæ sedis gratiam vberius consequi merearis. *Datum Pictaui kal. aprilis anno tertio.*

a Reg. post eand. ep.

Data nuntijs facultas, vt Rasfiæ Regē in cliente lis Apost. accipiāt.

29 Commisit alijs literis prouinciam legatis a, vt Regem in sinum Romanæ ecclesiæ admitterent, ac promissa perficienti vexillum in ipsius exercitu præferendum, cum aduersus infideles expeditionem moueret, traderent: tum in missarum solemnijs dominicum corpus in fermentato confici permitterent: *Discretioni*, inquit, *vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus ad præsentiam dicti Regis vos personaliter conferentes, & habentes præ oculis solum Deum, ipsum Regem & personas alias supradictas ad vnitatem veræ fidei, & communionem sanctæ Romanæ ecclesiæ salubribus inducatis monitis; & inductos, vt præmittitur, recipiatis eosdem. Quod si annuente Deo tam circa catholicam fidem, quam circa præmissa alia, quæ fieri volumus per Regem ipsum & alios, de quibus supra fit mentio, veraciter compleantur, auctoritate nostra Regem eundem & regnum sub protectione dictæ sedis Apostolicæ recipiatis & nostra, & vexillum ab eo ex deuotione petitum contra infideles illarum partium sine alterius præiudicio vsque ad beneplacitum Apostolicæ sedis tradatis eidem, ipso Rege & alijs de dicto regno, qui propter schisma, & non recognoscendo primatum sanctæ Romanæ ecclesiæ excommunicationis vinculo sunt ligati, primitus absolutis.*

Vexillum ecclesiæ aduersus infideles præferendum tribuant.

Deinductos anathemate restituant Rom. eccl communioni.

Permittāt Christi corpus in fermentato confici.

Nonnullisq; interiectis, quibus alijs Rassiorum petitis obsecundaturum se pollicetur, cum de ijs certior factus fuerit, addit: *Quod autem in fermentato pane per sacerdotes non Latinos regni prædicti rite ordinatos in missarum solemnijs corpus conficiatur dominicum, quousque aliud per Apostolicam sedem ordinatum fuerit, cum præmissa perfecta extiterint, & quod idem Rex interesse possit missis huiusmodi; toleramus, &c.*

b Ber. chr Rom. Pon.

Legatorū labores in cassum consūpti.

Agit de ea legatione Bernardus b, quam hoc anno decretam affirmat: subditq; Vrosium legatos apostolicos debita obseruantia prosecutum, pia tamen vota, ne matrem fratremque in se concitaret, in opus non perduxisse: *Anno*, inquit, c *Domini prætaxato* MCCCVIII. *mittuntur nuncij, & legati a Papa frater Aegidius de ordine Prædicatorum patriarcha Gradensis, & procurator ordinis fratrum Prædicatorum & fratrum Minorum in curia ad Regem Rasciæ, qui prius ad Papam suos nuntios destinarat, innuens quod volebat fidei & obedientiæ Romanæ ecclesiæ se submittere & subesse, & regnum suum pertrahere ad hoc ipsum. Fueruntque præfati nuncij Papæ recepti a Rege debito cum honore: finis tamen intentus nullus fuit, aut modicus subsecutus, quia ipse matris suæ & fratris metu retractus penitus nihil egit.*

c Ber. chr. rō. Pon. et MS. Vat. bibl sig. n. 3765.

d Ptol. Luc hist. eccl. l. 24. c. 39.

Attingit aliam causam Ptolemæus Lucensis, d de Clemente ita locutus: *Misit nuncios ad Regem Rasiæ, qui ad obedientiam Romanæ ecclesiæ promiserat se venturum, quia Veneti cum Carolo sine terra concordauerant imperium accipere Constantinopolitanum. Videns autem tractatus non procedere, papales nuncios vacuos remisit.*

Legati a Pontif. ad Tartaros missi.

30 Nec minus operæ ad Tartaros ad Christi obsequium pelliciendos, quam Rassios a schismate abducendos a Clemente impensum est: ad quos hoc anno Guillelmum e Villanoua Minoritam, a se Cambaliensis in Tartaria archiepiscopalis sedis suffraganeum episcopum creatum, transmisit a, vt in ijs regionibus fidem Christianam propagaret, quæ iam latius emicare cœperat. Affectos quidem egregie in rem Christianam Tartaros fuisse probat insignis illa Olgetucani Regis Tartarorum ad Clementem legatio, qua exposuerat, se ad euertendam Saracenorum in Asia tyrannidem arma cum Christianis coniuncturum, ac præter ingentes commeatus & ducenta equorum millia, quæ ex circumiectis Armeniæ prouincijs educturus esset, mox atque occidentales in Syriam appulissent, in eorum auxilium centum millibus equitum succinctum prouolaturum. Quæ vbi accepit Pontifex, datis ad Olgetucanum literis gratulatus ei est b, tam pium desiderium in ipsius pectus ab Spiritu sancto demissum; vtque quamprimum Christiana sacra amplecteretur, excitauit: Syriam olim Christi cultui addictam fuisse, ipsiusque etiam sacro sanguine purpuratam, nec ab alijs quam ijs qui æterni Numinis veri cultores essent, incolendam.

Tartaror. Rex ingētia Pontif. ad recuperanda Syriam polliceturauxilia.

a Lib. 3. ep. 29.

b Lib. 3. ep. cur. 11.

Magnifico viro Olgetucan Regi Tartarorum veritatem agnoscere, & agnitam custodire.

Dum ad recuperationem terræ transmarinæ (videlicet regni Ierusalem, quod Deus omnipotens sanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ, in personis antiquorum patrum filiorum Israel promisit & dedit, & in plenitudinem temporum vnigeniti Filij sui, Dei & domini nostri Iesu Christi natiuitate, habitatione, prædicatione, & sanguinis aspersione sanctificauit & consecrauit, eidemque ecclesiæ in vno corpore, cuius caput est idem dominus noster Iesus Christus, per vnitatem fidei constitutæ firmauit; atque ad reprimendam Saracenorum hostilem inuasionem, qui regnum Ierusalem prælibatum & terram prædictam in præiudicium & contemptum Christianæ religionis iam dudum hostiliter inuaserunt & occupauerunt, ac velut de propria hereditate de regno & terra prædictis Christicolas expulerunt, inibi Christianæ religionis cultum, quo Deus omnipotens secūdum euangelium vnigeniti Filij sui domini nostri Iesu Christi per viros apostolicos diuulgatum a sanctis patribus, qui ante nos terram prædictam tenuerant, colebatur, in sectam aliam, cultum etiam omnino diuersum, Deoque odibilem peruerterunt) dumque ad hanc iniuriam propulsandam prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum inhærentes vestigijs cum omni vigilantia vias exquirere, & exquisitas operi applicare operosa solicitudine studeremus; Thomam Ilduci nuntium tuum & literas, quas ipse nobis ex parte tua portauit, consueta sedi Apostolicæ benignitate recepimus; & tam ea quæ ipsæ literæ continebant, quam ea quæ dictus nuncius coram nobis dicere, ac proponere pro tua parte similiter voluit, audiuimus diligenter.

Gratiæ ei a Pontifice actæ.

Honorifice exceptum a se oratorem significat.

31 Profecto gratanter ex literarum inspectione & nuntij eiusdem relatione percepimus, quod ad terræ præfatæ subsidium & recuperationem nos reddens atteta persuasione solicitos, ducenta millia equorum & ducenta millia salmarum bladi in Armeniæ partibus statim, quod Christianorum exer-

Magnifico viro Vrosio Regi Rassiæ illustri gratiam in præsenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

Gratulatur id illi Pontifex.

Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, qui vbi vult spirans, sic nouissime his diebus oculos tuæ mentis aperuit radio nouæ lucis, vt excussis inde tenebrarum caligine in votis habeas sacrosanctæ Rom. ecclesiæ matri fidelium & magistræ in fidei veritate ac vnitate coniungi. Multum quippe teneris Deo, princeps clarissime, qui sic te oculo suæ pietatis respiciens, ad cognitionem & claritatem veræ fidei clementer adducit; ex quo magnitudo tua promouebitur ad salutem, & solium tuum stabili vallabitur firmitate. Multum etiam lætari debet mater ecclesia, & nos profecto multiplici alacritate perfundimur, quod diebus nostris tam nobilis ouis, tantusque populus ad ouile reducatur dominicum, schismate alijsque pulsis erroribus, Christi corporis, quod ecclesia est, membrum efficiantur, in eo luceant, perficiantur, & viuant.

Marcum Lucani, & Triphonē Michaelis honorifice se excepisse significat.

Sane, serenissime princeps, tu pridem Spiritus sancti gratia illustratus viros prouidos & discretos Marcum Lucani & Tryphonem Michaelis, magnificentiæ tuæ nuncios, cum literis regijs ad nostram præsentiam destinasti, qui huiusmodi tui propositi laudabile desiderium coram nobis & fratribus nostris prudenter & fideliter exponentes, a nobis inter alia suppliciter postularunt, vt te tanquam deuotum filium ad gremium dictæ ecclesiæ, & sub protectione ipsius benigne recipere dignaremur, tibique aliquos viros idoneos Apostolicæ sedis nuncios mitteremus, per quos tu & illi de regno tuo in fide catholica & in via mandatorum Domini possitis salubriter informari. Vnde nos, qui Christi vicarius, & Petri Apostolorum principis effecti, disponente Domino, licet immeriti, successores ad ea præcipue nostræ curæ prorogamus affectum, ac diligenti studio & studiosa diligentia seduli vigilamus, vt errantes ad viam veritatis adducere, omnesque lucrifacere Deo, sua nobis gratia suffragante, possimus; habita super his, quæ ijdem tui postularunt nuntij, cum prædictis fratribus nostris discussione solemni, de ipsorum consilio pie decreuimus huiusmodi votis tuis libenter annuere, ipsasque petitiones tuas, quantum cum Deo possumus, fauorabiliter exaudire, si quod ore profers, corde credis, & quod corde credis, opere compleas euidenter: tibi nihilominus tenore præsentium declarantes, quid tibi ac cæteris sub tua ditione degentibus faciendum incumbit, vt ad sinum eiusdem ecclesiæ sano fretus consilio venias reuerenter. Quæ si inspirante Domino feceris, ipsa ecclesia mater pijssima, filio redeunti sinum largissimæ pietatis aperiens, in tuos læta properabit amplexus. Fides autem Catholica, quam te, clerum, & populum regni tui profiteri, & a nobis recipi ac acceptari volumus, hæc est. *Credimus in sanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, &c.* vti habetur in professione fidei a Clemente IV. missa ad Græcos, quam nos dedimus tomo XIV. anno MCCLXVII. num. 2. ad illa vsque verba, *quam in quibuscumque alijs semper salua*. Concepta est ijsdem verbis hæc fidei forma, atque ea, quæ a Clemente Quarto, & Gregorio Decimo Græcis, Rusis, Tartaris, alijsque populis fidelium consortio aggregandis proposita est.]

Studium ei apostolicum pollicetur.

Orthodoxæ fidei formam proponit.

27 Quæ vero circa reditum tuum ad vnionem sanctæ Romanæ ecclesiæ, ac schisma eminus profugandum exigimus, inferius annotantur. In primis quod symbolum Nicæni concilij: *Credo in vnum Deum*, in ecclesijs regni tui & terrarum tibi subiectarum in ea parte, vbi de Spiritus sancti processione in eo agitur, cantetur publice, dum missarum solemnia celebrantur, & sic etiam doceatur populus: *Et in Spiritum sanctum Dominum & viuificantem, qui ex Patre Filioque procedit*. Et quod tu, prælati, clerus, calogeri, & populus dicti regni tui profiteamini Romanum Pontificem esse Christi vicarium, & beati Petri Apostoli successorem, eamque potestatem habere ligandi atque soluendi, quam idem Apostolus noscitur habuisse; ac ipsam etiam Romanam ecclesiam super omnes obtinere primatum & etiam principatum: quodque tu pro te & pro populo tuo obedientiam & reuerentiam eidem promittas ecclesiæ, ac prælati eiusdem ipsa iurent, omni schismate primitus abiurato: & quod archiepiscopi, episcopi, abbates, archimandritæ regni tui per electionem canonicam eligantur, siue etiam postulentur; ita quod inferiores prælati suarum electionum confirmationes a superioribus suis recipiant, episcopi vero a metropolitanis suis confirmationem & consecrationem, metropolitani autem hæc & pallium, in quo pontificalis plenitudo designatur officij, sine præiudicio Constantinopolitanæ sedis & patriarcharum, qui erunt ibidem, gratiam & communicationem Apostolicæ sedis habentium, si forsan regnum tuum vel aliqua eius pars de patriarchatu dictæ Constantinopolitanæ sedis existat, suscipiant ab Apostolica sede prædicta, regali potestate & qualibet alia laicali nihil sibi in his quomodolibet vendicante. Latinorum ecclesias in regno tuo positas, per te vel alium occupatas, dimittas libere, & ab alijs facias omnino dimitti. Latinos in honore habeas, & præcipue sacerdotes. Eorum a te & hominibus regni tui non declinentur missæ neque sacrificia, sed pro loco & tempore cum omni reuerentia audiantur.

Indicit, vt processio Spiritus S. ex Patre & Filio in symbolo decantetur.

Profiteatur Rom. Pont. primatum.

Archiepiscopi pallium ab eo accipiant.

28 Verum, vt tantæ salutis opus, ac tanti boni felix auspicium optatum, faciente Deo, sortiatur effectum, ecce venerabilem fratrem nostrum Aegidium patriarcham Gradensem, & dilectos filios fratres Lapum Prædicatorum & Artanisium Minorum fratrum ordinum procuratores in Romana curia generales, latores præsentium, viros vtique vita & religione conspicuos, honestate decoros, sacræ scripturæ scientia præditos, ac nobis, & dictis fratribus nostris acceptos, pro his exequendis ad tuam magnificentiam, tanquam salutis & pacis angelos, iuxta tuæ petitionis instantiam destinamus: quorum salutaribus eruditionibus, fauente illo, in cuius manu Regum corda consistunt, ipsum dominum Iesum Christum perfecte cognosces, & suum gloriosum nomen catholicæ fidei obseruatione colere non postpones: ac status tuus, supra firmam petram ecclesiæ apostolicæ solidatus, spiritualibus & temporalibus proficiet incrementis, tuque demum coronam perennis gloriæ consequeris. Rogamus itaque serenitatem regiam, monemus, & hortamur attente, per aspersionem pretiosissimi sanguinis Iesu Christi obsecrantes, quatenus de tua tuique populi salute cogitans, præfatos nostros nuncios, propter hoc ad tuam excellentiam accedentes, ob reueren-

Patriarcha Gradensis ac nonnulli Prædicatores, & Minoritæ ad Vrosium missi.

tiam

humilians, vna cum præfato Rege alijsque prælatis & baronibus, citra flumen ipsum cum eo manentibus, spatiosam fluminis eiusdem planitiem, piscatoris more aquarum intrepidi cymba transilijt: ac in loco fratrum Prædicatorum, iuxta flumen ipsum sito, cum ipso domino legato prælatorum, baronum, & nobilium, & dictarum personarum multitudo; ciues etiam, & aduenæ copiosi, quos eximij spectaculi rumor, ac vulgata conuentionis dicti concilij celebritas excitarat, insperatæ pacis admiratione stupidi & tot discordium animorum vnitatis increduli, pacisque auidi conuenerunt. Quibus in eiusdem domini legati, ac mei, aliorumque notariorum, & testium subscriptorum ad boc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia constitutis; dictoque domino Rege, ac venerabilibus in Christo patribus dominis Dei gratia Thoma Strigoniensi, ac Vincentio Colocensi archiepiscopis, & H. Vaciensi, Benedicto Vesprimiensi, Ioanne Nitriensi, Petro Quinqueecclesiensi, Martino Agriensi, & Augustino Zagabriensi episcopis, & Nicolao postulato Iauriensi ad dexteram; & magnificis viris dominis Henrico præfato magistro & bano Sclauoniæ, magistro Nicolao filio Gregorij nepote eius, Homodeo palatino de genere Haba, magistro Dominico, magistro Kocos, & Ladislao bano de Katolt, Copos palatin. pro se, ac Beka magistro tauarnicorum, dominæ Reginæ fratre suo, filijs Thomæ de genere Borsce, ac Petro filio Compolds de genere Haba ad sinistram ipsius domini legati sedentibus; et nuncijs seu ambasciatoribus & procuratoribus magnificorum virorum Vgrini magistri tauarnicorum Regis, & Ladislai Voiuodæ Transiluan. & comitis de Zomik, ac Matthæi Trinze palatin. ibidem præsentibus, ac pressa nobilium aliorum & vulgi stante corona; idem dominus legatus proposuit verbum Dei, assumpto illo euangelico themate: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? &c. seriose retexens agri semina, idest, regni Vngariæ, quæ in illo Dominus seminarat, ex quibus Reges catholici, tanta sanctitatis & vitæ claritate conspicui prodierunt, quod sanctorum ascribi catalogo meruere; quodque coronam regni primus Rex Vngariæ sanctus Stephanus a Romano Pontifice consecratam acceperit, prout Vngarorum historia, quas legatus ipse prænouerat, asseruit protestari; alias etiam thema ipsum ad suæ intentionis propositum super statu eiusdem regni mirabiliter reducendo.

Præsulū, ac principum, qui interfuere præcipua nomina.

Habita a legato oratio.

25 *Post quæ sub specie tuendæ libertatis eiusdem regni, inter ipsos barones & nobiles murmur, quod ipsius domini legati attigit aures, per querelam patulam in publicum productam exoritur: videlicet quod nolebant, nec erat aliquatenus intentionis eorum, quod ecclesia Romana, vel ipse dominus legatus eius nomine, sæpedicto regno de Rege vllatenus prouideret; sed placebat eis, quod illum, quem ipsi ex antiquo & approbato eiusdem regni more vocauerant, & in Regem assumpserant, præfatus dominus legatus eiusdem ecclesiæ Romanæ nomine in verum Regem Vngariæ confirmaret; & quod etiam perpetuis futuris temporibus veri summi Pontifices, & ipsa Romana ecclesia haberet ius confirmandi & coronandi Reges Vngariæ, de vera regali progenie propagatos, quos ipsi vnanimiter & concorditer de dicta progenie ducerent eligendos. Ipse vero dominus legatus, ad consummationem cœptorum per eum feliciter, feruenter anhelans, ad eorundem prælatorum, baronum, & nobilium supplicationem, petitionem, & expressum consensum, præfatum dominum Carolum, de prædictorum Regum Vngariæ ex domina serenissima, domina Maria Siciliæ ac Vngariæ Regina illustri nata clara memoria Stephani Regis Vngariæ vera progenie propagatum; cuiusque in eodem regno successio legitima per eandem ecclesiam extitit declarata, sibique de iure deberi regnum huiusmodi diffinitum, in eiusdem regni verum Regem, ipsius ecclesiæ Romanæ nomine, cum solemnitate debita confirmauit, & prædicta ipsius ecclesia Romana nomine acceptauit: & subsequenter omnes vnanimiter & concorditer post confirmationem huiusmodi, tam adhærentes quam aduersantes hactenus eidem domino Carolo, receperunt & recognouerunt singulariter & diuisim ipsum dominum Carolum verum Regem, ac regni Vngariæ successorem, sibique seruire, ac obedire teneri tanquam vassalli legitimi & fideles domino naturali. De quibus etiam per eos firmiter adimplendis, & inuiolabiliter obseruandis, iunctas manus, prout solet a profitentibus regulas fieri, infra sæpedicti domini legati mittentes manus, iuramentum & fidem super veræ crucis lignum, ipsique, ac dicto domino Regi singulariter pacis osculum præstiterunt. Statimque ipsum dominum Carolum Regem, cateruatim eleuatum sustollentes manibus, plausu ac vocibus extulerunt regium lætis ad sydera nomen, subsequenter Te Deum laudamus solemniter decantando.*

Contestātur Vngari non esse Pontificis Regē ipsis imponere, sed quem e regia stirpe elegerint eū firmare.

Illustrata Caroli successione legat. Rom. ecclesiæ nomine ipsū confirmauit.

Assensere proceres, fidemque Carolo deuinxere.

Vt Rex in sublime elatus festisq; vocibus salutatus sit.

Actum, vt prædicitur, in dicto loco Prædicatorum, prope ciuitatem Pestensem, vltra ipsum Danubium ex opposito dicti castri, præsentibus reuerendo in Christo patre domino Thoma episcopo Veglensi, ac venerabilibus & religiosis viris fratribus Paulo priore Prædicatorum & Haymone ministro Minorum fratrum ordinum prouincialibus, & Salomono vicario prioris prouincialis fratrum eremitarum in prouincia Vngariæ, cum eorundem ordinum fratrum multitudine, ac venerabilibus & discretis viris magistris Philippo de Sardinia Arborensis & Ioanne de Aretio Auximanensis ecclesiarum canonicis auditoribus; nec non magistris Guillelmo de Sanguineto, Ioanne Anglico, & Alberto de Parma capellanis præfati domini legati, & notarijs publicis, ac infrius subscriptis ad hoc specia iter vocatis & rogatis & alia diuersarum copiosa multitudine nationum. Agit de his, præter Thurosium [a] & Ranzanum [b], accurate Bonfinius [c], additq; Carolum restituto a Ladislao vvayuoda Transiluano sacro diademate, quo olim S. Stephanus a Romano Pontifice donatus fuerat, apud Albam Regalem solemni ritu fuisse redimitum.

a Thur. 2. p. chron. c. 89. b Ranz. ind. 18. c Bonif. dec. 2. l. 9.

26 Ex Vngaricis rebus ad Rascianas digredimur. Moderabatur tum Rasciorum sceptrum Vrosius, qui pietatis sensu delibutus abrumpere funesta Græci schismatis, quibus implicitus tenebatur, vincula meditatus, iam ante Marcum Lucani & Tryphonem Michaelis oratores ad Clementem miserat, vt ineundę cū Rom. ecclesia coniunctionis, quo flagrabat, desiderium exponerent, virosq; exposcerent doctrina excultos ad subditos populos instruendos informandosq; fide catholica: tum etiam vexillum ab Apostolica sede flagitarent, quod aduersus nominis Christiani hostes præferrent. Quo felici nuntio recreatus Clemens, e Prædicatorum & Minorum ordinibus religiosos viros lectissimos transmisit; præscripsitque fidei formam [d], quam esset professurus: præterea exegit, vt inter diuina mysteria ea symboli verba, quibus processio Spiritus sancti a Patre, & Filio exponitur, decantarentur, ipseque ac subditi, eiurato rite schismate, Romanæ ecclesiæ obsequium sacramento sponderent.

Vrosius Rasciæ Rex pro expetēda Rom. ecclesiæ coniunctione mittit oratores ad Clementem.

d Lib. 3. ep. cur. 31. & M.S. bibl. Vat. sig. n. 3977. pag. 81.

Magni-

qui Pontifex secretum sibi reuelatum intimauit Cardinali Ostiensi, scilicet Pratensi, quid agendum foret consulens.

Nocuerit in ea causa Philip. Bonifacij VIII. memoriã infectatum esse.

21 *At Cardinalis Pratensis præfatus, qui iam indignationem conceperat contra Regem Franciæ propter postulationes eius inordinatas, & graues, præcipue illam, quod deleretur memoria Bonifacij cum omnibus gestis per eum.* Paucisque interiectis: *Pratensis, inquam, Cardinalis ait: Pater sancte, hic non est aliud remedium ad obuiandum, ne ecclesia subijciatur Regi Franciæ, nisi istud, quod quam citissime secreto significetur electoribus imperij, quod procedant ad electionem noui Imperatoris sine mora aliqua, alias imperium in procinctu deuoluetur ad Francos, quod totum expediatur antequam Rex veniat ad hoc postulandum. Placuit Pontifici consilium id, & addidit: Pro quo scribemus, vt assumatur ad imperium. Cardinalis vero sagax, intendens prouidere non solum ecclesiæ sanctæ, sed etiam parti Gibellinæ, cui videbatur fauere, respondit: Ego percepi a pluribus, quod comes Lungumburgi (alias Luxemburgi) hodie est notabilior homo, qui sit in Alemannia, in armis strenuus & magnanimus, fidelis in negotijs agendis, ac vir catholicus; vnde si assumatur ad eam dignitatem, non dubito quin sit fidelis ecclesiæ, obediens tibi & multa acturus magnifica pro Christiana religione. Non displicuit Pontifici vir nominatus, cum & ipse laudabilia de illo audisset. Sed quomodo, inquit, faciemus quod Cardinales non aduertant, & qui sunt amici ex eis Regi, non ei insinuent? Respondit Cardinalis: Literas tuas secretas paruulo sigillo signatas destinato ei, & electoribus, & ego etiam per meas materiam plenius explicabo, quas familiaris meus deferet Cardinalibus hoc ignorantibus.*

Consil. a Card Pratensi datũ Clementi ad eludẽda Gallorũ petita.

Præmoniti Germani a Pont. & Card. Praten. Henricũ remota omni mora creant. *alij, Lucemburgi *VII.

Hoc totum impletum est: & missis literis per fidelem nuncium secreto, ipsisque redditis postquam applicuit, intra octo dies congregati principes, ad quos spectabat electio, in Magdeburgo nemine discrepante elegerunt in Regem Romanorum Henricum comitem Luxemburgi, qui fuit Henricus *VI. Ideo autem festinauerunt electionem, quia Pratensis Cardinalis per suas significauerat literas, quod cito se expedirent, & talem eligerent: alias imperium deuolueretur ad Francos. Facta igitur electione dicti Henrici, diuulgatum est hoc in curia Papæ, necnon & in curia Regis Franciæ. Quibus auditis Rex Franciæ, qui se præparabat cum maxima comitiua proficisci ad curiam pro negotio imperij consequendi, videns se frustratum spe sua, indignatus est, & nunquam fuit postea amicus Papæ.*

Philippi Regis animus inde a Clemẽte abalienatus.

Ijs consentanea de Henrici electione, quem septimum eius nomine numerant, tradunt Ptolemæus Lucensis a, historiæ Lantgrauiorum Thuringiæ anonymus auctor b, Paulus Langius c, Conradus Vecerius d, alijque innumeri recentiores. Fuisse vero illum anno proximo, die sacro epiphaniæ Aquisgrani regia corona cinctum, tradit vna cum alijs Bernardus e. At de his hactenus.

a Ptol. Luc hist. eccl. M.S. l. 24. c. 39. b Hist. Lãt. Thur. c. 83 hoc ann. c Lang. hist Citizen. eod. ann. d Vecer. in Henr. Imp e Ber. chr. Rom Pont hoc ann. f Thur. 2. p. chr. c. 89. Bonfin dec. 2. l. 9. Ranzan. epit. rer. Vng. ind. 18.

22 Hoc anno Vngari diuturno bello ciuili fessi, ac sacrorum vsu a Gentili Cardinale legato ob negata Carolo Regi apostolica sententia confirmato obsequia priuati, demum ad officium concordiamque se redegere f, indictis ab eodem legato prope Pestum omnium ordinum regni comitijs celeberrimis, in quibus cum legatus ex sua concione sedi Apostolicæ imponendi Vngaris Regis ius tribuere visus esset, proceres publice sunt professi, non sentire ipsos Regem a legato constituendum; sed quem ipsi ex veteri more stirpe regia procreatum Regem agnouissent, pontificiarum esse partium confirmandi & inungendi: ijsque auditis legatus, cum Regem ex Maria Stephani Regis filia duxisse genus demonstrasset, omnes Vngariæ ordines, etiam illi, qui antea Carolo erant aduersati, atque Vvenceslao, deinde Othoni Bauaro, iterumque Boemo adhæserant, ipsum festis vocibus Regem salutauere, obsequiumque deuouere. Ita demum lata iam ante in regni Vngarici controuersia apostolica sententia de potioribus successionis quam electionis iuribus admissa est. Ad quæ illustranda publicæ tabulæ ea de re editæ a afferendæ visæ sunt.

Cõciliati Carolo omnes, qui antea erãt aduersati.

a Ext. in arce S. Angel. & in lib. priuil. Rom. eccl. to. 1. pag. 149. & inter Coll. Plat. M.S. Vat. arch. to. 2. pag. 319. & M.S. bibl. Vall. sign. lit. B. n. 12 pag. 455

23 *In nomine Domini Amen. Anno eiusdem millesimo treentesimo octauo, indictione sexta, mense nouembris, die XXVI. pontificatus Domini Clementis PP. VI. anno III. reuerendus in Christo pater & dominus, dominus Gentilis Dei gratia tit. S. Martini in montibus presbyter Cardinalis, in regno Vngariæ, ac partibus illis conterminis Apostolicæ sedis legatus, ex quo ad ipsius legationis partes accessit, quod fama prænouerat, ex rei euidentia & facti experimento percipiens; tempestatis videlicet fremitum, qui regnum ipsum multa fertilitatis olim, vt asseritur, iucunditate refertum, multaque solitum deuotione clarescere, hostis antiquus, pacis æmulus, ac Zizaniæ seminator generali turbine conquassarat; particularibus quoque dissidijs fere in singulis eiusdem regni partibus suscitatis, ex quibus adeo inua!uerat commotionis horror in illo, & locum sibi dissensio, quæ detrimenta solet vastitatis inducere, vendicarat quod excellenti principe domino Carolo Vngariæ Rege illustri, ac nonnullis baronibus & nobilibus dicti regni ad inuicem diffidentibus, & inter eos odij, ac rancoris igne succenso, detrahebatur subditorum auersione regalis magnificentiæ culmini, ab eis ipsius Regis auertebatur affectus, ac mutuis hunc incommodis deperibat; cœpit circa ipsius regni sedanda scandala indefinentis solertiæ studio vigilare, ac feruore officiosi exuberare fauoris instantius pro ipsius domini Regis, quem infra claustra pectoris in singularitate dilectionis habet, vt filium, ac incolarum regni eiusdem statu prospero & tranquillo, cogitationes paci assidue meditando.*

De Caroli ad Regnũ successionis iurib' monumẽtum publicum. Vt Card. legatus ad Vngariæ dissensiones sopiẽdas missus sit.

Post aduentum igitur eiusdem domini legati, Budam per nuntios ipsius & literas pro eiusdem regni negotijs, sua commissis legationis officio, promouendis feliciter, generalis prælatorum, ac baronum & nobilium, aliarumque notabilium personarum, tam ecclesiasticarum quam sæcularium, concilio ad octauam festi B. Martini confessoris tunc instantis solemniter conuocato; circa ipsam octauam ad idem concilium eorundem prælatorum, ac baronum plurimi, ac multitudo nobilium & personarum ipsarum copiosa personaliter; aliqui vero eorundem baronum, quorum personalem aduentum ad id concilium longa distantia præpediuit, per procuratores idoneos conuenerunt.

De conuocato ab eodẽ Budę omnium ordinum conuentu

24 *Sane Henrico magistro & bano Sclauoniæ, ac nonnullis baronibus alijs, ac nobilibus, quibus ad superius castrum Budæ, vbi tunc legatus ipse cum sua curia morabatur, propter armatorum multitudinem, quam secum habebant, nequaquam patebat aditus vltra Danubij flumen ex ipsius castri opposito constitutis; ipse dominus legatus, insistens cœptis alacriter, suique status præeminentiam & dignitatem officij nõ attendens, quinimmo semetipsum*

reuocamus. Nulli ergo,&c. Dat.Pictauis XI. *kal. februarij anno* III.

Albertus Rex Rō. a nepote cæsus.

19 In Germania conscendit imperiale solium Henricus Lucemburgi dux, cum Albertus Rex a nepote, cui ditionis hereditariæ partem eripuerat, vita & regno exutus fuisset. De cuius cæde hæc Bernardus tradit a: *Anno Domini* MCCCVIII. *fuit occisus Albertus Rex Alemanniæ a nepote suo filio fratris sui*, cui Ioannem nomen fuisse testantur alij, *cuius causa fertur, quia omnia dabat filijs,& de ipso parum curabat; quamuis ipse esset filius primogeniti*. Martinus vero Polonus b iuuenem furore ob ducatum Sueuiæ sibi præreptum in patruum fuisse incitatum: aliamque irarum causam adiungunt Ioannes Villanus c, atque ex eo S. Antoninus d, cuius hæc verba sunt; *Anno eodem* scilicet MCCCVIII. *kal. maij Rex Albertus de Alemannia, qui electus fuerat Imperator, cum per nauigium transijsset quendam fluuium, ac de naui in terram descenderet, nepos eius interfecit eum gladio, ex eo quia vsurpauerat sibi partem ducatus Austriæ, ad se iure hereditario pertinentem*.

a Ber. chr. Rom. Pon. & M.S. Vat. bibl. signat. n. 3765.
b Mar. Pol l. 4. hoc an
c Io. Vill. l. 8. c. 95.
d Ant. 3. p. tit. 21. c. 1 §. 4.

Illius necis causæ.

Alia altior ex diuina iustitia ob Adolph. Regem interfectum petita causa.

In cæso Alberto diuinæ exemplum vindictæ, quæ ab ipsis Regibus & Imperatoribus fusi iniuste sanguinis pœnas repetit, ne quis ob terrenam potentiam se illi subducere putet, suspici potest. Qui enim Adolpho Romanorum Regi vitam & imperium eripuerat, a sicario postea vtroque exutus est. Quo sublato, Germani principes Francofurtum ad creandum nouum Regem confluxere, communique animorum & votorum conspiratione in Lucemburgensi comite consensere, de quo hæc Bernardus e: *In festo S. Catharinæ electores regni Alemanniæ Reges conuenerunt in Frankeburg, & elegerunt in concordia comitem Lucemburgensem, Henricum nomine, in Regem Alemanniæ & Romanorum*. Afferunt eadem M.S. gesta Clementis: describitque accurate huius electionis modum Albertinus Mussatus f nobilis Patauinus, Henrico Imperatori charus, qui commentarium de rebus ab eo gestis ipsi inscripsit, vt constat ex prologo ipsius præfixo in M.S. Vaticano, in quo etiã libri suis capitibus distincti sunt: vnde ipsi eo, non altero excuso Venetijs vtimur. Narrat igitur, vt Petrus Moguntinus archiepiscopus Lucemburgensi familiæ addictissimus & Balduinus Treuerinsis Henricum ad solium euexerint.

e Ber. vbi sup. Gesta M.S. Clē. Iord. M.S. Vat. bibl. signat. nu. 1960. c. 238. & alij.

Henricus Lucemburgensis comes a principibus eligitur.

f Alb. Muss Patau. M. S. Vat. bibl signat. n. 3961. l. 1. c. 2.

Orbis, inquit, *terrarum vacante imperio, cum de noui principis electione instaret agendum, conuenere primates, quibus ius eligendi concessum est ex imperialibus institutis: inter quos Maguntinus episc. domui Lucẽborg fidelitatis astrictus homagio, vna cum Treuerensi archiepisc. aspirans in Henricũ sublimandum, dudum subticuit, dũ reliqui, quos iã præsenserat, in diuersos intendere concepta depromerent. Sic itidem per triduum ferme habita de compromissis in plurimos mẽtione calescentibus in dissensiones animis, ad scrutinia declinauere. Sciscitatis itaque clandestine, vt assolet, vocibus Henrici vox edita est quaternis assensibus, binis scilicet Treuerensis & Maguntini ad idem intendentium, et binis qui ob aliorum inuidias animos diuerterant non votis, sed aliorum contemptibus in Henricum. Siue autem sic, seu diuinitatem humanis anteponamus conatibus, declaratus est Henricus Romanorum Rex et Imperator semper Augustus, conniuentibus porro reliquis. Res hæc per fines vulgata Germaniæ nonnullis admirationi fuit, nec prius credita quam patentissima documentorum monumenta manarent, edictaque prouincias communi assertione complerent. Suberat admirationis occasio, cum ad summos eleuaretur principum apices hoc supremæ dignitatis fastigium applicari mos esset. Et equidem mira res, vt quanto humilius habuerit ipse primordium, tanto celerius volauit in sublime natura fortunaque fauentibus, vt mundanis vtamur vocabulis; non abnuentes Dei nutum in excelso consistere.*

Archiep. Mogunt. dignitatis auctor.

Cur vero Germani, in varias factiones in huiusmodi comitijs distrahi soliti, tanta consensione animorum in Henricum suffragia contulerint, non modo ob egregias virtutes, quæ in ipso emicabant, adductos; sed maxime ad Gallorum Romanum imperium sibi olim a Germanis ereptum recuperare meditantium euertenda consilia rem accelerasse, cum a Pontifice, qui ecclesiam a Gallis, si in tantam euaderent potentiam, in seruitutem redactum iri metuebat, moniti essent, Philippum Regem omnes impetus ad rem perficiendam conuersurum, ni eius consilia accelerata electione eluderent; diffuse & accurate narrat Ioannes Villanus a eius æui scriptor, quem S. Antoninus, paucis immutatis, subiectis Latinis verbis reddidit. b

a Io. Vill. ib. c. 101.
b Ant. 3. p tit. 21. c. 1 §. 5.

20 *Interfecto Alberto Imperatore, vt dictum est supra, cum vacaret imperium anno Domini* MCCCVIII. *electores imperij erant inter se in magna altercatione in Alemannia de persona, quam deberent ad dictam dignitatem eligere. Rex autem Franciæ Philippus audita vacatione imperij cogitauit facile posse imperium redire ad Francos ratione sextæ promissionis factæ sibi a Papa, si operam daret, vt Papa crearetur, prout factum est. Nam cum explicasset iam eam, videlicet in delendo quidquid gestum foret per Bonifacium, & memoriam eius, ad quod Papa se difficultabat, & in posterum hoc offerebat agendum; arbitratus est Rex commutari facere quod fuerat postulatum ab eo in sibi vtilius & honorabilius negotium, vt videlicet loco prædictæ petitionis hoc concederetur, vt Papa operam daret, vt dominus Carolus Valesianus frater eius eligeretur in Imperatorem: quod satis æquum & exequibile videbatur, cum Bonifacius Papa hoc ei promisisset, & adhoc ipse multa fecerat pro ecclesia: sed & olim imperium fuerat apud Francos tempore Caroli magni translatum a Græcis ad eos, sic posset transferri de Teutonicis ad Francos.*

Vt Philippus Rex imperiũ ad Frãcos reuocare nisus sit.

Carolum Valesium ad illud fastigium promoueré.

Rex igitur secretum consilium habuit super hoc cum domino Carolo præfato, & postmodum cum baronibus & consiliarijs suis, quod omnibus placuit; & sumpta determinatione, vt propter hoc exequendum nullis parceret expensis ad congregandas copias, dominus Carolus cum magna comitiua procerum præparauit se ad eundum Auenionem, & visitandum Põtificem, tum cum curia sua ibi residentem, sub prætextu solicitandi ipsum ad implendum promissa circa Bonifacium Papam condemnandum, re autem vera ab eo petiturus imperium Romanorum. Ordinauerat autem secum ducere circa sex millia armigerorum, vt nullus auderet propter tantam multitudinem se opponere ei, quod intendebat. Sed omnipotens Deus, qui dissipat consilia principum, & reprobat frequenter cogitationes populorum, quoniam vanæ sunt, non permisit rem ipsam suum sortiri effectum, ne ecclesia regno Franciæ subijceretur. Nam etsi consilium secretissimum habitum fuerat de re ipsa, & mandatum omnibus omnino celandum; tamen vnus ex consiliarijs intimauit secreto Pontifici, quod deliberatum fuerat:

Patefactũ ac discussum fuerit illius cõsilium.

qui

semitam adijsse. Dolemus etiam quod eadem mater ecclesia in ipsorum culpis offenditur, quodque ipsi in perniciem incaute dilapsi graui terram ipsam infamia resperserunt: turbatur etenim ecclesia ipsa, vtpote pia mater, in turbationibus ciuitatis ipsius, affligitur in flagellis, in passionibus patitur, in oppressionibus premitur, in offensis offenditur, & participat in aduersis, &c. Inuasere interea Ferrariam Veneti, atque ab senatu Veneto Ioannes Superantius vrbis prętor reipublicæ nomine creatus est. Quibus lacessiti iniurijs Arnaldus abbas & Honuphrius e Trebis decanus apostolica auctoritate Petrum Gradenicum ducem, senatum Venetum eorumque administros anathemate, ac ditionem Venetam interdicto ecclesiastico perculere. Necdum peruenerat ad Clementem Ferratiensis excidij tristis nuntius, inflictasue a nuntijs apostolicis censuras, cum flectere iterum Venetos precibus minisq; datis hisce ad eos literis, pertentauit. a

Anathmate dãnati.

Ignarus acceptæ cladis Põ. Venetos mulcere nititur.

a Lib. 4. ep. cur. 3.

Dilectis filijs nobilibus viris duci, consilio, & communi Venetiarum.

Scripta eo argumẽto blanda exhortatio.

Attendite filij ad Christi Vicarium patrem vestrum, & ad matrem ecclesiam, quę vos in spiritu regenerauit & aqua. Audite, quęsumus, prudenter quæ loquimur, & aures vestras in verba oris nostri diligentius inclinate. Concrescat in vobis vt pluuia eloquium nostrum, & sicut ros super gramen perfundat vestri cordis intima sermo patris. De sinu quidem eius spargenda in vobis semina prodeunt, fructum germinatura multiplicem, si deuote susceperitis illa, eisque agrum deputaueritis mentes vestras. Intendimus enim ab oculis vestris paterno vocis oraculo nubem excutere, vt exclusa tenebrarum caligine quid agatis, & quid vestris mercamini actibus, possitis tam exteriori quam interiori lumine contemplari. Non enim secundum motum animi turbationis stimulo concitati, sed iuxta paternæ mansuetudinis gratiam, quę prouocata durius benignius miseretur, mentem nostram vobis aperire decreuimus, vt in nostrorum suauitate verborum ad illam cognitionem deuota vos pœnitudo reducat, quod sub examinatione recti iudicij cognoscatis aperte, si in vestris actibus digne nobis materia commotionis emergit, si iusta contra vos turbatione mouemur, & ex rationabili causa indignatio nostra procedit; & an exaggerari, & exaggerata puniri meruit tanta temeritas offensorum.

Non est quidem vobis incognitum, quod eadem mater ecclesia semper vos dilexit vt filios, semper terram vestram brachijs maternę dilectionis astrinxit, semper eam portauit in sui sacrario pectoris prædilectam, semper oculo benignitatis inspexit, & semper, vt felicibus gratularetur euentibus & gratis successibus fulciretur, intentis desiderijs concupiuit, ad vestrum & ipsius terræ statum prosperum intendendo. Scimus enim quod huiusmodi sermo noster veris innititur, scimus quod nostræ assertionis series nihil fictionis innectit, scimus quoque quod huiusmodi verborũ nostrorum oracula plenæ veritatis adminiculo confouentur, &c. *Dat. Lectoræ* 111. *non. decembr. ann.* IV. Adhibuit b etiam patriarchæ Constantinopolitani, & Castellanensis ac Patauini episcoporum, tum etiam Siciliæ & Trinacriæ Regum auctoritatem, precesque ad flectendos Venetos: sed ij in cœptis perstitere. Vt vero sequenti anno a Clemente defixi censuris atque a legato inde pulsi fuerint, dicetur. Iam reliquas Italicas res prosequamur.

b Clem in bulla exc. Venet. vbi sup.

17 Decorata est hoc anno Perusia nobili academia, quam ob egregium ciuium in ecclesiam studium se excitasse, Clemens testatur, dato apud Sanctonas diplomate VI. id. septemb. pont. anno III. consignato. Clementem vero exeunte mense augusto Pictauio discessisse, docet subiectis verbis Bernardus: *Eodem anno circa finem præcedentis mensis augusti dominus Papa cum curia sua recessit de Pictauo, transiuitque per Burdegalesium, & Agennesium, fuitque Tolosæ in festo natalis Domini vsque ad epiphaniam.* Ex quibus colligitur Clementem Pictauio discedentem, dum in itinere substitit apud Sanctonas, apostolicum diploma de instituenda Perusina academia confecisse.

Academia Perusię instituta.

Clementis varia per Gallias itinera.

Egerat iam ante Dionysius Lusitaniæ Rex cum Clemente de academia Conimbricensi constituenda: quæ quidem primum in vrbe regia, ipso rem a Nicolao IV. flagitante, cum non armis modo ad barbaros edomandos, verum etiam literis, ac sapientia ad probe administranda iura regnum florere par esset, excitata fuerat, amplissimisque priuilegijs exornata. Sed cum postmodum inter ciues, ac literis operam dantes discordiæ exarsissent, quæ extingui facile non possent, exposuit Clementi Dionysius Coimbricam ob loci amœnitatem, rerumque affluentiam opportuniorem videri, in quam academia prærogatiuis ijsdem, quibus a Nicolao donata fuerat, potitura traduceretur. Assensit a Pontifex, atque archiepiscopo Bracharensi, & Coimbricensi episcopo rei perficiendæ prouinciam demandauit: tum in illius academiæ sustinendam amplitudinem ac dignitatem sex ecclesiarum Vlyssipponensium vectigalia, deducta ex ijs ad sustentandos sacerdotes parte, in doctorum stipendia deriuauit. Hæc prætermittere noluimus de amplissima academia, quæ postea rei literariæ maxima gloria effloruit.

Vlyssipponensis acad. instituta a Nicolao Coimbricam a Clemente traducta.

a Lib. 3. ep. com. 384.

18 Coniungenda vero hic existimamus nonnulla Clementis sancita. Haquino in primis Noruegiæ Regi, vt clericos regiæ familiæ a quouis Noruuego antistite sacris ordinibus initiandos curaret, potestatem fecit b: Balduinum archiepiscopum Treuirensem ad ipsius ecclesiæ inuasores comprimendos infligendarum pontificio nomine censurarum auctoritate instruxit c, exemitque ab æris alieni a prædecessoribus contracti soluendi onere, nisi in ecclesiæ Treuirensis rem deriuatum esset: *Auctoritate*, inquit, d *tibi præsentium indulgemus, vt ad debitorum per prædecessores tuos archiepiscopos Treuerenses ecclesiæ nomine contractorum, nisi ea in vtilitatem ipsius ecclesiæ conuersa fuisse probauerint, per creditores compelli non possis inuitus. Dat. Pictauis* VII. *kal. april. anno* III. Hæc statuit Pontifex, ne ecclesiastici temere ecclesias suas ære alieno obruerẽt, quod non in earum vtilitatem verterent, sed in alia profunderent. Ita Lugdunensem etiam archiepiscopum eadem religione liberauit. Asseruit etiam Roberto Cantuariensi archiepiscopo e regia inunctione Angliæ Regis liniendi, exornandique diademate auctoritatem: *Cum, inquit, sicut oblata ex parte tua petitio continebat, coronatio charissimi in Christo filij nostri Eduardi Regis Angliæ, quæ illi in proximo imminet, feliciter, dante Domino, facienda, ad te ratione tuæ ecclesiæ pertinere noscatur, nos nolentes, quod in hac parte officium tuum valeat impediri, tuis supplicationibus inclinati omnes literas, si quas super cõmissione coronationis ipsius Regis alicui, vel aliquibus forte direximus, cuiuscumq; tenoris existant, auctoritate præsentium*

Tradita a Clẽ. hoc anno priuilegia.

b Eod. l. 3. ep. com. 122.

c Ibid. 3 ep com. 446.

Episcopi nõ obstricti ad dissoluenda prędecessorum nomina.

d Reg. post eund. ep.

Si res in ecclesiæ vtilitatẽ versa tenentur.

e Ib. ep. 20

Cõfirmata Cantuarien. archiepisc. sacrandorum Regũ Angl. auctoritas

regiam cum omni rogamus fiducia & hortamur attente, quatenus suscipiens alacriter, & deuote exaudiens, ac efficaciter cum omni celeritate & promptitudine implens nostrarum precum primitias, ex nostri cordis intimis prodeuntes, & attendens, quem ad te gessimus & gerimus peculiaris dilectionis affectum, amoris glutinum, & confidentem zelum, vt ijdem rebelles in freno & camo constricti ab eorum peruersis actibus resipiscant, &c. Dat. apud Laureum montem Burdeg. diœcesis ix. kalend. nouemb. anno III. Eodem argumento datis literis maiorem natu Caroli filium, nimirum Robertum ducem Calabriæ, ac Philippum Tarentinum principem ad corripiendas in hostes ecclesiæ copias inflammauit a. Tum Bertrandum montis Albani abbatem & Guillelmum Reuellen. ecclesiæ Albanensis præpositū Apostolicæ sedis nuntios omnem operam in Picentibus ad officium adducendis collocare iussit b: quos si flectere ad obsequium non possent, equestres copias a Carolo Rege Siciliæ deposcerent, quas ex accepti iure fiduciario regni legibus laboranti ecclesiæ egregie instructas mitteret. Quarum numerum ita expressit; *Trecentos milites*, de cataphractis equitibus loquitur, *iuxta conuentionem dudum initam inter Rom. ecclesiam & claræ memoriæ Carolum Siciliæ Regem patrem suum, in eadem prouincia ad humiliandam prædictorum superbiam & pertinaciam edomandam sine mora transmittere non postponat.*

a Ibid. ep. cur. 43. & reg. post sand. ep. — b Ib. ep. 54 — Petitum vectigal militare.

14 Excitati sunt eodem tempore Ferrariæ post. Azonis mortem c, dum Franciscus illius frater ac Friscus Azonis spurius inter se de principatus successione contendebant, maximi populares tumultus, quibus marchiones Estenses eiecti sunt. Quam occasionem recuperandæ Ferrariæ præclaram sibi obiectam arbitratus Clemens, Ferrarienses ob depulsum ceruicibus iugum gratulatus est, verbisque amantissimis ad sedis Apostolicæ, cui ab euolutis retro temporum curriculis erant obnoxij, obsequium allicere studuit d.

Ferrarienses se in libertatem vindicāt. Azone mortuo de principatu contenditur. — c Cortus hist. l. 1. c. 9. Pigna de princ. Aest. lib. l. 4. — d L. 3. post ep. com. 26

Clemens, &c. dilectis filijs vniuersitati ciuit. Ferrarien. ac eius territorio.

Licet Ferrarien. ciuitas cum eius districtu, territorio, & comitatu ad eandem ecclesiam spiritualiter & temporaliter pertinere noscatur, incolæ tamen ciuitatis, comitatus, & territorij prædictorum iam longis retro temporibus sub diuersorum eos sibi subiugantium potentia constituti, regiminis eorum matris & dominæ, ecclesiæ videlicet prælibatæ, id faciente malitia temporis, dulcedinem non gustarunt. De quo tanto dolemus amplius, & condolemus eisdem, quanto magis exinde dicta ecclesia dispendium, dictique incolæ ac alij circumpositæ regionis læsionem sui status non modicam subierunt. Quia vero illo iam faciente, qui post nubilum dat serenum, & tranquillitatem post turbinem subministrat, tempus vt opinamur aduenit, in quo Ferrarienses prædicti, pulsis procul, qui eos sicut escam panis deuorauerunt & deuorant, ac macula seruitutis exterſa, suæ matris lætos, si non desipiant, sortientur amplexus, suauitatem iugem experientur ipsius, & salubris gubernationis eius leui onere, diuina fauente clementia, perfruentur, &c. *Et infra.*

Studet Pōtifex Ferrarienses ad ecclesiæ obsequiū allicere.

Festinate igitur, filij, maternum repetere gremium, adulterina dominia fugite, si qua recepistis abijcite, & diligenter attendite quod nil securitate dulcius, nil pulchrius libertate. Inspice ciuitas nostra quid tibi amatores tui, cum quibus adulterata es, hactenus attulerunt. Fornicationis tuæ rememora fructus, & cerne stipendia, quæ sumpsisti, quia mercedem tuam ciuium tuorum cædes inuenies, seruitutem grauissimam, & continuos timores aduertes, eorum exilia insuper, tui incendia & ruinas non desines intueri. Videte ne acceptabile tempus vestrum recipiatis in vanum. Cauete ne dies salutis vestræ negligatis assumere: sed matrem pariter recognoscatis & dominam vos vocantem. Properate confidenter ad eā, vt sub eius suaui dominio in pulchritudine pacis, & vbertate quietis, Deo præbente, in posterum sedeatis. *Datum Pictauis v. kal. maij. anno tertio.*

Vt se libertati asserāt hortatur. — Calamitates præteritas ob externū dominiū proponit ob oculos.

15 Imminebant occupandæ illi vrbi Veneti, ad quorum artes frangendas Clemens Arnaldum abbatem Tutellensem & Onufrium Trebanum Meldensis ecclesiæ decanum nuntios apostolicos ad Ferrarienses misit a, vt ipsos in ecclesiæ ditionem admitterent. Tum instruxit auctoritate, vt coitiones in publicæ rei perniciem dissoluerent, atque etiam ciuibus religiosissime vetarent cuiuscumque dominatum sibi asciscere, atque omni administratione depellerent, si quos forte dominos suis ceruicibus imposuissent. Perfuncti b sunt strenue munere internuntij apostolici, ac Rom. ecclesiæ nomine dominium ac possessionem Ferrariæ iniere: coram enim ipsis patritij plebeijque solemni ritu Romano Pontifici obnoxios esse professi sunt, creati rogante populo ab ijs magistratus, acceptæ claues ciuitatis, ac milites præsidiarij impositi, administrata eorum nomine iustitia, atque in Massa Fiscalia totoque Ferrariensi tractu arcibus præfecti dati; cum Veneti Ferrariam in suam potestatem redigere sunt meditati. Præsensere nuntij eorum consilia, auditoque bellico, quem instruebant ad expugnandam Ferrariam apparatu, apostolica auctoritate, literis suis, tum Castellanensis episcopi opera Petrum Gradenicum ducem, ac senatum Venetum monuere, ne Romanam ecclesiam illius vrbis possessione potitam turbarent, neue vllam ipsi iniuriam inferre molirentur. Cumque in suscepto consilio perstarent, Arnaldus abbas Tutellensis nuntius apostolicus Venetias se contulit, vt ducem, senatum, populumq, a mouendo bello abduceret. At Veneti, spretis illius monitis, atrocibus ipsum contumelijs excepere, appetiere saxis, concitataque seditione inconditis clamoribus mortem intentarunt, & violatis inducijs, ac misso cum exercitu, bellicis machinis instructo, Ioanne Superantio, iura ecclesiæ inuasere c; expugnauere arcem, cui Thedaldi nomen est, Ferrariæ suburbia, pontem, quo fluij vtraque ripa iungebatur, turrimque illi impositam occuparunt.

Ad Ferrarienses missi nūtij a Ib. ep. 26 — Ferrariæ possessionem nomine Rō. ecclesiæ ineunt. b M.S Vat bibl. sig. n. 3977. pag. 373. Clem in bulla excom. Venet. ex typog. vat an. 1606 — Veneti Ferrariā sibi subijcere moliuntur. — A nuntijs apost. cœptis abstinere iussi. — Arnaldū abb. inter nuntium Veneti contumelijs appetunt. c Pigna l. 4 Sabellic. enn. 9. l. 7. & alij. — Ferrariā oppugnāt

16 Cum hostilis illius irruptionis in Ferrariensem agrum a Venetis factæ rumor ad sedem Apostolicam peruenisset, Pontifex Ferrariensi episcopo, abbati Tutellensi, de quo paulo ante memoraui, atque Onufrio e Trebis Meldensis ecclesiæ decano prouinciam imposuit d, vt Venetos blandissimis monitis ad ea restituenda prouocarent: ac ni euoluto decem dierum spatio dictis audientes fuissent, ipsos anathemate defigerent, censurasq; in locis comitatus Ferrariensis, in quibus visum esset, solemni ritu promulgari iuberent. His vero verbis de Venetis questus est.

Nōnullis potiuntur propugnaculis. — d Lib. 4. ep. cur. 4. — Obiecta illis censuræ.

Profecto eidem terræ Venetiarum tantæ nobilitatis titulis insignitæ paterna nimirum affectione compatimur, quod per hoc in decoris sui gloria maculam posuisse dignoscitur, & indeuotionis

semi-

Columnensis, atque aliorum purpuratorum patrum, nimirum Ioannis episcopi Tusculani, & Francisci S. Luciæ in Silice diaconi, ad quos extant literæ a, consilio operi manum admoueat. Pergit Pontifex.]

a Reg. post ep. cur. 35

11 Interim vero, quia prædictarum reliquiarum, quæ in præfato maiori altari seruabantur, nobis est cura præcipua, discretioni tuæ præsentium tenore committimus & mandamus, quatenus, ni forsan hæc per eorundem Cardinalium & tuæ circumspectionis prudentiam forent hactenus adimpleta, tu vna cum prædictis Cardinalibus, aut eorum altero te ad prælibatam capellam S. Thomæ personaliter conferens, omnes memoratas reliquias in eodem maiori altari solitas conseruari trium vestrum, si fieri possit, vel duorum saltem sigillis, ac altare ligneum consignare procures; deinceps nec per te, nec per quoscumque alios mutanda, vel tangenda, nisi ineuitabilis fortassis necessitatis articulus immineret, absque nostra, vel præfatæ sedis licentia speciali. Deo namque opitulante proponimus, quod celeberrimum præfatum altare ligneum per manus nostras illic, vbi, & prout fuerit, cum memoratis reliquijs, collocetur.

Iussi Cardinales sacras reliquias suis sigillis cōsignare.

Deliberat Clemens Romam accedere.

Adhæc licet de sæpedictis altari ligneo venerabilibusque reliquijs sic ex causa, vt prædiximus, duxerimus ordinandum, pauimenti tamen locum, vbi in eadem Lateranensi ecclesia ipsum ligneum seruabatur altare, ac aliam super terram ipsius altaris insignia, puta ciborium, columnas, cancellos, & si qua alia fuerant, refici volumus, vt Deo propitio tempore accepto, vt diximus, reponendum ligneum altare conuenienter ornetur, ecclesiæ ac populi deuotionem accendat, sic in sua sanctificatione permaneat domus orationis in statum pristinum suscitata, &c. *Dat. Pictau. III. id. aug. anno tertio.*

Pristino splendori altare restituere.

Concussi adeo lugubri incendij casu magno terrore Romani ad diuinas iras placandas solemnes supplicationes instruxere, atq; ad opus instaurandum incubuere. De quibus hæc Bernardus b: *Fecerunt clerus & populus processiones ad Dei misericordiam, & gratiam implorandam; hincque in Vrbe sedantur discordiæ, paces fiunt, viri quoque timorati, ac mulieres deuotæ* Romanorum *assumunt lamentum, signa pœnitentiæ demonstrantes: ad reparationem vero ecclesiæ omnes solicite dant operam, & mutuo se hortantur.* Collaudauit Clemens Romanorum zelum, atque egregium erga res sacras studium, qui pietatis sensu delibuti, instructis agminibus religiosis, se flagris cædebant, profusis suspirijs diuinam clementiam implorabant, adibant religiosa loca, ac fastu posito, nullo dignitatis, sexus, ætatis discrimine sacram Lateranensem basilicam instaurabant. De quibus hæc ad ipsos scripsit Pōtifex c: *Habet fidelis relatio, quam vestrorum nuntiorum, & literarum series roborauit, sacrosanctas maioris altaris Lateranensis ecclesiæ deuotorum manibus, opitulante Deo, ereptas incendio, illæsasque esse reliquias. Habet hæc eadem, vestrum tam marium, quam mulierum ad reparationem reædificationemque ipsius ecclesiæ continuatam indefessis laboribus pietatem, qua nullo ætatis, nobilitatis, diuitiarum, sexusue discrimine nunc humeros submittitis oneri, nunc manus ministerio exhibetis; quaque Apostolorum limina, nunc cæterorū sanctorum ecclesias immutati habitu, emundati corde in melius, pacis amatores effecti, rancores aspernantes & odia, interdum ex vobis maribus in disciplinam sua fustigantibus cor-*

Effusa populi Rom. in eo casu comploratio.

b Ber. chr. Rom. Pon. & M. S. Vat. sign. n. 3765.

Irarum Numen mulcere pijs operibus studuit.

c Lib. 3. ep. cur. 36.

Illius in basilica Lateran. instauranda feruor.

pora contritione, gemitibus, lacrymis diuinam implorando clementiam, concomitante clero processionaliter visitatis. Laudemus itaque omnipotentis Dei misericordiam, cuius proprium est misereri semper & parcere, ipsiusque conseruatis tantis reliquijs munificentiam cognoscamus, &c. Restituendæ igitur pristino splendori basilicæ Lateranensis solicitus Clemens, fideles propositis indulgentijs ad molitionem operis erogata stipe promouendam allexit a: tum citerioris vlteriorisque Siciliæ Reges vectigales ligna idonea suppeditare iussit b. Ipsum etiam ingentem pecuniarum vim contulisse, ac basilicam ad culmen maiori elegantia ac magnificentia, quam antea, assurrexisse, testantur scriptores c. Et quidem Ioannem XXII. in gloriæ prouecti illius operis communionem accessisse constat: nunc reliqua ad hunc annum spectantia prosequamur.

Peractæ solemnes supplicationes.

a Bod. l. 3. ep. cur. 37

b Ib. ep. cur. 39.

c Io. Vill. l. 8. c. 97. Bern. chr. Rom. Pon. Ant. vbi sup.

12 Dum Clemens moram in Gallijs diuturniorem trahebat, coorti sunt ob illius absentiam grauissimi tumultus. Rebellarant enim Anconitani, Æsculani, alijque Piceni populi, qui armorum societatem iniere Poncello Vrsino duce, vt se ab imperio sedis Apostolicæ subducerent: ijsque etiam nonnulli viri prænobiles se coniunxere. Quibus cum diuinarum humanarumque pœnarum terrorem incussissent magistratus pontificij, vt ipsos ad obsequium reuocarent, atque etiam Pontifex amplissimis verbis ad officium solicitasset, nullo metu, nulla religione, a suscepto scelere abduci potuerunt: immo crudeli bello finitimos populos, quos in sedem Apostolicam studium, atq; obseruantia in fide continebat, vt eos in scelus pellicerent, lacessiuerunt. De quorum pertinacia queritur subiectis verbis Clemens d.

Ob translationem sedis in Gall. ingētium bellorum initia in ditione eccl.

In Piceno passim cōiurationes factæ.

d Lib. 3. ep. cur. 40.

*Mirandum occurrit, quod licet animalia bruta læsio similium sibi * retraxit, satisque præ oculis ipsi rebelles habeant, qualiter in ipsa prouincia locisque contiguis ecclesiæ Romanæ rebellibus & indeuotis euenerit non solum bonis eorum, sed & personis diræ & crudeliter exterminio expositis & ruinæ; rebelles tamen huiusmodi sic ista contemnere, sic videntur ad ea nunc vsque nullo modo terreri, quod ab eisdem excessibus non solum abstinere non curant, sed tanto diuturnitate continuationis aggrauant & excedunt, quanto detestabilius est post illa, tam dire vindicata in alijs, non vereri pertinaciter in seipsis, nec abhorrere vindictam, vt illud moralis Philosophi adimpleri videatur in eis, quo dicitur: Hæc est humani cordis duritia, vt non solum audiendo, sed nec videndo perisse alios extimeant, ut perire conspiciant & seipsos, &c.* Æsino & Senensi episcopis prouinciam imposuit, vt Poncellum a cœptis abducere studerent. *Dat. apud Laureum montem Burdegalensis diœcesis IX. kal. nouemb. anno III.*

* retrahit

Sæuitum in rebelles armis, nec ad officium reuocati.

Queritur de ijs Clemens.

13 Ad infringendam vero rebellium peruicaciam Clemens, ne malum periculosius serperet, Caroli Regis Siciliæ Rom. ecclesiæ stipendiarij fidissimi auxilium implorauit e, hisque verbis, vt in arma prosiliret, excitauit: *Adhibe fili precibus paternis & votis filialis promptitudinis intellectum, accinge te ad propulsandas patris & matris iniurias, velut filius benedictionis & gratiæ, virtute ac fortitudine solita lumbos tuos: exurge in adiutorium matris eiusdem, ne contra ipsam præualeant insurgentes: sed filij fidelis et fortis circūdata præsidijs, et validis amplexata lacertis exurgat, te duce Deoq; præduce, victrix.* Et infra: *Serenitatē re-*

Imploratum Car. Regis auxilium.

e Lib. 3. ep. 42.

documentis apostolicis Pontifex aduersus hunc pseudomonachum, qui effutiebat legem Spiritus sancti euangelicæ legi successisse, illamque amoris & charitatis appellabat: vnde ad fornicationes exercendas ex charitate suos instruebat, eoque lenocinio pronam in vitia vtriusque sexus multitudinem ad se pellexerat. Quæ cum in dies augeretur, Clementis iussu sacra in eam militia indicta est duce episcopo Vercellensi, cui parti de impijs triumphi gloriæ partem magnam tribuit Bernardus his verbis a: *Eodem anno*, nimirum MCCCVII. sed ab incarnato verbo numerato, atque adeo cum MCCCVIII. concurrente, *in quadragesima subsequenti inquisitores hæreticæ prauitatis in partibus Lombardiæ superioris de ordine Prædicatorum cum episcopo Vercellensi, cruce cum plena peccatorum indulgentia prædecata, congregauerunt exercitum magnum contra Dulcinum Nouariensem hæresiarcham, imitatorem non tam veterum, quam nouorum errorum, & peruersorum dogmatum inuentorem: qui multos infecerat, multosque traxerat, & habebat plurimos discipulos & sequaces, morabaturque cum suis in montanis Nouariensibus. Accidit autem, quod propter intensa frigora multi, qui erant in dictis montibus, fame & frigore deficientes a viribus & a vita, in suis erroribus perierunt. Ascendentes autem fideles de exercitu ceperunt ibidem Dulcinum, & cum eo centum quinquaginta personas: mortui vero fame & frigore cum interfectis gladio quadringenti, & amplius sunt inuenti. Cum eodem quoque Dulcino fuit capta Margarita non tam malefica, quam hæretica consors eius in scelere & errore. Prædicta vero captio fuit facta in hebdomada sancta in die sancto cœnæ anno incarnationis Domini incohato* MCCCVIII.

Contra prædictum Dulcinum *de mandato apostolico fuerat antea crux cum indulgentia prædicata, & inquisitores pluries mouerant exercitum contra ipsum: sed non poterant præualere, quia sequaces & fautores ac defensores eius multiplicati erant super numerum in partibus Lombardiæ. Tandem facta fuit debita executio iustitiæ de eisdem per curiam secularem, fuitque dicta Margarita ante Dulcini oculos membratim concisa, dehinc & ipse Dulcinus membratim inciditur, & amborum ossa & membra omnia pariter comburuntur cum quibusdam alijs suis complicibus, prout eorum scelera merebantur: non tamen peruersum dogma Dulcini cum ipso extincto penitus est extinctum.* His consentanea tradunt M.S. Vaticanum b, Martinus Polonus c, Ioannes Villanus d, S. Antoninus e, & alij f, qui eundem hæresiarcham vna cum alijs vtriusque sexus eiusdem perfidiæ conscijs a Nouariensibus flammis iniectum scribunt.

Infanda nouæ hæreseos dogmata.

a Ber. chr. Rō. Pon. et M.S. Vat. bibl. sig. n. 3765.

Sacrū bellum contra Dulcinianos gestum.

Parta de ijs victoria.

Sumptū de Dulcino supplicium.

b M.S. Vat. bibl. sig. n. 3765. in Clem. V. c Mar. Pol. l. 4. hoc an. d Io. Vill. l. 8. c. 84. e Ant. 3. p. tit. 21. c. 1. § 1. f Sabellic. enn. l. 7. & alij.

10 Defluximus ad res Italicas, quæ multis populorum motibus turbidæ ingentia postea mala secuturis annis peperere. Vtque ab vrbanis inchoemus, versum est religioni, ac tristi præsagio a Romanis, sacrosanctam Lateranensem basilicam repentino incendio conflagrasse, vt refert hisce verbis Bernardus g: *Eodem anno in festo S. Ioannis ante portam Latinam combusta est ecclesia S. Ioannis de Laterano Romæ, vnde in Vrbe magna lamentatio facta fuit, quasi hoc super ipsos diuinum iudicium reputantes.* Eluxit ea in calamitate diuina prouidentia: cum enim volitantium flammarum globi obuia quæque depascerent, ędiculæ sacræ, cui Sancta sanctorum ob pretiosissimas conditas in ea reliquias nomen erat, pepercere, vt Antoninus testatur h: *Ipso*, inquit, *anno mense* * *iunij ignis a casu succensus est in palatio S. Ioannis Lateranensis in Vrbe, combussitque omnes habitationes canonicorum eius, ac totam ecclesiam, & domos omnes per circuitum. Solum remansit illæsa capella, quæ dicitur Sancta sanctorum, quæ testudinata erat, & ibi capita Apostolorum Petri & Pauli cum reliquijs aliorum sanctorum quiescebant; vnde maxima iactura secuta est ex rebus consumptis ibi ab igne, & ædificijs destructis.*

Lateranē. basilica consumpta incēdio.

g Ber. chr. Rom. Pon.

h Ant. 3. p. tit. 21. c. 1. § 4.

* maij

Canonicorū ędes flammis conflagrarunt.

Capita Apostolorum & SS. reliquiæ seruata illęsa.

Librat iustis ponderibus Clemens prodigium illud diuinæ misericordiæ, quæ si ea perire, quæ humana industria, vel opibus refici poterant, passa est, augustissima tamen religionis nostræ monumenta, vt altare ligneum, in quo S. Petrus sacra peregit (ex cuius inspectione hæretici nostri temporis, qui diuinum sacrificium reijciunt, conuinci possint) aliasque pretiosissimas reliquias, quarum iactura irreparabilis fuisset, corripi flammis, quæ marmora absumebant, argentumque liquefecerant, non permiserit; vt e pontificijs literis a ad Iacobum Columnam diaconum Card. datis constat.

a Lib. 3. ep cur. 33.

Clemens, &c. dilecto filio Iacobo de Columna S. R. E. diacono Card.

Ad apostolatus nostri notitiam fide dignorum relatione peruenit (quod non absque vehementi dolore nos & fratres nostri recolimus) quod nocte præcedenti festum B. Ioannis ante portam Latinam ardens ignis ex incuria forte custodum, emissus sacristia primo, deinde pene totum tectum maioris nauis venerabilis ecclesiæ in honorem Saluatoris omnium dedicatæ vorante flamma consumpsit, marmoreis nonnullis columnis concrematis incendio, ac canonicorum altari & choro succensis. Cumque dubitaretur, & merito, ne sacrosanctas eiusdem ecclesiæ venerandi toto terrarum orbe dominici ac patriarchalis maioris altaris reliquias ignis edax absumeret, ipsius argenteo liquente ciborio, astitit ecclesiæ suæ diuinæ pietatis dignatio, in ira misericordiæ memorans. Nam celeberrimas ipsas reliquias, nec non arcam seu altare ligneum, in quo B. Petrus Apostolorum princeps celebrasse recolitur, per deuotorum manus intrepidas ignis flammis eripuit, illæsa custodiuit, & nunc in capella sancti Thomæ, in eadem ecclesia Lateranensi sita, venerabilis fratris Ioannis episcopi Tusculani, & dilectorum filiorum nostrorum Francisci S. Luciæ in silice diaconi Cardinalis, quibus per alias nostras literas super hoc scribimus, & tuo consignata sigillis conseruari fideliter asseruntur. *Et infra.*

Patriarchalis altaris reliquiæ euasere incēdium.

Altare ligneum, in quo S. Petrus diuina peragebat, e medijs flammis ereptum.

Agentes itaque vna cum prædictis fratribus humiliter omnipotenti Deo de sua grandi saluatarum reliquiarum misericordia gratias, habemus exinde in tribulatione lætitiam, in afflictione solamen, dum non imparis muneris esse cognoscimus eas de tam magnis liberari periculis, quam hactenus nobis ipsas diuina fore largitione concessas. Probata insuper continuata deuotio, contritio marium & mulierum nostri peculiaris populi Romani ijs casibus sicut, fide dignorum habet assertio, operibus se commendans, quas in augmentum virtutis, & gratiæ, meritorumque cumulum optamus augeri, pio nostrum dolore animum liquefecit, &c. [Subdit se mox animum ad instaurandam Lateranensem ecclesiam, atque pristino splendori magnis operibus restituendam conuertisse, atque adeo Isnardum archiepiscopum Thebanum cum magna pecuniæ vi transmittere, vt cum ipsius Cardinalis Colum-

Isnardus archiep. ad basilicam reficiendam missus.

veritatem, & an vera essent, quæ continebantur in eorum confessionibus & depositionibus, quas coram inquisitore hæreticæ prauitatis in regno tuo præfato, præsentibus quibusdam notarijs publicis & multis alijs bonis viris, dicebantur fecisse, nobis & fratribus nostris per ipsum inquisitorem sub manibus publicis exhibitis & ostensis, dilectis filijs nostris Berengario tit. SS. Nerei & Achillei, & Stephano tit. S. Cyriaci in Thermis presbyteris, ac Landulpho S. Angeli diacono Cardinalibus, de quorum prudentia, experientia, & fidelitate indubitatam fiduciam obtinemus, commisimus & mandauimus, vt ipsi cũ præfatis magistro & præceptoribus inquirerent tam contra ipsos, & alias singulares personas dicti ordinis generaliter, quam contra ipsum ordinem super præmissis cum diligentia veritatem; & quidquid super his inuenirent, nobis referre, ac eorum confessiones & depositiones, per manum publicam in scriptis redactas nostro apostolatui deferre, ac præsentare curarent, eisdem magistro & præceptoribus absolutionis beneficium a sententia excommunicationis, quam pro præmissis, si vera erant, incurrerant, si absolutionem humiliter ac deuote peterent, vt deberent, iuxta formam ecclesiæ impensuri. Qui Cardinales, ad ipsos magistrum & præceptores personaliter accedentes, eis sui aduentus causam exposuerunt.

Missi Cardinales ad magistrũ, & præceptores iudicio interrogandos.

7 Et quoniam tam personæ quam res ipsorum & aliorum Templariorum, in dicto regno Franciæ consistentium, in manibus nostris erant, quod libere absque metu cuiusquam plene, ac pure super præmissis omnibus ipsis Cardinalibus dicerent veritatem, eis auctoritate apostolica iniunxerunt. Qui magister & præceptores Franciæ, terræ vltramarinæ, Normandiæ, Aquitaniæ, ac Pictauiæ coram ipsis tribus Cardinalibus, præsentibus quatuor tabellionibus publicis & multis alijs bonis viris, ad sancta Dei euangelia ab eis corporaliter tacta præstito iuramento, quod super præmissis omnibus meram, & plenam dicerent veritatem, coram ipsis singulariter, libere, ac sponte absque coactione qualibet & timore deposuerunt & confessi fuerunt inter cætera Christi abnegationem, & spuitionem super crucem, cum in ordine templi recepti fuerunt: & quidam ex eis se sub eadem forma, scilicet cum abnegatione Christi & spuitione super crucem, fratres multos recepisse. Sunt etiam quidam ex eis quędam alia horribilia & inhonesta confessi, quæ vt eorum ad præsens parcamus verecundiæ, subticemus. Dixerunt præterea & confessi fuerunt esse vera, quæ in eorum confessionibus & depositionibus continentur, quas dudum fecerant coram inquisitore hæreticæ prauitatis.

Eorundẽ confessio receptæ de Christo eiurato & conspută cruce.

Quæ confessiones & depositiones dictorum magistri & præceptorum, in scripturam publicam per quatuor publicos tabellarios redactæ, in ipsorum magistri & præceptorum & quorundam aliorum bonorum virorum præsentia, ac deinde interposito aliquorum dierum spatio coram ipsis eisdem lectæ fuerunt de mandato & in præsentia Cardinalium prædictorum, & in suo vulgari expositæ cuilibet eorundem. Qui perseuerantes in illis, eas expresse, ac sponte, prout recitatæ fuerant, approbarunt, & post confessiones & depositiones huiusmodi ab ipsis Cardinalibus ab excommunicatione, quam pro præmissis incurrerant, absolutionem flexis genibus, manibusque complexis humiliter & deuote, ac cum lacrymarum effusione non modica petierunt. Ipsi verò Cardinales, quia ecclesia non claudit gremium redeunti, ab eisdem magistro & præceptoribus hæresi abiurata expresse, ipsis secundum formam ecclesiæ auctoritate nostra absolutionis beneficium impenderunt; ac deinde ad nostram præsentiam redeuntes, confessiones & depositiones prælibatorum magistri & præceptorum in scripturam publicam per manus publicas, vt est dictum, redactas nobis præsentauerunt, & quæ cum dictis magistro, & præceptoribus fecerant, retulerunt. Ex quibus confessionibus & depositionibus, ac relatione inuenimus sæpefatos magistrum & fratres in præmissis & circa præmissa, licet quosdam ex ijs in pluribus & alios in paucioribus, grauiter deliquisse. *Et infra*.

Vt persisterint in eadem cõfessione.

Censuris, sed non vinculis, liberatur.

Relata ad Pont. iudiciaria acta de ip cou fecta.

8 Et quia salubre in ijs adhiberi remedium interest generaliter omnium; nos cum eisdem fratribus nostris, alijsque viris prudentibus, exacto ac frequenti tractatu præhabito, prout tantæ necessitatis instantia exigebat, de ipsorum fratrum consilio vniuersale concilium, sicut imitatione digna sanctorum patrum consuetudo laudabilis longęuę obseruationis exemplo nos instruit, a proximis kal. octobris ad duos annos immediate sequentes decreuimus congregandum; vt in eo tam circa dictum ordinem & personas singulares & bona eiusdem & alia, quæ statum tangunt fidei catholicæ, quam circa recuperationem & subsidium terræ sanctæ, ac reparationem, ordinationem, & stabilitatem ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum & libertatum earum illa, Deo auspice, communi consilio inueniatur prouisio, & eiusdem approbatione concilij roboretur, per cuius salutiferam executionem virtus Altissimi, eliminatis erroribus, roborata fide, ad tramitem veritatis reductis errantibus, redintegrata eiusdem fidei vnitate, extirpatis vitijs, virtutibusque plantatis, correctis excessibus, moribus reformatis, repressis oppressionibus, libertas solida stabilitate munita, recuperatis deperditis, & eiusdem terræ statu prospero reparato; occupata restituat, vastata restauret, & restaurata conseruet, nobisque viam aperiat idem ipse qui nouit & facultatem tribuat ipse qui potest. *Et infra*.

Conciliũ œcumeni cum ob id indicit.

Causæ ob quas congregandũ sit.

Mandauimus insuper, vt ijdem archiepiscopi & prælati per se vel alios viros prudentes, Deum timentes, & habentes præ oculis, omnia quæ correctionis & reformationis limam exposcunt, inquirentes subtiliter & conscribentes fideliter, eadem ad ipsius concilij notitiam deferant. Et nos nihilominus varijs modis & vijs solers studiũ & efficacem operam dare proponimus, vt omnia talia in examen huiusmodi deducta concilij correctionem & directionem recipiant opportunam, &c. *Dat. Pictauis 11. id augusti pontificatus nostri anno III.*

Iubentur præsules disquirere quæ in singulis prouincijs videntur emendada.

Indicta est a omnibus & singulis Templarijs dies, vt in hoc concilio procuratorum opera ad dicendã de obiectis ordini causam comparerent: ac Petro episcopo Card. Prænestino, cui magistri ordinis & præceptorum Franciæ, Aquitaniæ, Normanniæ, Pictauiæ, ac Prouinciæ custodia cõmissa erat, datum negotium, vt ipsos coram Viennensi concilio ad excipiendam sententiã produceret. b At de Templarijs hactenus. Nunc ad impurum Dulcinũ eiusque sectarios, qui ad effundendas furenti libidini liberas habenas infanda hæresi se deuinxerant, diuino iudicio iustis affectos supplicijs, sermonem traducimus.

a Lib. 3. ep cur. 23.

Dicta apud concilũ Templariorũ ordini dies.

b Ead. ep.

9 Præmunierat iam ante Christifideles, do-

rationem reddituri essent: pontificij enim esse consilij ea omnia instaurandis terræ sanctæ rebus addicere. Quo argumento ad aliorum regnorum præsules similes literas misit. a

a Ibid.

Indictum Viennen. se concilii

4 De ijs porro, deque Templariorum equestri ordine statuendum duxit in concilio œcumenico, Viennæ in Delphinatu ad kal. octobris euoluendo biennio post celebrando, ad quod Philippum Francorum, Eduardum Angliæ, Carolum Siciliæ, eiusdemque ex filio nepotem Carolum Vngariæ, Fridericum Trinacriæ, Iacobum Aragonum, Fernandum Castellæ ac Legionis, Dionysium Lusitaniæ, Ludouicum Nauarræ, Iacobum Balearium, Henricum Cypri, tum Boemiæ, Daniæ, Sueciæ, Noruegiæ Reges rogauit accedere. In ea enim synodo de fidei incorrupta puritate aduersus nouas, quæ emergebant, hæreses, ac sancienda disciplina ecclesiastica; de vindicanda ex Saracenorum tyrannide Palæstina, instaurandaque in ea religione Christiana decernendum fore. Dedit etiam imperia Pontifex archiepiscopis, vt de ijs, quæ censura notanda essent, ad œcumenici concilij patres referrent. Quarum literarum b potiorem partem ob rei dignitatem inserendam ducimus.

Vocati ad illud Reges.

b Lib. 3. ep. cur. 58. ext. etiam in bull. & præfixa est actis Vien. nen. concil.

Clemens, &c. Dudum circa nostræ promotionis ad apicem summi pontificatus initium, etiam antequam Lugdunum, vbi recepimus nostræ coronationis insignia, veniremus, & post tam ibi quam alibi secreta quorumdam nobis insinuatio intimauit, quod magister, præceptores, & alij fratres ordinis dictæ militiæ templi, & etiam ipse ordo, qui ad defensionem patrimonij eiusdem Iesu Christi fuerant in transmarinis partibus deputati, contra ipsum Dominum in scelus apostasiæ nefandum, detestabile idololatriæ vitium, execrabile facinus sodomorum, & hæreses varias erant lapsi. Sed quia non erat verisimile, nec credibile videbatur, quod viri tam religiosi, qui præcipue pro Christi nomine suum sæpe sanguinem effundere, ac personas suas mortis periculis frequenter exponere credebantur; quique multa & magna tam in diuinis officijs, quam in ieiunijs & alijs obseruantijs deuotionis signa frequentius prætendebant, suæ sic essent salutis immemores, quod talia perpetrarent; huiusmodi insinuationi ac delationi ipsorum, eiusdem Domini nostri exemplis & canonicæ scripturæ doctrinis edocti, aurem noluimus inclinare.

Vt sub initia pontificatus sibi indicata sint ipsorum crimina.

Negata sit fides ob eorũ horrorem.

Deinde vero charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Francorum illustris, cui eadem fuerant facinora nunciata, non pro typo auaritiæ, cum de bonis Templariorum nihil sibi vendicare vel appropriare intendat: immo ea per deputandos a nobis gubernanda, custodienda, & conseruanda liberaliter & deuote dimiserit, manum suam totaliter amouendo, & seneschallis balliuis, & alijs suis officialibus; nec nõ & ducibus, comitibus, baronibus, & alijs subditis quibuscumque per suas patentes literas mandauerit, vt curatoribus & administratoribus generaliter in regno Franciæ deputatis a nobis, & deputatis a singulis archiepiscopis & episcopis in suis ciuitatibus & diœcesibus, bona mobilia & immobilia dictorum Templariorum, quæ prædicti officiales regij & alij subditi ceperunt & tenent, tradant integraliter & realiter indilate, & quod eosdem administratores tueantur & defendãt, quoad custodiam & administrationem dictorum bonorũ; sed fidei orthodoxæ feruore suorum progenitorũ vestigia clara sequens accensus, de præmissis quantum licite potuit se informans, ad instruendum & informandum nos super his multas & magnas nobis informationes per suos nuntios & literas destinauit.

Philippus Rex illa iudicio fuerit persecutus,

Nõ auaritiæ, sed zelo tribui possit eius accusatio.

Indiciaria acta transmiserit Rex.

5 Infamia vero contra Templarios ipsos increbrescente, validius super sceleribus antedictis, & quia etiam quidam miles eiusdem ordinis magnæ nobilitatis, & qui nõ leuis opinionis in dicto ordine habebatur, coram nobis secreto deposuit iuratus, quod in receptione fratrũ præfati ordinis hæc consuetudo, vel verius corruptela seruatur: quod ad recipientis vel ab eo deputati suggestionẽ, qui recipitur, Christum Iesum negat, & super crucem sibi ostensam spuit in vituperium Crucifixi, & quædam faciunt recipiens & receptus, quæ licita non sunt, & obuiant aliter eorum honestati, prout ipse tunc confessus fuit coram nobis; vitare nequiuimus, vrgente nos ad id officij nostri debito, quin tot ac tantis clamoribus accõmodaremus auditum. Cumque demum, fama publica deferente, ac clamosa insinuatione dicti Regis, nec non & ducum, comitum, & baronum & aliorum nobilium, cleri quoque ac populi dicti regni Francorum ad nostram propter hoc tam per se, quam per procuratores & syndicos præsentiam venientium, quod dolenter referimus, ad nostram audientiam peruenisset, quod magister, præceptores, & alij fratres dicti ordinis, & ipse ordo præfatus pluribus alijs erant criminibus irretiti; & præmissa per multas attestationes, confessiones, & depositiones præfati magistri & plurium præceptorum & fratrum ordinis prælibati, coram multis prælatis & hæreticæ prauitatis inquisitore in regno Franciæ factas, habitas, & receptas, & in publicam scripturam redactas, nobisque ac fratribus nostris ostensas probari quodammodo viderẽtur; ac quia fama & clamores prædicti in tantum inualuerant, & etiam ascenderant tam contra ipsum ordinem, quam contra singulares personas eiusdem, quod sine graui scandalo præteriri non poterant, nec absque imminenti periculo tolerari; nos illius, cuius vices, licet immeriti, in terris gerimus, vestigijs inhærentes, ad inquirendum de prædictis ratione preuia duximus procedendum: multosque de præceptoribus, presbyteris, militibus, & alijs fratribus dicti ordinis reputationis non paucæ in nostra præsentia constitutos, præstito ab eis iuramento, quod super præmissis meram & plenam nobis dicerent veritatem, super prædictis interrogauimus & examinauimus vsque ad numerum septuaginta duorum, multis ex fratribus nostris nobis assistentibus, diligenter; eorumque confessiones, per publicas manus in autenticam scripturam redactas, illico in nostra & dictorum fratrum nostrorum præsentia, ac deinde, interposito aliquorum dierum spatio, in pleno consistorio legi fecimus coram ipsis, & in suo vulgari cuilibet eorum exponi: qui perseuerantes in illis, eas expresse & sponte, prout recitatæ fuerant, approbarunt.

Secreta Templarij de Christo abiurato confessio Pontifici facta.

Pluribus alijs flagitijs inquinatus ordo.

Septuaginta duo Templarij corã Põt. obiecta fassi.

6 Post quæ, cum magistro & præcipuis præceptoribus præfati ordinis intendentes super præmissis inquirere per nos ipsos, ipsum magistrum & Franciæ, terræ Vltramarinæ, Normanniæ, Aquitaniæ, ac Pictauiæ præceptores maiores, nobis Pictauis existentibus, mandauimus præsentari. Sed quoniam quidam ex eis sic infirmabantur tunc temporis, quod equitare non poterant, nec ad nostram præsentiam quoquomodo adduci; nos cum eis scire volentes de præmissis omnibus

regia studia in sacerdotes Christianos collata, gratulatur his verbis: a

a Ext. apud Odor. Ferorul et Vvading. hic an. n. 11.

Ioannes, &c. magno Regi Tartarorum Deum colere & timere.

Benedictus Deus & pater luminum, qui vbi vult spirans, potenter efficit, quod tu, sicut digna fide relatione libenter accepimus, in amore virtutum & pijs operibus exercendis studiose intendens, ministros Christianæ fidei sereno oculo pie respicis, & verba salutis libenter audiens, ipsos in conspectu tuæ magnitudinis gratanter admittis: ex quo nobis super hoc Deo largitori bonorum omnium deuote laudes & gratias referentibus, firma spes salutis ingeritur, quod ipse Deus miserator et multum misericors sic oculos tuæ magnitudini aperiat clara luce, quod ex tot errorum tenebroso obiecto nubilo ipsum Deum vnicum dominum & Iesum Christum redemptorem tuum perfecte cognoscere, & animum tuum pio & recto ordine perquires. Attende igitur, magnifice princeps, & prudenter agnoscas, quod inter cætera, quæ magnitudinem tuam exaltabunt & dilatabunt potentiam tuam, & fulgorem tui diffundere poterunt principatus & potestatis, præcipue catholicæ fidei sacramentum felicitatem tuam ad perpetuæ beatitudinis inæstimabilem gloriam promouebit; teque per illam Christus sol iustitiæ, remunerator magnificus præmiorum, inter sanctos & electos suos feliciter in cœlestibus collocabit, tuique facti recolendi memoriam posteritatis ad futuros transmittet, &c.

Ob studia in Christianos collaudatur.

Proposita illi diuina præmia.

IESV CHRISTI annus 1308.

CLEMENTIS PP. V. 4. — ALBERTI ROM. REG. 10. ANDRONICI IMP. OR. 25.

1 INsignis extitit noua rerum partim tristium, partim lætarum conuersione annus millesimus supra trecentesimum octauum, indictione sexta, quo legati Cardinalis opera sedatæ in Vngaria turbæ, decreti in Rasciam Vrosio ad ecclesiæ gratiam redire meditante nuntij apostolici; Cyprus intestinis dissensionibus concussa est, Germania cæsum Regem Romanorum luxit, planxit Roma sacrosanctæ Lateranensis basilicæ ecclesiarum omnium principis incendium, Insubria impurissimi hæresiarchæ, ac sequacium supplicium vidit; exercuit Gallia in Templarios iudiciorum seueritatem, atque in eorum causa Viennense concilium a Clemente indictum est. Vrgebat Clementem Philippus Francorum Rex, vti Templarios, de quibus anno superiore memorauimus, nefandorum scelerum a se postulatos, damnaret. Vtque in re grauissima Pontifex summam consilij maturitatem adhiberet, nec sontes insontesque ijsdem pœnis inuolueret, viros prudentia & auctoritate conspicuos creauit indices, qui de Templarijs diligentissime cognoscerent, atque eorum gesta excuterent, vt vel de ijs ad veterem disciplinam reuocandis, vel delendo eo ordine sedes Apostolica, tota de re certior facta, consultissime deliberaret. De quibus hæc Bernardus. b

Exposita compendio hoc anno gesta

Francorum Rex Templarios apud Pont. accusat.

b Ber. chr. Rom. Pot. & M. S. Vat. bibl. signat. nu. 3765. in Clem. V.

2 *Eodem anno Domini prætaxato* MCCCVIII. *in mense augusti Papa Clemens ad vniuersa Christianitatis tam regna, quam climata literas apostolicas destinauit, vt videlicet Templarij caperentur; & contra singulares personas illius ordinis per diœcesanos cum adiunctis sibi personis religiosis inquisitio fieret super articulis redditis contra ipsos, & iudicarentur in singulis prouincijs in metropolitano concilio æqua lance. Fuerunt insuper per Papam delegati viri spectabiles & insignes in diuersis partibus Christianitatis superintendentes, qui de toto ordine inquirerent, vt posset illius ordinis reformatio debita, vel totalis euectio fieri in proximo futuro concilio generali.* Consentiunt Bernardi dictis apostolicæ literæ a ad vniuersos ecclesiarum præsules missæ, quibus imperauit Pontifex, vti Templarios, in quos nondum a sacræ fidei censoribus quæstio exercita esset, publico programmate accerserent in iudicium: tum prouinciales synodos cogerent, in quibus equestris illius ordinis singulos viros, diligenter discussos, ex formula ad eos transmissa, vel criminis suspicione liberarent insontes, sontesue meritis pœnis afficerent.

Templarij comprehensi

a Clem. l. 3 post ep. com. 780.

Indictæ prouinciales synodi

Præterea ad exercendam maiori diligentia in Templarios iudiciorum seueritatem, scrutandaque eorum flagitia missi sunt ad complures orbis prouincias apostolici nuncij rerum peritia insignes, quibus quærendi in illos ius decretum est b. Præcipua porro capita illius formulæ, ex qua ad examen Templarij adducti fuerunt, extitere immania crimina, quibus communis fama ipsos resperserat, infanda nimirum hæresi, atque idololatria infectos esse: Christianum nomen eiurasse: Saluatoris imaginem conspuere: idolum crispantibus cincinnis aureis spectabile, a quo felicitatem diuitiarumque affluentiam precabantur, colere; atque in cœno nefandarum libidinum volutari. Quæ scelera execranda plurimi ex ijs magnæ auctoritatis viri sponte nullo terrore adhibito coram Cardinalibus confessi, damnataque hæresi, ecclesiæ restitui flagitarunt: quibus venia ex ecclesiæ solita clementia data est.

b Lib. 3. ep. cur. 25 ext. etiam apud Rub. hist. Raue. l. 7.

Præcipua scelera Templarijs obiecta.

3 Vertit vero diuinæ vindictæ ac prouidentiæ Pontifex, occulta hæc flagitia in lucem erupisse, in literis ad Moguntinum, Coloniensem, Treuirensem, & Magdeburgensem archiepiscopos datis c: *Deus*, inquit, *vltionum, cui nihil est occultum, & apud quem pro ipsius voluntate pro bono & malo retributionem vniuersi suscipiunt, detestanda scelera, & abhorrenda crimina, velut intolerabilia, & hæreticam sapientia notabiliter prauitatem, quibus ordo, fratres, & personæ Templariorum sub tecto diutius laborasse, prob dolor! & laborare dicuntur; nostro & Apostolicæ sedi ex sua prouidentia patefecit auditui: nosque, licet indigni, vices eius gerentes in terris, fratrum nostrorum & aliorum etiam solemnium sapientumque virorum communicato, & nobis assistente consilio, ad inquirendum super ijs, & ad extirpandos, si veritate nitantur, tanta abominationis errores, actusque nefarios euellendos, sub diuini auxilij spe, ac sustentatione omnium diligentia summa descendimus, & descendendo conscendimus ad cor altum, vt exaltetur ipse Deus, & impij cornua, qui semper quærit fidelium deuorare animas, confringantur, &c. Dat. Pictau. 11. id. aug. an. 111.* Iisdem archiepiscopis omnium bonorum mobilium, vel immobilium, quæ in Germania Templarij obtinuerant, administrationem, custodiamque demandauit, ne sacræ ex opes ijs equitibus, dum pietate olim florebant, pro gerendo aduersus infideles bello attributæ, diffluerent ac dissiparentur, earum inuasores coercerent censuris, vectigalia cogerent; atque adhibitis testibus agros, possessiones, domos, xenodochia, aliaque in tabulas publicas referrent, de quibus postmodum sedi Apostolicæ ratio-

c Lib. 3. post ep. cō. 780. p. 212

Diuina prouidētia in ijs in lucem educendis.

Data præsulibus bonorum ordinis custodia.

ne dum ipsis, sed & Romanæ matri ecclesiæ, quæ disponente Domino ipsorum caput fore dignoscitur & magistra, grauiora inde futura pericula formidantur.

Nolentes igitur ijs tot & tantis dispendijs causam relinquere, sed volentes potius opportunum & debitum in hac parte remedium adhibere; omnes & singulas commissiones huiusmodi per nos, vt præmittitur, factas quibuscumque cuiusuis ordinis, dignitatis, aut status, si etiam sanctæ Rom. ecclesiæ Cardinalis quocunque modo, vel tempore factæ noscantur, auctoritate apostolica ex nunc ex certa scientia reuocamus, cassamus, & annullamus, ac decernimus non habere aliquam roboris firmitatem, &c. *Dat. apud Pessacum Burdegalen. diœcesis x. kalend. martij anno secundo.*

Commēdæ ab eo reuocatæ.

29 Nec tantum conditas olim ecclesias, ne commendatorum vitio pessum irent, tueri Pontifici curæ fuit; verum ad nouas in oriente condendas solicitudinem apostolicam collocauit. Tartaros ex Aytono & Clementis literis superius, dum de expeditionis Syriacæ consilijs egimus, erga Christianam religionem præclare affectos vidimus, ac Pontifex hoc anno Ioannem e monte Coruino, virum religiosum, disseminandæ fidei zelo incensum, qui in Tartaria plures infideles ad Christum pellexerat, archiepiscopum Cambaliensem in Cathay regno creauit [a]: nonnullos viros religiosos laborum & gloriæ futuros participes submisit, quos archiepiscopi Cambaliensis creauit suffraganeos, & sacris episcopalibus initiari iussit: Tanti viri, quibus augusta adeo tenebricoso orienti euangelicæ lucis inferendæ prouincia imposita est, fuere Andreas e Perusio, Nicolaus e Bantra, Gerardus, Vlricus, Sayfustordf, Peregrinus e Castello, Guillelmus e Villanoua Minoritæ, quorum nomina digna immortalitate silentio obruere non potuimus. Ad quos singulos subiecta verborum forma conceptæ literæ datæ, atque Andreæ in regesto pontificio inscriptæ extant. [b]

Religio apud Tartaros propagata.

a Ibid. ep. cur. 46.

b Lib. 2. ep. cur. 652.

Clemens, &c. Dilecto filio fratri Andreæ de Perusio ordinis fratrum Minorum per nos assumpto in episcopum suffraganeum archiepiscopalis sedis Cambaliensis in dominio Tartarorum.

Nuper considerantes attentius clara sanctæ operationis studia, quæ dilectus filius frater Ioannes de monte Coruino in archiepiscopum Cambaliensem per nos assumptus in partibus Tartarorum, secum Domino faciente virtutem, operatus est hactenus, ac in partibus ipsis existens assidue operatur, ipsum fratrem Ioannem ordinis fratrum Minorum professum & in dictis partibus existentem de fratrum nostrorum consilio & apostolicæ plenitudine potestatis in ciuitate Cambaliensi, magna vtique & honorabili regni magnifici principis magni Regis Tartarorum, in archiepiscopum assumpsimus, & præfecimus in pastorem, curam & solicitudinem animarum omnium existentium in toto dominio Tartarorum sibi plenariam committentes; eique exercendi omnia, quæ ad iura archiepiscopalia spectare noscuntur, prout permittunt canonicæ sanctiones, eadem auctoritate plenam & liberam potestatem. Vt autem in eisdem partibus incrementum salutis animarum perfectius prouenire valeat, & fides catholica semper de bono in melius per euangelicæ prædicationis doctrinam auctore Domino prosperetur; nos summi Regis magisterio eruditi, qui inclinata cœlorum altitudine, vt hominem redimeret, factus homo discipulos, quos elegit, in vniuersum mundum misit euangelium prædicare, cupientes viros prouidos & discretos, scientes ad salutem populos incredulos erudire, in partem huiusmodi solicitudinis euocare, qui rectas faciant semitas Dei nostri, populum acceptabilem ei reddant; te sufficienter in lege Domini eruditum, vita & religione conspicuum, morum honestate decorum, ac multarum virtutum titulis commendatum, de fratrum nostrorum consilio, & apostolicæ potestatis plenitudine in adiutorium commissæ dicto fratri Ioanni solicitudinis pro maiori animarum salute specialiter deputamus, ac in dicto dominio in episcopum assumimus & præficimus in pastorem; mandantes auctoritate præsentium venerabili fratri Ioanni Portuensi, & dilectis filijs nostris Ioanni tit. SS. Marcellini & Petri presbytero, ac Lucæ S. Mariæ in via lata diacono Cardinalibus, vt tibi auctoritate nostra faciant munus consecrationis impendi, & constituentes te suffraganeum archiepiscopi supradicti; tibi nihilominus & successoribus tuis episcopis in eodem dominio concedentes, vt omnibus & singulis gratijs & concessionibus, quas nuper per literas nostras fratribus dicti ordinis in terras Saracenorum, paganorum, & aliorum infidelium proficiscentibus, auctoritate apostolica duximus indulgendas, auctoritate nostra libere vti possis.

Ioannes e monte Coruino, Creatur Cambaliensis archiepisc.

Submissi alij in Tartariam religiosi viri

Cambaliensis archiep. suffraganei instituti.

Priuilegijs aucti.

Volumus itaque, ac tibi in remissionem iniungimus peccatorum, quatenus huiusmodi commissum tibi pastorale officium in Dei & nostro nomine deuote suscipiens, cum diuinæ benedictionis gratia ad partes easdem te personaliter conferas, propositurus ibi verbum diuinum, prout Spiritus S. gratia dabit tibi; ac de nostro & Apostolicæ sedis fauore plene confisus dictum officium sic solerter & solicite secundum datam tibi a Deo prudentiam exequi studeas, vt fructum afferas, & fructus tuus manens in prolem filiorum adoptionis excrescat, ac sponsa Christi ecclesia de sua fœcunditate in Christo sponso suo congaudens, fidelem & vtilem ministrum se destinasse lætetur, & dictarum partium populi salutis & quietis angelum suscepisse in Domino glorientur; tuque proin nihilominus ipsius ecclesiæ gratiam, & diuinæ retributionis gloriam vberius merearis. *Dat. Pictauis x. kal. aug. anno secundo.*

30 De hac episcoporum creatione, celebrata a Clemente pro inferendo Tartaris Catayensibus euangelio, Odoricus Foroiuliensis [a], atque ex eo Vvadinghus in Minorum Annalibus meminere: affert autē Odoricus partem diplomatis pontificij ad Ioannem e monte Coruino, fidei Christianæ apud Tartaros propagatorem & Cambaliensis ecclesiæ conditorem dati, alteriusque partis sententiam adducit: qua nimirum Clemens Ioannem archiepiscopum Tartariæ omnibus episcopis & præsulibus earum partium præficit ea lege, vt se Romano Pontifici obnoxium profiteatur, atque ab eo vsum pallij accipiat; tum dandi ecclesijs, sacrandique episcopos, sacerdotes & clericos auctoritate instruit; demum ob ecclesias structas, & noui veterisque testamenti in ijs depicta mysteria, vt eorum aspectu imperiti populi ad Numinis cultum alliciantur, commendat. Exscripsit etiam memoratus Odoricus pontificium diploma ad Cham magnum Tartarorum, quo illum ad exuendam veterem superstitionem, & sacra Christiana amplectenda solicitat; tum ob regia

a M.S. Odorici Foroiul. & ex eo Vvad. to. 3. hoc ann. n. 9. & seqq.

Cambaliēsis archiepisc. priuilegia.

Commēdatur ob sacras imagines in templo locatas.

Cham Tart. ad fidē Christianā amplectendā solicitat.

eo ipso incurrat, apostolico se conspectui personaliter repraesentet, nostris beneplacitis & mandatis plenarie pariturus, & recepturus quod iustitia suadebit, &c. Conuulsit Pontifex omnia ab archiepiscopo contra abbatem gesta, postquam is ad Romanum Pontificem prouocasset. *Dat. Pictauis II. non. iunij anno II.* Inhorruit ex intentato sibi iudicio Dietherus, curisque anxius, cum profectionem adornaret, morbo tentari coepit, quo e viuis sublatus est a. Cum vero cleri odia in se vehementer accendisset, nulli funebres honores ipsi exhibiti a clero fuerunt, sed tãtum a Dominicanae familiae religiosis viris, quorum instituta fuerat professus. In eius porro locum suffectus est a canonicorum collegio Balduinus Henrici Lucemburgensis comitis frater, atque a Clemente V. sacratus, ac pallio exornatus: cuius opera Henricus proximo anno Germaniae, deinde Boemiae regna consecutus est.

Sistere se Apost. sedi ad causã dicendã iussus. — *Moritur.* — *a Annal. archiep. Treuir.* — *Succedit ei Balduinus.*

Parto namque superiore anno Alberti patris Caesaris beneficentia Boemiae regno, haud diu potitus est Rudolphus b Austriacus: cum enim alienatas a Vvenceslao iuniore arces ad regium imperium reuocare niteretur, ac Zuicouam arcem munitissimam Bauari Straconicensis oppugnandam Henrico Rosensi commendasset, & Horasditium oppidum, in quo Bauarus inerat, obsedisset, dysenteria ex fugacium fructuum esu correptus, Pragamque relatus vita functus est, & a Ioanne episcopo aliquandiu obnixum est, ne sepulchro mandaretur corpus, quod reluctante ipso Rudolphus sanctae Margaritae caput a templo S. Viti in Austriam transtulisset. Certatum deinde in regni comitijs magno ardore est de Rege Boemiae praeficiendo, ac Ioannes episcopus ius Annae, quae Henrico nupta fuit, legibus propugnabat, fratribus non extantibus primam sororibus in successione regni causam esse, non quidem vt ipsae exerceant imperium, sed id viro compararent si eum habeant, quem pater, regnumue ijs tradiderit, quam sententiam complures proceres sunt amplexi: at Pragenses defuncti Rudolphi fratrem optabant in solium euehere. Quo accepto Albertus Germaniae Rex expeditionem in Boemiam suscepit: verum a Cuthnensibus propulsatus, appetente hyeme copiarum partem reliquit in munitionibus, partem in Austriam deduxit; primo vere maiorem belli apparatum instructurus. Sed illius conatus inopina mors a Ioanne nepote illata oppressit, ac proximo anno Boemiae regnum Henricus Charinthius Annae vxoris iure repetiuit: at non multo post Ioanni Lucemburgensi cessit, vt suo loco dicetur.

b Dubrau hist. Boem. l. 19. & alij. — *Rudolphi Regis Boemiae obitus.* — *Henricus Charinthi' regno restitutus* — *De successore certatum.*

27 Interim praetereundum non est, Clementem ad asserendam pontificiam auctoritatem, ac gesta ante susceptam tiaram apostolicam corroboranda, constitutionem edidisse, qua promulgauit c, eodem valere robore, quae ante, vel post solemni ritu acceptas papales infulas decreta essent; eademque ab Innocentio III. sancita d, vt omnem dubij scrupulum adimeret, vel diplomata antea data infringere meditantium temeritatem fraenaret.

Gesta ante papales infulas susceptas valere decernit. — *c Lib. 1. ep. cur. 18. & inter extrauag. com. extant.* — *d Ann. Chr. 1198 n. 12.*

Ad perpetuam rei memoriam.

Quia nonnulli, prout accepimus, contra doctrinam Apostoli, quin potius imprudentiae innitentes, ac disceptare super ijs, de quibus eis non expedit, satagentes asserere non verentur, quod summus Pontifex ante suae benedictionis & coronationis solemnia se non debet intromittere de prouisionibus, reseruationibus, dispensationibus, & alijs gratijs faciendis; nec se in literis episcopum simpliciter, sed electum episcopum scribere, neque etiam vti bulla, in qua nomen exprimitur ipsius; nos nolentes, quod literae nostrae tam super gratijs, quam negotijs quibuscumque confectae, quae ante nostrae benedictionis & coronationis solemnia emanarunt, occasione huiusmodi per quorumuis cauillationes quoquo modo vacillent, auctoritate apostolica declaramus, ipsas existere validas, plenamque habere roboris firmitatem: districtius inhibendo, ne quis eas de caetero tali occasione audeat impugnare. Nos enim ex nunc in omnes & singulos, qui contra huiusmodi declarationem & inhibitionem nostras venire praesumpserit, excommunicationis sententiam promulgamus. Nulli ergo, &c. *Dat. apud Pessacum Burdegalensis diaecesis IV. kal. martij anno secundo.*

Contrarium asserentes damnati.

28 Huic constitutioni aliam addimus, quam in eodem Pessacensi secessu tulit, postquam e difficili morbo conualuisset: graui enim religione animum premi senserat, dum aduersa tentatus valetudine sibi vacaret, ob plures ecclesias patriarchales, archiepiscopales, episcopales, tum monasteria suis destituta pastoribus ecclesiasticorum, vel secularium custodiae & patrocinio commendata; quarum ecclesiarum & monasteriorum iura ab his dissipabantur, vtpote qui opibus tantum sacris inhiarent; diuinique cultus splendor obsolescebat. Ad euellendum itaque illum ex animo stimulum, commendas omnes (vt vocant) subiecto diplomate reuocauit a.

Alia Clementis cõstitutio. — *Sacerdotia &c. in commendam tradita reuocat Clem.* — *a Lib. 2. ep. cur. 17.*

Clemens, &c. Ad perpetuam rei memoriam.

Pridem nos, licet insufficientibus meritis, ad summum apostolatus apicem, sicut Domino placuit, euocati, ab ipso nostrae promotionis exordio antiquae notitiae Regum, praelatorum, magnatum, & aliarum nobilium personarum ecclesiasticarum & secularium memores existentes, ac ipsorum aliquibus tum quia in terris morantes eorum gradum huius promotionis habuimus, tum quia solitae ad eos amicitiae spiritualibus affectibus ducebamur, aliquibus vero ex assueta Romanorum liberalitate Pontificum, quam in suis exercere sunt soliti nouitatibus, volentes honoris & liberalitatis affluentia complacere, ad eorum importunas tamen & multiplicatas precum instantias nonnullis clericis, & personis ecclesiasticis, religiosis & secularibus diuersorum ordinum, dignitatum, conditionum, & statuum patriarchales, archiepiscopales, & episcopales ecclesias, ac monasteria, proprijs destituta pastoribus, sub commendae, vel custodiae, seu curae, vel guardiae, aut administrationis titulo, nomine, vel vocabulo duximus perpetuo, vel ad vitam, seu ad certi temporis spatium committenda. Super ijs autem, an tales videlicet & tantas gratias per nos fieri decuisset, variorum & arduorum negotiorum multiplicitate distracti vsque ad tempus, quo infirmitate satis periculosa nos ijs diebus Deus visitauit omnipotens, nequiuimus plenarie cogitare. Verum in debilitate ipsius aegritudinis constituti, & a negotiorum vtcumque discussione semoti, ad haec sub diligenti examine direximus aciem nostrae mentis, demumque prospeximus euidenter, quod ecclesiarum & monasteriorum eorundem cura negligitur, bona & iura dissipantur ipsorum, ac subiectis eis personis & populis spiritualiter plurimum & temporaliter derogatur, eisque redundant ad noxam, quae dicebantur cedere ad profectum; ac ne

Vt plures ecclesias in commendam dederit. — *Morbo tẽtatus sensit inde graues religionis aculeos.* — *Agnouerit plura inde patere discrimina.*

introducit clades, aduertimus & finem feliciorem nunc, qui datus est bello, conspeximus diligenter. Hæc tuas, regnique prædicti attriuerunt opes; hæc tui habendam miserationem suadent; hæc nostra commouent viscera pietatis: his & diuersis munia quærere; his miserabiliter supplex coactus es suffragia postulare. Quis dirus pater non misereatur tui, fili charissime? Quis crudelis dominus tibi opem inclyte vassalle non ferat? aut quis pastor sæuus te ouis præclara in vberrimis pascuis non locabit? Absit quod a principe recedas vacuus, a Romano Pontifice frustra postularis auxilium, & in tempore placito non fueris exauditus. Eliseus non tantum viduæ mulieri subuenit, vt redderet debitum creditori; verum etiam vnde ipsa, eiusque filij viuerent, de multa benignitate prouidit. Habet nempe aurum ecclesia non vt seruet, sed eroget, & necessitatibus subueniat oppressorum. Argentum quoque & aurum templi diuitis Iudæorum hostis non asportasset Assyrius, si non auare aut in pompam seruatum fuisset, sed misericorditer erogatum. In euangelij etiam narratur parabola, quod duorum debitorum non habentium vnde redderent, creditor donauit vtrisque. Nunquid habes fili vnde commode reddas quod tanta mole debitorum premeris, qui secundum dignitatem regiam tibi & tuis liberis in expensis prouidere debes, quiue alias ex pluribus causis grauiter alijs diceris debitis oneratus? Nunquid contra decus regium immobilia regni prædicti in solutum dabis ecclesiæ, vt relinquaris pauper & efficiaris egenus, & tui, ne egeas, non habeamus crudeliter rationem? Certe ad humanitatis, quæ requiritur in nobis, quod prouideamus egenis, non esset, nec sacerdotis hoc fore modestiæ probaretur, qui manum suam aperit inopi & extendit ad pauperem palmas suas. Iubilæus insuper in lege veteri annus fuit, in quo fiebat remissio debitorum. Res quippe fauorabilis est remissio debiti, & ideo maior pars creditorum in hoc minori præiudicat, & qui inducias eligunt, præferuntur ijs, qui bonorum postularint cessionem, &c. *Dat. Pictauis. kal. aug. anno* II. Insigni adeo auctus beneficio Carolus Rex, qui Pictauium ad Clementem se contulerat, paucis post diebus illustre grati animi ob acceptum beneficium regium diploma confecit, quod in molis Adrianæ archeo reconditum est, & inter insignia monumenta a Platina iussu Sixti IV. collecta b, tum in M. S. nostro Vallicellano extat: e quo hæc pauca decerpsisse suffecerit.

Causas explicandæ in eum misericordiæ exponit Pont.

Agit Clementi Carolus pro impenso beneficio grates.

b Ext. in arce S. Angeli & inter. Coll. Plat. to. 1 pag. 314. & in M.S. Vall. sign. lit. B, n. 12. p. 328. & 399. & in M.S. sign. lit. D. n. 1, pag. 130. & 138.

Pie pater & domine, quia gratitudinis exigit debitum, vt gratus beneficia recipientis affectus præterita memoret, præsentia recognoscat, ego ingratitudinis vitium fugiens, libenter intra pectoris claustra discutio & solicita meditatione reuoluo quanta sancta mater ecclesia, & prædecessores vestri Romani Pontifices præfatum dominum genitorem meum & me diligentia fouerint, quam feruenter nobis in necessitatibus & opportunitatibus nostris porrigendo dexteram auxiliatricem astiterint, quamque studiose in promptu exurgentes in auxilium nostris periculis obuiarint: sed & nunc, beatissime pater, vos qui prædecessoribus ipsis vestris in affectus plenitudinem ad me, regnum, & liberos meos successisse noscimini, immo pro releuanda mei status onerosa conditione diuino nutu in hæc tempora videmini reseruati, de innata vobis liberalitate ac misericordia suprascripti debiti trecentarum & sexaginta sex millium vnciarum auri, siue sit tantum, siue sit minus, siue etiam plus ascendat, tertiam partem mihi, heredibusque meis, & successoribus remisistis, & de gratia speciali donastis: pro quibus remissione & donatione vberes exoluens gratias, ad pedes vestræ sanctitatis reuerenter accumbo, &c. Dat. Pictauis anno Domini MCCCVII. *XXI. iulij v. indictionis regnorum meorum anno* XXIII.

25 Consulente inter hæc sedem Apostolicam Beatrice Drocensi comitissa, se olim accepto crucis symbolo expeditioni Syriacæ voto adstrinxisse, ac Tunetum, cum S. Ludouicus eo duxisset exercitum, profectam indeque, cum dissolutus esset, reuersam crucis signum abiecisse: cumque perficiendi voti spes adempta esset, ad excutiendam sacri religionem quid gerendum incumberet, flagitante; Clemens omni religionis nexu illam exoluit a. Prosecutus similiter est Clemens apostolica beneuolentia Blancam S. Ludouici filiam, quæ ætate prouecta ornando virtutibus animo studebat; cui multas prærogatiuas contulit b ob parentem sanctissimum, modo ipsa expiatarum exhomologesi noxarum dolore afficeretur, indulgentias est impertitus.

Beatrix Drocensis comitissa voti non perfecti religione soluta.

a Lib. 2. ep. com. 372.

b Ib ep. cit. 372.

Blancæ S. Lud. filiæ indulgentiæ datæ.

Dilectæ in Christo nobili mulieri Blancæ filiæ sanctæ memoriæ Ludouici confessoris, Regis Franciæ.

Zelum habens intimæ deuotionis ad Deum, sic supernæ beatitudinis te constituis amatricem, quod illam studio piæ vitæ quærere non desistis: nosque tanto libentius fauoris apostolici plenitudine pia tua vota prosequimur, quanto amplius tuæ salutis diligimus incrementum. Vt igitur ex largitione spiritualis gratiæ beneuolentiam, quam ad te tanquam filiam benedictionis habemus, sentias per effectum, de omnipotentis Dei, nostra, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, tibi, dummodo vere pœnitens fueris & confessa, centum annos de iniuncta tibi pœnitentia misericorditer relaxamus. *Datum Pictauis 2. non. nouembris anno secundo.*

26 Collatis c a Clemente apostolica liberalitate sacris beneficijs, ad illius in continenda disciplina ecclesiastica seueritatem sermonem traducimus. In primis contra præsules dignitate & auctoritate conspicuos, qui cæteros exempli improbitate inficerent, zelum magis acuere visus est: *De prælatorum*, inquit, *præsertim religiosorum excessibus, qui ex religionis obseruantia maiori debent nitore fulgere, eo grauius concitamur, quo ipsi magis per exercitium bonorum operum alijs debent existere speculum & exemplar; eorumque culpæ damnabilius tolerantur, cum & exempla magis perniciosa producant, & pericula pariant grauiora.* Defecerat inter cæteros ab officio Dietherus archiepiscopus Treuirensis ordinis Prædicatorum alumnus Adolphi Nassouij olim Regis Romanorum frater, qui præter simoniæ, dilapidationis bonorum ecclesiæ, contemptus in sedem Apost. crimina, Alexandrum abbatem monasterij S. Matthæi in Treuirorum suburbanis ad tribunal apostolicum appellantem monasterio pepulerat, aliumque intruserat. Ob quæ demandatum est munus d Emternacensi, & Lucemburgensi Treuirensis diœcesis abbatibus, ac præposito ecclesiæ Leodiensis, vt ipsi ad dicendam causam apud sedem Apostolicam diem indicerent.

c Samuel. 3. p. 13. c. 8. & c. 12. Oder. in chr. & de Tart.

In præsules deficientes ab officio animaduertit Clemens.

Dietheri archiepisc. Treuirensis crimina.

d Lib. 2. ep. com. 139.

Mandamus, inquit, *quatenus vos, vel duo aut vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios eundem archiepiscopum ex parte nostra peremptorie citare curetis, vt infra trium mensium spatium, a die facta citationis huiusmodi numerandum, sub excommunicationis pœna, quam nisi veniendo paruerit*

eo

tifici & cœtui Cardinalium proponebat, Romanos Pontifices, vt Siculi regni supremos dominos, ad defendendum illud contra inuasores, sumptusque bellicos sustinendos obstrictos fuisse. Quæ res ne fraudi & damno Romanæ ecclesiæ verteretur, Clemens constitutione edita promulgauit a, sedem Apostolicam ad tolerandos superiorum bellorum sumptus nullo modo teneri potuisse, nec si alia in posterum mouerentur, ad defendenda sua iura fiduciaria officio vllo deuinciri.

a Ext. in arce S. Angeli & in l. priu. Rõ. eccl. to. 2. pag. 206. et. inter Coll. Plat. to. 1. pag. 310. & in M.S. Vall. sign. lit. B. n. 12. pag. 160.

Clemens episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Charissimus in Christo filius noster Carolus Siciliæ Rex illustris, & claræ memoriæ pater eius, dudum bello Siculo a quondam Petro olim Aragoniæ Rege, suisque filijs ipsis illato afflicti grauiter diu & attriti, coacti sunt propter necessitates, expensas, & onera, quæ belli ipsius diuturnitas introduxit, & aduersa fortuna parauit, impares sumptibus hactenus a Romanis Pontificibus prędecessoribus nostris, & Rom. ecclesia, a qua prædictum regnum genitor Regis eiusdem tenuit, & ipse Rex tenet in feudum, diuersa flagitare subsidia; eisque vsque ad summam trecentarum sexaginta sex millium vnciarum auri, ex causa mutui ab ipsis Rege & genitore huiusmodi occasione suscepti, se ac bona sua solemniter obligare. Nuper vero a nobis in pręsentia fratrum nostrorum & sua Rex ipse per venerabilem fratrem nostrum Petrum archiepiscopum Arelatensem suppliciter petijt, quatenus de misericordia & Apostolicæ sedis gratia, plutibus allegatis suæ ad solutionem tanti debiti impotentiæ causis; & ad fortius suadendum etiam iuris rationibus, & varijs argumentis admixtis, quod Romana ecclesia, sicut domina regni præfati eis vt vassallis eiusdem pro regno prædicto ad defensionem tenebatur ipsorum & regni, ac onera & expensas huiusmodi occasione fienda subire debuerat, dicti debiti remissionem ei saltem compensationis iure facere dignaremur.

Soluendo impar Sic. Rex misericordiam ecclesiæ implorauit.

Onera quæ subijsset exposuit.

Nos igitur prius super his cum dictis fratribus nostris & alijs viris prudentibus collatione habita diligenti, & prædictis rationibus confutatis; consideratis etiam, quæ in conuentionibus in concessione olim per eandem ecclesiam facta de regno eodem patri Regis eiusdem appositis continentur; attentis insuper multis alijs, quæ * variare longissimum foret, volentes errorem hunc, ne in futurum crescat, in sui ipsius ortu succidere, & omnem in posterum dubitationis materiam amputare; Rege ipso præsente, & ad id suum sponte & specialiter præbente cõsensum, de eorumdem fratrum nostrorum consilio & assensu, definimus & sententialiter declaramus, quod Romana ecclesia in bello prædicto, quod sæpe dictus Rex & genitor eius in dicto regno Siciliæ passi sunt, non debuit, nec si moueretur in posterum contra eum, vel heredes, & successores eius bellum vniuersale vel particulare quodcunque, aut rebellio quæuis in eodem regno, siue terris, quæ ab eadem ecclesia tenet in feudum, ipsos defendere, vel eis sumptus aliquos in hoc impendere teneretur: sed ijdem Rex, heredes, & successores ad expensas, a quibus dictam ecclesiam pronunciamus & decernimus liberam & immunem, pro defensione sua, regni præfati, & quarumcumque terrarum eius irrefragabiliter teneantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę diffinitionis, declarationis, pronunciationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. *Dat. Pictauis XIII. kal. augusti Pont. nostri anno secundo.*

*narrare.

Ecclesiã Rom. ad nullos sũptus profundẽdos pro defendenda Sicilia fuisse obnoxiã.

Ego Clemens catholicæ ecclesiæ episcopus.
Ego Ioannes tit. sanctorum Marcellini & Petri presbyter Cardinalis subscripsi.
Ego Benedictus tit. sanctorum Nerei & Achillei presbyter Cardinalis subscripsi.
Ego Arnaldus tit. S. Marcelli presbyter Card. subscripsi.
Ego frater Thomas tit. sanctæ Sabinæ presb. Card. subscripsi.
Ego frater Nicolaus tit. S. Eusebij presb. Card. subscripsi.
Ego Guillelmus tit. sanctæ Potentianæ presb. Card. subscripsi.
Ego Stephanus tit. S. Cyriaci in thermis presb. Card. subscripsi.
Ego Leonardus Albanensis episcopus subscripsi.
Ego Petrus Sabinensis episc. subscripsi.
Ego Ioannes Portuensis episc. subscripsi.
Ego frater Nicolaus Ostiensis & Velletrensis episc. subscripsi.
Ego Petrus Prænestinus episc. subscripsi.
Ego Landulfus S. Angeli diaconus Card. subscripsi.
Ego Guillelmus S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus Card. subscripsi.
Ego Franciscus S. Mariæ in Cosmedin subscripsi.
Ego Ricciardus S. Eustachij diaconus Card. subscripsi.
Ego Lucas sanctæ Mariæ in via lata diaconus Card. subscripsi.
Ego Petrus sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconus Card. subscripsi.
Ego Raymundus S. Mariæ noua diaconus Card. subscripsi.
Ego Arduinus sanctæ Mariæ in Porticu Cardinalis subscripsi.

Nomina Cardinalium, qui sua adiecere suffragia.

24 Assertis itaque sedis Apostolicæ iuribus, ne successores grauiori onere premeret, si ipsos profundendis in defendendo regno sumptibus implicuisset, benignitatem singularem explicuit, Pontifex in Carolum II. qui ob præterita bella ab euoluto tantarum conuersionum tempore, ingentesque sumptus tum a Carolo ipsius parente, tum a Gerardo episcopo Sabinensi & Roberto comite Atrebatensi Siculæ regiæ procuratoribus, tum ab ipsomet, postquam carcere laxatus est, profusos grauissimis nominibus onustus erat: adeo vt præstita mutuo illi a Romana ecclesia auri moles ad trecenta & sexaginta sex millia vnciarum ascenderet: quibus soluendis cum impar esset Carolus, Clemens reuocatis in memoriam insignibus Caroli I. in ecclesiam meritis, tum Caroli II. officijs & obsequijs vt gratiam reponeret, & calamitatum, quibus regia Sicula tamdiu oppressa fuerat, misereretur, assentiente Cardinalium collegio, tertiam illi totius summæ partem remisit a: de duabus vero reliquis summæ olim mutuo traditæ partibus ita cum Carolo Clemens, qui Syriacam expeditionem versabat animo, pactus est, vt iam ante indicatum fuit. Exercendæ porro liberalitatis has causas attulit.

Obstricta ecclesiæ Carolus ad trecentas ac sexaginta sex vnc. auri millia.

a Ext. in lit. in arce S. Ang.

Clemens, &c. Non sine turbatione mentis diuturnitatem Siculi belli in considerationem deduximus, tui, filiorumque tuorum carceres, conflictus varios, tam maritimos quam terrestres, quos passus es, cædes, incendia, prædas, damna, innumerasque rursus, quas belli calamitas in-

cendis rebellibus plurimum posſit, Gentilem tit. S. Martini in montibus presbyterum Cardinalem, legationis in Vngaria, ac finitimis prouincijs exercendæ munere auctum miſit a. Quo argumento inſigne eſt diploma b Pictauis pridie kal. auguſti datum ad Vngaros, Polonos, Dalmatas, Croatas, Ramæos, Seruios, Lodomerios, Galatios, Cumanos, apud quos deplorat vt florentiſſimum Vngariç regnum ſeditionum procellis iactatum fluctuarit, defloruerit illius dignitas; in eo religionis cultus exoleuerit, templorum incendijs, vrbium excidijs, cędibus populorum fœdatum ſit; ad quę tollenda mala, priſtinoque Vngariam ſplendori reſtituendam, cum eo ſe conferre non poſſit, ſignificat legatum ſumma auctoritate inſtructum, rerumque gerendarum peritia, alijſque virtutibus inſignem, nimirum Gentilem Cardinalem mittere, quem vt debito honore complectantur, eius imperia excipiant, atque vbi opus fuerit, opem ipſi explicent, adhortatur; Albertumque Regem Romanorum, vt legato auxilium porrigeret, ſolicitauit c: inſtruxit vero ad rem bene gerendam Gentilem Cardinalem plurima auctoritate, multiſque priuilegijs decorauit d: inter quę permiſit, vt Minoritas, quos in familiam ſuam adſciſceret, ſi ad epiſcopales ſedes gerendas, dum legationem obiret, eligerentur, eccleſiarum regimini admoueret. e

a Lib. 2. ep. cur. 17. b Reg. poſt cand. ep.

Legatum in id incu biturum commendat.

Solicitat Albert. Rex Rō. ne legato opera deſit.

c Ep. cur. 31. d Ab ep. 88. ad 30. e lib. ep. 39

Perueniſſe proximo anno legatum Cardinalem in Vngariam, atque omnes illius motus compoſuiſſe, & adegiſſe Vngaros ad Caroli obſequium; Othonem vero ducem Bauariç poſt ſuſceptum regium inſigne, dum adiuncto ſibi Bela Thomę filio, ac multo inſtructus equitatu in Tranſiluaniam profectus eſſet, vt eam prouinciam ſuo adijceret imperio, a Ladiſlao Vayuoda captum, tentumque in carcere, donec poteſtati regię ceſſit, referunt Vngarici ſcriptores f. At intereeptum fuiſſe inſidijs narrant g, cum ad conciliandum ſibi Ladiſlaum Tranſiluaniç prçſidem illius filiam ſibi deſpondiſſet, inuitatumque a ſocero mancipatum cuſtodię fuiſſe, & ex ea miniſtri ope aufugiſſe in Poloniam, agnitumque a duce Glogouienſi eius filiam ſibi thoro iunxiſſe; tum eius & Boemorum ope in Bauariam, abiecta regni Vngarici ambitione, ſe cum vxore Polonica recepiſſe: quocirca omnia ad Carolum puerum in Vngaria proniora fuerunt.

f Thur. in chr. p. 2. c. 89. Bonfin dec. 2. l. 9. g Auentin annal. Boior. l. 7. & alij.

Otho vinculis traditus.

22 Non vulgaris hæc Caroli Siciliæ Regis felicitas fuit, vt non modo nepotem e Carolo Calabrię duce filio Vngarica corona cinctū viderit; verum, quod maximum eſt, filium ſuum natu ſecundum Ludouicum, qui ſpreta regni Siculi ſucceſſione, religioſam S. Franciſci diſciplinam amplexus, dein Toloſanæ gerendę eccleſiæ præfectus virtutibus emicuerat, miraculis poſt mortem radiare viderit: quæ cum certiſſimo adeptæ æternæ felicitatis argumento opinionem ſanctitatis illius diffunderent, Pontifex archiepiſcoporum Arelatenſis, Ebredunenſis & Aquenſis, ac ſuffraganeorum epiſcoporum, tum ciuium Maſſilienſium precibus adductus, Guidoni Xantonenſi, & Raimundo Lectorenſi epiſcopis partes contulit h, vt patrata Ludouici ope prodigia ad ſacrum examen reuocarent, quo de ipſo ſanctorum albo addendo agitaretur.

Lud. Tol. epiſc.

h Lib. 2. ep. com. 282.

Clemens, &c. Nuper ad nos venerabilium fratrum noſtrorum P. Arelatenſis, G. Ebredunenſis, & P. Aquenſis archiepiſcoporum, & ſuffraganeorum ſuorum, ac dil. vniuerſitatis hominum Maſſilienſium fide digna relatione peruenit, quod recolendæ memoriæ Ludouicus epiſcopus Toloſanus, chariſſimi in Chriſto filij noſtri Siciliæ Regis natus, ab ipſo ſuæ iuuentutis exordio, tanquam prædeſtinatus ad gloriam hereditatis æternæ, innocentiæ ſemitis diuina inſpiratione perrexit, & in eo ætate ſuccreſcente, gradatim ipſe glorioſis virtutibus & fama concreuit; ac deinde ſpretis pompis & vanitate mundanis, Chriſti pauperis veſtigia proſequens, & in ordine fratrum Minorum profeſſorum paupertatis deuotam profeſſionem emittens, laudabiliter geſſit iugum obſeruantiæ regularis; vocatuſque poſtmodum ad regimen eccleſiæ Toloſanæ, ſic ſibi per vitæ meritum, ſicque alijs proficere ſtuduit per exemplum, ſic quoque mundanis omnino relegatis affectibus ſe Deo gratam & acceptabilem hoſtiam immolauit, quod per grandia eius præcelſaque merita, ipſo demum de hac luce ſubtracto, & reddito eius ſpiritu Patri luminum, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, etiam antequam eius corpus iuxta ſui diſpoſitionem arbitrij apud locum dictorum fratrum in prædicta ciuitate Maſſilienſi traderetur eccleſiaſticæ ſepulturæ, ac ſucceſſiue poſtmodum ipſe Pater altiſſimus, qui eum in ſuæ conſortem hereditatis firmiter creditur elegiſſe, multa & euidentia eſt miracula operatus.

Vita vitæ primordijs colue rit ſancti tatem.

Inſtituta Minoritarū ſit amplexus.

Creatus Toloſ. ep. emicuerit virtutib.

Miracula ediderit.

Et quamuis pro parte archiepiſcoporum, ſuffraganeorum, & vniuerſitatis eorumdem felicis recordationis Bonifacio Papæ VIII. prædeceſſori noſtro, ijs ſemel & iterum reuerenter expoſitis, & cum inſtantia multa petito, vt ſuper præmiſſis inquiri faceret diligenter, veritate ſibi patefacta lucidius, ad eiuſdem Ludouici canonizationem procederet iuxta ritum; quia tamen, antequam prædeceſſor ipſe potuiſſet de prædictis per exactæ diſcuſſionis indaginem informari, fuit de hac luce ſubtractus, petitioni & inſtantiæ prędictorum taliter repetitis nequiuit votiua ſatisfactio prouenire: Quare archiepiſcopi, ſuffraganei, & vniuerſitas ſupradicta nobis per eorum patentes literas ſupplicarunt, quatenus eundem Ludouicum ſanctorum patrum catalogo aſcribere curaremus, vt auctoritate, ſicut conuenit, apoſtolica dignus honor illi exhiberetur in terris, qui prout claris ſignis, & euidentibus argumentis apparet, honoratur in cælis. Licet igitur quod diuina clementia dignis effert honoribus, humana deuotio promptis affectibus honorare debeat, & deuotionis laudibus reuereri; nos tamen in huiuſmodi negotio Apoſtolicæ ſedis conſuetam & debitam maturitatem obſeruare volentes, fraternitati veſtræ de fratrum noſtrorum conſilio per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de vita & moribus præfati Ludouici, cum præſentis perageret vitæ curſum, ac de huiuſmodi meritis & miraculis veritate diligentius inquiſita, quicquid ſuper ijs vos inuenire contigerit, nobis ſcriptum fideliter ſub veſtris ſigillis per fideles & idoneos nuncios remittere ſtudeatis, *Datum Pictauis III. non. auguſti anno ſecundo.* Hoc nimirum anno MCCCVII. cum pontificatus Clementis anni a die, qua tiara pontificia ritu ſolemni eſt inſignitus, numerentur: anno enim Chriſti MCCCVI. auguſti menſe nondum Pictauium ſe contulerat.

Ob ea flagitauit clerus, vt ſanctorū honos illi decerneretur.

Religioſū de ijs miraculis examen inſtitui iubet Clemens.

23 Interim S. Ludouici epiſcopi parens Carolus II. onuſtus plurimo ære alieno ob præterita bella, cum exonerari ab ſede Apoſtolica depoſceret, Arelatenſis archiepiſcopi oratoris opera Ponti-

tifi-

detentionem prædictam Vngariæ regni temeraria præsumptione se transferens, per ipsum B. Vesprimiensem, & quondam A. Chamadiensem episcopos se coronari, vt dicitur, in Regem Vngariæ procurauit, in hoc etiam officium iurisdictionis Strigoniensis archiepiscopi, ad quem Regis Vngariæ coronatio pertinet, faciens vsurpari: & eosdem Carolum Regem & Mariam Reginam Vngariæ in adiudicata, vt præfertur, eis possessione dicti regni nequiter molestare, inquietare, & perturbare præsumit, inuadendo, occupando, & vsurpando violenter, & iniuste pro viribus terras, loca, bona, & iura regni eiusdem, ac etiam detinendo in ipsius regni subuersionem & scandalum, suæ ac suorum complicum & sequacium in hac parte salutis dispendium, & prædictorum Reginæ ac Regis graue damnum, præiudicium & iacturam. Propter quæ pro parte prædictorum Reginæ ac Regis Vngariæ pro adhibendo super ijs optimo remedio, ad nostram & dictæ sedis prouidentiam humiliter habitus est recursus.

Iniustum aduersus Carolum Regẽ bellũ mouit.

Maria Regina & Carol. ad uersus illũ sedis Ap. auxilium implorarunt.

Nos itaque nolentes hæc, non absque diuina & præfatæ sedis iniuria & contemptu attentata taliter & præsumpta, sicuti nec debemus, conniuentibus oculis præterire, quin circa ea, cum simus omnibus in iustitia debitores, officij nostri debitum, prout tenemur & expedire credimus, exequamur; prælatis, clericis, & religiosis, comitibus siue banis, baronibus, militibus, ciuibus incolis, complicibus, & sequacibus memoratis, excommunicationis in personas, & interdicti in terras & loca eorum, ac priuationis omnium officiorum, & beneficiorum, priuilegiorum, & gratiarum, atque bonorum, quæ a Romana, siue ab alijs, vel in alijs quibuscumque tenent, vel habent ecclesijs, pœnis, atque sententijs, quas ipso incurrant facto, si secus egerint, districte præcipimus, vt a præmissis omnibus, contra prædictos Carolum Regem & Reginam Vngariæ in auxilium & fauorem ducis præfati per eos attentatis taliter & præsumptis, cessent penitus & desistant: & tam eosdem prælatos, clericos, & religiosos, comites siue banos, barones, milites, ciues, incolas, complices, & sequaces; quam omnes alios & singulos tam de præfato regno Vngariæ ac ipsius pertinentijs & iuribus, quam de alijs regionibus quibuscumque siue annexis, siue non annexis eidem regno, cuiuscumque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, & status, etiamsi regali, vel alia quauis præfulgeant dignitate, attente monemus, eis omnibus, & singulis auctoritate prædicta sub eisdem pœnis & sententijs, quas, si contrafecerint, eos incurrere volumus ipso facto; districtius iniungentes, ne in præiudicium prædictorum Reginæ ac Regis Vngariæ præfatum Bauariæ ducem, vel quemuis alium Regem Vngariæ nominare titulare, vel describere, seu habere, vel tenere præsumant; neue ipsum, vel ministros eius quomodolibet recipiant, vel admittant; nec ei, vel huiusmodi ministris ipsius in inuasione, occupatione, vsurpatione, vel detentione dictorum regni Vngariæ, iurium, & pertinentiarum eius, aut annexorum sibi, vel alicuius partis eorum præstent auxilium, consilium, vel fauorem, publicum vel occultum, vel de aliquibus eiusdem regni redditibus, bonis, & iuribus quoquomodo respondeant, vel ministrent; neque cum eis, vel pro eis vllam faciant colligationem, coniurationem, conuocationem, vel commotionem, seu alias noxiam nouitatem, donec de iuribus & proprietate dicti regni per eamdem sedem plene fuerit definitum.

Annuit eorũ precibus Clemens.

Censuras ijs incutit qui in Carolum rebellionẽ mouerint.

Obiectæ aliq pœnę

20 Ipsum quoque ducem Bauariæ attente monemus, sibique districte iniungimus sub similibus excommunicationis & interdicti ac priuationis pœnis & sententijs, quas ex nunc, prout ex tunc, si contra fecerit, proferimus contra eum, ac eas ipso facto eumdem incurrere volumus, ne se Regem Vngariæ nominet; neue de illo titulum sibi dignitatis regię, vel alterius dominationis ascribat; neque præfatum regnum, vel aliquam eius partem occupare, inuadere, vel detinere præsumat; neue prælibatum Carolum Vngariæ Regem, vel ministros ipsius in possessione prædictorum regni Vngariæ, iurium, & pertinentiarum eius, vel quorumcunque annexorum eidem, per se, vel per alium, seu alios impediat, perturbet quomodolibet vel molestet: sed a qualibet eorum occupatione, inuasione, vsurpatione, ac detentione cesset & desistat omnino quousque super ipsius regni iure, ac proprietate plena præfatæ sedis, vt præmittitur, definitio subsequatur. Et ne dici possit, quod quemquam a prosecutione sui iuris super proprietate dicti regni excludere intendamus, ipsi duci Bauariæ vsque ad annum continuum postquam hæc in dicto regno, vel vicinis partibus iuxta tenorem aliarum literarum nostrarum extiterint publicata, peremptorium assignamus terminum; infra quem per se, vel alium, seu alios, si qua de proprietate prædicti Vngariæ regni iura se habere crediderit, illa nobis, & sedi Apostolicæ reuerenter ostendere, petere, ac coram nobis, vel ipsa sede prosequi debito procuret ordine, ac sicut rationis extiterit, & melius sibi videbitur expedire: parati enim sumus exhibere ipsi fauorabiliter & benigne super hoc iustitiæ complementum. Cęterum ne molestandi & turbandi pro velle sit ei exceptionis cuiuscumque facultas, vltra promissum assignatum sibi terminum, nisi prius ostenderit, petierit, & prosecutus fuerit, vt pręfertur, super iure proprietatis, si quod dicto duci forsitan in regno ipso competeret, a nostrę & dictę sedis sit pręsidio iurisdictionis exclusus: & in quocunque iudicio, tam de rigore iustitię, quam de apostolicæ plenitudine potestatis, ei super hoc perpetuum silentium imponimus de prędictorum fratrum consilio & assensu. Nulli &c. nostrę confirmationis, pręcepti, monitionum, mandatorum, assignationis & impositionis infringere, &c. si quis, &c. *Datum Pictauis IV. idus augusti anno secundo.*

Intentatum, duci Bauariæ anathema

Designatum vni' anni tẽpus quo oportẽ sĩ iura apud sedẽ Ap. probet.

21 Transmisit a eam constitutionem Pontifex ad Strigoniensem archiepiscopũ, ac Vincentium Colocensem designatum, quibus prouinciam imposuit, vt hęc decreta in Vngarię regno diuulgarent, atque episcopum Camadiensem, a quo ferebat fama Othonem ducem Bauarię regia inunctione delibutum, iudicio ad sedem Apostolicam accerserent: *Antonium, inquit, Camadiensem episcopum, si eundem Othonem, vt prædicitur, coronauit, ne tantus temeritatis excessus maneret impunitus, si per famam seu indaginem etiam non solemnem eum deliquisse constiterit, vos citare curetis, vt intra quadrimestre temporis spatium post citationem huiusmodi nostro & Apostolicæ sedis conspectui personaliter se præsentet.*

a Reg. pes eand. ep. Chamadien. epis ob impositã duci Bauariæ coronam accersitus in iudiciũ

At ne quid ad tuendas Caroli Regis partes, componendamque fluctuantem Vngariam Clemens prętermitteret, eum religio in continendis in officio populis, vel ad obsequium addu-

Gentilis Card legatus in Vngar. missus

expresse, quam incurrerent eo ipso, si secus facerent, vt eisdem Reginæ & Regi Vngariæ circa recuperationem, defensionem, & conseruationem regni prædicti assisterent auxilijs, consilijs, & fauoribus opportunis; quodque memoratos Regem Boemiæ vel eius filium Regem Vngariæ nominare, vel titulare nulla nominatione, vel descriptione præsumerent, neue ipsis aut ministris eorum de fructibus, redditibus, prouentibus, alijsque iuribus dicti regni, & præfatorum sibi adiacentium quomodolibet responderent, vel ipsis circa occupationem, inuasionem, detentionem, seu vsurpationem memorati regni Vngariæ, ac præmissorum, quæ annexa sunt illi, publice vel occulte præstarent auxilium, vel consilium, seu præsidium fauoris alicuius impenderent. Prælibatus enim prædecessor, prælatos, clericos, & religiosos, comites siue banos, barones, milites, ciues & incolas memoratos ab omnibus homagijs, sacramentis fidelitatis, colligationis, aut coniurationis, quæ prælibatis Regi Boemiæ, filio, aut ministris eorum præstiterant, vel cum ipsis in præiudicium dictorum Reginæ ac Regis Vngariæ aliquatenus inierant; etiam si ea forent iuramentorum, pœnarum adiectione, vel quouis alio vinculo roborata, quæ vacua iuribus, & nulla fore censuit & carere decreuit omni robore firmitatis; absoluit, & ad eorum obseruationem quomodocumque, aut quantumcunque se astrinxissent pro obseruandis eisdem, ipsos non teneri decreuit.

Regem Boemiæ sibi non asciscerent.

Sacramēta illi præstita rescissa.

18 Et vt quæ grauitati sedis Apostolicæ congruebant, prædecessor idem cum debita maturitate seruaret, nec excluderet a suis processibus amicam in throno sedentibus æquitatem; Regi Boemiæ, filioque præfatis certum peremptorium terminum assignauit, infra quem ipsi per se, vel alium, seu alios, si qua iura de proprietate dicti regni Vngariæ se habere credebant, eidem prædecessori & Apostolicæ sedi reuerenter ostenderent, illaque peterent & prosequerentur ordine debito, & vt rationabile foret, sicut eis videretur melius expedire. Super possessorio tamen cuiuscumque speciei vel generis de dicto regno Vngariæ memorato, Regi Boemiæ vel filio competente, propter eorum contumaciam sic contractam perpetuum eis duxit prædecessor ipse silentium imponendum. Vltra præmissi vero termini spatium, ne in potestate foret dictorum Boemiæ Regis & filij inquietare pro libito, molestare frequenter; & vt vitandi scandali occasionem tolleret, ad quam causam ex tunc in iure & proprietate competentibus ipsis forsitan in regno præfato, iurisdictionis suæ ac sedis Apostolicæ denegauit prædecessor idem incommutabili editione præsidium, & eis in tribunali quocunque tam de iustitiæ fomite, quam de potestatis plenitudine perpetuum silentium imposuit de fratrum consilio prædictorum: ita quidem, quod prædicta termini præfinitio, iurisdictionis denegatio, impositioque silentij ex tunc elapso ipso termino perinde vigorem & effectum haberent, ac si in eorundem Boemiæ Regis & filij per formam citationis solitæ notitiam peruenissent: cum non foret verisimile, vt præmissa in notitiam & conscientiam dictorum Boemiæ Regis & filij debito tempore deuenire non possent, quæ in præsentia ipsius consistorij, prædictorū prælatorum, aliorumque plurium, & eorundem nuntiorum & excusatorum maxime erant tam vulgata, tamque solemniter publicata, prout hæc & alia in ipsius prædecessoris Bonifacij bullatis literis inde confectis plenius & seriosius continentur: quæ omnia postmodum fuisse dicuntur in locis solemnibus dicti regni Vngariæ de mandato prædecessoris eiusdem tempore debito solemniter nihilominus publicata.

Constitutum Vvēceslao tēpus, quo iure peritorio ageret apud sedem Apost.

Abscissa illi, eo elapso disceptandi in iudicio omnis spes.

Nos autem eiusdem prædecessoris Bonifacij in hac parte vestigijs inhærentes, ipsorum Reginæ ac Regis Vngariæ supplicationibus inclinati, constitutionem, diffinitionem, declarationem, voluntatem, mandatum siue mandata, censuram, absolutionem, termini præfixionem, silentij impositionem, præsidij denegationem, & alia supradicta, quæ per eundem prædecessorem Bonifacium taliter facta sunt, rata habentes, & grata, ea ex certa scientia de fratrum nostrorum consilio & assensu auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus: excommunicationis vero sententiam supradictam volumus vsque ad satisfactionem condignam auctoritate nostra, appellatione remota, inuiolabiliter obseruari. Verum sicut fama publica, quinimmo infamia referente, non absque grandi admiratione seu potius turbatione didicimus, quod etiam sic manifestum atque notorium nedum in ipso regno Vngariæ ac vicinis, sed in remotis etiam partibus esse dicitur, quod nulla potest tergiuersatione celari, nonnulli ex prælatis, clericis, religiosis, comitibus siue banis, baronibus, militibus, ciuibus, & incolis memoratis præfatorum Boemiæ Regis & filij in hac parte fautores atque sequaces, immemores salutis eorum, huiusmodi præcepta, sententias, & processus prædecessoris eiusdem damnabiliter contemnentes, ac venientes temere contra ea, præfatis Reginæ ac filio Regi Vngariæ iuxta præmissum mandatum ipsius prædecessoris assistere circa recuperationem, defensionem, & conseruationem iam dicti regni Vngariæ, ipsisque parere, intendere, ac respondere minime curauerunt: quin potius ipsi Boemiæ Regi & filio, dum viuebant, eorumque ministris aduersus eosdem Reginam & Carolum Regem Vngariæ, ac in eorum præiudicium præstiterunt postmodum auxilium, consilium, & fauorem, prædictos Reginam & Carolum Regem super ipso regno, ac eius bonis & iuribus inquietando nequiter, & multipliciter molestando; propter quod præfatam excommunicationis sententiam, latam per eundem prædecessorem Bonifacium, damnabiliter incurrerunt.

Acta Bonifacij a Clemēte confirmata.

Nonnulli proceres, & episcopi contra Bonif. edicta sensere cum Rege Boē.

19 Eodem autem Rege Boemiæ viam deinde vniuersæ carnis ingresso, præfato adhuc ipsius Regis viuente filio, nonnulli ex præmissis prælatis, clericis, & religiosis, comitibus siue banis, baronibus, militibus, incolis, atque ciuibus, in sensum dati reprobum, & spiritu obcæcati nequitiæ, in multiplicationem excessuum, iniuriarum contemptus, & offensarum ausu præcipiti collabentes, contra eosdem Carolum Regem & Reginam Vngariæ, nobilem virum Othonem Bauariæ ducem nequiter conuocarunt, seu potius obduxerunt, adhærendo & assistendo sibi patenter & publice ad inuasionem, occupationem, & detentionem dicti regni Vngariæ, vel alicuius partis ipsius, ac præstando auxilium, consilium, & fauorem, ex quo etiam ipsos tenet excommunicationis præfatæ laqueus alligatos; idemque dux, ipsorum, & aliorum potentia fultus, & auxilijs communitus prætextu conuocationis, seu obductionis huiusmodi ad inuasionem, occupationem, & deten-

Defuncto Vvenceslao seniore Othonem ducē Bauar. ad regnum occupandum euocarunt.

Is professus in Vng. insigne regiū accepit.

ce proponebat electum, & eundem Regem Boemiæ, ac tam suos quam eiusdem filij in hac parte sequaces in beneuolentiam & gratiam eius reciperet, ac se ipsis adiutorem, directorem benignum, & fauorabilem in ipso negotio exhiberet; idem prædecessor super hoc pia & rationabili meditatione perpensans, quod præfatum regnum Vngariæ, tam nobile hactenus quam præclarum, in spiritualibus & temporalibus, per collisiones varias dignoscebatur esse collapsum; quodque charissima in Christo filia nostra Maria Regina Siciliæ illustris in eodem regno Vngariæ tanquam heres proximior se ius asserebat habere, & charissimus in Christo filius noster Carolus Rex Vngariæ illustris nepos eius regnum ipsum in parte non modica ex persona iam dictæ suæ paternæ auiæ possidebat, de quo etiam in Strigoniensi ecclesia, iuxta ritum antiquum Vngariæ, per personam idoneam regale susceperat diadema; memoratos Regem Boemiæ, ipsius filium & prædictum Carolum, eorumque sequaces & alios, qui sua crederent interesse, per piæ memoriæ Benedictum Papam XI. prædecessorem nostrum, tunc Nicolaum Ostiensem & Velletrensem episcopum, & in præfato Vngariæ regno Apostolicæ sedis legatum peremptorie citari mandauit, vt infra certi temporis spatium, in literis eius expressum, cum omnibus actis, iuribus, & munimentis suis, negotium contingentibus memoratum, coram prædecessore ipso Bonifacio deberent legitime comparere, super ijs complementum recepturi iustitiæ, ac facturi quæ pro dicti regni statu prospero per ipsum prædecessorem Bonifacium essent prouide ordinanda.

Vt Carolus paternæ auiæ iure Strigonij corona cinctus sit.

16 Eodem autem legato prædictos Regem & filium ac Carolum citante legitime, ac adueniente dicto termino; præfata Regina Siciliæ, intimato iam sibi ex parte prædecessoris eiusdem, vt & ipsa, si sua interesse putabat, in eodem termino compareret, & iam dictus Carolus nepos eius per procuratores idoneos sufficienter instructos coram eodem prædecessore Bonifacio comparere cum reuerentia debita curauerũt; venerabilibus fratribus nostris M. Zagabriensi T. Iauriensi, & B. Vvesprimiensi episcopis, & bonæ memoriæ S.. archiepiscopo Colocensi, ac dilectis filijs nonnullis præpositis & archidiaconis de ipso regno Vngariæ ex vigore præfatæ citationis comparentibus similiter cum eisdem: iam dicti vero Boemiæ Rex ac natus eius in prædicto termino, vel etiam postea comparere per se vel alium non curarunt; sed sub cuiusdam palliationis astutia excusatores dilectos filios Henricum doctorem decretorum clericum, Ioannem cantorem ecclesiæ de Veterribuda, & Ioannem Romanum iurisperitum laicum ad præfati prędecessoris Bonifacij præsentiam destinarunt: qui eosdem Regem Boemiæ ac natum eius excusare super eo, quod iuxta præfatæ citationis edictum ad eundem prędecessorem Bonifacium procuratores sufficienter instructos non miserant, nitebantur; causas super hoc minus rationabiles, immo inanes & friuolas prętendentes: & nihilominus in pluribus consistorijs per eumdem prædecessorem Bonifacium ab ipsis excusatoribus seriose petito, si alias causas rationabiles excusationis haberent, vel ampliori forent potestate suffulti, in excusatione culpæ contumaciam geminantes, dixerunt improbe, quod præfatus Boemiæ Rex nullo vnquam tempore intendebat de ipso regno Vngariæ litigare; procuratoribus ipsis & nuncijs eorumdem Reginæ Siciliæ ac nepotis instantibus, vt in contumaciam ipsorum Boemiæ Regis & filij ad declarationem & determinationem iuris Reginæ ac nepoti competentis eisdem, prædecessor procederet memoratus.

Maria Regina & Carolo comparētibus iudicium declinauit.

Boemiæ excusationes non admissæ.

Negante ipso subire iudiciũ instituit Carolus, vt contumaciæ dānaretur.

17 Idem vero prædecessor, habita super ijs cum fratribus suis examinatione solemni, profunda maxime meditatione recogitans statum præfati regni Vngariæ miserabilem & depressum, flebili quidem compassione condignum, quod reuera ex prętacta prę̄sertim contentione regnandi in peius continue labebatur; quodque, sicut facti notorium permanentis euidentius ostendebat, notum prædecessori erat eidem, prædicta Regina Siciliæ, sicut primogenituræ ius obtinens claræ memoriæ Stephani Regis Vngariæ patris sui in eodem regno, propinquior erat successor & heres quondam Ladislao Regi Vngariæ fratri suo ex vtroque parente, per quod opitulabatur eidem cõmunis iuris præsumptio, quæ in tali casu probandi onus in aduersarium iuste transfert; quia etiam quondam Carolus ipsius Reginæ primogenitus dicti Caroli genitor habitus erat quasi communiter, & præcipue per Romanam ecclesiam pro Vngariæ Rege dum vixit; nec ex parte dictorum Boemiæ Regis & filij de iure competente ipsis in Vngariæ regno prædicto allegatum erat aliquid vel assertum, nisi sola electio, quę de ipso filio Regis proponebatur facta fuisse, quæ proculdubio diuersis ex causis, prout ratio prima facie indicabat, minus legitima, immo prorsus videbatur inutilis; ex eo maxime quod, sicut scripti canonis series aperit, regnum ipsum Vngariæ successionis iure prouenit, & electionis suffragio, arbitrioque non defertur; rationibus præmissis & causis, alijsque motiuis plurimis, quæ religionem debent iudicantis instruere, in trutina rectæ deliberationis appensis, expedientia commixta licentiæ ac benigna humanitate seruata; de plenitudine potestatis in apertam contumaciam eorundem Boemiæ Regis & filij in præsentia plurium prælatorum, capellanorum, familiarium prædecessoris eiusdem, & aliorum in consistorio vocatorum, & præsentibus eorumdem Boemiæ Regis & filij nuntijs, ac excusatoribus suprascriptis; idem prædecessor decreuit, diffiniuit, declarauit, & voluit de fratrum consilio prædictorum, quod prædicta Maria in toto ipso regno Vngariæ ac pertinentijs suis omnibus, ac vbique terrarum Regina, & dictus Carolus nepos Rex Vngariæ nuncuparentur apertis labijs, scriptionibusque vulgatis, & intitularẽtur in publicis documentis; quodque prę̄lati, clerici cuiuscumque dignitatis, status, aut conditionis existerent, ac religiosi alij cuiuscunque forent ordinis; nec non comites siue bani, barones, milites, ciues, incolę cuiuscumque status, preeminentię, dignitatis, aut conditionis existerent, iam dicti regni Vngarię, omniumque iurium & pertinentiarum eius, ac aliarum regionum annexarum sibi, etiam si regnorum haberent titulum, dictis Reginę Regique nepoti, tanquam eiusdem regni Vngarię Reginę ac Regi legitimis, parere & intendere, ac de fructibus, redditibus, seruitijs, iuribus, & obuentionibus alijs consuetis & Regi Vngariæ debitis, deuote respondere curarent: prælatis, clericis, & religiosis, comitibus siue banis, baronibus, militibus, ciuibus, incolisque prædictis sub pœna excõmunicationis iniungens cx-

Ius possessionum a Bonif. datum Carolo.

Carolum parentē habitum a Rom. eccl. Vng. Regem.

Obtensa a Vvenceslao electionis iura inania.

Vet eres Vngariæ consuetudines.

Data Vngariæ imperia, vt Carolo & Mariæ obsequentes essent.

Datum Tolosæ III. kalend. ian. pontificatus nostri ann. IV.

Ex his refellas authores plures, qui nimis facile inanibus leuissimorum hominum susurris fidem adhibuere, promissam fuisse Templarijs veniam a Pontifice, eaque pollicitatione subornatos fuisse. Quis enim, si rem perpendat accurate, viros graues tanto in numero tam immania crimina putet tanto cum dedecore sine tormentis confiteri, sibique falso imponere potuisse; cum ne quidem id vnquam imbelles mulierculæ facturæ videantur, nisi scelerum facibus ardens conscientia eam confessionem, vberesque illas lachrymas expressisset? At de his, deque seruato a Pontifice in Templarios iudiciorum ordine proximis annis dicturi sumus. Non leuiter vero ea res expeditionis Syriacæ consilia retardauit, cum Templariorum opera eam aggredi Clemens constituisset.

13 Obfuere etiam admodum secutæ in Anglia rerum conuersiones ob Eduardi senioris mortem, quam hoc anno media æstate contigisse scribit Vvestmonasteriēsis [a], qui de illius maxima expeditione in Scotiam aduersus Robertum Brusium, quem regnum illud mota rebellione inuasisse ait, locutus, confectisque aduersus Scotos pluribus felicibus prælijs, quibus ipsos magnis attriuit cladibus, ac noui Regis fratres captos extremo affecit supplicio, Roberto in paludes ac loca nemoribus obsita depulso, subdit [b]: *Cœpit Rex vexari dysenteria. Mouit tamen nihilominus de Caerleolo, quinto nonas iulij, paruis diætis versus Scotiam proficiscens. Pridie vero nonas iulij, venit vsque Burgum super Sabulo, vbi inualescente infirmitate, die crastina, scilicet sexta feria, præsenti vita valefaciens, dies suos in bono, & annos suos in gloria consummauit. Regnauit autem annis triginta quatuor, mensibus septem, diebus viginti vno, compleuitque ætatis suæ annos sexaginta octo, & dies viginti.* Addit auctor Eduardi elogium, sed in quo, quamuis amplissimo, prætermittit defensam Syriam contra sultani Babylonici impetus, cum Ptolemaidi castra admouisset: stetisse enim tum illius virtute rem Christianam vidimus. Decreuisse etiam ipsum expeditionem Syriacam, quam tunc Clemens cum multis Regibus, principibusque occidentalibus, atque etiam cum Carbanda Rege Tartarorum agitabat, obire, tradit Vvalsinghamus [c]. De eo porro hæc subijcit memoratus Vvestmonasteriensis: *Hic Eadovvardus fuit strenuus in armis per totam vitam suam in omni statu, adeo quod totam Angliam de manu Simonis de Monteforti, comitum & baronum eidem Simoni adhærentium, qui etiam Regem Henricum patrem suum, & se ipsum tenuit in carcere, adquisiuit, sicut superius in chronicis continetur. Totam etiam Vvalliam de manibus Leolini principis & Dauidis fratris eius, Aquitaniam de manu Regis Franciæ extorsit. Scotiam sibi sæpius subiugauit, sicut superiora gesta testantur. Sed capta Scotia proditiose per Robertum Brusium, vt supra proximo capitulo continetur, ipse idem inter exercitum in lecto mortis iacens, ex magnanimitate cordis mandauit & iussit corpus suum ibi remanere non sepultum, sed deferri in exercitu quousque tota Scotia esset finaliter acquisita. Sed hoc mandatum non potuit effectui demandari. Fuit corpus itaque delatum in Angliam & sepultum Vvestmonasterij anno proximo sequenti * XVIII. die octobris, iuxta sanctum Eadvvardum: ad caput patris, per manus venerabilium patrum domini Antonij patriarchæ Hierosolymitani & Dunelmensis episcopi, & Guillelmi archiepiscopi Eboracensis, cum cæteris episcopis, abbatibus & prælatis totius regni.* Hisque verbis auctor finem imponit historiæ, cui appendix adiecta est. Meminere porro Eduardi vt rerum gestarum gloria florentissimi Ioannes Villanus [a] ac Bernardus [b], quorum posterior hoc præclaro elogio ipsum exornat: *Eodem anno mense iulij obijt memoratus Rex Angliæ Odoardus, vir in omni probitate famosus, cui successit in regno filius eius nominis similiter Odoardus, qui eodem anno in sequenti mense februarij*, numerat auctor annos ab incarnati Verbi die, *duxit vxorem Regis Franciæ nomine Isabellam.*

a Vvest. hist. flor.
Scoti magnis cladibus attriti ab Eduardo seniore
b Vvest. ibid. Vval. in Eduard & alij.
Illius mors.
Regni tempus.
c Vvalsin. in Eduard II.
Eiusdem elogium.
Iussit corpus insepultum manere donec perdomita omnino esset Scotia.
* XXVII.
Res operi non mandata.
Hic Vvestmonasteriensis historia desinit. Adiecta illi appendix.
a Io. Vill. l.8.c.90.
Eduardus iunior patri succedit.
b Bern. & M.S. gesta Clem. vbi sup. M. S. Vat. sign. n.3765. in Clem. V. Buchan. l. 8.
Isabellam sibi despōdet.

14 Hoc eodem anno, quo Eduardus II. Rex Anglorum sceptrum capessiuit, Ludouicus Hutinus, Philippi Galliarum Regis filius natu maior Ioannæ matris superiore anno vita functæ titulo Nauarrena corona est redimitus: qui cum ad ineundam regni possessionem, adigendosque in sua verba sacramento Nauarros proficisceretur, flagitauit a Clemente, vt interdictum, quo regni princeps ciuitas Pompeiopolis, ardente inter episcopum ac iustitiæ præfectos dissensione, perculsa fuerat, amoueretur, quod pōtificia clementia viribus carere iussit [c], dum ille in ea vrbe versaretur. Exceptum a Nauarris fausta procerum ac populi acclamatione refert S. Antoninus his verbis [d]: *Rex Parisios remeauit*, nimirum a Pictauiensi colloquio cum Clemente habito, *& inde filium suum primogenitum Aloysium siue Ludouicum nomine in Nauarram misit cum multitudine procerum, eumque ibi in Regem Nauarræ coronari fecit in ciuitate Pampeloniæ.* Agunt de eo Hispani scriptores [e], ac Iacobum Regem Aragonum nouas curas concepisse aiunt, ne Galli in Aragoniam proferre imperium molirentur; atque adeo Oscam profectum, ne vel ipsum a Sardica expeditione distraherent.

c Lib. 2. ep. com. 388.
d Ant. 3. p. tit. 21. c. 1 §. 2. Paul. Aemil. in Phil. pulc. Gaguin. in eod.
Solemni ritu Pompeiopoli corona cingitur.
e Sur. ind. l. 2. hoc an Marian. l. 15. c. 7. & alij.

15 Firmatum eodem anno est Caroli Regis Vngariæ solium a Clemente, qui insignem constitutionem aduersus Othonem ducem Bauariæ æmulum edidit, vt Vngariam ciuilibus bellis laniatam pristinæ paci restitueret, & Carolo Regi, qui auiæ Stephani Regis Vngariæ filiæ, ac Ladislai sororis iure legitima successione sceptrum sibi debitum contendebat, dignitatem regiam assereret. Profecto iam ante Bonifacius, cum Vvenceslaus Boemiæ Rex electionis iure illud affectaret, seruatis iudiciorum legibus sanxerat, non electionis, sed successionis iura in Vngariæ regno spectanda, neque Vngaros electione celebrata legitimi heredis iuribus detrahere potuisse; ac Vvenceslaum regno Vngarico abstinere iusserat. Cum vero extincto Vvenceslao seniore Vngari seditiosi Othonem ducem Bauariæ exciuissent ad regnum, idque bellis ciuilibus concussum extremo exitio pateret, Clemens Bauarum, neq; ab eo, ad quem conferendæ regiæ inunctionis ius spectaret, corona redimitum, neq; vllo successionis iure suffultum, incussa censurarum religione, regno, quod inuaserat, abscedere, ac iura sua apud sedem Apostolicam disceptare imperauit [f].

Vngaricū regnum Carolo Martello contra Bauariæ ducem adiudicatum.
f Lib. 2. ep. 302.

Clemens &c. Ad perpetuam rei memoriam.

Dudum claræ memoriæ Vvenzeslao Rege Boemiæ tunc viuente, per eius nuncium & literas supplicante felicis recordationis Bonifacio Papæ VIII. prædecessori nostro, vt negotium quondam Vvenzeslai eiusdem Regis filij tunc viuentis, quem in Regem Vngariæ concorditer & canoni-

Præiudiciū Bonifacij pro Carolo cōtra Vvēceslaū iuniorē electum.

Templarij apostasiæ a fide accusati.

habet: *Totum dicitur falso confictum ex auaritia, vt illi religiosi Templarij (qui initium habuerant in Hierusalem, & postea multiplicati & diffusi per Franciam, & alias prouincias habebant opulenta loca, & magnas diuitias & possessiones) expoliarentur bonis suis, prout factum est, &c.* Haud sane dissimulandum est, augeri hanc ex eo coniecturam, quod Philippus Rex scelestissimos impostores & calumniatores haberet consiliarios, quorum artibus omnino ducebatur; si enim ipsi Christi vicario, quem orthodoxum esse constabat, magiæ, hæreseos, aliaque immanissima scelera obijcere ac iudicio persequi constantissime, vel impudentissime potius non perhorruit, certe minus conscientiæ in appetendis calumnijs Templarijs ac persequendis habuisse conijci posse videtur. Suadere etiam consiliarijs ipsius id flagitium potuisse auaritiam a versimili non abest, cum auaritiæ fœdissimas notas vbique reliquerint, ac Philippum ad ecclesiarum bona inuadenda, opprimendos populos, iniustam conflandam monetam, spoliandos toto regno Iudæos, & alia turpia lucra aucupanda, quę turpius dissipabantur, impulerint: demum Templariorum opes, quantumuis Philippus contrarium literis regijs profiteretur, magna ex parte inuaserint. Ferunt etiam aliquot prodigijs eorum, qui ignibus fuere traditi, non exustis ipsorum crucibus, comprobatam innocentiam: acerbissime præterea ob delatores suspectos supplicijs discruciatos ex humana fragilitate succubuisse ad crimina nō admissa confitenda, eaque postea ad pyram constanter pernegasse. Sed vt vniuersos Templarios obiectis sceleribus non fuisse pollutos existimari potest, cum in Germania a concilijs prouincialibus absoluti fuerint; ita plures Gallos, eosque insignes dignitate ijsdem contaminatos flagitijs maximis argumentis constat, atque ordinem ex allatis probationibus iuste abolitum visuri sumus, cum duo millia testium & eo amplius obiecta ijs crimina confirmarint; & ipse Pontifex eandem confessionem a septuaginta duobus Templarijs nullo obiecto metu, sed ab ijs præterita crimina multa doloris significatione effusoque planctu execrantibus expresserit, de quo suis locis inferius.

Vt vero, cum Regi Francorum de Templariorum criminibus delatum esset, vna literarum significatione eodem die regio iussu, maximoque omnium stupore comprehensi sint, narrat Bernardus a; *Anno*, inquit, *Domini prætaxato* MCCC. VII. *res mira, res magna, nostris accidit temporibusque futuris scribitur memoranda. In festo siquidem S. Eduardi confessoris tertio idus octobris, feria* VI. *fuerunt capti primo Templarij vbique in regno Franciæ, & ex ordinatione Regis & consilij inopinate sane, mirantibus cunctis audientibus, antiquam templi militiam, ab ecclesia Romana nimis priuilegiatam, vna die subito captiuari, causamque ignorantibus captionis tam repentinæ, exceptis paucis secretarijs & iuratis: quæ causa tandem detecta fuit & publice infamata, profana videlicet professio eorumdem cum abnegatione Christi & exputione super crucem in opprobrium Crucifixi; fueruntque plures ex eis, etiam de maioribus illius ordinis, confessi sua nefanda professionis ritum, tam abominabilem, quam execrabilem, quam nefandum, qui antea a nemine potuit vnquam sciri. Plurimi autem ipsorum confiteri minime voluerunt, quamuis nonnulli subiecti fuerint quæstionibus & tormentis. Demum sedes Romana, cui prius factum incredibile videbatur, & captionem prædictam ægre ferebat, effecta est certior in Pictauis, vbi tunc curia morabatur; Templarijsque nonnullis perductis coram Papa, & aliquibus (nonnulli obiecta scelera confessi, negarunt alij) Cardinalibus, ibidem denuo confitentibus, & confessiones factas a se antea recognoscentibus esse veras, ipsorum confessionibus intellectis consequenter extitit ordinatum, vt vbique Templarij caperentur, vt veritas prodiret in lucem.* Eadem Iordanus a paucioribus verbis perstringit: MCCCVII. *Tēplarij subito in toto regno Franciæ capti sunt, & tandem depositi in sequenti concilio generali.* Eos porro regia quidem opera, sed pontificio imperio non ex leuibus coniecturis, sed grauissimis argumentis captos, & magno numero adductos ad Pontificem, ac pluribus vicibus tum ex arcano tum palam eadem fassos crimina, eaque acerbe planxisse testem producimus ipsum Clementem, hæc publico postea edicto promulgantem.

a Ber. chr. R. m. P. n & m S. Vat. bibl. signat. n. 3765. in Clem. V.

In Gallijs eadē die comprehensi.

a Iord. M. S. Vat. sig. n. 1960.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad omnium fere notitiam iam credimus peruenisse, nefanda scelera & crimina abhorrenda hæresim notorie sapientia, quibus ordo & personæ Templariorum non leuibus argumentis, sed manifestis indicijs, & violentis præsumptionibus diffamati noscuntur, super abnegatione videlicet domini saluatoris nostri Iesu Christi, & super nefanda, temeraria, & præsumptiua & hæretica conspiratione super eiusdem imaginem crucifixi; nec non & super pluribus alijs articulis (sodomitico nimirum vitio, idololatria & alijs) quos quia fore credimus manifestos, exprimi non oportet. Sicque excrebrescente infamia, imminentibus scandalis plurimis minime contemnendis, quæ non leuiter totam scandalizabant ecclesiam, vrgente conscientia, per totum orbem terrarum iam dudum ipsos capi mandauimus; & tandem cœpimus super ijs contra eos inquirere per nos ipsos, nonnullis ex fratribus nostris ascitis ad inquisitionem prædictam nobiscum solicite peragendam. Et tandem præsentatis nobis eisdem personis non paruo, sed grandi numero, non leuis, sed magnæ auctoritatis viris, olim in ordine supradicto sacerdotibus, præceptoribus, militibus, seruientibus, per eorum confessiones & depositiones spontaneas libere factas coram nobis, & fratribus nostris in secreto prius, & postmodum coram nobis, totoque collegio fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium patuit manifeste, quoad personas ipsas confitentes, dicta crimina & scelera esse vera, ijdemq; confitentes omnes & singuli suum humiliter recognoscentes errorem, nostram & Apostolicæ sedis non iustitiam, sed misericordiam & veniam implorarunt. Quibus cum omni humilitate & reuerentia, & proprij eorum recognitione erroris omnino persistentibus pro absolutione ab excommunicationis sententia, quam ex huiusmodi hæresis reatibus & sceleribus incurrerant, ipsis misericorditer impendenda; nos, qui licet indigni vicarij sumus illius, * miserationes super omnia opera eius existunt, & quia Romana mater ecclesia non claudit, prout nec claudere debet, gremium redeuntibus; facta a prædictis confitentibus cum humilitate & reuerentia abiuratione huiusmodi hæreseos secundum canonicas sanctiones, eis iuxta formam ecclesiæ fecimus munus absolutionis impendi, potestate iniungendi eis propterea salutarem pœnitentiam nobis & dictæ sedi, seu quibus id committendum duxerimus, specialiter reseruata, &c.

Vt grauissimis de causis in eos motus sit Clemens.

Vt nullo incusso metu expressa sit scelerum confessio.

Ea sæpius constāter repetita.

Data venia criminā abiurātibus.

* cuius

Da-

fratrum nostrorum prædictorum consilio, & ad eorum supplicationem instantem salutaribus monitis, paternis exhortationibus, & multa precum institimus lenitate, vt pro reuerentia Regis Regum, cuius idem Bonifacius vices gessit in terris, pro honore ecclesiæ, ac pro vitandis tantis malis & scandalis, omisso rigore, ac reiectis anfractibus denuntiationum & accusationum huiusmodi prætactum negotium, cognitionem, examinationem, ac totalem decisionem, seu determinationem eidem nostro & ecclesię supradictæ iudicio vel arbitrio, prouisioni & dispositioni totali tu ipse relinqueres, ac cum denuntiatoribus & accusatoribus prælibatis, quod similiter omnino relinquerent ordinares: ita quod nos & eadem ecclesia in negotio procedamus eodem, disponamus, & statuamus de ipso eique finem congruum imponamus, prout catholicæ fidei ac vniuersalis ecclesiæ statui & honori conueniens ac terræ prædictæ negotio & alias viderimus expedire.

Permittat totam cōtrouersiā sedi Apost.

11 Et demum post repetitas & iteratas quampluries huiusmodi nostrarum exhortationum & precum instantias, ac petitæ & habitæ longæ deliberationis inducias, te votis nostris & beneplacitis in hac parte filiales affectus de abundantia regalis clementiæ per effectum operis conformante, nos mansuetudinem regiam ac expertam in ijs potissimum deuotionis & reuerentiæ filialis gratitudinem plenis in Domino laudibus commendantes, ac volentes propterea tibi & tuis aduersus futura pericula paternæ solicitudinis studio prouidere; omnes sententias canonis & hominis & processus suspensionum, excommunicationum, interdictorum, priuationum, depositionum, & alios quoscumque processus iuris vel facti, verbo vel literis, in scriptis vel sine scriptis, directe vel indirecte, implicite vel explicite, publice vel occulte contra te, regnum tuum, denuntiatores & accusatores prædictos, ac prælatos, barones, & alios incolas regni eiusdem quibuscumque præteritis temporibus; nec non contra confœderatos, alligatos, fautores, adiutores, valitores, & sequaces tuos viuos vel mortuos, cuiuscumque nationis, præeminentiæ, honoris, ordinis, dignitatis, aut status, ecclesiastici vel mundani existant, etiam si cardinalatus, archiepiscopali, episcopali, imperiali, vel regali dignitate præfulgeant; a tempore motæ inter præfatum Bonifacium & te discordiæ, videlicet a festo sanctorum omnium, quod fuit anno natiuitatis dominicæ MCCC. citra per dictum Bonifacium per quoscumque alios in vita, vel in morte ipsius, auctoritate sua, quibuscumque causis, vel occasionibus, aut exquisitis coloribus & figmentis, quam per præfatum Benedictum immediatum successorem suum pro facto, vel occasione captionis dicti Bonifacij, & eorum, quæ in conflictu, vel facto captionis eiusdem, vel alias captione ipsius quomodolibet contigerunt, spiritualiter & temporaliter factos, & habitos, ex certis & legitimis causis relaxamus, reuocamus, irritamus, annullamus, cassamus, & ex nunc nullos, cassos, & irritos nuntiamus ex certa scientia, & de plenitudine apostolicæ potestatis: & si quæuis calumnia, macula, siue nota ex præfatis denuntiationibus, vel accusationibus, aut blasphemijs, aut quibuscumque contumelijs, iniurijs verborum vel factorum, in chartis, vel scriptis, aut quibuscumque libellis famosis, occulte & publice, aut publicatione eorundem,

Pōtificijs votis assētitur.

Omnib' sentētijs, quibus se deuinxerat, liberatur.

Detersā ab eo quā susceperat infamiæ maculā.

vel alias quoquo modo in memoratum Bonifacium in vita eius, & post mortem illatis, aut eorum assumptione, vel prosecutione, aut culpa, offensa, vel iniuria quælibet, seu infamia iuris, vel facti tibi, posteritati tuæ, denuntiatoribus, accusatoribus, prælatis, baronibus, vel alijs incolis; necnon confœderatis, alligatis, fautoribus, adiutoribus, valitoribus, sequacibusue prædictis, aut aliquibus ex eis, aut alijs consentientibus, mandantibus, vel ratum habentibus, viuis vel mortuis, ex captione prædicta, aut ex rapina, seu deperditione thesauri ecclesiæ, aut ex alijs quibuscunq; quæ in conflictu, vel facto captionis prædictæ, vel alias ipsius occasione, vt præmittitur, contigerunt, impingi, imponi, vel imputari possent in posterum, etiamsi supponeretur, vel diceretur captio ipsa facta nomine tuo, aut te mandante, procurante, vel ratum habente, aut sub vexillo tuo, vel insignijs armorum tuorum; prorsus amouemus, & tollimus, ac omnino remittimus, & quitamus, &c.]

Addit Pontifex apostolica etiam benignitate a se detergi omnem infamiæ maculam, censurarumue notam, qua præsules, proceres, alijque ob impactas Bonifacio calumnias, initam in eum coniurationem, pontificijque thesauri expilationem insti forent. Sanxit etiam Guillelmum Nogaretum, & Reginaldum Supinum equites, qui Bonifacium ceperant, eiusque thesauros rapuerant, venia donatos, modo crimen susceptis rite pœnis a Petro episcopo Prænestino, Berengario tit. SS. Nerei et Achillei, et Stephano S. Cyriaci in thermis presbyteris Cardinalibus imponendis expiarent. Et quidem Reginaldo, et alijs Campanis eius socijs nullas, cum absint, pœnas ad delendam noxam infligere, sed postea inflicturum: Nogareto vero, qui pluries coram memoratis Cardinalibus comparuerit, auditusque sit, ad criminis expiationem imperare transmarinam in Saracenos expeditionem, quam armis egregie instructus quinquennio vertente obeat, nec ab ea nisi ab ecclesia reuocatus abscedat, nulloque publico munere vnquam fungatur, neq; ob has pœnas vllius infamiæ macula aspersus censeatur. *Dat. Pictauij kal. iunij pontificatus nostri ann. 11.*

Participes sceleris in capto Bonifacio patrati pœnis ecclesiasticis subijciuntur.

12 Non exuit propterea Philippus Rex concepta in Bonifacium odia, sed iudicium iterum eodem exitu vrsisse visuri sumus: quam ne calumniatoris pœnas subiret, finxerit se orthodoxæ pietatis zelo litem mouisse, eamque ecclesiæ perscrutandam permiserit, vt suo loco dicetur. Interim cum Pictauio Parisios esset reuersus, exagitandos discruciandosque supplicijs Templarios suscepit ob immania defectionis a Christo, magiæque crimina ab accusatoribus ijs obiecta. Rem adeo insolentem ex his initijs prodijsse ferunt a; priorem e Monte Falcone Tholosę inquinatissimū flagitijs & hęreseos nota inustum a magistro ordinis perpetuo addictum carceri, atq; alium equitē Noffum nomine, Florentinum genere, suis insignē sceleribus custodiæ traditum, communicato consilio, seque ex ergastuli squalore liberandi spe regijs magistratibus horrenda Templariorum ordinis flagitia indicasse, prædæque ingentis ex Templariorum maximis opibus redigendæ occasionem patere docuisse: donatos tamen impunitate male perisse, nam & Noffum laqueo demum extinctum, prioremque gladio cæsum esse. Ea vero per calumniam subornata nonnulli scripsęre b, inter quos S. Antoninus hæc ha-

Instaurata postea eadem lis a Philippo.

a Io. Vill. l. 8. c. 92. Bosius p. 2 l. 1.

b Hotsem in Theob. 29. & alij.

firmatum iuramento impium & prælatorum perturbationi occasionem præbens omnino apparebat. Super huius igitur ambiguitatis deliberatione sollicitus Pontifex, consilium secretum quæsiuit a domino Cardinale Pratensi, viro sagaci, scripturarum peritissimo, & in agibilibus mundi experientissimo, qui & nouerat secrete tractata. Cui respondit: quod hic solum vnum restabat remedium, videlicet dissimulatio; & quia Regi significaret rem vtique arduam esse & difficilem, nec omnes Cardinales assentire huic rei: & ideo, vt efficacius petitio sua fortiatur effectum, opus celebrari generale concilium, & in ipso concilio proponantur articuli contra ipsum Bonifacium, quod erit ad maiorem eius vituperationem, & stabilius firmari poterit processus contra eum. Et ne impedimentum habeat negotium solum, vniuersis publicetur edictum de concilio celebrando vniuersali, ad reformationem morum, & quædam ecclesiæ proficua instituendum, & tunc in eo congregato sua petitio impleretur. Vt autem locus sit magis communis omnibus quo ad situm, quod assignetur illud celebrandum Viennæ, vbi omnes nationes fidelium satis apte concurrere possunt. His propositis, Rex contradicere non valebit: tu autem cum curia illuc pergens eris extra territorium iurisdictionis Regis in tua libertate, nec tibi vel curiæ nocere valebit. Placuit Pontifici consilium Pratensis, & illud executus est. Cum autem hoc Regi exposuisset, male contentus fuit, quod res ipsa tantum differretur: verum etsi grauaretur in mente sua, tamen videns se apte contraire non posse, acquieuit placito. Sicque Pontifex de concilio celebrando publice per orbem destinauit edictum, pluraque etiam postulata a Rege gratiose concessit, vt etiam in concilio futuro quod postulauerat circa Bonifacium, obtinere speraret. Hactenus S. Antoninus.

Diffugia captat de que celebrando concilio agitat.

Delecta pro eo congregando Vienna.

Effudisse conatus suos Philippum Francorum Regem, vt Bonifacij Pontificis nomini infamia hæreseos inureretur a Clemente, ex publicis documentis constat. Angebat enim Philippum grauis cura, se apud vniuersos fideles coniectarum in Bonifacium, quem vt Christi vicarium colere tenebatur, calumniarum, patratique in eo capiendo sceleris ignominia laborare: vtque tanta facinora religionis zelo commisisse probaret, tum apud Benedictum XI. tum apud Clementem Lugduni omni studio incubuerat, vt extincto Bonifacio iudicium hæreseos intenderent: cumque vt suspectus accusator & hostis iustissime repelleretur, ex ea mora ingentia sibi & suis creari pericula querebatur, quas etiam querelas Pictauij apud Clementem vehementius vrsit. At Pontifex adducta re in consilium cum Cardinalibus, cum ij Philippi iras execrati suaderent Clementi, vt Regem a cœptis abduceret, permoueretque vt vniuersam hanc Bonifacianam litem ecclesiæ discutiendam, dirimendamque permitteret; proposuit illi Pontifex ex eiusmodi controuersiæ prosecutione veterem inter ecclesiam & regiam coniunctionem admodum labefactari posse, confundi pacem, Asiaticæ expeditionis consilia disturbari, offendi fideles, malaque ingentia oboritura: demum flexit, vt eam litem dimitteret, eumque iterum de commissis in Bonifacium flagitijs amplissima venia donauit, vt nulla ipsi posterisue ob præterita labes adhæresceret, edito ea de re subiecto decreto. a

Quę causę Philippum ad insectandum Bonifacij nomen inflammarint.

a Ex bulla autographa Cle. V quæ extat in archiu. Vat. inc. Latamur, n. 10.

Clemens, &c. Philippo Regi Francorum.

Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod denuntiantibus olim tibi nonnullis sublimibus, & magnæ auctoritatis personis, quod Bonifacius PP. VIII. prædecessor noster erat crimine prauitatis hæreticæ irretitus, quibusdam etiam ex personis eisdem ipsum super hoc accusantibus, & accusare volentibus solemniter & directe; ac requirentibus te tanquam fidei pugilem, & ecclesiæ defensorem, vt cum ex vitioso & illegitimo ingressu, progressu damnabili, peruersis actibus, detestandis operibus & perniciosis exemplis dicti Bonifacij status fidei, & ecclesiæ miserabilibus dispendijs, & ærumnis, grauisque ruinæ periculis subiaceret; ac in huiusmodi & similibus casibus, vbi de hæresi, aut illegitimitate summi Pontificis ex causa huiusmodi agitur, directrix veritatis, ac fidei, & ecclesiæ defensatrix semper extiterit inclyta domus tua, pro declaratione veritatis huiusmodi procurares generale concilium conuocari; tu, qui pudenda patris proprio libenter pallio contexisses, denuntiatorum & accusatorum ipsorum frequentibus pulsatus instantijs, & assiduis clamoribus excitatus, negotium huiusmodi pro declaratione veritatis, vt videlicet præfati Bonifacij innocentia in hac parte claresceret, sicut teste conscientia exoptabas; aut ipso, si denuntiatis, & obiectis contra eum lux veritatis assisteret, tanquam illegitimo prorsus amoto, & cunctis erroribus, iniquitatibus, & spurcitijs a domo Domini procul pulsis, de vero & legitimo pastore prouideretur ecclesiæ sanctæ Dei; vna cum prælatis, baronibus, collegijs, vniuersitatibus, & communitatibus ciuitatum, & aliarum villarum, ac clero & populo regni tui, necnon alijs præcellentibus, & magnæ auctoritatis personis status tam ecclesiastici, quam mundani, alijsque fautoribus, adiutoribus, valitoribus, & sequacibus tuis ex feruore fidei & zelo iustitiæ, ac pro reformatione status ecclesiæ & generali bono totius reipublicæ Christianæ deliberato consilio assumpsisti sub certis modis, & vijs ad laudem diuini nominis & exaltationem catholicæ fidei promouendum, ipsiusque promotioni & prosecutioni negotij tam in vita dicti Bonifacij, quam post eius obitum apud bonæ memoriæ Benedictum Papam XI. prædecessorem nostrum, & eo sublato de medio, apud nos ad ecclesiæ præfatæ regimen, licet insufficientibus meritis, diuina dispositione vocatos, dum paulo post nostræ promotionis auspicia Lugduni nobiscum pro huiusmodi, ac terræ sanctæ, & alijs negotijs arduis personaliter conuenisses; operosis studijs, & indefessis solicitudinibus institisti. Quare nobis humiliter supplicabas, vt cum exhibitionis iustitiæ in hac parte morosa protractio tibi & tuis diuersis ex causis dispendiosa foret, & periculosa quamplurimum, in negotio memorato procedere, ac exhibere super iustitiæ plenitudinem dignaremur.

Quo pietatis fuco scelus sit aggressus.

Tentata sæpius ab eo molimina.

Nos autem & fratres nostri considerantes attentius, & infra claustra pectoris meditatione solicita reuoluentes, quod infesta nimis negotij prosecutio memorati vnitatis & charitatis antiquæ inter præfatam ecclesiam, ac te & progenitores tuos, regnumque prædictum, diuina faciente clementia, seruatæ diutius esse posset multipliciter detractiua turbatiua pacis, impeditiua prætacti negotij terræ sanctæ, ac scandali generalis & malorum multiplicium productiua; ac volentes tot & tantis malis & scandalis, ne in segetem periculose succrescerent, sed præcisis radicibus suo præfocarentur in ortu, ex debito pastoralis officij solicitius obuiare; apud te de fra-

Vrgetur a Clemente vt cœptis absistat.

iuramenti adiectione, vel quacunque fuerint alia firmitate vallatæ, decernimus irritas, & inanes. *Datum Pictauij III. non. iunij anno secundo.*

8 Ad traducenda igitur in orientem occidentis arma Pontifex tollere bellorum ciuilium causas, initaue ante fœdera arctiori firmare nexu aggressus est. Ad asserendam in primis in Gallijs concordiam, tradit S. Antoninus a eo consilio Philippum Regem ac Robertum comitem Flandriæ conuenisse Clementem, vt initam iam ante inter ipsos pacem, qua perniciosissimo ac diuturno bello finis erat impositus, auctoritate apostolica corroboraret. Extat de ea confirmata IV. non. iun. exaratum diploma Clementis, (qui vbi nonnulla de ingenti eius conciliandæ inter omnes Christianos principes concordiæ, mutuarumque voluntatum coniungendarum desiderio præmisit; tum quanta voluptate fuerit delibutus, vbi adductam in Gallias felicissime pacem, ac tumultus compositos accepit; hæc demum de fœderis initi ratione adnectit b: *Post exitiosos excessus, nec non contrarietates & discordias, quas actore suggerente discordia habuerunt quondam Guido comes Flandriæ, & dilecti filij nobiles viri Robertus eius primogenitus, ipsius fratres, nec non nobiles bonæ villæ & gentes Flandriæ comitatus contra charissimum in Christo filium nostrum Philippum Regem Francorum illustrem ipsorum dominum; ex quibus plurima guerrarum incommoda, rerum & personarum pericula, sicut est vbique quasi notorium prouenerunt; placuit altissimo, qui actor pacis & amator charitatis existit, quod dissensiones huiusmodi sedarentur. Ipse quidem Rex attente considerans, & prudenter aduertens, quod exaltat mansuetos Dominus in salutem, quoque optimum vindictæ genus existit nolle punire cum possit, & quod magnificæ parcere magnanimitas est censenda; ac propterea eligens erga dictum Robertum, eius fratres, & alios supradictos, vti potius in hac parte mansuetudine, quam rigore; ipsos ad eius obedientiam & mandata humiliter redeuntes, ad gratiam suam de abundantia clementiæ regalis admisit: sicque inter Regem prædictum ex vna parte, dictosque Robertum, eius fratres, nobiles, & alios supradictos ex altera est pax & concordia, diuina faciente clementia, reformata.*

a Ant. 3. p. tit. 21. c. 1 §. 1.
Pacis fœdera Francos inter & Belgas confirmat Pontif.
b Lib. 2. ep. 287.
Eximia clementiæ laus.
Commendatur Philippus Rex ea in Belgas vsum esse.

Secutura ex eo fœdere ingentia bona describit Pontifex, subditque vt Petrus episcopus Prænestinus, Berengarius tit. SS. Nerei & Achillei, & Stephanus tit. S. Cyriaci in thermis presbyteri, & Raimundus S. Mariæ Nouæ diaconus Cardinales retulerint, se conceptam ineundæ pacis certis verbis formulam perlegisse, atque inter cætera capita illud adiectum, Robertum, aliosque fœderatos Belgas flagitaturos a prouinciæ præsulibus, vt ipsos anathemate defigerent, & eorum loca sacris interdicerent, si vnquam scriptas leges infregissent; idemque pariter ab Romano Pontifice postulaturos, vt censuris ijsdem eos percelleret, si ea perfidia se adstrinxissent, adeo vt ex nunquam, nisi ad preces Francorum Regis amouerentur: cumque Roberti oratores id etiam sedi Apostolicæ exposuissent, ad firmiori vinculo adstringendam concordiam decernere Belgas ijs pœnis implicitum iri, si pacta violare pertentassent. Vtq; sapienter statuta in opus perducerentur, Clemens Rhemensi archiepiscopo, episcopo Siluanectensi, atque abbati S. Dionysij prouinciam dedit c, vt si Robertus dux, Guillelmus, alijque proceres initas concordiæ pactiones temerassent aliquando, ijs anathema & sacrorum iustitium infligerent.

Iis flagitantibus, vt conuentum erat, obiectę ipsis si fœdifragi forent censuræ.
c Reg post quad. ep.

9 Deuincta ea religione Belgarum fide, actum de sanciendo inter Eduardum Anglorum & Philippum Francorum Reges fœdere, cuius gratia Pictauienses cœtus etiam celebratos testatur Bernardus his verbis a: *Clemens Papa cum curia vadit Pictauium magna ex parte pro tractanda, & confirmanda concordia inter Regem Franciæ Philippum, & Regem Angliæ Odoardum.* Eadem ijsdemque concepta verbis M.S. Clementis gesta, quæ ex Bernardo excerpta videntur, afferunt b. Ad componendam sane pacem, quæ Pontificis in Galliæ & Angliæ Reges propensissimo animo altius insidebat, missus fuerat c superiori deuexo anno Petrus Card. episcopus Ostiensis: *Pro finali*, vt loquitur Clemens, *completione negotiorum ipsorum, quæ restant ad præsens super pace perficienda inter charissimos in Christo filios nostros Philippum Franciæ & Eduardum Angliæ Reges illustres.* Meminit de eo Vvestmonasteriensis d, & Sabinensem vocat, quem magnis in Anglia exceptum honoribus ait: impositam vero prouinciam feliciter obijt, arctiorique nexu fœdus, coniugandis nimirum matrimonio Eduardo iuniore & Isabella Philippi filia, firmatum est.

Concilia. tum a Clem. inter Franc. & Angl. Regem fœdus.
a Ber. chr. Rom. Pon. & M. S. Vat. bibl signat. n. 3765. in Clem. V.
b Ext. in M. S. Vall. bib. sig. lit. C. n. 25.
Petrus ep. Ostien. in Angl. missus.
c Cle. l. 2.
d Vvestm. flor. hist. hoc ann.
Pax affinitate deuincta.

10 Constitutis ijs fœderibus, Philippum Francorum Regem, quem teterrimis plenam calumnijs prouocationem in Gallijs aduersus Bonifacium diuulgasse vidimus, vt iuste flagitium commisisse videretur, contendisse vt prædecessoris memoriam hæreseos crimine damnaret, eiusq; corpus, quod diuina prouidentia trecentos post annos omnis corruptionis expers seruauit, flammis daret, docet Ioannes Villanus e, cuius narrationem S. Antoninus f latinis verbis donatam historiæ insinuauit, & qua arte Regis postulata Clemens eluserit, cum non ea valeret constantia, vt aperte repellere auderet, subiectis verbis depromit: *Rex Franciæ supplicauit Papæ, quod sextam petitionem, quam ipse promiserat regi, vsque ad illam horam nondum expressam adimpleret, sicut alias obseruauerat. Et hoc erat, vt memoriam Bonifacij VIII. deleret de catalogo Pontificum, ac combureret corpus eius & ossa, asserens se posse probare contra illum per clericos suos, ipsum fuisse hæresi infectum & pluribus alijs sceleribus irretitum. Ad quam petitionem turbatus est Papa cum Cardinalibus in huiusmodi: cum rex multum instaret, vt impleret quod iuramento firmauerat sibi facto, angustiæ erant illi vndique. Nam importunius se habebat [Rex] ad offerendum probationes contra Bonifacium, & Regi iuramento [Pontifex] se obligauerat, licet eum promissionis pœniteret, id in genere se facturum. Et ex alia parte considerabat, quia hoc agere esset iniustum, & impium dedecus ecclesiæ redundans: cum Papa Bonifacius in nullo de hæresi argui valeret, sed potius ex lib. 6. quem edidit, decretalium ostendebatur sinceritas fidei eius; Sed & ipse satis ecclesiam exaltauerat in tuendis iuribus suis. Et ex Cardinalibus plures erant ab eo creati, inter quos erat Cardinalis Pratensis; vnde sequebatur, quod si damnari debebat memoria Bonifacij, etiam & Cardinales ab eo institutos oportebat a dignitate sua deijci. Quamobrem contrarij erant huic sententiæ non solum qui erant sectatores nepotis Papæ Bonifacij, sed etiam alij Cardinales, qui fuerant in electione Clementis pro Rege Franciæ. Cum ergo Pontifex perplexus esset inter has angustias, nam irritare Regem ex violatione promissi durum videbatur & scandalosum; implere vero promissum firma-*

Philippus Rex execrandum scelus nimia vlciscendi libidine cupit.
e Io. Vill. l. 8. c. 91.
f Ant 3. p. tit. 21. c. 1. §. 2.
Contendit a Clemente, vt Bonifacium crimine hæreseos damnet, eiusq; corpus redigat in cineres.
Bonifacij innocentia.
Clementis pusilla nimitas in Rege non reprimendo

incrementum, quod ad recuperationem inclyti imperij Constantinopolitani ardenter aspirans, ad id se disponit attingere viriliter & potenter.

Dum enim intra claustra nostri pectoris solicita meditatione reuoluimus, quod imperium ipsum a cultu memoratæ fidei, qui vigere solebat in eo, separatum attendimus; dum illud ab olim per quondam Michaelem Palæologum tempore, quo viuebat, & post eius obitum per Andronicum eius filium, ipsorumque complices & fautores schismaticos, & ab vnitate Christianæ fidei deuiantes, eleuatis superbiæ cornibus in diuinæ maiestatis offensam, Apostolicæ sedis iniuriam, & totius Christianitatis opprobrium conspicimus damnabiliter occupatum; multo nimirum mœrore * complectimur, trahimur in amara suspiria, & diris vexamur angustijs, & ad subueniendum ei de remedio, per quod ab ipsorum dominio, immo potius exterminio, Deo propitio, liberari & ad fidem reduci valeat orthodoxam, vias & modos libenter exquirimus, ac solicite opem & operam adhibemus. Quorum namque Christifidelium possent animi non turbari, & quorum corda ex tanto Christianitatis opprobrio non moueri? Profecto ad ipsum imperium de filiorum alienorum eripiendum manibus, ipse fidei zelus debet corda fidelium velut ignis accendere. Nam si, quod Deus auertat, præfatum Imperium ad Turcos, Saracenos, & infideles alios, qui assidue Andronicum præfatum impugnant, deuenire contingeret, graue discrimen, & confusionem grauissimam reciperet Romana mater ecclesia, totaque religio Christiana.

* complemur

Clementis metus de Constantinopoli Turcis subijcienda.

Cum itaque dictus comes,* qui idem charissimæ in Christo filiæ nostræ Catharinæ Imperatricis Constantinopolitanæ illustris vxoris suæ ad eiusdem recuperationem Imperij, vt prædicitur, ipsumque reducendum ad cultum fidei memoratæ se affirmet potenter velle intendere, & ad id disponere vires suas; multique barones, nobiles & potentes zelo deuotionis accensi secum propter hoc, sicut asseritur, sint proficisci parati; nos qui ad tam necessarij, salubris, & felicis prosecutionem negotij debemus Christianos principes solicite quærere & dirigere, diligentia exacta quæsitos & quibus possemus modis inducere & inuitare præmijs, subsidijs, & auxilijs opportunis, cupientes ab intimis quod præfatum negotium, quod non modicum Apostolicam sedem, omnesque Christi fideles nostræ fidei sæpedictæ contingit, salubrem, Deo fauente, sortiatur effectum; & considerantes attentius, quod ad eiusdem consummationem negotij absque sedis & fidelium prædictorum auxilio, sub quorum fiducia præfatum negotium comes ipse intendit assumere, non potest sufficere per seipsum; huiusmodi & alijs pluribus dignis cōsiderationibus feruenter inducti, vniuersis Christicolis in regno Siciliæ tam vitra quam citra Pharum, ac Romandiolæ, ac marchiæ Anconitanæ, & terris ac districtu Venetiarum, & eisdem Venetis communiter vel diuisim subiectis prouincijs, ac terra Venetiarum & diœcesis Castellanæ, quæ partibus præfati imperij vicinæ noscuntur fore, de fratrum nostrorum consilio verbum viuificæ Crucis deliberauimus proponendum, ac ministerium prædicandi eandem, nec non tradendi venerabile signum eius cunctis de regno prouincijs, terris, districtibus, & diœcesibus supradictis deuote petentibus vobis, & vniuersis regni, terrarum, prouinciarum, districtus, & diœcesis prædictorum prælatis prouidimus committendum. Quocirca fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus per vos, vel per alium seu alios, quos ad hoc idoneos esse noueritis, vniuersis Christifidelibus Rauennæ, & in prouincia Romandiolæ constitutis proponatis iuxta datam a Deo vobis prudentiam verbum ipsum, & venerabile signum crucis studeatis illud deuote recipere volentibus elargiri, &c.] Proponit Pontifex indulgentiarum præmia ijs, qui rite expiata mente sacro in schismaticos bello se deuouerint, vel ijs, qui milites suo sumptu in ea expeditione sustentarint. Quæ literæ hac loci & temporis nota consignatæ, *Dat. Burdegalis 11. id. martij anno 11.*

* ad ius

Ad suerē cum id nium Carolum faciri belli ducem creat.

Collatum crucis symbolū arma coruepturis.

7 Allicere etiam studuit ad armorum societatem cum Carolo comite Fridericum Trinacriæ Regem, cui totius insulæ decimas biennio colligendas, si conscripsisset exercitum & cum classe regia ad sacrum bellum in Græcos proficisceretur, dari voluit: qui si iter non susciperet, præsules, quibus decimarum cogendarum prouincia commissa est, eas Carolo comiti numerare iussit a. Denique, vt nihil pontificiarum partium in Caroli comitis promouendo consilio prætermitteret Clemens, Andronicum in schismatis scelere obfirmatum anathemate perculit b, atque ad diuellendos ab illius societate catholicos, fidelium communione depulit omnes, qui cum ipso sentirent; conuentionesque initas, etiam iureiurando sancitas, conuulsit.

Fridericus Rex Trinac. ad belli societatem inuitatus.

a Reg. l. 2. ep. 261. b Ibid. ep. 264. & MS. arch. Vat. de reb. Tartaror. Armen. & schism. pag. 5 ext. etiam in extrauag. com. de sententia excom.

Clemens, &c. ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum.

Andronicum Palæologum, qui Græcorū Imp. se nominat, tanquam eorundem Græcorum antiquatorum schismaticorum & in antiquato schismate constitutorum, & per hoc hæreticorum & hæresis ipsorum, ac schismatis antiquati fautorem, de fratrum nostrorum consilio denunciamus excommunicationis sententiam latam a canone incurrisse, ac ipsius fore sententiæ vinculo innodatum. Cæterum vniuersis & singulis Regibus, principibus, & ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, & cæteris omnibus, cuiuscumque sint præeminentiæ, conditionis, aut status; necnon vniuersitatibus ciuitatum, castrorum, & aliorum locorum districtius inhibemus, ne cum eodem Andronico Palęologo, in huiusmodi excommunicatione manente, societatem vel confœderationem aliquam cōtrahere sub quouis ingenio, vel machinatione præsumant; vel ei alias in ijs, pro quibus excommunicatus est denunciatus a nobis, præstare consilium, auxilium, vel fauorem, publicum vel occultum; et si secus præsumptum fuerit, omnes singulares personas contrarium præsumentes, non obstante qualibet indulgentia sub quacunque forma verborum vel expressione ipsis ab Apostolica sede concessa, vel imposterum concedenda, quam quoad hoc viribus volumus omnino carere, sententiam excommunicationis, quam ex nunc in ipsos ferimus, incurrere volumus ipso facto. Terras autem ipsorum, necnon & vniuersitates prædictas, quæ secus attentare præsumpserint, prout expedire videbimus, ecclesiastico subiacere curabimus interdicto; ad priuationem omnium bonorum, quæ a quibuslibet tenent ecclesijs, & ad pœnas alias spirituales & temporales, prout vtile putabimus, processuri. Et nihilominus societatem & confœderationem ipsas, etiamsi pœnarum & iura-

Anathematis sententia in Andronicum Imp. Græcorum.

Vetiti Catholici fœdus cum ipso colere.

Sacramentibus imperialis fœdus ana thema.

ticæ expeditionis consilijs institutam orationem prosequamur.

4 Obstrinxit se ad ea perducenda inter alios Reges Carolus II, Siculus, qui Hierosolymitani regni titulos gerebat, vel vnum e filijs missurum spopondit, siue ad comparandam ferro Syriam, seu partam Tartarorum armis recipiendam, vt constat e literis, quibus illum Clemens ingenti auri vi, qua Rom. ecclesiæ deuinctus erat, liberauit a: *Conuenisti & promisisti*, his Carolum compellat Pontifex, *quod quando passagium generale fiet pro recuperatione terræ sanctæ, tu in propria ibis persona, vel vnum de filijs tuis mittes: quod si tu, quod absit, prius rebus solueris humanis, heres tuus regni Siciliæ personaliter perget, vel vnum de fratribus, aut filijs suis in huiusmodi passagium destinabit. Et siue tu personaliter vadas, vel filium tuum mittas, siue dictus heres tuus vadat, aut fratrem, vel filium suum mittat, duces tu vel ille de prædictis, qui ibit, trecentos armatos equites equos phaleratos habentes, ita quod habeat quilibet eorum tres equos, & eosdem equites ibi tandiu tenebis, siue tenebit heres tuus præfatus, quamdiu durabit ipsius passagij prosecutio generalis: & post etiam, terra ipsa, vel parte ipsius acquisita, pro illius custodia equites ipsos tandiu tenebis, aut heres tuus iam dictus tenebit ibidem, quamdiu ecclesia vtile reputabit vsque ad complementum dictorum reliquorum debiti supradicti; quodque in ipso generali passagio, & prosecutione illius quatuor mensibus singulorum annorum, quibus durabit ipsa prosecutio generalis, vel acquisita terræ custodia supradicta, tu & heres tuus prædictus habebitis viginti galeas bene armatas, atque necessarijs munitas proprijs vestris per omnia sumptibus, donec ecclesia ipsa id vtile reputabit vsque ad complementum præfatum.*

a Lib. 2. ep. cur. 23. lib priuil. Rō. eccl. to. 3. pag. 163. & 183. M. S. Vall. sig. lit. B. n. 12 pag. 328.

Carolus Rex Sicil. ad profectionem Syriacam se obstringit.

Imperata illi a Clemente subsidia.

5 *Quod si, antequam dictum passagium generale fieret, Tartari acquisiuerint dictam terram sanctam, vel partem ipsius de Saracenorum manibus, & offerant acquisitam libere restituere Christianis; & summus Pontifex, seu Romana ecclesia reputet tutum & vtile oblationem ipsam recipere, & ipse summus Pontifex, vel ecclesia, seu alij principes mundi pro recipienda ea gentem ad ipsum negotium sufficientem, quam idem summus Pontifex vel Romana ecclesia, prout sibi videbitur, & placuerit, æstimabit & arbitrabitur; tunc mittes cum dicta gente, seu aliorum principum pro recipienda terra prædicta equites centum, equos similiter phaleratos & tres equos habentes, & galeas quinque, tenendos sumptibus tuis, equites scilicet continue, & galeas quatuor mensibus singulorum annorum, quamdiu gens sufficiens ecclesiæ, vel aliorum principum ibi morabitur, vel ecclesia Romana huiusmodi equites & galeas vtiliter & necessario prouiderit ibi esse, vsque videlicet ad satisfactionem reliquorum dictorum debiti memorati.*

Vt Tartari Perfidis Syriam Christianis restituere polliciti sint.

Agitasse sane Clementem de expeditione ad restituendam Christiano cultui Syriam consilia, præter superiora demonstrant plures literæ a, quibus indictas iam ante a Gregorio X. in concilio Lugdunensi decumas ad bellicos sumptus redigi iussit: poscebatque, vt ante insinuatum est b Pontificis & principum occidentalium opem Armenia, quam Saraceni continuis atterebant excursionibus, vt deleto penitus Christi cultu in Asia Europæi Asiaticas expeditiones amplius non cogitarent. Verum de Saracenis hoc anno feliciter triumphatum ab Armenis, refert Iordanus c; *Saraceni*, inquit, *intrauerunt Armeniam, sæpius discurrerunt, & afflictiones multas patriæ intulerunt. Tandem* MCCCVII. *de septem millibus vsque ad Tarsum percurrentibus vix euadere potuerunt trecenti, quoniam mortui vel capti fuerunt: nec amplius Saraceni ausi fuerunt regnum introire, sed treuguas inuicem firmauerunt*. Eæ autem non diu tenuere, conflataque sunt proximo anno ad Armeniam tutandam auxilia.

Coactæ decumæ.

a Ep. com. 446. 448. 449.

b Anno 1306. n. 13

c Ior. chro. M. S. Vat. signat. nu. 1960. c. 23 de Tartar.

Saraceni in Armenia deleti.

6 Nec modo de propugnanda Armenia, Syriaque a Saracenis vindicanda actum est, verum etiam Constantinopolitano Imperio schismaticis eripiendo, ex quo ingentis ad religionem in Asia instaurandam præsidij spes affulgebat a. Iunxerat ob id armorum fœdus cum Venetis Carolus Andegauiæ comes, idemque dux Valesiorum, qui vxoris Catharinæ, Balduini II. Imperatoris Constantinopolitani neptis, iura ab Andronico Palæologo occupata recuperare, atque orientale imperium ad ecclesiæ obsequium reuocare meditabatur, ac Pontifex fideles ad religiosam militiam accepto crucis symbolo profitendam, propositis indulgentiarum præmijs, excitari iussit b; ipsos enim optime de ecclesia merituros, si operam ad eripiendum Græcis imperium, ne Turci eo aliquando potirentur, collocarent: *Profecto*, inquit, *ad ipsum imperium, de filiorum alienorum eripiendum manibus, ipse fidei zelus debet corda fidelium velut ignis accendere, nam si, quod Deus auertat, præfatum imperium ad Turcos, Saracenos, & infideles alios, qui assidue Andronicum præfatum impugnant, deuenire contingeret, graue discrimen & confusionem grauissimam reciperet mater ecclesia, totaque religio Christiana, &c. Dat. Burdegal.* VI. *idus martij anno* II. Quam iuste hæc decerneret Clemens, tristis rerum euentus edocuit. Ad sustinendos vero illius contra schismaticos sacri belli sumptus decimæ c imperatæ, iussique præsules ad inflammandam ad pia arma iuuentutem Christianam nauare operam d.

a M. S. arch. Vat. de reb. Tart. Arme. & Schismat. pag. 1. 2. 3.

Meditāti Carolo Val. Comiti recuperare Const. imperium fauet Clē.

b Lib. 2. ep 273.

Perpendit periculū ne in Turcorum redigatur potestatem.

c M. S. arc. Vat. de reb. Tart. Armen. Schis. pag. 1. 2. 3 4.

Decimæ ea de causa impositæ.

d Ep. 273.

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Rauennati, & vniuersis episcopis prouinciæ Romaniolæ.

Plenis in Domino gaudijs exultamus, & plenitudinem sibi gratiarum exsoluimus, quod dilectum filium nobilem virum Carolum comitem Andegauensem secundum cor nostrum filium deuotionis habentes, vbi pro dilatatione & augmento catholicæ fidei profundis cogitationibus, laboriosisque vigilijs excitamur, in ipso secure quiescimus, velut in alto robustoque matris ecclesiæ membro & stabili firmamento. Ipse quidem ipsius fidei cultor eximius, pugil ecclesiæ strenuus, pacis amator inclytus, & vnitatem memoratæ fidei persequentium inimicus, sic progenitorum suorum gesta recolenda prosequitur, & eorum vestigia grandium meritorum studijs imitatur, quod ad Deum & sedem Apostolicam deuotionem filialem manifeste ostenditur habere. Scimus enim, quod ab eiusdem comitis primordio iuuentutis exaltationem ecclesiæ & fidei prædictorum, velut eiusdem ecclesiæ specialis alumnus, promouere soliciter studuit, assistens eidem ecclesiæ eiusque fidelibus temporibus opportunis; & in hoc Dei negotium agi considerans, feruenti animo, brachio potenti, & prompto exercitio, nullis parcendo laboribus, propriam & suorum exposuit personas pro defensione sæpedictæ fidei & ecclesiasticæ libertatis. Huiusmodi namque deuotionis præclaram soliditatem in eodem comite, velut in filio benedictionis & gratiæ, non diminuerunt annorum curricula, sed ex eo potius ipsa deuotio comprobatur suscepisse per lapsum temporis incre-

Agitata de profectione Constantinopolitana consilia.

mine commendo spiritum meum ; sicque anima sancta feliciter in cælum euolauit. Post mortem eius & sepulturam multa miracula ad inuocationem nominis eius facta sunt, cæci multi illuminati sunt, claudi plures erecti sunt, surdi auditum receperunt, loquelam muti non pauci, & quod maximum est, sex mortui resuscitati per merita eius, quorum nomina & loca & modus describitur in legenda eius, sed ob breuitatem dimitto. Captiui quidam carceres euaserunt, alij in mari naufragium. Institui de ijs miraculis sacrum examen Ioannes XXII. & Innocentius VI. iussere, ob quorum splendorem ac numerum decursu temporum auctum, Eugenius IV. solemni ritu ecclesiastico sanctorum honores insigni diplomate a illi decreuit.

Post mortem miraculis effulget.

Consecrata eius memoria ab Eugenio IV.

a Ext. in bullar. in Eug. IV.

IESV CHRISTI
annus 1307.

CLEMENTIS PP. V. 3. ALBERTI ROM. REG. 9. ANDRONICI IMP. OR. 24.

1 Digressus Burdegala Pictauium Clemens anno salutis millesimo trecentesimo septimo, quinta indictione, vbi Francorum, Nauarræ & Siciliæ Reges, Flandriæ comes & Carolus Valesiorum dux grauissimis de rebus colloquium habituri ipsum conuenere, Andronicum Græcorum Imperatorem anathemate perculit, Vngariæ regnum Carolo aduersus ducem Bauariæ adiudicauit, Francos inter & Anglos arctius fœdus astrinxit, Flandricam pacem confirmauit, celebrandæ synodi œcumenicæ consilium inijt, plures episcopos ad Tartaros religione Christiana excolendos transmisit; denique Philippum, Ludouicum & Carolum Reges, qui ipsum adierant, amplissimis studijs beneficijsque est complexus. Quæ singula antequam percurramus, celeberrimi illius conuentus cum ijs Regibus principibusque habiti historia illustranda est. Sane Ioannes Villanus b, Bernardus c, & S. Antoninus d Pontificem Burdegala hoc anno Pictauium concessisse consentiunt: quam profectionem nonnullæ confirmant apostolicæ literæ, ascripta est enim decimæ septimæ dies x. kal. martij apud Pessacum Burdegalensis diœcesis, atque vndecimæ adiecta VII. idus martij dies Metali Pictauiensis prouinciæ; eoque Philippi Regis Francorum precibus adductum Clementem ex Villano S. Antoninus refert his verbis: *Ipso anno scilicet* MCCCVII. *mense iunij, cum Papa Clemens ad instantiam Regis Franciæ cum curia sua ad ciuitatem Pictauiensem aduenisset, ipse Rex Franciæ Philippus cum tribus filijs suis & domino Carolo Valesiano & Loyijs alias Ludouicis germanis suis, & multis baronibus suis, ac cum comite Flandriæ cum suis filijs & fratribus venerunt ad illam ciuitatem.*

Præcipuæ res hoc anno gestæ.

b Io. Vill. l. 8. c. 91. c Ber. chr. Rom. Pon. & M. S. vat. bibl. signat. nu. 3765. in Clem. V. d Ant p. 3. tit 21. c. 1. §. 1.

Clemens e Burdegalensi secessu Pictauiū petit.

Colloquiū mit cum Philippo Rege.

2 Accessit etiam ad hos conuentus Carolus Siciliæ Rex, vt ex literis Pontificis e liquet. Neque Eduardi Regis Anglorum oratores defuere, cum is Scotico bello implicitus esset. Hunc vero Regum cum Pontifice congressum ad instaurandā in Syria rem Christianam celebratum testatur Ayrhonus f Regis Armeniæ consanguineus, qui missos ob id a Carbanda Rege Tartarorum oratores refert, rogatusque a Pontifice, vt de Syriacarum ac Tartaricarum rerū statu scriberet, Nicolao Falconi pontificio interpreti historiam, quæ typis cusa est, dictauit; suumque de conficienda Asiatica expeditione consilium exponit, de quo in præfatione hæc habet: *Non habuissem audaciam consulendi super tam arduo negotio nisi de mandato vestræ sanctitatis processisset, quæ postquam ascendit solium pastorale prouisione diuina, toto mentis affectu studuit procurare, qualiter illa sancta ciuitas Hierosolymitana Christi cruore respersa de seruitute infidelium eripi valeat, & reduci ad pristinam libertatem: & ob hanc causam Reges & principes Christianos in statu pacifico reformatos per gratiam Iesu Christi ad suum consilium reuocauit, vt super his concilium fiat, & adoratio pro subsidio terræ sanctæ.* Ad libri vero calcem ex editionis suscipiēdæ vindicandæq; de Saracenorum manibus Palęstinę temporis appetijsse subiectis argumentis adstruit a.

e Clem. l. 2. ep. cur. 23.

Accedit ad illud Carol. Rex Sicil.

Agitatum in eo de recuperāda Syria.

f Ayt. in præf. hist. Clem. l. 3. ep. com. 624.

Aytonus Pontificis iussu orientalem histor. scribit.

a Ayt. c. 55

3 *Primo enim concessit nobis omnipotens & misericors Deus pastorem, & patrem sanctissimum, qui postquam sedit in sede pontificatus prouisione diuina, toto mentis affectu diu noctuque anxie cogitauit, qualiter terra sanctæ subsidium valeat impertire, qualiter sepulchrum Domini valeat liberari a seruitute inimicorum, blasphemantium nomen Christi.* Et infra: *Ecce nunc tempus acceptabile; ecce nunc dies salutis, quo adeo firmiter demonstratur, quod terra sancta debeat liberari de potentia inimicorum: nam per gratiam Iesu Christi omnes Reges & principes Christiani, & communia inter se sunt in statu pacifico & quieto, nec aliqua procella odij, vel scandali perturbantur; sicut olim fieri consueuit; vnde Deus omnipotens hoc nobis demonstrat, volens terræ sanctæ misericorditer opitulari. Præterea omnes Christiani diuersarum partium, & regnorum fide, ac deuotione accensi parati sunt tam humeris, quam cordibus figere signum crucis, & ad terræ sanctæ subsidium transfretare, non parcendo laboribus, nec expensis, & pro nomine Iesu Christi exponere se & sua viriliter & feruenter.*

Datū ab eo ad suscipiendū bellum sacrum cōsilium.

Ecce nunc tempus acceptabile, quod Christianis a Domino demonstratur: nam potentia inimicorum fiaci Christianæ est ad præsens mirabiliter diminuta tum propter guerras Tartarorum, cum quibus nuper bellando passi fuerunt conflictum, in quo Saracenorum innumerabilis cecidit multitudo, quæ nondum potuit restaurari; tum præterea quod ille soldanus, qui regnat hodie in Aegypto, est homo nullius valoris, & nullius penitus bonitatis. Est etiam aliud, quia omnes principes, & soldani Saracenorum, qui consueuerunt impertiri subsidium & iuuamen soldano Aegypti tempore opportuno, totaliter defecerunt per potentiam Tartarorum, quod non remansit nisi vnus, qui dicebatur soldanus Meredini, cuius etiam posse, & dominia redacta sunt sub seruitute & potentia Tartarorum, & ipse personaliter est detentus: vnde his temporibus absque magno discrimine & labore poterit recuperari terra sancta, & acquiri regnum Syriæ & Aegypti, ac totaliter destrui ac confundi potentia inimicorum impiorum facilius per gratiam Iesu Christi, quam fieri potuisset multis temporibus iam elapsis. Ecce nunc tempus acceptabile Christicolis a Domino demonstratum, nam Tartari offerunt se paratos Christianis dare subsidium & iuuamen toto posse contra perfidos Saracenos; & ob hanc causam Rex Tartarorum Carbanda speciales nuntios destinauit, qui fratris sui Casani vestigijs inhærendo, offert se exponere libentissime posse suum ad subuersionem & totalem destructionem inimicorum nominis Iesu Christi. Et tempore quidem isto cum auxilio Tartarorum terra sancta recuperari posset, & regnum Aegypti absque magno discrimine faciliter subiugari. Decet igitur Christianos dare subsidium terræ sanctæ & absque tarditate. De propagata inter Tartaros Christiana religione, vtque ab ea etiam Carbandas ad superstitionem Mahumeticā desciuerit, memorant auctores, Nunc de agitatæ Asia-

De Saracenorum labefactata potentia.

Missi a Carbanda Rege Tartarorum oratores ad iungēda cum Christianis arma.

 ticæ

tur. Verum certissime constat, antequam Clemens literas apostolicas ad confirmandum Carolo Regis Siciliæ nepoti Vngariæ regnum anno sequenti IV. id. augusti exararet, fuisse defunctum, vt iisdem literis suo loco afferendis Pontifex testatur a.

a Lib. 2. ep. 392.

Poloni in creando principe diuisi.

b Mich. l. 4 c. 6. Crom l. 11.

17 Ex hac vero Vvenceslai morte non modo in Boemia, vt diximus, verum in Polonia, cuius regios titulos sibi vendicabat, magnæ rerum conuersiones secutæ b: Vladislaus enim Locticus, qui post Vvenceslai senioris mortem Cracouiensem principatum, Boemis deiectis, receperat, ac iuniore Vvenceslao in Polonicæ expeditionis conatu caeso, molimina omnia ad regnum recuperandum conuertit. Congregati vero ad comitia Poloni, Boemorum Regum excusso iugo, e Polonica gente principem sibi constituere aggressi sunt, sed studijs discrepantes, alij maiori numero Vladislaum sibi prælecere, alij vt Posnanienses & Calissienses Henrico duci Glogouiensi se subiecere; cui Vladislaus bellum intulit, progressusque in Pomeraniam, eam suæ ditioni adiunxit: in qua tamen postea magnæ defectiones secutæ, bellorumque ingentium semina pullularunt.

Henricus spoliatæ ecclesiæ Tridē. regno spoliatus pœnas dedit.

Quod ad Henricum ducem Charintiæ spectat; non sine diuinæ iustitiæ exemplo adepto Boemiæ regno depulsus est, qui parentis ac fratrum perniciosis exemplis subornatus, Tridentinam ecclesiam suis iuribus exuerat: Maynardum enim ducem Charintiæ, Tirolique comitem vna cum filijs Othone, Ludouico, & Henrico censuris sæpius ab Romanis Pontificibus ob inuasa Tridentini episcopi iura vidimus: qui cum intercessore Alberto Rege concordiæ spem iniecissent, Clemens Bartholomæo episcopo Tridentino ea lege relaxandarum pœnarum auctoritatem contulit c, vt erepta ecclesiæ restituerent, iisdemque pœnis forent irretiti, cum eodem crimine se deuincirent.

c Lib. 1. to. 2. p. 126

Synodus Coloniæ a Petro archiep. congregata.

d Ext. ass. in Collect synod. Col.

Damnati Beguardi & eorum errores.

18 Hoc anno Henricus archiepiscopus Coloniensis pastorali munere egregie functus, synodum coegit d aduersus Beguardos, qui fallaci religionis specie scelera omnia exercebant. Apostolorum nomen ij sibi arrogabant, vt eo fuco simplicibus illuderent, quam sectam iam ante a summis Pōtificibus damnatam vidimus: religiosorum vero retento cultu, contra apostolicas sanctiones veteribus flagitijs fœdas hæreses adiunxerant, iactabantque puros se ab omni crimine, nec nisi ipsorum sectæ socios salutem posse adipisci; matrimonium crimini, fornicationem virtuti ducebant, coniuges altero etiam inuito sequendi Dei causa segregare se posse, &, quod horrorem cogitanti incutit, cæleste & æternum Numen perditioni obnoxium efficiebant. Quos nefarios errores cum synodus Coloniensis confutasset, huiusmodi impios mares ac fœminas religiosum illum cultum ponere, labore manuum, non mendicitate sustentare vitam intentato anathemate iussit, ac mensis vnius excurrentis spatio, ni parerent, constitutas in hæreticos leges in eos exercendas pronuntiauit. Porro alios Beguardorum errores in concilio Viennensi damnatos dicemus.

Petrus Basil. episc. ad sedem Mog. trās latus.

Traductus est hoc anno, vel proximo ineunte (quo Clementem ancipiti morbo laborasse visuri sumus) e Basiliensi sede ad Moguntinam Petrus Aichspadius, vir ingentis virtutis, qui magna exempla in gerendo episcopatu, reuocandisque amissis ecclesiæ iuribus explicuerat: commendatusque a Clemente clero Moguntino, tum Alberto Regi Romanorum pontificijs literis a, quibus eum fecit certiorem, creatum ideo Petrum non expetitis canonicorum suffragijs, quod Bonifacius etiā adhuc superstite Gerardo archiepiscopo sanxisset, præficiendi Moguntinis archiepiscopi ius sedi Apostolicæ reseruatum b. Ferunt ipsum ad eam dignitatem improuiso casu euectum, missum nempe ab Henrico comite Lucemburgensi, vt Balduinum fratrem ad ecclesiam Moguntinam promouendum curaret apud Clementem, sed ob imparem tanto muneri Balduini ætatem repulsam passum. Dum itaque reditum parabat, implicitum fuisse aduersa valetudine Clementem, cumq; Basiliensem episc. medica arte, quam olim erat professus, excellere accepisset, ipsum curandæ valetudini adhibuisse, illique breui restitutum, vt gratiam reponeret, eumdem Petrum in Moguntinam sedem extulisse, addita hac voce: *Quia tam felix esset corporum curator, maxime conuenire, vt & insignis constituatur animarum pastor, curator, & medicus.* Concepit inde Henricus Lucemburgensis graues iras in Petrum, sed is postea Henricum ad imperium Romanorum excitauit c, vt suo loco dicetur.

a Clem. l. 1. ep. com. 53 & p. 1 rend. ep.

b Serar. Mog. rer. l. 5 in Petro. Trithem. in chron. Hirsaug. Annal. archiep. Mogunt.

Restitutę Clementi valetudinis ergo ea dignitate auctus.

c Albert. Mussat. l. 1. c. 1.

Iudæi regno Francorū pulsi

d Iord. chr. M.S. vat. bibl. sig. n. 1960.

e Ber. chr. Reg. Frāc. Geneb. in chron. & alij.

Inuadit eorū spolia Philippus Rex.

f Lib. 1. to. 2. ep. 263.

Geneb. in chron.

Aurelianen. academia.

Liberata est Gallia eodem anno magna lue, damnatis nimirum perpetuo exilio Iudæis, quos etiam spoliatos bonis omnibus Philippi Regis iussu fuisse scribit Iordanus d: *Anno*, inquit, *MCCCVI. in festo Magdalenæ fuerunt capti omnes Iudæi & expulsi, confiscatis eorum bonis in regno Franciæ.* Eadem Bernardus e & alij tradunt, eaque arte Rex magnas opes cumulauit. Interea restituendæ in Gallijs pristino splendori Aurelianensis academiæ cupidus Clemens, pluribus priuilegijs ipsam exornauit, suique in illam singularis studij caussam hanc attulit f: *Quod nos olim*, inquit, *essentiam minoris status habentes legendi & docendi in legibus scientia decorauit, Dat. Lugduni VI. kal. febr.*

g Bar. in not. ad Mar. Rom. 4. id. sep.

Pia S. Nicolai Tolent. mors

h S. Ant. 3 p. tit. 24. c. 10. Sur. to 5. 10 sept. Mombrit. 6. Bar. in not. Mar. Rom. ad 4. id. sept.

i Anton. sup c. 5.

Puer Christū in Euchar. conspicit.

Augustinianis se addicit.

Audit cōcentus angelicos.

Recreatur cælestib⁹ visis.

19 Hoc anno ad immortalitatem g euolauit S. Nicolaus Tolentinas, cuius vitę exordia, exitusq; miraculis claruere; S. Nicolai enim Myrensis episc. meritis sterilibus parentibus datus, virtutemque cum ipso lacte suxisse visus, cœlestibus beneficijs adeo ornatus est, vt puer inter diuina mysteria h Christum in sacra Eucharistia conspiceret. Postea Eremitarum S. Augustini sacra instituta amplexus omni virtutum genere, multisque cælestibus prodigijs effloruit. Demum piorum laborum præmia in cælo adepturus felicissimum mortis genus obiit; quod S. Antoninus his describit i verbis: *Per sex menses ante obitum eius omni nocte ante matutinas auribus corporalibus cantum angelicum eum Dominus faciebat audire, & cum esset in vltima ægritudine, quidam visitantes eum a diuersis languoribus sanati sunt.*

Morti appropinquans, vocatis fratribus, sic eos alloquitur: Quamuis nihil mihi conscius sim, tamen non in hoc iustificatum me esse sentio, seu cognosco, & ideo si quem læsi, si in aliquo quempiam offendi, vos ipsi indicate, & delictis parcite, vt dimittantur & vobis delicta vestra. A priore petijt absolutionem, & omnia ecclesiæ sacramenta, quæ deuotissime suscepit. Deinde rogauit, vt crux poneretur ante oculos eius, vt continue aspicere posset eam. Salutans & multipliciter se ei commendans, exhilaratusque ait: Dominus meus Iesus Christus, suæ matri inhærens & beato Augustino, mihi dixit: Euge serue bone & fidelis intra in gaudium domini tui. Demum orantibus fratribus, directis oculis ad crucem ait: In manus tuas Domine

14 Dum parantur pro Armenis auxilia, professus est inter cæteros religiosam militiam, accepto crucis symbolo, Antonius Dunelmensis episcopus, idemque patriarcha Hierosolymitanus superiore anno a a Clemente ea dignitate exornatus: cuius eximium zelum Pontifex commendauit b, ac tum ipsius sociorumque bona, dum in oriente ageret, in clientelam apostolicam adsciuit: ornauit etiam pluribus alijs prærogatiuis, vt extra prouinciam pallio vteretur. Cumque Dunelmensis episcopatus causa Eboracensi archiepisc. obnoxius esset, ne ab illo iura petere teneretur sanxit c. Præterea eidem patriarchæ prouinciam imposuit c, vt Glasguensem episcopum, quem ad sedis Apostolicæ tribunal se sistere iusserat, si imperia respueret, in custodiam traderet: si vero itineri se accingeret, liberi & tuti commeatus syngrapham ab Eduardo Rege ipsi obtineret. Ea porro causa Clementem ad exercendam seueritatem ecclesiasticam in Glasguensem permouerat, cum is quæ Romano Pontifici reseruata erant, temere sibi arrogaret: *Quis tuta*, inquit, *conscientia sine offensa Dei tacere aut dissimulare valeret tantam præsumptionis arrogantiam, vt quæ solus Romanus potest Pontifex, inferior contra fas et licitum diuina & humana iura vsurpet, & in contemptum Dei, nostrum & Rom. ecclesiæ dedecus inauditam exempli perniciem vsurpare nitatur, ac falso & temerarie sibi vendicare conetur? Solus summus sacerdos Aaron, cuius Rom. Pontifex typum gerit, intrat in sancta sanctorum, solus perscrutatur & tractat, quæ intra sancta sanctorum sunt a Deo, vt Domini voce iubeat Moyses, vt si quis exterius ad perscrutandum & pertractandum accesserit, moriatur, &c.* Imponit archiepiscopo Eboracensi prouinciam, vt Glasguensem episcopum omni ecclesiæ tam in ijs, quæ ad diuina, quam quæ ad humana spectant, administratione submoueat, iubeatque intra mensem sedi Apostolicæ se sistere, vt quæ iustitia suaserit, imperia capescat.

Patriarcha Hier. crucem induit.
a Vvestm. flor. hist. ad an. 1305.
b Lib. 1. ep. 155.
Dunelmen. episcopatum gerere permissus.
c Lib. 1. so. 2. past ep. pag. 72.
Glasguensis epis. iudicio a Clem. postulatus.

Vocatum etiam hoc tempore apud Clementem in iudicium Robertum Cantuariensem archiepiscopum, ac pacis perturbatæ atque aliquorum perduellionis defensæ crimine onerasse Vvestmonasteriensis d docet: profectum itaque Anglia Burdegalam ad causam dicendam se contulisse, ac munere pontificali abstinere iussum, donec impositum crimen a se depulisset. Verum ipsum ob ecclesiasticam libertatem, quam Eduardus in pluribus labefactabat, generose contra regiam potentiam defensam in inuidiam & odium adductum, calumnijsque circumuentum ex Harpsfeldio e colligitur, vnde biennio post pristinæ dignitati bonisque est restitutus.

Cantuariensis arch. in crimen apud Clement. vocatus.
d Vvestm. flor. hist. hoc ann.
e Harpsfel hist. eccl. Angl. 13. secul. c. 9.

15 Interea cum Eduardus f senior Robertum archiepiscopum a Cantuariensi sede exulare cogeret, Robertus Brusius in eum, affectato Scotiæ regno, rebellionem mouit, quam defectionem diuinæ in Eduardum vindictæ nonnulli vertere. Admirationi sane plerisque fuit g Eduardum, qui rebellionis meditatæ certior factus a Ioanne Cumeino consiliorum Roberti participe, qui ipsas etiam Roberti literas rei indices miserat, adeo imminens periculum neglexisse, vt Robertum custodiæ non traderet. Is enim acceptis literis, quas diligentius inspectas adulteratas probaturum sequenti die contendebat, libertati permissus contentis itineribus, inuersis equorum ferreis soleis ne vestigia dignoscerentur, in Scotiam se proripuit, atque Ioannem Cumeinum apud Dumfrens IV. id. februarij in choro Minoritarum tum forte agentem, proditæ fidei increpitum gladio confixit, quem repetitis vulneribus socij confecere. Inde ea cruentatus cæde Sconam profectus mense aprili huius anni regale diadema, quod sibi hereditario iure debitum, adiudicatumque ab Eduardo perperam Ioanni Baliolo contendebat, sumpsit; collectisque raptim copijs, ad deturbandos Scotia Anglos se accinxit. Verum ab Eduardi ducibus gemino prælio deletus magna suorum strage, quorum toto regno publica cædes & proscriptio fiebat, in siluas & antra compulsus a est.

f Vvestm. flor. hist. Vvalsing. in Eduar. Boeth. Scot. hist. l. 14.
Robertus Brusius rebellionē in Eduar. mouet.
g Georg. Buchan. l. 8.
Qua arte regiam securitatem elusent. Cumeinum in loco sacro confodit.
Anglos bello aggressus prælio gemino vincitur.
a Vvalsing. Boeth. Buchan. vbi sup.

Hoc etiam anno, vt narrat Io. Magnus archiepiscopus Vpsalensis b, Suecia intestino bello implicita est: exeunte enim septembri Birgerus Rex ab Erico & Vvaldemaro fratribus, quorum odia male sopita erant, conflata coniuratione, vna cum vxore & filijs, excepto primogenito Magno, qui ad Ericum Regem Daniæ auunculum a fidissimo famulo humeris traductus est; tum etiam cum Nicolao episcopo Arosiensi ac viginti duobus proceribus interceptus est, ac Gothiæ Sueciæq; imperium fratribus permittere coactus, claususque arce Nicopensi. Inde atrox bellum exarsit, cum duces Sueciam & Gothiam vnius anni flexu sibi subiecissent, Ericus vero vinctum Regem pristinæ libertati ac dignitati asserere nitebatur.

b Magn. Goth. Suec. num. hist. l. 20. c. 17. Albert. Krantz. l. 5 c. 26.

16 Non minoribus malis Boemia inuoluta, quam Suecia, hoc anno luxit cæso Vvenceslao III. Boemiæ Rege in procinctu Polonicæ expeditionis, dum exutis ob æstum ad lineam tunicam vestibus in conclaui obambulabat. Cuius nece funesta perditæ vitæ respondente, regnum in ciuiles fluctus coniectum est, concertantibus Boemis de eligendo Rege: deniq; in Henricum ducē Charinthiæ, qui Annam Regis defuncti sororem duxerat, germanorum odio consenserunt. Sed Albertus Romanorum Rex filio duci Austriæ, pulso Henrico, regnum armis comparauit. Quibus de rebus hæc Siffridus c: *Rex Boemiæ Vvenceslaus III. nondum coronatus, occisus est fraudulenter a quodam milite, procurantibus quibusdam baronibus regni sui. Hic cū esset adolescens vix sexdecim annorū & nouiter auxisset filiam cuiusdam ducis Poloniæ in vxorem, eodem anno nuptiarum sic miserabiliter peremptus est, non relinquens heredem regni. Tunc barones dicti regni elegerunt sibi Regem ducem Carinthiæ sororium scilicet præfati Regis occisi, inconsulto tamen Rege Romanorum, cuius interest conferre tam dictum regnum. Igitur Rex Romanorum Albertus forti manu intrauit in Boemiam, & constituit ibi Regem filium suum Rodolphum ducem Austriæ, dans ei vxorem Reginam Boemiæ, videlicet Elizabetham Regis Vvencelai II. viduam. Sic ergo regnum Boemiæ ad Theutonicos translatum est.*

Vvenceslaus III. ex insidijs cæsus.
Dux Charinth. a Boemis Rex eligitur.
c Siffr. ep. l. 2.
Pellitur ab Alberto Rege Rom.
Rodulphus filius ab eo Rex Boemiæ constitutus.

His consentanea scribit Dubrauius d, qui addit Vvenceslaum perditorum morum fuisse, ac iuuenili insania regia bona in helluones & compotatores profudisse, pluresque arces vili pretio distraxisse, deinde non refuso pretio repetere voluisse: ad quod vt adigeret proceres, in eorum conspectu collocatis ordine pluribus ollis, singulas bacillo confregisse, vnumquemque suo nomine cientem, insultantemque: *Redde Regi quod regium est, alioqui tergiuersanti caput ad hunc modum comminuetur*; ac plurium odium, quos ea res afficiebat, sibi conflasse. Regnasse porro duobus tantum annis affirmat ab obitu patris, atque adeo cum Vvenceslaus senior superiori anno obierit, filij interitum in sequentem coniecisse videtur,

d Dubrau. hist. l. 19.
Vt Vvenceslaus in se coniuratos offenderit.

elperentur, decimas in ijs regnis, quibus potiebatur, ad biennium ipsi attribuit a.

a Lib. 1. ep. com. 140.

12 Permouerat Pontificem, vt in literis IV. non. Iul. eo argumento conscriptis constat, ea ratio ad ecclesiasticas opes in sumptus pro Sardinia & Corsica recuperandis conuertendas, vt Iacobus eo regno auctus potentiam suam veluti classis Christianæ præfectus maiori terrore aduersus Saracenos explicaret; agitasse enim cū de perditis Syriæ rebus instaurandis consilia, demonstrant inter cætera literæ ad Hospitalariorum equitum magistrum datæ b, quem veluti transmarinarum rerum peritissimum ad sedem Apostolicam, vt ea de re cum ipso, ac Templariorum ordinis principe conferret, exciuit. Vrgebant enim Clementem Cypri & Armeniæ Reges, vt orientali ecclesię in periculum a Saracenis adductæ opitularetur. *Nos*, inquit, *mouent non modicum ad prædicta, quam citius commode poterimus, exequenda illustrissimorum* Regum *Armeniæ atque Cypri, quibus compatimur toto corde, præsidia postulata: propter quod considerare compellimur aliquas certas vias ad ipsum negotium promouendum, super quibus tecum & cum dilecto filio magistro domus militiæ templi; de quorum circumspecta probitate, & probata circumspectione, ac vulgata fidelitate fiduciam obtinemus; deliberandum de fratrum nostrorum consilio decreuimus & tractandum: præsertim quod tu & ipse de præmissis vijs, negotijs, atque factis, & cunctis circumstantijs eorumdem propter locorum vicinitatem, longam experientiam, & meditationem diutinam melius quam cæteri cōsulere poteritis quid agendum: & quia negotium ipsum principaliter quam cæteros post nos &* Romanam *ecclesiam, vos contingit*. Et infra: *Mandamus, quod ad veniendum te pares quanto secretius poteris bono modo, & quod quanto pauciores poteris tecum adducas, de ijs, qui ad pugnandum & resistendum inimicis terramq; illam sunt habiles gubernandi, cum citra mare poteris tui ordinis socios inuenire; atq; sic prouidos, sic probatos & probos, pro te & terræ defensione, ac gubernatione vicarium, militesque tui ordinis, & alios vtiles & necessarios pro te in terra illa dimittas, quod terræ illi ex absentia tua, quæ non longa erit*, Domino *concedente, nullum possit periculum imminere. Aliquos tamen tecum adducas, qui experientia, discretione, ac fidelitate pollentes tecum nos dirigere valeant in agendis. Dat. Burdegalæ* VIII. *id. iunij*. Egregiam hoc tempore virtutem bellicam Hospitalarios equites aduersus Turcas in insulę Rhodi oppugnatione, quam demum post conserta plura annis quatuor grauissima prælia in suam redegere potestatem, explicuisse docet Bernardus his verbis c: *Anno Domini* MCCCVI. *Hospitalarij cum exercitu Christianorum oppugnare cœperunt insulam Rhodi cum circumadiacentibus insulis circiter quinque, quæ ab infidelibus Turcis, qui illas inhabitabant, sub dominio Imperatoris Constantinopolitani. Ceperunt autem statim ab initio aliquas insulas & castella, steteruntque in pugna & conflictu obsidentes pariter & obsessi annis quatuor contra Turcos, & obtinuerunt finaliter Christiani*. Coniunxisse aduersus infideles arma nonnullos Templarios ex Pontificijs literis encyclicis ad Reges, præsulesque datis idibus aprilis colligitur, quibus significauit Clemens Hymbertum Blanco equitum Templariorum in Aruernia præceptorem, ac Petrum de Leugres Massiliensem patritium, zelo defendendi Christiani nominis incitatos, gerendi in Saracenos belli prouinciam ab sede Apostolica accepisse; quos propterea, vt studijs suis complecterentur, hortatus est: quibus etiam conceptum animo restituendæ Christi cultui Palæstinæ ardorem his verbis aperuit: *Terram sanctam, quam vnigenitus Dei filius Dominus Iesus Christus, patrimonium sibi & hereditatem elegit, conspicientes feritate infidelium immaniter laterari, & coinquinatorum pedibus conculcari, acerbas sentimus in corde puncturas, quasi nostris visceribus lacessitis: ideoque vias & modos solerter exquirimus, quibus eidem terræ nostro cooperante ministerio, possint opportuna subsidia, donec tempora feliciora successerint, prouenire*. Confirmauit alijs literis Hymbertum Blanco Templariorum præceptorem ac Petrum de Leugres prænobilem Massiliensem in suscepto consilio, quos fortiter aduersus Saracenos bellum aggredi solicitauit a.

b Lib. 1. ep. 1. pag. 176

Molitur Clemens in Syria Christianam rem instaurare

Armeniæ & Cypri Reges oppressi a Sarac. Pōt. opem implorant.

Hospitalariorū magistrū ad se euocat Pont.

Hospitalarij Rhodi oppugnationem aggressi.

c Bern. in chr. Rom. Pont. & M.S. Vat. bibl. sign. n. 3765.

Tenuit illa annos quatuor.

Nonnulli Templarij cum Hospit. arma iungunt.

a Reg. post eand. ep. 176.

13 Erexit eodem tempore Clemens orientales Christianos, quos finitimi Saraceni occidentalium ope destitutos continuis excursionibus, de quibus Iordanus b meminit, lacessebant: inter quos Leonem Regem Armeniæ, eiusque patruos, qui bellum assidue gerebant cum infidelibus, ad induendos altiores animos excitauit: de ornanda enim occidentalium expeditione agi, atque interea vere proximo aliquot egregie instructas copias auxiliares ad eos traiecturas.

b Iord. M.S. chr. Vat. bib. sign. n. 1960. c. 23.

Armeni a Saracenis bello appetiti.

Venerabili c *fratri Gregorio patriarchæ & charissimo in Christo filio Leoni Regi Armenorum illustri, nobilibus viris, fr. Ioanni ordinis Minorum gubernatori terræ Armenorum dictorum, Vxiano & Amacho patruis Regis eiusdem*.

c Ext. apud Vvad. to. 3. hoc an. n. 26. ex Vat. regbuus an.

Sicut primo per venerabilem fratrem nostrum Constantinum archiepiscopum Mamistan. & deinde per dilectos filios magistrum Ioannem Antiochen. & Colozanum &. Aegidium nuncios vestros accepimus, te charissime fili Rex, regnumque tuum grauiter inimici Crucis infestant, illudque hostilibus aggrediuntur incursibus &, quod absit, moliuntur suæ ditioni subijcere, funestis fœdare ritibus inhiant, nefarij *. . secta inficere satagunt, & impuris suis legibus profanare nituntur; laboribus vestris compatimur, in vestris vobiscū aduersitatibus condolemus, in horum auditu terribili tinniunt aures, tremunt viscera, & animus noster horret, turbatur in turbationibus vestris, in filiorum nostrorum timemus pauoribus, & in exultationibus hostium contristamur: contra hæc per generale passagium prouidere cupimus, intentio nostra versatur, idque futurum, Domino fauente, speramus. Sed quia hoc dilationem ex aliqua causa posset forsan recipere, ad præsens de aliquo, in vere autem proximo de alio conuenienti & particulari subsidio vobis & regno prædicto, Deo auctore, putauimus succurrendum. Vos igitur confortamini & estote robusti, in bello fortes existite, cum antiquo serpente viriliter pugnaturi, *Dat. Burdegalæ* VI. *non. iulij*. Cæsos magna strage ab Armenis Saracenos proximo anno ex Iordano d visuri sumus. Cæterum de Ioanne Leonis Regis patruo addenda videntur, quæ de eo refert S. Antoninus e, illum nimirum iam ante gessisse sceptrum Armeniæ ac nepoti Leoni transmisisse, vt diuinis ex Franciscana disciplina vacaret, ac demum in tuenda fide sanguinem fudisse. *Rex*, inquit, *Armeniæ Ioannes dimisso regno nepoti suo Leoni ex magna deuotione ordinē Minorum intrauit, sed quia contra regnum infideles Turci insurgebant, & dictus Leo resistere eis non valebat, zelo fidei succensus arma cum habitu suo assumpsit & infideles quamplurimos fugat & prosternit, demū ab infidelibus occisus fuit*.

Eorū calamitatibus moueri se Pōt. significat.

* Mahometis.

Auxilia vere proximo pollicetur. Confirmat ad constantiam.

d Iord. chr. M.S. Vat. sign. nu. 1960.

De Ioanne Aytono.

e S. Ant. 3. p. tit. 24. c. 9. §. 13.

Dum

a Ext. apud Clem. l. 1. ep. 258.

Nouerint a *vniuersi, quod nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, & Sardiniæ & Corsicæ, comesque Barchinoniæ, ac sanctæ Romanæ ecclesiæ vexillarius, ammiratus, & capitaneus generalis, considerantes quod tempore donationis & concessionis per felicis recordationis dominum Bonifacium Papam VIII. nobis & nostris factæ in feudum de regno Sardiniæ & Corsicæ personaliter præstitimus dicto domino summo Pontifici, prout præstare debuimus iuxta continentiam rescripti papalis pro dicta concessione confecti, homagium vasallagium, & fidelitatis iuramentum sub forma in eodem rescripto contenta; attendentes etiam quod homagium & alia prædicta nos & nostri tenemur secundum conditiones in dicto rescripto contentas renouare, facere, & præstare vnicuique Romano Pontifici, & dictæ ecclesiæ infra annum a die, quo in Romanum Pontificem electus fuerit computandum, per idoneum vel idoneos substitutos, postquam nos & nostri in dicto regno præstiterimus personaliter vni Romano Pontifici iuramentum, fidelitatem, homagium, seu vasallagium supradicta; idcirco nominamus, facimus, ordinamus, & loco nostri substituimus procuratores nostros nuntios & ambasciatores solemnes discretos viros Ioannem Burgundi sacristam Maioricensem & canonicum Valentinum, ac Petrum Martini de Godor militem consiliarios & familiares nostros præsentis procuratorij exhibitores ambos insimul, & vtrumque in solidum; sic quod vnus sine altero possit procedere, & processus vnius alterius minime processum impediat, ad præsentandum se nomine, loco, & pro parte nostra ante sacram præsentiam sanctissimi in Christo patris ac domini domini Clementis, diuina prouidentia nouiter in Romanæ & vniuersalis ecclesiæ summum Pontificem ordinati; & ad præstandum loco, nomine, & pro parte nostra tamquam Regis Sardiniæ & Corsicæ & pro ipso regno Sardiniæ & Corsicæ memorato domino summo Pontifici Clementi homagium, vasallagium, & fidelitatis iuramentum iuxta tenorem dictæ donationis rescripti; & ad dandum etiam dicto domino summo Pontifici, & Romanæ ecclesiæ loco, nomine, & vice nostra literas nostras patentes bulla aurea nostra bullatas, confectas super acceptatione conuentionum & aliarum conditionum, sub quibus dictum Sardiniæ & Corsicæ regnum nobis & nostris collatum extitit & concessum. Ad quas dandas summo Pontifici & Rom. ecclesiæ prædicti papalis rescripti series nos astringit, & ad postulandum & recipiendum de præstatione homagij, vasallagij, fidelitatis, & iuramenti prædictorum, & de datione dictarum literarum nostrarum rescriptum seu rescripta papalia, aut alia publica instrumenta in æternam certitudinem, memoriam, & testimonium præmissorum.*

Procuratores idonea ad id auctoritate instruit.

Imponit partes, vt Pontificiũ rescriptũ de regni concessione eliciãt.

Nos autem ipsis & eorum alteri circa ista plenarie committimus vices nostras, ratum & gratum habituri perpetuo quod per ipsos, vel eorum alterum actum fuerit in præmissis, & quolibet eorumdem. In euidentiam cuius rei præsens scriptum per subscriptum notarium nostrum inde fieri, & maiestatis nostræ sigillo iussimus communiri. Dat. Valentiæ x. kal. maij anno Domini millesimo trecentesimo sexto. Signum Iacobi Dei gratia Regis Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ & Corsicæ, comitisq; Barchinoniæ, ac sanctæ Rom. ecclesiæ vexillarij, ammirati & capitanei generalis. Testes sunt Petrus de Ayerbe, Gondisaluus Eximini de Arenoso, Iacobus de Xertita, Berengarius de Enteza, Ioannes Martini de Suna. Signum meum Bernardi de Auarsone notarij domini Regis Aragonum prædicti, qui de mandato suo hoc scriptum feci, & clausi loco, die, & anno præfixis.

Peruenere Burdegalam Iacobi II. Regis oratores, atque vbi literas Bonifacij, quibus Iacobo Sardinia & Corsica stipendiariæ ab eodem Bonifacio essent traditæ, regioq; nomine obstringendæ fidei factam potestatem exposuissent, solemni ritu in Cardinalium consilio ea regna sedi Apostolicæ accepta retulere a: reque perfecta flagitarunt a Clemente, vt rem gestã publicis literis consignaret, atque etiam promulgaret, vt viuo Benedicto XI. alij Regis Iacobi oratores ipsius imperijs Pontifici Sardiniæ iure fiduciario acceptæ causa clientelari sponsione se deuinxissent; cũ tamen ob præcipitem Benedicti mortem diploma apostolicum de re gesta non emanasset. Admisit eorum preces Clemens, atque acta publica conscripsit. b

a Sur. ind. l. 2. hoc an.

Perfuncti imposito munere oratores.

b Lib. 1. ep. com. 258.

Clemens, &c. Ad futuram rei memoriam.

11 Dilecti filij Ioannes Burgundi sacrista ecclesiæ Maioricensis, & Petrus Martini de Godor miles Ilerdensis procuratores, nuntij, & ambasciatores Regis prædicti ad nostram præsentiam accedentes, ac recognoscentes regnum prædictum ad omnia & singula obligatum, quæ superius sunt expressa; procuratorio nomine ipsius pro eodem regno in nostra & fratrum nostrorum præsentia huiusmodi vasallagium, ligium; & homagium infra annum posteaquam ad apicem fuimus apostolatus assumpti, fecerunt & præstiterunt in ipsius Regis animam simile iuramentum: nobisque postmodum in continenti præsentauerunt & exhibuerunt ex parte Regis eiusdem litteras dicti Regis eius aurea bulla bullatas, in quibus non solum modi, conditiones, & conuentiones prædictæ; sed & totus tenor literarum dicti Bonifacij prædecessoris super concessione huiusmodi confectarum totaliter inseruntur, recognoscendo & confitendo procuratorio nomine dicti Regis, quod idem Rex regnum prædictum sub ipsis modis, conditionibus, & conuentionibus in feudum receperat: ipsosque modos, conditiones, & conuentiones dicto nomine obseruare per omnia promiserunt, prout super ijs plenam ab eodem Rege receperant potestatem, sicut de huiusmodi potestate constabat per instrumentum publicum, dicti Regis sigilli munimine roboratum.

Apostolicum ea de re diploma.

Nos itaque huiusmodi vasallagium, ligium, & homagium, recognitiones, & promissiones facta & iuramenta præstita a dictis sacrista & Petro milite procuratoribus dicti Regis nomine, vt præfertur, de prædictorum fratrum nostrorum consilio acceptamus. Tenores autem literarum eiusdem Regis, & instrumentorum prædictorum exhibitorum nobis ex parte ipsius, vt superius continetur, præsentibus inseri fecimus, qui tales sunt: *Sanctissimo ac reuerendissimo in Christo patri ac domino, domino Clementi diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ, & vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, &c.* [Affert Iacobi literas superiori anno Perpiniani exaratas, quas nos suo loco attulimus. Quibus expositis adducit eiusdem Regis diploma Valentiæ x. kal. maij hoc anno exaratum, quo oratoribus deuinciendæ sacramento Pontifici fidei prouinciam contulerat, eoque recitato subijcit]: Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam nostræ acceptationis infringere, &c. Si quis autem, &c. *Dat. Burdegalæ v. kal. iunij anno 1.* Vt vero Iacobus Rex Sardiniam & Corsicam ex inuasorum manibus eriperet, vectigalium ecclesiasticorum, quæ in terris Regi obnoxijs perci-

Admissa a Pont. regia officia ac promissa.

Data ei pro comparanda Sardinia decimæ.

cium aliquod non pararet: quin vtique vocare possent ad personalem præstationem illorum Regem Siciliæ, etiam si & quando sibi placuerit dictum dominum patrem nostrum, vel ad eum personam aliquam mittere, quę suo & ecclesię Rom. nomine illa reciperet ab eodem, cum nollet ipse dominus noster ad consequentiam trahi receptionem seu præstationem huiusmodi, nec per illam domino patri nostro, vel nobis, aut eius successoribus in præstando per procuratorem, etiam primogenitum suum, homagium & iuramentum prędicta in posterum nouum aliquod acquiri. Qua quidem protestatione, vt præfertur, emissa nos eidē domino nostro, sacro assistente collegio, dictum homagium dicti domini genitoris nostri fecimus nomine, & fidelitatis præstitimus iuramentum.

7 Et quia, sicut decet gratum filium & deuotum, cum ipsius domini nostri beneplacito in ijs & alijs concurrere promptis affectibus cupimus, & proinde nolumus propter ipsam prętationem nostram in aliquo derogari Romanę ecclesię, dicto domino nostro, aut futuro Romano Pontifici; nec domino patri nostro, nobis, aut successoribus eius in prętatione iuramenti & homagij prędictorum per procuratorem vel nuntium nouum aliquod in futurum propterea ius acquiri, ecce protestationi pręmissę liberaliter assentimus; sic tamen quod per assensum huiusmodi domino patri nostro, nobis, vel successoribus eius in iure, si quod circa id sibi quomodolibet competit, nullatenus detrahatur: & nihilominus nos facturos & curaturos expresse promittimus, quod dictus dominus genitor noster infra festum beatorum Apostolorum Petri & Pauli proximum eidem prętationi pręebebit assensum: de cuius pręebitione infra idem tempus mittet ad sedem Apostolicam regias patentes literas aurea bulla regię maiestatis impressa typario communitas. In cuius rei testimonium pręsentes fieri fecimus literas sigilli nostri appensione munitas. *Dat. Lugduni die vndecimo februarij anno Domini* MCCCVI. IV. *indict.*

Eius gesta a Carolo II. rata habita.

8 Ego igitur, pie pater, pro dicta gratia vestra gratus, sicut & de alijs vestris beneficijs esse Deo dante confido, omnia & singula in pręfatis literis dicti ducis contenta ratificans & acceptans, illis expresse consentio & mea ratihabitione confirmo. In cuius rei testimonium pręsentes literas fieri feci, & aurea bulla meę maiestatis impressa typario communiri. *Actum Neapoli anno Domini* MCCCVI. *Datum ibidem per manus Bartholomæi de Capua militis logothetæ & protonotarij regni Siciliæ sub eisdem annis Domini die* XV. *April.* IV. *indict. regnorum meorum anno* XXII. Cum se pluribus beneficijs Clementi obstrictum Carolus in superioribus literis professus sit, haud quidem inter alia id premendum silentio est, quod ei, ob pręterita bella exhausto ęrario, nonaginta trium millium vnciarum auri supra trecentas quadraginta, ad quas pontificio fisco census exactis annis debiti ergo inferendas deuinctus erat, solutio a Clemente extracta est. Et quidem primum cum Bonifacius VIII. memoratam vim auri labente anno huius sęculi secundo, & festo Petri & Pauli Apostolorum die recurrente repeteret, nec soluendo esset Carolus, ad biennij flexum solutionis diem prorogauit. Cum vero tunc Benedicto XI. vita functo sedes pastore vacaret, Carolus Rex a Cardinalium senatu precibus elicuit, vt illius auri pensio ad proximum annum proro garetur. Euecto vero superiore anno ad Pontificios apices Clemente V. Rex defuit officio: cumque censuris ob id se illaqueasset, missis oratoribus Clementem flexit, vt illum suscepta noxa solueret, diemque soluendę illius vis auri ad Apostolorum Petri & Pauli celebritatem proferret. Quo beneficio affectus Carolus, grates Pontifici pręstitit [a] regijs literis hac formula consignatis. *Dat. Neapoli per Bartholomæum de Capua militem logothetam & protonotarium regni Siciliæ anno Domini* MCCCVI. *die* XVIII. *martij* IV. *indictionis regnorum meorum anno* XXII. Appetente sacro Apostolorum Petri & Pauli die omne illud vectigale aurum tot annis debitum Pontificijs quęstoribus numerare non potuit: solitam vero in eum benignitatem explicuit Clemens: quare accepti beneficij testes repetitę sunt de extracta solutione census ad Clementem V. Caroli literę, cum in Prouinciam venisset, quę hac formula consignatę sunt. *Dat. Massiliæ anno* MCCCVI. XI. *nouembr.* V. *indict. regnorum nostrorum anno* XXII. Vt vero demum Clemens insigni liberalitate ingentem illam vim auri, quam pendere haud poterat Carolus, nisi plura ditionis suę loca, iuraue regia distraheret, condonarit, suo loco dicetur.

Alia in Carolū Clementis beneficia.

a *Ext. in arce S. Angel. & inter collect. Plat. to. I. pag. 330. & in M.S. Vallic. sign. lit. B. n. 12 pag. 568. &c.*

9 Contulit porro se proximo anno ad Clementem Carolus Rex, vt cum eo & Gallię, Anglię, Nauarrę Regibus, alijsque principibus Pictauenses conuentus iniret, quos cum celebrare pro instaurandis rebus orientalibus meditaretur Clemens, Lugduno egressus, non Italico itineri, sed Burdegalę repetēdę se accinxit. Cum vero Desesiam peruenisset XV. kal. aprilis, ne Italiæ omnino oblitus videretur, præfecerat [b] ducatui Spoletano pręnobilem virum fratrem suum Arnaldum Garsiam vicecomitem Leomanię. Quę autem mala postea e deserta prędecessorum sede, atque exteris ditioni ecclesiasticę pręfectis emerserint, videbitur inferius. Profectus est deinde Niuernum, vbi datæ VII. kal. aprilis literę ad Antonium Dunelmensem episcopum inferius addu̇cendę, indeque Bituriges adijt. De quo itinere hęc Bernardus [c]: *Papa de Lugduno recedens rediit Burdegalam, transiens per Bituricam & Lemouicas, vbi fuit in festo sancti Georgij & Petragoram, seditque in Burdegalia cum sua curia illo anno.* Bernardo consentit Vuestmonasteriensis [d], qui vetusto oraculo id prędictum subdit, sed quod vehementi fictionis suspicione laborat.

Clem Lugduno Burdegalam repetit.

b *Clem. V. an. I. to. 2. ep. 295.*

Vascones ditioni ecclesiasticæ præficit.

Eius itinera.

c *Ber. chr. Rom. Pont*

d *Vuestm. flor. hist.*

10 Asseruisse eo tempore Pontificem Iacobo II. Regi Aragonum Sardinię regnum, confirmasse que apostolica auctoritate, refert Bernardus his verbis [e]: *In mense martij Clemens Papa confirmauit Regem Aragonum in regno Sardiniæ, dictusque Rex iurauit Papæ fidelitatem pro dicto regno, promittens sub iuramento, ascendere dictam insulam in mense septembri tunc proxime venienti.* Verum irrepsisse mendum in Bernardi orationem, ac loco martij mensem maij reponendum, ex Pontificijs literis ea de re Burdegalę mense maij confectis constat; tum ex Surita [f] ac regio Iacobi diplomate X. kal. maij edito, quo Ioannem Burgundum sanctioris ęrarij ecclesię maioris Balearium pręfectum & Martinum Godorem procuratores instituit, vt Sardiniam iure fiduciario acceptam sacramento profiterentur, eoque nomine fidem Clementi deuincirent, cum non modo suffecisset Iacobum Bonifacio clientelare officium exhibuisse; verum etiam e donationis legibus singulis Romanis Pont. Aragonū Reges, euoluente se primo adepti apostolatus anno, in eorum verba iurare tenerentur. Concepta est hisce verbis Regis Iacobi diplomatis forma.

e *Ber. chr. Rom. Pont & M.S. Vatic. bibl. signat. nu. 3765.*

Rex Arag. Sardiniæ regni nomine fidē Clementi obligat.

f *Sur. ind. h. hoc an.*

Noue-

negotium (vtinam per nos humilem seruum eius feliciter consummandum) vsque ad hæc tempora prorogarit, & ad præsens, sicut firmiter speramus & credimus, tempus venerit, Domino miserante, prouisum, vt in eisdem ecclesijs, quas primitus vnio fidei in Christi charitate coniunxit, per ipsum sanioris consilij, præcisis veteris scissuræ radicibus, vnionis fœdera reformentur, cum dilectus filius magnificus vir Carolus claræ memoriæ Philippi Regis Francorum genitus comes Andegauensis, ad quem ratione charissimæ in Christo filiæ Imperatricis Constantinopolitanæ illustris coniugis suæ dictum Imperium noscitur pertinere, ad recuperationem ipsius se asserit velle feruenter & potenter intendere, & ad id exponere vires suas, multorum stipatus comitum, baronum, & aliorum nobilium comitiua; ac per hoc speremus in eo, qui in occursum implorantium nomen eius clementer exurgit, quod prædicti imperij recuperatio diutius expectata præstabitur, ac per recuperationem ipsius terræ sanctæ negotium, quod non sine lacrymarum profluuio ad memoriam reuocamus, facilius immo felicius peragetur; per id etiam præcidentur hæreses, schismata euellentur, gloria ipsius fidei orthodoxæ tanto potentiori virtute vallabitur, quanto ad laudem diuini nominis tanti imperij prouincias plurimas complectetur, & regia feliciori decorabuntur vnione; frangentur ex hoc Parthorum seu Tartarorum animi, eidem imperio vicinorum, trement Arabes, & a Christianorum facie Christi fugient inimici, & alia innumerabilia bona ex ijs fidelibus cunctis euenient; & plurima optata succedent; considerantes quoque, quod dictus comes ad sic arduæ expeditionem negotij absque sedis Apostolicæ & fidelium prædictorum auxilio non sufficit per seipsum; quodque, vtpote eiusdem ecclesiæ matris vestræ dilecti filij, quos nulla præteriuit vel mutauit aduersitas erga eam, in sic agendorum negotiorum arduorum * constituetis vos athletas Dei & fortissimos bellatores; vniuersitatem vestram rogamus, monemus & hortamur attente, obsecrantes per dominum Iesum Christum, quatenus ob reuerentiam eiusdem sedis, & nostram magnanimitate solita in promptum auxilium eiusdem comitis sub velamento diuinæ dexteræ consurgentes, sic eidem potenter & viriliter assistatis, quod dictus comes vestra & aliorum fidelium fultus potentia, felicem tanti operis exitum, annuente Domino, consequatur.] Gratuitam demum pœnarum noxarumque condonationem ijs proponit, qui expiata rite conscientia aduersus schismaticos strinxerint arma, opemue contulerint. *Dat. Lugd. xix. kal. februarij.* Solicitati etiam, transmisso ad ipsos earumdem literarum exemplo, Genuenses a, vt aduersus Andronicum arma cum Carolo Valesiano Philippi Regis Francorum fratre coniungerent.

Carolus Valesius vxoris Imperatricis iura repetere molitur.

Secutura ex imperij Græci recuperatione bona.

Tartaros & Arabes debilitatum iri.

* athletas ne

Pontificis ad Venetos exhortatio, vt illud bellum suscipiant.

a Reg. post eand. ep. Genuenses ad idē solicitati.

5 Cæterum quo expeditionis illius sacræ, reuocandique ad ecclesiæ obsequium imperij orientalis consilium perduceret Pontifex, principes inuicem conciliare studuit, præcepitque Cluniacensi & Cisterciensi abbatibus, vt inter Amedæum Sabaudiæ comitem & delphinum Viennensem mutuo implicitos bello inducias indicerent. De instruenda a Carolo duce expeditione in Græcos schismaticos iterum recurret sermo. Comparatam vero in eos hoc anno, inita a Carolo Rege Siciliæ cum Templarijs, qui ex Cypro redierant, armorum societate, in Neapolitano regno classem fuisse duce Rogerio Templario equite belli peritissimo, ac plures Templarios, aliosque viros prædæ & rapinarum cupidos in eam confluxisse, narrat Bosius a, captamque tunc Thessalonicam fuisse: sed mox Templarios in Latinos, qui aliquas Græciæ prouincias tenebant, impetus vertisse. Alias præterea maritimas oras Peloponnesi, Thraciæ & Hellesponti expilarunt Templarij, onustique diuitijs in Gallias, vt ijs tuto perfruerentur, se receperunt; effusaque luxus pompa, vitiorumque fœditate adeo omnium odia in se accenderunt, vt extremam sibi perniciem consciuerint, vt dicetur inferius.

Imperatē Sabaudū inter, ac delphinū induciæ.

a Bos. hist. equit. Hier. tom. p. 2. l. 1. Expeditio aduersus Græcos suscepta.

6 Dum prope Lugdunum Clemens agebat apud S. Genesium, Robertus b dux Calabriæ, qui anno superiore Pistoriensi obsidione pontificio iussu discesserat, parentis Caroli II. Regis Siciliæ nomine mense februario Siciliæ regnum Apostolicæ beneficentiæ, ac liberalitati solemni ritu acceptum retulit. A quo clientelares honores sibi exhibitos ita admisit Clemens, vt Romani Pontificis iuribus consultum sanxerit, Siciliæ nimirum Reges ad præstandum illud officium ad apostolicam aulam euocari posse; ac literas exerit, quibus Carolus gesta a Roberto filio rata haberet. Assensit Carolus iustis petitis, insertisque Roberti filij literis de clientis a se præstitis officijs, singula ab eo gesta confirmauit, dato hoc Neapoli ad Clementem diplomate c.

b Io. Vill. l. 9. c. 42. Robertus dux Calab. Pontifici patris nomine fidem obstringit.

Sanctissimo in Christo patri, & clementissimo domino suo, domino Clementi diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, Carolus II. Dei gratia Rex Ierusalem & Siciliæ cum omni reuerentia & honore deuota pedum oscula beatorum.

c Ext. in l. 3. priuil. Rom. eccl. pag. 127. & in arce S. Ang. & inter Coll. Plat. to. 1 pag. 305.

Robertus primogenitus dux Calabriæ, ac meus in regno Siciliæ vicarius generalis per literas suas mihi nuper aperuit, quod in præstatione sacramenti fidelitatis & homagij, ad quam eum benigne de speciali gratia meo nomine recepistis, idem primogenitus ad vestri & ecclesiæ Romanæ cautelam suas concessit literas sub serie subsequenti.

Nos Robertus illustris Ierusalem & Siciliæ Regis primogenitus Calabriæ dux, eiusque vicarius generalis tenore præsentium notum facimus vniuersis, quod die nono præsentis mensis februarij IV. indict. apud sanctum Genesium prope Lugdunum offerentibus nobis procuratorio nomine dicti domini genitoris nostri, cuius inde mandatum speciale suscepimus, sanctissimo in Christo patri & clementissimo domino nostro domino Clementi, diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, sacro dominorum Cardinalium assistente collegio, ligium homagium, & fidelitatis debitæ iuramentum pro regno Siciliæ & tota terra citra Pharum, quæ dictus dominus genitor noster a Romana ecclesia tenet in feudum, ipse dominus noster Papa tanquam pius pater & dominus benigne respondit, quod iuxta formam conuentionum initarum ab olim inter Romanam ecclesiam & claræ memoriæ dominum Carolum Regem Siciliæ auum nostrum non tenetur per procuratorem, vel nuntium homagium & iuramentum prædicta recipere; quinimmo ex illarum vigore posset ad id dominum patrem nostrum personaliter euocare, vel ad eum aliquem mittere, qui nomine Romanæ ecclesiæ præmissa reciperet ab eodem: de paterna tamen benignitate, & gratia speciali a nobis illa nomine, quo supra, reciperet, cum ea protestatione videlicet, quod ipsa receptio sibi vel futuro Romano Pontifici præiudicium

Cauet iura Pont. de vocando Rege Sicil. ad præstanda clientis officia.

ipsos ad constantiam contra extortorum minas impetusque cogeret: ex quo cum magni tumultus emersissent, contendentibus principibus ab ecclesiasticis subsidia in angustis rebus elicere, rescissis Bonifacianis edictis, sancitum est, extortores & alios, qui ipsos fulcirent, censuris implicitum iri; atque in exhibendis ab ecclesiasticis principibus pecuniarum subsidijs seruanda, quæ in Lateranensi, alijsque synodis œcumenicis fuissent decreta.

Constitutio de non exigendis a clero subsidijs temperata.

Clemens, &c. Quoniam ex constitutione felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit: *Clericis laicos*; & ex declaratione seu declarationibus ex illa postmodum subsecutis nonnulla scandala, magna pericula, & incommoda grauia sunt secuta, & ampliora sequi, nisi celeri remedio succurratur, præsumitur verisimiliter in futurum; nos de consilio Fratrum nostrorum constitutionem & declarationem, seu declarationes prædictas, & quidquid ex eis secutum est, vel ob eas, penitus reuocamus, & eas haberi volumus pro infectis, volentes & firmiter statuentes illud contra quoscumque laicos exigentes, seu extorquentes ab ecclesijs ecclesiasticisque personis tallias, seu collectas, aut exactiones quascumque, vel dantes ad id faciendum consilium, auxilium, vel fauorem; nec non & circa præstandas subuentiones laicis ab ecclesiarum prælatis & alijs viris ecclesiasticis inuiolabiliter obseruari, quod super his a prædecessoribus nostris in Lateranensi & * generalibus concilijs, quæ nos sub obtestatione diuini iudicij præcipimus obseruari, districte & salubriter est prouisum. *Dat. Lugduni kal. febr.*

Extortores ac participes tantum censuris deuincti.

** alijs*

Temperata hoc modo Bonifaciana constitutione, ita ecclesiasticorum fortunis consuluit, vt principibus eliciendi alicuius in rebus angustis subsidij spem auctoritatemque non adimeret: ad quod non adigi, sed allici & sponte ecclesiasticos consentire voluit. Atque adeo cum ex pacis inter Robertum Flandriæ comitem, ac Philippum Francorum Regem percussæ legibus Robertus grauissimam pecuniarum vim Philippo refundere, vel ipsi aliquos agros extra Flandriæ limitem comparare teneretur, atque exhaustus ærario promissis facile se exoluere non posset, Flandriæ comiti permisit a, vt ecclesiastici tam in terris Francorum regni, quam imperij ipsi obnoxijs agentes pecunijs ipsum iuuarent, modo comes ipsos imperijs suis, vel obscuris artibus ad id vi non compelleret.

a Ib. pag. 170. Permissū Flandriæ comiti, vt aliqua subsidia a clero deposceret.

Superioribus constitutionibus tertia addenda est b, qua Clemens Bonifacij sanctionem de citationibus publico edicto propositis, quæ nimiam seueritatem redolebat, mitigauit; restrinxitque ad reos, qui darent operam, ne concepta citationis formula ad ipsos perueniret.

b Ib. ep. cō. 752. Constitutio Bonif. de citatiō mitigata.

2 Sanciuit plura alia, dum Lugduni morabatur Clemens, quæ ad componendum orbem Christianum, amplificandamque ecclesiam pertinebant. Atque in primis Benedicti XI. qui zelo diuino flagrans Græcorum schismaticorum perfidiam domare armis duce Carolo Valesiorum comite in animum induxerat, inhæsurus vestigijs, pactus est cum eodem comite, vt susceptum eripiendi Græcis schismaticis orientalis imperij consilium perduceret; cum illud Catharinæ ipsius vxori Balduini a Michaele Palæologo depulsi nepti debitum esset, atque inde diuina gloria amplificanda, proferendique ecclesiæ limites essent: demum in scriptis eo argumento litteris hæc ipsi atque illius signa secuturis præmia sacra proposuit a. *Tibi & omnibus, qui pro dictæ Terræ sanctæ subsidio signum crucis nullatenus receperunt, proficiscentibus tecum in expeditionem huiusmodi negotij dicti imperij; & eis etiam, qui proprijs expensis illuc iuxta eorum facultatem miserint idoneos bellatores, vel qui, licet in alijs expensis, cum non possint suis, in personis tamen proprijs tecum curauerint proficisci, illam concedimus tui & ipsorum veniam peccatorum, quam haberetis, si transfretaretis in Terræ sanctæ subsidium prælibatæ. Crucesignatis autem pro eiusdem terræ sanctæ succursu præstando, qui tecum ad recuperandum prædictum imperium in proprijs personis accedant, vel in expensis eorum illuc iuxta eorum facultates bellatores idoneos destinauerint, similem suorum concedimus veniam peccatorum, ipsos si forsan in huiusmodi negotio dicti imperij prosecutione decesserint, ab executione voti per eos emissi de transfretando in dictæ terræ sanctæ subsidium, eadem auctoritate absoluimus, votum eorum prædictum totaliter commutando. Quod si forsan in prosecutione huiusmodi negotij, vel dicti Imperij non decesserint, ad executionem voti eorum quod pro eiusdem Terræ sanctæ emiserint, nullatenus teneantur. Negotium itaque prælibatum virtute tuæ magnanimitatis assume, & assumptum tanquam vir strenuus viriliter prosequaris, nam in ijs & alijs, vbi expedierit, Apostolicus non tibi deerit fauor. Dat. Lugduni XVIII. kal. febr.*

Constitutio in Græcos promouere, cogitat Clem. — *Expeditionem in Græcos promouere, cogitat Clem.*

a Ib. ep. 220. Præmia indulgentiarum proponit.

Vt facilius bellicos sumptus in ea expeditione ornanda profundendos toleraret, ecclesiasticorum vectigalium decimas in Gallijs obuenturas ad biennium ipsi attribuit: ingentes enim spes conceperat Clemens, Constantinopolitanā expeditionem, quæ iam ante a Benedicto XI. decreta fuerat, ac varijs de causis discussa, demum Imperatore Carolo Valesiaco confectum iri. Indictę b etiam vtriusque Siciliæ clero decimæ, quæ Friderico Regi Trinacriæ & Philippo principi Tarentino ad parandas copias ascriptæ, si eandem expeditionem obire decernerent; sin eum laborem defugerent, Carolo duci belli sacri conferendas sanxit.

Decimæ attributę.

b L. 1. to. 2 pag. 41. Frid. Trinac. Rex arma cū Carolo in Græcos iungere meditatur

3 Excitati etiam ad sacri belli societatem Veneti c, quorum res in Imperio e Græcorum manibus eripiendo ageretur, cum ad ipsos quarta illius pars, atque alterius quartæ partis dimidia ex initis olim cum Balduino conuentis pertineret.

c Ib. pag. 43. ep. cō. 220.

Clemens, &c. Dilectis filijs duci & communi Venetiarum.

Cunctis per orbem terrarum venit in publicum, quod longe iam dudum orientalis ecclesia, damnabili deceptione seducta, a Petri ouili & ecclesiæ catholicæ vnione se reddidit per iacturam execrabilis scissionis extraneam; circumsepta errorum inuolucris, pluribusque prauitatis schismaticæ falsis dogmatibus inuoluta: propter quæ felicis recordationis Martinus Papa IV. prædecessor noster, videns ex hoc quasi vniuersale prouenire dispendium, & ex tanto schismate religioni fidei orthodoxæ plurimum derogari, quondam Michaelem Palæologum, schismatis prædicti fautorem, eiusque complices, vtpote ab vnitate eiusdem fidei deuiantes, pronunciauit excommunicationis vinculo innodatos, pluribus per eundem prædecessorem quæsitis remedijs, vt imperium Constantinopolitanum de prædictorum schismaticorum manibus liberatum ad ouile Christi vicarij & vnionem catholicorum reuocaret.

De Schismaticorū erroribus.

Vt Michael Palæol. a Martino deuinctus anathemate.

4 Cum autem Regis æterni prouisio tantum nego-

rum Imperatoris Aquilonarium Tartarorum est via breuior & securior, ita quod cum nuncijs inter quinque vel sex menses poterunt peruenire. Via autem alia est longissima, & periculosissima, habens duas nauigationes, quarum prima est secundum distantiam inter Achon & prouinciam Prouinciæ, alia vero est secundum distantiam inter Achon & Angeliam, & posset contingere, quod in biennio vix perficiet viam illam, quia prima via facta non fuit a multo tempore propter guerras. Ideo sunt duodecim anni, quod de curia Romana & de nostro ordine & statu occidentis non suscepi noua. Iam sunt duo anni, quod venit quidam medicus chirurgicus Lombardus, qui de Romana curia & nostro ordine & statu occidentis istas partes incredibilibus blasphemijs infecit, propter quod multum desidero percipere veritatem. Rogo fratres, ad quos hæc litera peruenicet, vt ita studeant, quod eius continentia possit peruenire ad notitiam domini Papæ & Cardinalium & procuratorum ordinis nostri in curia Romana. Ministro generali ordinis nostri supplico pro antiphonario, legenda sanctorum, graduali & psalterio cum nota pro exemplari, quia non habeo nisi breuiarium portatile cum lectionibus breuibus, & paruum missale. Si habuero exemplar, pueri prædicti scribent. Modo sum in actu ædificandi aliam ecclesiam, ad diuidendum pueros in pluribus locis. Ego iam senui, & canus factus sum potius laboribus & tribulationibus, quam ætate: sum enim annorum quinquaginta octo. Didici competenter linguam & literam Tartaricam, quæ lingua vsualis Tartarorum est, & iam transtuli in linguam illam & literam totum nouum testamentum; & psalterium, quæ feci scribi in pulcherrima litera eorum, & scribo & lego & prædico in patenti manifesto in testimonium legis Christi. Et tractaui cum supradicto Rege Georgio, si vixisset, totum officium Latinum transferre, vt per totam terram cantaretur in dominio suo, & eo viuente in ecclesia sua celebrabam missam secundum ritum Latinum, in litera & lingua illa legens tam verba canonis, quam præfationis. Et filius dicti Regis vocatur Ioannes propter nomen meum, & spero in Deo, quod ipse imitabitur vestigia patris sui. Secundum vero audita & visa credo, quod nullus Rex, nec princeps in mundo possit æquari domino Cham in latitudine terræ, & multitudine populi, & magnitudine diuitiarum. Finis. *Data in ciuitate Cambaliech regni Catan anno Domini* MCCCV. *die* 8. *mensis ianuarij.*

Pij labores ab eo suscepti.

De Imp. Cham potentia.

Cambalia in regno Catay.

Recurret iterum mentio de Ioanne e monte Coruino, quem eiusdem ecclesiæ Cambaliensis, cuius erat conditor, creatum archiepiscopum a Clemente visuri sumus.

21 De Tartarorum rebus gestis, deque amplificata apud eos Christiana religione edidit nobilem commentarium Aythonus princeps Curchi, qui eundem Latinis verbis redditum Clementi obtulit, vt ipsum ad conficiendam pro recuperanda Palæstina sacram expeditionem incitaret; quique hoc anno in Cypro post varia cum Saracenis gesta prælia monasticæ disciplinæ sese addixit, vt ipse narrat his verbis a: *Ego frater Haythonus interfui omnibus prælibatis, qui dudum proposueram habitum sumere regularem: sed propter inconuenientia discrimina, & ardua negotia regni Armeniæ cum honore meo non poteram in tantis necessitatibus derelinquere consanguineos & amicos. Vnde postquam Deus sua pietate mihi concessit gratiam dimittendi regnum Armeniæ & populum Christianum post multos labores meos in statu pacifico & quieto, confestim votum, quod diu voueram, volui adimplere. Accepta itaque licentia a domino meo Rege & ab alijs consanguineis & amicis, in campo illo, vbi Deus de inimicis triumphum concesserat Christianis, arripui iter meum, & perueniens in Cyprum in monasterio episcopiæ Præmonstratensis ordinis suscepi habitum regularem, vt qui in iuuentute mea militaueram mundo, in seruitijs Dei residuum vitæ meæ, pompis huius sæculi relictis, consumerem anno Domini* MCCCV. *Gratias igitur ago Deo, quoniam regnum Armeniæ hodie est in statu æquo, bono, & pacifico reformatum, præcipue per modernum Regem dominum Liuonum, filium quondam domini Theodori, qui tanquam indolis gloriosæ virtutibus illustratus omnibus regentibus est speculum gratiosum.*

Aythonus iussu Clementis historiam scribit.

a Ayth. hist. orien. c. 46

Vt Præmonstr. ordinem sit ingressus.

Migrasse traditur a hoc anno ex hac vita ad felicem immortalitatem B. Ioachimus ordinis Seruorum.

Pia mors B. Ioachimi.

a Perar. in nouo cat. ex ord. Ser fab. 16. ap Nic. Burghes. patr. Se. in eius vit.

IESV CHRISTI
Annus 1306.

CLEMENTIS PP. V. annus 2. | ALBERTI ROM. REG. 8. ANDRONICI IMP. OR. 23.

1 COmposuit Clemens anno Christi millesimo trecentesimo sexto indictione quarta litem arduam de subiectis Pontifici Romano Regibus, quæ Bonifacium inter & Philippum Regem Francorum intercesserat, vniuersa re in pristinum statum restituta, reuocataque prædecessoris constitutione, de qua hæc Bernardus b: *In kalendis Februarij duas constitutiones Bonifacij quondam Papæ, vnam, quam direxerat Regi Franciæ, in qua scribebat eidem, ipsum Regem esse subiectum Romanæ ecclesiæ in temporalibus & spiritualibus: aliam vero, quæ in sexto libro decretalium est inserta c, quæ incipit: Clericis laicos, reuocauit, & omnia quæ ex ipsis consecuta.* Eadem alij d. Prioris sanctionis initium est: *Vnam sanctam*; ac licet Bonifacius ad sopienda hominum murmura duriora illius capita molliuisset, cum tamen necdum Galli quiescerent, Clemens diplomate apostolico promulgauit e, ipsos nullo nouo iure sedi Apost. subditos censendos, quam ante Bonifacianam constitutionem conditam, quam ipsorum libertati nullo modo detrahere pronuntiauit, obnoxij extitissent: *Meruit*, inquit, *charissimi filij nostri Philippi Regis Francorum illustris syncera affectionis ad nos & ecclesiam Roman. integritas, & progenitorum suorum præclara merita meruerunt; meruit insuper regnicolarum puritas ac deuotionis synceritas, vt tam Regem quam regnum fauore beneuolo prosequamur. Hinc est, quod nos Regi & regno per definitionem & declarationem bonæ memoriæ Bonifacij Papæ* VIII. *prædecessoris nostri, quæ incipit: Vnam sanctam; nullum volumus, vel intendimus præiudicium generari; nec quod per illam Rex, regnum, & regnicolæ prælibati amplius ecclesiæ sint subiecti Romanæ, quam antea existebant: sed omnia intelligantur in eodem esse statu, quo erant ante definitionem præfatam tam quantum ad ecclesiam, quam etiam ad Regem, regnum, & regnicolas superius nominatos.*

Nonnullæ Bonifacij constitutiones abrogatæ.

b Bern. in chron Ro. Pon. et chr Reg. Frā. et M S. Vat. bibl. sig. n. 3765 in Cle. V.

c De immun. eccl. in 6. incip. Cler laic.

d Mar. Pol l. 4 & alij

e Ext. inter extra uag. de pri uil. c. Meruit.

Constitutione vnā sanctam Gallorum Regis dignitati nō detrahi.

Quod ad secundam constitutionem attinet; abrogauit illam Clemens Benedicti XI. exemplo: Bonifacius enim f ecclesiasticis censuris eos inuoluerat, qui laicis decimas persoluerent, vt ipsos

f Cle. l. 3. tit. 3. ep. 56. 753. pag. 153.

rum sepeliri, accepta pro eius reconciliatione ingenti copia auri & argenti, quod ecclesiæ persecutor existens, ipsam grauissimis damnis implicasset. Nec pœnarum expers Suecus Rex Birgerus fuit, qui criminis in ecclesia in seruitutem redigenda prauis subornatus consilijs particeps extiterat. De eo enim hæc traduntur a: *Hic Birgerus primus Rex erat, qui huius Trugilli suggestione ecclesiam regnorum Gothiæ & Sueciæ tributis atque oneribus grauare non verebatur, archiepiscopumq; Vpsalensem Nicolaum & reliquos episcopos pro ecclesiastica libertate respondentes eodem auctore captiuasset, nisi se ad tutiora loca a conspectu tyranni confestim recepissent. Sed quem fructum tunc assecutus est Birgerus ex rebus Deo pridem consecratis, & postea in regium fiscum sacrilega audacia translatis? Profecto nullum alium, nisi vt ad pericula insuperabilia deiectus se & omnes suos, atque vtrumque regnum ad extremam ruinam præcipitaret, & tandem post infamem vitam infami morte periret: primo namque ad inextinguibile odium cum fratribus suis deuenit, sub quo totis sedecim annis adeo periclitatum est totum Gothorum & Sueonum imperium, vt nihil vltra ad illarum terrarum desolationem addi posse putaretur, &c.* hæc Magnus, cum quo sequenti anno Birgeri Regis calamitatum initium videbimus.

a lib. 4. 14.

18 *Eodem anno*, inquit S. Antoninus b, *in comitatu Nouariensi prouinciæ Longobardiæ exorta est quædam hæresis pessima, cuius auctor fuit quidam frater Dulcinus vocatus, qui non erat religiosus alicuius regulæ approbatæ, sed lupus sub pelle ouina habitus religiosi. Hic zizaniam disseminans in medio tritici pessimorum errorum, & inter cæteros asserens, quod omnia debebant esse communia, etiam mulieres ad commixtionem, quod quidem peccatum non erat, sed actus charitatis; & quod Papa & Cardinales, cæterique prælati ecclesiarum non erant veri pastores ecclesiæ, cum non seruarent vitam euangelicam; sed ipse erat verus apostolus Christi dignus papatu, cum pluribus alijs articulis falsitatis; multos secum populares vtriusque sexus, vilis tamen conditionis ad illam hæresim attraxit vsque ad numerum quatuor millium, qui habitabant in montibus & locis syluestribus, vt animalia bruta. Cum autem deficiebant eis victualia, prædabantur vndecunque habere potuissent, tanquam omnia forent communia. Per duos autem annos permansit talis congregatio hæreticorum. Sed quia, vt ait Saluator, omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur, ideo ad nihilum redacta est: & tædio victi paupertatis & incommodorum, qui eum sequebantur, multi eum dimiserunt ad fidem reuersi. Demum captus ipse hæresiarcha cum quadam Margarita socia sui erroris per Nouarienses, combusti fuerunt cum multis alijs vtriusque sexus perseuerantibus in pertinacia sua.* Sed de illius supplicio ac religiosa militia Clementis iussu aduersus impurissimos homines in dicta rursum inferius.

b Ant. p. 3 tit. 21. c. 1. S. 1. Bar. in M. S. sched ad hūc an.

Dulcinus hæresiarcha infanda disseminat.

Plures inficit.

Excisa ea pestis.

19 Cum epicureus ille pseudomonachus voluptatum lenocinijs simplicem populum fœdissimis erroribus irretiret, Ioannes e monte Corbino Minorita A. S. N. in oriente euangelium apud Tartaros propagabat c, cuius præclara gesta ac labores pro Christi fide amplificanda susceptos ex ipsius literis d accipere operæ pretium est. Narrat in primis vt Taurisio Persarum regia profectus anno MCCXCII. penetrarit in Indiam, & ecclesiam S. Thomæ sacram lustrarit, ac centum circiter infideles ad Christi cultum eo in loco traduxerit: dein ad Catay Tartarorum imperium excurrerit, adieritque Magnum Cham, & porrectis pontificijs literis ad Christiana sacra eum pellicere pertentarit: sed ipsum pristrinis erroribus inuolutum oculos ad euangelij lucem non extulisse, Christianos tamen regijs studijs affecisse. Addit Ioannes se duos iam annos in Chami regia versari, appetitumque fuisse calumnijs a nonnullis Nestorianis liuore in eum imbutis, quasi missa a Pontifice ad Chamum munera trucidato in India socio inuasisset: sed ex eo discrimine feliciter ereptum, affectosque supplicio calumniatores. Tum subijcit, vt Tartari ad excipiendos diuinos satus parati sint, conditaque fuerit a se Cambaliensis ecclesia.

Ioannes Minorita fidē apud Tartaros prædicat.

c Vuadingus annal. to. 3 hoc an. n. 9 et seq.

d Ext. in M. S. cod. Oderici Forojul. & ex eo apud Vuad hoc an. n. 10.

Vicario generali ministro ord. fr. Minorum, &c.

Vnam, *inquit*, ecclesiam ædificaui in ciuitate Cambaliech, vbi est præcipua residentia Regis, quam ante sex annos compleui, vbi etiam feci campanile, & ibi tres campanas posui. Baptizaui etiam ibidem, vt existimo, vsque hodie circa sex millia personarum, & nisi fuissent supradictæ infamationes, baptizassem vltra triginta millia, & sum frequenter in baptizando. Item enim successiue 150. pueros, filios paganorum ætatis infra septem & vndecim annorum, qui nullam adhuc cognoscebant legem, & baptizaui eos, informaui eos literis Latinis & Græcis ritu nostro, & scripsi pro eis psalteria, cum hymnarijs triginta & duo breuiaria, cum quibus vndecim pueri iam sciunt officium nostrum, & tenent chorum, & hebdomadas, sicut in conuentibus fit, siue præsens sim, siue nō, & plures ex eis scribunt psalteria & alia opportuna, & dominus Imperator delectatur multum in cantu eorum. Campanas ad omnes horas pulso, & cum conuentu infantium & lactantium diuinum officium facio, & secundum vsum cantamus, quia notarum officium non habemus. Quidam Rex illius regionis Georgius de secta Nestorianorum Christianorum, qui erat de genere illustri magni regis, qui dictus fuit presbyter Ioannes de India, primo anno, quo huc ego veni, mihi adhæsit, & ad veritatem veræ fidei catholicæ per me conuersus, minores ordines suscepit, mihique celebranti, regijs vestibus indutus, ministrauit. Sed quidam alij Nestoriani ipsum de apostasia accusauerunt: tamen ipse magnam populi sui partem ad veram fidem catholicam adduxit, & ecclesiam pulchram secundum regiam magnificentiam construxit ad honorem Dei nostri, sanctæ Trinitatis, & domini Papæ, vocans eam ecclesiam Romanam. Qui Rex Georgius ante sex annos migrauit ad Dominum verus Christianus, relicto filio herede ferme in cunabulis, qui nunc est annorum nouem. Fratres tamen ipsius Regis Georgij, cum essent perfidi in erroribus Nestorij, omnes quos ille conuerterat, post Regis obitum subuerterunt, ad schisma pristinum reducendo. Et quia ego fui solus, nec potui recedere ab Imperatore Cham, ire non potui ad illam ecclesiam, quæ distat ad viginti diætas: tamen si venerint aliqui boni coadiutores & cooperatores, spero in Deo, quod totum poterit reformari, nam adhuc habeo priuilegium prædicti Regis Georgij defuncti. Iterum dico, si non fuissent infamationes supradictæ, magnus fructus fuisset secutus. Si habuissem autem duos, vel tres socios coadiutores meos, forte Imperator Cham fuisset baptizatus. Rogo ergo, vt tales fratres veniant, si venire aliqui volunt, qui studeant se in exemplum dare, & non suas fimbrias magnificare.

In regia Tartaror. vrbe sex mill. hom. baptismo abluit.

Ad diuinum officium celebrandum ipsos instruit.

Rex Indicus ad fid. cathol conuersus

Vt indutus regijs vestibus in diuinis mysterijs illi inseruierit.

Rom. ecclesiam coluerit.

Eo extincto Nestoriani inuaserint.

Ioannes sodales in laboris, & gloriæ societatem vocat.

20 De via notifico, quod per terram Gothorum

Burdegalensis, cui non fuerunt anni attributi in Cardinalatu, sed obijt infra annum. Item duos veteres renouando, quos olim Bonifacius Papa VIII. deposuerat, ipse reposuit in Cardinalatu, Iacobum & Petrum de Columna, patruum scilicet & nepotem. Recenset accuratius horum titulos & nomina ex Vaticanis monumentis Felix a Contelorius & subscriptionibus Cardinalium Clementis diplomati adiectis inferius b a nobis afferendis consentit: de eadem creatione Cardinalium meminere M. S. Vaticanum c, Ptolemæus Lucensis c in historia ecclesiastica, Io: e Vill. & S. Antoninus d: qui addunt ipsum conciliasse ecclesiæ Philippum, pristinoque honori & dignitati restituisse. Verum cum iam anno superiore Philippum a Benedicto XI. rescissis omnibus Bonifacianis decretis, in pristinum decus vindicatum redditumque piorum cœtui viderimus, de renouata prædecessoris sententia, vel etiam in Philippi gratiam amplificata loqui videntur. Fauisse etiam illius petitis ostendunt Clementis literæ: meditanti enim Regi sacram ædem in Ebroicensi diœcesi in honorem aui sui S. Ludouici excitare, ad pelliciendos ad eam lustrandam populos quadraginta dierum indulgentias, recurrente S. Regis festo, atque octo consequentibus diebus adituris impertitus est. Vbi de sanctorum cultu hæc grauissime edisserit: *Sanctorum honoranda sunt corpora, & vberioribus laudum præconijs attollenda, quæ gloriosis operibus miraculorum insignijs maiestas omnium conditoris honorat, vt & nos illorum adiuti precibus, suffragijs circumfulti apud Regis æterni clementiam post vitæ præsentis excursum, statum stabilem non habentes, delictorum facilius obtenta venia supernæ beatitudinis gaudia perpetuis duratura temporibus consequamur, &c. Dat. Lugduni non nouemb.* Francorum præterea Regi decimas vectigalium Ecclesiasticorum ad quinquennium indulsisse, Villanus & S. Antoninus referunt. Concessit præterea Clemens f quinquennales decimas Iacobo Balearium Regi, vt regnum contra vicinorum Saracenorum impetus tueretur, piratarumque excursiones comprimeret, cum sumptibus pro classe apparanda conficiendis impar esset.

Iacobus, & Petrus Columnenses Cardinaliū numero restituti.

a Contel. in 1. creat. Card. d. Clē. V. ex lib. obl. Ciac. in Clem. V.
b An. 1307 n. 23.
c M. S. bib. Vat. sign. n. 3765.
c Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 39.
d Io. Vill. l. 8. c. 81.
e Ant. 3. p. tit. 21. c. 1.

Bonifacij in Philipp. censuræ abolitæ.

Sacra D. Lud. ædes a Philippo Rege excitata.

Indulgentiæ illam adituris propositæ.

De sanctorū cultu.

Decimæ Phil. Regi attributæ.

f to. 2. pag. 906.

15 Reliquit ingens sui desiderium Boemis omnibus hoc anno Vvenceslaus Boemiæ, ac Poloniæ Rex, dignis principe virtutibus excultissimus, quem prodigijs cœlestibus adeptæ felicis immortalitatis signa dedisse refert Aeneas Sylulus g, qui postea summum Pontificatum sub Pij nomine gessit: *Fueras*, inquit, *mansuetus & clementissimus princeps, & admirandus opinione sanctitatis, quæ postea vel miraculis confirmata traditur. Ioanni Brixionensi episcopo, si vera est fama, per quietem apparens, cum eum flentem tristemque reperisset, interrogauit quænam esset causa mœstitiæ: dicenti, se mortem eius æquo animo ferre non posse, incredulitatem exprobrauit, qui sacris eloquijs fidem non adhiberet, in quibus hæc verba potuisset aliquando legisse: Cum te consumptum putaueris, orieris vt lucifer, & habebis fiduciam, proposita tibi spe, & defossus securus dormies, requiesces, nec erit qui te exterreat, & deprecabuntur faciem tuam plurimi: subiungensque, paruam esse eius fidem atque inanem, si mortem sanctorum miseram putaret, repente disparuit. Episcopus excitatus verba quidem sibi dicta memoriter tenuit, sed vbinam scripta essent in sacro codice penitus ignorauit: euoluto autem concordantiarum libro, vndecime apud Iob capitulo quod quærebat inuenit. Ad tumulum autem eius insignis latro cum accessisset, exprobrans mortuo vitam, lapideæ statuæ super sepulchrum iacenti colaphum incussit; nec mora, cæcitate perculsus impietatis suæ pœnam dedit. Statua postmodum in sacrario erecta est, & alia ænea loco eius reposita, Ioannis Barbantini egregij statuarij nobile opus.*

Vvenceslaus Boem. Rex moritur.

g Aen. Syl. hist. Boem. c. 28 Dub. hist. Boē. l. 18. Chr. hist. Pol. 10. sub fin. & alij.

Videndū se episcopo ouijcit.

Monet Sāctorum mortem non lugēdam.

Sacri tumuli violator statuæ, cæcitate percussus.

Successit ipsius regnis Vvenceslaus filius a paternis virtutibus degener, qui egregia præcepta, quibus a parente morituro, Ioanne Pragensi & Theodorico Olomucensi præsulibus præsentibus, instructus fuerat, contempsit; vnde cum pater accepto vno lacero regno duo florentissima regna ob egregias virtutes reliquisset, ipse ob flagitia & duobus regnis & vita in ætatis flore exutus est. Cæterum regnante adhuc Vvenceslao seniore, Pragæ cruci affixum a Iudæis Christianum hominem, omniaque suppliciorum genera, quibus Christus pro humani generis salute affectus est, illi odio Christi in abdito subterraneo secessu sacra parasceues die illata, refert Dubrauius. Cognito vero scelere Pragensem populum non expectato iudicio Regis, qui in puniendis delictis hac voce vti erat solitus: *Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis*, exquisitissimis supplicijs de sontibus pœnas sumpsisse, atque ex Iudaicis spolijs nouo martyri monumentum posuisse.

Succedit in Boē. & Pol. regnis Vvencesl. iunior.

Iudæi Christianum in crucem suffigunt.

Dubrau. au. l. 18.

Affecti supplicijs.

16 Ad hunc annum refert Thurosius a, alijque Othonem ducem Bauariæ Vvenceslai Regis Boemiæ, ad quem ab Alberto Imperatore defecerat, munere sacra corona potitum, in Vngariam ad eripiendum Regi Carolo sceptrum se insinuasse, atque apud Albam regalem a Benedicto Vesprimiensi & Antonio Chanadiensi episcopis regia inunctione delibutum; inde Budam profectum solemnē pompam regalibus inductum vestibus duxisse; at ex illo summo fastigio breui deiectū traditumq; vinculis in Transiluania a Ladislao Vvayuoda, dein ex Vngariæ regno turpiter depulsum visuri sumus. Cuius calamitatis præsagium nonnullis visum est b, quod dum Vngariam concitatis equis pereret, coronam sacram olim a Romano Pontifice dono traditam S. Stephano Regi, quamque ab angelo datam ferunt Vngari, in itinere amisisset; quamuis eam postea inuenerit, ne c pretioso eo thesauro Vngaria orbaretur. De Othonis Bauari in Vngariam aduentu consentiunt Thurosio plures scriptores d, idque confirmant afferendæ a nobis inferius Clementis V. literæ e, quibus vocatum a nonnullis principibus Vngaris post Vvenceslai Regis Boemiæ obitum refert: affectatæ tamen tyrannidis damnat, cum Vngarica corona ad Carolum iure materno spectaret.

Otho dux Bauariæ affectat Vngariā.

a Thur. in chr. Hung. p. 2 c. 87. Bonf. dec. 2. l. 9.
b Io. Auen. ann. Boior. l. 7. Dub. l. 18.

Sacra corona redimitur.

Vt eam amiserit & reinuenerit.

c Thur. p. 2. c. 88.
d Bonf. vbi sup. Ranz. in epit. rerum Vngar. ind. 17. Io. Auent. in annal. Boior. l. 7.
e Lib. 2. ep. com. 302.

17 Per hæc tempora vidit Suecia iustissimum ecclesiasticarum opum inuasoris supplicium. Is erat, vt refert Magnus, Trugillus Canutus Regis olim Sueciæ gubernator, ac fratrum eius Erici & Vvaldemari ducum tutor, quo tempore per fas & nefas sub nomine regio grassatus erat, Regemque, vt ad inexplebilem regium fiscum implendum ecclesiarum diuitias inuaderet, persuaserat: sed quem finem tandem sortitus, describit auctor: *Præcepto*, inquit f, *eorum*, nimirum Regis fratrum, quos in illius odium adduxerat, *in villa Vvestrogothorum Lena captiuatus, & compedibus ferreis constrictus in regiam Stokholmensem deportatur; vbi decollatus ecclesiastica caruit sepultura, donec ad petitionem Regis Nicolaus archiepiscopus Vpsalensis permitteret ipsum in monasterio Minorum*

Ecclesiarum deprædator dorna vltione perit.

f Magn. l. 20. c. 17.

rum

summi Pontificis adire præsentiam, & prædicta petere ab eodem, quod alter ipsorum ea possit petere & obtinere a domino nostro summo Pontifice memorato; dantes & concedentes eis & eorum alteri licentiam liberam, & plenam auctoritatem & potestatem iurandi in anima nostra, quod super prædictis stabimus beneplacito & misericordiæ dicti domini nostri summi Pontificis; quodque ipsi vel eorum alteri circa hæc facere possint, quæ veri procuratores & nuncij facere possunt & debent, & nos etiam facere possemus si præsentes essemus: ac promittentes sub hypotheca rerum nostrarum, ratum nos habituros & firmum quidquid dicti nuncij nostri circa prædicta, vel aliquod præmissorum duxerint faciendum. In cuius rei certitudinem & cautelam præsens scriptum procurationis eis fieri, & sub parui sigilli nostri secreti pendentis munimine iussimus roborari. *Dat. Messanæ anno Domini MCCCV, mensis octob. XVII. eiusdem IV. indict.*

Procuratorum pactiones ratas habitu rũspondet

11 Paulo post Clemens Nemausum Galliæ Narbonensis ciuitatem adijt, vt pontificia diplomata XII. kal. nouemb. exarata docent a, duobusque post diebus nimirum X. kal. nouembris apud Bagnol substitit, vbi Nicolao episcopo Ostiensi, cuius potissimum opera & dolo ad summum pontificatus apicem euectus fuerat, sacrum S. Praxedi Vallisumbrosanæ familiæ templum, cum titulari Cardinale careret, administrandum contulit, iterque Lugdunum versus, vt pontificalem tiaram acciperet, intendit. Ex quo Bernardi b & Ptolemæi Lucensis, excitos in Gallias a Clemente Cardinales affirmantium, dicta confirmantur: quod etiam Ioannes Villanus testatur c, Clementem nimirum, vbi primum legationem Cardinalium deq; sua electione decretum accepisset, mandasse vt omni mora abiecta Lugdunum, vbi pôtificali diademate redimiri fixum erat animo, se conferrent; idque plerisque grauissimum extitisse, ac iustas ipsos electionis perperam celebratæ pœnas dedisse: sed in ea re S. Antoninum, d qui Villani historiam in latinum sermonem conuertere consueuit, præstat audire.

Varia Clementis itinera.
a lib. 1. ep. 1.
Lugdunũ pergit.
b Ber. in chro. Rom. Pon. & M. S. Vat. bib. sign. nu. 3765.
Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24 c. 39.
c Io. Vill. l. 8. c. 81.
Vt Cardinales illuc se conferri iusserit.
d Ant. 3. p. tit. 21. c. 1.

12 *Mandauit Cardinalibus omnibus per literas, vt sine mora accederent Lugdunum Galliæ, vt interessent coronationi suæ. Similiter etiam vocari fecit Regem Franciæ, Regem Angliæ, & Regem Aragoniæ, & alios principes vltramontanos. Ex hac autem vocatione maior pars Cardinalium grauamen sumpserunt, præcipue Italorum, existimantes se deceptos, cum crederent ipsum Romam profecturum pro sui coronatione. Vnde & dominus Matthæus de Vrsinis, qui prior erat Cardinalium & antiquior, & quasi mutus Vrbem dimittebat, percipiens de dolo suæ parti illato dixit Cardinali Pratensi: Assecutus es voluntatem tuam in ducendo curiam vltra montes, sed tarde reuertetur curia in Italiam, agnosco enim conditionem Vasconum.*

Delecta ab illo ea vrbs, vt Transalp. Reges coronationi suæ interessent.
Cardinales rẽ grauate ferũt
Grauissimum Mathæi dictũ

13 Paruere Clementi Cardinales exceptis duobus, qui senio graues iter suscipere non potuere, vt Vvestmonasteriensis ait e; additque duos ex ijs, qui dederant se itineri, ex corporis iactatione, mutationeue aeris e vita excessisse. Alij igitur Lugdunũ ad pontificiam tiarã solemni ritu ipsi conferendam se contulere, quo Philippus Francorum Rex ac plures principes amplissima stipati clientela, vt celebritatis pompam viserent cohonestarentque, confluxere, de qua malo ominata hæc Bernardus f: *Fuit autem coronatus solemniter in Lugduno dominica infra octauas S. Martini in crastino S. Bricij, scilicet XVIII. kal. decembris litera dominicali E tunc currente.* Discrepat in hoc a Bernardo Ioannes Villanus a dum festo S. Martini die id contigisse refert. *Vbi Philippus Rex Franciæ fuit præsens cum sua nobili comitiua: cumque de loco coronationis procederet coronatus cum comitiua papali pariter & regali, concurrentibus & comprimentibus se turbis, vt viderent tanquam Regem Salomonem in suo diademate coronatum, depulsa maceria cuiusdam muri non magni corruit prope Papam & etiam circumstantes, ceciditque ibi corona de capite eius; & in casu auulsus fuit carbunculus pretiosus, cuius pretium dicebatur sex millia florenorum, & ipse Papa depositus est de equo, sed minime fuit læsus. Fuerunt tunc de circumstantibus vsque ad duodecim sic collisi, quod infra paucos dies obierunt: inter quos vnus fuit maior & præcipuus dux Britanniæ Ioannes, qui sic collisus paucis diebus superuiuens diem clausit extremum.* Tenuisse aiunt b tũ equi Pontificis fræna Britannum cum Carolo Regis Francorum fratre, cum antea Philippus itineris aliquo tractu stratoris munere functus esset, ac tum a latere Pontificis obequitaret, nec periculi immunem fuisse. Addit de eius fratre Bernardus: *Frater vero Regis Franciæ dominus Carolus fuit grauiter, sed non lethaliter conquassatus, ex quibus mirati sunt vniuersi, & more vulgi plurima præsagiebant.* Versam fuisse rem malo omini tradunt etiam auctores alij.

e Vvest. flor. hist.
Ex ijs duo in itinere extincti.
f Ber. chr. Rõ. Põ. & MS. Vat. bib. sign. n. 3765. & Hocsem l. 1. c. 29.
Solemni ritu coronam pontificiam Clem. accipit.
Interest Philippus Rex.
a Io. Vil. l. 8. c. 81.
Inopino casu confunditur celebritas.
Excussa e Clem. capite tiara papalis.
Plures oppressi.
Dux Britãniæ extinctus.
b Vvest. flo. hist.
Philippus Rex antea stratoris munere erat functus.

Perfunctum eo periculo Pontificem, festo die S. Clementis, cuius gerebat nomen, nouam cæso fratre accepisse calamitatem Vvestmonasteriensis subiectis verbis testatur c: *Papa mirabiliter saluatus est: quod infortunium alicuius futuri mali prognosticum plurima gens notauit. Die S. Clementis, cum Papa primo missarum solemnia celebrasset, post prandium orta lite & mota pugna inter clientes Papæ & Cardinalium, vnus de fratribus summi Pontificis occisus est. Alterum fratrem suum cinxit Rex Franciæ baltheo militari, & multam aliam munificentiam in ciuitatibus & castellis suis contulit Papa Rex Francorum, per quod in omnibus negotijs suis expediendis gratiam multam promeruit & fauorem. Rex autem Anglorum,* is erat Eduardus, *misit domino Papæ singula vtensilia, quibus ministratur ei in camera & in mensa omnia auro purissimo per episcopos regni sui, videlicet Lichfeldensem & Vvigorniensem, & comitem Lincolniæ.*

c Vvest. ibid.
Accessit lugubre aliud præsagium.
Cæsus Põtificis frater in celebritate alia.
Alter eiusdẽ frater baltheo militari donatus a Phil. Rege.
Angl. Rex Clem. supellectilẽ confert.

14 Quod de effuso Clementis in Philippum Francorum Regem studio ait auctor, id sane Clemens factis insignibus demonstrauit. Inprimis Cardinalium numero Columnenses Iacobum & Petrum restituit, aliosque regis fidissimos aggregauit, de quibus Bernardus d: *Eodem,* inquit, *anno Domini pontificatus quoque sui anno primo in aduentu Domini pontificatus subsequenti XVIII. kal. ianuarij in Lugduno fecit X. nouos Cardinales, inter quos fuerunt Petrus de Capella Tolosanus episcop. postmodum Prænestinus, Berengarius Fredoli Biterrensis episcopus, postmodum Tusculanus, Arnaldus de Cantalupo electus Burdegalensis, frater Thomas Anglicus magister in Theologia tit. S. Sabinæ, frater Nicolaus de Francauilla confessor Regis Franciæ tit. S. Eusebij, ambo de ordine Prædicatorum presbyteri Cardinales, Stephanus archidiaconus Brugensis cancellarius Regis Franciæ, Guillelmus Arrufati, Arnaldus de Pelagrua, Remundus del Got seu de Gotho nepos Papæ, Petrus* Arnaldi Bearnensis abbas S. Crucis*

d Bern. in chr. et MS. bibl. Vat. sig. n. 3765.
Ptol. Luc. hist. eccl. MS. l. 24. c. 39.
Prima Cardinalium creatio. Illorum nomina.
* al. Raynaldi.

Burde-

cordationis dominus Bonifacius Papa VIII. prædecessor vester nobis fecit, nostrisque heredibus in perpetum feudum de regno Sardiniæ & Corsicæ cum iuribus omnibus & pertinentijs suis sub certo seruitio, sub certisque conditionibus largius conscriptis in prædicto rescripto continentiæ subsequentis: *Bonifacius episcopus seruus seruorum Dei. Charissimo in Christo filio Iacobo Sardiniæ & Corsicæ Regi illustri ad perp. rei mem. Super Reges et regna, &c.* [adducuntur litteræ Bonifacij anno pontificatus tertio exaratæ, quibus Sardiniæ & Corsicæ regna Iacobo fiduciario iure transmissa sunt, quas cum suo loco a instituta de ijs oratione insinuauerimus annalibus, superuacaneum foret, ipsas iterum exscribere: ijs ergo omissis, quæ in litteris Iacobi Regis sequuntur, decerpimus.]

Vt a Bonif. Sard. & Corsicę regna acceperit.

a Anno Ch. 1297. n. 2.

9 Idcirco, *inquit*, reducto ad memoriam nos iam tempore donationis præmissæ memorato domino Papæ Bonifacio iuxta continentiam dicti rescripti ex causis in eo scriptis iuramentum, fidelitatem, vasallagium, & homagium personaliter præstitisse; & postmodum etiam per Vitalem de Villanoua militem, & Guillelmum de Lateria ciuem Barchinonen. procuratores nostros, ambasciatores, & nuntios speciales olim per nos ad Romanam curiam destinatos homagium & alia prædicta renouasse, fecisse & præstitisse felicis recordationis domino Benedicto, præfato dom. Bonifacio in apostolatus officio succedenti; & per eosdem nuntios præfato domino Benedicto summo Pontifici dedisse litteras nostras aurea bulla nostra bullatas recognitionis, & acceptationis contentorum in rescripto prædicto iuxta eiusdem tenorem; de quorum homagij & aliorum prædictorum præstatione, nec minus de traditione litrerarum regiarum aurea nostra bulla bullatarum fuerunt concepta, seu mandata papalia rescripta, quæ sunt in cancellaria papali, aut penes cancellarium dicti quondam domini Benedicti Papæ, quia eidem domino Papæ, morte superueniente, expediri non potuerunt, neque bullari, vt hoc habuimus per assertionem nostrorum nuntiorum ad nos reuertentium prædictorum, quodque nuper in Monte Pessulano nos vobis præsentialiter obtulimus homagium & alia supradicta; considerato etiam, nos nunc ex eiusdem rescripti serie inductos nostrum constituisse procuratorem solemnem ad eadem vestræ sanctitati præstanda; prouidimus propterea, sanctissime pater, has fieri litteras bullatas bulla aurea nostra, sanctitati vestræ per prædictum procuratorem nostrum tradendas & dandas, prout fieri debere iam dicti rescripti tenor inducit: per quas siquidem litteras nunc prout ex tunc modos, conuentiones, conditiones, tenorem, & formam in dicto papali rescripto conscriptorum acceptamus expresse: & per quas etiam fatemur & recognoscimus expresse dictum Sardiniæ & Corsicæ regnum a domino summo Pontifice & Romana ecclesia recepisse in feudum sub condirionibus, modo, & forma, atque tenore, qui in dicto papali rescripro continetur: quos tenorem, modum, conditiones, conuentiones & formam promittimus nos inuiolabiliter obseruaturos. Pro quorum obseruantia obligamus nos & dictum regnum Sardiniæ & Corsicæ, iura & bona nobis competentia & competitura in eo. Humani generis conditor & redemptor personam vestram ad sua sancta seruitia conseruare dignetur per tempora longiora. *Dat. Perpiniani IV. kal. nouem. anno Domini MCCCV.*

Bened. IX fidem eorũ regnorum nomine deuinxerit.

Clementi ipsi regium hominiũ detulerit.

Gesta a se in ea causa confirmat.

Pacta inita corroborat.

10 Confirmauit postea Clemens Iacobo ea regna post accepta solemni ritu pontificia insignia: de quo hæc habet M.S. Vaticanum: *Anno Domini*, scilicet a Verbo incarnato MCCCV. *prædicto mense martij Regi Aragonum Sardiniam confirmauit, & Rex promittens & iurans Papæ fidelitatem, promisit insulam ascendere in septembri proxime veniente.* Flagitasse vero Iacobum opem, dum Montispessulani cum ipso egit, ad ea armis comparãda, refert Surita a. Postulatamq; opem explicuisse liberaliter constat tum ex literis Burdegalæ IV. non iulias exaratis b, tum ex alijs XVI. kal. nouembr. apud Montem Pessulanum datis, quibus Iacobo Regi quadriennales decimas in ipsius regnis attribuit, quarum colligendarum prouincia Valentino episc. est demãdata c. Cum etiam alijs literis ad Iacobum Regẽ datis d ad leuandos sumptus expeditionis, quam instruebat, iussit omnes vinculis anathematis ob inuectas Aegypto merces, commerciumq; cũ Saracenis earum partium habitum irretitos liberari, qui nefarij questus quartam partẽ, si mares essent, quintã, si fœminæ, Regi Aragonum impendissent. Confirmata etiam est a Clemente e, exposcente Rege eodem, venditio nonnullorum locorum, quæ Hospitalarijs distraxerat, vt pecuniam redigeret ad instruendum necessarium apparatum, cum in Italiam ab Romano Pontifice pro subijcienda Carolo Regi Siciliæ insula euocaretur, quibus litteris dies XVI. kalend. nouembris est adscripta.

Renouata a Clemente eorum regnorum donatio.

a Sur. l. 5. c. 68. in Iac. 2.

Ad ea regna sibi subijcienda opem flagitat a Pont.

b Cle. l. 1. ep. com. 140.

Annuit eius votis Clemens.

c Ibid. ep. 207.

d An. 1. l. 2. ep. c. 204.

Concessæ mulctæ ob inũustũ cum Sar. initum commercium.

e lb. pag. 37.

Confirmatæ venditiones ab eod. Rege factæ.

Hæc decernebat Clemens, eum ab æquitate abhorreret, vt Aragonij Sardiniam Corsicamque suo adijcerent imperio, nec tamen restituerent Trinacriam; tum etiam excidisset Fridericus iure in eam insulam parto ex fœdere iam cum Roberto & Carolo duce Valesiorum icto, cumque vectigal trium millium vnciarum auri Romanæ ecclesiæ, vt sancitum fuerat f, non persoluisset. At Fridericus eum in eo versaretur discrimine, procuratores ad Clementem decreuit, qui illius nomine censuras, quibus se irretierat, solui exposcerent: tum de vectigali pendendo cum Apostolica sede, commendata vniuersa re illius clementiæ, pacisceren.rur. Extant ea de re publica documenta g, quibus Trinacrij oratores ijs mandatis a Friderico fulti sunt.

f To. Ann. 14. ann. 1303. n. 25. et 28.

Frideric' ob non solutum cẽsum censuris irretitus.

g Ext. in l. priu. Rom. Eccl. to. 2. pag. 248. et in M.S. Vall. sign. lit. B. n. 12 pag. 211.

Fridericus Dei gratia Rex.

Notum facimus vniuersis, quod nos constituimus, fecimus, & ordinauimus, ac facimus & ordinamus in procuratores nostros & nuncios speciales venerabilem in Christo patrem Ioannem Syracusanum episcopum, & nobilem Corradum Lancea de castro Mamardo militem magnæ curiæ nostræ magistrum rationalem, consiliarios, familiares, & fideles nostros, vt si forte occasione tardæ missionis & tardationis pecuniæ per nos debitæ sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ pro censu insulæ Siciliæ & aliarum insularum sibi adiacentium in aliquam sententiam excommunicationis & interdicti nos & terra nostra inciderimus, vel pœnas alias temporales; quod ipsi pro nobis & dicta terra nostra misericorditer & gratiose possint petere a sanctissimo patre & domino nostro D. Clemente diuina prouidentia Papa V. absolutionẽ prædictæ sententię excommunicationis & interdicti, nec non remissionem, & relaxationem pœnarum temporalium prædictarum. Et si forte alterutrum prædictorum nunciorum nostrorum aliquo impedimenro contingeret detineri, ita quod non possent ambo dicti domini nostri

Efflagitat susceptã noxã solui.

summum Pontificem recepi & huic decreto sigillum meum apponi feci & me subscripsi, & sic omnes, qui dederunt voces suas in scrutinio, se subscribant.

Ego Theodericus ciuitatis Papalis episcopus post publicatum scrutinium ante electionem communem subsecutam accessi, & electionem mandaui fieri de venerabili patre domino Bertrando archiepiscopo Burdegalensi in summum Pontificem electo, & factæ electioni de eodem archiepiscopo consentio & consensi; & ipsum licet absentem, in summum Pontificem recipio & recepi, nec non sigillum meum huic decreto apponi feci, & sic omnes, qui accesserunt.

Qui a Cardinalibus ad eum missi.

Addidere huic decreto Cardinales alias literas, ad quas Pontifici designato Burdegalam perferendas oratores legarunt, vt narrat S. a Antoninus; Perfunctosque eo munere Guidonem abbatem Belli loci, Petrum Narbonensis ecclesiæ sanctioris ærarij præfectum, atque Andream canonicum Catalaunensem, e subiectis Cardinalium literis b constat; quibus magnis ab eo precibus contendere, vt Clementis IV. & Gregorij X. exemplo; qui sanctitate emicuere, quorum cum alter ex Syriaca peregrinatione, alter ex Anglicana legatione ad Cardinales, accepto electionis nuncio, magnis itineribus se contulissent, Burdegala Perusium accederet, ac pluribus grauissimis rationibus ad id hortati sunt. Proposuere fluctuantis ecclesiæ pericula, omnia vbique ciuili bello ardentia, orientem Saracenorum expositum vastitati, ac ni infidelium retunderentur conatus, reliqua Christiana regna ad exitium prona, ipsius denique muneris & gloriæ fore, vt in Romana ecclesia sederet.

a Ant. 3. p. tit. 21. c. 1. in prin.

b Ext. in M.S. Vat. bibl. sig. n. 3977. pag. 180. & apud Mass. in Cle. V. ex arch. Burdeg. et apud Friz. in Gall. purpur.

Solicitatur ab ijs, vt in Italiam se transferat.

Sanctissimo in Christo patri domino Bertrando Burdegalensi archiepiscopo, diuina prouidentia in summum Pontificem electo, miseratione diuina episcopi, presbyteri, & diaconi sanctæ Rom. ecclesiæ Card. pedum oscula beatorum. Recordatus est &c. vt in superiori vsq; ad vocem dudum. Dudum Rom. ecclesia per mortem sanctæ memoriæ domini Benedicti Papæ XI. pastoris solatio destituta, de vobis, sicut per electionis ipsius decretum, quod sanctissimæ paternitati vestræ vna cum præsentibus literis per prouidos & discretos viros fratrem Guidonem abbatem monasterij Belliloci Cluniacensium ordinis Virdunensis diœcesis Apostolicæ sedis; & magistros Petrum de Montegiello sacristam ecclesiæ Narbonensis, ac Andream de Hugugio canonicum Catalaunensis, eiusdem sedis in Romana curia obsequijs insistentes, nostros ad id speciales transmittimus nuncios, liquere poterit, est canonice, in summum Pontificem electio celebrata. Pie igitur pater, vos suppliciter exoramus, vt ad locum prædictæ sedis, & ad partes terrarum ipsius exemplo felicis recordationis Clementis IV. & sanctæ memoriæ Gregorij X. Romanorum Pontificum accedentes præsentia vestra, sicut noster æternus medicus, qui præsens iacentem mundum erexit, & curauit infirmum, ecclesiæ laboribus consolatis. Fluctuat namque Petri nauicula, sagena rumpitur piscatoris, pacis serenitas in nubilum versa est, ac ecclesiæ Romanæ terras, & nonnullas adiacentes prouincias vastat bellorum calamitas, & in eis sagittæ zizaniam seminantis ardentibus effectæ complentur; ex quibus rerum, personarum, & animarum, quod grauius est, pericula subsequuntur. Soldanus insuper Babylonicus hostis insultat, & post clades miserabiliter Christi fidelibus partium illarum inflictas, & vrbium Christianarum excidia deteriora minatur; & residuum, quod ibi Christiani possident, vt singularis ferus exterminare satagit, & hiatu terribili nititur deuorare. Succurrite, inquimus, succurrite pater, & sauciatorum vulnera præsentialiter purgate vino, & purgata oleo confouete. Non dubium quippe quod in sede Petri residebitis fortior, lucebitis clarior, in terra eius viuetis quietior, & remotis Regibus, principibus, atque populis admirabilior eritis; & ipsorum deuotionem, & obedientiam plenius acquiretis: In sua namque domo est vnusquisque planeta potentior. In ecclesia propria quiescit quis dulcius: ensis iuxta capulum minus, eiusque pars, quæ magis distat a capulo, plus incidit: visa frequenter plus spernuntur persæpius, ac facilius adita vel quæsita vilescunt. Venite ergo, atque nostris in hac parte votis assentiat vestra benignitas, quam bene, diuque valere cupimus, iterum supplicamus. Vt autem adhibeatur his nostris plena fides, eas sigillorum nostrorum munimine roborari fecimus, & muniri. *Dat. Perusij anno Domini MCCCV. indict. 3. sexto idus iunij.*

Propositũ Clem. IV. & Greg. X. exemplũ vt Perusium accedat.

Occidentalis & orientalis eccles. miser status, cui consulturus sit, describitur.

Eius aduentum maximæ gloriæ & vtilitati fore.

Vocatus ad Apostolatum Clemens magno rei Christianæ malo Italicum iter non aggressus est, sed Cardinales in Gallias exciuit: qua de re inferius nobis agendum erit, cum de accepta Lugduni solemni ritu pontificia tiara disseremus: nunc quę ante eam celebritatem gesta, percurrenda sunt.

Spretæ a Clemente iustæ Card. preces.

8 Præcipiti iam æstate discessit Burdegala, quem Gallias discurrentem Benardus hisce verbis describit a: *De Burdegala recessit; in fine sequentis mensis augusti versus Lugdunum direxit gressus suos, pertransiens per Agennum & Tolosam & montem Pessulanum.* In eam vrbem Clementem se contulisse, vt cum Rege Aragonum in colloquium descenderet, ex Surita b colligitur, qui ex vetustis magnæ auctoritatis monumentis constare refert in annalibus, Iacobum II. Regem adijsse apud Montempessulanum Clementem, atq; etiam Perpiniano Consaluum Garsiam misisse, vt pro Sardiniæ & Corsicæ iure sacramento fidei se deuinciret: verum non admissum ad id munus oratorem in indice idem obseruat. c

Discedit Burdegala.

a Bern. in chro. Rom Pont.

Eius itinera.

Montempessul annum adit.

b Sur. anm. l. 5. c. 68. in Iacob. II.

Pontifex, inquit, *cum absentis Regis rationem habendam minime censuisset, mandatumque reiecisset, Regi persuadet, vt Montpellerium concedat.* Iacobum itaque, vt antea Bonifacij clientem Sardiniæ & Corsicæ nomine præsens se professus erat, ita nunc apud Montempessulanum id officij Clementi præsentem detulisse exploratum est, teste ipso Rege, cuius hæc verba sunt: *Nuper in monte Pessulano nos vobis præsentialiter detulimus homagium*; qua de re idem Rex Montepessulano Perpinianum regressus litteras regias, vt Corsicæ & Sardiniæ regnorum donationis legibus a Bonifacio constitutis cautum erat, ad Clementem dedit, quæ subiecta verborum forma conceptæ sunt d.

c Id. in Ind. l. 2. hoc an.

Clementi Sardiniæ, & Corsicæ regna solemni ritu accepta refert Rex Arag.

Rem gestam publicis literis ratam habet.

Sanctissimo ac reuerendissimo in Christo patri ac domino domino Clementi, diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ & vniuersalis Ecclesiæ summo Pontifici, Iacobus Dei gratia Rex Aragonum & Valentiæ, Sardiniæ & Corsicæ, comesque Barchinoniæ ac præscripta Romanæ ecclesiæ vexillarius, ammiratus, & capitaneus generalis, & humilis filius & deuotus, pedum suorum oscula beatorum.

d Ext. apud Cle. l. 1. ep. com. 258. et in l. priu. Rõ. Eccl. to. 3. pag. 159. & in M.S Vall. sign. lit. B. n. 12 pag. 393.

Sanctitati vestræ tenore literarum nostrarum præsentium pateat, quod viso ac plenarie intellecto pari rescripto super collatione, concessione, & donatione confecto, quam felicis recorda-

Iacobi Regis honorũ tituli.

recognoscit, tum de ipsa simus ad summum apostolatus officium euocati.

Incumbebat tum lustrandæ prouinciæ, atque in Pictauensi diœcesi versabatur, cum suffragia in ipsum Cardinales contulere, moxque Burdegalam repetijt: *Redijt autem*, inquit Bernardus [a], *de Pictauis Burdegalam idibus mensis iulij subsequentis, receptusque fuit Burdegalæ processionaliter a toto clero & populo cum ingenti gaudio & honore totius ciuitatis, & patria, vndique concurrentibus baronibus & prælatis. Aabue tamen more tantum archiepiscopi se gerebat vt prius, electionis suæ decreto nondum recepto, quod postea missum sibi a Cardinalibus de Perusio recepit in Burdegala in crastino S. Mariæ Magdalenæ secrete: sed palam & publice sequenti die xx. kalen. augusti in præsentia prælatorum & magnatum in Burdegalensi ecclesia cathedrali, vbi sedens in cathedra vocari Clemens voluit & elegit, & ex tunc cœpit agere & se gerere sicut Papa*: Porro pro pontificio emblemate hanc sententiam vsurpauit: *Benedicat nos Deus, Deus noster, Benedicat nos Deus* vti in eius sigillo diplomatibus apposito inscripta legitur. Superioribus consentanea historiæ monumentis consignant Martinus Polonus [b], eius vitæ M. S. auctor [c], Ioannes Villanus [d], S. Antoninus alijque, quorum catalogum texere superuacaneum foret. Memoratum porro decretum Cardinalium de Clementis electione ad ornandam historiam in lucem educimus ex insigni M.S. [e] Vaticanæ bibliothecæ, in quo veterum temporum selectissima & præcipuæ dignitatis monumenta continentur, atque hoc titulo: *Dictamina Berardi de Neapoli Papæ notarij*, insignitur.

[a] Ber. chr. Rom. Pon. & M. S. bibl Vat. signat. n. 3765. in Clem. V.

Vt publice electionis decretum receperit.

Clemētis nomen sibi indiderit.

[b] Mart. Pol. l. 4.

[c] Exer. in bibl. Vall. sign. lit. C. n. 25. & M. S. Vat. sig. n. 3765. in Clem. V.

[d] Io. Vill. et Ant. loc. cit.

[f] M. S. sign. n. 3977. pag. 181.

Decreti formula.

Sanctissimo Patri & D D. Bertrando archiepiscopo Burdegalensi diuina prouidentia in summum Pontificem electo, miseratione diuina Ioannes Tusculanus .. ciuitatis Papalis & .. episcopi & .. presbyteri & .. diaconi Cardinales pedum oscula beatorum.

6 Recordatus est Dominus misericordiæ suæ & plebem suam non despexit in finem, quia dum prolixæ vacationis Romanæ, & per consequens quodammodo vniuersalis ecclesiæ respexisset incommoda, & longa illius ex varijs causis suspiria cognouisset, in tempore accepto exaudiuit eam, & in die salutis misertus est eius; sanauit quidem, quia commota erat, contritiones ipsius, & vidua per electionem canonicam generoso sponso oblata est: speciosa facta & sicut crapulatus a vino & a somno dormiens excitata surrexit, & vbi desperabat magis, vt lucifer est exorta, vnde serenus dies illuxit nobis & S. Spiritus illustratis ardore populis, qui orbati patre gradiebantur in tenebris, tanquam quoddam sydus apparuit, quod fulgore proprio velut stella matutina coruscans, cunctos fideles irradiat suæ luminæ claritatis. Dudum siquidem eadem Romana ecclesia per mortem sanctæ memoriæ domini Benedicti PP. XI. pastoris solatio destituta, nos Theodericus ciuitatis Papalis, Leonardus Albanensis, Petrus Sabinensis, frater Ioannes Portuensis, Nicolaus Ostiensis & Velletrensis episcopi; Ioannes SS. Marcellini & Petri, Robertus S. Potentianæ, Gentilis S. Martini in montibus, Neapoleo S. Adriani, Landulphus S. Angeli, Guillelmus S. * Angeli in carcere Tulliano, Franciscus S.* Angeli in silice, Iacobus S.* Angeli ad velum aureum, Franciscus S. Mariæ in Cosmedin & Lucas Sanctæ Mariæ in via lata diaconi Cardinales; vna cum venerabilibus patribus Ioanne Tusculano episcopo, Matthæo S. Mariæ in porticu, & Richardo S. Eustachij diaconis Cardinalibus apud Perusium fuimus pro substituendo Pontifice conclaue palatij, in quo idem dominus Benedictus mortis suæ tempore morabatur, ingressi; & tandem dictis Tusculan. * episcopis; nec non Matthæo & Richardo diaconis, nec non fratre Vvaltero S. R. E. presbytero Cardinali, qui absens postmodum superuenit & prædictum intrauit conclaue, ex manifestis infirmitatum causis vt asserebant, idem conclaue egressis, & tunc extra illud morantibus certis; ex nobis votorum nostrorum scrutatoribus, inquisitoribus voluntatum eorumdem scrutatorum electis, per viam scrutinij ad electionem de vobis hac die sabbati in vigilia pentecostes processimus in hunc modum.

Electorū nomina.

*Nicolai

*Luciæ.

*Georgij

* & car.

Quia primo per deputatos ad id inquisitores scrutatorum ipsorum, & demum per ipsos scrutatores singulorum nostrum votis inquisitis secreto & mox in communi etiam publicatis, compertum extitit, quod in vniuerso eramus XXV. Cardinales in conclaui manentes; & qui deposueramus in scrutinio vota nostra: quodque nos Albanensis, Sabinensis, Portuensis, & Ostiensis episcopi; Ioannes, frater B.. Lucas, Guillelmus, & .. Gaytani diaconi Cardinales prædicti, vos in eodem scrutinio in summum nominaueramus & elegeramus Pontificem. Quo comperto nos Theodericus ciuitatis Papalis episcopus, frater Gentilis presbyter, Franciscus, Iacobus & Lucas diaconi Cardinales prædicti accessimus iuxta morem, ac subsequenter de voluntate & speciali mandato nostro venerabilis pater Franciscus Gaytanus prędictus suo nomine & omnium nostrorum forma subscripta vos elegit, nominauit in Romanum Pontificem, & pastorem in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti ad honorem Dei & B. Mariæ matris eius. Ego Franciscus S. Mariæ in Cosmedin diaconus Cardinalis venerabilem patrem dominum Bertrandum archiepiscopum Burdegalensem nomine meo & omnium, qui eum in summum Pontificem elegerunt & nominauerunt, consenserunt & accesserunt, eligo in summum Pontificem. Quam electionem cantico diuinæ laudis præcantato fecimus iuxta morem clero & populo solemniter publicari. Pie igitur pater, electioni huiusmodi vestrum dignemini præstare consensum. In prædictorum autem testium irrefragabilem fidem ea in præsentis decreti scripturam redigi fecimus, & nostrorum nec non dictorum Tusculani episcopi, fratris Gentilis S. R. E. presbyteri, Matthæi S. Mariæ in porticu, & Richardi S. Eustachij diaconorum Cardinalium sigillis & subscriptionibus communiri. *Actum & datum Perusij anno Domini MCCCV. non.* * *iulij indictione III.*

Scrutinij ritus.

Redactus in tabulas consensus

* iunij.

Ego Ioannes Tusculanus episcopus electioni factæ de venerabili patre domino Bertrando archiep. Burdegalensi in summum Pontificem consentio, & eam approbo, atque gratam habeo, & acceptam; ipsumque, licet absentem, in summum Pontificem recipio & recepi, nec non sigillum meum huic decreto apposui & subscripsi. Et sic scribant se omnes qui interfuerunt.

Ego Leonardus episcopus Albanensis venerabilem patrem dominum Bertrandum Burdegalensem archiepiscopum in scrutinio nominaui, & elegi in summum Pontificem, & electionem factam de eo in sum-

*latione per scripturam firmata, pars illa, quæ dominum Franciscum sequebatur, nominauit tres archiepiscopos Gallicos eis familiares & Regi Franciæ infensos, inter quos fuit * Raymundus Burdegalensis archiepiscopus, qui creatus fuerat archiepiscopus a Bonifacio Papa, nec Regis amicus propter offensas factas suis consanguineis in Vasconia per dominum Carolum Valesianum. Illis igitur tribus nominatis, alia parte secreto ad inuicem conferente, persuasit Pratensis sagax & industrius, vt * Raymundum Burdegalensem decernerent præeligendum, nulli hoc insinuando; & ante electionem velocissime Regi Franciæ per literas intimarent negotium, & quia illum Burdegalensem, quem procuraret reconciliandum sibi & amicum fieri, si sibi placeret, Papam facerent: quem cum nossent auidum honoris & gloriæ, vt Vasconem, & ad omnia flexibilem, vt illa consequeretur, sperabant facile inducendum ad omnem partem & amicitiam contrahendam cum Rege Franciæ, & illum ad optata exauditurum, sicut rei postmodum probauit euentus.*

* Bertrandus

Tres archiepisc. Gall. a Bonifaciana factione alijs propositi.

* Bertrandum

Monitus Philippus Rex, vt Burdeg. arch. sibi deuinciret.

Ista igitur conclusione firmata secreto, & iuramento vallata, cum dies quadraginta haberent ad eligendum vnum e tribus, destinarunt secretos nuntios fideles cum literis continentibus seriem facti ad Regem Franciæ, vt responsales subito redderentur: et si in illo sibi reconciliato Burdegalensi complaceret, ipsum eligerent, persuadendo ei vt hoc faceret, vt recuperaret statum suum & honorem in sancta ecclesia, a qua fuerat alienatus, vt eius inimicus. Mittuntur nuntij seu cursores ita veloces, vt intra vndecim dies a Perusio, vnde mittebantur, vsque Parisios peruenirent. Redditis Regi literis, gauisus est gaudio magno: & persuasionibus Cardinalium acquiescens, destinauit amicabiles literas archiepiscopo Burdegalensi, insinuans quod pro bona & ardua causa oportebat habere cum eo secretum colloquium; vnde intra sex dies in certo sibi loco occurreret. Quod cum factum fuisset, Rex cum modica societate accessit ad locum deputatum cuiusdam abbatiæ, quo & archiepiscopus accesserat. Conuenientes igitur Rex & archiepiscopus Burdegalensis post auditionem missæ simul iurarunt sibi inuicem secretum haberi eorum colloquium.

Ipsum in colloquiũ vocat.

4 *Post hoc Rex verbis placabilibus archiepiscopum induxit reconciliatum habere Carolum Valesianum, non obstantibus damnis illatis, addensque, inquit, Rex: Domine archiepiscope scias in manibus meis esse positum te facere posse Pontificem summum; ostendens ei literas super hoc destinatas. Si igitur vis, vt faciam te fieri summum antistitem, volo promittas mihi concedere certas gratias, quas postulabo. Quibus perlectis archiepiscopus ait stupefactus ex re ipsa: Domine mi Rex video, quod magis me diligis, quam alium quemcumque in mundo, & bona mihi retribuis pro malis: demum noueris tuum esse præcipere, & meum obedire, sum enim ad omnia exequenda paratus. Tunc Rex osculatus est eum: Istæ sunt, ait, gratiæ, quas a te requiro. Prima est, vt me perfecte reconcilies ecclesiæ sacrosanctæ, relaxando & veniam dando de adiutorio dato in captura Bonifacij Papæ. Secunda est, vt censuras excommunicationis amoueas contra me, & meos sequaces prolatas. Tertium est, quod mihi concedas omnes decimas regni per quinquennium in reparationem expensarum multarum in bello inito contra Flandrenses. Quarta quod promittas mihi cassare, & ad nihilum reducere memoriam Bonifacij Papæ. Quinta quod restituas honorem & dignitatem Cardinalatus domino Iacobo & domino Petro Columnensibus ablatam eis per Bonifacium, & reponas eos in statum pristinum, cum eis etiam creando aliquos Cardinales amicos meos. Sextam mihi reseruo exprimendam loco & tempore suo arduam & magnam. At archiepiscopus omnia seruare promisit cum iureiurando super venerabile Eucharistiæ sacramentum: & ad confirmationem prædictorum archiepiscopus dedit Regi obsides germanum suum & duos nepotes. Rex autem contra iurauit se operã daturum, vt Papa eligeretur: sicque discesserunt ab inuicem amici facti cum magno gaudio, re occulta alijs, & solum manifestata reconciliatione facta, & pace inter Carolum & archiepiscopum. Reuersus ergo Parisios Rex subito rescripsit Pratensi Cardinali & socijs, quod gestum erat: quapropter libere eligerent * Raymundum Burdegalensem archiepiscopum. Et intra triginta quinque dies reuersi cursores Perusium, Regis litteras reddiderunt Pratensi & socijs. Quibus omnibus alteri parti ignotis, dixit Pratensis cæteris Cardinalibus alterius partis, quod parati erant procedere ad electionem vnius illorum trium, & iterum pacta & conuentiones super his fuerunt renouata & firmata.*

Significat traditam sibi conferendi Pontificatus potestatẽ.

Ad iniqua pacta adducit.

Mandat studiosis suis Cardd vt arch. Burdeg. eligant.

* Bertrandum

Congregatis igitur omnibus Cardinalibus, Pratensis prius proposita autoritate sacræ scripturæ ad materiam congruente, post orationem suam vice omnium elegit in Papam dominum Raymundum Burdegalensem archiepiscopum: sicque cum gaudio acceptatus fuit ab omnibus, & populo pronunciatus, Deogratias & laudes referendo. Ignorabat adhuc pars altera quod gestum fuisset occulte circa Burdegalensem factum amicum Regis, quem adhuc inimicum existimabant. Diuulgatione igitur facta ab extra per ciuitatem, contendebant familiæ Cardinalium & aliorum magnatum, asserentes quemlibet electum sibi amicum & beneuolum.

Bonifaciani cũ alijs in eligendo arch. Burdeg. consentiunt.

5. Hæc ex Io. Villano S. Antoninus: quæ si veritate nitantur, e funesta adeo Cardinalium dissensione, conuentione fallaci Nicolai Pratensis, Philippi Regis artibus, Bertrandi archiepiscopi Burdegalensis tanta pollicentis ambitione; quid aliud quam rei Christianæ pernicies, Romanæ ecclesiæ depressio, ac nouus aliquis & luctuosissimus casus expectari poterit? Certe turpis alicuius fœderis inter Clementem & Regem initi suspicionem inijcit illud effusum postea in Philippum studium. Quod ad patrium genus, aliaque noui Pontificis primordia attinet, hæc Bernardus literis mandauit [a]: *Clemens V. natione Vasco de loco, qui Vilandrau dicitur, Burdegalensis diœcesis oriũdus, & patre Beraudo milite, fuit electus in Papam in Perusio in vigilia pentecostes, qui fuit nonis iunij MCCCV. Hic prius vocabatur Bertrandus del Got, seu de Gotho. Hic fuit primo episcopus Conuenarum, factus per prouisionem Bonifacij Papæ VIII. anno Domini MCCXCV. fuit Conuenarum episcop. annis quinque, & exinde transtulit ipsum idem Bonifacius Papa in Burdegalensem archiepiscopum paulo ante natale Domini anno eiusdem Domini MCCXCIX. vbi iam sederat archiepiscopus annis quasi sex.* His consona Ptolemæus [b] Lucensis historiæ ecclesiasticæ tradidit, atque etiam consentiunt, quæ ipse Clemens in literis, quibus Burdegalensem ecclesiam prærogatiuis auxit [c]; tum in alijs ad Arnaldum electum Burdegalensem datis, quibus de primatu Aquitaniæ inter ipsum ac Bituricensem archiepiscopum controuersiam diremit, deque suis primordijs edisserit [d]: *Ecclesia, inquit, Burdegalensis dudum nos habuit primo filium, suis nos educans vberibus, secundo sponsum nostro commissa regimini, & demum patrem & dominum reco-*

Inuecta inde ecclesiæ grauiora mala.

a Bern. chro. Rom. Pont.

Clemẽtis patria, & genus.

Gestæ ab illo dignitates.

b Ptol. Luc. hist. eccl. lib. 24. c. 39.

c l. 3. ep. cur. 6.

d l. 4. ep. c. 820.

Clericatus primordia in Burdegal. ecclesia posuit.

ANNALES ECCLESIASTICI.

IESV CHRISTI
Annus 1305.

CLEMENTIS PP. V. annus 1. — ALBERTI ROM. REG. 7. ANDRONICI IMP. ORIEN. 22.

EDITIS, Deo auctore, duobus prioribus Annalium Ecclesiasticorum tomis XIII. & XIV. iam ipsius fulti auxilio, imploratisque beatissimæ Virginis suffragijs, quintodecimo conscribendo manum admouemus, in quem, ac proximum, ea a nobis conijcienda sunt, quæ in ecclesia Dei obtigere, sede Apostolica magno rei Christianæ detrimento excidio Italiæ, orbis scandalo, funesto fœdissimorum schismatum exitu, a Clemente V. traducta in Gallias, vbi tanquam in transmigratione Babylonica, vt insignis auctor Gallus syncere scribit a, exulauit vsque ad Gregorium XI. qui post septuaginta & eo amplius annos, diuino instinctu afflatus, in Vrbem feliciter eam reuexit. Tanto transferendæ sedis malo occasionem dedere, sine vllo tamen eius rei sensu, anno Christi millessimo trecentesimo quinto indictione tertia congregati Perusij ad sacra comitia Cardinales, qui defuncto Benedicto XI. ab illius exemplis alieni, inuidia & odio, vel ambitione in duas factiones diuisi, cum in designando sanctissimi Pontificis successore in aliquo ex purpuratorum collegio conuenire non possent, demum dum pars altera alteram circumscribere nititur, ac non ecclesiæ, sed suam, suorumue rem agit, archiepiscopum Burdegalensem Romanum Pontificem dixere. Qua de re hæc Bernardus b.

a Genebr. in chron. hoc ann.

Vt scissi in contrarias partes Cardd. Pontificatum ad Gallos traduxerint.

b Bern. chr. Rom. Pōt.

Diu in conclaui altercati sunt.

Cum Cardinales pro electione summi Pontificis in Perusio inclusi stetissent menses vndecim, & arctati, diuisi in partes æquales, non est inuentus in eis lapis aliquis angularis, qui vtrumque parietem coniungeret, vnumque faceret ex ijsdem; tandem versus occidentem dirigentes intuitum, in Burdegalensem archiepiscopum suos oculos erexerunt, &c. Verum hæc, quæ auctor paucioribus verbis perstringit, ab alijs explicatius petenda sunt; inter quos Ioannes Villanus a fusius & accuratius prosequitur, quæ in Latinum, vti consueuit, sermonem S. Antoninus rem ab exordio ipso nitide exponens, conuertit. b

a Io. Vill. l. 8. c. 8.

2 *Ingressi*, inquit, *domini Cardinales in conclaue Perusij pro electione facienda concordari non poterant, quærentes magis sua, quam quæ Iesu Christi: erant enim diuisi in duas partes quasi æquales: vna pars erat cismontana, cuius capita erant dominus Matthæus de Vrsinis, & dominus Franciscus de Guatanis, alias Caietanus, qui fuerat nepos Papæ Bonifacij: altera pars erat vltramontana, vel adhærentium ei, quorum principaliores erant dominus Neapuleon alias Neapulio de Vrsinis, & dominus Nicolaus Pratensis. Primi vota sua dirigebant ad aliquem Italicum, & fauentem amicis & consanguineis Bonifacij Papæ: alij tentabant eligere aliquem Gallicum, vel amicum Regis Franciæ, qui manifestam inimicitiam ostenderat ad Bonifacium Papam, & excommunicatus fuerat ab eo. Sicque per plures menses qualibet partium fixa in proposito suo ad numerum duarum partium ex eis, prout exigitur, non poterat perueniri.*

b Anton. p. 3. tit. 21 c. 1. Baron in M. S. sched. ad hunc ann.

Qui aduersarum factionū signiferi.

Pars Bonifacij nepotibus, pars Philippo Regi studebat.

Vna igitur dierum Cardinalis Pratensis dominus Nicolaus, vir valde sagax & experientissimus, ait secreto domino Cardinali de Guatanis domino Francisco: Nos magnum malum facimus, & ecclesiæ detrimentum, vnde populi scandalizantur, non prouidendo de pastore. At ille: Per me non stat, inquit. Tunc Pratensis: Si bonum medium ad hanc rem efficiendam inuenirem, placeretne tibi? Respondit: Placebit vtique. Ego, ait Pratensis, cogitaui hunc modum tenendum, vt videlicet vna pars collegij Cardinalium eligeret tres ex vltramontanis idoneis ad papatum prælatis, prout eis videretur; & altera pars teneretur intra quadraginta dies vnum ex illis tribus propositis eligere, prout eis placeret, & ille Papa intelligeretur canonice electus & esset. Placuit domino Francisco forma prædicta, persuasitque sequacibus suis hunc modum acceptare; ita tamen, quod ipsi haberent proponere seu nominare illos tres; intendentes tales assumere, qui fuissent amici olim Bonifacij, & Regi Franciæ parum affecti; & Pratensis partem suam induxit ad id efficiendum, intendens & ipse taliter prouidere quod haberent sibi propitium & beneuolum & Regi amicum.

Nicolai Card. Praten dolus.

Noua eligendi Pōt. conuētio.

Dum factio altera alteri nectit dolos, vtraq; delusa est.

3 *Facta igitur hac conuentione & solemni stipulatione*

INNOCENTIVS PAPA X.

ad futuram rei memoriam.

CVM, sicut nobis nuper exponi fecit dilectus filius Odoricus Raynaldus presbyter Congregationis Oratorij de Vrbe, ipse Decimum tertium Annalium Ecclesiasticorum composuerit, & alios eorundem Annalium Tomos (benedicente Domino) componere, illosque typis edi facere intendat; vereatur autem, ne alij in hac Alma Vrbe nostra, aut extra eam Tomos huiusmodi etiam imprimi curent in ipsius Odorici præiudicium; Nos eius indemnitati consulere, & ne quis Tomos prædictos sine eius licentia imprimere præsumat, prouidere, dictumque Odoricum specialibus fauoribus & gratijs prosequi volentes, & a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; eidem Odorico, vt decennio proximo a primæua dictorum respectiue Tomorum (dummodo antea a dilecto filio Magistro Sac. Palatij Apostolici approbati fint) impressione computando, durante, nemo tam in Vrbe, quam in vniuerso statu Ecclesiastico mediate, vel immediate nobis subiecto Tomos sine speciali dicti Odorici, aut eius heredum, & successorum, vel ab eis causam habentium licentia, imprimi facere, aut ab alio, vel alijs impressos vendere, seu venales habere, vel proponere possit, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus & indulgemus. Inhibentes propterea vniuersis, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus, præsertim librorum impressoribus, & bibliopolis quouis nomine nuncupatis, tam in Vrbe, & statu prædictis, sub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amissionis librorum & typorum omnium, pro duabus cameræ nostræ Apostolicæ, ac pro altera tertijs partibus accusatori & iudici exequenti irremissibiliter applicandis; quam per totam Italiam, & extra eam vbiuis gentium & locorum constitutis, sub excommunicationis maioris latæ sententiæ pœnis, eo ipso absque vlla declaratione incurrendis, ne dicto decennio durante Tomos prædictos, aut aliquam eorum partem, sine huiusmodi licentia imprimere, aliove titulo, seu forma, quouis prætextu mutatos, vel alio quocumque idiomate versos edere, vel ab alijs impressos & editos vendere, aut venales habere, seu proponere quoquomodo audeant, seu præsumant. Mandantes propterea vniuersis & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & alijs locorum Ordinarijs, eorumque Vicarijs, seu officialibus in spiritualibus generalibus, ac in dicto nostro statu Ecclesiastico Legatis, Vicelegatis, Præsidentibus, Gubernatoribus, Potestatibus, & alijs Iustitiæ ministris, quatenus eidem Odorico, eiusque heredibus & successoribus, seu ab eis causam habentibus huiusmodi in præmissis, efficacis defensionis præsidio assistentes, quandocunque ab eodem Odorico, seu alijs prædictis fuerint requisiti, pœnas prædictas contra quoscunque inobedientes irremissibiliter exequantur, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis; ac statutis & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis; priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, quibusuis personis quomodolibet concessis, & confirmatis. Quibus omnibus & singulis illorum tenoribus, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, ad effectum præmissorum, specialiter & expresse derogamus; cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam in ipsis Tomis impressis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xii. Aprilis MDCXLVI. Pontificatus nostri anno secundo.

Loco ✠ Annuli.

M. A. Maraldus.

FERDINANDVS III.

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ELECTVS ROMANORVM IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS, AC GERMANIÆ, HVNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ, SCLAVONIÆ REX, ARCHIDVX AVSTRIÆ, DVX BVRGVNDIÆ, STYRIÆ, CARINTHIÆ, CARNIOLÆ, ET VVIRTEMBERGÆ, COMES TYROLIS, &c.

AGNOSCIMVS, & notum facimus tenore præsentium vniuersis, quod cum nobis deuotus nobis dilectus Odoricus Raynaldus Taruisinus, presbyter Congregationis Oratorij Roman. humillime exposuerit, constituisse se opus quoddam intitulatum (Annales Ecclesiastici post Cardinalem Baronium) a se magna industria ac labore confectum typis excudendum dare, vereri autem, ne (quod fieri solet) alij Typographi quæstus causa, hanc suam editionem imitentur; ideoque demisse nobis supplicarit, vel indemnitati ipsius consulere, atque aduersus eiusmodi periculum, priuilegio nostro Cæsareo munire clementer dignaremur; nosque id gennis precibos vti æquitati consentaneis, benigne annuendum censuerimus, prout per præsentes annuimus; Idcirco omnibus & singulis typographis, bibliopolis, alijsque quibuscunque, librariam negociationem exercentibus, firmiter inhibemus & vetamus, ne quis prædictum librum per decem annorum spatium a prima editionis die computandum, intra sacri Romani Imperij, Regnorumque & Dominiorum nostrorum hereditariorum fines, simili aut alio quouis typo vel forma, siue in toto, siue in parte recudere, vel alij recudendum dare, vel etiam alibi impressum vendere, vel distrahere clam aut palam, citra voluntatem, & absque ipsius Raynaldi in scriptis obtenta licentia, præsumat. Si quis vero, secus faciendo, priuilegium & interdictum hoc nostrum Cæsareum spernere, negligere, aut transgredi ausus fuerit, cum non modo huiusmodi libris perperam quippe recusis, & adductis (quos quidem prædictus Odoricus Raynaldus vbicunque deprehensos, siue propria auctoritate, siue Magistratus illius auxilio, sibi vendicare poterit) de facto priuandum; sed & pœna insuper decem marcarum auri puri Fisco nostro Cæsareo fraudis vindici pendenda, omni spe veniæ sublata, decernimus mulctandum: dummodo tamen præfatus liber nihil bonis moribus contrarium, aut Cæsareæ nostræ, & Archiducali auctoritati, vel sacri Imperij constitutionibus aduersum in se contineat, & ternæ minimum exemplaria ad Cancellariam nostram Imperialem aulicam transmittantur. Mandamus ergo vniuersis nostris, & sacri Imperij Regnorumque & Dominiorum nostrorum hereditariorum subditis, cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ existant, tam Ecclesiasticis, quam secularibus præsertim vero ijs, qui in Magistratu constituti vel proprio, vel superiorum suorum nomine & loco iuris & iustitiæ administrationem exercent, ne quemquam priuilegium hoc nostrum Cæsareum temere & impune transgredi, aut violare patiantur: quin potius contumaces, quos compererint, præscripta pœna plecti, alijsque idoneis modis coerceri curent, quatenus & ipsi eandem mulctam euitare maluerint. Harum testimonio literarum, manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Regia nostra Pragensi, xvi. Ianuarij. Anno Domini MDCXLVIII. Regnorum nostrorum Romani XII. Hungarici XXIII. Bohemici vero XXI.

FERDINANDVS ETC.

V. Ferdinandus Comes Curtig.

Ad mandatum Sac. Cæs. Maiestatis proprium.

I. Vvalderodus.

Imprimatur, si videbitur Reuerendissimo P. Mag. Sac. Pal. Apost.

A. Riualdus Vicesg.

ANnales Ecclesiasticos post Baronium, ab Odorico Raynaldo Taruisino Congregationis Oratorij presbytero conscriptos, iussu Reuerendissimi Patris Vincentij Candidi, Sacri Apost. Palatij Magistri, perlegi: in quibus non modò nihil reperi, quod fidei, aut bonis moribus aduersetur; sed eos Baronianis Annalibus quàm simillimos agnoui, iisdemque Ecclesiasticæ eruditionis luminibus vbique micantes. Quapropter eosdem publica luce dignissimos existimo, tum ad pietatem augendam Christianosque mores informandos, tum ad eorum mentes recreandas, qui sacra eruditione delectantur. Ex ædibus S. Mariæ in Vallicella IX. kal. Iulij A. MDCXLVIII.

Iulius Diotallenius presbyter eiusdem Congregationis Oratorij.

Imprimatur,

Fr. Vincentius Fanus Mag. & Socius Reuerendiss. P. F. Vincentij Candidi S. P. A. Mag. Ord. Præd.

AN-

In ijs quidem omnibus adoranda diuina prouidentia, quæ ſicuti Sedis Apoſtolicæ dignitatem conſeruare nunquam ceſſat; ita etiam noſtris temporibus, te ſummo Paſtore annitente & gaudente, errantes oues ad ſacras catholicæ Eccleſię caulas & Petri obſequium magna cum frequentia in dies reuocare dignatur: ſupplicibuſque oranda votis, vt politicos hoſce miſericordię ſuę radijs colluſtratos ad bonam mentem quamprimum perducat. O vtinam aliquando tandem agnoſcant malorum omnium fontem ex Apoſtolicę Sedis auctoritate contempta, inuaſiſque iuribus Eccleſiaſticis emanare! O ſi perpendant Clementis VI. oraculum [a] Ludouico Vngarię Regi, qui regnum Neapolitanum Eccleſię Romanę vectigale inuaſerat, a Bertrando Card. Apoſtolico per Italiam legato proponi iuſſum: *Attendere velit diligenter*, inquit Pontifex, *quod raro vel nunquam aliquis aduerſus eandem Eccleſiam ſupra firmam petram, quæ eſt Chriſtus Ieſus, ſtabili firmitate fundatam, contra quam (teſte ipſo Chriſto) portæ inferi præualere non poſſunt, legitur erexiſſe calcaneum, quin finaliter diuina Maieſtas dexteræ ſuæ virtute illum deiecerit, contriueritque deiectum*! Ita enim profecto fieret, vt te ſummo Hierarcha, paciſque inter Reges ac Principes Chriſtianos ſequeſtro, *ad quem*, vt ait Nicolaus IV. [b] *ſine dubitatione pertinet quemlibet Chriſtianum de peccato mortali corripere, ac oppreſſos omnes ab eorum oppreſſionibus liberare*; refloreſcentem ſui ſeculi felicitatem, bella compoſita, verſa in fidei hoſtes arma, reſtitutamque Religionis priſtinam gloriam intuerentur. Quæ quidem hominum piorum vota, vt copioſius quotidie impleantur, vna mecum Congregatio noſtra tibi addictiſsima Deum aſsidue orat, vt Sanctitatem Tuam, catholicę Eccleſię bono, incolumem diutiſsime ſeruet.

[a] *Clem. VI. to. 6. epiſt. ſecr.* 1397.

[b] *Nicol. IV. in M. S. archiu. Vatic. ſign. n.* 539.

IN-

in agro Dominico errorum zizania perhorreſcet; diuina tamen ope, atque Anteceſſorum tuorum ſtudio & ſolicitudine radicitus euulſa ſimul conſpiciet: mirabiturque ipſorum opera in extrema Scythia conditam Tartarorum Eccleſiam: Bulgaros, Valachos, Alanos, Raſcios, Georgianos, Gochios, Gazaros, Zichos, Naſcarinos, Ingros, Perſas, Indos, alioſque populos ad catholicæ Eccleſiæ gremium vel reuerſos, vel primùm adductos: Armenios, damnatis erroribus, decreta Romanorum Pontificum in Concilio promulgantes: Ioannem Palæologum Græcorum Imperatorem Romæ ſchiſma coram Vrbano V. publice eiurantem: indicta a Pontificibus aduerſus Saracenos, Tartaros, Turcas, Mauros, alioſque fidei hoſtes bella: Rhodum ſubactam, expugnatam Alexandriam; Orientemque vniuerſum facili negotio ſubdendum Chriſti iugo, ſi cum eorum pietate ſtudia Principum occidentalium conſenſiſſent.

Quod verò ad politicos attinet; etſi in his voluminibus illorum ſe prodit impietas, qui Sedem Apoſtolicam Deique Vicarium Cæſarum dominio per ſummam impudentiam ſubijcere tentarunt, eòq; prorupere, vt conculcata ſacroſancta Pontificum maieſtate, abominationem deſolationis, idolumq; execrandum in loco ſancto ſtatuere conati ſint, dum Ioanni XXII. vero Pontifici oppoſuere Petrum Corbarienſem, hominem impium, vxoris ſuæ deſertorem iniquum, quem Nicolaum V. vocitarunt; mox diuina in eos vltio emicat: ſiquidem nefarius antipapa, tiara depoſita, capite in laqueum inſerto, veniam petiturus Pontifici ſe ſiſtit: exauctoratus Cæſar fremit atque indignatur, euectum ab Apoſtolica Sede ad ſolium Auguſtale meliorem Principem, qui certiſſima fidei & obſeruantiæ pignora dederat; tandemq; miſerando caſu perit, quemadmodum Chriſti Vicarius ei prænuntiauerat hiſce verbis [a]: *Noli, quæſumus, procraſtinare vlterius, nec de die in diem differre tam ſalutaris inſpirationis parturire ſpiritum, ne ſubito ira Dei in te deſæuiat, & extincto Spiritu, in vindictæ tempore te diſperdat*. Nec plane diſſimilem illi fauentes Itali Principes exitum habuere: *nam excelſam*, vt Ioannes Pontifex ait [b], *extendente diuina potentia manum ſuam, tyranni crudeliores partium Italiæ, videlicet Caſtrucius, Galeatius, Paſſarinus & eiuſdem Paſſarini filius, alijque quamplures nequam homines, qui Deum & Eccleſiam fidemque catholicam hactenus impugnarunt ferociter, à ſuis reſilire pertinaciter recuſantes erroribus, infeliciſſimæ mortis perſoluerunt occaſum*. Quibus rerum conuerſionibus perculſæ Etruria atque Inſubria Sedi Apoſtolicæ ſeſe ſubmittunt, eique vacante Cæſareo ſolio, ſuprema auctoritate omnia moderanti vectigalia perſoluunt: denique Germani, qui ab Eccleſiæ Romanæ obſequio ſe ſubduxerant, expiato rite crimine, ad illius gremium feliciſſime reuocantur.

a Ioan. XXII. tom. 9. par. 2. ep. ſecr. pag. 224.

b Id. lo. tom. 7. par. 1. ep. ſecr. pag. 169.

In

SANCTISSIMO
AC BEATISSIMO PATRI
ET DOMINO NOSTRO
INNOCENTIO X.
PONTIFICI MAXIMO.

ODORICVS RAYNALDVS CONGREG. ORATORII PRESBYTER SEMPITERNAM F.

DVO ſunt potiſsimum, Beatiſsime Pater, quæ ad conſcribendos Annales Eccleſiaſticos impulere Cæſarem Cardinalem Baronium, cuius memoria Sanctitati Tuæ ob antiquam cum ipſo familiaritatem ſuauiſſima eſt, egregiaque magni illius ingenij monumenta gratiſsima: vnum quidem, vt offuſæ ab hæreticis errorum tenebræ clariſsima veritatis luce diſcuterentur: alterum vero, vt magis magiſque eniteſceret Romanæ Eccleſiæ ac Sedis Apoſtolicæ maieſtas, in quam non ſolùm aperti hoſtes, ſed (quod ſæpe queritur idem Baronius) plerique etiam recentiores politici, catholicum nomen ad pompam præſeferentes, proh dolor! non ſine manifeſta non ſalutis modò, ſed & rerum ſuarum iactura, videntur conſpiraſſe.

Non alio ductus ego conſilio iniunctum mihi propagandæ ad poſteritatem hiſtoriæ Eccleſiaſticæ onus imbecillibus humeris ſuſcepi: tantæ molis operi ſuccubiturus profectò, niſi me ſacra Beatitudinis Tuæ dextera ſuſtentaret; cui, poſt Deum Optimum Maximum, acceptum referendum eſt qualecunq; hoc idem opus. Cum enim ſuperioribus annis duos priores Annalium Eccleſiaſticorum tomos, qui Baronianos proxime excipiunt, Beatitudinis Tuæ auſpicijs editos, ad ſanctiſsimos pedes attuliſſem, cohortari me dignatus es humaniſsimis verbis ad cœpta perſequenda: labentemque deinde fulcire beneficentiæ Apoſtolicæ præſidijs non deſtitiſti, dum vetera probatiſsimaque monumenta, quorum in locupletiſsima bibliotheca Vaticana, Sediſque Apoſtolicæ ſcrinijs ingens copia eſt, mihi ſuppeditari tradique iuſsiſti.

His itaque confirmatus beneficijs, ſupplex iterum ſanctiſsimorum pedum oſcula repetens, alios duos Annalium tomos defero: in quibus lector nefaria quidem a pluribus hæreſiarchis diſſeminata

✠ in

ANNALES
ECCLESIASTICI
AB ANNO MCXCVIII
VBI CARD·BARONIVS DESINIT
AVCTORE
ODORICO RAYNALDO
TARVISINO
CONGREGATIONIS ORATORII
PRESBYTERO
TOMVS XV·
Romæ Sumptibus Ioannis Casonij 1652
Superiorum permissu, et priuilegiis
VBEGIT GETES
ICIT HÆRESES
PETRA EXALTAVIT ME·ET NVNC EXALTAVIT CAPVT MEVM SVPER INIMICOS MEOS

F. O. 15

Cons. VIII 1926

UNIVERSITARIA
BIBLIOTECA ALESSANDRINA
F
O
15
ROMA
UNIVERSITARIA
R. BIBLIOTECA ALESSANDRINA
CONSULTAZIONE
VIII
1926
ROMA